LIBRI VIII

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ,

ID EST,

IMPERIALIVM

CONSTITVTIONVM,

IN QVIBVS CONTINETVR TOTVM
Ius Ciuile, à Conſtantino Porphyrogenneta in LX
libros redactum,

GENTIANO HERVETO Interprete.

Acceſſit &

LIBER LX,

IACOBO CVIACIO Interprete.

In his libri IV priores ex viri docti codice varie aucti & interpolati, vt ex Notationibus opere extremo adiectis patet.

Legum è iure Iuſtinianeo facta vbique in margine diligens indicatio.

Cum præfatione CL. V. DIONYSII GOTHOFREDI, qua librorum horum ratio indicatur, explicaturq; vtilitas.



HANOVIÆ,
Typis Wechelianis apud Claudium Marnium, & heredes Iohannis Aubrii.
M DC VI.
Cum gratia & priuilegio ſacræ Cæſ. Maieſtatis ad ſexennium.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.

CÆSAREÆ Maieſtatis priuilegio cautum eſt Andreæ Wecheli heredibus, Claudio Marnio, & Ioanni Aubrio, ne quis *hos Baſilicῶn libros, VIII nimirum è G. Herueti, multimodis iam aucta & emendata, interpretatione, & vnum, qui eſt L X, ex Iac. Cuiacii, legumq́ indicatione perpetua adnotatos*, intra ſacri Romani Imperii & omnium regnorum ac prouinciarum imperialium fines, eodem vel alio charactere excudere, aut vbicunque recudendos dare, aut alibi impreſſos importare, vendere vel diſtrahere palam vel occulte auſit. Idem priuilegium eis conceſſum de aliis etiam auctoribus in philoſophica, medica, & iuridica facultate, aliiſque diſciplinis liberalibus, ad ſex cuiuſque editionis annos. Quod ſacræ Maieſtatis interdictum ſi quis neglexerit, non modo libris expreſſis, verum etiam inſuper decem marchis auri puri, imperiali fiſco, fraudis vindici & dictis Wecheli heredibus, ex æquo ſoluendis, multabitur, vt latius in Cæſareo diplomate declaratum eſt, dato Viennæ XXV. annis Menſis Maii, Anno Domini MDLXXXII.

Rudolphus

V. Io. Bapt. Weber.

Ad mandatum ſacræ Cæſ. Maieſtatis proprium

P. Obernburger.

DIONY-

DIONYSIVS GOTHOFREDVS LECTORI BENEVOLO S. P.

BASILICωN ſexaginta libri (quorum nonnulli ex Latinis olim interpretationibus Gentiani Herueti Aurelianenſis, & Iacobi Cuiacii, Iuriſconſulti ſuo tempore ſine controuerſia maximi, à Claudio Marneo typographo, de literis ob editiones varias authorum optime merito, nunc eduntur) quibus occaſionibus & authoribus compoſiti, quid contineant, quantumq; ius Latinũ Ciuile vel noſtrum adiuuent, paucis (beneuole Lector) referre hîc decreui: ne Baſilicôn hæc fragmenta legentes, eorum originem ſcopumq; turpiter ignorent.

Legum Romanarũ Iuſtiniani Principis iuſſu vel conſenſu facta collectio, Pandectis, Inſtitutionibus, Codice, Nouellisque & Edictis comprehẽſa, priorum Principum omniũ conatus, rerum delectu, varietate, ordine, ſimul ac vtilitate facile ſuperare ſuis temporib. videbatur: præſertim, cum ex lingua Latina Græcas leges fieri, & in Græcã vocem vel linguam Latinas transformari κατὰ πόδας, id eſt, ſub eodem ordine, & ſub eadẽ conſequentia ſub qua & voce Romana compoſita conceptaq; fuiſſent, Princeps iuris noſtri religioſiſſimus bono publico permiſiſſet.

Nec dubito, quin & ipſius ætate Iuſtiniani tentatũ perfectumq; à Græcis nonnullis hoc fuerit: partim, vt Iuſtiniano Principi ſuo, quẽ legum Romanarum reſtauratorem ſeu reformatorem eſſe nouerant, placerẽt, & per eum ad Rempublicam gerendam promouerentur: partim, vt ſuis, id eſt, Græcis tribunalibus, foris & iudiciis prodeſſent: Iuſtiniano videlicet Conſtantinopoli ſedẽ Imperii, veteri Roma poſt habita, tum habẽte, & Græcis tum orbi Romano velut imperantibus. Vnde rurſus mihi ſuſpicio ſit, ANTIQVVM INTERPRETEM, qui Baſilicis hiſce nonnunquam citatur, & quibuſdam ὁ παλαιὸς, id eſt, antiquus, aliis vero neutro genere τὸ παλαιὸν nuncupatur, ipſius Iuſtiniani ſæculo vixiſſe: quem Cyrillus in Pandectis & Theodorus in Codice poſtea ſint ſecuti. Fuit & præter hos Baſilicus, & Iudex, & Baphius. Inter hos tres interpretes differentiam hanc mihi de-

prehendiſſe videor ex lib. 60. Baſil. tit. 48. *& Græcis* ad l. 5. de plagiariis, *quod Iudex religioſus admodum in vertendis Latinis legum vocibus fuerit: Baſilicus vero, interdum perſpicuitatis ſtudio largiorem doctrinam propoſuerit: Baphius autem Conſtantino Porphyrogennetæ Baſilicῶn authori, velut Tribonianus alter extiterit, qui legibus pleraque de ſuo addiderit. Et vero id omniū luculentiſſime ex dicta* l. 5. π de plagiariis, *& ad eam Græcis interpretibus apparet, ſi quis illa loca diligētius inſpicere voluerit.*

Sed quid? vt Iura ciuilia, regnis ac rebus mutantibus mutantur, augentur, minuuntur, ita Basilivs Macedo *Cōſtantinopolitanus & Orientis Imperator, Ludouico II, Carolo Caluo, Ludouico Balbo, Carolo Craſſo ſatis ignauiter in Occidente regnantibus, & literis humanioribus altum dormientibus & velut ſtertentibus, leges ciuiles deprehendens (vt Cedrenus refert)* πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας, *multum obſcuritatis & confuſionis habere, medicinam legibus illis ciuilibus adhibere,* καὶ τὴν μὲν τῶν ἀργουμένων ἀχρηστίαν περιελεῖν τῶν δὲ κυρίων ΑΝΑΚΑΘΑΡΑΙ τὸ πλῆθος, *id eſt, vſu deſuetas, antiquatas, vel abrogatas penitus diſpungere, & vtiles tantum ſeruare, earum tamen repurgare multitudinem animo ſuo decreuit.*

Sed Baſilius Macedo tanti laboris vel operis inchoandi tempus iuſtum non habuit, morte videlicet præuentus. ἐξεπλήρωσε δὲ τὸ ἔργον, *opus tamen poſt eum* Leo *filius eius perfecit: Leo (inquam) non alio credo ratione Philoſophus nuncupatus, quam quod legum ciuilium ſtudiis maxime deditus fuerit, quod vel eius Nouellæ cæteris omiſſis ſatis teſtantur.*

Et hac Leonis Imperatoris, cognomento Philoſophi, ἀνακαθάρσει, *Photius Patriarcha Cōſtantinopolitanus (qui ſub eodem Leone vixit, & Nomocanonem, ſeu Procanonem, id eſt, ad Apoſtolicos, & Conciliorū canones Iſagogen quandam compoſuit, & leges Romanas ad eam retulit, vt Balſamon eius interpres operis eius initio recenſet) vſus eſt. Hanc quoq; Leonis repurgationem legum, videtur Harmenopulus ſequi* lib. 1. tit. 1. *nullius enim alterius recentioris repurgationis meminit.*

Verum nec res ea, ſiue repurgatio iuris ciuilis, Constantino Porphyrogennetæ *(qui quod in Porphyretico Palatio Imperatorio Conſtantinopolitano natus eſſet, ita nuncupatus eſt) Leonis filio, Baſilii Macedonis nepoti (de quibus paulo ante diximus) ſufficere viſa eſt. Conſtantinus enim hic Porphyrogenneta, vel Porphyrogenitus, de ſecunda alia, nonaque legum ciuilium* ἀνακαθάρσει *ſexaginta libris complenda re ipſa cogitauit, & rem quoque perfecit, opusq;* τῶν Βασιλικῶν *veluti ſuo, id eſt, Imperatorio iuſſu collectum ac confectum, in lucem edi curauit.*

Et hæc quidem ſecunda repurgatio ſeu repetita legum Romanarum vel ciuilium repetitio eſt, ex qua Balſamon Antiochenus Patriarcha, Photii Nomocanonē, Emanuelis Comneni Imperatoris Conſtantinopolitani, & Michaelis Anchiali Conſtantinopoleos Patriarchæ mandatu recenſuit, & leges prioris repurgationis à Photio laudatas, id eſt, allegatas, quibus locis emendatæ, ſublatæ vel retentæ fuiſſent, qua potuit diligentia maxima no-

tauit

tauit, & vt ipſemet de ſe loquitur petram offenſionis ex ipſo Photio ſuſtulit, ne Lector Photium legendo, primæ repurgationis leges allegantem falleretur, & legib. abrogatis, pro ſtatibus, receptis & vſitatis adhuc, vteretur.

Nec his contentus Balſamon fuit, veterem namque interpretem Græcum legum ciuilium ſeu Iuris Romani, cum nouis interpretib. Græcis diligenter contulit, & ex eo recentiorum breuitatē nimiam ſuppleuit, vt merito veteris illius interpretis opus, τὸ πλάτος τῶν νόμων *Græci nuncupauerint. diffuſus eſt enim interpres ille antiquus in legib. Romanis in Græcam vocē conuertendis, nihilq; de induſtria penitus omittit, &* κατὰ πόδα *pedetentim veſtigia ſingulorū verborum ſectatur: nam nec ſummaria (velut alii quidam) legum nobis profert, nec etiam* παραγραφὰς *ſeu* παραφράσεις*, id eſt, caſus (vt appellant) ſeu ſpecies legum diffuſiores ſubiicit: ſed (velut rigidus ſeuerusq; interpres) verbum verbo prope reddidit.*

Hæc ſatis de Baſilicōn authoribus. De materia formaq; paulo plenius dicendum eſt.

Iuſtiniani leges, IV Inſtitutionum libris, L Pandectarum ſeu Digeſtorum, XII Codicis, Nouellis CLXVIII, Edictis XIII concludebantur: ſed cū edita poſt ab aliis Imperatorib. conſtitutiones aliæ prope innumeræ fuiſſent, eas omnes Cōſtantinus Porphyrogenneta, quemadmodum antea diximus, diligentius repurgari, id eſt, recenſeri, & vſitatas tantū vel ad rem præſentem pertinentes, libris Baſilicōn inſeri mandauit. Sententiam quoq; legum Romanarum & Græcarum ſtringi & enunciari breuius voluit, vt quod anteriores Principes latius pluribusq; vocibus aut verſibus obſcure ſatis, non vna methodo dixerant, vel retulerant, hoc paucioribus verbis & apertioribus vnis Baſilicōn libris efferretur.

Cupis breuitatis huius Conſtantinianæ, Lector, exemplum vel vnicum habere? Conſtitutionē XXI Codicis Iuſtiniani, titulo de adulteriis, decem verſibus conſtantem lege: vnico tantum verſu à Græcis ita Baſilicōn his libris redditam fuiſſe offendes, Vtile eſt tempus, quo poteſt quis iure maritali accuſare.

Vis legum veterum abrogatarū à noſtro Conſtantino, id eſt, Porphyrogenneta, exemplum rurſus elegans ſpectare? Sume legem XXX Codicis Iuſtiniani, titulo de adulteriis, à Conſtantino magno quondam editam, quæ eſt de pœna adulterii capitali. In his ſane Baſilicōn libris, titulo de adulteriis, legem illam nunquam deprehendes. Cur? non quod Conſtantinus noſter adulteriū impunitum eſſe voluerit, ſed quod (vt ad Photii Nomocanonem tit. 13. c. 5. *notatum reliquit Balſamon) legis illius XXX loco, lex LXXIII in his Baſilicis, titulo de adulteriis, prorſus noua poſita fuerit, hoc modo,* Adulteris verberatis & tonſis, nares abſcinduntor: Internuntii vero & impii huius facinoris adminiſtri verberati & tonſi, in perpetuum relegantor. *Id ita quoq; eſſe docet author Synopſeos Baſilicōn* l. 60. titul. 37. c. 67. *& Harmenopulus* 6. tit. 2. § 20.

Hoc vnum tamen peccaſſe mihi Conſtantinus hic noſter Porphyrogeni-

Digitized by Google

tus videtur, non quod Prudentum reſponſa Principum conſtitutionibus miſcuerit, vt vnica tantum iuris ciuilis eſſet methodus: nec quod duos poſteriores Pandectarũ titulos, de verborum ſignificatione, & regulis iuris *in librum ſecundum Baſilicῶn retulerit: nec quod Lucii, Titii, Sempronii, ſimiliaq; in Petri, Mariæ, & id genus Chriſtianorũ nomina, pio fortaſſis affectu demutauerit, ſed quod in ipſis Prudentũ reſponſis, libros ex quib. deſumpta ſunt, omnes deleuerit ac ſuppreſſerit; & in ipſis Principum conſtitutionibus, inſcriptiones & ſubſcriptiones penitus omiſerit: quæ duo ſane plurimũ interdum ad interpretandas leges, & concilianda quædam legum loca nobis contuliſſent.*

Eſt & hoc non minus deplorandum, quod hi rurſus LX Baſilicῶn libri nobis hodie nec Græci, nec Latini ſuperſint integri.

Gentianus enim Heruetus Aurelianẽſis, XLV tantũ librum Baſilicῶn Latinũ fecit, qui de ſucceſſionib. ab inteſtato eſt: & XLVI, qui de ſtatu hominũ & rerũ diuiſione differit: & XLVII, qui tractat de donationibus: & XLVIII, qui totus de manumiſſionib. eſt: & (ꝙ præpoſtere ab eodẽ Herueto fuit editum) XXVIII, XXIX, & XXX, qui iura ſponſalitia, nuptialia, dotalia continent: priores enim quatuor illis, hi tres eſſe & ordine præcedere debuerunt.

Cuiacius vero librum ſexageſimũ tantum Baſilicῶn nobis Latinum ſuperſtes donauit. In hoc rurſus quædã meo iudicio merito deſideranda ſunt: nempe quod Gloſſas interlineares, & marginales Græcorum omiſerit, quas tamen Gentianus Heruetus conſtanter ſatis retinuit, quod plerunq; lectorem admodum iuuent, & Græco Baſilicῶn contextui, ieiuno nonnunquam ac nimis conciſo, Latinarum legum vberiora vel etiam neceſſaria verba ſuppleant, & interdum contextum Græcum nimis breuem exponant, & emendatiorem faciant, vt à Cuiacio minime omitti debuerint.

Cætera de Græcorum interpretib. ad hos LX Baſilicῶn libros apud Cuiacium vide, & eum in finem præfationem eius percurre.

Hoc tantum præmonere viſum eſt: Græcos legum ciuilium interpretes, breuitate, perſpicuitate ſimul & facilitate, Latinos lõge ſuperare: & παραπομπὰς ſuas, id eſt, ſimilium locorum indicationes, ſuumq; Enantiophanes, id eſt, contrariarũ legum in ſpeciẽ, conciliationẽ ſiue conciliatorẽ habuiſſe.

Quid amplius? Hos etiam libros Baſilicῶn LX, Græcos in Epitomen quandam redegiſſe: & eam ἐκλογὴν καὶ τῶν Βασιλικῶν σύνοψιν *nuncupaſſe, quã Joannes Leunclaius ætate noſtra Latinam, Græco textu addito, in lucem fauentibus Muſis emiſit.*

Et hæc quidem, Lector beneuole, de his LX Baſilicῶn libris in præſenti dixiſſe ſatis ſuperq; mihi ſit: plura fortaſſis olim, vel etiam, Deo dante, propediem. His interim vtere, fruere, & ex animo vale. Martii 27. Anno 1606.

IOANNI

IOANNI MORVILLERIO REVERENDO AVRELIÆ EPISCOPO, GENTIANVS HERVETVS S. D. P.

CVM ſuperioribus annis Romæ in familia Marcelli Cardinalis Sanctæ Crucis, qui ad ſummum pontificatum haud ita pridem euectus, immatura morte fuit Chriſtianæ Reip. præreptus, agerem, Reuerende Antiſtes, à Guilelmo Sirleto inſigni eruditione & probitate viro, ad Antonium Auguſtinum Hiſpanum, Rotæ, vt vocant, auditorem, ſum deductus, de quo viro non facile dixerim, ſitne omni literarum genere politior, an virtute ornatior. Qui cum mihi, dum ſermones inter nos conferremus, dixiſſet ſe habere duos tomos Baſilici Græci, exarſi quadam incredibili cupiditate eos videndi. Quod cum vt mihi liceret, ab eo vehementer contenderem, is vero, vt eſt vir longe humaniſſimus, nõ ſolum eos videndi, ſed etiam deſcribendi, fecit copiã. Quam quidem vt pulcherrimam ita plane inſperatam nactus occaſionem, ratus non amittendam, nihil prius habui quam vt eos diligentiſſime deſcribendos curarem. Sic enim mihi certo perſuadebã & operam & impenſam non poſſe nõ vtiliter in eos collocari. His autem deſcriptis, cum rationes meæ ita tuliſſent, vt in patriam Italia relicta eſſet redeundum, & hunc Βασιλικὸν, id eſt, plane regium theſaurum mecum aſportaſſem, cœpi eos tomos paulo attentius euoluere, vt viderẽ num forte mihi accidiſſet, vt, quod eſt in prouerbio, ζητῶν θησαυρὸν εὕροιμ' ἂν ἄνθρακας. Quanuis enim Viglius Zuichemus egregius iuriſconſultus, in ſua in Inſtitutiones Græcas præfatione, quinq; illos Baſilici quos apud ſe habebat libros tantis ornaſſet laudibus, vt de cæteris quoq; quos nõ viderat, non eſſe autem diſſimiles veriſimile erat, tanti viri iudicium ſuffecturum videretur, & Antonius Auguſtinus (cui plurimum tribuẽdum eſſe cenſeo) hos libros eſſe longe vtiliſſimos affirmaſſet, nullius tamen tanti eſſe putaui præiudicium, vt mihi meam libere iudicandi adimeret poteſtatem. Illi vero inter legendum mihi viſi ſunt eiuſmodi, vt ex eorum lectione Iuriſprudentiæ ſtudioſi poſſent fructum longe maximum percipere, ſi in lucem ederentur. Sed hoc in primis obſtabat, quod ex iis qui Iuri ciuili dant operam, haud ita multi inueniantur qui Græcam linguam intelligant, nec facile inueniri poſſet qui eos typis excuſos in publicum emitteret, & vt maxime inueniretur, ad pauciores tamen quæ ex eis percipitur rediret vtilitas. Quod cum diu apud me cogitaſſem, tandem operæpretium mihi facturus viſus ſum, ſi eos Latine verterem, & ad Iuris ciui-

lis ſcientiam (quam partim dum concilio Tridenti & Bononiæ intereſſem, partim dum Philoſophorum & Theologorum aliquot vertendis operibus me totum dederem, reliquerã) tantiſper dum hoc opus abſoluerem, veluti poſtliminio redirem. Cum eos autem vertere aggreſſus librum primũ abſoluiſſem, nec mihiipſi nimium credendũ eſſe putaſſem, viſum eſt facere periculũ, ecquid Viglii qui Baſilicon tantis extulit laudibus, & Antonii Auguſtini qui per hos tomos ſe multum profeciſſe aſſeruit, & meo quantulocunq; quod eis adſtipulatur iudicio, doctorum in Gallia virorum ſuffragatura eſſet ſententia. Aliquot itaque viris apprime eruditis, & inter cæteros eloquentiſſimo noſtri temporis Iuriſcõſulto Duareno quod iam feceram oſtendi, qui me omnes hortati ſunt vt pergerem, & magno meo beneficio omnes Iuriſprudentiæ ſtudioſos mihi obſtringerẽ. Quorum adhortationibus cum mihi omnino parendum eſſe cenſuiſſem, tum vero nihil fuit quod me magis ad id opus perficiendum commouerit, quam quod tua, ô prudentiſſime Antiſtes, ſententia tantorum virorum præclaris iudiciis, veluti quidam Colophon, poſtrema impoſita ſit, cui cum Auarici Biturigum bonam eius partem oſtendiſſem, eam tibi valde placere præ te tuliſti, & vt pergerem incitaſti. Quod quidem cum fecerim, & huic operi ſummam manum impoſuerim, quod nunc in lucem emitto: cur nam potius id dedicare ac conſecrare velim, quam tibi, qui meam nuper afflictam & prope iacentem fortunam recreaſti & erexiſti, & otium quod literarum ſtudiis impenderem, liberaliter conceſſiſti? Ex quibus ſi vllus forte fructus ad ſtudioſos hoc triennio redierit, eum cum mihi, qui vt eorum commodis ſeruirem ſedulo laboraui, tum tibi maxime, qui vt ſeruire poſſem perfeciſti, acceptum ferant oportet. Neque vero opus eſt vt quęnam ex hoc Baſilico capienda ſint commoda, hîc enumerem, cum me & hoc labore iam leuauerit Viglius, & timendum ſit, ne, ſi ea exponam, τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου futurum ſit maius, maxime cum cuilibet legenti de ea re liberum poſſit eſſe iudicium. Hoc tantum dicam, Græcos in omnibus tradendis diſciplinis, quæ fere omnes ex eis profluxere, compendiariam quandam docendi rationem, quam Methodum ipſi vocant, magis eſſe ſecutos, quam magna ex parte Latinos, qui dum doctrinæ famam ex re qualibet aucupantur, importunis quæſtionibus & ſpinoſis ſubtilitatibus & ſibi ipſis & lectoribus tenebras offudêre. Quod facile fatebitur quiſquis eorum commentarios tam in Philoſophiam quam in Theologiam legerit. Vt omittam quæ in Ius ciuile ſcripta, in tantam excreuere magnitudinem, vt ſi ſimul impoſiti congererentur, Babylonicam illam turrem ſuperarẽt altitudine. Græci quidem certe hoc in primis ſibi propoſuere, vt omnia clare, aperte & dilucide tractent, & ſuo loco & tempore quælibet tradant, & quæ non ad rem pertinent quæſtiones non attingant. Quod ipſum quoque veriſimile eſt ſpectaſſe Conſtantinum Porphyrogennetam Imperatorem huius Baſilici authorem, vt ſcribit Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus in ſuis in Nomocanonem Photii commentariis. Nam cum videret totum Ius ciuile in quatuor partes eſſe diuiſum, quarum prima eſſent Inſtitutiones, ſecunda autem continerentur Digeſta, tertia vero Codex, & quarta Authen-

Authentica, eſſentque omnia mirum in modum diſperſa ac diſſipata, cum quę ad idem pertinent argumentum, in diuerſis tractarentur locis, totũ Ius ciuile ita diſpoſuit, & in certum ordinẽ redegit, reſectis omnib⁹, quæ videbantᷣ ſuperuacanea, vt quã materiam tractaret quilibet titulus, ea omnib. numeris eſſet abſoluta, nec quicquã eſſet alibi requirendum. Continet autem totum hoc opus ſexaginta libros, quibus tota Iuris ciuilis continetur ſcientia. Qui vtinam omnes extarent, quanquam nec deſperandum eſt reliquos aliquando inueniendos. Quos habui ego, in omnium vſum protuli. Proferet alius quoque fortaſſe quiſpiam aliquos alios. Quinque ſaltem libros quos dicit Viglius, meo aliquis exemplo inuitatus, vel Græce edendos, vel Latine vertendos curabit. Interim autem his duobus tomis fruantur ſtudioſi, quorum primus quidem quatuor integros libros continet. Secundus autem, qui eſt in multis locis mancus ac mutilus, tot continet titulos, vt veriſimile ſit non pauciores libros quam quatuor eo contineri, etſi non certus adſcriptus ſit numerus. In iis autem exponendis, multi, vt videre licet, laborarunt interpretes, noſtris, vt ſentio, minime inferiores, niſi quod apertius ſcribunt, & minus prolixe, Dorotheus, Thalelæus, Cyrillus, Stephanus, Enantiophanes, & cæteri. Appellatum eſt autem hoc opus Βασιλικαὶ διατάξεις, id eſt, Imperatoriæ conſtitutiones, quod Imperator Conſtantinus qui Ius ciuile repurgauit, omnem eius authoritatem à ſe pendere voluit. Factum eſt autem poſtea proceſſu temporis vt id opus vocaretur à Græcis in ſubſtantiuo Baſilicon. Quicquid autem huius eſt operis, in quo fideliter vertendo mea cuiuſmodicunque elaborauit induſtria, ſpero bonis omnibus gratius futurum, ſi id tuis auſpiciis prodeat in lucem, quem ſciunt iuris & iuſtitię ſemper fuiſſe patronum & defenſorem maximum. Vale. Aureliæ Cal. Nouemb. 1556.

Digitized by Google

LIBER XLV IMPERIALIVM

HABET VI TITVLOS.

TITVLVS I.

DE iis qui ſuccedunt ab inteſtato.	*Liber 38.ff.& caput primum 6.tituli.*
Quomodo ſe habeat militariũ bonorum ſucceſſio.	*Liber 38.ff.tit.12.c.1.*
De milite inteſtato & qui decedit nullis relictis heredibus aut cognatis.	*Liber 6.Cod tit.62.ff.lib.40.cap.12.*
Quibuſnam modis prohibetur quiſpiã petere ſucceſſionem.	*Liber 38.ff.tit.13.c.13.*
Quomodo deſcendentes ſuccedunt aſcendẽtibus, & de ſucceſſione ab inteſtato.	*Liber 38.ff.tit.16.c.14.*
De Senatuſcõſulto Tertulliano & Orficiano, quomodo aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus, & contra: & de ſucceſſione ab inteſtato.	*Liber 38.ff.tit.18.c.26.lege 3.Inſtit.tit.3.*
Quomodo aſcendẽtes ſuccedunt deſcendentibus, & maxime mater, ſeu de Senat.Tert.	*Liber 6.Cod.tit.55.c.31.*
De Senatuſconſulto Orficiano, quomodo deſcẽdentes ſuccedunt aſcendentibus.	*Liber 6.Cod.tit.57.c.36.*
De legitimis heredibus ex tranſuerſo venientibus.	*Liber 6.Cod.tit.58.c.40.*
Communia de ſucceſſionib: diuerſarum perſonarũ.	*Liber 6.Cod.tit.58.c.56.*
De hereditatibus cohortalium militum, nauiculariorum & opificum.	*Liber 6.Cod.tit.62.c.52.*

TITVLVS II.

Actio quam lex dat cognatis.	*Liber 38 ff.tit.7.cap.52.*
Actio ex qua agnoſcuntur cognati.	*Liber 38 ff.tit.8.c.9.*
Quomodo deſcẽdẽtes ſuccedunt bonis parentum.	*Liber 4.Cod.tit.52.c.2.*
De bonorum poſſeſſione.	*Liber 38.ff.tit.9.c.35.*
Vt ex legibus & Senatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur.	*Liber 38.ff.tit.14.c.35.*
De ordine eorum qui ſuccedunt ab inteſtato.	*Liber 38.ff.tit.15.c.31.*

TITVLVS III.

De gradibus cognationum & affinibus & nominib. eorum.	*Liber 38.ff.tit.7.cap.1.*
Conſtitutio quæ tollit iura agnationis & cognationis & præſcribit ſucceſſiones ab inteſtato.	*Nouella 118.*
De heredibus.	*Nouella 164.c.9.*

TITVLVS IV.

De bonis maternis & eorum vſu, etiam ſi maritus iterum ducat vxorem.	*Liber 6.Cod.tit.60.cap.5.*
Quænam patri acquirãt liberi in poteſtate cõſtituti, & de lucris maternis, & quæ alias requiruntur.	*Liber 6.Cod.tit.61.c.5.*

TITVLVS V.

Actio per quam maritus aut vxor, ſi non ſint cognati, ſibi inuicem ſuccedunt.	*Liber 38 ff.tit.11.cap.1.*
Quod propter defectum aſcendentium aut aliorum legitimorum cognatorum, vxor & maritus ſibi inuicem ſuccedunt.	*Liber 6.Cod.tit.18.c.1.*

TITVLVS VI.

De Armeniis, vt ipſi in omnibus ſequantur leges Romanorum.	*Nouella 21.cap.1.*
De ſucceſſoribus eorum qui in Aphrica degunt.	*Nouella 36.c.2.*
Quod liberæ mulieris indotatæ filii, in quã erat affectus nuptialis, patri ſuccedunt tanquã legitimi.	*Nouella 117.part.6.c.4.*

LIBER XLVI IMPERIALIVM HABET TRES TITVLOS.

TITVLVS I.

De ſtatu hominum.	*Liber 1.ff.tit.5.cap.1.*

TITVLVS II.

De mutatione ſtatus.	*Liber 4.ff.tit.5.c.1.*

TITVLVS III.

De rerum diuiſione, & earum qualitatibus.	*Liber 1.ff.tit.8.c.1.*

LIBER

LIBER XLVII IMPERIALIUM HABET TRES TITVLOS.

TITVLVS I.

De donationibus quæ fiunt in vita.	*Liber 39.ff.tit.5.cap.1.*
De donationibus diverſæ leges.	*Liber 8.Cod.tit.53.c.36. & 64.*
De donationibus quæ ſub modo vel conditione vel certo tempore conficiuntur.	*Liber 8.Cod tit.55.cap.65.*
Quod quæ à priuato imperatori facta eſt donatio, non indiget actorum publicorum confectione.	*Nouella 52.c.2.*
De validis donationibus eorum qui ſimul cohabitant.	*Nouella 162.part.1.c.66.*

TITVLVS II.

De donationum euerſione & virtute.	*Liber 8.Cod tit.55.c.1.*

TITVLVS III.

De donationibus quæ fiunt poſt mortem.	*Liber 39.ff.tit.6.c.1.*
De donationibus quæ fiunt cauſa mortis.	*Liber 8.Cod.tit.56.c.42.*
Quod ſunt ſimiles legatis, & licet eas reuocare ſeu euertere.	*Nouella 87.parte 1.& 2.c.45.*

LIBER XLVIII IMPERIALIUM HABET TITVLOS XXVI.

TITVLVS I.

De ſeruorum manumiſsionibus.	*Liber 4.ff.tit.1.c.1.*

TITVLVS II.

De manumiſsis vindicta.	*Liber 40.ff.tit.2.cap.1.*
De vindicta libertate, & apud concilium manumiſsione.	*Liber 7. Cod.tit.1.c.18.*

TITVLVS III.

De manumiſsionibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur.	*Liber 40.ff.tit. 3.c.3.*
De ſeruis teſtamento manumiſsis.	*Liber 40.ff.tit.4.c.3.*
De teſtamentaria manumiſsione.	*Liber 7.Cod tit.2.c.4.*

TITVLVS IV.

De iis qui relicti ſunt manumittendi per perſonas intermedias.	*Liber 40.ff.tit.5.c.1.*

TITVLVS V.

De ademptione libertatis.	*Liber 40.ff.tit.6.c.1.*
De iis qui manumittuntur in diem vel ſub conditione.	*Liber 40.ff.tit.7.cap.2.*

TITVLVS VI.

Qui ſine manumiſsione ad libertatem perueniunt.	*Liber 40.ff.tit.8.c.1.*

TITVLVS VII.

Qui & à quibus manumiſsi liberi non fiunt, & de lege Ælia Sentia.	*Liber 40.ff.tit.9.c.1.*
Qui non poſſunt manumittere, & qui non fiunt liberi in fraudem creditorum.	*Liber 7.Cod.tit.11.c.34.*

TITVLVS VIII.

De liberali cauſa.	*Liber 40.ff.tit.12.cap.1.*

TITVLVS IX.

Quibus ad libertatem proclamare non licet.	*Liber 40.ff.tit.14.c.1.*
Quibuſnam modis ſerui libertatem accipiunt.	*Liber 7.Cod.tit.18.cap. 2.*

TITVLVS X.

Si ingenuus aut libertus eſſe dicatur.	*Liber 40.ff.tit.14.c.1.*
De eo qui fuit ab aliquo manumiſſus, & dicit ſe eſſe ingenuum.	*Liber 7.Cod.tit.14.c.7.*

TITVLVS XI.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.	*Liber 40.ff.tit.15.c.1.*
De iudiciis ſtatus, & intra quod tempus de ſtatu quæritur.	*Liber 7.Cod.tit.21.c.6.*

TITVLVS XII.

Quando ex colluſione domini ſeruus fuerit liber iudicatus, & hoc oſtenſum fuerit.	*Liber 40.ff.tit.15.c.1.*

TITVLVS XIII.

De fideicommiſſariis libertatibus.	*Liber 7.Cod.tit.4.c.1.*

TITVLVS XIV.

Quod quouis modo fuerit quilibet manumiſſus, Romanus efficitur.	*Liber 7.Cod.tit.6.c.1.*

Digitized by Google

De ſeruis in Eccleſia manumiſſis. — *Liber 1. Cod. tit. 13. c. 2.*
De manumiſſione ſeruorum communium. — *Liber 7. Cod. tit. 7. c. 4.*

TITVLVS XV.

De ſeruis dotalibus pignori datis an manumittantur. — *Liber 7. Cod. tit. 8. c. 1.*

TITVLVS XVI.

De iis qui à non domino manumittuntur. — *Liber 7. Cod. tit. 10. cap. 1.*

TITVLVS XVII.

De iis qui non poſſunt ad libertatem peruenire. — *Liber 7. Cod. tit. 12. c. 1.*

TITVLVS XVIII.

Quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt. — *Liber 7. Cod. tit. 13. c. 1.*

TITVLVS XIX.

Communia de manumiſſionibus. — *Liber 7. Cod. tit. 14. c. 1.*

TITVLVS XX.

De modis libertatis & ingenuitatis, & de cauſa liberali. — *Liber 7. Cod. tit. 16. c. 1.*

TITVLVS XXI.

De libero qui datus eſt ad ſeruum in iudicio defendendum, ſiue de iis qui proclamant ad libertatem. — *Liber 7. Cod. tit. 17. c. 1.*

TITVLVS XXII.

Si in cauſa ſtatus inciderit alia quæſtio, vtra prius eſt iudicanda. — *Liber 7. Cod. tit. 19. c. 1.*

TITVLVS XXIII.

De ſeruo qui cum domina coiit, & de libertis. — *Liber 7. Cod. tit. 21. cap. 1.*

TITVLVS XXIV.

De longi temporis præſcriptione quæ pro libertate opponitur. — *Liber 7. Cod. tit. 22. c. 1.*
De peculiis ſeruorum & manumiſſorum. — *Liber 7. Cod. tit. 23. c. 2.*

TITVLVS XXV.

De muliere ingenua quæ ſeruum amauit vel adſcriptitium. — *Liber 7. Cod. tit. 24. c. 1.*

TITVLVS XXVI.

Ne liberti de cætero opus habeant iure aureorum annulorum & reſtitutorum natalium. — *Nouella 78 parte 1. & 2. cap. 1.*
Poſſe minores ætate, quo tempore teſtantur, etiam ſeruos manumittere. — *Nouella 109. parte 2. c. 2.*
De prole partienda inter ruſticos. — *Nouella 156. c. 3.*

ΒΑΣΙ-

Digitized by Google

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, SIVE IMPERIALIVM CONSTITVTIONVM LIBER XV. TIT. I.

Liber XXXVIII. ff. Tit VI. Cod. autem Tit. XIIII. Lib. VI.

De iis qui ſuccedunt ab inteſtato.

περὶ τῆς ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομίας τῶν συγγενῶν.

VLPIANVS.

L. 1. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, vnde liberi.

TVNC [a] ab inteſtato competit bonorum poſſeſſio, quando non eſt ſecundum tabulas vel contra [b] tabulas.
§. 3. ¶ Sin autem cum largirentur tempora, fuit repudiata [*] ſucceſſio ex teſtamento, ab inteſtato incipit ſucceſſio. Qui enim eam repudiauit, non [c] poteſt eam amplius petere. (* bonorum poſſeſſio.)
§. 4. ¶ & ſi Carboniana petita fuerit poſſeſſio, nihilominus petitur ab inteſtato. In ſuo enim titulo oſtenſum eſt edictalem [d] bonorum poſſeſſionem non impediri per Carbonianam.
§. 5. ¶ Quo modo autem primis competit liberis [ex teſtamento] bonorum poſſeſſio contra tabulas, ita etiam ab inteſtato quæ eſt ex iure liberorum.
§. 6. ¶ Liberos autem intelligimus, ſicut in bonorum poſſeſſione contra tabulas, naturales & adoptiuos. Adoptiuos autem, quandiu fuerint in poteſtate. Si enim [e] fuerint ſui iuris, non habent bonorum poſſeſſionem.

CVM Prætor loquutus eſſet de bonorum poſſeſſione ex teſtamento, tranſitum fecit ad inteſtatos, eundem ordinem ſecutus, quem & lex 12. tabularum ſecutá eſt. Eſt enim ordinarium & conſequens, ante de iudiciis teſtantium, ſic deinde de ſucceſſione ab inteſtato loqui. Sed ſucceſſionem ab inteſtato in plures partes diuiſit Prętor. Fecit enim gradus varios. primum liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & vxoris. Tunc autem ab inteſtato poteſt competere bo. poſſeſſio, quando neque ſecundum tabulas, neque contra tabulas competit. Si autem largiuntur quidem tempora competentis bon. poſſeſſionis, ſit autem repudiata bon. poſſeſſio, dicimus ab inteſtato bon. poſſeſſionem iam incipere. Cum enim repudiata bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas petere non poteſt poſt repudiationem, eſt conſequens vt ab inteſtato peti incipiat bonorum poſſeſſio. Sed & ſi ex edicto Carboniano data ſit bonorum poſſeſſio, nihilominus recte etiam petitur ab inteſtato. Vt enim ſuo loco oſtendimus, non impedit bonorum poſſeſſionem edictalem Carboniana bonorum poſſeſſio. Recte autem Prætor à liberis initium fecit ab inteſtato ſucceſſionis, vt ſicut ex teſtamento eis primis parauit contra tabulas, ita etiam eos primos vocet ab inteſtato. Liberos autem illos intelligimus qui poſſunt etiam petere contra tabulas, non ſolum naturales, ſed etiam adoptiuos. Adoptiuos autem hactenus vocamus ab inteſtato, ſi fuerint in poteſtate. Si enim ſui iuris fuerint, nullam habent bonorum poſſeſſionem ab inteſtato propter emancipationem.

b ENANTIOPHANES. Contingit nonnunquam vt etiam ſi ſit teſtamentum, præferatur ſucceſſio ab inteſtato: vt quando ſcripſerò hæredem ſub conditione, ſi non eã acceperit qui venit ab inteſtato: vt lib 28. tit. 5. digeſt. 81. lege etiam ea quæ in eo ſcripta ſunt. In ſecundo autem digeſt. 11. tit lib. 37. & in 10. titulo tertii lib. inſtit. primam dicit eam quæ eſt contra teſtamentum, ſi ſit teſtamentum, & ſecundam eam quæ eſt ex teſtamento. & in tertio themate huius capitis, & in primo digeſt 15. tit. huius libri, eam quæ eſt ex teſtamento, nominauit ante eam quæ eſt contra teſtamentum. Hoc autem primum digeſtor. tollit 118. Nouella, quæ dicit primo vocari deſcẽdentes. ſecundo aſcendentes, & tertio cognatos ex tranſuerſo tam qui ex maſculis pati ſunt, quam qui ex fœminis.

l 6 quis ita hæres de hæred. inſtit.

c EIVSDEM. Vt plurimum, propter id quod dictum eſt tit. 17. huius libri cap. 6. & lib. 6. Cod. tit. 31. cap. 6. [l. vlt. C. de repud. hæred.]

d INNOMINATI. Neque aliæ multæ quarum themata ſita ſunt tit. 17. huius libri, cap. 2. themate decimo & titulo 15. dig. 2. them. ſecundo. lege & lib. 37. tit. 10. finem 3. dig. tit. 4.

e INNOM. Lege quartum, & quæ in eo ſcripta ſunt de adoptiuo emancipato.

¶ Si hæres ſcriptus [a] nõ habeat firmam ac certã teſtatoris voluntatem, fortè [b] enim deleuit teſtamentum vel incidit, vel qua alia ratione mutauit voluntatem, volens inteſtato decedere, locus eſt iis [c] qui veniunt ab inteſtato. § 8. ¶ Si [d] emancipatũ filium exhæredauero, & eum qui erat in poteſtate præteriero, is qui eſt emancipatus, vſque ad dimidium ius habet liberorum, vt qui deceſſerim [e] inteſtatus. § 9.

IVLIANVS. Emancipatus [f] præteritus, ſi contra tabulas bonorum poſſeſſionem non petierit, & ſcripti hæredes adierint hæreditatem, amittit hæreditatẽ, etiamſi ſcripti hæredes nõ petierunt [ſed adierint] * auxilium quod datur ex teſtamento. Neque enim eis præfertur petens ius quod eſt Vnde liberi. Nam patronus quoque præteritus ſi non petat contra tabulas bonorum poſſeſſionem, non præfertur ſcriptis hæredibus, † auxilium petens quod datur à lege. l. 2.

* bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas.

† nempe vnde legitimi.

a CYRILLI. Si teſtator teſtamentum inciderit vel χιάσῃ, aut aliqua alia ratione voluerit non valere, vocantur ii qui veniunt ab inteſtato.

b INNOM. Lege iiii tit. libri xxviii & maximè eius quartum digeſt.

c Ritè petunt ii qui ſuccedunt ab inteſtato. ſibi competentem bonorum poſſeſſionem.

d Si filius emancipatus fuerit exhæredatus, alius autem ſuus filius fuerit præteritus, emancipatum quoque petentem bonorum poſſeſſionem vnde liberi, tuetur Prętor vſque ad dimidiam partem bonorum perinde ac ſi pater deceſſiſſet inteſtatus

e INNOMINATI. Propterea quòd ſuum non inſtituit, eſt irritum teſtamentum.

f Si emancipatus filius præteritus nõ petierit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, ſcripti autem hæredes adierint hæreditatem, * emancipatus ipſe ſeipſum impediens. Nam etſi non eſt petita bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, non tamen ideo poteſt emancipatus petere bonorum poſſeſſionem vnde liberi, cum ſcriptus ſemel adierit. Etenim Patronus quoque præteritus ſi non petat per ei competentem bonorum poſſeſſionem contra tabulas, * cum tamen non pręfert Prætor hæredibus ſcriptis adeuntibus.

* amittit paternam hæreditatem.

VLPIANVS. Locus [g] eſt iis qui ſuccedunt ab inteſtato, quando non eſt teſtamentum * quinq; ſignis [h] ſignatum. l. 3. PAVLVS. Etiam poſt capitis diminutionem ſeruatur liberis ius ſuccedendi ab inteſtato, [i] præter adoptiuos hi enim ſi fuerint emancipati, liberorum [k] etiam nomen amittunt. Si autem naturalem meum filium emancipauero, & eum adoptauero, & rurſus emancipauero manet habens ius liberorum. l. 4.

* etiam ſi venerit ad bonorum poſſeſſionem vnde legitimi. Similiter Inſtit. 3. tit 1.

* ſeptem. Innominatus & alius habet 7.

g Si ſit manifeſtum non eſſe teſtamentum, aut ſi ſit, non fuiſſe ſignacula ſeptem teſtium, rectè petitur bonorum poſſeſſio ab inteſtato.

h ENANTIOPH. Si ſcripti ſunt hæredes qui poſſunt venire ab inteſtato, non requirimus numerum ſeptem teſtium: vt libr. 28 tit 3 digeſt 2. & lib 6. Cod. tit. 23. conſt. 21. & ſufficiunt 5. vt habet eadem conſtitutio etiã in teſtamento quod ſit in pago, propter inopiam aliorũ teſtium, vt habet 31. conſtit. eiuſdem tit. lege 117. Nouellam, quæ dicit quod teſtamentũ quod ſit inter filios, eſt validũ etiam abſque teſtibus. * Conſuetudo autẽ in quouis teſtamento ẽt quinq; admiſit.

i Liberi quoque qui paſſi ſunt capitis diminutionem, vocantur per Prætorem ad parentum bonorum poſſeſſionem quæ datur ab inteſtato, niſi ſint adoptiui. Adoptiui enim ſi fuerint emãcipati, ipſam quoq; amittunt liberorum appellationem. Si autẽ naturales filii emancipati & adoptati fuerint rurſus emancipati, habent ius naturale liberorum, & abſque vllo impedimento vocantur ab inteſtato.

INNO-

Innominati. Quando petent bonorum poſſeſſionem, priuſquam ſeipſos alii præbeant in arrogationem, vt in fine tit.

k Eiusdem. Liber primus tit. 7. digeſt. 13. dicit quod adoptatus filius emancipatus, perdit ferè quicquid habebat per adoptionem. Illud autem Ferè cur ſit adiectum, illic ſcripſi.

l. 5. §. 1. Pomponius. Ii quoque [l] qui nunquam fuerunt in poteſtate defuncti, habent bonorum poſſeſſionem, ſicut qui manſit apud auum, capit hæreditatem patris emancipati: & qui natus eſt poſt emancipationem, aui hæreditatem, quatenus pater eius ei non obſtat.

Præterm. eſt 1. thema. Id eſt initium l. 5.

l Hinc Prætor adiicit nouam quæ dicitur clauſulam, ex qua emancipatum filium cum eius nepotibus qui manſerunt in poteſtate, vocat ad vnam partē. Sic autē habent verba Prætoris, Si qui vocatur à Prętore ad bo. poſſeſſionem contra tabulas, ſeu ab inteſtato, non eſt in poteſtate defuncti, cum eſt moriturus, de cuius bonis agitur, ei & liberis eius, quos in eadem habet familia, ſi ad eos ſuo nomine venerit hærediras, & non nominatim eos exhæredat, Illius partis do eis bonorū poſſeſſionem, ſicut eis competeret ſi manſiſſent in poteſtate: vt ex hac parte dimidiā quidem partem habeant ipſi liberi emancipati, alteram autem dimidiam filii qui manſerunt in aui familia, & eis ſolis bona ſua conferant emancipati. Si autem filium ſimul & ex eo nepotem pater emancipauerit, ſolus filius veniet ad bonorum poſſeſſio. contra tab. etiamſi nulli eorum obeſt capitis diminutio, quæ ſcinditur per bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Sed illi quoque liberi qui nunquam fuerunt in poteſtate defuncti, neque ſui locum habuerunt, vocantur ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas parentum. Si enim emācipatus filius in aui poteſtate reliquerit ex ſe nepotem, poteſt hic nepos petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas, contra teſtamentum patris ſui emancipati, etiamſi nunquam fuerit in eius poteſtate. Contra verò, ſi poſt emancipationem filius habuit filium, datur ei quoque nepoti nato poſt emancipationem, bonorum poſſeſſio contra tabulas aui, quando ei non obſtat eius pater, hoc eſt, quando ipſe non petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas.

§. 2. Si filius [a] emancipatus non petierit bonorum poſſeſſionem, quęcunque erat accepturus, ex eo natis filiis accreſcunt, non etiam reliquis [b].

l. 6. Papin. Emancipato [c] decedente, nepos etiam qui ex eo ſuſceptus manſit apud auum, & qui ei natus eſt poſt emancipationem, vocantur.

l. 7. Papinianus. Si [d] ſcripto hærede deliberante filius exhæredatus mortem obiit, & is hæreditatem repudiauit, nepos ex illo filio ſuſceptus, auo hæres erit, vt * emancipatus. Nam & nunc non proceditur, & eo viuente erat in poteſtate. Poterat autem hæres ſcriptus adire hæreditatem poſt mortem exhæredati, etiamſi hic nepos non fuiſſet exhæredatus.

* ſuꝰ [illegible], fortè legendum [illegible].

§. 1. ¶ Ratione [e] miſerationis adeunt parentes hæreditatem liberorum: liberi autem, parentum, & naturæ ratione, & voto parentum [f].

a Quando emancipato quidem filio competit bonorum poſſeſſio contra tabulas, neque ipſe eam petit, integra ſeruantur omnia iura eius nepotibus, hoc eſt, vt ſi quid erat habiturus filius petens bonorum poſſeſſionem hoc accreſcat ſolis eius filiis, non vtique cum eo vocatis aliis.

b Innom. Qui manſerunt in poteſtate aui.

c Si pater filio emancipato, nepotem retinuerit: poſt hæc autem deceſſerit filius inteſtatus, ipſa rei æquitas & edictum Prætoris quod loquitur de bonorum poſſeſſione quæ competit liberis, efficit vt ratio habeatur nepotis, & ei competat ab inteſtato, patris ſucceſſio. Vt tamen bona ſorori [quæ manſit in poteſtate patris] & neceſſaria hæres extitit, conferre cogatur auus, qui per nepotē bonorum poſſeſſionis emolumentum eſt acquiſiturus, niſi fortè ſucceſſionis lucrū recuſat auus, paratuſque eſt nepotem de poteſtate dimittere, vt ad eum emolumentum omne bonorum poſſeſſionis perueniat. Tunc enim non neceſſe habet ei conferre propria. Neque poteſt filia filii emancipati queri de auo qui fratrem emancipat, quòd per emancipationem quę facta eſt in fratre, excludatur a collatione: cum auo quandocunque inteſtato defuncto, ipſa quoque cum fratre ſuo vocanda eſt ad aui hæreditatem.

Enantioph. Hoc tollitur a 118. Nouella, quæ de collatione tractat & acquiſitione, & nec vſum quidem relinquit iis qui habent filios in poteſtate.

d Externus hæres ſcriptus, cum filius fuiſſet exhæredatus in teſtamento deliberabat. Sed eo deliberante deceſſit exhęredatus, & tunc ſcriptus hæres repudiauit hæreditatem: ſi exiſtit nepos ex hoc filio exhæredato, extitit auo ſuus hæres ab inteſtato. Neque enim ei obſtat pater eius, quoniam poſt eius deceſſum datus eſt locus iis qui veniunt ab inteſtato, quando ſcriptus hæres recuſauit hæreditatem quæ deferebatur ex teſtamento. Sed nec illud poſſumus dicere, quod hęres quidem auo efficitur, ſuus autem nequaquam, quandoquidem nunquam tenuit locum filii. Nam ipſe quoque fuit in aui poteſtate, & nunquam eum præuenit in ſucceſſione ab inteſtato.

Digitized by Google

Sin autem dixerimus ipſum non eſſe ſuum, quo iure ſit hæres, quandoquidem ipſe non eſt auo agnatus? Certe etiam ſi non eſſet exhæredatus hic nepos, non prohiberetur ſcriptus hæres adire, defuncto filio exhæredato. Cur ergo pater eius qui non obſtat nepoti iure inteſtati, iure teſtati ei obſtat ne efficiatur ſuus? Conſtat ergo & ſuum & hæredem auo fieri hunc nepotem.

CYRILLI. Si exhæredatus teſtatoris filius moritur poſt teſtatorem, ex eo nepos non rumpit quidem teſtamentum, etiamſi ſit præteritus: ſcripto autem hærede repudiante, vocatur ſuus.

e Ne ſuos liberos amittentes, eorum quoque bonis priuentur. Liberos autem & natura vocat ad parentum hæreditatem, & commune votum parentum.

INNOM. Similiter habetur in textu 14. dig. 2. tit. 5.

f ENANT. Lege librum 9. pro ſocio. tit. 1. ff. 10. & lib. 38. tit. 1. ff. 3. & libr. 6. Cod. tit. 36. conſt. 6. [l. vlt. C. de codicil.]

IDEM. Si cognatum [a] meum ſcripſero hæredem ſub conditione emancipationis, & non emancipatus, ex ſententia patris petierit auxilium bonorum poſſeſſionis vnde cognati, non reprehenditur, vt qui ex teſtamento auxilium non petierit. Non poterat enim tutò ex eo habere hæreditatem. Neque in poteſtate filii erat conditio. Neque pater [b] facile cogitur [c] filium emancipare. PAVLVS. Si emancipatus poſtquam petiit bonorum poſſeſſionem*, det ſe in adoptionem, nihil ei [d] obeſt. l. 8. l. 9. *Vnde liberi, aut contra tab.

Similiter lib. 29 tit. 4 ff. 29. & lib. 4 tit 4. ff 3. the. 12.

a Filiusfamilias ſcriptus fuit hæres à quodam cognato, ſub hac conditione, ſi fuerit emancipatus. Cum pater eum non feciſſet emancipatum, ceſſauit conditio. & vocatus ab inteſtato, agnouit & accepit bonorum poſſeſſionem vnde cognati, patre eius conſentiente. Etſi maxime pater eius cauſa fuerit quod defecerit conditio, vt qui eum non emanciparit, rectè petiit bonorum poſſeſſionem vnde cognati. & neque incidit in edictum Prætoris. vt qui non petierit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. Cum etiamſi petiiſſet ceſſante conditione, rem habere valide non potuiſſet. Sed neque à filii poteſtate pendebat conditio, vt culpam in eum conferamus, nec parentes facile filios emancipant.

b INNOM. Illud Facile, additum eſt propter id quod ſitum eſt lib. 35. tit. 1 dig 92. & 93. & lib. 37 tit. 12. dig. vltimo. Quod autem non cogitur emancipare, dictum eſt lib. 1. tit. 7. dig. 31. & lib. 30. dig. 114. them. 5. & lib 8. C. tit. 48. conſtit. 4. [l. 4. C. de emancipar liber.]

c Si autem volebam eum nihil capere non impleta conditione, debebam ei dare ſubſtitutum.

d Si priuſquam petierit bonorum poſſeſſionem mutatus fuerit eius ſtatus, non poteſt amplius petere bonorum poſſeſſionem vnde liberi. Habet enim bonorum poſſeſſionem vnde cognati. vt habet tit. 8. dig. 1 them. 6. [& dig. 5.] & Inſtit. 3. tit. 1.

ENANT. Hoc tollit 118. Nouella, quæ dicit filios quoque adoptiuos poſſe petere bonorum poſſeſſionem.

MARCVS. Si [e] ex militari & non communi delicto capitis damnatus ſit miles, ei conceditur teſtari [f]. Quòd ſi non ſit teſtatus, cognati ei ſuccedunt. PAPIN. Milite [g] inteſtato moriente, caſtrenſia eius fiſcus non vendicat, ſi ſint ei † cognati [h] vſque ad quintum [i] gradum, & intra tempus petant poſſeſſionem. SI [k] miles obierit ſine teſtamento & liberis & aliis hæredibus, † ei ſuccedit eius ordo.

Lege lib. 29. tit. 1. ff. 11. & quæ in eo ſunt. Lib 38 tit. 12. ff 1. Cod. lib. 6. tit. 62. cap. 2.

l 1 ff. de Veteranorum & militum ſucceſſione. l. 2 ff. d. Vet. & mil ſucceſ. † agnati. l. 2. C. de hæred. Decurionum, nauicularlorum. cohortalium militum, &c.

† οὐκ τῶ τά-ξεως αὐτοῦ κληρονομοῦ-σι. Et ſuperaddita interpretatio οὐκ τῶ συστήμα-τος. f. γρά-τος.

e Militi qui meruit ſupplicium capitis conceditur teſtari hoc enim ſcripſerunt Paulus & Menander. Quod ſi etiam non teſtetur, poſt ſupplicium capitis bona eius non applicantur fiſco: ſed tranſeunt ad eius cognatos ſi delictum erat militare cuius fuit condemnatus. Si enim ex communi delicto eſt condemnatus, eius bona publicantur.

f ENANTIOPH. Non dicit abſolute, Conceditur militi damnato ex delicto militari teſtari, ſed quando hoc petierit, & ei fuerit conceſſum, vt lib. 29. tit. 1. 32 digeſt. Et teſtatur de ſolis caſtrẽſibus, niſi fuerit proditor, vt dig. 11. eiuſdem tit. Quænam autem ſunt delicta militaria, dicit lib. 49. tit 16. & maxime in dig 3 & 6. vbi extat & vniuſcuiuſq; pœna. Lege 6. lib. C. tit. 21. conſt. 13. & tit. 61. conſtit. 2. & lib. 28. tit. 3. digeſt. 6. Dicit enim quod numerus ei ſuccedit, ſi non exiſtant cognati. Et poſſumus id intelligere de iis, qui aliter moriuntur. hoc autem quod hîc dicitur, de iis qui ſunt condemnati.

g Inteſtato moriente milite, caſtrenſia eius bona fiſcus non vendicat, ſi inuentus fuerit habens cognatos legitimos vſque ad quintum gradũ, aut cognatos vſque ad eundem gradum, & intra tẽpus præfinitum petierint bonorum poſſeſſionem Vnde cognati.

h INNOM. Si enim extitiſſet eius pater, & non fuiſſet teſtatus, manſiſſent apud eum caſtrenſia, tanquam peculium, vt lib. 49 tit. 17. dig. 2. & multis in locis. Cur autem ſi non ſit pater, ſeparauit bona caſtrenſia, dictum eſt lib. 3. Cod tit. 28. in fine, quod in iis qui ſunt ſui iuris, caſtrenſe nihil differt à paganico.

i ENANTIOPH. Merito dubitatur cur militis bonorum poſſeſſionem anguſtiorem effecit quam paganorum, etſi magnam curam gerat militum. Quære autem ſi non ſint cognati vſque ad quintum gradum, fiſco capiente caſtrenſia, an paganica capiant cognati qui ſunt poſt quintum gradum,

Digitized by Google

gradum. Hæc dicit primum & ſecundum dig. huius tit. Quod de agnatis & cognatis dicitur, tollit 118. Nouella, dicens eos eſſe eiuſdem ordinis.

INNOM. Cognatos ſicut hic quinto gradu non circunſcripſit liber 28. tit. 3. dig. 6. lege etiam librum 6. Cod. tit. 61. conſtit. 2.

k THEOD. Milite inteſtato decedente, ſi non ſint qui ſuccedant, eius bona dantur eius numero.

L. vn. ff Quib. non compe- tit bon. poſſ.

Eiuſdem libri ff. tit. 13. c. 1.

IVLIANVS. Si [a] filius meus, aut ſeruus meus ſcripti fuerint hæredes: & cùm teſtator vellet mutare teſtamentũ, dolo feci ne mutaret, & hic quidem fuerit manumiſſus, ille autem emancipatus, etiamſi adierit hæreditatem, ei denegamus actiones hæreditarias.

l. 1. in pr ff de ſuis & legit. hæredib.

Eiuſdem lib. ff. tit. 16

* ἀκύρως.

VLPIANVS. Inteſtati [b] propriè appellantur qui cùm poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt, vel* non cum effectu teſtati, & quando eſt ruptum vel irritum teſtamentum. Qui autem non poſſunt teſtari, dicuntur quidem inteſtati: ſed non propriè, vt puta impubes, & furioſus, & prodigus, & qui deceſſit apud hoſtes.

§. 1. ¶ Si ancilla [c] quæ in fideicommiſſaria libertate moram paſſa eſt, conceperit & pepererit, [d] parit [e] ingenuum. Et ſi quis eam habuerit vt vxorem, parit * filiumfamilias. Sin autem pater quoque cùm eſſet ſeruus, ſimul cum vxore paſſus eſt moram in libertate fideicommiſſaria, idem dicimus: & ſi fuerit poſtea manumiſſus, pater habet filium in poteſtate. Si autem mortuus fuerit non manumiſſus, qui natus eſt, hæres ei * germanus exiſtit. E ſeruis enim naſci poteſt ingenuus, vt is qui naſcitur ex parentibus [f] captiuis, & cum eis eſt reuerſus.

Similiter tit. 17 dig. 1. the 2 lege etiam lib. 40 tit. 5. dig. 25.

* ſuum.

* ſuus

γνήσιος.

a Si ſeruo meo hærede inſtituto, cum vellet teſtator mutare teſtamentum, ego per dolum operam dedero ne mutaretur, & ſeruum manumiſero, quæſitum eſt an huic ſeruo manumiſſo denegentur actiones hæreditariæ. Reſpondi. hic caſus verbis edicti non continetur. Sed eſt æquum, Si Dominus dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur, in quo ſeruus eius hæres ſcriptus erat, quãuis manumiſſus ſeruus adierit hæreditatem, nos denegare hæreditatem. cum etiam ſi filiusfamilias ſcriptus ſit hæres & pater dolo fecerit ne mutaretur teſtamentum, quamuis emancipatus ſit filius, aufertur ei hæreditas.

b Ille proprie dicitur inteſtatus, qui cum poſſet facere teſtamentum, non eſt teſtatus. Si quis antè fecit teſtamentum, & non adita fuit hæreditas, aut ruptum aut irritum fuit teſtamentum, is quoq; proprie dicitur deceſſiſſe inteſtatus. Sin autem non potuit omnino teſtari, vt impubes, aut furioſus, aut prodigus, is proprie non dicitur inteſtatus: ſed ſimiliter eos quoque accipimus pro inteſtatis. Is quoque qui captus eſt ab hoſtibus. Si autem eius hæreditas eis defertur per legem Corneliam, quibus deferretur, ſi in ciuitate deceſſiſſet, is quoque creditur inteſtatus, & eius ſucceſſio creditur eſſe hæredis.

c Si ex ancilla quæ fideicommiſſaria libertate eſt donata, & moram paſſa, cõceptus fuit & natus filius, quæritur an is natus ſit patri ſuus hæres. & quando placuit ipſum quoque naſci ingenuum (ſic enim placuit Marco & Seuero & Antonino Imperatoribus) cur non mater eius apud omnes accipitur pro libera, vt ſi quis eam habuit tanquam vxorem legitimam, ſuum pariat filium? Neque enim eſt alienum ex ſerua matre filium naſci ingenuum. Nam etiam qui conceptus eſt captiuus, etiam ſi ſit in ſeruitute, naſcitur tamen ingenuus. Sic enim fuit reſcriptum. Quare audeo dicere, etiam ſi fideicommiſſaria libertate pater eſſet honoratus, ſicut mater filii, & ipſe quoque moram paſſus eſſet in libertate, ſuus patri naſcitur filius, ad imitationem parentum captiuorum, cum quibus reuertitur qui natus eſt in captiuitate ſuorum parentum. Ergo ſiue pater huius infantis fuerit poſtea manumiſſus, eum habet in poteſtate. Siue deceſſerit non liberatus, hic qui natus eſt ei exiſtit tanquam ſuus hæres. Suos autem hæredes intelligimus, filios & filias, & naturales & adoptiuos. Contingit autem nonnunquam vt etiam ſi filius ſit ſuus, excludatur, & fiſcus ei præferatur. Si enim pater qui deceſſit relicto ſuo hærede, * de inſurrectione poſt mortem fuerit accuſatus, vt qui ſaluti Imperatoris fuerit inſidiatus excluditur ſuus hæres fiſco ei prælato. Vſqueadeo enim dicimus hunc filium excludi bonis eius publicatis, vt nec ius quidem ſepulchri paterni habeat hic filius.

* ἐπὶ αἰτίᾳ. In textu ἐπὶ τυραννίδι. quod in latino, perduellionis.

d INNOM. Hi quidem, vt qui propter moram naſcuntur ingenui legitime ſuccedunt parentibus. vt in tit. ſeq dig 1. caſu ſecundo. Quinetiam qui in ſeruitute nulla mora facta nati ſunt & manumiſſi, ſuccedunt parentibus & inter ſe inuicem & excludunt patronos. Quod quidem eſt etiam cum pater ſolus eſſet ſeruus & mater libera, aut contra, vt inſtit. 3. tit 6.

e ENANTIOPH. Si non culpa eius qui debebat manumittere, ſed fortuito facta eſt mora, nõ parit ingenuum: ſed traditur matri, & per eam manumittitur, vt lib. 40. tit. 5. digeſt 1. Lege etiam 40. digeſt. eiuſdem tit them. 6. & dig. 52. 53. 54. & dig. 13. In eis enim oſtenditur quando * caſu na-

* αὐτομάτως. per ſe.

Digitized by Google

ſcuntur liberi & ingenui,& quando per eum qui iuſſus eſt,aut per matrem manumittuntur. In 3. autem conſtit.tit. 4.lib. 7.Cod. dicit quod quæ manumiſſa eſt ſub conditione interea parit ſeruos, poſt moram autem ingenuos.In 4.autem conſtit. eiuſdem tit. quod ancilla cui debetur fideicommiſſaria libertas,ſi voluntate domini degat in libertate,fit libera & parit liberos. Sin autem nō ſit manumiſſa vt quæ non petierit,de ſe queratur, interea enim ſeruos parit. Similiter etiam habet 11. conſtit eiuſdem tit. & dictum eſt lib. 1.tit 5.conſtit. 22 quod quæ donata eſt, vt manumitteretur, poſtquam paſſa eſt moram,à lege manumittitur,& parit ingenuum.

f ENANTIOPH. De eo vide pulchrā diſtinctionem lib. 8.Cod. tit. 50. conſtit.1.quando qui fuit conceptus apud hoſtes,& reuerſus,patrem aut matrem ſequitur,aut non habet omnino poſtliminium.

† γνήσιοι. Et reliquum eis contingitur ſecundum diuiſionem factam lib. 47. tit. 8. & huius lib. tit. 6. c. 5.

¶ † Sui ſunt filii in poteſtate & filiæ,naturales & adoptiui. ¶ Filiis in poteſtate præfertur fiſcus,quando pater eorum poſt mortem damnatus eſt tyrannidis. & [a] talis filius non habet ius ſepulchri [b]. §. 2. & 3. ¶ Si filius [c] deſinit eſſe in poteſtate, omnes nepotes neptesq; ex eo nati qui in poteſtate ſunt,in eiuſdem partem ſuccedunt. §. 4. Deſinet autem eſſe in poteſtate,ſi per magnam vel paruam ſui ſtatus mutationem exierit è poteſtate. Si ſit autem apud hoſtes,quandiu viuit,non ſuccedit. Sed neque [d] ſi redemptus fuerit ab hoſtibus, & nondum ab emptore liberatus deceſſerit. Nam dum decedit,videtur ſuum ſtatum recipere. ¶ Si autem non deſierit eſſe in poteſtate ſed neque vnquam fuerit, (fortè enim filius viuente patre meo captus fuit ab hoſtibus, & cùm ego factus eſſem mei iuris, illic deceſſit) qui ſunt ex ipſo mei nepotes, ſuccedunt in locum eius, §. 5. ¶ & non ſolum nepotes,ſed etiam neptes. §. 6.

a Hæc enim crimen incipit intendere etiam poſt mortem eius qui deliquit, ſed non ex omnibus eius capitibus, ſed ex inſidiis paratis Imperatori, & proditione ciuitatis, vt lib. 48. tit. 4. ad finem.

b Iura autem paternorum libertorum ſeruari liberis dicit lib. 37. tit. 14. dig. 4. In 36. autem dig. 7. tit. 11. lib. dicit, quod ſi adempta fuerit alicuius tanquam indigni hæreditas, manet apud eum ius ſepulchri.

c Quando filius deſinit eſſe ſuus in eius partem ſuccedunt omnes nepotes & neptes qui ex eo nati ſunt,& ſunt in aui poteſtate. Hoc autem procedit ſecundum naturalem æquitatem. Deſinit autem aliquis eſſe ſuus hæres,ſi capitis diminutione vel magna vel minori exiit è poteſtate. Quod ſi filius ſit apud hoſtes, quandiu viuit, non poſſunt qui ex eo ſuſcepti ſunt nepotes ſuccedere in eius partem Sed & ſi quis eum redemit ab hoſtibus,nondum nepotes in eius locum ſuccedunt priuſquam fuerit liberatus ab eo qui ipſum redemit. Si autem interim deceſſerit,cum placuerit eum ſtatum ſuum recipere,moriens ſic quoque obſtat nepotibus. Si autem ſuus non deſiit eſſe in poteſtate, ſed neque vnquam fuit in poteſtate, vtputa ſi filius meus viuo patre meo captus ſit ab hoſtibus, & mox ibi deceſſit apud hoſtes, me facto patrefamiliâs ex eo nepotes in eius locum ſuccedunt, & fiunt ſui. Quemadmodum autem nepotes,ita etiam neptes ſuccedunt in locum parētum. Interdum autem licet aliquis in poteſtate alicuius eſſe non deſierit, ſed neque cœperit:tamen dicimus ſuccedentes ei liberos ſuos exiſtere, vt in illo caſu. Accepit aliquis in adoptionem eum cuius filius erat captus ab hoſtibus,nepos autem degebat in ciuitate. Si is deceſſerit quem accepit in adoptionem,& deceſſerit etiam filius eius captiuus qui erat apud hoſtes, pronepos meus,hoc eſt nepos eius qui acceptus fuit in adoptionem,eſt mihi ſuus hæres.

d INNOM. Liberatur enim à iure pignoris,& fit ei filius ſuus hæres,vt lib. 49.tit.15.c.15.

Leg. lib. 49. tit. 15. dig. 13.

¶ Quòd ſi etiam accepero filium in adoptionem habentem filiū captiuum & nepotem in ciuitate, & moritur filius & nepos, fit mihi pronepos ſuus hæres,etiamſi pater eius nunquam fuerit in mea poteſtate. §. 7.

† [illegible]

¶ Quanuis [e] non ſit † ſucceſſio [f] in ſuis hæredibus,poteſt tamen quiſpiam quem pater eius præcedit tempore mortis eius qui deceſſit,ei ſuus hæres exiſtere Si enim filium meum exhæredauero alio hærede inſtituto,& filio meo mortuo repudiauerit ſcriptus hæres, nepos exiſtit mihi ſuus hæres. Non eſt enim delata filio meo hæreditas. §. 8. in pr.

e Sciendum eſt nepotes & deinceps, interdum, etiamſi parentes eos mortis tempore præceſſerunt,tamen poſſe ſuos hæredes exiſtere, quanuis ſucceſſio in ſuis hæredibus non ſit. Hoc autem ita procedit, Si quis cum eſſet ſui iuris, teſtamento facto deceſſit repudiato ſuo filio, & deliberante hærede inſtituto deceſſit filius, poſtea deinde repudiauit hæres inſtitutus, poteſt nepos eſſe * patri ſuus hæres,hoc [illegible] ſcripſit etiam Marcellus libro decimo, quoniā nec delata eſt filio hæreditas.

* [illegible]

Idem

Digitized by Google

Idem autem dicimus & ſi filius ex aſſe ſub conditione poteſtatiua, vel nepos ſub quacunq; conditione inſtituti hæredes, non impleta cõditione deceſſerint. Tunc enim dicimus eos qui ſequuntur ſuos ſuccedere, & exiſtere ſuos ei qui deceſſit, ſi modo mortis teſtatoris tempore vel nati eſſent, vel in vtero gererentur. Hoc enim Iuliano & Marcello placuit.

ENANT. Propterea in non exhæredatis ſuis non eſt ſucceſſio, quoniam & ex teſtamento & ab inteſtato ſunt hæredes, habent autem ius abſtinendi, vt Inſtit. 2. tit. 19. Siue ergo abſtinuerint, ſiue poſtquam ſe immiſcuerunt, vt minores fuerunt reſtituti, manent, habent nomen hæredis, vt lib. 38. tit. 2. dig. 6. Et non dicitur carere ſucceſſore, qui eum ſuum reliquit, vt lib. 40. tit. 5. dig. 29. them. 5 In tit. autem 19. 3. lib Inſtit. dicit aſcendentes & deſcendentes habere ſucceſſionem. Tunc autem ſui exiſtunt & habent ius abſtinendi, quando ſe non immiſcuerunt, aut paternæ hæreditatis aliquid abſtulerunt, aut ſub conditione poteſtatiua inſtituti, eam impleuerunt, vt Inſtit. 2. tit. 19. & Inſtit. 3. tit. 1. & lib. 28. tit. 2. c. 11. & tit. 5. cap. 85. & lib. 29. tit. 2. cap. 11. 12. 70.

f ENANT. Suus eſt proprie qui ab alio non præceditur, vt lib. 37. tit. 4. dig. 4. them. 2. & Inſt. 2. tit. 19. Quomodo ergo qui non procedit poteſt ſuccedere? Scias ergo quod omnes qui deinceps ſequuntur, ſunt in poteſtate, & dicuntur ſui, vt lib. 28. tit. 5. dig. 4. & lib. 20. tit. 16. dig. 220. Dicit autem Inſtit. 3. tit. 9. ſuos habere ſucceſſionem* cum ſuo caſu. * μετὰ διαμονῆς.

v. Idem erit. ¶ Si autem filium meum hæredem inſtituero* ſub conditione[a] quæ eſt in eius arbitrio, aut nepotem ſub quacunque, & deceſſerint non impleta conditione, qui eos ſequuntur, fiunt mihi ſui hæredes, ſi modò nati ſunt aut concepti me viuente. * ὑπὸ ἐξουσιαστικὴν αἵρεσιν. Lege lib. 28. tit. 2. dig. 16. & tit. 5. dig. 4. & 85.

§. vlt. Præterm. eſt thema. ¶ Non ſolum [b] naturales ſed etiam adoptiui habent ius conſanguinitatis in eos qui ſunt in familia, tam qui ſunt in vtero, quàm qui naſcuntur poſt mortem patris eorum. Lege lib. 1 tit. 7. dig. 23 & huius lib. tit. 10. dig. 5.

l. 2. §. 4. Præterm. eſt thema. ¶ VLPIANVS.[c] Proximus vocatur, ſiue eſt primus ex pluribus, ſiue ſolus: etenim ipſe eſt proximus, ſicut vltimus poſt quem non eſt alius. Vnde ſolus dicitur & primus & vltimus.

§. 6. ¶ Nonnunquam [d] vocatur qui eſt longius. Si enim facto teſtamento, poſtquam mortuus eſt proximus, recuſauit hæres ſcriptus, vocatur qui ipſum ſequitur. Non enim eum quęrimus qui eſt in morte proximus, ſed eum qui eſt eo tempore quo fuit manifeſtum quempiam deceſſiſſe inteſtatum [e].

a INNOM. Oportet ponere eos qui deceſſerunt. deceſſiſſe pendente conditione. nam ſi ea deficiat eis adhuc viuentibus, fit locus iis qui veniunt ab inteſtato, & rurſus præferuntur iis qui ipſos ſequuntur, vt tit. 6. dig. 8. & tit 9. digeſt. 1. them. 7. Recte autem poteſtatiuam in filio poſuit conditionem propter ea quæ dicta ſunt lib. 28. tit. 7. digeſt. 28. & huius lib tit. 2. digeſt. 20. them. 4.

b Non ſolum naturales, ſed etiam adoptiui ius habent conſanguinitatis in filios qui ſunt in familia patris eorum, vel qui ſunt in vtero, vel naſcuntur poſt mortem patris.

c Omnis legitima hæreditas defertur ſoli cognato proximo, nobis minime contendentibus an ſit vnus ſolus cognatus, an ex duobus proximus aliquis, an ex pluribus. Sed nec de illo contendimus an ſint duo aut plures eiuſdem gradus, & an ſint ſoli, an præcedant omnes alios. Ille enim eſt proximus quem nemo præcedit, & ille vltimus quem nemo ſequitur. Interdum autem idem primus poſtremuſque intelligitur, quando eſt ſolus cognatus.

ENANT. Similiter lib. 28. tit. 6. dig. 34. & lib. 34. tit. 5. dig. 9. & lib. 50. tit. 16. dig. 62. & huius lib. tit. 8. dig. 1.

d Interdum viuente etiam proximo cognato, præferimus eum qui eſt longius, vt verbi gratia. Fecit aliquis teſtamentum habens patruum & filium patrui. Deliberante ſcripto hærede, deceſſit patruus Et poſtea ſcriptus hæres repudiauit hæreditatem. certum eſt vocari filium patrui, & poſſe accipere bo poſſeſſionem Vnde legitimi. Proximum enim dicimus, non qui tempore mortis eſt proximus, ſed quando manifeſtum fuit quempiam deceſſiſſe inteſtatum. Vnde etiam ſi fuiſſet ſuus aut conſanguineus præcedens legitimum, dum autem hæres deliberaret, mortuus eſt & ſuus & conſanguineus. & nullus ex iis vixit quando hæres inſtitutus repudiauit hęreditatem, illum intelligimus proximum quem primum inuenimus quando repudiatur hæreditas. Vnde illud quoque quæſitum eſt à ſapientibus, an etiam poſt ſcripti hæredis repudiationem, damus adhuc ius ſucceſſionis. Propone enim hæredem ſcriptum rogatum reſtituere hæreditatem cuipiam, & repudiaſſe. Cum enim poſt repudiationẽ nihilominus cogatur adire & reſtituere. Hoc enim Diuus Pius reſcripſit Finge ipſum ſuperuixiſſe quidem cẽtum diebus. verbi gratia, & interim proximum cognatum deceſſiſſe, poſtea autem deceſſiſſe etiam ſcriptum hæredem qui rogatus erat alteri reſtituere: tunc enim dicimus cognatum qui erat poſterior tempore repudiationis, hodie autem quando deceſſit ſcriptus hæres, inuenitur proximus, vocari ad hæreditatem, cum hoc quod ipſe ſit grauatus fideicommiſſo, quod rogatus fuerat reſtituere ſcriptus hæres.

e * INNOM. Lege dig. 8. & tit. 7. dig 4. & tit. 8. dig. 1. them. 7 In quo tractauit de tempore petitionis bon poſſeſſionis, quo defertur bonorum poſſeſſio. Lege etiam Inſtit. 3. tit. 2. * Enant.

Digitized by Google

Similiter lib. 35 tit. 1. dig. 15.

¶ Etiam poſt repudiationem datur † cognatio. Si quis enim quempiam ſcripſerit hæredem, rogans eum reſtituere hæreditatem: ille autem repudiauerit, ſic quoq; cogitur reſtituere. Si is ergo cùm ſuperuixiſſet centum dies, mortuus eſt cùm ante eum deceſſiſſet proximus cognatus eius qui eſt teſtatus, qui deinceps ſequitur, vocatur ad hæreditatem cum onere fideicommiſſi. IDEM. Inteſtato [a] liberto mortuo, primi vocantur † deſcendentes, & poſt eos aſcendentes liberti & fratres ſi ſint liberi. Si hi autem non exiſtunt, patroni [b] ¶ ſiue ſua ſponte manumiſerint, ſiue ex fideicommiſſo, ¶ ſiue dotalem [c] ſeruum maritus manumiſerit, ſiue hac lege emerit vt manumitteret, & arreptus fuerit ex conſtitutione. ¶ Si quis autem necem ſui domini detexit, ſiquidem eum tanquam libertum Prætor alicui aſſignauerit, ipſe erit patronus [d] & hæres legitimus. Sin autem non fuerit alicui aſſignatus, erit libertus eius qui fuit proximè eius dominus, & erit eius hæres ab inteſtato. Niſi ſit indignus, adeò vt etiam ei adempta [e] ſit hæreditas.

§. 7. † ſucceſſio. l. 3. in pr. † ſui, §. 1. §. 2. & 3. §. 4.

Lege lib. 36. tit. 1. dig. 66. the. 3.

a Inteſtato liberto mortuo primi quidem vocantur ſui ad eius hæreditatem. Si hi autem non fuerint, vocatur patronus. Libertum autem eum debemus intelligere quem ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit Dominus, ſiue ſponte eum manumiſit, ſiue neceſſitate aliqua, quoniam rogatus fuit eum manumittere. Quotquot enim ex fidei commiſſo manumittimus, vocamur ad eorum hæreditatem ab inteſtato. Sed & ſi dotalem ſeruum manumiſerit, ipſe eius eſſe patronus intelligitur, & ad eius hæreditatem ab inteſtato vocatur. Si autem emi ſeruum hac lege vt ipſum manumittam, etiam ſi Marci conſtitutio arripit eum ad libertatem, eſt tamen meus libertus, & eius hæreditas ad me pertinet ab inteſtato. Et quando ſeruus qui violentam Domini necem detexit, ex Senatuſconſulto donatus eſt libertate, ſiquidem Prętor aſſignauit alicui ius Patroni, ſine dubio erit eius libertus, & ei legitima eius defertur hæreditas. Quod ſi eum nulli aſſignauit, efficitur quidem hic quoque ciuis Romanus. erit autem illius libertus cuius fuerat antea ſeruus, & ipſe vocabitur ad eius hæreditatem ab inteſtato. Niſi talis eſſet eius dominus vt ei quaſi indigno denegaretur hæreditas, forte enim non eſt vltus necem teſtatoris.

b ENANT. Non ſolum ſui ſed ii etiam qui nati ſunt in ſeruitute, & cum eo ſunt manumiſſi, fratreſque & parentes ſimiliter manumiſſi. præferuntur patrono vt [*] Inſtit. 3. tit. 6. & lib. 6. Cod. tit. 4. conſtit. 4.

§. illud de grad. cog.

Enant.

c [*] EIVSDEM. Diues maritus, non etiam pauper, poteſt ſeruum dotalem manumittere, vt lib. 40. tit. 1. dig. 21. In fine autem 14. dig. 10. tit lib. 48. dicit quod maritus reſtituit vxori quæcunque per eum habuit, vel dolo factum eſt quo minus haberet. De his autem videbis perfectius lib. 24. tit. 3. cap. 24. 61. 62. 63. 64 65.

d ENANT. Secundum hoc intellige quod indiſtinctè dictum eſt tit. 2. dig. 4.

e Forte enim non eſt vltus mortem teſtatoris, vt lib. 37. tit. 14. dig. 2. l. pen. de iure patron. dig.

¶ Si libertam meam iureiurando [f] adegero ne nubat illegitimè, non excido [g] ab hæreditate. Sed ſi libertum meum iureiurando adegero, vt intra certum tempus vxorem ducat, vel ne ducat aliam quàm de qua conſenſero, vel vt accipiat meam collibertam, vel meam cognatam, incido in legem, & non ero ei hæres legitimus. ¶ Etiam [h] ciuitas ſi manumittat, efficitur hæres: ¶ & miles ex peculio militari: & Imperator, ſuorum libertorum.

§. 5. §. 6. §. 7. & 8.

Lege tit. 3. & lib. 40. tit. 3.

f Si quis habens libertam, eam iureiurando adegerit ne nubat præter leges, is non incidit in legem Æliam Sentiam, quæ dicit Patronum excidere à iure patroni qui libertam adigit iureiurando ne nubat. Sed ſi patronus libertum iureiurando adegit, ne intra certum tempus vxorem ducat, aut ne ducatã ali quam de qua patronus conſenſerit, aut ne ducat aliam omnino quã collibertam, aut cognatam ipſius patroni. dicimus eum incidere in legem Æliam Sentiam, & non vocari ad legitimam ipſius liberti hæreditatem ab inteſtato.

g Τὸ πλάτος dig. habet non incidere in legem Æliam Sentiam, quæ vt dicit Innominatus, vult me excidere à iure patroni. vt lib. 37. tit 14. digeſt. 6. & lege etiam 15. eiuſdem tituli [l. adigere. l. qui contra. de iure patro dig.]

h Si ciuitas ſeruum ſuum aut ancillam manumiſerit, vocatur ad hæreditatem eorum ab inteſtato. Et miles qui manumittit ſeruum caſtrenſis peculii, eum quoque habet libertum: & ad eius hæreditatem vocatur ab inteſtato. Porro autem quod Imperator quoque ſuis libertis ſuccedit, clarum eſt.

¶ Qui

Digitized by Google

§.9. ¶Qui in vtero[a] eſt legitime, & excludit inſequẽtes, & editus, hæres efficitur. Si quis autem eſt in rerum natura eiuſdem gradus, partem accipit. Similiter cap. 2 them. 1.
§.10. ¶ & ſi natura nouit eum nõ eſſe in vtero, qui eſt in rerum natura, ex aſſe fit hæres etiam ignorãs. Quare ſi in medio tempore deceſſerit, integram Lege lib. 29. tit. 2 ff. 30. the. 2.
§.11. hæreditatem tranſmittit ad ſuos hæredes. ¶ Qui[b] naſcitur poſt decem menſes ex quo ego ſum mortuus, non admittitur ad legitimam meam
§.vlt. hæreditatem. ¶Qui autem[c] naſcitur centeſimo octogeſimo ſecũdo die, naſcitur[d] tempore legitimo, nec videtur conceptus in ſeruitute, ſi mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundũ diem eſſet manumiſſa.

a Si eſt in vtero qui expectatur hæres legitimus, lex eum vocat etiamſi ſit in vtero, poſtquam natus fuerit ſcilicet. Propterea enim ſequentes cognatos differimus, quibus eſt præferendus qui naſcitur. Si autem ſint aliqui in eodem gradu cum poſthumo (forte enim eſt frater defuncti iam natus, & eſt alius in vtero, [vel patrui filius ſupereſt & alterius patrui filius eſt in vtero]) accipit partem is qui eſt in vtero, cum cognatis eiuſdem gradus qui ſunt in rerum natura. Non tamen eos impedit. Quæſitum eſt autem quotam partem tribuimus poſthumo, quia ex vno vtero plures naſci poſſunt. Et placuit, ſi in rerum natura certum ſit, mulierem quæ ſe dicit, prægnantem non eſſe ex aſſe eſſe hæredem eum qui iam natus eſt, & eſſe in rerum natura legitimum, quoniam & ignorãs lege fit hæres. Quare ſi medio tempore deceſſerit, hæreditatẽ tranſmittit ad ſuos hæredes.

b Eum qui natus eſt poſt decem menſes ex quo mortuus eſt quiſpiam, non admittimus ad legitimam eius hæreditatem. ſiquis autem natus eſt centeſimo octogeſimoſecundo die poſt mortem. cum Hippocrates medicus & Diuus Pius reſcripſit Pontificibus, naſci iuſto tempore, vtpote quod qui natus eſt, attigerit ſeptimum menſem. Quare ſi mater eius ante centeſimum octogeſimumſecundum diem fuit manumiſſa, non videtur fuiſſe conceptus in ſeruitute, ſed poſt eius manumiſſionem.

c ENANT. Dictum eſt lib. 28 tit. 2. dig 29. quod nepos poſthumus hæres inſtitutus tunc vocatur, quando poſt mortem ſui patris natus fuerit intra decem menſes.

d *EIVSDEM. Vt qui ſeptimum menſem attigerit. Sic enim dicit etiam in 12. dig. 5 tit. lib. 1. quod qui naſcitur menſe ſeptimo, eſt filius legitimus. Sed cõtingit centum octoginta & duos dies non attingere menſem ſeptimum, neque implere ſextum. Nam à primo die Martii vſque ad finem Auguſti ſunt centum octoginta & duo dies. Sed dicimus quod ex ſententia Hippocratis, quem hæc lex eſt ſecuta, 30. diebus completis eſt menſis lunaris. *Enan.

l.4. POMPONIVS. Si aliquorum[e] pater paſſus fuerit capitis diminutionem, ſeruatur ius legitimæ hæreditatis inter eos & alios cognatos.

l.5. VLPIANVS. Si cum[f] haberem fratrem & patruum, teſtatus fuero, & pendẽte conditione mortuus fuerit frater meus inteſtatus, & ſic conditio defecerit, efficitur patruus vtriuſque hæres legitimus. CELSVS. Præterm. est 6. dig.
l.7. Is[g] etiã qui eſt conceptus, creditur quodam[h] modo eſſe in rerum[i] natura.

e Si ſint aliqui inter ſe legitimi, etiamſi eorum pater paſſus ſit capitis diminutionem, ii tamen & inter ſe, & inter omnes alios cognatos eorum habent ſalua iura legitima.

f Si quis cum haberet fratrẽ & patruum, deceſſerit teſtamento facto, & hæredibus ſcriptis ſub conditione, pendente conditione mortuus ſit frater eius inteſtatus, poſtea autem defecerit conditio ſub qua ſcripti ſunt hæredes eius qui prior deceſſit, poteſt patruus & filii fratris qui prædeceſſit, & eius qui poſtea eſt mortuus, adire hæreditatem, vt qui deceſſerint inteſtati.

g Quidam exhæredato filio extraneum hæredem inſtituit ſub conditione. quæſitũ eſt ſi pendente adhuc conditione poſt mortem [patris] duxit vxorẽ filius exhæredatus, & natus eſt ei filius, & deceſſit filius, & poſtea defecit conditio extranei hæredis inſtitutionis, an poſſit hic nepos poſthumus ſuccedere auo ab inteſtato. Et reſpondit Iulianus. Qui poſt mortem alicuius eſt conceptus is neque tanquam ſuus ei poteſt ſuccedere, ſed neque bon. poſſeſſionem accipit tanquam legitimus, aut tanquam cognatus. Lex enim x ii. tabularum illos vocat hæredes, qui tempore mortis eius cuius futuri ſunt hæredes, ſunt in rerum natura, [vel concepti ſunt: quoniam quodammodo conceptus in rerum natura eſſe creditur.] Quinetiam prætor quoque edicto ſuo illis pollicetur bonorum poſſeſſiones, qui ſunt cognati alicuius tempore mortis eius. Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellantur etiam illorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non proprie dicitur, ſed per abuſionem, vel potius καταχρηστικῶς.

h ENANTIOPH. Recte dixit Quodammodo. Si enim natus ſit mortuus, neq; naſci videtur, nec dicitur filius, vt lib. 50. tit. 16. dig. 129. & neque homo dicitur, qui nondum eſt natus, vt lib. 35. tit. 2. dig. 9. [l. 9 dig. ad l Falc.]

i INNOM. In quibus ſibi prodeſt & non alteri, vt lib. 1. tit. 5. dig 7.

l.8 §.1. IVLIANVS. Siquis[a] matrem & ſororem & vxorem reliquiſſet prægnantem, & mater deceſſerit, & ſic vxor mortuum pepererit, ſola ſoror efficitur eius hæres. Nam ſi mater eſſet ſuperſtes, hæreditas ad[b] eam non Præterm. est primum thema.

Digitized by Google

Similiter lib. 55 tit. 1. dig. 15. ¶ Etiam poſt repudiationem datur † cognatio. Si quis enim quempiam ſcripſerit hæredem, rogans eum reſtituere hæreditatem: ille autem repudiauerit, ſic quoq; cogitur reſtituere. Si is ergo cùm ſuperuixiſſet cẽtum dies, mortuus eſt cùm ante eum deceſſiſſet proximus cognatus eius qui eſt teſtatus, qui deinceps ſequitur, vocatur ad hæreditatem cum onere fideicommiſſi. IDEM. Inteſtato [a] liberto mortuo, primi vocantur † deſcendentes, & poſt eos aſcendentes liberti & fratres ſi ſint liberi. Si hi autem non exiſtunt, patroni [b]. ¶ ſiue ſua ſponte manumiſerint, ſiue ex fideicommiſſo, ¶ ſiue dotalem [c] ſeruum maritus manumiſerit, ſiue hac lege emerit vt manumitteret, & arreptus fuerit ex conſtitutione. ¶ Si quis autem necem ſui domini detexit, ſiquidem eum tanquam libertum Prætor alicui aſſignauerit, ipſe erit patronus [d] & hæres legitimus. Sin autem non fuerit alicui aſſignatus, erit libertus eius qui fuit proximè eius dominus, & erit eius hæres ab inteſtato. Niſi ſit indignus, adeò vt etiam ei adempta [e] ſit hæreditas. §. 7. † ſucceſſio. l. 3. in pr. † ſui, §. 1. §. 2. & 3. §. 4.

Lege lib. 16. tit. 1. dig. 66. the. 3.

a Inteſtato liberto mortuo, primi quidem vocantur ſui ad eius hæreditatem. Si hi autem non fuerint, vocatur patronus. Libertum autem eum debemus intelligere quem ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit Dominus, ſiue ſponte eum manumiſit, ſiue neceſſitate aliqua, quoniam rogatus fuit eum manumittere. Quotquot enim ex fidei commiſſo manumittimus, vocamur ad eorum hæreditatem ab inteſtato. Sed & ſi dotalem ſeruum manumiſerit, ipſe eius eſſe patronus intelligitur, & ad eius hæreditatem ab inteſtato vocatur. Si autem emi ſeruum hac lege vt ipſum manumittam, etiam ſi Marci conſtitutio arripit eum ad libertatem, eſt tamen meus libertus, & eius hæreditas ad me pertinet ab inteſtato. Et quando ſeruus qui violentam Domini necem detexit, ex Senatuſconſulto donatus eſt libertate, ſiquidem Prętor aſſignauit alicui ius Patroni, ſine dubio erit eius libertus, & ei legitima eius defertur hæreditas. Quod ſi eum nulli aſſignauit, efficitur quidem hic quoque ciuis Romanus. erit autem illius libertus cuius fuerat antea ſeruus, & ipſe vocabitur ad eius hæreditatem ab inteſtato. Niſi talis eſſet eius dominus vt ei quaſi indigno denegaretur hæreditas, forte enim non eſt vltus necem teſtatoris.

b ENANT. Non ſolum ſui ſed ii etiam qui nati ſunt in ſeruitute, & cum eo ſunt manumiſſi, fratreſque & parentes ſimiliter manumiſſi, præferuntur patrono vt *Inſtit. 3. tit. 6. & lib. 6. Cod. tit. 4. conſtit. 4. §. illud de grad. cog.

Enant. *c* *EIVSDEM. Diues maritus, non etiam pauper, poteſt ſeruum dotalem manumittere, vt lib. 40. tit. 1. dig. 21. In fine autem 14. dig. 10. tit lib. 48. dicit quod maritus reſtituit vxori quæcunque per eum habuit, vel dolo factum eſt quo minus haberet. De his autem videbis perfectius lib. 24. tit. 4. cap. 24. 61. 62. 63. 64 65.

d ENANT. Secundum hoc intellige quod indiſtincte dictum eſt tit. 2. dig. 4.

e Forte enim non eſt vltus mortem teſtatoris, vt lib. 37. tit. 14. dig. 2. l. pen. de iure patron. dig.

¶ Si libertam meam iureiurando [f] adegero ne nubat illegitimè, non excido [g] ab hæreditate. Sed ſi libertum meum iureiurando adegero, vt intra certum tempus vxorem ducat, vel ne ducat aliam quàm de qua conſenſero, vel vt accipiat meam collibertam, vel meam cognatam, incido in legem, & non ero ei hæres legitimus. ¶ Etiam [h] ciuitas ſi manumittat, efficitur hæres: ¶ & miles ex peculio militari: & Imperator, ſuorum libertorum. §. 5. §. 6. §. 7. & 8.

Lege tit 5. & lib. 40. tit 5.

f Si quis habens libertam, eam iureiurando adegerit ne nubat præter leges, is non incidit in legem Æliam Sentiam, quæ dicit Patronum excidere à iure patroni qui libertam adigit iureiurando ne nubat. Sed ſi patronus libertum iureiurando adegit, ne intra certum tempus vxorem ducat, aut ne ducat ãli quam de qua patronus conſenſerit, aut ne ducat aliam omnino quã collibertam, aut cognatam ipſius patroni, dicimus eum incidere in legem Æliam Sentiam, & non vocari ad legitimam ipſius liberti hæreditatem ab inteſtato.

g Τὸ πλάτ. dig. habet non incidere in legem Æliam Sentiam, quæ vt dicit Innominatus, vult me excidere à iure patroni, vt lib. 37. tit 14. digeſt. 6. & lege etiam 15. eiuſdem tituli [l. adigere. l. qui contra. de iure patro. dig.]

h Si ciuitas ſeruum tuum aut ancillam manumiſerit, vocatur ad hæreditatem eorum ab inteſtato. Et miles qui manumittit ſeruum caſtrenſis peculii, eum quoque habet libertum: & ad eius hæreditatem vocatur ab inteſtato. Porro autem quod Imperator quoque ſuis libertis ſuccedit, clarum eſt.

¶ Qui

Digitized by Google

§.9. ¶Qui in vtero[a] eſt legitimè, & excludit inſequẽtes, & editus, hæres effi- Similiter cap. 2 them. 1.
citur. Si quis autem eſt in rerum natura eiuſdem gradus, partem accipit.
§.10. ¶ & ſi natura nouit eum nõ eſſe in vtero, qui eſt in rerum natura, ex aſſe Lege lib. 19. tit. 1. ff. 30. the. 2.
fit hæres etiam ignorãs. Quare ſi in medio tempore deceſſerit, integram
§.11. hæreditatem tranſmittit ad ſuos hæredes. ¶ Qui[b] naſcitur poſt decem
menſes ex quo ego ſum mortuus, non admittitur ad legitimam meam
§.vlt. hæreditatem. ¶Qui autem[c] naſcitur centeſimo octogeſimo ſecũdo die,
naſcitur[d] tempore legitimo, nec videtur conceptus in ſeruitute, ſi mater
ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundũ diem eſſet manumiſſa.

a Si eſt in vtero qui expectatur hæres legitimus, lex eum vocat etiamſi ſit in vtero, poſtquam natus fuerit ſcilicet. Propterea enim ſequentes cognatos differimus, quibus eſt præferendus qui naſcitur. Si autem ſint aliqui in eodem gradu cum poſthumo (forte enim eſt frater defuncti iam natus, & eſt alius in vtero, [vel patrui filius ſupereſt & alterius patrui filius eſt in vtero]) accipit partem is qui eſt in vtero, cum cognatis eiuſdem gradus qui ſunt in rerum natura. Non tamen eos impedit. Quæſitum eſt autem quotam partem tribuimus poſthumo, quia ex vno vtero plures naſci poſſunt. Et placuit, ſi in rerum natura certum ſit. mulierem quæ ſe dicit, prægnantem non eſſe ex aſſe eſſe hæredem eum qui iam natus eſt, & eſſe in rerum natura legitimum, quoniam & ignorãs lege fit hæres. Quare ſi medio tempore deceſſerit, hæreditatẽ tranſmittit ad ſuos hæredes.

b Eum qui natus eſt poſt decem menſes ex quo mortuus eſt quiſpiam, non admittimus ad legitimam eius hæreditatem. ſiquis autem natus eſt centeſimo octogeſimoſecundo die poſt mortem. eum Hippocrates medicus & Diuus Pius reſcripſit Pontificibus, naſci iuſto tempore, vtpore quod qui natus eſt, attigerit ſeptimum menſem. Quare ſi mater eius ante centeſimum octogeſimum ſecundum diem fuit manumiſſa, non videtur fuiſſe conceptus in ſeruitute, ſed poſt eius manumiſſionem.

c ENANI. Dictum eſt lib. 28 tit. 2. dig 29. quod nepos poſthumus hæres inſtitutus tunc vocatur, quando poſt mortem ſui patris natus fuerit intra decem menſes.

d *EIVSDEM. Vt qui ſeptimum menſem attigerit. Sic enim dicit etiam in 12. dig. 5 tit. lib. 1. quod qui naſcitur menſe ſeptimo, eſt filius legitimus. Sed cõtingit centum octoginta & duos dies non attingere menſem ſeptimum, neque implere ſextum. Nam à primo die Martii vſque ad finem Auguſti ſunt centum octoginta & duo dies. Sed dicimus quod ex ſententia Hippocratis, quem hæc lex eſt ſecuta, 30. diebus completis eſt menſis lunaris. *Enans

l.4. POMPONIVS. Si aliquorum[e] pater paſſus fuerit capitis diminutionem, ſeruatur ius legitimæ hæreditatis inter eos & alios cognatos.

l.5. VLPIANVS. Si cum[f] haberem fratrem & patruum, teſtatus fuero, & pendẽte conditione mortuus fuerit frater meus inteſtatus, & ſic conditio defecerit, efficitur patruus vtriuſque hæres legitimus. CELSVS. Præterm. eſt 6. dig.
l.7. Is[g] etiã qui eſt conceptus, creditur quodam[h] modo eſſe in rerum[i] natura.

e Si ſint aliqui inter ſe legitimi, etiamſi eorum pater paſſus ſit capitis diminutionem, ii tamen & inter ſe, & inter omnes alios cognatos eorum habent ſalua iura legitima.

f Si quis cum haberet fratrẽ & patruum, deceſſerit teſtamento facto, & hæredibus ſcriptis ſub conditione, pendente conditione mortuus ſit frater eius inteſtatus, poſtea autem defecerit conditio ſub qua ſcripti ſunt hæredes eius qui prior deceſſit, poteſt patruus & filii fratris qui præceſſit, & eius qui poſtea eſt mortuus, adire hæreditatem, vt qui deceſſerint inteſtati.

g Quidam exhæredato filio extraneum hæredem inſtituit ſub conditione. quæſitũ eſt ſi pendente adhuc conditione poſt mortem [patris] duxit vxorẽ filius exhæredatus, & natus eſt ei filius, & deceſſit filius, & poſtea defecit conditio extranei hæredis inſtitutionis, an poſſit hic nepos poſthumus ſuccedere auo ab inteſtato. Et reſpondit Iulianus. Qui poſt mortem alicuius eſt conceptus is neque tanquam ſuus ei poteſt ſuccedere, ſed neque bon. poſſeſſionem accipit tanquam legitimus, aut tanquam cognatus. Lex enim XII. tabularum illos vocat hæredes, qui tempore mortis eius cuius futuri ſunt hæredes, ſunt in rerũ natura, [vel concepti ſunt: quoniam quodammodo conceptus in rerum natura eſſe creditur.] Quinetiam prætor quoque edicto ſuo illis pollicetur bonorum poſſeſſiones, qui ſunt cognati alicuius tempore mortis eius. Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellantur etiam illorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non proprie dicitur, ſed per abuſionem, vel potius [illegible].

h ENANTIOPH. Recte dixit Quodam modo. Si enim natus ſit mortuus. neq; naſci videtur, nec dicitur filius, vt lib. 50. tit. 16. dig. 129. & neque homo dicitur, qui nondum eſt natus, vt lib: 35. tit. 2. dig. 9. [l. 9 dig. ad l Falc.]

i INNOM. In quibus ſibi prodeſt & non alteri, vt lib. 1. tit. 5. dig 7.

l.8 §.1. IVLIANVS. Siquis[a] matrem & ſororem & vxorem reliquiſſet prægnantem, & mater deceſſerit, & ſic vxor mortuum pepererit, ſola ſoror efficitur eius hæres. Nam ſi mater eſſet ſuperſtes, hæreditas ad[b] eam non Præterm. eſt primum thema.

Digitized by Google

Similiter lib. 35 tit. 1. dig. 15. ¶ Etiam poſt repudiationem datur † cognatio. Si quis enim quempiam ſcripſerit hæredem, rogans eum reſtituere hæreditatem: ille autem repudiauerit, ſic quoq; cogitur reſtituere. Si is ergo cùm ſuperuixiſſet cẽtum dies, mortuus eſt cùm ante eum deceſſiſſet proximus cognatus eius qui eſt teſtatus, qui deinceps ſequitur, vocatur ad hæreditatem cum onere fideicommiſſi. §.7. † ſucceſſio.

IDEM. Inteſtato [a] liberto mortuo, primi vocantur † deſcendentes, & poſt eos aſcendentes liberti & fratres ſi ſint liberi. l.3. in pr. † ſui, (Lege lib. 36. tit. 1. dig. 66. the. 3.)

Si hi autem non exiſtunt, patroni [b]. ¶ ſiue ſua ſponte manumiſerint, ſiue ex fideicommiſſo, ¶ ſiue dotalem [c] ſeruum maritus manumiſerit, ſiue hac lege emerit vt manumitteret, & arreptus fuerit ex conſtitutione. §.1. §. 2. & 3.

¶ Si quis autem necem ſui domini detexit, ſiquidem eum tanquam libertum Prætor alicui aſſignauerit, ipſe erit patronus [d] & hæres legitimus. Sin autem non fuerit alicui aſſignatus, erit libertus eius qui fuit proximè eius dominus, & erit eius hæres ab inteſtato. Niſi ſit indignus, adeò vt etiam ei adempta [e] ſit hæreditas. §. 4.

a Inteſtato liberto mortuo primi quidem vocantur ſui ad eius hæreditatem. Si hi autem non fuerint, vocatur patronus. Libertum autem eum debemus intelligere quem ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit Dominus, ſiue ſponte eum manumiſit, ſiue neceſſitate aliqua quoniam rogatus fuit eum manumittere. Quotquot enim ex fidei commiſſo manumittimus, vocamur ad eorum hæreditatem ab inteſtato. Sed & ſi dotalem ſeruum manumiſerit, ipſe eius eſſe patronus intelligitur, & ad eius hæreditatem ab inteſtato vocatur. Si autem emi ſeruum hac lege vt ipſum manumittam, etiam ſi Marci conſtitutio arripit eum ad libertatem, eſt tamen meus libertus, & eius hæreditas ad me pertinet ab inteſtato. Et quando ſeruus qui violentam Domini necem detexit, ex Senatuſconſulto donatus eſt libertate, ſiquidem Prętor aſſignauit alicui ius Patroni, ſine dubio erit eius libertus, & ei legitima eius defertur hæreditas. Quod ſi eum nulli aſſignauit, efficitur quidem hic quoque ciuis Romanus. erit autem illius libertus cuius fuerat antea ſeruus, & ipſe vocabitur ad eius hæreditatem ab inteſtato. Niſi talis eſſet eius dominus vt ei quaſi indigno denegaretur hæreditas, forte enim non eſt vltus necem teſtatoris.

b ENANT. Non ſolum ſui ſed ii etiam qui nati ſunt in ſeruitute, & cum eo ſunt manumiſſi, fratreſque & parentes ſimiliter manumiſſi, præferuntur patrono vt [*] Inſtit. 3. tit. 6. & lib. 6. Cod. tit. 4. conſtit. 4. §. illud de grad. cog.

Enant. *c* [*] EIVSDEM. Diues maritus, non etiam pauper, poteſt ſeruum dotalem manumittere, vt lib. 40. tit. 1. dig. 21. In fine autem 14. dig. 10. tit lib. 48. dicit quod maritus reſtituit vxori quæcunque per eum habuit, vel dolo factum eſt quo minus haberet. De his autem videbis perfectius lib. 24. tit. 3. cap. 24. 61. 62. 63. 64 65.

d ENANT. Secundum hoc intellige quod indiſtincte dictum eſt tit. 2. dig. 4.

e Forte enim non eſt vltus mortem teſtatoris, vt lib. 37. tit. 14. dig. 2 .l. pen. de iure patron. dig.

¶ Si libertam meam iureiurando [f] adegero ne nubat illegitimè, non excido [g] ab hæreditate. Sed ſi libertum meum iureiurando adegero, vt intra certum tempus vxorem ducat, vel ne ducat aliam quàm de qua conſenſero, vel vt accipiat meam collibertam, vel meam cognatam, incido in legem, & non ero ei hæres legitimus. §. 5.

(Lege tit. 3. & lib. 40. tit. 3.) ¶ Etiam [h] ciuitas ſi manumittat, efficitur hæres: ¶ & miles ex peculio militari: & Imperator, ſuorum libertorum. §. 6. §. 7. & 8.

f Si quis habens libertam, eam iureiurando adegerit ne nubat præter leges, is non incidit in legem Æliam Sentiam, quæ dicit Patronum excidere à iure patroni qui libertam adigit iureiurando ne nubat. Sed ſi patronus libertum iureiurando adegit, ne intra certum tempus vxorem ducat, aut ne ducatã ali quam de qua patronus conſenſerit, aut ne ducat aliam omnino quã collibertam, aut cognatam ipſius patroni, dicimus eum incidere in legem Æliam Sentiam, & non vocari ad legitimam ipſius liberti hæreditatem ab inteſtato.

g Τὸ πλάτος dig. habet non incidere in legem Æliam Sentiam, quæ vt dicit Innominatus, vult me excidere à iure patroni, vt lib. 37. tit 14. digeſt. 6. & lege etiam 15. eiuſdem tituli [l. adigere. l. qui contra. de iure patro dig.]

h Si ciuitas ſeruum ſuum aut ancillam manumiſerit, vocatur ad hæreditatem eorum ab inteſtato. Et miles qui manumittit ſeruum caſtrenſis peculii, eum quoque habet libertum: & ad eius hæreditatem vocatur ab inteſtato. Porro autem quod Imperator quoque ſuis libertis ſuccedit, clarum eſt.

¶ Qui

Digitized by Google

§.9. ¶Qui in vtero[a] eſt legitimè, & excludit inſequẽtes, & editus, hæres efficitur. Si quis autem eſt in rerum natura eiuſdem gradus, partem accipit. Similiter cap. 2 them. 1.
§.10. ¶ & ſi natura nouit eum nõ eſſe in vtero, qui eſt in rerum natura, ex aſſe ſit hæres etiam ignorãs. Quare ſi in medio tempore deceſſerit, integram Lege lib. 19. tit. 1 ff. 30. the. 2.
§.11. hæreditatem tranſmittit ad ſuos hæredes. ¶ Qui[b] naſcitur poſt decem menſes ex quo ego ſum mortuus, non admittitur ad legitimam meam
§.vlt. hæreditatem. ¶Qui autem[c] naſcitur centeſimo octogeſimo ſecũdo die, naſcitur[d] tempore legitimo, nec videtur conceptus in ſeruitute, ſi mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundũ diem eſſet manumiſſa.

a Si eſt in vtero qui expectatur hæres legitimus, lex eum vocat etiamſi ſit in vtero, poſtquam natus fuerit ſcilicet. Propterea enim ſequentes cognatos differimus, quibus eſt præferendus qui naſcitur. Si autem ſint aliqui in eodem gradu cum poſthumo (forte enim eſt frater defuncti iam natus, & eſt alius in vtero, [vel patrui filius supereſt & alterius patrui filius eſt in vtero]) accipit partem is qui eſt in vtero, cum cognatis eiuſdem gradus qui ſunt in rerum natura. Non tamen eos impedit. Quæſitum eſt autem quotam partem tribuimus poſthumo, quia ex vno vtero plures naſci poſſunt. Et placuit, ſi in rerum natura certum ſit mulierem quæ ſe dicit, prægnantem non eſſe ex aſſe eſſe hæredem eum qui iam natus eſt, & eſſe in rerum natura legitimum, quoniam & ignorãs lege ſit hæres. Quare ſi medio tempore deceſſerit, hæreditatẽ tranſmittit ad ſuos hæredes.

b Eum qui natus eſt poſt decem menſes ex quo mortuus eſt quiſpiam, non admittimus ad legitimam eius hæreditatem. ſiquis autem natus eſt centeſimo octogeſimoſecundo die poſt mortem. eum Hippocrates medicus & Diuus Pius reſcripſit Pontificibus, naſci iuſto tempore, vtpote quod qui natus eſt, attigerit ſeptimum menſem. Quare ſi mater eius ante centeſimum octogeſimumſecundum diem fuit manumiſſa, non videtur fuiſſe conceptus in ſeruitute, ſed poſt eius manumiſſionem.

c ENANI. Dictum eſt lib. 28 tit. 2. dig 29. quod nepos poſthumus hæres inſtitutus tunc vocatur, quando poſt mortem ſui patris natus fuerit intra decem menſes.

d *EIVSDEM. Vt qui ſeptimum menſem attigerit. Sic enim dicit etiam in 12. dig. 5 tit. lib. 1. quod qui naſcitur menſe ſeptimo, eſt filius legitimus. Sed cõtingit centum octoginta & duos dies non attingere menſem ſeptimum, neque implere ſextum. Nam à primo die Martii vſque ad finem Auguſti ſunt centum octoginta & duo dies. Sed dicimus quod ex ſententia Hippocratis, quem hæc lex eſt ſecuta, 30. diebus completis eſt menſis lunaris. *Enana

l.4. POMPONIVS. Si aliquorum[e] pater paſſus fuerit capitis diminutionem, ſeruatur ius legitimæ hæreditatis inter eos & alios cognatos.

l.5. VLPIANVS. Si cum[f] haberem fratrem & patruum, teſtatus fuero, & pendẽte conditione mortuus fuerit frater meus inteſtatus, & ſic conditio defecerit, efficitur patruus vtriuſque hæres legitimus. CELSVS. Prætermi. eſt 6. dig.
l.7. Is[g] etiã qui eſt conceptus, creditur quodam[h] modo eſſe in rerum[i] natura.

e Si ſint aliqui inter ſe legitimi, etiamſi eorum pater paſſus ſit capitis diminutionem, ii tamen & inter ſe, & inter omnes alios cognatos eorum habent ſalua iura legitima.

f Si quis cum haberet fratrẽ & patruum, deceſſerit teſtamento facto, & hæredibus ſcriptis ſub conditione, pendente conditione mortuus ſit frater eius inteſtatus, poſtea autem defecerit conditio ſub qua ſcripti ſunt hæredes eius qui prior deceſſit, poteſt patruus & filii fratris qui prædeceſſit, & eius qui poſtea eſt mortuus, adire hæreditatem, vt qui deceſſerint inteſtati.

g Quidam exhæredato filio extraneum hæredem inſtituit ſub conditione. quæſitũ eſt ſi pendente adhuc conditione poſt mortem [patris] duxit vxorẽ filius exhæredatus, & natus eſt ei filius, & deceſſit filius, & poſtea defecit conditio extranei hæredis inſtitutionis, an poſſit hic nepos poſthumus ſuccedere auo ab inteſtato. Et reſpondit Iulianus. Qui poſt mortem alicuius eſt conceptus is neque tanquam ſuus ei poteſt ſuccedere, ſed neque bon. poſſeſſionem accipit tanquam legitimus, aut tanquam cognatus. Lex enim x11. tabularum illos vocat hæredes, qui tempore mortis eius cuius futuri ſunt hæredes, ſunt in rerum natura, [vel concepti ſunt: quoniam quodammodo conceptus in rerum natura eſſe creditur.] Quinetiam prætor quoque edicto ſuo illis pollicetur bonorum poſſeſſiones, qui ſunt cognati alicuius tempore mortis eius. Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellantur etiam illorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non proprie dicitur, ſed per abuſionem, vel potius [illegible].

h ENANTIOPH. Recte dixit Quodam modo. Si enim natus ſit mortuus, neq; naſci videtur, nec dicitur filius, vt lib. 50. tit. 16. dig. 129. & neque homo dicitur, qui nondum eſt natus, vt lib: 35. tit. 2. dig. 9. [l. 9 dig. ad l Falc.]

i INNOM. In quibus ſibi prodeſt & non alteri, vt lib. 1. tit. 5. dig 7.

l.8 §.1. IVLIANVS. Siquis[a] matrem & ſororem & vxorem reliquiſſet prægnantem, & mater deceſſerit, & ſic vxor mortuum pepererit, ſola ſoror efficitur eius hæres. Nam ſi mater eſſet ſuperſtes, hæreditas ad[b] eam non Prætermi. eſt primum thema.

Digitized by Google

Similiter lib. 35 tit. 1. dig. 15.

¶ Etiam poſt repudiationem datur † cognatio. Si quis enim quempiam ſcripſerit hæredem, rogans eum reſtituere hæreditatem: ille autem repudiauerit, ſic quoq; cogitur reſtituere. Si is ergo cùm ſuperuixiſſet cẽtum dies, mortuus eſt cùm ante eum deceſſiſſet proximus cognatus eius qui eſt teſtatus, qui deinceps ſequitur, vocatur ad hæreditatem cum onere fideicommiſſi. IDEM. Inteſtato [a] liberto mortuo, primi vocantur † deſcendentes, & poſt eos aſcendentes liberti & fratres ſi ſint liberi. Si hi autem non exiſtunt, patroni [b] ¶ ſiue ſua ſponte manumiſerint, ſiue ex fideicommiſſo, ¶ ſiue dotalem [c] ſeruum maritus manumiſerit, ſiue hac lege emerit vt manumitteret, & arreptus fuerit ex conſtitutione. ¶ Si quis autem necem ſui domini detexit, ſiquidem eum tanquam libertum Prætor alicui aſſignauerit, ipſe erit patronus [d] & hæres legitimus. Sin autem non fuerit alicui aſſignatus, erit libertus eius qui fuit proximè eius dominus, & erit eius hæres ab inteſtato. Niſi ſit indignus, adeò vt etiam ei adempta [e] ſit hæreditas.

§. 7. † ſucceſſio. l. 3. in pr. † ſui, §. 1. §. 2. & 3. §. 4.

Lege lib. 36. tit. 1. dig. 66. the. 3.

a Inteſtato liberto mortuo. primi quidem vocantur ſui ad eius hæreditatem. Si hi autem non fuerint, vocatur patronus. Libertum autem eum debemus intelligere quem ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit Dominus, ſiue ſponte eum manumiſit, ſiue neceſſitate aliqua. quoniam rogatus fuit eum manumittere. Quotquot enim ex fidei commiſſo manumittimus, vocamur ad eorum hæreditatem ab inteſtato. Sed & ſi dotalem ſeruum manumiſerit, ipſe eius eſſe patronus intelligitur, & ad eius hæreditatem ab inteſtato vocatur. Si autem emi ſeruum hac lege vt ipſum manumittam, etiam ſi Marci conſtitutio arripit eum ad libertatem, eſt tamen meus libertus, & eius hæreditas ad me pertinet ab inteſtato. Et quando ſeruus qui violentam Domini necem detexit, ex Senatuſconſulto donatus eſt libertate, ſiquidem Prętor aſſignanit alicui ius Patroni, ſine dubio erit eius libertus, & ei legitima eius defertur hæreditas. Quod ſi eum nulli aſſignauit, efficitur quidem hic quoque ciuis Romanus. erit autem illius libertus cuius fuerat antea ſeruus, & ipſe vocabitur ad eius hæreditatem ab inteſtato. Niſi talis eſſet eius dominus vt ei quaſi indigno denegaretur hæreditas, forte enim non eſt vltus necem teſtatoris.

b ENANT. Non ſolum ſui ſed ii etiam qui nati ſunt in ſeruitute, & cum eo ſunt manumiſſi, fratreſque & parentes ſimiliter manumiſſi. præferuntur patrono vt * Inſtit. 3. tit. 6. & lib. 6. Cod. tit. 4. conſtit. 4. §. illud de grad. cog.

Enant.

c * EIVSDEM. Diues maritus, non etiam pauper, poteſt ſeruum dotalem manumittere, vt lib. 40. tit. 1. dig. 21. In fine autem 14. dig. 10. tit lib. 48. dicit quod maritus reſtituit vxori quæcunque per eum habuit, vel dolo factum eſt quo minus haberet. De his autem videbis perfectius lib. 24. tit. 3. cap. 24. 61. 62. 63. 64 65.

d ENANT. Secundum hoc intellige quod indiſtincte dictum eſt tit. 2. dig. 4.

e Forte enim non eſt vltus mortem teſtatoris, vt lib. 37. tit. 14. dig. 2. l. pen. de iure patron. dig.

¶ Si libertam meam iureiurando [f] adegero ne nubat illegitimè, non excido [g] ab hæreditate. Sed ſi libertum meum iureiurando adegero, vt intra certum tempus vxorem ducat, vel ne ducat aliam quàm de qua conſenſero, vel vt accipiat meam collibertam, vel meam cognatam, incido in legem, & non ero ei hæres legitimus. ¶ Etiam [h] ciuitas ſi manumittat, efficitur hæres: ¶ & miles ex peculio militari: & Imperator, ſuorum libertorum.

§. 5. Lege tit 3. & lib. 40. tit 3. §. 6. §. 7. & 8.

f Si quis habens libertam, eam iureiurando adegerit ne nubat præter leges, is non incidit in legem Æliam Sentiam, quæ dicit Patronum excidere à iure patroni qui libertam adigit iureiurando ne nubat. Sed ſi patronus libertum iureiurando adegit, ne intra certum tempus vxorem ducat, aut ne ducatã ali quam de qua patronus conſenſerit, aut ne ducat aliam omnino quã collibertam, aut cognatam ipſius patroni. dicimus eum incidere in legem Æliam Sentiam, & non vocari ad legitimam ipſius liberti hæreditatem ab inteſtaro.

g Τὸ πλάτος dig. habet non incidere in legem Æliam Semiam, quæ vt dicit Innominatus, vult me excidere à iure patroni. vt lib. 37. tit 14. digeſt. 6. & lege etiam 15. eiuſdem tituli [l. adigere. l. qui contra. de iure patro dig.]

h Si ciuitas ſeruum ſuum aut ancillam manumiſerit, vocatur ad hæreditatem eorum ab inteſtato. Et miles qui manumittit ſeruum caſtrenſis peculii, eum quoque habet libertum: & ad eius hæreditatem vocatur ab inteſtato. Porro autem quod Imperator quoque ſuis libertis ſuccedit, clarum eſt.

¶ Qui

Digitized by Google

§.9. ¶Qui in vtero[a] eſt legitimè, & excludit inſequẽtes, & editus, hæres efficitur. Si quis autem eſt in rerum natura eiuſdem gradus, partem accipit. Similiter cap. 2 them. 1.

§.10. ¶ & ſi natura nouit eum nõ eſſe in vtero, qui eſt in rerum natura, ex aſſe fit hæres etiam ignorãs. Quare ſi in medio tempore deceſſerit, integram hæreditatem tranſmittit ad ſuos hæredes. Lege lib. 19. tit. 2 ff. 30. the. 2.

§.11. ¶ Qui[b] naſcitur poſt decem menſes ex quo ego ſum mortuus, non admittitur ad legitimam meam hæreditatem.

§.vlt. ¶Qui autem[c] naſcitur centeſimo octogeſimo ſecũdo die, naſcitur[d] tempore legitimo, nec videtur conceptus in ſeruitute, ſi mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundũ diem eſſet manumiſſa.

a Si eſt in vtero qui expectatur hæres legitimus, lex eum vocat etiamſi ſit in vtero, poſtquam natus fuerit ſcilicet. Propterea enim ſequentes cognatos differimus, quibus eſt præferendus qui naſcitur. Si autem ſint aliqui in eodem gradu cum poſthumo (forte enim eſt frater defuncti iam natus, & eſt alius in vtero, [vel patrui filius ſupereſt & alterius patrui filius eſt in vtero]) accipit partem is qui eſt in vtero, cum cognatis eiuſdem gradus qui ſunt in rerum natura. Non tamen eos impedit. Quæſitum eſt autem quoram partem tribuimus poſthumo, quia ex vno vtero plures naſci poſſunt. Et placuit, ſi in rerum natura certum ſit mulierem quæ ſe dicit, prægnantem non eſſe ex aſſe eſſe hæredem eum qui iam natus eſt, & eſſe in rerum natura legitimum, quoniam & ignorãs lege fit hæres. Quare ſi medio tempore deceſſerit, hæreditatẽ tranſmittit ad ſuos hæredes.

b Eum qui natus eſt poſt decem menſes ex quo mortuus eſt quiſpiam, non admittimus ad legitimam eius hæreditatem. ſiquis autem natus eſt centeſimo octogeſimoſecundo die poſt mortem. eum Hippocrates medicus & Diuus Pius reſcripſit Pontificibus, naſci iuſto tempore, vtpore quod qui natus eſt, attigerit ſeptimum menſem. Quare ſi mater eius ante centeſimum octogeſimum ſecundum diem fuit manumiſſa, non videtur fuiſſe conceptus in ſeruitute, ſed poſt eius manumiſſionem.

c ENANT. Dictum eſt lib. 28 tit. 2. dig 29. quod nepos poſthumus hæres inſtitutus tunc vocatur, quando poſt mortem ſui patris natus fuerit intra decem menſes.

d *EIVSDEM. Vt qui ſeptimum menſem attigerit. Sic enim dicit etiam in 12. dig. 5 tit. lib. 1. quod qui naſcitur menſe ſeptimo, eſt filius legitimus. Sed cõtingit centum octoginta & duos dies non attingere menſem ſeptimum, neque implere ſextum. Nam à primo die Martii vſque ad finem Auguſti ſunt centum octoginta & duo dies. Sed dicimus quod ex ſententia Hippocratis, quem hæc lex eſt ſecuta, 30. diebus completis eſt menſis lunaris. *Enant.

L.4. POMPONIVS. Si aliquorum[e] pater paſſus fuerit capitis diminutionem, ſeruatur ius legitimæ hæreditatis inter eos & alios cognatos.

L.5. VLPIANVS. Si cum[f] haberem fratrem & patruum, teſtatus fuero, & pendẽte conditione mortuus fuerit frater meus inteſtatus, & ſic conditio defecerit, efficitur patruus vtriuſque hæres legitimus. CELSVS. Prætermiſ. eſt 6. dig.

L.7. Is[g] etiã qui eſt conceptus, creditur quodam[h] modo eſſe in rerum[i] natura.

e Si ſint aliqui inter ſe legitimi, etiamſi eorum pater paſſus ſit capitis diminutionem, ii tamen & inter ſe, & inter omnes alios cognatos eorum habent ſalua iura legitima.

f Si quis cum haberet fratrẽ & patruum, deceſſerit teſtamento facto, & hæredibus ſcriptis ſub conditione, pendente conditione mortuus ſit frater eius inteſtatus, poſtea autem defecerit conditio ſub qua ſcripti ſunt hæredes eius qui prior deceſſit, poteſt patruus & filii fratris qui prædeceſſit, & eius qui poſtea eſt mortuus, adire hæreditatem, vt qui deceſſerint inteſtati.

g Quidam exhæredato filio extraneum hæredem inſtituit ſub conditione. quæſitũ eſt ſi pendente adhuc conditione poſt mortem [patris] duxit vxorẽ filius exhæredatus, & natus eſt ei filius, & deceſſit filius, & poſtea defecit conditio extranei hæredis inſtitutionis, an poſſit hic nepos poſthumus ſuccedere auo ab inteſtato. Et reſpondit Iulianus. Qui poſt mortem alicuius eſt conceptus is neque tanquam ſuus ei poteſt ſuccedere, ſed neque bon. poſſeſſionem accipit tanquam legitimus, aut tanquam cognatus. Lex enim XII. tabularum illos vocat hæredes, qui tempore mortis eius cuius futuri ſunt hæredes, ſunt in rerum natura, [vel concepti ſunt: quoniam quodammodo conceptus in rerum natura eſſe creditur.] Quinetiam prætor quoque edicto ſuo illis pollicetur bonorum poſſeſſiones, qui ſunt cognati alicuius tempore mortis eius. Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellantur etiam illorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non proprie dicitur, ſed per abuſionem, vel potius ἀκαταχρηστικῶς.

h ENANTIOPH. Recte dixit Quodam modo. Si enim natus ſit mortuus, neq; naſci videtur, nec dicitur filius, vt lib. 50. tit. 16. dig. 129. & neque homo dicitur, qui nondum eſt natus, vt lib. 35. tit. 2. dig. 9. [l. 9 dig. ad l Falc.]

i INNOM. In quibus ſibi prodeſt & non alteri, vt lib. 1. tit. 5. dig 7.

L.8 §.1. IVLIANVS. Siquis[a] matrem & ſororem & vxorem reliquiſſet prægnantem, & mater deceſſerit, & ſic vxor mortuum pepererit, ſola ſoror efficitur eius hæres. Nam ſi mater eſſet ſuperſtes, hæreditas ad[b] eam non Prætermiſ. eſt primum thema.

Digitized by Google

ſcuntur liberi & ingenui,& quando per eum qui iuſſus eſt,aut per matrem manumittuntur. In 3. autem conſtit.tit.4.lib 7.Cod. dicit quod quæ manumiſſa eſt ſub conditione interea parit ſeruos, poſt moram autem ingenuos.In 4.autem conſtit. eiuſdem tit. quod ancilla cui debetur fideicommiſſaria libertas,ſi voluntate domini degat in libertate,fit libera & parit liberos. Sin autem nō ſit manumiſſa.vt quæ non petierit,de ſe queratur, interea enim ſeruos parit.Similiter etiam habet 11. conſtit eiuſdem tit.& dictum eſt lib.1.tit 5.conſtit.22 quod quæ donata eſt, vt manumitteretur, poſtquam paſſa eſt moram,à lege manumittitur,& parit ingenuum.

f ENANTIOPH. De eo vide pulchrā diſtinctionem lib.8.Cod. tit. 50. conſtit.1.quando qui fuit conceptus apud hoſtes,& reuerſus,patrem aut matrem ſequitur,aut non habet omnino poſtliminium.

† γνήσιοι. Et reliquum eis contingitur ſecundum diuiſionem ſtatu lib 37. tit.8.& huius lib.tit 6.c 5.

¶ † Sui ſunt filii in poteſtate & filiæ,naturales & adoptiui. ¶ Filiis in poteſtate præfertur fiſcus,quando pater eorum poſt mortem damnatus eſt tyrannidis. & [a] talis filius non habet ius ſepulchri [b]. ¶ Si filius [c] deſinit eſſe in poteſtate, omnes nepotes neptesq; ex eo nati qui in poteſtate ſunt,in eiuſdem partem ſuccedunt. Deſinet autem eſſe in poteſtate,ſi per magnam vel paruam ſui ſtatus mutationem exierit è poteſtate. Si ſit autem apud hoſtes,quandiu viuit,non ſuccedit. Sed neque [d] ſi redemptus fuerit ab hoſtibus, & nondum ab emptore liberatus deceſſerit. Nam dum decedit,videtur ſuum ſtatum recipere. ¶ Si autem non deſierit eſſe in poteſtate ſed neque vnquam fuerit, (fortè enim filius viuente patre meo captus fuit ab hoſtibus, & cùm ego factus eſſem mei iuris,illic deceſſit) qui ſunt ex ipſo mei nepotes, ſuccedunt in locum eius,¶ & non ſolum nepotes,ſed etiam neptes.

§. 2. & 3.
§. 4.
§. 5.
§. 6.

a Hoc enim crimen incipit intendere etiam poſt mortem eius qui deliquit, ſed non ex omnibus eius capitibus, ſed ex inſidiis paratis Imperatori, & proditione ciuitatis, vt lib. 48. tit. 4. ad finem.

b Iura autem paternorum libertorum ſeruari liberis dicit lib. 37. tit. 14. dig. 4. In 36. autem dig. 7. tit. 11. lib. dicit, quod ſi adempta fuerit alicuius tanquam indigni hæreditas, manet apud eum ius ſepulchri.

c Quando filius deſinit eſſe ſuus in eius partem ſuccedunt omnes nepotes & neptes qui ex eo nati ſunt,& ſunt in aui poteſtate. Hoc autem procedit ſecundum naturalem æquitatem. Deſinit autem aliquis eſſe ſuus hæres,ſi capitis diminutione vel magna vel minori exiit è poteſtate. Quod ſi filius ſit apud hoſtes, quandiu viuit, non poſſunt qui ex eo ſuſcepti ſunt nepotes ſuccedere in eius partem Sed & ſi quis eum redemit ab hoſtibus, nondum nepotes in eius locum ſuccedunt priuſquam fuerit liberatus ab eo qui ipſum redemit. Si autem interim deceſſerit,cum placuerit eum ſtatum ſuum recipere,moriens ſic quoque obſtat nepotibus. Si autem ſuus non deſiit eſſe in poteſtate, ſed neque vnquam fuit in poteſtate, vtputa ſi filius meus viuo patre meo captus ſit ab hoſtibus, & mox ibi deceſſit apud hoſtes, me facto patrefamiliâs ex eo nepotes in eius locum ſuccedunt, & fiunt ſui. Quemadmodum autem nepotes,ita etiam neptes ſuccedunt in locum parētum. Interdum autem licet aliquis in poteſtate alicuius eſſe non deſierit, ſed neque cœperit: tamen dicimus ſuccedentes ei liberos ſuos exiſtere, vt in illo caſu. Accepit aliquis in adoptionem eum cuius filius erat captus ab hoſtibus,nepos autem degebat in ciuitate. Si is deceſſerit quem accepit in adoptionem,& deceſſerit etiam filius eius captiuus qui erat apud hoſtes, pronepos meus,hoc eſt nepos eius qui acceptus fuit in adoptionem,eſt mihi ſuus hæres.

d INNOM. Liberatur enim à iure pignoris,& fit ei filius ſuus hæres,vt lib. 49.tit.15.c.15.

Leg. lib. 49. tit. 15. dig. 15.

¶ Quòd ſi etiam accepero filium in adoptionem habentem filiū captiuum & nepotem in ciuitate, & moritur filius & nepos, fit mihi pronepos ſuus hæres,etiamſi pater eius nunquam fuerit in mea poteſtate. §. 7.

† ἐπιγράδα-σις.

¶ Quamuis [e] non ſit † ſucceſſio [f] in ſuis hæredibus,poteſt tamen quiſpiam quem pater eius præcedit tempore mortis eius qui deceſſit,ei ſuus hæres exiſtere Si enim filium meum exhæredauero alio hærede inſtituto,& filio meo mortuo repudiauerit ſcriptus hæres,nepos exiſtit mihi ſuus hæres. Non eſt enim delata filio meo hæreditas. §. 8. in pr.

e Sciendum eſt nepotes & deinceps, interdum, etiamſi parentes eos mortis tempore præceſſerunt,tamen poſſe ſuos hæredes exiſtere, quamuis ſucceſſio in ſuis hæredibus non ſit. Hoc autem ita procedit, Si quis cum eſſet ſui iuris, teſtamento facto deceſſit repudiato ſuo filio, & deliberante hærede inſtituto deceſſit filius, poſtea deinde repudiauit hæres inſtitutus, poteſt nepos eſſe * patri ſuus hæres,hoc ſi ſcripſit etiam Marcellus libro decimo, quoniā nec delata eſt filio hæreditas.

* τῷ πάππῳ. f. τῷ πατρί.

Idem

Idem autem dicimus & ſi filius ex aſſe ſub conditione poteſtatiua, vel nepos ſub quacunq; conditione inſtituti hæredes, non impleta cōditione deceſſerint. Tunc enim dicimus eos qui ſequuntur ſuos ſuccedere, & exiſtere ſuos ei qui deceſſit, ſi modo mortis teſtatoris tempore vel nati eſſent, vel in vtero gererentur. Hoc enim Iuliano & Marcello placuit.

ENANT. Propterea in non exhæredatis ſuis non eſt ſucceſſio, quoniam & ex teſtamento & ab inteſtato ſunt hæredes, habent autem ius abſtinendi, vt Inſtit. 2. tit. 19. Siue ergo abſtinuerint, ſiue poſtquam ſe immiſcuerunt, vt minores fuerunt reſtituti, manent, habent nomen hæredis, vt lib. 38. tit. 2. dig. 6. Et non dicitur carere ſucceſſore, qui eum ſuum reliquit, vt lib. 40. tit. 5. dig. 29. them. 5 In tit. autem 19. 3. lib Inſtit. dicit aſcendentes & deſcendentes habere ſucceſſionem. Tunc autem ſui exiſtunt & habent ius abſtinendi, quando ſe non immiſcuerunt, aut paternæ hæreditatis aliquid abſtulerunt, aut ſub conditione poteſtatiua inſtituti, eam impleuerunt, vt Inſtit. 2. tit. 19. & Inſtit. 3. tit. 1. & lib. 28. tit. 2. c. 11. & tit. 5. cap. 85. & lib. 29. tit. 2. cap. 11. 12. 70.

f ENANT. Suus eſt proprie qui ab alio non præceditur, vt lib. 37. tit. 4. dig. 4. them. 2. & Inſt. 2, tit. 19. Quomodo ergo qui non procedit poteſt ſuccedere? Scias ergo quod omnes qui deinceps ſequuntur, ſunt in poteſtate, & dicuntur ſui, vt lib. 28. tit. 5. dig. 4. & lib. 20. tit. 16. dig. 220. Dicit autem Inſtit. 3. tit. 9. ſuos habere ſucceſſionem* cum ſuo caſu.

v. Idem etic. ¶ Si autem filium meum hæredem inſtituero* ſub conditione[a] quæ eſt in eius arbitrio, aut nepotem ſub quacunque, & deceſſerint non impleta conditione, qui eos ſequuntur, fiunt mihi ſui hæredes, ſi modò nati ſunt aut concepti me viuente. (§. vlt. Præterm. eſt thema.) ¶ Non ſolum [b] naturales ſed etiam adoptiui habent ius conſanguinitatis in eos qui ſunt in familia, tam qui ſunt in vtero, quàm qui naſcuntur poſt mortem patris eorum.

* μετὰ θηματισμοῦ.
* ὑπὸ ἐξουσιαστικὴν αἵρεσιν.
Lege lib. 28. tit. 2. dig 16. & tit. 5. dig 4. & 85.
Lege lib. 1 tit. 7. dig. 21 & huius lib. tit. 10. dig. 5.

l. 2. §. 4. Præterm. eſt thema. ¶ VLPIANVS.[c] Proximus vocatur, ſiue eſt primus ex pluribus, ſiue ſolus: etenim ipſe eſt proximus, ſicut vltimus poſt quem non eſt alius. Vnde ſolus dicitur & primus & vltimus. §. 6. ¶ Nonnunquam [d] vocatur qui eſt longius. Si enim facto teſtamento, poſtquam mortuus eſt proximus, recuſauit hæres ſcriptus, vocatur qui ipſum ſequitur. Non enim eum quærimus qui eſt in morte proximus, ſed eum qui eſt eo tempore quo fuit manifeſtum quempiam deceſſiſſe inteſtatum[e].

a INNOM. Oportet ponere eos qui deceſſerunt, deceſſiſſe pendente conditione. nam ſi ea deficiat eis adhuc viuentibus, fit locus iis qui veniunt ab inteſtato, & rurſus præferuntur iis qui ipſos ſequuntur, vt tit. 6. dig. 8. & tit 9 digeſt. 1. them. 7. Recte autem poteſtatiuam in filio poſuit conditionem propter ea quæ dicta ſunt lib. 28. tit. 7. digeſt. 28. & huius lib. tit. 2. digeſt. 20. them. 4.

b Non ſolum naturales, ſed etiam adoptiui ius habent conſanguinitatis in filios qui ſunt in familia patris eorum, vel qui ſunt in vtero, vel naſcuntur poſt mortem patris.

c Omnis legitima hæreditas defertur ſoli cognato proximo, nobis minime contendentibus an ſit vnus ſolus cognatus, an ex duobus proximus aliquis, an ex pluribus. Sed nec de illo contendimus an ſint dito aut plures eiuſdem gradus, & an ſint ſoli, an præcedant omnes alios. Ille enim eſt proximus quem nemo præcedit, & ille vltimus quem nemo ſequitur. Interdum autem idem primus poſtremuſque intelligitur, quando eſt ſolns cognatus.

ENANT. Similiter lib. 28. tit. 6. dig. 34. & lib. 34. tit. 5. dig. 9. & lib. 50. tit. 16. dig. 62. & huius lib. tit. 8. dig. 1.

d Interdum viuente etiam proximo cognato, præferimus eum qui eſt longius, vt verbi gratia. Fecit aliquis teſtamentum habens patruum & filium patrui. Deliberante ſcripto hærede, deceſſit patruus Et poſtea ſcriptus hæres repudiauit hæreditatem. certum eſt vocari filium patrui, & poſſe accipere bo poſſeſſionem Vnde legitimi. Proximum enim dicimus, non qui tempore mortis eſt proximus, ſed quando manifeſtum fuit quempiam deceſſiſſe inteſtatum. Vnde etiam ſi fuiſſet ſuus aut conſanguineus præcedens legitimum, dum autem hæres deliberaret, mortuus eſt & ſuus & conſanguineus, & nullus ex iis vixit quando hæres inſtitutus repudiauit hęreditatem, illum intelligimus proximum quem primum inuenimus quando repudiatur hæreditas. Vnde illud quoque quæſitum eſt à ſapientibus, an etiam poſt ſcripti hæredis repudiationem, damus adhuc ius ſucceſſionis Propone enim hæredem ſcriptum rogatum reſtituere hæreditatem cuipiam, & repudiaſſe. Cum enim poſt repudiationē nihilominus cogatur adire & reſtituere. Hoc enim Diuns Pins reſcripſit Finge ipſum ſuperuixiſſe quidem cētum diebus. verbi gratia, & interim proximum cognatum deceſſiſſe, poſtea autem deceſſiſſe etiam ſcriptum hæredem qui rogatus erat alteri reſtituere: tunc enim dicimus cognatum qui erat poſterior tempore repudiationis, hodie autem quando deceſſit ſcriptus hæres, inuenitur proximus, vocari ad hæreditatem, cum hoc quod ipſe ſit grauatus fideicommiſſo, quod rogatus fuerat reſtituere ſcriptus hæres.

e *INNOM. Lege dig. 8. & tit. 7. dig 4. & tit. 8. dig. 1. them. 7 In quo tractauit de tempore petitionis bon poſſeſſionis, quo defertur bonorum poſſeſſio. Lege etiam Inſtit. 3. tit. 2. * Enant.

Digitized by Google

§.9. ¶Qui in vtero[a] eſt legitimè, & excludit inſequẽtes, & editus, hæres effi- *Similiter cap. 2 them. 1.*
citur. Si quis autem eſt in rerum natura eiuſdem gradus, partem accipit.
§.10. ¶& ſi natura nouit eum nõ eſſe in vtero, qui eſt in rerum natura, ex aſſe *Lege lib. 29. tit. 1 ff. 30. the. 2.*
fit hæres etiam ignorãs. Quare ſi in medio tempore deceſſerit, integram
§.11. hæreditatem tranſmittit ad ſuos hæredes. ¶Qui[b] naſcitur poſt decem
menſes ex quo ego ſum mortuus, non admittitur ad legitimam meam
§.ult. hæreditatem. ¶Qui autem[c] naſcitur centeſimo octogeſimo ſecũdo die,
naſcitur[d] tempore legitimo, nec videtur conceptus in ſeruitute, ſi mater
ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundũ diem eſſet manumiſſa.

a Si eſt in vtero qui expectatur hæres legitimus, lex eum vocat etiamſi ſit in vtero, poſtquam natus fuerit ſcilicet. Propterea enim ſequentes cognatos differimus, quibus eſt præferendus qui naſcitur. Si autem ſint aliqui in eodem gradu cum poſthumo (forte enim eſt frater defuncti iam natus, & eſt alius in vtero, [vel patrui filius ſupereſt & alterius patrui filius eſt in vtero]) accipit partem is qui eſt in vtero, cum cognatis eiuſdem gradus qui ſunt in rerum natura. Non tamen eos impedit. Quæſitum eſt autem quotam partem tribuimus poſthumo, quia ex vno vtero plures naſci poſſunt. Et placuit, ſi in rerum natura certum ſit mulierem quæ ſe dicit, prægnantem non eſſe ex aſſe eſſe hæredem eum qui iam natus eſt, & eſſe in rerum natura legitimum, quoniam & ignorãs lege fit hæres. Quare ſi medio tempore deceſſerit, hæreditatẽ tranſmittit ad ſuos hæredes.

b Eum qui natus eſt poſt decem menſes ex quo mortuus eſt quiſpiam, non admittimus ad legitimam eius hæreditatem. ſiquis autem natus eſt centeſimo octogeſimoſecundo die poſt mortem. eum Hippocrates medicus & Diuus Pius reſcripſit Pontificibus, naſci iuſto tempore, vtpote quod qui natus eſt, attigerit ſeptimum menſem. Quare ſi mater eius ante centeſimum octogeſimum ſecundum diem fuit manumiſſa, non videtur fuiſſe conceptus in ſeruitute, ſed poſt eius manumiſſionem.

c ENANTI. Dictum eſt lib. 28 tit. 2. dig 29. quod nepos poſthumus hæres inſtitutus tunc vocatur, quando poſt mortem ſui patris natus fuerit intra decem menſes.

d *EIVSDEM. Vt qui ſeptimum menſem attigerit. Sic enim dicit etiam in 12. dig. 5 tit. lib. 1. quod qui naſcitur menſe ſeptimo, eſt filius legitimus. Sed cõtingit centum octoginta & duos dies non attingere menſem ſeptimum, neque implere ſextum. Nam à primo die Martii vſque ad finem Auguſti ſunt centum octoginta & duo dies. Sed dicimus quod ex ſententia Hippocratis, quem hæc lex eſt ſecuta, 30. diebus completis eſt menſis lunaris. **Enans*

l.4. POMPONIVS. Si aliquorum[e] pater paſſus fuerit capitis diminutionem, ſeruatur ius legitimæ hæreditatis inter eos & alios cognatos.

l.5. VLPIANVS. Si cum[f] haberem fratrem & patruum, teſtatus fuero, & pendẽte conditione mortuus fuerit frater meus inteſtatus, & ſic conditio defecerit, efficitur patruus vtriuſque hæres legitimus. CELSVS. *Præterm. est 6. dig.*
l.7. Is[g] etiã qui eſt conceptus, creditur quodam[h] modo eſſe in rerum[i] natura.

e Si ſint aliqui inter ſe legitimi, etiamſi eorum pater paſſus ſit capitis diminutionem, ii tamen & inter ſe, & inter omnes alios cognatos eorum habent ſalua iura legitima.

f Si quis cum haberet fratrẽ & patruum, deceſſerit teſtamento facto, & hæredibus ſcriptis ſub conditione, pendente conditione mortuus ſit frater eius inteſtatus, poſtea autem defecerit conditio ſub qua ſcripti ſunt hæredes eius qui prior deceſſit, poteſt patruus & filii fratris qui prædeceſſit, & eius qui poſtea eſt mortuus, adire hæreditatem, vt qui deceſſerint inteſtati.

g Quidam exhæredato filio extraneum hæredem inſtituit ſub conditione. quæſitũ eſt ſi pendente adhuc conditione poſt mortem [patris] duxit vxorẽ filius exhæredatus, & natus eſt ei filius, & deceſſit filius, & poſtea defecit conditio extranei hæredis inſtitutionis, an poſſit hic nepos poſthumus ſuccedere auo ab inteſtato. Et reſpondit Iulianus. Qui poſt mortem alicuius eſt conceptus is neque tanquam ſuus ei poteſt ſuccedere, ſed neque bon. poſſeſſionem accipit tanquam legitimus, aut tanquam cognatus. Lex enim XII. tabularum illos vocat hæredes, qui tempore mortis eius cuius futuri ſunt hæredes, ſunt in rerum natura, [vel concepti ſunt: quoniam quodammodo conceptus in rerum natura eſſe creditur.] Quinetiam prætor quoque edicto ſuo illis pollicetur bonorum poſſeſſiones, qui ſunt cognati alicuius tempore mortis eius. Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellantur etiam illorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non proprie dicitur, ſed per abuſionem, vel potius [illegible].

h ENANTIOPH. Recte dixit Quodam modo. Si enim natus ſit mortuus, neq; naſci videtur, nec dicitur filius, vt lib. 50. tit. 16. dig. 129. & neque homo dicitur, qui nondum eſt natus, vt lib. 35. tit. 2. dig. 9. [l. 9 dig. ad l. Falc.]

i INNOM. In quibus ſibi prodeſt & non alteri, vt lib. 1. tit. 5. dig 7.

l.8 §.1. IVLIANVS. Siquis[a] matrem & ſororem & vxorem reliquiſſet prægnantem, & mater deceſſerit, & ſic vxor mortuum pepererit, ſola ſoror efficitur eius hæres. Nam ſi mater eſſet ſuperſtes, hæreditas ad[b] eam non *Præterm. est primum thema.*

Digitized by Google

pertineret. MARCIANVS. Si cum[c] eſſent plures hęredes legitimi, quidā recuſauerint, vel non potuerint adire hæreditatem, vt qui vel ſint mortui, vel aliqua alia ratione: iis qui adierint, accreſcit eorum portio: & [d] licet deceſſerint antequam accreſceret, transmittunt ius ad hæredes. Si quis autem cohæres & ſubſtitutus datus fuerit alicui, ipſi quidem viuo competit ſubſtitutio. Sin autem prædeceſſerit, non [e] tranſmittit [f] eam ad hæredes. l. 9. Prætermiſ. eſt dig. 10.

a Si quis prægnantem vxorem reliquerit, & matrem quoque reliquerit & ſororem, & viuente vxore deceſſerit mater eius, poſtea autem eius vxor mortuū pepererit: ad ſolam ſororem legitima pertinet hæreditas: quia mater eo tempore deceſſit, quo legitima hæreditas ad eam non pertinebat, cum ſperaretur naſciturus poſthumus eius filius.

b Cum ſperaretur naſciturus poſthumus. Lege finem huius lib.

c Si ex pluribus legitimis quidam recuſauerint hæreditatem, aut deceſſerint priuſquam adeāt, alii autem adiuerint, accreſcit iis qui adierunt, pars eorum qui adire non potuerunt, aut noluerunt. & ſi maxime deceſſerint ii qui adierunt priuſquam eis accreuerit pars aliorum, ad hæredes tamen tranſit eorum qui adiuerunt, pars eorum qui deceſſerunt, aut recuſarunt. Aliud eſt quando quis inſtitutus fuit hęres, & eundem habet & cohæredē & ſubſtitutum ſibi datum. Subſtituto enim ſuperſtiti quidem competit pars ſubſtitutionis. Sin autem deceſſerit priuſquam ſit locus ſubſtitutioni, non tranſmittit eam ad hæredes.

d INNOM. Quod enim etiam poſt mortem ſit locus iuri accreſcendi, leg. Inſtit. 3. tit. 4. & lib. 28. tit. 5. dig. 58. & lib. 6. Cod. tit. 51. conſtit.

e ENANTIOPH. Excipe, * Publicianam ſubſtitutionē propter id quod dictum eſt lib. 29. tit. 2. dig 59. De fratre. l. qui patrui. de acq. hæred. (* puto legendum, pupillarem.)

f INNOM. Sed deinceps ceſſante ſubſtitutione locus eſt iuri accreſcendi, & vocabuntur hæredes ſubſtituti, cum iis, qui vt eſt veriſimile, cum eis ſcripti ſunt hæredes. Lege tit. 15. dig. 4. (l. 2 tit. 8. dig 5. & 3.)

POMPONIVS. Quæ [g] ex lege duodecim tabularum deferuntur hæreditates, pereunt mutatione ſtatus, ſiue viuo eo qui deceſſit, contigit cognato eius, ſiue poſtea ante aditam hæreditatem. Deſinit enim dici ſuus aut legitimus. Quæ autē ex noua lege aut S.C. deferuntur, non pereunt. CAIVS. Fœminæ ſuos [h] non habent, [i] neque deſinunt habere propter mutationem ſtatus. IDEM. In ſuis [k] hæredibus aditio hæreditatis non eſt [l] neceſſaria, [m] iure enim [n] exiſtunt. l. 11. (prætermiſ. eſt 12. dig.) l. 13. l. 14.

PAPINIANVS. Si [o] cum pater meus eſſet captiuus, deceſſero, & ipſe quoque illic poſt me, mihi tanquam patri familias ſucceditur. ¶ Sin autem fuerit [p] reuerſus, quæcunque medio tempore per me acquiſita ſunt accipit, & filius meus ſit eius poteſtatis. PAPINIANVS. Si [q] dixero in inſtrumento dotali filiæ meæ, eam nihil amplius [r] ſperaturam [s] ex mea hæreditate, non valet. Priuatorum enim contractus non præiudicant iuri [t] communi. (Lege integrā 30. tit. 6. lib.) l. 15. in pr. v. ſed ſi. l. 16. ſiue vlt.

g Illæ legitimæ hæreditates pereunt per capitis diminutionem, quæ deferuntur ex lege XII. tab. ſiue viuo adhuc aliquo contigerit capitis diminutio eius cognato, ſiue poſt eius mortem, priuſquam adierit. Deſinit enim deinceps dici ſuus aut agnatus, qui paſſus eſt capitis diminutionem. Quæ autem deferuntur à nouis legibus aut decretis hæreditates, non pereunt per capitis diminutionem.

INNOM. Similiter tit. ſeq. dig. 1. the 7 & Inſtit 3. tit. 4. Lege ſequentis tit. dig. 2. thema 15.

h INNOM. Similiter de ſuo, tit. 1. dig. 10. them. 2.

i EIVSDEM. Similiter lib. 37. tit. 4. [dig. 4.] Quomodo autem adrogent, dictū eſt 8. lib. C. tit. 47. dig 5 & Inſtit. 1. tit. 11.

k Sui non opus habent aditione, quia ipſo iure hæredes exiſtunt.

l ENANTIOPH Ea in ſuis eſt ſuperuacua, vt lib. 5. tit. 2. dig. 7. Atqui dictum eſt Inſtit. 3. tit. 9. quod aſcendentes & deſcendentes naturales & adoptiui, ſi intra annum non petierint bonorum poſſeſſionem excidunt Similiter lib. 38. tit. 9. dig 1.

m * EIVSDEM. Et non ſolum quando ipſi inſtituūtur hæredes, ſed etiam quando ipſi fuerint exhæredati, filii autem inſtituti. Fiunt enim per ipſos etiam abſque aditione neceſſarii: vt lib. 29. tit. 2. dig. 6. them. 5. & huius lib tit. 2. dig. 13. (* Enant.)

n INNOM. Lege lib 28 tit 2. dig. 11. & tit. 5 c. 85. & Inſtit. 2. tit. 19. & lib. 29. tit. 2. dig. 11. 12. quod nō [exiſtunt] egentes aditione aut bonorum poſſeſſione. Quibuſnam autem competat deliberatio, & quis ſit proprie ſuus, cognoſces ex 19. tit 2. lib. Inſtit.

o Quan-

Digitized by Google

o Quando pater fuerit captus ab hoſtibus,& contigerit priorem decedere filium eius qui manſerat in ciuitate poſtea autem deceſſerit pater quoque apud hoſtes, ex euentu creditur ſui iuris eſſe mortuus filius eius, etiamſi non fuerit perfecte liberatus à poteſtate quandiu vixit. Habet itaque hæredes hic filius,vt qui ſit mortuus ſui iuris,ex eo quod non ſit reuerſus pater eius. Si autem pater ſit reuerſus cum iam prædeceſſiſſet filius, propter ius poſtliminii creduntur omnia acquiſita eſſe patri,quæ medio tempore acquiſiit filius. & non eſt mirum ſi peculium quoq; defuncti pridē filii competit patri,cum etiam qui ex ipſo natus eſt, ſit cum eo in ipſius poteſtate ,propterea quod ſuſpenſa eſſet quæ in ipſum habebatur poteſtas,quandiu pater viuebat apud hoſtes.

p ENANT. Qui enim decedit apud hoſtes, videtur deceſſiſſe ex quo captus fuit ab hoſtibus,vt lib 49 tit.15.& lib 8.Cod.tit.50.

q Si pater dotans filiā,dixerit ſe ideo dediſſe dotē filiæ,ne ipſa aliquid aliud ſperaret ex eius hæreditate, eiuſmodi verba ex contractu dotali non mutant ius ſucceſſionis. Priuatorum enim conuentiones non habent vim legum.

r INNOM. Hæc lex ſita eſt lib.6.Cod.tit.20.cōſtit.3.Et lib.2.tit.3.conſtit.15. Dicit enim nihil valere in inſtrumento dotali pacta de ſucceſſione patris. Ergo hic quoq; filia ſuccedit pro portionē dotem conferens,vt in eadem 3.conſtit lege etiam lib.5.tit.14. conſtit.5.

s ENANT. Priuatorum enim conuentiones nō mutant ius commune,vt lib.12.tit.7.dig.20. & lib.50.tit.17.dig.27.& 45.& lib. 27.tit.8.dig 1 them.7. Teſtari enim non eſt priuati,ſed publici iuris,vt lib 28.tit.1.dig.3.Publice enim intereſt valere eorum qui decedunt voluntates,vt lib.29. tit.3.dig.5.Vnde etiam inſtrumentum teſtamenti eſt publicum,vt dig.2.eiuſdem tit.

l.1.in pr. dig ad S.C Tert. & Orfic. Hic eſt 56.& 57.tit 6 li.C.

VLPIA. Et[a] ingenuæ & libertinæ matris filii ſunt hæredes. ¶ Etiā qui Eiuſdem lib. tit.17 dig.1. Leg tit. 8. cap.2.
§.2. natus eſt ex meretrice,eſt matris hæres legitimus. ¶ Et qui conceptus eſt
§.3. v.cerre. poſtquam matri facta eſt mora in libertate fideicōmiſſaria. ¶ Et[b] qui fuit
§.4. quidem conceptus in ſeruitute,natus autem in libertate. Et qui conceptus quidē eſt & natus apud hoſtes, & cum ipſa eſt [c] reuerſus. ¶ Qui [d] poſt Similiter tit 16.dig.1.the. 2.
mortem matris, prius quam adiiſſet hæreditatem, redactus eſt in ſeruitutem non exiſtit eius hæres,etiam ſi poſtea fuerit manumiſſus,niſi cum factus eſſet ſeruus pœnæ, liberalitate Principis fuit poſtea [e] reſtitutus.
§.5. ¶ Qui * execto matris vtero eſt natus,& ex teſtamēto & ab inteſtato poteſt eſſe hæres matris. Eius enim nomine viuens mitti poterat in poſſeſſionem ventris nomine. * ita aian-ṽic.f.pūc. * Similiter tit.8.dig.the 9.

a Siue ingenua ſiue libertina mater deceſſerit, vocantur eius filii ad hæreditatem ab inteſtato ex Senatuſconſulto Orficiano. Si autem de ſtatu matris quæ deceſſit dubitatur vtrum eſſet ſui iuris an in poteſtate (fuit enim eius pater aliquando captus ab hoſtibus) ſi clarum fuerit eam eſſe ſui iuris,tunc vocantur filii ad eius hæreditatem. Vnde quæritur medio tempore quo pendet eius ſtatus an debet filiis ſuccurri per Prætorem, ne ſi medio tempore deceſſerint, maternæ hæreditatis nihil tranſmittāt ad hæredes? Et magis eſt vt ſuccurratur,vt in multis caſibus placuit. Sed & ex meretrice quoque nati filii vocantur ad matris legitimam hæreditatem. Interdum autem ii etiam qui ſunt nati in ſeruitute matri ſuccedunt tanquam legitimi. Si enim nati fuerint poſtquam matri mora facta eſt in libertate fideicommiſſaria, eius fiunt hæredes. Quod ſi etiam poſt matris manumiſſionem natus fuerit filius ab ea in ſeruitute conceptus, eum vocamus ad eius hæreditatem. Sed & ſi mater conceperit & pepererit apud hoſtes & natus cum ea redierit, poteſt vocari ad eius hæreditatem, ex Conſtitutione Imperatoris noſtri & patris eius, ſicut etiam vocatur qui eſt natus ex meretrice.

b Lege 4. tit. 5. Inſtit. in quo dicit etiam ſine mora eos qui nati ſunt in ſeruitute & manumiſſi, ſibi inuicem ſuccedere,& manumiſſis parentibus, ſi vnus ex parentibus erat liber prius quam naſcerentur.

c ENANT. Si enim cum duo parentes apud hoſtes deceſſiſſent, qui apud hoſtes conceptus & natus eſt, reuerſus ſit, nullius horum ſit hæres, vt lib 8.Cod.tit.50.conſt.1. quam etiam legē omnino.

d Si tempore mortis matris Romanus erat eius filius. & prius quam adiret eius hæreditatem, deductus fuerit in ſeruitutem, non defertur ei matris hæreditas, nec ſi poſtea liber factus ſit: niſi forte ſeruus pœnæ effectus, beneficio Principis ſit reſtitutus. Sed etſi cum mater in partu deceſſiſſet venter eius ſit exectus,& editus ſit infans, is quoque vocatur ad matris hæreditatem, & hæres inſtitutus petit bonorum poſſeſſionē ſecundum tabulas,& ab inteſtato vnde cognati. Multo ergo magis poteſt petere bonorum poſſeſſionem vnde legitimi. Eſt autem argumentum eius quod dicitur, quod ipſa quoque prægnans mater poteſt propter fœtum quem geſtat in vtero, ex omni parte edicti mitti in bonorum poſſeſſionem ſui mariti

INNOM. Propter rationem ſitam tit.8.dig.7.lege ſecundum thema 2.dig.præſentis tituli.

e INNOM. Solus enim Imperator & Senatus, non etiam Præſides & magiſtratus eos reſtituunt vt lib.3 tit.1.dig.

Digitized by Google

¶ QVI ſeipſum[a] vt cum beſtiis pugnaret, locauit, & qui rei capitalis eſt damnatus & non reſtitutus, humana[b] interpretatione fit hæres matris: & filius eius qui horum aliquid paſſus eſt, fit hæres matris. ¶ Si mulier[c] quæ plures habebat filios, vnum inſtituit hæredem ſub cõditione, & poſtquam ipſe petiit bonorum poſſeſſionem, defecit conditio, datur etiam aliis legitima ſucceſſio. ¶ Parua[d] ſtatus mutatio non nocet filiis in ſucceſſione matris: eas enim ſolas perimit quæ deferuntur ex lege duodecim tabularum, non eas etiam quæ ex noua lege deferuntur aut ſenatuſconſulto, etiamſi contigerit priuſquam competat hæreditas. Eas enim media & magna perimunt. ¶ Si nemo[e] eſt filiorum, aut eorum qui cum eis vocantur, locus eſt antiquis[f] legibus. Si ſint ergo duo filii, & vnus recuſat, accreſcet portio ei qui accepit. Si eſt autem vnus filius & repudiat, locus eſt patrono[g] matris. ¶ Si autem filius quoque, cum adierit hæreditatem, fuerit reſtitutus, locus eſt antiquis legibus.

§.6. §.7. §.8. §.9. §.10.

Similiter de ... to dig. 2. — Lege ſupra 9 tit.

a Qui ſeipſum vt cum beſtiis pugnaret, locauit, quique rei capitalis eſt damnatus, neque reſtitutus eſt, matri non poteſt eſſe hæres, ſi ſummum ius ſpectetur, ex ſenatuſconſulto Orphiciano. Sed humana interpretatione placuit eos vocari ad hæreditatem Idẽ autem dicimus & ſi eſt aliquis filius in poteſtate eius qui ſuas operas locauit vt pugnaret cum beſtiis, aut qui rei capitalis eſt damnatus.

b ENANT. Dicit enim ſeptimum thema huius dig. & magna & media capitis diminutione hanc perimi ſucceſſionem Capitalem autem accipe damnationem, quæ ciuitatis infert amiſſionem. Ea enim dicitur capitalis, vt lib. 37. tit. 14. dig. 11. & huius libri tit. 2. dig. 4. & in principio 48. lib. Illud ergo Humana interpretatione, adiicitur propterea, quod ſi ſummum ius ſpectetur, non ſit hæres. Dictum eſt enim lib. 48. tit. 22. dig. 17. quod deportati neque hæredes fiunt, neque legatum accipiunt, præter ea quæ pertinent ad alimenta & vſus neceſſarios.

c Si mater teſtamento facto vnum filium hæredem ſcripſerit ſub conditione cum plures haberet filios: & pendente conditione petierit hæres ſcriptus bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, & poſtea conditio defecerit, æquum eſt cæteris etiam filiis dari legitimam hæreditatem matris. Hoc enim ſcripſit etiam Papinianus libro 16. quæſtionum.

INNOM. Legiſti enim lib. 37. tit. 11. dig. 2. quod etiam pendente conditione petit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, quando valet inſtitutio, vt dig. 7. eiuſdem tit.

d Si filii paſſi ſint paruam capitis diminutionem, nihil eis obeſt ad legitimam matris hæreditatem. Sola enim quæ ex lege XII. tabularum defertur hæreditas, perimitur minima capitis diminutione Quæcunque autem ex nouis legibus vel Senatuſconſultis deferuntur, non perimuntur. Proinde ſiue prius quam delata eſſet accidit, non impeditur quo minus ſit hæres, niſi inciderit in mediam vel maximam capitis diminutionem, quæ vel adimit ciuitatem, vt deportatio, vel lædit ſtatum.

e Si nullus filiorum vel aliorum qui cum eis vocantur ad legitimam hæreditatem, eam voluerit accipere, vult Senatus locum habere leges antiquas.

Hoc autem ideo dictum eſt, vt quandiu vel vnus ex filiis velit accipere legitimam matris hæreditatem, non ſit locus iuri veteri. Si ſint ergo duo filii & vnus quidem adierit, alter autem repudiarit hæreditatem maternam, ei qui adiuit, accreſcit pars eius qui repudiauit Vnde ſi mulieris quę deceſſit, exiſtat filius & patronus, repudiante filio, competit patrono hæreditas libertæ Si quis autem cum acceperit maternam hæreditatem, reſtitutione petita abſtinuerit, quærit quidem an ius vetus rurſus locum habeat: & verba Senatuſconſulti oſtendunt quod hic quoque ſeruandum ſit ius vetus. Dixit enim. Si nolit filius eſſe hæres matris. Porro autem is quoque qui petiit reſtitutionem, vt liberetur ſcilicet ab hæreditate, non vult nunc eſſe hæres, etiamſi aliquando voluit. Iure ergo dicit, poſt reſtitutionem filii ſeruari ius antiquum.

f INNOM. Forte præmortui filii nepos. Lege huius tit. dig. 2. them. 6

ENANT. Et parentes & fratres eius manumiſſi præferuntur patrono, vt Inſtit. 3. tit. 5. & lib. 6. Cod. tit. 4. conſtit. 4.

¶ Qui poſt[a] filii repudiationem inuenitur proximus cognatus defunctæ, hæres efficitur. Non autem ille qui tempore mortis erat ei proximus. Eſt enim etiam in Tertulliano ſucceſſio cognatorum. ¶ Quæ autem à competenti[b] iudice ſunt iudicata[c], vel bona fide tranſacta, vel conſenſu finita aut ſilentio partium, ſunt rata. IDEM. Mulier,[d] & legitimi & vulgo quæſiti filii ſui fit hæres. ¶ Si filii effecti ſint libertini, mater eis non ſuccedit[e]: deſiit enim eſſe mater. ¶ Et[f] quæ concepit

§.11. §.vlt. l. 2 §. 1. Lege dig. 2. them. 9. §. 2. §. 3.

Sciendum eſt quod à præſenti cap vſq; ad finẽ præſ. tit. deeſt τὸ ἀνάγνωσμα Dig.

ſerua

Digitized by Google

ſerua pœnæ, & peperit in libertate. & quæ peperit [in ſeruitute] poſtquã paſſa eſt moram in fideicommiſſaria libertate. & quæ peperit apud hoſtes & cum ipſo rediit. & quæ peperit apud eum qui ipſam emit ab ho-
§. 4. ſtibus. ¶ & mater famoſa hæres liberorum efficitur.

a Poſtquam repudiauit filius, vocatis aliis legitimis cognatis matris, ille præfertur, qui nunc quando repudiauit filius deprehenditur legitimus, vel tunc legitimus erat cum filio cõpetiit materna hæreditas: Ponamus matrem habere fratrem, & filium fratris: & dum deliberat filius defunctæ, deceſſiſſe fratrem eius, & tunc filium recuſaſſe maternam hæreditatem, Num vocatur filius fratris qui deceſſit, quoniam nunc inuenitur eſſe legitimus cognatus? Et dicit Iulianus ſucceſſioni locum eſſe in huiuſmodi Senatuſconſultis: etiamſi in legitimis hæredibus qui veniebant ex lege xii. tabularum, nunquam erat ſucceſſio.

b Quoniam decernunt conſtitutiones ea quæ ab ipſis innouantur, non habere locum in iis quę deciſa ſunt ex ſententia vel tranſactione, illa dicuntur eſſe iudicata, quæ à competenti Iudice ſunt iudicata: & illa eſſe finita tranſactione, de quibus bona fide facta eſt tranſactio.

INNOM. Etiamſi temeritate vel iniquitate Iudicis fuerint iudicata, vt lib. 36. tit. 1. dig. 17. them. 3. & huius lib. tit. 2. dig 2. them. 4.

c INNOM. Recte dicitur Competenti. Quæ enim ab incompetenti iudice fertur ſententia, eſt inualida: vt nec appellatione quidem egeat, vt multis in locis, & lib. 3. Cod. tit. 4. Conſt. 1. Lege 13. tit. huius libri conſtit. 4. & principium primi tit. 5. lib. digeſtorum.

d CYRIL. Libertina eſt hæres filii etiam ſi ſit vulgo quæſitus, non etiam ſi ſit libertinus.

e INNOM. Qui enim redigitur in ſeruitutem, etiam ſi fuerit manumiſſus, non recipit priorem cognationem, vt tit 8. dig. 7.

f CYRIL. Si tempore conceptionis fuerit ſerua priuati aut pœnæ, tempore autem partus libera aut contra, & manumiſſa fuerit, aut poſtquam moram paſſa ſit in libertate, peperit, aut apud hoſtes, & reuerſa ſit cum nato filio, efficitur hæres filii.

§. 5. ¶ Tunc[a] intelligitur puer decedere inteſtatus, cum qui[†] pupillariter eſt † [illegible]
ei ſubſtitutus, defecerit. Quare ſi impubes fuerit arrogatus, mater futura
§. 6. eſt[b] hæres bonorum eius, quæ erat habitura ſi deceſſiſſet inteſtatus. ¶ Liberi[c] defuncti excludunt matrem eius: ſiue ſint in poteſtate, ſiue naturales emancipati. Adoptiuus enim emancipatus tunc repellit matrem defuncti, quando eſt etiam filius naturalis. Forte enim auus cum adoptauit. Quod ſi filiusfamilias repudiauit hæreditatem, locum accipit mater Lege 6. tit. c. 4.
§. 7. defuncti. ¶ Quandiu autem filius eſt apud hoſtes, aut ſperatur naſcitu- Prætermi. eſt thema.
§. 9. rus, pendet ius matris. ¶ Filia[d] non petente bonorum poſſeſſionẽ, locus Lege finem 9. tit. & 1. tit. c. 6. the. 3.
eſt matri defuncti ex hoc Senatuſconſulto. Quandiu autem ſperatur fi-
§. 10. lia, mater locum nõ habet. ¶ Si filius emancipatus fuerit reſtitutus poſtquam petiit bonorum poſſeſſionem, locus eſt matri: ſed ſi filius ſe rurſus
§. 11. immiſcuerit, mater abſtinet. ¶ Si defuncti[e] vxor prægnans miſſa fuerit in bonorum poſſeſſionem ventris nomine, ſi erat quidem futurus in poteſtate[f] defuncti, * excludit matrem. Si autem non erat futurus in poteſtate defuncti, non aliter excludit, niſi poſtquam natus[g] ſit, petierit bonorum poſſeſſionem.

* vt qui ipſo ſucceſſerit. Prætermi. eſt thema.

a CYRIL. Quando ſubſtitutus repudiauerit, tũc videtur impubes decedere inteſtatus. Et ideo etiam ſi fuerit arrogatus, mater ei ſuccedit.

b INNOM. Adoptio enim ſoluit pupillarem ſubſtitutionem, vt lib. 1. tit. 7. dig. 17 the. 3. Quod lege, vt quod habeat pulcherrimam diuiſionem Si ergo ſoluatur ſubſtitutio, locus eſt iis qui veniunt ab inteſtato, & veniet mater. Non enim ei præfertur pater adoptiuus, vt dig. 3. huius tit. Lege penultimum thema huius dig. In 40. autem dig. 6. tit. lib. 28. dicit pupillo decedente poſt arrogationem, ſubſtitutum habere vtilem.

c CYRIL. Filii qui ſunt ſui, matrem excludunt, maſculi & fœminæ, naturales & adoptiui, & emancipati niſi ſint adoptiui cum eſſent ex liberis naturalibus. Si ſint autem apud hoſtes, vel in vtero, pendent iura matris.

d CYRIL. Niſi filia petierit bonorum poſſeſſionem, mater vocatur ex ſucceſſione.

e CYRIL. Si venter miſſus fuerit in poſſeſſionem, & filius qui natus eſt prius, quam petierit bonorum poſſeſſionem mortuus ſit cum non eſſet ſuus, mater vocatur. Idem etiam ſi miſſus ſit furioſus, & cum reſipuiſſet, non petierit: aut qui miſſus fuerit ex Carboniano, non petierit poſt pubertatem, aut mortuus ſit impubes. Non tamen ſi tutor petierit infantis bonorum poſſeſſionem.

Digitized by Google

f INNOM. Quando venter qui non eſt ſuum pariturus, mittitur in bonorum poſſeſſionem, cognoſces lib. 37. tit. 9. dig. 6. & 7.

g INNOM. Deinceps enim cum ſit cognatus, ſuccedit iure prætorio, & omnino opus habet petere bonorum poſſeſſionem. vt lib. 6. Cod. tit. 15. conſt. 2. & 5.

Lege lib. 36. tit. 1 dig. 47. them 4.
† Lege huius dig. the. 6.

¶ Quæ per tutorem præbetur infanti bonorum poſſeſſio, etiamſi ſta- §. 13.
tim mortuus fuerit, excludit matrem. ¶ † Repudiantibus filiis defuncti, §. 14.
mater vocatur. Si autem [a] fuerint omnes hæredes, vel aliqui, excluditur.
¶ Si mater [b] impuberis non petierit ei tutorem [c] idoneum, aut in locum Præterm. ea them 4.
eorum qui ſunt excuſati aut reprobati, non confeſtim alios nominarit, §. 23.
ei inteſtato morienti non [d] ſuccedit. Non ſolum autem Romæ cogitur
petere, ſed etiam in prouinciis* apud magiſtratus municipales. Etenim
coguntur magiſtratus municipales dare tutores iis qui opus habent. ¶ Si §. 24.
autem à cognatis vel libertis coacta petiit, hæres non efficitur. Sin autem
non fuit coacta, ſed ſolum admonita petiit, fit hæres. ¶ Si vero pater eo- §. 25.
rum noluit eis dare tutorem: ſed per eorum matrem rem eorum voluit
adminiſtrari, [e] ſi nec ipſa tutelam legitimè [f] adminiſtrauerit, nec petierit,
non fit hæres ¶ Sin autem egenis [g] omnino filiis non petiit, ¶ aut cum §. 26. §. 27.
abeſſet, à libertis aut aliis præuenta fuerit, ei datur [h] venia: niſi fortè hoc
factum eſt cum nimium diſtuliſſet. ¶ Auia quoq; nepoti non petens, ex- §. 28.
cidit ab hæreditate. ¶ Sed non ea quoque quæ non petit puberi †. ¶ Et §. 29. §. 30.
prægnans quoq; [i] quæ non petit bonis curatorem, excidit ab eius qui na-
ſcitur hęreditate. Quod quidem eſt etiam quando habuerit filium apud
[k] hoſtes. ¶ Et quæ tutorem aut curatorem non petiit [l] furioſo. ¶ Non §. 31.
ſolum autē punitur quæ non petiit, ſed ea quoque quę de induſtria petiit §. 32.
eum qui habebat excuſationem. ¶ Sed ſi is factus fuerit vel ſua ſponte, vel §. 33.
coactus, non punitur quæ petiit. ¶ Et quæ malitioſe petiit non idoneos, §. 34.
punitur: etiamſi peccat Prætor qui dat tales. ¶ Siue ergo excuſati fuerint, §. 35.
ſiue improbati, debet citra moram petere alios. ¶ Idoneus [m] autem cen- §. 37.
ſetur ſi ſit [n] diues, etiamſi ſit moribus minus [o] idoneus.

Lege lib. 26. tit. 5. dig. 1. 18. 14 & lib. 27. tit. 8 dig. 1.
* ἐν ταῖς ἐπαρχίαις.
† Ipſe enim ſibi ipſi petit.

a CYRIL. Etiamſi vnus ex filiis acceſſerit, excludit matrem.

b EIVSDEM. Quæ non petiit filio tutorem, vel in locum eorum qui excuſabantur, aut amoti ſunt non dederit nomina aliorum, non ſuccedit ei ab inteſtato. Petitur autem apud Prætorem, aut magiſtratus. Quæ autem petit ab alio coacta, non admittitur: non tamen ſi ſolummodo fuerit admonita. Si autem *iuſſerit petere, volens eā adminiſtrare, etſi non petierit, aut non legitime adminiſtrauerit, excidit. Petat autem & filiabus & nepotibus curatorem, aut captiui bonis aut furioſi. Si autem conſulto petierit eum qui poteſt excuſare, & ſe excuſarit: aut petierit indignos, & præter eos admiſerit aut non, & non petierit alios, non ſuccedit.

* ἀξιώσειεν. pater volue rit.

c INNOM. De eo qui eſt idoneus, lege lib 26. tit. 6. dig. 2. & lib. 5. Cod tit 46. dig. 3.

d ENANT. Si filius mortuus ſit impubes vt Inſtit. 3. tit. 4. & lib. 6. Cod. tit. 34 conſt. 2 [Excipe matrem minorem vt lib. 2. C. tit. 34. cōſtit. 2.] Non ſola autem mater & auia non petens non admittitur: ſed etiam quicunque ab inteſtato vocatur ad eius hæreditatem, aut ex ſubſtitutione, vt lib. 6. tit. 58. conſt. 1. lege lib. 1 tit 31. conſt. 6. 8. 11. & Inſtit 3. tit. 13.

e Lege lib. 3. tit. 5 dig. 30. thema penult. & lib. 26. tit. 7. c. 6. circa finem. & 7.

f ENANT. Lege lib. 26. tit. 6. dig & lib 5. Cod tit. 46. conſt 3. ex iuſſu Imperatoris. Alioqui enim quod ad digeſta attinet, non poteſt, vt lib. 26. tit. 1. dig 18. Sine effectu enim datur mater à patre tutrix ſuis filiis, & ſi magiſtratus per errorem dationem confirmauerit. eſt inualida ſententia vt tit. 2. dig. 22. Ex 35 autem tit. 5. lib. Cod. & 22. & 117. Nouella recte gerit tutelam ſuorum filiorum.

g INNOM. Dictum eſt lib. 8 tit. 16 dig. 50. quod tutor non datur ſine cauſa.

h INNOM Pro eis eſt, ne vt indefenſis eis moleſtia exhibeatur, vt in fine dig. Sed lubenter ſcirem quid eis prodeſt, quod ipſis detur venia, ſi ipſi ſint egeni. Cuiuſnā enim rei erit hæres? Sed fieri poterat vt poſt tempus petitionis ipſi eſſent diuites.

i INNOM. Eodem modo ſe habet etiam quæ impuberi non petit curatorem, à bonis enim excidit, ſicut dicit. Interdum enim impubes quoque accipit curatorem, vt didiciſti ex multis locis, & lib. 26. tit. 1. dig. 13. & tit. 5. dig. 15. & 16. & lib. 27. tit 1. dig 11 & 46. tit. lib. Cod.

k INNOMINAT. Dorotheus quidem dicit eam debere petere captiuo filio tutorem ſed nō

recte

Digitized by Google

recte dicit. Nam etiam quæ erat tutela, ſoluitur captiuitate tut[o]ris aut impuberis, vt 1. Inſt. tit. 22. & lib. 26. tit. 1. dig 14. Quod ergo hîc dicitur, ita ſe habet. Prægnãs quæ non petit bonis curatorẽ, punitur. Quod ita habet etiam in captiuo eius impubere, hoc eſt, ſi bonis curatorem non petierit. Bona enim captiui adminiſtrantur à curatore, vt lib. 26. tit. 1. dig. 6. & lib. 42. tit. 4. dig. 6. & lege quæ in eo ſcripta ſunt.

l INNOM. Si enim impubes vel *minor euaſerit furioſus, ſi habet quidem curatorem, manet ſub eo. Sin autem non habet accipit vt impubes vel minor, non autem furioſus, curatorem, quamdiu fuerit minor, vt lib. 26 tit. 1. dig. 3 lege librum 5. tit. 70. conſt. 7. tit. 10. lib. 26. *νέος.

m CYRILLI. Idonei iudicantur †moribus, non facultatibus: facile autem ei ignoſcitur ſi petat diuitem. *τρόποις, ἢ πόροις

n ENANT. Lege lib. 41. tit. 5. dig 31. quod hæredem ſuſpectum facit inopia. Tutorem autem non faciunt ſuſpectum facultates, ſed fraus & mala adminiſtratio. In 20. autem dig. 5. tit 26. lib. dicit quod boni mores ſunt ad tutelam fide digniores quam facultates & dignitas. Lege lib. 26. tit. 6. dig. 2. & lib. 5. Cod. tit. 46. conſtit. 3.

o INNOM. Atqui ſuſpectus accuſatur, etiamſi ſit diues, & ſatiſdet vel ſatiſdederit, vt lib. 26. tit. 10. dig. 5. 6 & in fine primi Inſtitutionis.

§. 38. ¶ Et ſi priores remoueantur vel improbentur, quę non cõfeſtim alios

§. 39. & 40. nominat, hæres non efficitur. ¶ Idem eſt etiamſi non omnes, ſed aliqui fuerunt excuſati aut [b]remoti aut [c]mortui. ¶ Reiectos autem dicimus &

§. 41. in princ. eos qui ſunt remoti vt ſuſpecti, vel propter negligentiam aut ignauiam.

v. Ergo. ¶ Propter eos autem qui latitant, mater non accuſatur: quoniam nec neceſſe habet tutores [d]remouere vt ſuſpectos. ¶ Debet autem cogere tuto-

§. 42. res ſe immiſcere, ne priuetur hæreditate. ¶ Confeſtim autem debet petere, cum primum habuerit copiam ſedentis * Prætoris: niſi propter infirmitatem vel magnam aliam cauſam impedita fuerit, propter quam nec alii potuit mandare vt peteret tutorem. Venia autem annum non exce- *Adminiſtrationi rerum pupillarium.

§. 44. dit. Sed ſi cum ipſa eſſet petitura, filius ſit mortuus, non punitur. ¶ Si amplum [e]legatum pupillo ſit relictum ſub conditione ne acciperet tutorẽ; & propterea mater non petierit, ei ignoſcitur, ſi legatum ſuperat damnũ quod paſſus eſt ex eo quod non habuerit tutorem. Nam aduerſus magiſtratus quoq; municipales qui tutores non dederunt, propter hanc cauſam datur actio in damnum quod exceſſit. Niſi forte quis dicat cõditionem vt legi contrariam [f]remittendam, vt alias pleraſq;, aut matrem debere petere curatorem. finge autem generalem eſſe prohibitionem, ignoſcitur & non imputatur matri quod ab Imperatore non petierit vt

§. 45. [g]remitteretur conditio. ¶ Quod ſi etiam ei cum eſſet egenus, non petierit, ignoſcitur: ei enim conſuluit, vt negotium ei nõ exhibeatur vt inde- Similiter in proœmio huius them.

§. 46. in princ. fenſo. ¶ Si quis vxorẽ ſuam ſcripſit hęredem, & eam rogauerit vt filio pubere facto reſtitueret hæreditatem, [h]remiſſa ſatiſdatione, ei[que] tutorem nõ

v. Quod ſi. petenti [i]ignoſcitur. ¶ Sin autem non fuerit remiſſa ſatiſdatio, non ignoſcitur. Debet enim habere tutorem ad eam accipiendam. Si cum [i]mater ceſſaſſet in petitione adoptatus fuerit pupillus, & mortuus ſit impubes, non datur ipſi aduerſus eum qui adoptauit actio [k]ex ſtipulatu. Prætermiſſũ eſt vlt. thema huius them. & 3. dig.

a Si prioribus excuſatis aut remotis, aut vno eorum vt ſuſpecto & negligente, aut mortuo, cõfeſtim non petat alium, excidit ab hæreditate. Vt ſuſpectum autem aut latitantem non debet eum accuſare: non adminiſtrantem autem cogat ſtatim adminiſtrare. Hoc autem ita accipe, quando erit otium Prætori, & ipſa potuerit: ſed intra annum. Si autem interim moriatur filius, non ei imputetur. Cyrillus.

b INNOM. Quod ſi etiam lata fuerit ſententia vt adiungatur alii ei qui accuſatur, & non hoc petierit, nec excidit ab hæreditate, vt lib. 26. tit. 6 dig. 4.

c INNOM. Si autem viui aut non excuſati ſufficiunt ad tutelæ adminiſtrationem, non imputatur ei quod non petierit, vt lib. 26 tit 6 dig 4.

d ENANT. Mod. lib. 26. tit. 6. [Eius vero] dig 4. lib. 5. Cod. tit. 31. cap. 6. & lege quæ ſcripta ſunt in dicto dig.

e CYRIL. Si filio fuerit aliquid legatum, ſi tutorem non habuerit, ignoſcitur matri non petenti & magiſtratui municipali, ſi eſſet minus damnum. Hoc fit etiam ſi ſit inops, aut ipſa ſcripta

Digitized by Google

ſit hæres, vt ei reſtituat cum venerit ad pubertatem, & prohibita fuerit dare ſatiſdationem.

f De remiſſa conditione, didiciſti ex lib. 28. tit. 7.

g DOROTH. Vt non habeat tutorem nec curatorem.

h ENANTIOPH. De hac ſatiſdatione, lege lib. 36. tit. 3. & lib. 6. Cod. tit. 49. conſtit. 6. quæ eá remittit aſcendentibus: niſi teſtator expreſſe iuſſerit eam dari, aut qui eſt grauatus, ſecundum contraxit matrimonium, ſeu pater ſeu mater.

i CYRIL. Si poſtquam eam petiit, accepero filium in adoptionem, & mortuus ſit impubes, † non mouet contra me actionem ex ſtipulatu.

† videtur abundare.

k INNOM. De ea legiſti lib. 1. tit. 7. dig. 19. lege etiam libr. 28. tit. 6. dig. 40.

Præterea eſt 5. dig. e. the.

MODESTINVS. Matris [a] ab inteſtato hæredes ſunt omnes liberi, etiamſi nati fuerint ex diuerſis matrimoniis. PAVLVS. Omnes [b] filii & adoptati, & filii adoptatorum præferuntur matri defuncti. IDEM. Etiam mater quæ eſt in poteſtate, eſt hæres filii. ¶ Filius [c] qui hæreditati maternæ renunciauit, priuſquam hæreditatem adierint fratres eius, aut alii cognati, poteſt intra [d] annum pœnitere. etenim ipſa bonorum poſſeſſio eſt annalis. PAVLVS. Quæ [e] ſeruantur ſi exiſtat mater & fratres conſanguinei naturales defuncto, eadem etiam [f] ſeruantur ſi exiſtant adoptiui. CAIVS. Quandiu [g] deliberat defuncti filius emancipatus, in ſuſpenſo eſt ius matris. IDEM. Ad [h] liberos quoque qui ſunt in aliena poteſtate, materna pertinet hæreditas. POMPONIVS. Quoties [i] non fuerit vocatus qui matri ſperabatur ſucceſſurus, manet ius eius integrum. Fortè enim qui erat in vtero, cùm ſperaretur naſciturus, non eſt natus: aut captiuus, qui putabatur reuerſurus, non eſt reuerſus. † MATER [k] quæ filio tutorem non petiit, eius hæres non efficitur ſi deceſſerit impubes. Sin autem deceſſerit cùm peruenerit ad pubertatem, rectè ei ſuccedit. SI [l] qua mulier nequaquam religionem ſeu fidem primo viro ex quo filios aut filias non habuit, nuptiarum feſtinatione præſtiterit, ex iure manifeſtiſſimo ſit [m] infamis, niſi ei hanc labem beneficium principis condonarit.

[Right margin: l. 4. — l. 5. in pr. — l. 6. in pr. — §. 1. — l. 7. — l. 8. — l. 9. — l. vlt. §. 1. — l. 1. C. ad S.C. Tert. — Τὸ κεφ. ... — l. 4. in pr.]

[Left margin: Præterea eſt thema 1. Lege tit. 16. dig. 8. the. 1. Lege lib. 16. ... — † Ad lib. 6. Cod. tit. 56. cõſt. 3.]

a CYRIL. Qui ſunt ex diuerſis patribus, matri ſimiliter ſuccedunt.

b CYRIL. Filius adoptiuus & eius filius excludit matrem.

c CYRIL. Filius recuſans poteſt intra annum pœnitere ſi nullus adierit.

d ENANT. 6. conſtit. 31 tit 6 lib. Cod. dicit ſuos habere hoc ius intra triennium cum diſtinctione Lege etiam lib. 11. tit dig. 12. Quod autem etiam poſt repudiationem cogatur aliquis adire & reſtituere, legiſti lib. 36. tit. 1. dig. 15 & huius libri tit. 16. dig. 2. thema 7. Lege lib. 1. Cod. tit. 18. conſt. 2. Lege huius libri tit. 9. conſtit. 1.

e CYRIL. Fratres quoque adoptiui, vt naturales vocantur cum matre.

f INNOMINATI. Quæ didiciſti ex dig. 2. the. 15.

g CYRIL. Deliberante filio emancipato, non vocatur mater.

h EIVSDEM. Filii quoque, qui ſunt in poteſtate, matri ſuccedunt.

i EIVSDEM. Cum filius ſperatur naſciturus, aut eſt captiuus, ſunt in ſuſpenſo iura matris.

k THAL. Ius conſtitutionis dictum eſt tibi in tit. De tutelis, ſub illo tit. Qui petant tutores, & vbi petantur. Τὸ κεφ. ... Matres quæ pupillos amiſerunt puberes, etiam ſi eis impuberibus tutorem non petierunt præſcriptione non petiti tutoris, non debent excludi ab hæreditate.

THALEL. Lege dictum tit. De tutelis, vt plene intelligas iura conſtitutionis.

l THEOD. Quæ ante tempus legitimum ſecundo nubit mulier, ſit infamis, niſi ſupplicarit Imperatori aut dimidium ſuorum bonorum dederit ſuis filiis ex priore viro ſuſceptis, ne vſufructu quidem ſibi retento Mementò 1. conſt 9. tit. 5. lib. & lege 22. Nouellam, quæ addit, quod ſi deceſſerint omnes eius liberi eis ſuccedit in iis quæ donauit.

m THALEL Hæc conſtitutio eſt pars primæ conſtit. tit. De ſecundis nuptiis, qui eſt 9. tit. 5. lib. Cod. etenim eſt idem Imperator & idem Conſul & vndecunque oſtenditur eſſe eandem conſtitutione in. Et quæ in ea quidem conſtituta ſunt. & quaſnam ſtatuit pœnas in mulierem, quæ ſecundo nupſit ante tempus luctus ſi exiſtant liberi [ex priore viro] didiciſti [in ea conſtit.] Hîc autem dicit, quod ſi non ſint liberi, ſic quoque ſit infamis: niſi beneficium Imperatoris eam reuocauerit, ſit autem obnoxia reliquis pœnis Sed ſi exiſtant ei filii, per quos eſt punienda, deletur quidem infamia, & reliquæ pœnæ ei remittuntur, ſi ex omnibus bonis quæ habet tempore nuptiarum, donarit dimidium filio, vel filiæ, aut filiis aut filiabus quos habuit ex priori marito: ſed ita vt ſit pura donatio, & impleatur quicquid fieri ſolet in donationibus, & nec vſusfructus quidem ab ea retineatur. Et ſi hoc dimidium donarit duobus aut plurib. filiis, & vnus ex iis deceſſerit inteſta-

tus,

Digitized by Google

tus, fratres ei ſuccedunt. Si autem omnes deceſſerint inteſtati, tunc mater fit hæres: ita tamen vt dimidium quod ipſa donauit, ſeparatum ad ipſam redeat, ſi omnes inteſtati deceſſerint. Eſt enim manifeſtum eam quæ nubit intra tempus luctus infamem fieri.

Sin autem ſint filii vel filiæ, noſtra benignitate vt infamia deleatur permittimus, & ceteræ [a] tollantur pœnæ, ſi omnium facultatum, quæ erant tempore nuptiarum, * dimidium donarit filio vel filiæ, aut filiis aut filiabus quos habuit, & omni impleta donationum cõſuetudine, [b] ne retento quidem vſufructu. Quod quidem dimidium ſi duobus filiis aut filiabus aut pluribus donauerit, & ex hæreditate materna vnus vel vna, vel alius aut alia ex iis inteſtatus deceſſerit, ſemper ad fratres, qui ſunt ſuperſtites vel ſorores [c] volumus pertinere, abſque aliis filii facultatibus. In iis enim non præferuntur. ¶ Sed ſi omnes deceſſerint inteſtati, † aſperæ [d] fortunæ ſolatia ad matrem ex integro reuertentur. Sic videlicet, vt hoc dimidium quod donauit filiis vel filiabus, ſi filii vel filiæ decedant inteſtati, rurſus ipſa ſeparatim, [e] ex vltimi filii vel filiæ hæreditate præcipuum accipiat peculium. QVOTIES [f] mater filio vel filiæ fuerit hæres ab inteſtato, ſi non ſecundo quidem nupſerit poſt mortem filii, maneat integrum habens lucrum quod ad eam rediit. Sin autem ſecundo nupſerit, habeat quidem bona quæ extrinſecus venerunt ad filium. Quæ autẽ ad filium venerunt ex bonis patris, eorum habeat vſum [g], dominium autem ſeruet fratribus & ſororibus [h] filii qui deceſſit. Hoc enim ſeruatur etiam in aliis bonis quæ à primo [i] viro lucrata eſt, quæ ſecundo nupſit.

* medie.l. dimidium.

v. ſin autem.

† τῆς ἀπαν-[illegible] τύχης. παραμυθίαι.

l. 5.

a EIVSDEM Pœnas dicit, quæ ſunt ſitæ in ea quam dixi conſtit. 5. libri.

b EIVSD. Hoc eſt, vt in quibus opus eſt actorum monimentis, ea fiant, & fiat rerum traditio.

c THAL. Nota, quod ſorores in hoc caſu præferuntur matri in dimidio. Ita enim habet ſemiſſem, vt ſit manifeſtum quod in aliis filii facultatibus non præferuntur matri fratres aut ſorores eius qui deceſſit.

d THAL. Solatia aſperæ fortunæ. Nam cum omnes amittit filios, inuenitur mater rurſus accipere dimidium.

e THAL. Hoc ex veteri iure erat conſtitutum, quando patruus & alii agnati à matre partem accipiebant, tunc mater hoc dimidium accipiebat purum: & ſic reliqua inter eos diuidebantur.

f THEOD. Quæ filio ſuo ſuccedit, ſi ſecundo nupſerit, excidit dominio bonorum quæ filius habuit à patre: propriis enim eius bonis non priuatur. Sciàs autem hoc eſſe innouatum. Hodie enim mater quæ ſecundo nubit, non amittit hæreditatem ſui filii per conſtitutiones Nouellas.

Τὸ κατὰ πόδας. Mater quæ filii vel filiæ qui deceſſit ſine liberis, ex teſtamento vel ab inteſtato * fuit hæres, ſi poſt mortem filii aut filiæ non contraxit ſecundum matrimonium, omnia quæ ex morte filii delata ſunt [pleno iure poſſideat: ſi vero alterius viri nuptias elegerit, ea quidem quæ extrinſecus quæſita fuerint filio vel filiæ, ſimili firmitate poſſideat, rerum paternarum defuncti] ſolo vſufructu ex immanitatis contemplatione fruatur. Proprietatem debet ad fratres & ſorores defuncti tranſmittere.

* Eſt abrogatum. Nã quæ ſecundo nubit, ex teſtamento quidẽ fit hæres propter ſcripturam, ab inteſtato autem repellitur.

g THAL. Si enim eſſent filii, ne ab inteſtato quidem procederet vocari matrem. Et alioqui illud quoque dici poteſt, quod conſtitutio tanquam dictura, vt dominium ſeruetur fratribus vel ſororibus defuncti vel defunctæ, propterea quæſiuit filios nõ exiſtere perſonæ quæ deceſſit. Si enim fuiſſent filii, erat magis conſequens dicere, quod filii potius vocantur in dominium pro fratribus.

h EIVSD Si ergo defuncto non eſt frater vel ſoror, inuenitur mater, etiam poſtquam ſecundo nupſerit, lucrari quæ ad eam venerunt.

i Recte & diſtincte hoc ius introduxit conſtitutio. Quomodo.n. quæ [ex viro] ad ipſam venerunt non habet plene q̃ ſecundo nupſit, ſed ſolũ vſumfructum, dominium ſeruat filiis: ita etiam cũ hæres exiſtit filiorum, ſi ſecundo nupſerit, excidit à dominio ipſorum bonorum paternorum.

l. 6. SI [a] mater ſit pollicita ſe non ſecundo nupturam, & ſui filii tutelam geſſerit: Deinde ſecundo nupſerit, ne ſit [b] hæres filii impuberis decedentis, ne ſi ſubſtitutus quidem ei datus ſit à patre, niſi prius & tutorem [c] ei petierit, & reſtituerit quæ debentur ex tutela. SI mulier [d] deceſſerit relictis fratribus conſanguineis & matre & filia, [e] filia eſt eius hæres. SI mater [f] deceſſerit inteſtata, poſſunt filii adire hæreditatem ex ſenatus-

Eiuſdem lib. C. tit. 57. conſtit. 1. Præterm eſt 2. conſtit.

l. 1. ad S.C. Orfic. l. 3.

Digitized by Google

conſulto Orphiciano[g], non opus habentes, vt accipiant bonorum poſſeſſionẽ. Si qua[h] illuſtris fœmina ex legitimis nuptiis peperit filiũ, & alium vulgo conceptũ [habet,] cui pater eſt incertus, quonammodo materna bona ad eos veniant, ſiue ſolum ad filios legitimos, ſiue etiã ad vulgò quæſitos, dubitabatur. Statuimus ergo, vt neque ex teſtamento, neq; ab inteſtato, neque ex donatione, quę fit inter viuos, ſi ſint[i] filii legitimi, aliquid omnino veniat ex matribus illuſtribus, ad vulgo quæſitos: quoniam in ingenuis[k] & illuſtribus fœminis, quibus cuſtodia pudicitiæ, eſt præcipuum debitum, & nominari vulgo quæſitos, valde iniquum, valde[l] graue, & noſtris temporibus indignum iudicamus. hanc legem ipſi pudicitiæ, cuius ſemper eſſe curam gerendam iudicamus, merito cõſecramus. ¶ Si autem concubina[m] quæ eſt liberæ conditionis, filium aut filiam peperit ex licita conſuetudine, quæ ei cum homine libero interceſſit, eos etiam cum liberis legitimis, ad bona venire materna, quæ ipſa, iure[n] legitimo poſſidet, & in propriis facultatibus, nulla eſt inuidia.

Τὸ κ̃ πό-δας. — L. 5. — v. Sin autem.

a Theod. Mater quæ iurauit ſe non ſecundo nupturam, & filii ſui tutelam gerit, ſi ſecundo nupſerit, ei hæres non efficitur, niſi petierit ei tutorem. Hoc intellige ex iure antiquo. Dicit enim 94. Nouella, quod etiam abſque iuramento mater eſt tutrix, & fit hæres filii ſui, etiamſi ſecundo nupſerit. Videlicet, niſi ante tempus luctus ſecundo nupſerit, vel ei tutorem non petierit, vt vult 22. Nouella.

b Thal. Didiciſti enim ex quinto lib. ſub illo tit. Quando mulier tutela fungi non poteſt, qui eſt 35 in 2. conſt. quod ea demum gerit tutelam filii, quæ iurauit ſe non ſecundo nupturam.

c Niſi prius petierit ei alium conſtitui tutorem.

d Theod. Filia præcedit auiam ſuam & amitas in hæreditate matris. Hoc nunc quoq; procedit. Deſcendentes enim præferuntur & aſcendentibus, & iis qui veniunt ex tranſuerſo. Lege 118. Nouellam. Τὸ κ̃ πόδας. Si mulieris inteſtatæ ſunt fratres conſanguinei, & mater & filia, ad ſolã filiam pertinet hæreditas ex ſenatuſconſulto Orphiciano.

e Hoc propter regulam, quæ dicit, quod deſcendentes præferuntur & aſcendentibus, & iis qui ſunt ex tranſuerſo.

f Theod. Filii non habent opus bonorum poſſeſſione, ad hoc vt ſint hæredes matris. Didiciſti ſimiliter in 13. Conſt. 30. tit. lib præſentis in paterna bonorum poſſeſſione.

g Τὸ κ̃ πόδας. Si mater decedat inteſtata, ex ſenatusconſulto Orphiciano, ſine bonorũ poſſeſſione ſuccedere, filia quæ ſe geſſit pro hærede, non prohibetur. Quoniam enim ſenatusconſultum Orphicianum eſt iuris ciuilis. merito nec bonorum quidem poſſeſſione opus eſt iis, qui ex eo vocantur ad hæreditatem: ſed poſſunt, tanquam iure ciuili hæredes, pro hærede gerere.

h Theod. Spurius filius fœminæ conſularis, ei non ſuccedit. Sin autem non eſt mater conſularis, ei ſuccedit ſpurius eius filius, niſi ei natus ſit ex nefario coitu. Memento 1. conſtit. 55. tit. huius lib.

i Thalel. Nota, quod conſtitutio tunc vult ſpuriũ fœminæ Conſularis nihil omnino capere, quando eſt alius natus ex legitimo matrimonio.

k Illuſtribus fœminis præcipuum debitum eſt pudicitia.

l Thal. Hoc eſt, valde indecorum exiſtimatur.

m Thal. Concubinam appellauit, quæ non habuit filios ex nuptiis legitimis.

n Eivsd. Hoc eſt, non ex nefario concubitu. Illi enim appellantur ſpurii.

o Eivsd. Ex iure quod ei lege competit.

Τὸ κ̃ πό-δας. — L. 6. ſen vlt.

Reliqvit[a] aliquis ancillæ ſuæ libertatem fideicõmiſſariam. Illo autem à quo relicta eſt libertas, faciẽte moram in ea præſtanda, peperit ancilla. Et eſſe quidem ingenuum filium aut filiam, qui poſt moram nati ſunt, conſentiunt omnes* authores veteris iuris prudentiæ. Ab eis autem dubitabatur an decedenti matri poſsint ſuccedere, hoc eſt, eius eſſe hæredes. Hanc ergo dubitationem reſecantes, eam vlterius progredi non ſuſtinemus: ſed ſtatuimus hanc matris prolem poſſe ei exiſtere hæredem ab inteſtato, iure legitimo proli ſeruato ex authoritate Senatuſconſulti Orphiciani. Et hinc quidem matre ex ſenatuſconſulto Tertulliano, illinc

* αὐθέντ.

Digitized by Google

illinc autem filiis quoque ex ſenatusconſulto Orphiciano ad ſuas hæreditates viciſſim[b] venientibus. Si filius[c] familias, qui ſibi delatam hæreditatem nondum adierat, neque eius vſumfructum, & ex[d] eo prouenientes actiones patri acquiſierat, poſt mortem patris eam adierit, poteſt eam perfectè ſeparare à bonis paternis, ſi fortè repudiat paternam hæreditatem. Si quis[e] deceſſerit apud hoſtes, lege[f] Cornelia[g] eius cognati ei ſuccedunt.

L. 2. C. de legitimis hæredib. — Eiuſdem lib. Cod. tit. 3. conſt. 2.

L. 8.

a Theod. Qui nati ſunt ex ea, quæ eſt honorata libertate fideicommiſſaria, & nondum facto manumiſſa propter moram hæredis, ei ſuccedant, & ipſa eorum ſit hæres. Didiciſti enim in prima conſtit. 30. tit. huius libri, quod ſi mora facta ſit libertati, cenſetur liber qui naſcitur.

Thalel. Didicimus in primis, & vbique in primo libro, quod ſi relicta fuerit mulieri libertas fideicommiſſaria, & hæres moram fecerit, interim autem mulier pepererit, eſt liberum quod naſcitur.

Eiusd. Didiciſti in * primis, quod ſi hæc mulier erat minor annis, etiam ſi de libertate non eſt agitatum. creditur ipſa re pati moram.

b Thal. Inuicem, ſicut etiam dixit conſtitutio. hoc eſt, vt & filii ſint hæredes matris, & mater filiorum.

c Theod. Si filius familias non acquiſiuerit viuo patri delatam ſibi hæreditatem, poteſt eam capere, etiam ſi ſe abſtinuerit à paterna hæreditate. Quæſtio, Quomodo autem poteſt filiusfamilias, cum ſit in poteſtate patris, non acquirere ei hæreditatem?

Theod. Pone eum fuiſſe hæredem fratris. tunc enim, ne vſumfructum quidem acquirit, vt dicit 117. Nouella, vel patrem non admiſiſſe, quæ ad filium veniebat, hæreditatem, ſecundum 4. Conſt. 30. tit. 6. lib. propoſiti. lege autem 8. quoque Conſtit. 61. tit. huius libri.

d Hodie ſuperuacanea eſt conſtitutio. neque enim fieri poteſt ita acquiſitio, vt ſolum acquiratur vſusfructus & actiones hæreditariæ. Mortuo autem patre, & vſusfructus & actiones ſua ſpõte reuertuntur ad filios. Si velis autem non ſuperuacaneam, ſed vtilem facere Conſtit. pone quod propter affectionem in patrem, filii ſcripti ſunt hæredes. Tunc enim videtur ex re patris tractari de ea acquiſitione: & tota Conſtitutio inuenitur neceſſaria. Quod autem qui propter eam quæ eſt erga me affectionem, ſcriptus fuit hæres, videtur ex re mea poſſidere hæreditatem: diſce ex deciſione de liberis, qui bona f. ſeruiunt, qui ex re vel ex operis nobis acquirunt: & ſi ſcripti fuerint hæredes propter eam quæ eſt in nos affectionem, acquirunt nobis hæreditatem non tanquam ex operis, ſed tanquam ex re. Hæc lex autem habetur in 46. dig. 2 tit. 29. lib. digeſtorũ qui eſt ſecundus de teſtamentis.

e Theod. Captiuus qui decedit apud hoſtes, habet hæredes ex legibus. Memento 8. Conſtit. 55. tit. huius libri.

f Thal. Lex eſt Cornelia, quæ iuſſit, vt iis qui decedunt apud hoſtes, perinde ſint hæredes, acſi deceſſiſſent in ciuitate.

g Eiusd. Mouebat ergo hîc aut ciuilem, aut poſſeſſoriam hæreditatis petitionem.

L. 10. Quicunque[a] vocatur ad hæreditatem impuberis, ſi inuentus fuerit [b] non petiiſſe ei tutorẽ, non poteſt ipſius impuberis decedentis eſſe hęres. ſiue velit venire ab inteſtato, ſiue tanquam ex ſubſtitutione[c] pupillari. — Præteriuiſſe eſt 2. conſt.

L. 11. Si quis[d] ex reſcripto Imperatoris petierit, vt filius ſuus fieret emancipatus, cum rogaſſet ne perirent iura legitima, licet ei hoc petere legitime: vt & in hæreditatibus &[e] in bonorum poſſeſſionibus & in tutelis

L. 12. ſeruentur ei iura[f] legitima. Si mulier[g] pepererit poſt annum quinquageſimum,[h] quod naſcitur, ſit legitimum, & in poteſtate patris. quoniam iam etiam in lege antiquiori tales nuptias permiſimus. Poteſt ergo qui natus eſt, & patri & omnibus legitimis eſſe hæres, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.

a Theod. Qui quouis modo debet eſſe hæres pupilli, niſi petierit ei tutorem intra annum à morte patris, excidit ab eius hæreditate: videlicet niſi moriatur cum peruenerit ad pubertatem, per 10. Conſtit. 56. tit. huius lib.

b Hoc autem illic dictum eſt in matre. Memineris autem 5. Conſt. 51. tit quinti libri.

c Thal. Non ſolum ergo mater & liberi, ſed etiam omnes cognati debent petere tutores, niſi velint incidere in hanc Conſtit. Τὸ κε' πιδας habet intra annum Si ergo petierint poſt annum, puninntur ex hac lege, vt ex hoc dicit Thalelæus.

Thal. Sic didiciſti etiam in monobiblis, quod ſi impubes deceſſerit, non fiunt eius hæredes. Hîc autem eſt hoc amplius, quod nec poſſunt quidem ei ſuccedere tanquam ex ſubſtitutione.

Digitized by Google

d Theod. Qui iuſſu Imperatoris eſt emancipatus, non perdit iura legitima, videlicet non ex neceſſitate per 4. Conſtit. 48. tit. huius lib. lege lib. 8. tit. 47. conſt. 9. vbi dictum eſt, quod qui adoptatur iuſſu Imperatoris, recte emancipatur. Quod autem dictum eſt de emancipato, accipe omnino quod non perdit iura ſua. Lege enim rurſus lib. 8. tit 8. Conſt. 6.

Τὸ κατὰ πόδας. Si quis petierit ex diuino reſcripto, ſecundum noſtram conſtitutionem liberorum emancipationem, nullo modo illi qui debet eſſe emancipatus, aut quæ debet eſſe emancipata, extinguuntur iura legitima. Et huic quidem emancipato & emancipatæ, aduerſus alias perſonas: & aliis ſimiliter aduerſus eum aut aduerſus eam in hæreditatibus vel in bonorum poſſeſſionibus, & etiam in aliis, omnia ſeruantur integra.

e Thal. Hoc dixit propter bonorum poſſeſſionem Vnde liberi.

f Eivsdem. Hi ergo etiam ſi dantur in adoptionem, cognoſcuntur vt agnati. Nota ergo quod nec collatione quidem eos grauauit conſtitutio, vt qui facti eſſent emancipati.

g Theod. Is etiam qui natus eſt ex ea quæ exceſſit annum quinquageſimũ, efficitur eius hæres. Memineris primæ Conſt. 56. tit huius lib. Τὸ κατὰ πόδας. Si aliqua mulier cũ eſſet maior quinquaginta annis, partum ediderit an debet hæc proles patri eſſe ſua, & capere eius hæreditatem, per eam quæ eſt in Cæſarea conſtitutionem, interrogati ſtatuimus, quod etſi hic partus ſit admirandus, & raro admodum inueniatur: nihil tamen ex illis eſt reprobandum, quæ agnoſcũtur à natura: Ius autem quod à quauis lege datum eſt filiis, hoc purum & integrum ſeruari huiuſmodi filiis & filiabus in omnibus hæreditatibus: ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato. Et in ſumma ne ſint aliis diſſimiles, quos natura fecit ſimiles: & maxime quoniam in antiquiori noſtra lege, talia matrimonia *ſcripſimus [ea] eſſe inæqualia nequaquam concedentes. Etiamſi hic partus ſit admirandus, & raro [admodum] inueniatur. Pulchre conſtitutio de raro quopiam legem latura, prædicit, Etſi ſit rarũ, hoc tamen iubemus. Nullus enim ignorat de iis quæ raro fiunt, non ferri leges, vt didicimus in πρώτοις. Ea eſſe inæqualia nequaquam concedentes. Dicebat non valere matrimonium, vt quod propter ætatem non conſiſtat. Neq; enim debet viro cõiungi, quæ non ſperat amplius parere. Dicebat autem quod ſi fœmina, quæ excedit annum quinquageſimum, coniuncta fuerit viro qui nõ attigit annum ſexageſimum, propter ætatem mulieris eſt inæquale matrimonium: vtpote quod vir quidem generet vſque ad annum ſexageſimum, fœmina autem non amplius pariat poſt annum quinquageſimum. Thal. Papius dicebat quod ſi fœmina eſt maior quinquaginta annis, non conſiſtit quod cum ea contrahitur matrimoniũ. Hoc ergo reſpondit antiquior Conſtitutio. Quæſierunt ergo aduocati qui erant Cæſareæ. Quid ergo ſi fœmina excedit quinquageſimum annum, quid debet facere? & ad eos reſcribit Conſtitutio.

* ἐπεγράψαμεν. lego ἐπετρέψαμεν. i. permiſimus.

Eivsdem. Poſſunt ergo & vt agnati ſuccedere.

Eiuſdem lib. C. tit. 59. c. 2.

† κατὰ συγγένειαν [illegible] f. [illegible]

Præterm. eſt 3. 4. 5. & 6. conſtit.

Si quis [a] alicuius geſſit tutelam, & is cuius geſta eſt tutela, deceſſit habens quendam Petrum † propiorem ſobrinum cognatione, ille autẽ venit tanquam ex bonorum poſſeſſione iure cognatorum, & poſtea deceſſit relicto filio: dicit conſtitutio, filio eius qui deceſſit. Quoniam [b] pater tuus accepit hæreditatem ſui cognati, tu autem fuiſti hæres tui patris, potes agere aduerſus tutorem tui [c] cognati. Servvs [d] non † habet hæredes. Ivre [e] affinitatis nulla eſt promiſſa [f] ſucceſſio. Qvamdiv [g] non repudiat ſcriptus hæres, qui ſperatur ſucceſſurus ex teſtamento, non ſuccedit aliquis ab inteſtato. Si [i] liber cum ancilla aliena habeat aliquam conſuetudinem, eo decedente non poteſt Dominus [k] puellæ vendicare eius hæreditatem. Iis qui [l] aliquem aluerunt, non competit [m] bonorum poſſeſſio. Si [n] quis [o] * vilis deceſſerit inteſtatus, & non habens cognatos, ei ab inteſtato ſucceditur ab aliis vilibus. † Si quis [p] artifex deceſſerit ſine liberis aut hærede legitimo, non facto teſtamẽto, bona eius quotæcunque fuerint quantitatis, ad illos pertinent, qui, * vtpote qui elegerint, tenentur pro [q] defunctis. Qui, pro eo qui eſt [r] ablatus, neceſſe habent reſpondere fiſco. Hoc enim facto, & publici ratio permanebit indemnis, & artifices fruentur * collegarum ſuorum ſolatiis, qui damnis tenentur obnoxii.

l. 2. C. Communia de ſucceſſionibus.

† non poteſt habere.

l. 4.

l. 7.

l. 8.

l. 9.

l. 10.

l. 3. C. de hæredib. Decurionum, Nauiculariorum, &c.

l. 5.

† Τὸ κατὰ πόδας.

Præterm. eſt 4 conſt.

* συνακτ. cohortal. Eiuſdem lib. Cod tit. 61. conſt. 1.

* ὡς οἱ χειροτονήσαντες.

* ἑταίρων τῶν ἰδίων.

a Τὸ κατὰ πόδας. Si pater tuus, propiori ſobrino agnato tuo & decedenti ab inteſtato, iure ciuili adita hæreditate, vel hac ab initio non interueniẽte, vel capitis diminutione perempto ius ademeretur. data de more bonorum poſſeſſione ſucceſſit, & à te poſſeſſa hæreditas patris tui, debes accedere ad Præſidem, & tutorem de tutela conuenire.

b Thal. Si enim repudiaſſet hæreditatem patris, quomodo potuiſſet mouere?

c Eiuſ-

c Eivſdem. Tutorem * illum quem ſuperius vocauit propiorem ſobrinum.

d Theod. Non poteſt ſeruus habere hæredem. Memento 6. Conſtit. 50. tit. huius libri.

e Theod. Ex affinitate non fit quiſquam hæres alterius. Tu autem excipe virum & vxorem: nam ſi nullus ſit qui debeat eſſe hæres, ſibi inuicem ſuccedunt. Memento primæ Conſt. 18. tit. huius lib. & lege lib. 8. tit. 2. Conſt. 3.

f Thal. Excipe perſonam viri & vxoris. Hi enim, ſi aliæ perſonæ deficiant, habent bonorum poſſeſſionem.

g Theod. Qui ſuccedunt ab inteſtato, vocantur, ſi non ſit ſcriptus, vel nolit adire.

Τὸ κατὰ πόδας. Priuſquam ſcriptus hæres capax quotæcunque partis repudiarit hæreditatem, vel alia ratione acquirendam hæreditatem repudiarit, illius qui reliquit teſtamentum, nullus ſit hæres ab inteſtato. Vides ergo quod ſpe manente hæreditatis ex teſtamento, ab inteſtato bona defuncti non recte vendicantur priuſquam ſcriptus hæres capax quotæcunque partis, hoc eſt, etiam ſi ſit ſcriptus hæres minimæ partis. Nam ſi eſt capax ſolius partis, vt nothus filius, tunc eo etiam adeunte hæreditatem, vocantur qui veniunt ab inteſtato.

h Thal. Sæpe amittit teſtamenti factionem, quam habebat quando fuit ſcriptus hæres.

i Theod. Dominus ancillæ non efficitur hæres hominis liberi qui cum ea coiit. Vt enim habetur lib. 7. tit. 17. Conſt. 2. is non fit ſeruus, etiamſi Dominus ancillæ ei denunciauit ne cum ea coiret.

k Thal. Si enim habet alterum ius cognationis, quod eam vocat ad hæreditatem, recte eam vendicat.

l Theod Qui aluit quempiam, propter hoc ſolum non ei efficitur hæres ab inteſtato.

m Thalelævs. Ruſus hic quoque ſicut in præcedenti conſtitutione, ſi ex alia cauſa volunt eſſe hæredes, poſſunt.

n Theod. * Cortalini facultates veniunt ad eius Concortalinos, ſi ſcilicet non habeat hæredem.

Τὸ κατὰ πόδας. Si quis Cortalina conditione grauatus deceſſerit ſine teſtamento, vel quocunque hærede extremo die, eius hæreditatem, non ad fiſcum, ſed ad reliquos Cortalinos eiuſdem prouinciæ iubemus pertinere.

o Thal. Quidam ſunt in ordine viles qui trahuntur ex genere, & hodie propter magnam vilitatem habētur contemptui. Bonæ autem memoriæ * Patricius Cortalinos quidem vocat beneficiarios: dicit autem eos curam gerere mutandorum equorum.

p Theod. Si Fabricenſis ſine hærede deceſſerit, eius bona accipiunt Confabricenſes, quoniam pro eo conferunt. Lege lib. 12. tit. 52. Conſtit. 6.

q Thal. Quomodo nominatores tenentur ex inopia eius qui nominatur, ita etiam hi tenentur pro eo qui deceſſit.

r Eivſdem. Hi neceſſe habent pro eo aliquem alium ad artem reponere.

(Margin: * Cohortalinus. vel Cohortalis. * Patricius.)

Titulus II.

Hic Titulus eſt xv. Tit. vi. Lib. Codicis.

Actio quam lex dat Cognatis.

Liber xxxviii. ff. Tit. vii.

Vlpianvs.

L. 1. in pr. ff. Vnde legitimi. §. 1. & 2. — Svvs qui * repudiauit bonorum poſſeſſionē, quæ ei defertur ex eo quòd ſit ſuus, habet quod datur à lege auxilium, & præfertur aliis legitimis. ¶ Et [b] maſculi & [c] fœminæ ex legitimo auxilio & hæredes fiunt, & hæredes accipiunt, & etiam [d] libertini.
§. 3. — ¶ Si de aliquo [e] dubitetur, deceſſeritne ſui iuris, an in poteſtate patris, fortè pater eius erat captiuus apud hoſtes, aut ex aliqua alia cauſa, non competit aduerſus eius hæreditatem bonorum poſſeſſio, donec [f] certum fuerit eum deceſſiſſe ſui iuris.
§. vlt. — ¶ Omnes qui à lege duodecim Tabularum, vel alia lege, aut Senatusconſulto facti ſunt hæredes legitimi ab inteſtato, habent à lege auxilium.
Deniq. — ¶ Vnde etiam mater quæ vocatur ex Senatuſ-

(Margin: * Præterea eſt 1 cap.)

Digitized by Google

conſulto Tertulliano, & filii qui ex Senatuſcóſulto Orphiciano, habent à lege[g] auxilium.

Si exiſtunt ſui hæredes ei qui deceſſit inteſtatus, etiamſi recuſauerint accipere bonorum poſſeſſionem Vnde liberi: obſtant tamen legitimis hęredibus: quoniam etiam cum repudiauerint bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, eis ſtatim competit Vnde legitimi, & præferuntur aliis legitimis.

b Non ſolum ſuccedunt maſculi ex bonorum poſſeſſione Vnde legitimi, ſed etiam fœminæ. Et non ſolum ingenuis morientibus, ſed etiam libertinis: non quod legitimos habeant ex tranſuerſo cognatos libertini, ſed quod patroni vocantur legitimi, eis competit bonorum poſſeſſio. Eſt ergo communis maſculorum & fœminarum. Poſſunt enim fœminæ quoque habere conſanguineos & agnatos & liberti poſſunt habere patronos & patronas. Nec ſoli maſculi poſſunt petere bonorum poſſeſſionem, ſed etiam fœminæ.

c ENANT. Nam fœminæ paulo ante ſuccedebant ſolum fratribus legitime: eis autem omnes legitimi ſuccedebant, etiam ſi lex duodecim tabularum eas vocabat ſimiliter. Hodie autem ex 14. & 15. Iuſtiniani Conſt 58. tit. 6 lib. Cod & ex tit. 3. Inſtit. fœminæ quoque ad imitationem maſculorum ſuccedunt omnibus legitimis.

d EIVSD. Suorum patronorum. Non habent enim cognatos legitimos, poſſunt tamen eorũ filii & parentes & fratres cum eis manumiſſi, tanquam ex lege ſuccedentes. & prælati patrono, habere bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi, etiamſi non ſint legitimi, vt dictum eſt de matre & filio in fine huius dig & 3. Lege etiam lib. 3. Inſt. tit. 6. 7.

e Si quis deceſſerit, & de eo dubitetur an ſui eſſet iuris, an in patris poteſtate, (pater enim eius captus ab hoſtibus adhuc viuit) [vel] cauſa ſuſpendit ſtatum eius qui deceſſit, non poteſt peti ad eius hæreditatem bonorum poſſeſſio, quoniam nondum eſt oſtenſum eum deceſſiſſe inteſtatum: quandoquidem hoc ipſum primum eſt incertum, an potuerit teſtari. Quando ergo cœperit eſſe certus ſtatus eius qui deceſſit, forte enim deceſſit pater eius qui degebat in captiuitate, tunc recte petitur propter eius hæreditatem, bonorum poſſeſſio Vnde legitimi, non quando fuit certum eum deceſſiſſe inteſtatum, ſed quando cœperit eſſe certum eum deceſſiſſe ſui iuris. Hæc autem bonorum poſſeſſio vocat omnes qui poſſunt eſſe hæredes ab inteſtato: ſiue lex duodecim tabularum facit aliquem hæredem legitimum ſiue aliqua alia lex aut ſenatusconſultum. Certe mater quoque quæ vocatur ex Tertulliano, petit hanc bonorum poſſeſſionem: ſicut etiam filii, qui ex Orphiciano vocantur ad matris bonorum poſſeſſionem, petunt bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi.

f INNOM. Legiſti enim librum 28. tit. 1. dig. 14. 15. quod qui de ſuo ſtatu dubitat, non poteſt teſtari.

g ENANT. Hi etiam abſque eo quod petant bonorum poſſeſſionem, ſunt hæredes, vt qui iura habeant legitima. Qui autem vocantur ſolo iure prætorio, non fiunt hæredes abſque bonorum poſſeſſione. Dictum eſt enim lib. 6. tit. 15. conſtit. 2 quod abſque bonorum poſſeſſione nullus accipit hæreditatem inteſtati ſibi amicæ In 1. autem conſtit tit. 55 dicit quod filii quidem tunc per ſe exiſtunt hæredes matribus, quando poſſunt fari. matres autem ſuccedunt filiis etiam infantibus & 3. Conſtit. 57. tit dicit quod etiam abſque eo quod petat bonorum poſſeſſionem, fil a ſuccedit matri quæ ſe geſſit pro hærede.

PAVLVS. Generaliter[a] quoties Lex vel Senatuſconſultum defert hæreditatem, non etiam bonorum poſſeſſionem, hæc competit. Quando autem dabit etiam bonorum poſſeſſionem: & quæ ex legibus datur competit, & quod ex hac lege datur auxilium. IVLIANVS. Si cum [b]ego eſſem teſtatus, deceſſerit vnus ex meis fratribus, & dum deliberaret hæres ſcriptus, alius quoque frater meus ſit mortuus, & tunc hæres ſcriptus repudiauerit, patruus meus fit hæres. Hæc enim bonorum poſſeſſio quærit [c]proximum, quando cœperit peti. MODESTINVS. Vbi [d] ſuus ſperatur hæres futurus, ceſſant conſanguinei. Forte enim qui deceſſit, reliquit vxorem prægnantem, aut captiuum. NATI [e] poſt mortem patris, vel poſt deportationem ſiue captiuitatem, & qui eo tempore quo hæc ei acciderunt, erant in [f] poteſtate, inter ſe habent ius conſanguinitatis, etiamſi à patre fuerint exhæredati.

a Generaliter ergo dicimus, quoties vel Lex vel Senatuſconſultum defert quidem hæreditatẽ non meminit autem bonorum poſſeſſionis, hanc peti. Quando vero etiam bonorum poſſeſſionem lex iubet dari tum ex illa parte peti bonorum poſſeſſionem quæ ex legibus. Illa autem non competente competit Vnde legitimi.

b Cum eſſent duo fratres, vnus deceſſit facto legitime teſtamento: deliberante autem eo qui

factus

ſactuſerat hæres, alter frater deceſsit inteſtatus, & poſtea frater primi ſcriptus hæres repudiauit: neceſſe eſt cùm frater non viuat, patruum vocari ad hæreditatem ab inteſtato. Hæc enim bonorum poſſeſsio Vnde legitimi, tunc competit, cùm primùm fuerit locus iis qui veniunt ab inteſtato. Quando autem datus eſt locus iis qui veniebant ab inteſtato, id eſt hæredis ſcripti repudiatione, ſolus patruus exiſtebat cognatus.

c ENANTIOPH. Et hîc & in ſeptimo themate primi dig ſeq tit dixit proximum conſiderari, quando cœperit peti bonorum poſſeſſio. In 6. autem them. 1. dig. ſeq tit proximum dixit conſiderari, quando peti cœperit bonorum poſſeſſio. In 6. autem them. 2. dig. 16. tit. proximum elige cum videlicet defunctus ſit inteſtatus. Similiter Inſtit. 3. tit. 1. 7. thema. primi dig. ſeq tit. non habet Quando cœperit peti, ſed eo tempore quo defertur bo. poſſeſſio.

d Quandiu ſperamus aliquem exiſtere ſuum defuncto hæredem, tandiu non eſt locus conſanguineis. Si enim defuncti vxor ſit prægnans, aut qui deceſſit, filium habet captiuum, & ſperamus aut poſthumum naſciturum, aut captiuum reuerſurum, non vocantur legitimi.

e Nati poſt mortem patris vel poſt captiuitatem, ſiue deportationem: & hi qui eo tempore quo capiebatur vel deportabatur pater, fuerunt in poteſtate, habent inter ſe ius conſanguinitatis, etſi hæredes patri non extiterint, ſicuti exhæredati.

f Lege 9. thema primi cap. 16. tituli.

L. 1. in pr. ff Vnde cognati. Cognatorum ſucceſſio [a] eſt ſolum prætoria. ¶ Cognati dicuntur tan- Eiuſdem lib. tit. 8. dig. 1.
§. 1. quam ex vno nati, aut quod habuerunt commune naſcendi initium.
§. 2. ¶ Hæc lex non pertinet ad ſeruilem cognationem. Neque [b] enim faci-
§ 3. lè creditur eſſe ſeruilis cognatio. ¶ Cognatorum auxilium complecti- Lege 1. them. 9 dig.
tur ſex gradus cognationis. & ex ſeptimo gradu duas [c] perſonas, * ſobri- * [illegible]
§. 4. no [d] & ſobrina natum & natam. ¶ Is quoque qui eſt adoptatus ᵛ habet
ᵛ. Euenit. iura cognationis in vniuerſam naturalem familiam. ¶ In adoptiua au-
§. 5. tem, iis ſolis fit cognatus, quibus [e] agnatus ¶ Proximus cognatus dicitur Lege lib. 8 C. tit. 48 dig. 6.
Sim liter ha- betur tit. 16. dig 2. lib. 5. etiam qui eſt ſolus. ¶ Proximus autem ſpectatur tempore quo defertur
§. 6 bonorum poſſeſſio. ¶ Is quoque cognatus qui eſt conceptus viuente eo
§. 8. Sim liter tit. 16. dig 6. qui deceſſit, obſtat eum ſequentibus. Sed ſi non naſcitur, vocantur. Qui Lege 7 tit. c. 4 & tit. 16. & 1. them. 9.
autem poſt mortem eius eſt conceptus, nec eſt eius cognatus, nec exclu-
dit [f] alios.

a Hic eſt 5. tit 6. lib. Bonorum poſſeſſionem Vnde cognati, ſolus Prætor excogitauit, & ideo conſtat liberalitate Prætoris, ex iure ciuili nullam habens originem. Nam eos vocat ad hanc bonorum poſſeſſionem, qui iure ciuili non vocantur ad ſucceſſionem, id eſt cognatos. Cognati autem ſunt appellati, quaſi nati ex vna perſona, aut, vt ait Labeo, quoniam commune naſcendi initium habuerunt. Pertinet autem lex cognationis ad cognationes hominum liberorum, non itidẽ etiam ſeruorum. Neq; enim ſeruilis cognatio lege facile creditur eſſe cognatio. Hæc autẽ bonorum poſſeſſio Vnde cognati, cognatorum gradus ſex cõplectitur, & ex ſeptimo gradu duas perſonas, * ſobrino & ſobrina natum & natam. Non facit autem cognationem ſola natura, ſed etiam adoptio. Quibus enim fit agnatus adoptiuus, iiſdem fit cognatus. Quandocunq; enim de cognatis agimus, eos etiam cognatos comprehendimus, qui fiũt adoptione. Hinc euenit, vt qui datus eſt in adoptionem, & in familia patris naturalis habeat naturalia iura cognationis. & in adoptiui patris cognatione Illorum autem ſolum fit cognatus in cognatione adoptiua, quibus factus eſt agnatus. In familia autem naturali erga omnes cognatos ſeruat cognationem. Quoniam autem † promittit Prętor ſe vocaturum proximum cognatum, proximus appellatur cognatus etiam qui eſt ſolus: quanuis proprie proximum dicimus ex multis. Oportet autem proximum ſpectare eo tempore quo defertur bonorum poſſeſſio. Si quis ergo ex proximis cognatis, dum hæres ſcriptus adhuc deliberat, diem ſuum obierit, ſequens proximus vocatur ad bonorum poſſeſſionem Vnde cognati. Si quis ergo poſt eum qui deceſſit inuentus fuerit proximus, ipſe intelligitur proximus. Si autem ſpectetur naſciturus alius propinquior cognatus eo qui eſt in rerum natura, is qui ſperatur naſciturus, obſtat iis qui viuunt, ſi omnino naſcatur. Sin autem non fuerit natus, eos vocamus qui ſunt poſt ventrẽ proximi Tunc autem hoc dicimus, quando qui dicitur eſſe in vtero, viuo eo de cuius hæreditate agitur, fuit conceptus Qui enim poſt mortem eſt cõceptus, neque obſtat aliis, neque ipſe vocatur, vt qui nunquam fuerit illi proximus quo viuente * eſt conceptus.

* conſobrino & conſobrina.

† ἐπαγγέλλει.

* videtur hic addenda negatio nõ hoc oſtenditur l. 10 the. ſi quis.

b ENANT. Legitimam non habent cognationem, vt tit. 10 dig. 10 the 3 Illud autem, † Facile, additum eſt propter matrimonia Scias autem quod etiam ſerui manumiſſi ſunt hęredes manumiſſorum parentum & filiorum & fratrum, & excludunt patronos, vt Inſtit. 3. tit. 6 & lib 6. Cod. tit. 4. * Conſt 4.

† Ita Accurſ.

* non extat hæc 4 conſt. ideoque legendum 3. ſed huc parũ pertinet.

c ENANTIOPH. Lege 1. dig. 4. in quo dicit ſimplicius in inquiſitione naturalis cognationis non præteriri ſeptimum gradum. In 9. autem dig huius tit dicit quod etiam agnatus qui

Digitized by Google

eſt 8.gradus,habet bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi. Lege 5.tit.3.Inſtit.in quo dicit dari agnatis bonorum poſſeſſionem,etiam ſi ſint decimi gradus. In 2. autem dig.xvi. tit.huius libri,in infinitum cognatos dicit agnatos.lege quæ in eo ſcripta ſunt. Agnatorum autem differentiam tollit 118 Nouella,vt dig 2 .tit 7.lib.1.& huius libri tit.7 ff.5.

Sobrini d cũtur ἀνεψιάδελφοι. Conſobrini ἐξάδελφοι.

d INNOM. Sobrini ſunt qui naſcuntur ex duobus patruelibus qui vocantur ἐξάδελφοι.& ſunt quidem inter ſe 6.gradus. Iam vero qui ex vno eorum naſcitur, eſt ſeptimi ad propatruum, vt in textu 10.tit.huius lib.& tit.6.3.Inſtit.[l ſi qua. in fin.ff.re ritu nupt.]

e INNOMINATI. Ita didiciſti ex lib.1.tit.7. ff.23.& lib.2.tit.4. ff.7.& in fin.12.ff.2.tit.23. lib & huius lib tit.10 ff 4.them.7.[l.non facile § pen.de gradib. affin.]

f INN. Non proprie enim,ſed per abuſionem,ſeu ἀναφορικῶς,is fit cognatus,vt tit.16.ff.8.

Ita didiciſti in t 7 ff. them.4.

¶ IS[a] quoque qui execto matris vtero natus eſt, habet quod datur à lege auxilium ad matris hæreditatem. ¶ Gradatim vocantur cognati,& qui eiuſdem ſunt gradus,ſimul omnes. ¶ Captiuus[b] quoque reuerſus petit auxilium cognatorum. CAIVS. Hæc[c] bonorum poſſeſſio vocat omnes cognatos,etiamſi iure ciuili non vocentur. ¶ Itaque etiam[d] vulgo[e] quæſiti fratres, & inter ſe & aduerſus matrem habent cognatorum bonorum poſſeſſionem,& mater aduerſus eos. ¶ Idem dicimus etiam de prægnante ancilla manumiſſa. IVLIANVS. Quæ[f] per adoptionem accedit cognatio perit emancipatione. Igitur ſi frater[g] meus adoptiuus,poſt mortem meam intra[h] centeſimum diem fuerit emancipatus,perdit bonorum poſſeſſionem. Non ſolum enim tempore mortis: ſed etiam bonorum poſſeſſionis oportet ſeruari cognationem.

§.9. §.10. §.11. l. 2. in pr. v. Itaque v. Vſque adeo. l.3.

Eadem matre nati,vt c.p.4. lege etiam 8. lege ff 5. & t t. 6. cap.11. Lege etiam 8. tit.

a Si mulier prægnans deceſſerit,& execto eius vtero ſaluus editus ſit fœtus qui in eo geſtabatur,poteſt is propter hæreditatem matris petere bonorum poſſeſſionem Vnde cognati. Poſt Senatuſconſultum autem Orphicianum etiam † legitimi recte petit: quoniam tempore mortis matris omnino geſtabatur in vtero Gradatim autem vocamus agnatos ad hanc bonorum poſſeſſionem,vt qui ſunt in primo gradu,omnes ſimul vocentur.

† Vnde legitimi.

b INNOMIN. Qui extractus eſt,fit etiam hæres patris quin etiam præteritus b f. rumpit teſtamentum,vt lib.28 tit.2.ff.12.Lege etiam huius libri tit.17.ff.1.them.4.Si quis tempore mortis eius de cuius hæreditate agitur,fuerit captiuus, reuerſus poteſt petere bonorum poſſeſſionem Vnde cognati.

† ἐπαγγέλλεται.

c Prætor naturali æquitate motus omnibus cognatis †promittit quos ſanguinis ratio vocat ad hereditatem,etiamſi iure ciuili non vocantur Itaque etiam qui ex vulgo concepti ſunt filii,vocantur ad maternam ſucceſſionem & mater eiuſmodi ſuis filiis ſuccedit.Fratres quoque qui nati ſunt ſpurii, inter ſe ſuccedunt ex bonorum poſſeſſione Vnde cognati: quia ſunt inuicem ſibi cognati:adeo vt ſi mulier prægnans in ſeruitute,poſtea pepererit,is quoque eſt matri eius cognatus,& ei mater:& qui ex ea naſcuntur,habent inter ſe iura cognati.

d INNOM. De ſpuriis,lege ff.4 & 8.& tit 17.ff.1.& lib.6.Cod.tit.de S C.Orfic.Conſt.5.& Inſtit.3.tit.4.Mouent autem aduerſus matrem querelam de inofficioſo, vt lib.5. tit.2. ff.29. & in inopia alunt matrem,& aluntur ab ea,vt lib.25.tit.3.ff.5. Neque ſine venia ſpurius vocat matrem in ius,vt lib 4 tit.2 Habet autem aduerſus maternos libertos bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas,vt tit.2.huius lib ff.18.

e ENANTIOPH. Qui natus quidem eſt ex nuptiis prohibitis, neque eſt affinis, neque cognatus,vt tit.10.ff 4 them 4.& in Nouellis De ſpuriis. In 10.autem tit.primi Inſtit. eum quoque appellauit ſpurium qui natus eſt ex † nefariis nuptiis. In 6. autem Conſtit.5. tit.5.lib.Cod.dicit, quod neque patris neque matris ſit hæres: neque ex eis capit aliquid.lege etiam Nouel. De nefariis nuptiis.

† prohibitis. Iuſtin.

f Quæ per adoptionem coniungitur cognatio perimitur per capitis diminutionem. Si ergo poſt mortem huius fratris,vocatus ad huius hæreditatem,qui viuit frater adoptiuus,intra centum dies,qui ſunt præfiniti petendæ bonorum poſſeſſioni,paſſus fuerit capitis diminutionem,non poteſt amplius petere bonorum poſſeſſionem Vnde cognati. Prætor enim non ſolum attendit tempus mortis,ſed etiam ſpectat tempus quo petit bonorum poſſeſſionem. Inuenitur autem nunc nõ eſſe cognatus eius qui deceſſit vtpote quod ſit ſoluta adoptio per emancipationem.

g INNOM. Nam is quoque eſt cognatus Dictum eſt enim libro 1.tit.7. ff.23. quod cui adoptatus ſit agnatus eis ſit etiam cognatus.lege ff.1.them.7.

h ENANT. Quæ aſcendentibus & deſcendentibus competit bonorum poſſeſſio, eſt annalis,vt tit.9.ff 1.& 9. In iis autem qui ſunt ex tranſuerſo, centum dierum In iure autem ciuili,hoc eſt in aditione,aliud didiciſti lib 6 Cod.tit.30.lege eiuſdem lib.tit.55. Conſtit.1.& tit.17.huius lib.ff 2 quod ſi mater quidem renunciauerit bonorum poſſeſſioni, deliberat autem de aditione, locum non habent qui ſequuntur.

Lege ff. & & tit.10.ff 4. them.4.

IVLIANVS. Spurii[i] hæreditas non pertinet ad eos qui ſunt ex patre. l. 4.

Non

Digitized by Google

Non habet enim patrem: matri autem, & fratribus natis eadem matre,
l. 5. datur auxilium cognatorum. POMPONIVS. Liberi [b] etiam poſt eman-
l. 6. cipationem habent auxilium * ex filiorum neceſſitudine. VLPIANVS. * ἐκ τῆς τῶν παίδων οἰκειότητος.
Quod [c] meum cognatum accuſauerim, id non me excludit ab auxilio
l. 7. cognatorum. MODESTINVS. Qui factus [d] eſt ſeruus, etiamſi ſit
l. 8. [e] manumiſſus, non recipit priorem cognationem. IDEM. Vulgo
l. 9. in pr. quæſiti ſuccedunt etiam auiæ maternæ † ab inteſtato. PAPINIANVS. † & ipſi matri eorum.
Octaui gradus [f] cognatus, etſi non adierit hæreditatem, habet auxili-
§. 1. um à lege. ¶ Fratris [g] filius ex parte ſcriptus hæres à patruo, cum diceret
eum eſſe ſurdum, & non poſſe teſtari, petiit tanquam ſucceſſor inteſta-
ti, auxilium cognatorum: & placuit à morte patrui centum dies com-
l. 1. C. de ſuis & legitimis liberis, &c. putari. Non eſt enim veriſimile fratris filium ignorare valetudinem
patrui. QVI poteſt [h] iure ciuili eſſe hæres vt cognatus, non excludi- Præterea eſt dig. 10. Lib. 6. Cod. tit. 55.
tur curſu centum dierum. Hi enim ſunt præſtituti in bonorum poſſeſ-
ſionibus.

a Quando filius ſpurius deceſſerit inteſtatus, iure quidem conſanguinitatis aut agnationis ad nullum defertur eius hæreditas: quia ius conſanguinitatis & agnationis incipit à patre. Quiſnam autem eſt pater ei, qui natus eſt ex fornicatione? Proximitatis autẽ nomine ſeu cognationis, mater ei ſuccedit, aut frater eius eadem matre natus, accipientes bonorum poſſeſſionem Vnde cognati.

IN NOM. Spurius enim eſt qui non poteſt ſuum patrem oſtendere, vel poteſt quidem, ſed eum quem non licet, vt lib. 1. tit 5. dig. 23.

b Filii quidem ſubeuntes capitis diminutionem, eandem quam [bonorum poſſeſſionem] petebant & ſui quidem exiſtentes, hoc eſt, Vnde liberi, quæ eis competebat ante capitis diminutionem. Iis autem qui ſunt ex tranſuerſo, vtiq; non competit bonorũ poſſeſſio Vnde legitimi Non eſt enim eadem conditio filiorum & cognatorum qui ſunt ex tranſuerſo, ſed vocantur ex bonorum poſſeſſione Vnde cognati.

c Si quis autem criminaliter accuſauerit cognatum ſuum dum viueret, non prohibetur ab auxilio bonorum poſſeſſionis Vnde legitimi. Hoc autem non ita habet in filio Patroni. Nam ſi ille capitaliter accuſarit libertum Patroni, & victus fuerit, non poteſt petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Lege tit. 2. dig. 14.

d Si quis quacunque ratione ſeruus factus ſit, etiamſi poſtea fuerit manumiſſus: nulla ratione recipit cognationem, quam habebat ante ſeruitutem.

e Sed ſi ſeruus pœnæ factus, reſtitutus fuerit ab Imperatore, hæres matris efficitur. vt tit. 17. dig. 1. Lege etiam 2. dig. eiuſdem tit. them. 1.

f In octauo gradu legitimus cognatus eo quod ſit legitimus, etiam ſi non adierit hæreditatem, petit tamen bonorũ poſſeſsionem Vnde legitimi. Contra autem, octaui gradus cognatus, niſi adierit, non poteſt petere bonorum poſſeſsionem Vnde cognati: quia vſque ad ſextum gradum ſolum datur bonorum poſſeſsio Vnde cognati, & duabus ſolis perſonis à gradu ſeptimo.

g Scripſit quidam hæredem filium fratris ſui Ille autem dicens patruum ſuum eſſe ſurdum, & ideo non poſſe teſtari, petiit bonorum poſſeſsionem Vnde cognati: vtpote quod patruus deceſsiſſet inteſtatus & placuit centum dies bonorum poſſeſsionis ei computari à tempore mortis patrui. Non eſt enim veriſimile, quod cum eſſet proximus cognatus, & filius fratris [eius] qui deceſsit, eius aurium ignorarit valetudinem.

h THEOD. Qui poteſt legitime ſuccedere, non excluditur lapſu centum dierum. Quid enim quod erat inteſtatus? Τὸ κατὰ πόδας. Si fratri tuo potes eſſe hæres legitimus, centum dierum præfinitorum termino non excluderis quo minus poſsideas hæreditatem.

l. 2. NEPOTES [a] ex duobus filiis, ſi non ſunt æquales numero, ſed ex vno
quidem plures, ex vno autem pauciores, ſimiliter vocantur, & in ſtirpem
l. 3. ex æquo partiuntur aui hæreditatem. SI quis [b] deceſſerit relicto filio,
l. 4. & nepote ex filio qui prædeceſſit, vterque ſimiliter ſuccedit. SI quis
deceſſerit [c] inteſtatus, relicto filio qui geſtabatur in vtero, & ſorore eo-
l. 5. dem patre nata, filius præfertur [d] ſorori. SI quis [e] prædeceſſerit [f] re-
lictis filiis naturalibus, & filio adoptiuo, omnes ſimiliter ſuccedunt.
l. 6. QVI [g] conceptus eſt ex libera & ſeruo, eſt vulgo quæſitus. Vnde et-
iam ſi pater manumiſſus & reſtitutus ad ingenuitatem, honorem ade-
l. 7. ptus eſt, & deceſſit, non poteſt hic filius ei [h] ſuccedere. LIBERtus [i] ne-

Digitized by Google

quaquam eſt prohibitus habere filium in poteſtate: quoniam propter ſtatum præteritum, libertus nequaquam eſt prohibitus habere liberos ex legitimis nuptiis, ad imitationem ingenuorum. CVM eſſet[k] quidam apud hoſtes, deceſſit relicta filia, quæ erat in poteſtate. Poſtea deceſſit etiam filia, cum non reſciuiſſet mortem patris. Sic reſcribit conſtitutio ad vxorem defuncti. Patris qui deceſſit apud hoſtes, filia cōmunis, in quo caſu, mortis ſcientia non requiritur, extitit hæres ſua, & ad te tranſmiſit[l] hæreditatem.

a THEOD. Nepotes ex duobus filiis in ſtirpes ſimul ſuccedunt duobus auis Idem eſt etiam in filiis nepotum. Quod enim dictum eſt in 9 conſtit. huius tit. quod nepotes ex filia in tertia parte matri ſuccederēt, non ſeruatur hodie: quoniam ſuccedunt ex æquis partibus. Memento tertię conſtitutionis 15. tit. huius lib. quod agnatis præferuntur nepotes. Sed iubet 118. Nouella, ex æquis partibus ſuccedere deſcendentes, & ipſos præferri omnibus qui ſuccedunt ab inteſtato.

Lege etiam 10 conſtitut. lib. præceden. tit. & ſcias quod ait 12. conſt. eius tit.

b THEOD. Filius, & ex alio filio nepos, ſuccedunt ex æquis partibus, ei qui eſt pater quidem filii, auus autem nepotis. Hoc dicit tertia conſtitutio 15. tit. huius lib. in nepotibus ex filia: hoc autem etiam hodie ſeruatur. Τὸ κατ' πόδα. Vt ei qui deceſſit inteſtatus. filius & nepos ex alio filio, qui tempore mortis eius non inuenitur in rebus humanis, manentes in poteſtate patris ſimiliter ſuccedant, lege duodecim tabularum aperte fuit edictum: quod etiam ſequitur Prætorii iuris obſeruatio.

c EIVSD. Etiamſi poſthumus ſit filius præfertur ſuæ amitæ in hæreditate ſui patris Hoc nunc quoque ſeruatur.

d THALEL. Hoc dixit, quoniam vocat primum deſcendentes, & tunc eos qui veniunt ex tranſuerſo.

e THEOD. Filii naturales, & qui ſunt dati in adoptionem, ex æquo ſuccedunt per capita, patri eorum decedenti ſcilicet, etiamſi ſint adoptati ab aliis, lege librum 8. tit. 47. Conſtit. 10. & Nouel. 89.

f Τὸ κατ' πόδας habet inteſtatum. Dicit ad te Thalelæus, Recte illud, Ab inteſtato. ſi enim factum eſt teſtamentum, adoptiuus non habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas: niſi vnus ex aſcendentibus accepit eum in adoptionem.

g THEOD. Qui eſt conceptus ex ſeruo & libera. ne manumiſſus quidem ſuccedit patri ſuo: eſt enim is ſpurius. & nota quod ſpurius non ſuccedit patri ſuo. Succedit enim matri, niſi ſit ſenatoria: vt declarat 5. Conſtit. tit. 57 huius libri. Quæſtio. Cur filius eius qui manumittitur, ei non ſuccedit? Atqui dicit ſeptima quæ ſequitur conſtitutio, quod intelligitur ſuus filius liberti: & ſemper vt didicimus, ſui exiſtunt hæredes ſuorum patrum.

THEOD. Hæc conſtitutio non dicit natum eſſe filium poſt patris libertatem, ſed ante. Quare ei non ſuccedit. Dicit enim 4. Conſtitutio 49. tit prædicti lib. 6. quod ſeruus non habet hæreditatem. Sed lege ſeptimam. quæ deinceps ſequitur, conſtitutionem

h Oportebat n eum manumiſſum accipere ipſum in adoptionē ſi volebat ipſum ei ſuccedere.

i THEOD. Libertus poteſt habere ſuum filium, ſi modo poſt manumiſſionem legitimum contraxit matrimonium. Dicit enim Nouella, quod ingenui non differunt hodie à libertis. Dicit itaque 2. Conſtit. 9. tit. lib. 7. quod nec ſi ſeruus quidem manumiſſus habuerit filios poſt manumiſſionem, eos habet in poteſtate. Similiter autem extat liber 8. tit. 47. Conſtitut. 8. Nota ergo quod poſt manumiſſionem ponit caſum præſens Conſtit. ne ſit contraria præcedēs Conſtitutio.

Τὸ κατ' πόδας. Filium ſuum habere in poteſtate non prohibetur libertus: quoniam propter ſtatum præteritū, ex legitimis nuptiis liberos ſuſcipere nō prohibetur libertus, ad imitationē ingenuorū.

k EIVSD. Etiam ignorans filius ſuccedit patri qui deceſſit apud hoſtes, & tranſmittit illius hæreditatem ad ſuos ſucceſſores Memento. primæ conſtitutionis tit. 52 & lege 8. conſt. 58. tit. huius libri, quæ dicit, quod ſecundum leges ſucceditur ei qui deceſſit apud hoſtes.

l THAL. Primum quidem, quia ſua extitit. Secundo autem, quoniam eſt ex deſcendentibus, per conſtitutionem quæ eſt in ſecundo tit. etiam ignorans tranſmittit hæreditatem.

Præterea eſt 9. conſtit.

CONſtitutio[a] vult nepotes ex filia ſuccedere auiæ, etſi maxime mater eorum eſſet ſui iuris, non læſos ex mutatione ſtatus quæ illi accidit. Quid enim opus eſt mutatione ſtatus in perſona, quæ non poteſt habere familiam? [fœmina enim familiam habere non poteſt.] SI quis[b] matre ſuperſtite deceſſerit, & filios aut nepotes [aut pronepotes] reliquerit, ipſi abſq; dubio matrem[c] præcedunt. VLPIANVS. Bonorum[d] * poſſeſſionis ius fuit excogitatum, ne decedentes eſſent ſine ſucceſſoribus aut mora fieret[e] creditoribus. ¶ Alius[f] autem alii competentem bonorum poſſeſſionem non poteſt recuſare præter eius ſententiam, ¶ etiamſi ſit eius L. 10. L. 11. L. 1. in pr. ff de ſucceſ. edict. Lib. 38. ff. tit. 9. §. 1. §. 2.

procu-

§.3. procurator. ¶ Seruo autem meo delatam poſſum repudiare. ¶ Tutor
§.4. non poteſt repudiare, ſed pupillus eo authore. ¶ Sed neque curator fu-
§.5. rioſi: nam interim non[g] defertur.

a THEOD. Nepotes ex filia, ſuccedunt auiæ ſuæ maternæ, etiamſi mater eorum, cum eſſet ſui iuris, deceſſerit. Memento ſecundæ & tertiæ Conſt. huius tit.

Τὸ κατὰ πόδα. Quando de auiarum ſucceſſione morte eueniente agitur, de matris capitis diminutione non inquiritur. Tunc enim in huiuſmodi hæreditatibus, filiorum ſtatus aut perſona conſideratur, quando de bonis illius quæritur, qui poterat habere poteſtatem familiæ.

b THEOD. Omnes deſcendentes præferuntur auiæ in bonis eius qui deceſſit ab inteſtato. Lege 118. Nouellam, quæ dicit deſcendentes præferri vniuerſis.

c THALEL. Hoc dixit conſtitutio conuenienter regulæ quæ dicit, quod deſcendentes ſemper præferuntur aſcendentibus in hæreditatibus. Hoc autem intellige in filiis. Ma er enim manet ſimul cum fratribus.

d Hic eſt 6. tit. 6. libri. Ne decedentibus aliquibus inteſtatis, & repudiantibus iis qui vocantur ad hæreditatem, cum qui eos ſequuntur, non vtiq; vocentur, ſint vacantia bona decedentium, & maneant ſine heredibus, & ſi habeant cognatos: propterea Pretor excogitauit hoc edictum, quod dicitur ſucceſſorium, ne bona decedentium maneant ſine dominis, vtpote vacantia, & creditoribus longa fiat dilatio ad ſua recuperanda. Exiſtimauit ergo Prætor neceſſarium, præfinire tempus iuri aditionis, vt breuius ſcire poſſint creditores, vtrum habeant in quem poſſint agere, an bona defuncti fiſco delata ſint vt vacantia.

e De creditoribus lege 8. thema huius dig.

f Vnuſquiſque poteſt recuſare ſibi competentem bonorum poſſeſſionem: alienam autem non poteſt. Meus certe procurator præter meam ſententiam non poteſt recuſare meam bonorum poſſeſſionem, ſed ego qui ſum ſcriptus hæres. aliter enim non licet. Sed ſi eſt ſeruus is qui eſt ſcriptus hæres. dominus poteſt repudiare. An autem tutor poſſit repudiare pupilli, conſideremus. & magis placet eum non poſſe repudiare, ſed pupillum. Sed neque curator furioſi, poteſt repudiare bonorum poſſeſſionem nomine furioſi, quoniam nondum eſt ei delata. Qui autem repudiat ſibi competentem bonorum poſſeſſionem. ſuum ius amittit, etiamſi ſuppetit adhuc tempus petendæ bonorum poſſeſſionis. Nam ſimul atque ipſe noluerit petere, incipit alii competere: aut quando nullus eam voluerit accipere, pertinet ad fiſcum.

g INNOM. De eo ſcis eſſe accurate tractatum in tit. 3. 37. libri.

§.6. ¶ Qui[a] repudiat ſibi competentem bonorum poſſeſsionem, ab ea excidit, etſi tempus ſuppetat.[b] Incipit enim competere iis qui ipſum ſequũ- Similiter lib. 37 tit. 1. dig. 8.
§.7. tur, aut fiſco. ¶ Quæ[c] datur ex decreto bonorum poſſeſſio, finitur quidem tẽpore, non poteſt autem repudiari. Nam priuſquam decreta fuerit, non competit: & poſtquã fuerit decreta, non habet repudiationem,
§.8. vt quæ de cætero ſit acquiſita. ¶ Etiamſi[d] intra centeſimum diẽ mortuus
§.9. ſit, qui poſt eum vocatur, ſtatim ſequitur. ¶ Centeſimus[e] quoq; dies cõputatur in tempore. Nam qui dicit intra calendas, vel cẽtum dies, & ca-
§.10. lendas & diem centeſimum comprehendit. ¶ Si is[f] qui vocatur, petere Similiter lib. 48. tit. 2. 40.
noluerit, aut tempore excluſus fuerit, locus eſt iis qui ipſum ſequuntur.
§.11. ¶ Qui autem eſt excluſus, ſuum ipſius locum ſubire & ſibi ſuccedere[g] poteſt: vt verbi cauſa, Si filius repudiauerit, aut tempore fuerit excluſus, [à bonorũ poſſeſſione Vnde liberi, habebit Vnde legitimi, & ſi ob hoc fuerit excluſus,] habebit[h] Vnde cognati. Etenim ſcriptus quoq; hæres, ſi ſit Lege thema tertium cap. 30. 2 tit. huius libri.
ex eis cognatis qui ſuccedunt ab inteſtato, repudiarit autem, aut tempore exciderit ab auxilio quod datur ex teſtamento, habebit auxilium quod datur ab inteſtato, & ipſe hæres poſt ſeipſum vocabitur.

a Lege ſinem 62 dig 2. tit. libri 29 & quæ in eo ſcripta ſunt.

b INNOM. Excipe filios ſecundum textum tit. 17. dig 6 & lib. 6. C. tit. 31. conſt 6. lege etiam lib. 28 tit. 8 dig. 8. & quæ in eo ſcripta ſunt. *c* Quæ datur ex decreto bonorum poſſeſſio, an repudiari poſſit videamus: & tempore quidem finitur [etiam ipſa.] Sed verius eſt eam non poſſe repudiari, quia nondum del ita eſt: niſi quando de ea factum fuerit decretum. Rurſus autem poſtquam factum fuerit decretum aut pronunciatum eam cuipiam competere, non poteſt amplius repudiare ſibi ſemel acquiſitam. Nam quæ nobis ſunt acquiſita, non poſſumus repudiare.

d Si is qui primus ſecundum gradum vocabatur ad bonorum poſſeſſionem, deceſſerit ea non petita, etiam ſi deceſſerit intra diem centeſimum, qui tamen ſequitur, ſtatim vocatur.

e Quod dicitur intra centum dies peti oportere bonorum poſſeſſionem, ſic eſt intelligendum, vt & ipſo centeſimo die bonorum poſſeſſio recte peti poſſit. Qui enim dicit intra calendas, ipſas

Digitized by Google

quoque calendas comprehendit.& qui dicit intra centum dies, comprehendit etiam diem centeſimum.

f Si is qui poteſt petere bonorum poſſeſſionem, eam noluerit admittere intra dies præſtitutos, aut eam non admiſerit, iis qui ipſum ſequuntur perinde competit bonorum poſſeſſio, ac ſi nō eſſet cognatus illis propinquior, aut qui repudiauit, aut fuit excluſus tempore. Videamus autem an cum aliis qui poſt ipſum vocantur, is quoque vocetur qui fuit excluſus: vt puta, filius eſt in poteſtate eius qui deceſſit, & cum ei competeret bonorum poſſeſſio Vnde liberi, anno fuit excluſus aut repudiatione, adeo vt poſt ipſum vocarentur legitimi: nunquid ipſe quoque ſibi ſuccedit ex hoc edicto ſucceſſorio? Et magis placuit vt ſuccedat, adeo vt poſſit petere bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi. Sin autem ipſa quoque à nullo ſit petita, poteſt rurſus hic filius vocari ex bonorum poſſeſſione Vnde cognati. Hoc enim de eo ius obtinet, vt ſi excidat à primis bonorum poſſeſſionibus, ipſe ſibi ſuccedat ex ſequentibus Idem etiam dicimus de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas: vt ſi ſcriptus hæres eam non petierit, ſit autem cognatus ex iis qui vocantur ab inteſtato, ipſe poſt ſeipſum vocatur ad bonorum poſſeſſionem ab inteſtato.

g ENANT. Si enim per duo iura mihi competat hæreditas, & eam quæ ex nouo iure mihi cōpetit, repudiauero, mihi relinquitur quæ competit ex veteri. vt lib. 50. tit. 17. dig. 91.

h INNOM. Et præfertur aliis legitimis, vt tit. 7. dig. 2.

¶ Aſcendentes [a] & deſcendentes annum habent. vrgentibus autem creditoribus interrogātur in iudicio: vt ſi dixerint ſe repudiare, creditores ſuo iure vtantur. Nam ſi dixerint ſe adhuc [b] deliberare non oportet eos præcipitare. ¶ Si [c] frater fratri * pupillariter fuerit ſubſtitutus, habet centum [d] dies. ¶ Etiamſi [e] per ſeruum meum mihi competat bonorum poſſeſſio parentum meorum aut [f] filii mei, habeo annum. ¶ Et in bonorum poſſeſſione contra tabulas, & in quauis bonorum poſſeſſione, præſtitutus eſt annus aſcendentibus & deſcendentibus. PAPINIANVS. Si qui eſt [g] propinquior, petierit bonorum poſſeſsionem, qui eſt remotior excluditur. Et ſi euenerit vt qui petiit, tanquam minor abſtineat per reſtitutionem in integrum: non [h] qui ipſum ſequitur, ſed [i] fiſcus bona accipit, [k] vt quæ hærede careant.

§. 12. §. 13. §. 14. §. 15. & 16. l. 2.

* ὡς ἀνήβῳ. Similiter habet 11. tit. 5.

Similiter tit. 11 C. 4.

a Largius tempus ſtatuit Prætor aſcendentibus & deſcendentibus ad petendam bonorum poſſeſſionem, in honorem ſanguinis videlicet. Neque enim eos oportebat * arctari, qui pene ad propria bona vocantur, & ideo placuit eis annum præberi. hoc quoq; moderate faciente Prætore, vt neque ipſi vrgeantur ad petitionem bonorum poſſeſſionis, neq; bona defuncti diu iaceant, & habeantur contemptui. Interdum autem ſi vrgeant creditores eius qui deceſſit, oportet etiam intra annum interrogari aſcendentes & deſcendentes pro tribunali, an admittant bonorum poſſeſſionem: vt ſi dixerint ſe repudiare, ſciant creditores quid ſibi agendum ſit. Si deliberare ſe dicant, non oportet eos præcipitare, hoc eſt, cogere ad mox admittendam bonorum poſſeſſionem.

* ſτενοχωρεῖσθαι. 1 ſtr. 5. &c.

b ENANT. Atqui dicitur 2. Inſtit. tit. 19. quod ſui exiſtunt: externi autem habent deliberationem.

c Etſi maxime aſcendentibus & deſcendentibus præſtitutus eſt annus ad bonorum poſſeſſionem, tamen ſi quis habens duos filios, filio impuberi eius fratrem ſubſtituit, etiamſi fuerit à patre ſubſtitutus: tamen quoniam vocatur ad hæreditatem fratris ex ſubſtitutione, non habet annum, ſed ſolum centum dies.

d ENANT. Atqui fit eius hæres neceſſarius, vt lib 28 tit. 6. dig. 2. 10. 18. & dici poteſt ipſum debere habere annum, vtpote quod ſit patris teſtamentum. Lege librum 6. Cod. tit. 55. conſtit. 1. Dicit enim quod legitimus ſuccedens fratri, non excluditur centum diebus. Eſt ergo manifeſtum quod id quod hic dicitur, de bonorum poſſeſſione dictum eſt, ſeu de iure prætorio. Cōſtitutio autem loquitur de aditione, ſeu de iure ciuili. In ſecundo autem dig tit. 6. lib 28. dicitur, quod vnum eſt teſtamentum principale & pupillare, etiamſi ſint duæ hæreditates. Vnde etiam qui ſunt patri neceſſarii, ſunt etiam pupillo neceſſarii vtputa ſeruus & filius impuberis, & poſthumus vt dig. 10. eiuſdem tit & lib 29 tit. 2. dig. 42. Poteſt ergo dici, quod non dedit annum neceſſariis, ſed aſcendentibus & deſcendentibus, vt in caſu, qui deinceps ſequitur, & tit. 9. Inſtit. 3. Reliquum eſt hic poſſe poni ſubſtitutum non eſſe hæredem patris, aut eſſe quidem hæredem, ſed non neceſſarium: propterea quod vt eſt veriſimile, non ſit in poteſtate

e Non ſolum quando ex ſua perſona ſuccedunt aſcendentes & deſcendētes, annum eis præbemus: ſed etiam ſi ipſe ſeruus ſcriptus eſt hæres, intra annum poteſt petere bonorum poſſeſſionem. Ea enim eſt perſona, quæ anno eſt honorata, quæ petit bonorum poſſeſſionem. Sed & ſi pater à filio emancipato * præteritus petit bonorū poſſeſſionem cōtra tabulas, in eius bonorum poſſeſſione annum rurſus ſeruamus Generaliter enim dixit Iulianus, ex quauis cauſa competentem aſcendentibus & deſcendentibus bonorum poſſeſſionem, peti intra annum.

* ἐμαν[illegible] ℞ις.

f INNOM. Fio enim patri meo per ipſum neceſſarius: vt de filio dictum eſt tit. 2. dig. 13.

g Quando vnus quidem eſt propinquior cognatus, alter vero gradu remotior, ſi qui eſt propin- [illegible]

quior

Digitized by Google

quior petierit ſibi competentem bonorum poſſeſſionem, qui ipſum ſequitur cognatus, non habet auxilium quod datur ex hoc edicto: etſi is qui eſt propinquior petita iam bonorum poſſeſſione, vt qui ſit minor 25. annis, abſtinuit ab hæreditate. Tunc ergo, vtpote quod & propinquior abſtinuerit ab hæreditate, & qui eſt remotior cognatus non vocetur, fiſco competunt bona defuncti.

b INNOM. Is enim manet habens nomen hæredis. vt tit. 2. huius lib. dig. 6. them. 3. & pater eius non videtur mori ſine ſucceſſore. vt lib. 40. tit. 5. dig. 29. the. 5.

i ENANT. Atqui dictum eſt tit. 17. dig. 2. them. quod cum filius petierit bonorum poſſeſſionem, [& per in integrum reſtitutionem abſtinuerit] vocatur mater defuncti. quod quidem intellige eſſe ſpeciale, ſicut etiam quod dictum eſt lib. 6. Cod. tit. 58. conſtit. 6. Lege etiam penult. thema primi dig. 17. tit. huius libri. Quod dictum eſt in 2. dig. 17. tit. huius libri de matre, potes dicere non eſſe ſpeciale. illic enim eſt emancipatus, & non manet habens nomen hæredis.

k EIVSD. Si quidem habuit cohæredes. lege ea quæ dicta ſunt lib. 29. tit. 2. dig. 55. Et ſi rogatus reſtituit partem hæreditatis. per lib. 36. tit. 1. cap. 79. & lib. 42. tit. 1. cap. 44. In his omnibus & aliis exceptionibus huius cap. fiſcus non vocatur, ſed alius. l. ſi pupilli. ad S. C. Treb.

l. 1. §. 1. ff. Vt ex legib. S. C. bonorum poſſeſ. det. VLPIANVS. Quoties [a] lex dixerit alicui dari bonorum poſſeſsionem, ipſa [b] datur, & non impeditur, etiamſi ex alia parte edicti petita ſit alia bonorum poſſeſsio. Eiuſdem lib. ff. tit. 14.

§. 2. ¶ Qui autem vocantur ex lege XII. tabularum [c], hanc non habent. Tunc enim datur, quando lex ſpecialiter iubet alicui dari bonorum poſſeſsionem.

l. 1. in pr. ff. Quis ordo in poſſeſ. ſeruet. MODEST. Eorum [d] qui veniunt ab inteſtato, primi vocantur deſcendentes: ſecundi aſcendentes: tertii ii qui veniunt ex tranſuerſo: quarti vir & vxor: Eiuſdem lib. ff. tit. 15.

§. 1. ¶ ſiue non eſt teſtamentum: aut eſt quidem, non eſt autem ex ipſo, vel contra ipſum petita bonorum poſſeſsio.

§. 2. ¶ Filii [e], tam qui ſunt in poteſtate, quam emancipati, habent [f] bonorum poſſeſſionem quæ competit iure liberorum.

a Hic titulus non eſt in Cod. meminit autem huius bonorum poſſeſſionis, Inſtit. 3. tit. 9. & dicit eam eſſe communem & ex teſtamento & ab inteſtato. Dicit Prætor ſeruiens iuri ciuili, Ita dabo bonorum poſſeſſiones, vti me oportet ex legibus & Senatuſconſultis eas præbere. Quoties ergo lex vel Senatuſconſultum permittit dari alicui bonorum poſſeſſionem, ex hac parte petitur. Nunquam autem impeditur hæc bonorum poſſeſſio, etiamſi ex alia parte edicti petita fuerit alia bonorum poſſeſſio. Qui autem ex lege XII. tabularum vocantur ad legitimam hæreditatem, non accipiunt bonorum poſſeſſionem ex hoc edicto, ſed per Vnde legitimi. Hanc enim quæ ex edicto præſenti datur, tunc præbemus, quando lex iubet ſpecialiter, & bonorum poſſeſſionem præbitam alicui dari.

b ENANT. Huic ſimile eſt id quod dictum eſt lib. 13. tit. 2. quod quoties noua lex introducens obligationem, non dixerit actionem, competit condictio ex lege.

c INNOM. Competit bonorum poſſeſſio Vnde legitimi.

d Hic titulus non eſt in Codice. Hæc dicta ſunt in principio 6. tit. Lege quæ illic ſcripta ſunt.

e Filiis, ſi patres deceſſerint inteſtati, data eſt bonorum poſſeſſio Vnde legitimi, non ſolum ſi manſerint ſui vſq; ad mortem patris, ſed etiam ſi fuerint emancipati.

f INNOM. Adoptiuus emancipatus eam non habet: vt tit. 6. dig. 4.

l. 2. in pr. VLPIANVS. Vtile [a] eſt tempus bonorum poſſeſſionum, & vnuſquiſque dies quo ignorauit, aut non potuit petere bonorum poſſeſſionem, ei non computatur.

v. Fieri. ¶ Fieri autem poteſt vt qui ab initio didicerit, poſtea ignoret, cum quidam, vt eſt veriſimile, rumorem ſparſerint viuere eum qui deceſſit, aut eſſe teſtamentum: & contra.

§. 1. ¶ Non quærimus autem * dies Tribunalitios, quando de plano peti poteſt. Sed ſi eſt eiuſmodi vt requirat [b] cauſæ cognitionem, & decretum quod ſcribatur, tunc eos computamus quibus ius dixit is qui erat eam daturus, & quibus ipſe eam dare non impediit. * ἡμέρας βηματικάς, ὅτι ἐξ ἰσοπέδου. (f. ἐπιπέδου) ἀπαιτῆσαι. f. ἀπαιτεῖται.

§. 2. ¶ Sin autē ſedit quidem Prætor, aliis autem occupatus negotiis, militaribus forte, * vel cuſtodiarū quæſtionibus, aut cognitionibus, non admiſit eum qui petebat bonorum poſſeſſionem, ii [c] dies non currunt. * ἢ ζητήσεσιν ἐμβατικαῖς.

§. 3. ¶ Si [d] Præſes prouinciæ in proxima fuerit ciuitate, oportet eum qui vult petere bonorum poſſeſsionem, ad eum accedere, & [e] numerantur ei quotidie viginti millia.

§. 4. ¶ Si venter mittatur in poſſeſſionem, quandiu fœtus ſperatur naſciturus, tempus non [f] cur-

rit ſequentibus. ¶ Scientiam [a] requirimus non [b] quam poſſunt habere *iuriſprudentes, ſed quam poteſt quis ex ſe habere, aut vt diligens conſulere prudentes. §. 5.

* τῶν νόμων ἐμπείρους.

[a] Vtile eſt tempus bonorum poſſeſſionum,& ita vtile, vt nos etiam ſingulos dies requiramus. Si autem etiam ſciuerit quiſpiam ſibi competere bonorum poſſeſſionem, & eam non potuerit admittere,manifeſtum eſt ei non currere. Contingit autem vt qui initio ſciuerit,aut poterat petere bonorum poſſeſſionem,nō admittat. Quid enim ſi initio quidem cognouit inteſtatum eſſe mortuum eum qui deceſſit: poſt hæc autem venit quiſpiam tanquam veriora ei renuncians, quod ſit teſtatus,& cœpit dubitare,num re vera ſit teſtatus, aut adhuc viuat, forte enim ipſe rumor poſteà magis increbruit. Ecce quomodo ab initio quidem cognouit eum deceſſiſſe inteſtatum: poſtea autem vel de teſtamento ortus eſt rumor,vel quod ipſe eſſet adhuc ſuperſtes: & nō auſus eſt affirmare eum deceſſiſſe inteſtatum.Hoc autem è contrario poſſumus accipere,vt qui ignorauit ab initio , poſtea ſcire cœperit. Etſi autem eſt manifeſtum dies eſſe vtiles bonorum poſſeſſionum,non ſtatuimus tamen eos eſſe Tribunalitios, quando eſt eiuſmodi bonorū poſſeſſio,vt ipſa vel de plano accipi poſſit, id eſt,abſque Tribunali. Sin autem eſt eiuſmodi vt requirat cauſæ cognitionem pro Tribunali,aut vt proponatur decretum,tunc oportet nos computare *ſeſſiones in Tribunali, id eſt,dies in quibus †ius dixit is qui eſt daturus bonorum poſſeſſionem. Et ſi per ipſum quidem factum eſt quo minus eam daret, *quæritur nunquid ſedit quidem Prætor pro Tribunali, nullū autem admiſit eorum qui petebāt vt ipſe ius diceret. Hi enim rurſus dies non currunt,in quibus Prętor in aliis grauioribus occupatus, nempe aut in cauſis militaribus,aut in examinandis cuſtodiis, aut in cognitionibus,non admiſit eum qui voluit petere bonorum poſſeſſionem. De tempore vtili,lege librum 15.tit.2.c.1.& lib.21.tit.1.dig.55.& lib.44 tit.dig.2.

* τὰ βήματα. † ἐχρημάτισεν. * nonnulla deſunt.

[b] Enantioph. Neque enim omnes opus habent decreto & cauſæ cognitione. Quædam enim ſunt decretales,quædam etiam ordinariæ ſeu edictales. De his autem lege lib.37.tit.10. dig. 3.in fine,& dig.4.& huius lib tit.6.dig.1.thema 2.& tit.9.c.1.thema 4.& tit.17.dig.2.thema 10.& lib.5.Cod.tit.70.Conſt.7.Ex his enim licet cognoſcere quod ſunt quidem decretales, & opus habent magna cauſæ cognitione, quæ ius hæredis non tribuunt, ſed mittunt in poſſeſſionem, vt quæ datur ventris nomine,& Carboniana,& quæ datur furioſo. Ordinariæ autem ſeu Edictales ſunt, hoc eſt,ex edicto competentes,ſeu legiſlatione Prætoris,quæ tribuunt ius hæreditatis,& non habent opus cauſæ cognitione,ſeu varia inquiſitione. certe nec ſunt †in petitione, ſed in agnitione, vt Inſtit.3.tit.9.

l.1.the.vlt. & l. 4. de Carb. edicto.

† ἐν αἰτήσει, ἐν ἀπαιτήσει.

[c] Enant. In 6.them. primi dig. huius tit.lib.49.dicit,quod ſi Præſes quidem omnino ſit in publico,facile eſt ad eum accedere. Lege etiam finem 4.tit.lib.43.& 3. thema dig. 27. huius libri in quibus dedit veniam ei qui non potuit accedere.

[d] Si Præſes prouinciæ verſetur in proxima ciuitate, oportet addere ſcientiæ eius qui eſt accepturus bonorum poſſeſſionem,etiam potentiam,itineris & ſpatium:hoc eſt,vt ei numeremus ſingulis diebus 20. millia. Neque enim oportet eum qui eſt accepturus bonorum poſſeſſionem , expectare donec Præſes veniat in ſuam ciuitatem, ſed ipſum ire ad Præſidem.

[e] Si vxor defuncti dicens ſe eſſe prægnantē, miſſa ſit in bonorum poſſeſſionē ventris nomine, non currit tempus bonorum poſſeſſionis iis qui vocantur poſt eum qui eſt in vtero. Nec hoc dico vſque ad centeſimum diem ſolum, ſed donec ſperatur naſciturus fœtus qui eſt in vtero. Quando enim natus fuerit,ei primo competit bonorum poſſeſſio. Quoniam diximus conſiderandam eſſe ſcientiam eius qui vult accipere bonorum poſſeſſionem , non talem requirimus ſcientiam quam poſſint habere etiam iuriſprudentes, ſed quam quiſque aut per ſe poſſit habere,vt diligens pater familias,aut conſulere peritos.

[f] Innom. De diebus itineris,lege librum 2.tit.1.dig 1.& lib.27.tit.c.14.& lib.50. tit.16. dig. 3. De eo etiam tractat nonus tit.lib.37.

[g] Enant. Similiter etiam in miſſione in poſſeſſionē damni infecti. [lib.39. tit.2.dig.4.in fine de metropoli.]

Innom. Hoc generaliter in bonorum poſſeſſionibus,lib.37. tit.1.dig 9.

[h] Enant. Similiter lib. 22. tit.6 dig. 9. & lib. 37.tit.1.dig 10.Conſtitutiones autem nullus poteſt ignorare,vt lib.1.Cod tit.18.Conſtit. 12,& digeſta ſeruantur vt conſtitutiones, vt habet 1. Conſt.17.tit eiuſdem libri.

Scientia [a] patris circa tempus non nocet [b] mihi ignoranti competere bonorum poſſeſſionem. Ivlianvs. Si tuo [c] cohæredi fueris ſubſtitutus, & petieris bonorum poſſeſſionem , quandocunque repudiante tuo cohærede, tota [d] tibi data eſſe creditur, & non poteſt ille amplius petere bonorum poſſeſſionem. Marcianvs. Si filio [e] qui eſt in poteſtate,deferatur bonorum [f] poſſeſſio,dies quibus non potuit certiorem facere patrem, vt ei permitteret agnoſcere, vel ratum haberet quod ab eo factum eſſet,non computantur. Poſtquam autem potuit,incipiunt

l. 3. l.4.in pr. l. 5. fine vlt.in pr.

Lege 2.dig. 6.tit. Prætermiſſ eſt thema.

cipiunt computari. & ſi centum dies prǽterierint, non poteſt amplius [g] ratum habere.

a In temporibus bonorum poſſeſſionum, ſcientia patris non nocet filio ignoranti ſibi competere bonorum poſſeſſionem.

b In infante ſcientia patris numeratur ad tempus, vt lib. 37. tit. 1. dig. 7.

c Si datus ſis ſubſtitutus tuo cohæredi, & pro parte tua petieris bonorum poſſeſſionem, quandocunque cohærede repudiante bonorum poſſeſſionem, creditur tibi competere tota bonorum poſſeſſio: & non poteſt eam amplius petere cohæres.

d Neque enim opus fuerit ſecunda petitione, vt lib. 37. tit. 1. digeſt. 7. lege etiam quæ in eo ſcripta ſunt.

e Quando filio qui eſt in poteſtate, defertur bonorum poſſeſſio, in quibus diebus non poteſt hoc patri ſignificare, vt aut ipſi iubeat eam agnoſcere, aut ratam habeat pater quam filius admiſerit, non currunt ei ad bonorum poſſeſſionem centum dies. Finge enim ſtatim primo die, quo fuit delata bonorum poſſeſſio, filium eam agnouiſſe, & hoc non poſſe patri ſignificare, vt comprobet quæ ab eo facta ſunt, non currunt centum dies. Sed tunc incipiunt, quando hæc poſſunt patri ſignificari. Præteritis enim centum diebus fruſtra ratum habebit pater.

f INNOM. De ea vidiſti in 12. tit. lib. 37.

g ENANTIOPH. Nam intra tempus bon. poſſeſſionis oportet ratum habere, vt lib. 46. tit. 8. dig. 19.

§. 1. ¶ Si [a] pater ſit furioſus, aut ita abſit vt non poſſit filius ei ſignificare, etiamſi ipſe poſſit petere, non reprehenditur quod non petierit. Nam etiamſi [b] petierit, non acquirit, donec quod factum eſt, pater eius ratum habuerit. Idem Marcel. ead. l. vlt.

§. 2. ¶ Si ſeruus ſcriptus [c] ſit hæres & venditus, tempus quod reſtabat priori domino, datur ei qui nunc eſt, ad petendam bonorum poſſeſſionem.

a Illud quæſitum eſt, ſi filius qui poterat accipere bonorum poſſeſſionem, patre ita abſente, vt non poſſet ei ſignificari, aut etiam patre furente, petere neglexerit, an non amplius ei concedimus vt eam accipiat. Et fruſtra potius filium accuſamus qui non petiit. Cur enim ei nocet, ſi non petiit bonorum poſſeſſionem, cum etiamſi petiiſſet, non prius eam acquiſiuiſſet, quam pater ratum habuiſſet quod ab eo factum erat?

b INNOM. Adire autem poteſt filius furioſi, & hæreditarios ſeruos manumittere, vt lib. 29. tit. 2. dig. 52.

c Si ſeruus alienus hæres inſtitutus vænierit, quæritur an imputamus nouo eius Domino dies in quibus poteſt petere bonorum poſſeſsionem: & placuit quantum tempus ſupereſt nouo domino, tantum ſolum competere domino qui eum emit.

Titulus III.

† *De gradibus Cognatorum & affinium, & nominibus eorum: & quod ex æquo ſuccedunt, qui deſcendunt ex maſculis & fœminis.*

† περὶ βαθμῶν συγγενῶν καὶ ἀγχιστέων καὶ τῶν ὀνομασιῶν αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπ' ἴσης κληρονομοῦσιν οἱ ἐξ ἀρρενογονίας καὶ θηλυγονίας συγγενεῖς.

LIBER XXXVIII. ff. TIT. X.

EST * manifeſtus titulus inſcriptionis. tractat enim de gradibus Cognationis, & nominibus Cognatorum & affinium. & quod perſonas habet vnuſquiſque gradus. & oportet te aliquid horum quærentem, textum legere. Quæ autem abſque iis ſunt in titulo iura adducam. CAIVS. Ex Cognatis [a] alii quidem ſunt aſcendẽtes, alii autem deſcendentes, alii vero ex tranſuerſo. ¶ Et aſcendentes quidem & deſcendentes incipiunt à primo gradu Qui ſunt autem ex tranſuerſo, primum nõ habent, ſed incipiunt à ſecundo. ¶ Quando autẽ quæritur de hæreditate, aut bonorum poſſeſſione, non [b] ſemper inter

l. 1. in pr. ff de gradib. & affin. & nominibus eorum. §. 1. §. 2.

* Δηλοῖ ὁ τίτλος ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς· διαλαμβάνει γὰρ περὶ βαθμῶν συγγενείας καὶ ὀνομάτων συγγενῶν καὶ ἀγχιστείας καὶ πόσα πρόσωπα ἔχει ἕκαστος βαθμός· καὶ δεῖ σε τι τούτων ζητοῦντα, ἀναγινώσκειν.

Digitized by Google

ſe inuicem concurrunt qui ſunt eiuſdem gradus. MODEST. In naturali [c] cognatione ſeptimum [d] gradum non excedimus. non patitur enim natura vitam hominum vltra eum gradum extendi. ¶ Naturalis [e] cognationis eſt etiam, vulgo quæſitus ex muliere libera. ¶ Affines [f] inter ſe locum tenent aſcendentium [g] & deſcendentium: vnde etiam † nefarie inter ſe iunguntur matrimonio. l.4.in pr. §.2. §.3.4.5.6. & 7.

Leg.tit.8.c.2.

† ἀθεμίτως.

Ex gradibus Cognationis, alii quidem ſunt aſcendentium, alii vero deſcendentiũ, alii eorum qui ſunt ex tranſuerſo ſiue à latere. Et aſcendentium quidem ordinis ſunt parentes noſtri, deſcendentium autem liberi. Cognationis autem quæ eſt ex tranſuerſo ſiue ex latere, frater & ſoror, & eorum filii. Sed aſcendentium quidem & deſcendentium cognatio à primo gradu incipit. in cognatione autem quæ eſt ex tranſuerſo ſeu à latere, nunquam in primo gradu inuenitur cognatus: & ideo incipit à ſecundo. Itaque in primo gradu cognationis, aſcendentium quidem & deſcendentium, cognati poſſunt concurrere: ex cognatione autem quæ eſt ex tranſuerſo, nunquam in primo gradu inuenitur cognatus. In ſecundo autem & tertio & deinceps cæteris, poſſunt qui ſunt ex tranſuerſo cognati concurrere cum cognatis aſcendentibus. Scire autem oportet quod quando quærimus de hæreditate, aut bonorum poſſeſſione, non ſemper inter ſe inuicem concurrunt qui ſunt eiuſdem gradus.

* οἱ νόμοι εἰσὶ

b INNOM. * Cognati non ſunt eiuſdem ordinis. Ordo enim ordini præfertur. Primus enim ordo eſt deſcendentium. Secundus aſcendentium. Tertius eorum qui ſunt ex tranſuerſo. Et in iis qui ſunt ex tranſuerſo, agnati præferuntur cognatis. [quod non innouatur.]

c [Hæc textus ſunt.] Cognatio noſtra eſt aut naturalis, vt ſpurius ex libera. aut ſolũ legitima, vt quæ fit per adoptionem. aut naturalis ſimul & legitima, vt quæ eſt ex nuptiis legitimis. Non facile autem quod ad noſtrum ius attinet, cum de naturali cognatione quæritur, ſeptimum gradum excedimus: quandoquidem nec natura patitur vltra eum gradum hominum vitam extendi.

d ENANTIOPH. Ne ex hoc exiſtimes, quod in bonorum poſſeſſione Vnde cognati, vocatur ſeptimus gradus: ſolus enim vocatur ſextus, & ex ſeptimo duæ perſonæ. vt tit.8.ff.1. Lege tit.16.ff. 2.them.2.[& quæ in eo ſcripta ſunt.]

† συζεύγνυνται.

e Cognationis conſtitutio apud Romanos bifariam intelligitur. Nam quædam cognationes iure ciuili, quædam autem naturali † nectuntur. Nonnunquam autem vtroque iure concurrit, naturali iure & ciuili copulata cognatio. Et naturalis quidem cognatio per ſe ſola intelligitur ſine ciuili cognatione, vel per mulieres deſcendens & liberos vulgo pariens. Ciuilis autem cognatio eſt, quæ per ſe, quæ etiam legitima dicitur, abſque natura. Conſtituitur autem per adoptionem. Vtroque autem iure naturali & ciuili ſeu legitimo conſiſtit cognatio, cum ex legitime cõtractis nuptiis naſcuntur liberi. Sed naturalis quidem cognatio hoc ipſum vocatur cognatio: [ciuilis autem licet ipſa per ſe plene vocetur cognatio] proprie tamen ſpecialiori nomine dicitur agnatio, quæ per mares videlicet contingit.

† πρόγονος.

f Quoniam quædam iura conſiſtunt inter affines, non eſt alienum in hoc loco diſſerere de affinitate. Affines ſunt viri & vxoris cognati qui ex eo dicti ſunt affines, quod duæ cognationes quæ ſunt inter ſe alienæ & diuerſæ, per nuptias copulantur, & vterque eorum qui ſunt coniuncti, accedit ad fines alterius cognationis. Nam coniungendæ affinitatis cauſa fiunt nuptiæ. Nomina vero eorum hæc ſunt: Socer, ſocrus: gener, nurus: nouerca, vitricus: † priuignus, priuigna. Gradus autem affinitatis nulli ſunt. Sed viri quidem pater vxoriſq; ſocer appellatur, mater autem eorum, ſocrus. Atqui apud Græcos proprie viri pater ἑκυρὸς, mater vero ἑκυρὰ: vxoris autem pater πενθερὸς, & mater eius πενθερὰ vocatur. Filii mei vxor, nurus: filiæ vero vir, gener appellatur. Vxor ſimiliter liberis ex alia vxore natis, nouerca dicitur. Vir autem matris, filiis ex alio patre natis vitricus appellatur. Qui autem ex vxore natus eſt ex alio patre, aut à viro ſuſceptus eſt ex alia vxore, appellantur priuignus & priuigna. Poteſt autem ſic quoque quis definire: Socer eſt vxoris meæ pater: ego autem ſum ei gener. Socer magnus dicitur vxoris meæ auus, ego autem ſum illius progener. Pater meus eſt vxoris meæ ſocer. Ipſa autem eſt ei nurus. Et auus meus eſt vxoris meæ magnus ſocer: ipſa autem vocatur illius pronurus. Item mihi vocatur proſocrus vxoris meæ, auia: ego autem ſum illius progener: & contra, mater eſt ſocrus meæ vxori, ipſa autem eſt illius nurus: & auia mea eſt magna ſocrus vxoris meæ, & vxor mea eſt illius pronurus. Priuignus meus eſt vxoris meæ filius ex alio viro, ego autem ſum illi vitricus. & in contrarium, vxor mea filiorum meorum ex alia vxore ſuſceptorum dicitur nouerca. Filii autem mei ſunt illius priuigni. Viri frater, vxori fratris ſui, apud Romanos quidem dicitur leuir, apud Græcos autem δαὴρ. vt etiam relatum eſt apud Poetam. Sic enim Helena ad Hectorem dicit,

Δαερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης.

Viri ſoror, ab vxore eius apud Romanos glos appellatur, apud Græcos autẽ γάλως. Duorum fratrũ vxores dicuntur Ianitrices, apud Græcos autẽ εἰνάτερες quod vno verſu Homerus ſignificauit, dicẽs,

ἤ τις γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

Sic ergo affines ratione affinitatis aſcendentium & deſcendentium locum inter ſe tenent. Quocirca nefarie inter ſe matrimonio copulantur. Illud autem eſt euidens, quod neque cognatio neque affinitas eſſe poteſt niſi ex nuptiis non interdictis nati ſint. *g* ENANTIOPH. Sed non ita vt poſſint ſibi inuicem ſuccedere in hæreditate. nam iure affinitatis non competit hæreditas. [lib.6.C.tit.59.Conſtit.7.8.]

¶ Neque

§.8. ¶Neque cognatus neque affinis eſt qui natus eſt ex interdictis[a] nuptiis. Vt dig.23.tit.2 dig.14.15.19.
§.9. ¶ Libertini quoq; poſſunt inter ſe habere affinitatem. ¶ Qui factus eſt
§.10. ſui iuris, & qui datus eſt in adoptionem, manent habentes priorem cognationem & affinitatem. Adoptiuus[b] fit illis cognatus per fœmininam generationem, quibus & per maſculinam, vt patri ſuo & aliis per maſculinam generationem. Affinitatem autem nõ habet in adoptiua familia.
l.5. Pavlvs. Si[c] naturalem meum filium ſui iuris effecero, & alium in locũ
l.6. filii adoptauero, non fiunt[d] fratres alter alterius. Vlpianvs. Generi Similiter dig. lib.48.
[e]& nurus appellatione, ſponſi quoque ſignificantur, & parentes eorum
l.7. ſoceri dicuntur. Scævola. Is[f] etiam qui vulgo quæſitus eſt vel ex concubinatu, eſt priuignus eorum qui poſtea matrem ducunt.

a Enant. Similiter lib.5.Cod.tit.27.in textu 7.conſt.& in Nouella de nuptiis, & in Nouella de modis faciendi legitim.69.91.

b Et qui in adoptionem datus eſt, & qui emancipatus, quas ante adoptionem & emancipationem habuerunt cognationes & affinitates, conſeruant etiam poſtea: perdunt autem agnationem. In adoptiua autem cognatione in quam datus eſt quiſpiam, nullus eſt ei cognatus, niſi pater eius adoptiuus, & illi quibus agnaſcitur, hoc eſt, quorum agnatus efficitur. Affinis autem omnino nullus eſt in adoptiua familia. Similiter tit 8.dig 1.them.6. & lib.1.tit.7.c. 23.

c Si filium meum naturalem emancipauero, aliquem autem alium accepero in adoptionem loco filii, non ſunt ii inter ſe fratres Si autem filio meo mortuo Titium accepero in adoptionem, videtur filii mei mortui frater fuiſſe hic filius adoptiuus. Hoc enim dixit Papinianus.

d Enant. Quoniam enim non fit agnatus emancipati, nec fit etiam cognatus, vt lib.1.tit.7. dig.f.3 & huius lib.tit.8.c.1.the.6.

e Generi & ſponſæ appellatione & ſponſus & ſponſa continentur. Similiter ſoceri & ſocrus appellatione, parentes ſponſi videntur contineri.

f Priuignus meus ille quoque eſſe creditur, qui vulgo natus eſt ex illa, quæ poſtea mihi nupſit legitime. Quinetiam eſt ille qui natus eſt ex aliqua, quæ erat in alterius concubinatu, ſi mater eius poſtea nupſerit alicui, recte eſt priuignus viro matris eius.

Pomponivs. Ex ipſis[a] ſponſalibus incipit nomen ſoceri & ſo-
l.8. crus, & generi & nurus. Pavlvs. Confert[b] noſſe ordinem cogna- Præterm. eſt c.9.
l.10. tionis & affinitatis, quia propinquo cognato &[c] hæreditas defertur, & [d]tutela. &[e] quod non cogitur aliquis dicere teſtimonium contra cognatos & affines ¶ Etiam[f] in ſeruis dicimus parentes, & filios, & fratres. Præterm. eſt thema.
§.1. Lege autem[g] non habent cognationem. ¶ Qui[h] ſunt vſque ad tritauum, Præterm. eſt thema.
§.7. & trinepotem, ſignificantur nominibus ſpecialibus. Vlteriores autem non habentes ſpecialem appellationem, appellantur * Maiores & Poſteri. * πρόγονοι καὶ ἀπόγονοι.
Quoniam vniuerſa generis ab inteſtato ſucceſſio tribus co-
Nou.118. in fin pr. & c.1. gnoſcitur ordinibus nempe ordine aſcendentium, & ordine deſcendẽtium, & ordine eorum qui ſunt ex tranſuerſo: primam ſtatuemus eſſe ſucceſſionem eorum qui deſcendunt. Si[i] quis ergo ex deſcendentibus fuerit ei qui deceſſit inteſtatus, cuiuſcunque ſit ſexus aut gradus, ſiue ex maſculis deſcendat, ſiue ex fœminis, & ſiue ſit ſui iuris ſiue in poteſtate, præferatur omnibus aſcendentibus, & cognatis qui ſunt ex transverſo. Nam etſi is qui deceſſit, erat in poteſtate alterius, eius tamen liberos cuiuſcunque ſint ſexus aut gradus, præferri iubemus, etiam ipſis parentibus, in quorum poteſtate erat is qui deceſſit, in illis bonis ſcilicet, quæ ex aliis legibus non acquiruntur parentibus. In[k] †bonorum enim vſufructu quæ debent acquiri vel ſeruari, de iis noſtras leges ſeruamus parentibus: ſic[l] quidem, vt ſi aliquem horum deſcendentium relictis filiis decedere contigerit, illius filii aut filiæ* in locum ſui parentis ſuccedant: ſiue inuenti fuerint in poteſtate eius qui deceſſit, ſiue ſui iuris: ex hæreditate defuncti tantam partem accipientes quotquot fuerint, quantam

† eorum enim.
* vel alii deſcendentes.

Digitized by Google

† κϛ ἀνα- ſεἷαν. eorum pater acciperet, ſi viueret. Quam quidem ſucceſſionem † per ſeriem ex æquo vocauit antiquitas. Nam in hoc ordine nolumus gradum quæri: ſed cum filiis & filiabus nepotes, qui nati ſunt ex prius defuncto filio vel filia vocari ſtatuimus, nulla introducta differentia, ſint ne maſculi an fœminæ, & an ex maſculis deſcendant an ex fœminis, & an ſint in poteſtate an ſui iuris. Et hæc quidem decreuimus de ſucceſſione deſcendentium.

a Seruius dicebat appellationem ſoceri & ſocrus. & generi & nurus incipere ex ipſis ſponſalib. vnde etiam nomine viri & vxoris continentur etiam ſponſi. vt lib. 6. Cod. tit. 61. Conſt. 5.

b Qui de iure conſulitur, debet ſcire ordines cognatorum & affinium, quia legibus hæreditates & tutelæ ad proximum gradu agnatum ſolēt deferri. Sed & Prætor propinquiori cognato pollicetur bonorum poſſeſſionem. Præterea lege de publicis iudiciis dictum eſt, non cogi nos inuitos dicere teſtimonium contra noſtros cognatos & affines.

c ENANTIOPH. Atqui iure affinitatis non competit hæreditas. vt lib. 6. Codic. tit. 50. ff. 3. & 7.

d EIVSDEM. Si eſt fœmina, quæ eſt proxima aut minor, ipſi quidem ſunt hæredes: qui eos autem ſequuntur, tutelam gerunt vt lib. 26. tit. 4. ff. 1. & 10. & lib. 5. Cod. tit. 30. Conſt. 5. & Nouella. De iis qui veniunt ab inteſtato.

e INNOMIN. Non generaliter vt hîc, ſed expreſſe & gradibus præſentem legem concluſit lib 22 tit. 5. ff. 4.

f Etiam in ſeruis vtimur nominibus cognatorum. itaque parentes & filios fratreſque etiam dicimus, ſed abuſiue in ſeruis: lege autem non conſiſtit ſeruorum cognatio.

g INNOM. Tit. 8 ff. 1 them. 3. adiicitur hoc verbum. Facile.

h Aſcendentes vſque ad tritauum, vocantur propriis nominibus, vt paulo ante cognouimus. Vlteriores autem, qui non habent nomen ſpeciale, appellantur maiores. Rurſus deſcendentes vſque ad trinepotem quidem appellantur generaliter liberi, & habent nomina ſpecialia, vt didicimus in gradibus. Qui ſunt autem his natu poſteriores, dicuntur poſteri. [INNOMIN. liberi dicuntur & ii qui ſunt vltra trinepotem, vt lib. 2. tit. 4. ff. 10.]

f. THEOD. *i* † [THOD.] Deſcendentes ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, præferuntur aſcendentibus, & iis qui ſunt ex tranſuerſo. Lege lib. 6. Cod tit. 55. Conſtit. 11. & 12.

k THEODOR. Si vnus ex liberis fuerit hæres ſui patris acquirit auo ſuo vſumfructū eorum quæ acquiri non poſſunt. Vetera enim iura de vſufructu eorum quæ acquiri non poſſunt, non fuerunt innouata. Lege librum ſextum Cod. tit. 59. Conſtit. 11. & tit. 40. Conſtit. 1. & tit. 61. Conſt. 3 & ff. 4. & 6. Sed ſcias quod frater ſuccedens fratri, non acquirit patri vſumfructum. vt inducit 118 Nouella.

l THEOD. Si auus deceſſerit relicto filio & nepotibus ex alio filio, nepotes ſubeunt perſonā ſui parentis, & ſimul cum filio, hoc eſt cum ſuo patruo, ei ſuccedunt in ſtirpes, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, [ſiue filiifamilias, ſiue patresfamilias. l. 4. de ſuis & legitim.] Lege lib. 6. Codic. tit. 55. Conſtit. 3. & tit. 50. Conſt. 2.

Conſequens [a] autem eſſe videmus, vt conſtituamus etiam de aſcendentibus, quomodo ad deſcendentium vocentur ſucceſſionem. ¶ Si ergo qui deceſſit deſcendentes quidem non reliquerit hæredes, pater autem aut mater, aut alii parentes ei fuerint ſuperſtites, omnibus cognatis, qui ſunt ex tranſuerſo, eos præferri decernimus, exceptis ſolis fratrib. & filiis fratrum vtriuſque parentis qui coniunguntur ei qui deceſſit: vt oſtendetur per ea quæ deinceps dicentur. Si ex aſcendentibus autem multi ſunt ſuperſtites, iubemus eos præferri, qui inuenti fuerint gradu propinquiores, tam maſculos quam fœminas, ſiue ſint ex patre, ſiue ex matre. Si autem habent eundem gradum, hæreditas ex æquo in eos diuidetur, vt dimidium quidem accipiant omnes ex patre aſcendētes quotcunque fuerint: reliquum autem dimidium ex matre aſcendētes, quotquot eos inueniri contigerit.

a THEOD. Deſcendentes præferuntur aſcendentibus, vt dictum eſt. Si autem nō ſint deſcendentes, aſcendentes vocantur ante omnes qui ſunt ex tranſuerſo, præter fratres qui nati ſunt ex iiſdem parentibus. Sciendum eſt autem, quod in aſcendentibus, is qui eſt gradu propinquior, præfertur ei qui non eſt propinquus, etiamſi ſit fœmina. Si ſunt enim omnes eiuſdem gradus, ſimul vocantur ad hæreditatem. Lege lib. 6. Cod. tit 56. Conſtit. 2. & tit. 57. Conſtit. 4.

Si [a] autem cum aſcendentibus inuenti fuerint fratres aut ſorores, aut

etiam

Digitized by Google

etiam fratrum filii ex vtroque parente, coniuncti ei qui deceſſit, voca-
buntur cum propinquioribus gradu aſcendentibus, etiam ſi erant pater
& mater, in eos ſcilicet diuiſa hæreditate pro numero perſonarum: vt &
aſcendentium, & fratrum vnuſquiſque æqualem partẽ habeat. Sed fra-
trum quoque filii, partem ſui patris accipiunt: nullum vſum ex filiorum
aut filiarum parte, in hoc caſu patre omnino valente vendicare: quia
pro hoc vſufructu, partem eorum hæreditatis, etiam iure dominii dedi-
mus per legem præſentem: nulla differentia ſeruata inter has perſonas,
an ſint fœminæ an maſculi qui vocantur ad hæreditatem, & an per ma-
ſculinam aut fœmininam perſonam coniungantur: & an ſit ſui iuris an
in poteſtate is cui ſuccedunt. Reſtat vt etiam tertium ordinem definia-
mus, qui vocatur ex tranſuerſo: vt hac quoque parte definita, inuenia-
3. tur lex vndique perfecta. ¶ Si ergo qui deceſſit, neque [b] deſcendentes
neque aſcendentes reliquerit, primos ad hæreditatem vocamus fratres
& ſorores, qui ex eodem patre & eadem matre nati ſunt. Similiter autem
fratrum quoque filios, quos etiam cum patribus vocauimus ad hæredi-
tatem. Si ii autem non exiſtant, ſecundo loco ad hæreditatem vocamus
illos fratres, qui ex vno parente coniunguntur defuncto, ſiue per ſolum
patrem, ſiue matrem. Et ſi defuncto quidem fratres extiterint, & alte-
rius fratris vel ſororis, qui prius deceſſerunt liberi, hi vocabuntur ad hæ-
reditatem cum patruis & auunculis, & maſculis & fœminis. & quotcun-
que fuerint, ex hæreditate tantam partem accipiant, quantam acceptu-
rus erat eorum parens, ſi viueret.

a THEOD. Qui ex vtroque parente orti ſunt fratres & ſorores, & aſcendentes ſimul vocan-
tur in capita. & nec fratres quidem parentibus acquirunt vſumfructum, patris hæreditatis ſui fra-
tris quę eis competit, ſiue ſit in poteſtate, ſiue ſui iuris. lege lib 6. Cod. tit 56 dig. 7. & tit. 58. conſt.
1. & 10. & tit. 59. conſt 1.

b THEOD. Fratres qui nati ſunt ex iiſdem parentibus, primum locum tenent, ad hoc vt ſint
hæredes ſui fratris, ſi alii proponantur fratres, qui non vtrinque orti ſunt: niſi exiſtant filii alterius
fratris, qui eſt eodem patre & eadem matre natus. Nam illi quoque ſimul vocantur. hoc eſt fratres
& filii fratris qui ex eodem patre & matre natus eſt, ad bona eius qui deceſſit: ſui quidem fratris,
illorum autem patrui. Sin autem non exiſtant fratres nati ex eodem patre & matre vel filii fratrũ
qui ſunt ſcilicet tales tunc fratres qui nati ſunt ex diuerſis parentibus, ſuccedunt fratri mortuo. Le-
ge librum ſextum Cod. tit. 58. conſt. 1. & 3. & memento 84. Nouellæ.

Vnde etiam [a] eſt conſequens, vt ſi forte frater qui prior deceſſit, cu-
ius ſunt filii ſuperſtites, per vtrunque parentem perſonæ quæ nunc de-
ceſſit coniungebatur: qui ſuperſtites autem erãt fratres, ex patre ſolo for-
te vel matre ei coniungebantur, præferantur eius filii ſuis patruis, etiam-
ſi ſint tertii gradus: & itidem etiam auunculis, ſiue ſint maſculi ſiue fœ-
minæ, quomodo præferretur eorum pater ſi eſſet ſuperſtes. Et ẽ contra-
rio, ſi ſuperſtes quidem frater, ex vtroque parente coniungitur ei qui
deceſſit, qui autem prius deceſſit, per vnum patrem coniungebatur, eius
filios excludimus ab hæreditate, ſicut etiam ipſe ſi viueret, excluderetur.
v. huiuſmodi. ¶ Hoc autem priuilegium in hoc ordine cognationis præbemus ſolis fi-
liis aut filiabus fratrum maſculorum aut fœminarum, vt in ſuorum pa-
rentum iura ſuccedãt. nulli autem omnino alii perſonæ venienti ex hoc
v. Sed & ipſis. ordine, hoc ius concedimus. ¶ Quando [b] ergo filiis fratris & ſororis dedi-
mus hoc priuilegium, vt in locum parẽtum ſuccedentes, cum ſint ſolum
tertii gradus, cum eo qui eſt ex primo & ſecundo gradu, vocentur ad
hæreditatem: illud eſt manifeſtum, quod patruis & auunculis defuncti,

Digitized by Google

tam maſculinis quam fœmininis præferuntur, etiamſi illi ſimiliter habeant tertium locum cognationis.

a Theod. Si quis deceſſerit relicto fratre qui eſt ex diuerſis parentibus, & filiis fratris eadem matre nati, filii fratris præferuntur fratribus in eius hæreditate. Etenim patrui ex iiſdem parentibus, præferuntur filiis fratrum qui ſunt ex diuerſis parentibus. Sciendum eſt autem, quod ſi non exiſtant fratres eodem patre & matre nati, vel filii eiuſmodi fratrum, tunc qui ſunt ex diuerſis fratribus, ſuccedunt fratri eorum qui eſt ex vno parente. Memento Nouellæ 84. & lege 127. Nouellam.

b Theod. Filii fratrum præferuntur patruis, etiamſi ſint tertii gradus. quoniam pater quoq; eorum, hoc eſt frater, præferebatur patruis. Nam frater quidem eſt ſecundi gradus, patruus autem tertii, & deinceps filii fratris ſuccedunt in locum patris, vt prius iam didicimus. lege etiam ſimiliter 127. Nouellam.

¶ Si autem neq; fratres [a] neque filios fratrum, vt diximus, reliquerit 5.3
qui deceſſit, omnes deinceps ex tranſuerſo cognatos vocamus ad hæreditatem, ſecundum vniuſcuiuſq; gradus prælationem: vt qui ſunt gradu propinquiores, præferantur cæteris. Si autem multi inuenti fuerint eiuſdem gradus, ſecundum numerum perſonarum inter eos diuidetur hæreditas. quod quidem * per capita ſeu perſonaliter noſtræ dicunt leges.

* κατὰ κεφαλὴν ἤτοι προσωπικῶς.

¶ Nullam [b] autem volumus eſſe differentiam in quacunque ſucceſſione 6.4
aut hæreditate inter maſculos aut fœminas qui vocantur ad hæreditatē: quos ſtatuimus communiter venire ad hæreditatem, ſiue per maſculinam, ſiue per fœmininam perſonam coniungebantur defuncto, ſed in omnibus ſucceſſionibus iubemus ceſſare differentiam quę eſt ex maſculis & fœminis: ſiue propter fœmininam perſonam, ſiue propter emancipationem, aut alio quouis modo prioribus conſiderabatur legibus: & omnino abſque tali differentia, per gradum ſuæ cognationis iubemus venire ad cognatorum ſucceſsionem ab inteſtato. Statuimus [c] vt Nou.164 c.1.
omnes libere ſuis bonis & ſuo iure fruantur, & ea tranſmittant ad ſuos hæredes: nullus autem ex omnibus omnino inuadat illorum facultates, aut damnis afficiat eorum ſucceſſores: aut titulos aut ſignacula imponat bonis, præter id quod videtur noſtris legibus: & quæ ab inteſtato fiunt vocationes confirmamus in eorum ſucceſsionibus: & vltimas eorū voluntates legitime procedentes non tollimus. Si enim ſemper vigilamus & ſoliciti ſumus, vt ſubditi bonis regantur legibus, & vt eis prouideatur, magnam curam gerit noſtra potentia: cur non in hac quoque parte eis proſpexerimus, & noſtro beneficio eos impertierimus? hæc enim Deo placere eſt nobis perſuaſum: & hanc iuſtitiam eſſe dicimus, & ex his noſtrum imperium ſecurum & à perturbatione alienum fore credimus. Connumeretur ergo hæc quoque lex aliis noſtris recte factis: & ſubditi à priſtinis liberati moleſtiis, & à noſtra potentia tanta dignati eorum cura, Deo & poſt illum nobis agant gratias, Deum placantes precibus: vt ſuperatis hoſtibus alia quoque plurima ſecuritate eos impertiamus.

a Theod. Si non exiſtat frater nec filius fratris, reliqui cognati qui ſunt ex tranſuerſo, vocantur. qui ſunt gradu quidem certe propinquiores & ſi inuenti fuerint multi eiuſdem gradus, ſuccedunt per capita.

b. Eiuſdem. Æqualis eſt ordo maſculorum cognatorum & fœminarum, etiam ſi ſint emancipati: quantum quidem attinet ad gradus hæredum & ad tutelas. Lege lib. 6. Cod. tit. 51. Conſt. 14. 1(& tit. 59. Conſtit. 1. & memento Nouellæ 18.

c Theod. Quilibet decedens de rebus ſuis diſponet vt volet ex legibus: & non prohibeatur ab aliquo: neque bonis ſuis imponantur ſignacula: & ſi noluit teſtari, hæredes ſint cognati.

Titulus IV.

De bonis maternis & materni generis.

Liber vi. Cod. Tit. lx.

L. 1. in pr. C. de bonis mat. & mat. gen. v. parentes.

RES [a] maternæ quæ deuolutæ ſunt ad filios qui ſunt in poteſtate patris, ad patrem pertineant: ita vt ipſe ſolum habeat [b] vſumfructum, dominium autem pertineat ad eorũ liberos. ¶ Patres autem omne ſtudium & diligentiam in rebus [c] adhibeant: & actiones filiorum in iudicio moueant, & per ſe, & per [d] procuratores, ſumptus faciendo ex fructibus. Si quando autẽ quærant aliquid alienare ex his bonis, debet emptor accipere fideiuſſorem patris, vtpote quod poſſint filii quãdo voluerint, rem ſuã vendicare.

l. 2. SI quis [e] auus aut auia, proauus aut proauia, venientes ex materna cognatione, nepoti aut nepti, pronepoti, aut pronepti [in] teſtamento, per fideicommiſſum vel legato, [f] vel donatione, [g] vel aliud quodlibet caput largitionis, vel etiã inteſtati decedẽtes, ex hæreditate cõtulerint, ea pater filio filiæve integra illibataq; cuſtodiat: vt nec vendere, nec donare, nec alteri relinquere, nec pignori dare, ſicut nec bona materna, poſſit, ſolo vſufructu ad eum pertinẽte: ita vt quemadmodum ipſe de his rebus licentiam totius poteſtatis amittit decedens, ita filii filiæve præcipua computẽtur, & nec ab illis qui *ex patre ſunt cohæredes [i] vendicentur.

[a] THEOD. BONORVM maternorum dominium habet filius qui eſt in poteſtate: vſumfructum autem acquirit patri. Idem etiam in reliquis quæ acquiri non poſſunt, dicit 2. conſtit. huius tit. etiamſi iterum vxorem duxerit pater, vt infert 4. conſtitutio huius tit. Sciendum eſt autẽ, quod prius adducta ſecunda conſtitutio huius tit. oſtẽdit quod decedente patre, præcipua accipit filius bona materna, & bona eius matrimonialia; etiamſi ille [viuus] habebat eorum vſumfructum. Memento 11. Conſt. præcedentis 59. tit. & lege 1. Conſtit. ſeq. 61. tit. nec te lateat 1. Conſt. 8. tit. 8. libri. Lege etiã Nouellam q̃ edicit poſſe matrem iubere ne pater habeat † legitimã partem eorũ quæ ab ipſa relicta ſunt cõmuni filiofamilias. Debet pater omnem diligentiam adhibere in bonis maternis filii ſui, vt moueat q̃ ei competunt actiones, conſentiente ſcilicet filio, ex 8. Conſtit. ſeq. 61. tit. Sed nec vendit nec dat pignori materna bona ſui filii, & vt infert 2. Conſt. huius tit. nec ea donat: ſed vt dicit 4. Cõſtit. ſequentis 61. tit etiam ſi ea alienauerit, vendicantur à filio etiam ſi ſit in poteſtate, ei non oppoſita præſcriptione tẽporis. Hæc autem intellige, niſi conſenſerit patri alienanti, aut fuerit eius hæres, vt eſt in lib. 3. tit. 32. Conſt 10. & lib. 8. tit. 53. Conſtit. 24. lege etiam lib. 4. tit. 51. Conſtit. 3 & memento 3. Conſt. 71. tit. 5. lib Et excipe cauſas poſitas in 8. Conſtit. 61. tit. huius lib. 6. in quibus recte vendicat pater bona quæ pertinent ad filium. THAL. Hæc Conſtit. vtpote quod antiquitus omnia bona acquirebantur etiam quantum ad dominium, tanquam nouum quid dixit materna bona non poſſe acquiri. Hodie autem præter ea quæ ex re proueniunt, omnia bona non acquiruntur.

L. vlt. C. commun. de ſucceſſ.

[b] EIVSD. Idem intellige etiam ſi non erant bona materna, ſed erant ex aliquo eorum qui deſcendebant à materna cognatione.

[c] EIVSD. Aduerte quomodo patrem nequaquam grauat ſatiſdatione, quam neceſſe habet vſufructuarius dare proprietario de ſeruandis bonis illæſis: eis autem permittit res ſeruare.

[d] THAL. Vide quando quis agens alieno nomine, poteſt dare procuratorem

[e] EIVSD. Hæc conſtitutio eadem dicit quæ præcedens, vt bona quæ ex materna cognatione deferuntur ad filios, ſeruent patres ſolum habentes vſumfructum, quandiu viuit pater: eo autem decedente recipit bona filius.

[f] EIVSD Hoc eſt, quando fuerit alicui relictum legatum ſub cõditione, ſi filio aliquid dederit.

[g] Siue ſit inter viuos, ſiue cauſa mortis. In ſocero autem meo aut auo materno meæ vxoris qui dedit meo filio, pone quod deceſſerint acquieſcentes donationi aliter enim non valeret: quia ſicut inter virum & vxorem non conſiſtit donatio, ita nec ſi quis donauerit ex parte vxoris, conſiſtit donatio filiis qui ſunt in poteſtate viri.

Digitized by Google

Thal. Pone quod erat quæ dicitur cauſa mortis.

b Eivsd. Per inſtitutionem: & nota dictionem quod ſignificat lucrum quod prouenit ex hæreditate.

i Thal. Vel decedente eius filio. Solum enim patrem viuentem voluit habere hunc vſumfructum: non etiam ipſo decedente voluit patris hæredes aliquid vendicare ex ipſo vſufructu.

Si adhuc [a] viua matre contigerit filios emancipari à patre, poſtea au- L. 3. in pr. tem mater deceſſerit, iubet conſtitutio, vt pro numero [b] filiorum pater accipiat vſumfructum. Sin autem aliqui quidem ex filiis fuerint emancipati, aliqui autem manſerint in poteſtate: & qui ſunt in poteſtate, acquirunt patri vſumfructum partis ſuæ: & cum emancipatis eius filiis vſumfructum diuidunt: & quandocunq; filios ſuos emancipans, retinet dimidium [c] vſusfructus ſibi ab eis acquiſiti. Hęc quidem de filiis. ¶ Sin au- v. In nepot. tem ſint [d] nepotes, partitur cum nepotibus natis ex filio qui eſt in poteſtate, & accipit ſolum vſumfructum: & quandocunque vnum ex his [e] emancipans, habeat lucrum quod prouenit ex emancipatione. ¶ Sin au- v. Quod ſi. tem ſint nepotes nati ex filio emancipato, aut ex filia, aut ab ipſo emancipati viua adhuc auia, rurſus pro proportione accipiat [f] vſumfructum. Sin autẽ ex nepotibus ſint quidem aliqui in poteſtate, aliqui vero emancipati, tũc vt dictum eſt in filiis, & eorum quæ obtingunt iis qui ſunt in [g] poteſtate, habeat vſumfructum, & cum emancipatis pro rata [h] partiatur. ¶ Eadem etiam decernimus de pronepotibus. v. Eadem.

a Theod. Filius emancipatus diuidit vſumfructum ſuorum maternorum bonorum cum patre qui eum emancipat: & ſi habeat fratrẽ qui eſt in poteſtate patris, accipit quidem ille † portionẽ ſibi competentem ex vſufructu communium maternorum ſimiliter bonorum: reliquam autem partem cum patre diuidit. Hoc autem locum habet etiam in nepote qui eſt in poteſtate. lege 2. Conſtit. ſeq. 61 tit.

† κατ' ἰδίαν τὸ ἀναλογοῦν αὐτῷ.

b Thal. Quoniam enim non ſunt amplius in poteſtate, non eſt impoſſibile tenere vſumfructum. Nunc autem tenet vſumfructum portionis ſibi competentis.

c Thal. Olim dominus tertiæ partis, hodie autem habet partem dimidiam vſusfructus.

d Eivsdem. Quæ hanc præceſſerunt conſtitutiones, dicebant de filiis, ſed non etiam de nepotibus: hæc autem innouauit etiam caput de nepotibus.

e Thal Non dicimus autem nepotes hæc habere quæ plane non poſſunt acquiri: ne inueniatur in filiis quidem acquiſitus vſusfructus, in nepotibus autem non acquiſitus: adeo vt in hoc ſint filii deteriori conditione quam nepotes.

f Thal. Quoniam habet vſumfructum, eos non emancipans, manet ipſum retinens.

g Eivsdem. Hoc magis ſignificat pars conſtitutionis, quod etiam decedentes nepotes qui nati ſunt poſt emancipationem filii, & nepotes ex filia, accipiunt auum hæredem in vſufructu.

h Eivsdem. Vt in iis quidem qui ſunt in poteſtate, habeat pater vſumfructum: in emancipatis autem partis ſibi prorata competentis accipit vſumfructum.

Τι. κϛ. νεαρ.

Omnem [a] ambiguitatis confuſionẽ amputantes, hac liquida & compendioſa lege ſancimus, circa vſumfructum maternarum rerum nullam eſſe differentiam, ſiue in priore [b] matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, ſiue nouercam filiis ſuperinduxerit, legibus quæ de maternis bonis latæ ſunt, ſuam habentibus firmitatem. Patres igitur vſumfructum maternarum rerum, etiamſi ad ſecundas migrauerint nuptias, ſine dubio habere debebunt: nec vlla filiis vel [c] quibuslibet ex perſona eorum impudens vox accuſatioque poteſt competere. Quemad- l. 1. C de bon. quæ liberis in poteſtate patris cõſtitutis ex matrimonio vel alias adquiruntur, &c. modum [d] quæ [e] ex materna cognatione competunt filiis qui ſunt in po- Lib. 6. Cod. tit. 61. teſtate, non acquiruntur patribus: ita etiam quæ ex [f] cauſa nuptiarum lucrantur filii qui ſunt in poteſtate, eis non acquiruntur, ſed manet cõrum dominium apud filios.

a Thal. Filio matri ſuccedente, pater accipit vſumfructum: ſiue iterum duxit vxorem, ſiue non ex prius ſcriptis ſcilicet legibus. nec poſſunt de eo filii actionem mouere contra patrem.

b Eivsd. Hoc recte dixit. Nam in quibuſdam aliis differunt ii qui non ſecundum matrimonium contrahunt, ab iis qui contrahunt.

c Eivsd. Hæredibus filiorum, vel aliquibus aliis.

d Filij

d Filii qui ſunt in poteſtate, habent dominium rerum maternarum & matrimonialium. Vſumfructum enim patri acquirunt. Similiter dicit 22. Nouella, & 3. & 4. Conſtit. huius tit. Memento autem 11. conſt. 59. tit. 6. lib. propoſiti. Nec te lateat 1. thema ſecundæ conſtitutionis quæ deinceps ſequitur. Dicit enim de iis quæ filiis data ſunt à patribus, non de iis quæ lucrifacta ſunt ex nuptiis, iuxta ea quæ hîc dicta ſunt. & nota differentiam.

e Τὸ κατὰ πόδας. Cum venerandæ leges vetuerint patribus iure poteſtatis acquiri, ſi quis eorum filiis auus vel auia, proauus aut proauia ex cognatione materna venientes, quocunque titulo contulerint: hoc quoque ſimiliter conuenit obſeruari, vt ſiue vxor marito non emancipato, vel vxori maritus in poteſtate poſitæ quocunq; titulo vel iure contulerit ſeu tranſmiſerit, hoc patri nullo modo acquiratur, & ideo in eius ſolum cui delatum eſt iure conſeruetur.

f Thal. Nota textum conſtitutionis. Dicit enim generaliter, Quocunque titulo. Quocirca quomodocunque competierit alicui ex cauſa matrimoniali, id non tranſmittitur. De eo autem dicit perfectius ſequens conſtitutio.

L. 2. [a]Qvæcunque [b] pater ante nuptias dat [c] pro filio, aut in dotem præbet pro filia, ea, ſi ſoluatur matrimonium, ſi ita cõuenerit, [d] ei acquiruntur: ne parentes fiant tardiores ad præbendum filiis. Quæcunque autem alia ab vxore ad maritum venerint, aut à marito ad vxorẽ, eorum vſumfructum habeat pater: dominium autem habeat perſona quæ eſt in poteſtate. Sin autem poſtea pater voluerit ſui iuris facere perſonam quæ eſt in poteſtate, retineat ex his bonis, ſicut etiam ex maternis [e] diximus, dimidium vſusfructus.

L. 3. Qvæcunque [f] ex cauſa matrimoniali lucrantur qui ſunt in poteſtate, ea, decedentibus ipſis relictis liberis, ad eorum liberos pertinent: & nec ex ipſis [g] acquiruntur auis, hoc eſt, patribus defunctorum.

v. Sin autem. ¶ Sin autem deceſſerint relicto patre & auo, pater eorum præfertur auo. & ipſe ſuccedit maternis eorum bonis, & lucris [h] quæ prouenniunt ex cauſa matrimoniali.

a Theod. Neque filius habet dominium antenuptialis pro ipſo datæ à patre donationis: neque filia habet ſimiliter dominium dotis quæ pro ipſa data eſt à patre. Hoc intellige quandiu viuit pater. Si enim deceſſerit, non auferuntur filiis quæ pro ipſis à patre data ſunt, * ex 12. conſt. 38. tit. 3. lib. Ne hanc ergo conſtitutionem putes eſſe contrariam. loquitur enim de viuente. Sed memento 9. conſt. 32. tit. eiuſdem tertii lib. & dic quod ſi viuit quidem maritus & conſtat matrimonium, habet dotis dominium, ex dicta 9. conſt. 32. tit. lib. 3. maxime ſi ſit æſtimata, ex 1. & 5. & 10. conſt. 12. tit. & 1. 13. tit. 5. libri. Sin autem maritus ſit mortuus, aut vt ſemel dicam, aliter ſit ſolutum matrimonium, tunc viuens pater habet dominium eorum quæ ab ipſo data ſunt pro ſuis filiis, ex hac conſtitut. maxime ſi conuenerit vt ei redderetur, ex 6. & 7. conſt. dicti 12. tit. 5. lib. ſed alia ratione: quoniam decedente deinceps ipſo patre, quæ data ſunt non auferuntur à filiis qui ea acceperunt, niſi tantum lucrum & partem facultatum patris communis reliqui deinceps fratres conferant, ex prius allegata 12. conſtit. 38. tit. 3. lib. Nota ergo differentiam.

* L. vlt. C. fam. hercisc.

Τὸ κατὰ πόδας. Nonæ conſtitutionis caput clariori interpretatione ſancimus, vt quæ per filios aut nepotes aut pronepotes, aut filias aut neptes aut proneptes, quamuis ſint in poteſtate, minime acquiri decreuimus à marito vel vxore quocunque titulo collata: ſiue vltima tranſmiſſa voluntate, nullus ad id pertinere exiſtimet, quod ab ipſo parente datum ante nuptias, vel donationis cauſa pro vna ex memoratis perſonis præſtitum fuerit, vt minime ad eum, ſi caſus tulerit, reuertatur. Proſpiciendum eſt enim ne hac iniecta formidine, parentum in filios munificentia retardetur. Sed vt his poteſtatis iure ad parentes reuertentibus, cætera quæ ex ſubſtantia ſpeciali coniugis ad ſuperſtitem deuenerant, etſi maxime ipſe ſit in poteſtate, vſufructu parentibus deputato, dominium ei quæ à coniuge vel qui à marito meruit, reſeruetur: parente propter beneficium emancipationis ſi voluerit, ſicut in maternis rebus, vel quæ per ipſam ad eandem veniunt perſonam, premium habituro.

c Thal. Quoniam quæ ſunt ex cauſa matrimoniali, dixit non acquiri parentibus, viſus eſt dicere, etiamſi ex ipſis proceſſerint, non acquiri. Hoc autem tollens conſtitutio dicit, Quæcunq; eis dedimus, ea ipſis acquirantur.

d Thal. Forte pactum conuentum fecit, vt ſi maritus in matrimonio deceſſerit, dimidium donationis ante nuptias veniat ad vxorem, etſi contigerit vt ipſe prior decedat. Hoc ergo aufert, ſi caſus ita tulerit.

e Eiusd. Dicit de dimidio vſufructu remanente apud patrem quando filium emanciparit.

f Τὸ κατὰ πόδας. Quod ſcitis prioribus continetur, nec à filia quæ in poteſtate eſt donationem ante nuptias patri, nec à filio dotem acquiri, hoc addito confirmamus; vt defunctis his adhuc in poteſtate patris, ſi liberis exiſtentibus moriantur, ad liberos eorum eædem res iure hæreditatis, non ad patres iure peculii tranſmittantur. neque per nepotes debent auo acquiri. Sin autem idem nepos ſuperſtitibus tam patre quam auo paterno diem ſuum ſine liberis obierit eorum dominium

quæ ad ipſum ex matre, vel ab eius cognatione peruenerint, non ad auum ſed ad patrem eius perueniat: vſufructu videlicet in huiuſmodi caſibus auo, dum ſuperſit, ſeruando.

g Thalel. Filii eorum ſunt nepotes aui: & quæ patres eorum non acquirebant, ea nec ipſi acquirunt.

h Thal. Quoniam lucra quæ proueniunt ex cauſa matrimoniali, ſunt ſimilia maternis, merito de bonis maternis regulam conſtituit: vt ex his poſſimus cognoſcere id quod obſeruatur in iis quæ lucrifiunt ex cauſa matrimoniali.

Præterm. eſt 4. conſt. — Quædam ᵃmulier quę ex ſponſo lucrifecerat, dicebat quod in multis ſponſus imitatur maritum: & quæ ab eo proficiſcuntur lucra, debent eſſe eiuſmodi, vt non poſſint acquiri. Ei autem opponebatur quod conſtitutio ſpecialiter meminit mariti & vxoris. Ad hoc itaque reſcribens, dicit conſtitutio, quod lucra quæ ex ſponſo vel ſponſa proueniunt, ſicut lucra quæ proueniunt ex cauſa matrimoniali, non acquiruntur. Cvm ᵇoportet ſimilem prouidentiam tam patribus quam liberis deferri: inuenimus autem in veteris iuris obſeruatione multas eſſe res quæ extrinſecus ad filiosfamilias veniunt, & minime patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis bonis, vel quæ ex matrimoniali lucro ad eos peruenerint: ita & in iis, quæ aliisᶜcauſis filiisfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. L. 5. — L. 6. in pr.

a Theod. Filii qui ſunt in poteſtate, habeant *firma, & ab alio non acquirenda ea quæ lucrifecerunt ex ſponſis.

Τὸ κατὰ πόδας. Non ſine ratione de negotio quod inter matremfamilias, cuius veſtra ſuggeſtio meminit, & germanum eius vertitur, magnitudo tua diuerſis legibus ex vtraque parte prolatis, noſtram credidit conſulendam eſſe clementiam. cum mulier diuerſarum legum lectionibus eundem intelligi maritum & ſponſum niteretur probare: germanus autem, mariti nomen, illi ſoli qui nuptias contraxiſſet, lectione conſtitutionis diuinorũ retro Imperatorum Theodoſii & Valentiniani, qua cauetur, ſi quis maritus vel vxor in poteſtate cõſtituti, ſe inuicem reliquerint, non patri acquiri, ſed ad eorum ius pertinere, contra imponeret. Quamuis ergo ſignificatione nominis maritus & vxor poſt cœptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta eſt dubietas: attamẽ quia conſequens eſt ambiguas atque legum diuerſitatibus titubantes cauſas benigne interpretari, & naturalis iuris moderamine contemperare: non piget nos in præſenti quoque negotio, de quo ſublimitas tua ſuggeſſit, Iuliani tantæ exiſtimationis viri & diſertiſſimi iuriſperiti ſententiam ſequi: qui quidem de dotali prædio quæſtione propoſita, idem ius tam de vxore, quam de ſponſa obſeruari arbitratus ſit: licet lex Iulia de vxore tantum loquatur. Qua ratione nos tam donationem ante nuptias, quam hæreditatem quam memoratus ſponſus ſuam ſponſam lucrari voluit, non acquiri patri, ſed ad eam peruenire benignum eſſe perſpeximus.

Thal. Dicebat frater bona eſſe acquiſita patri, & eo defuncto pertinere ad ambos.

Titubantes cauſas benigne interpretari.] Thal. hoc enim dicitur in [illegible], oportere leges benigne interpretari. qui quidem de dotali prædio quæſtione propoſita.] Thal. Legimus in Monobiblis, quod maritus prædium dotale non poteſt alienare. Quærebatur ergo, an ſponſus ſibi à ſponſa datum ratione dotis prædium poſſit alienare: & dicit non poſſe.

b Theod. Non ſolum bona materna & lucra matrimonialia habent filii in dominio, ſed etiam quicquid acquiſierint non ex re patris: vſumfructum autem ſolum patri acquirunt. nam vt dicit 4. Conſtit. huius tit. habet pater non ſolum vſumfructum, ſed etiam dominium eorum quæ ex re patris proueniunt. Similiter lib. 8. tit. 46. Conſtit. 1. 3. Memento 16 & 15. conſtit. 31. tit. 5. lib. & lege 22. Nouellam. Sciendum eſt autem 74. Nouellam oſtendere, quod filius qui non eſt legitimus, non acquirit patri vſumfructum maternorum ſuorum bonorum. & nec vſumfructum quidem habet pater caſtrenſis aut quaſi caſtrenſis peculii ſuorum filiorum. Similiter *lib. 12. tit. 36 conſtitut 3. Idem autem dicit 7. Conſtit. huius tit. etiam in iis quæ data ſunt filiis ab Imperatore. Neque enim eorum vſumfructum ſimiliter habet pater. Rurſus autem te non lateat *finis tit. propoſiti. qui dicit, quod nec manumittendi quidem ſerui ſui filii vſumfructum habet pater. Dicit autem Nouella, quod nec vſumfructum quidem habet pater eorum quæ filio relicta ſunt à matre poſt ius † [illegible]. Alia autem Nouella iubet patri non competere vſumfructum hæreditatis quam filius habuit à ſuo fratre. Et nota, quod patre decedente, præcipua accipiunt filii in poteſtate matrimonialia & materna eorum bona. Similiter dicit ſecunda conſtitutio præcedentis 65. tit. Idem autem dixit in vniuerſis lucris quæ competunt filiis, 11. conſtit. 55. tit. huius libri 6. Filii qui ſunt in poteſtate, non habent hypothecam aduerſus propria bona patris, propter res ſuas quæ acquiri non poſſunt. ſed nec de iis poſſunt ab ipſo exigere rationem. Sed vidiſti libro 1. tit. 3. conſtit. 18 quod ſi pater migrarit ad ſecundas nuptias, habent aduerſus eius bona tacitam hypothecam filii ad res ſuas quæ acquiri non poſſunt, maternas & matrimoniales. Memento autem primæ conſtitut. præcedentis 65. tit. quæ dicit quod pater debet oſtendere omne ſtudium in bonis quæ

Margin notes: * l. 1. C. de caſtr. pec. mil. lib. — * l. vlt. §. vlt. — Tr. eo. in initio

Digitized by Google

nis quæ pertinent ad ſuos filios. THALEL. Iubet conſtitutio ad imitationem maternorum bonorum, & eorum quæ ex cauſa matrimoniali pertinent ad filios, alias quoque res omnes quæ non ſunt ex re parentum, non acquiri eis dominio ſicut prius, ſed vſufructu. Bonorum autem caſtrenſium nec vſumfructum quidem habent parentes, ſeruantes in eis & quaſi caſtrenſibus peculiis iura vetera. Decedente ergo patre filii omnino accipiant hæc bona, ſicut & materna, & quæ lucrifiunt ex cauſa matrimoniali. Habeant autem hypothecam in eius bonis & viuentis & defuncti. Non tamen exigant rationem à patre de horum bonorum adminiſtratione: ſed omnis alienatio & omnis hypotheca ſit interdicta parentibus. Et habeant quidem ipſi vſumfructum, & res adminiſtrent. Non habeant autem filii poteſtatem retinendi bona eis viuentibus. Sin autem hoc fecerint, patria poteſtas in eos competet. Si quid autem ex eorum vſufructu pater habuerit, id vt vult adminiſtrabit, & tranſmittet ad hæredes, & relinquet quibus volet, externis aut ſuis filiis. Sin autem res quæ ſunt acquiſitæ ex vſufructu, iis qui hunc acquiſierunt vſumfructum, ex quo has res habuit, reliquerint, eas dimittentes apud ipſos & decedentes, non amplius habent hæredes poteſtatem eas vendicandi: ſed tanquam ex donatione eas habeat filius, nullam exactionem tranſmittente filio ad ſuos hæredes Quando autem dictum eſt in Conſtantini conſtitutione, vt ſi filiifamilias fuerint emancipati, pater habeat tertiam dominii: ſancimus, vt non amplius tertia dominii, ſed dimidium vſusfructus maneat apud patrem. Non opus autem eis ſit vt dicant nominatim quod velint retinere dimidium vſusfructus: ſed ſiue dixerint, ſiue non dixerint nominatim, dimidia pars vſusfructus remaneat apud ipſos. Ipſis autem decedentibus aut multis ex iis qui dicti ſunt, vſusfructus defertur filiis tanquam proprietariis. Porro autem in hæreditatibus quoque harum rerum, quarum filii habent dominium, eadem ſeruentur quæ dicta ſunt ſuperius de hæreditate maternorum vel matrimonialium bonorum. Sed quoniam veteres leges dederunt filiis hypothecas aduerſus res paternas in rebus maternis & quærebatur, an ab initio filii hypothecas habeant aduerſus parentes, an ex quo male adminiſtrant, iubemus eos ab initio habere hypothecas.

c THALEL. Hoc eſt, non ex re patris: illa enim veteri iure ei acquiruntur.

v. ſi quis ¶ Si quis itaque filiusfamilias vel in patris vel in aui poteſtate conſtitutus, aliquid ſibi acquiſierit, non ex eius ſubſtantia in cuius poteſtate ſit, ſed ab aliis quibuſcunque [a] cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis ad eum perueniant, ea ſuis parentibus non ad plenum, ſicut olim erat, ſancimus: ſed vſque ad ſolum vſumfructum acquirat. Et eorum quidem vſusfructus, apud patrem vel auum, in quorum eſt poteſtate, permaneat: dominium autem filiisfamilias inhæreat ad imitationem tam maternarum, quam ex nuptialibus cauſis filiisfamilias acquiſitarum rerum. Sic enim & patri nihil affertur detrimenti vſumfructum rerum poſſidenti: & filii non lugebunt, quæ ex ſuis laboribus ſibi quæſita ſunt, ad alios transferri aſpicientes, vel ad extraneos, vel ad alios fratres ſuos, quod etiam grauius multis [b] eſſe videtur. exceptis caſtrenſibus * peculiis, quorum nec vſumfructum patrem, vel auum, vel proauum habere veteres leges concedunt. In his enim nihil innouamus, ſed vetera iura intacta ſeruamus eadem obſeruãdo etiam in his peculiis, quæ ſunt quaſi caſtrenſia peculia, ad inſtar caſtrenſis peculii. * peculia [illegible]

§. 1. ¶ Non autem hypothecam filiifamilias aduerſus res viuentis patris adhuc, ſeu iam mortui ſperare audeant, nec ratiocinia eis ſuper adminiſtratione inferre: ſed tantummodo alienatione, vel hypotheca ſuo nomine * patribus denegata, rerum habeat parens pleniſſimam poteſtatem, vti fruique iis rebus quæ per filiosfamilias prædicto modo acquiruntur: & gubernatio ſit penitus impunita: & nullo modo audeat filiusfamilias, vel filia, vel quæ ſunt deinceps perſonæ, vetare eum in cuius ſunt poteſtate, eaſdem res tenere, vel quomodo voluerint gubernare. * [illegible]

a THAL. Forte fuit ſcriptus hæres ab aliquo: vel accepit legatum aut donationem.

b THAL. Quoniam quibuſdam non eſt graue videre fratres lucrati ea, pro quibus ipſi multũ laborarunt: ideo dixit multis eſſe graue.

c THAL. Lege priores huius tituli conſtitutiones, & omnes quæ ſunt in præcedenti titulo: vt ſcias de hæreditate harum duarum cauſarum.

Digitized by Google

Si autem hoc fecerit, patria [a] poteſtas in eos exercenda eſt: ſed habeat pater in res alias, quas ſuperius enumerauimus, pleniſſimā poteſtatē vti, frui, gubernareq́; res quæ prædicto modo acquiſitæ ſunt. ¶ Et ſi quid ex v. Et ſi.
vſu earum pater, auus vel proauus collegerit, habeat licentiam quemadmodum cupit hoc diſponere, & in alios hæredes tráſmittere. vel ſi ex earum rerum fructib. res mobiles vel immobiles, vel ſe mouentes cóparauerit, eas etiā quomodo voluerit habeat & transmittat, & ad alios transferat, ſiue extraneos, ſiue liberos ſuos, ſeu quamlibet perſonam. ¶ Sin au- v. Sin autem.
tem res ſibi memorato modo acquiſitas parens noluerit tenere, ſed apud filium vel filiā, vel deinceps perſonas liquerit: nullā poſt obitum eius licentiam habeant hæredes alii patris vel aui [vel proaui] eundem [b] vſumfructum, vel quod ex hoc ad filiosfamilias peruenit, vtpote patri debitū, ſibi vendicare: ſed quaſi diuturna donatione [c] in filiū perfecta, qui vſumfructum detinuit quem patrē habere eius oportebat, ita cauſa intelligatur, vt eundē vſumfructum poſt obitū patris ipſe lucretur: parente ius exactionis quaſi ſibi debitæ à filio, qui vſumfructū cóſenſu eius poſſidebat, ſuæ poſteritati vel ſucceſſioni minime tranſmittente, quatenus in omni pace inter ſe ſucceſſio eius permaneat: nec altercationis cuiuſdam maxi-
me inter [d] fratres oriatur occaſio. ¶ Cum autē Conſtantiniana lege cautū §. 3.
erat, ſi filiifamilias ab iis qui eos in poteſtate habent, nexu paterno per emancipationem liberentur, debere patrē tertiam [e] partem bonorū, quæ acquiri non ſolent, quaſi remunerationis gratia à filio accipere vel retinere, & ex hac cauſa iterum non minima pars ſubſtantiæ liberorum adimebatur: ſancimus huiuſmodi caſu interueniente, & emancipatione liberis impoſita, non tertiam partem dominii rerum minime acquiſitarū, ſed dimidiam vſusfructus apud aſcendētes, qui emancipationem donāt, reſidere: exceptis in hoc quoq́; caſu caſtrenſibus, & quaſi caſtrēſibus tantummodo peculiis, quibus nihil ex hac cauſa diminuitur. Sic enim nec liberis cuiuſcunq́; ſexus dominii aliquid auferetur, & patrib. ampliorum facultatum vſusfructus aſſignabitur. Hoc obtinēte etſi in emancipatione ſibi parentes hoc minime [f] ſeruauerint. Niſi.n. ſpecialiter vel in emancipatione huic præmio renunciauerint, vel donatione facta ſeſe ab huiuſmodi beneficio alienauerint, & in liberos hoc tranſtulerint, manere apud eos etiam tacentes ius & beneficium vſusfructus retinendi: vt poſt obitum eorum & vſusfructus in omnibus memoratis cauſis ad eos perueniat, quorū eſt dominium ſcilicet, ſecundum quod iā diximus, in ſucceſſionibus eorum omnibus ſeruatis quę de maternis & nuptialibus bo-
nis conſultiſſimis legibus definita ſunt. ¶ Sed cum tacitam hypothecam §. 4.
tam [g] veteres leges in quibuſdam certis caſibus dixerint, quam nos in maternis cæteriſque, quam ſeruare neceſſe eſt: & dubitabatur ex quo hypothecas competere oporteret, vtrum ab initio, an ex eo tempore ex quo male aliquid geſtum eſt, compendioſa narratione interpretamur: [h] initium gerendæ vel ſuſcipiendæ adminiſtrationis vel obſeruationis eſſe ſpectandum, & non tempus ex quo male aliquid geſtum fuerit.

a THAL. Hoc eſt, merito eos auerſans poteſt eos exhæredare.

b THAL. Non poſſunt hæredes patris petere bona ex vſufructu acquiſita quæ ſunt apud filios familias: ſed ea filii accipiunt præcipua & tunc reliqua diuiduntur.

c EIVSD. Et omnis donatio quæ fit à patre in filiumfamilias, eius morte confirmatur.

d THAL.

d THAL. Hoc quoq; dixit ſuperius, quod multis graue eſſe videtur, videre fratres lucrifacientes: & hîc etiam.

e EIVSD. Hoc dictum eſt etiam in Inſtit. quod olim quidem retineret tertiam partem vſusfructus: nunc autem retinet dimidiam.

f THAL. Niſi ſpecialiter in emancipatione huic lucro renunciauerint, & id filiis dederint, eis competit.

g THAL. In 5. lib. tit. de ſecundis nuptiis dictum eſt in quibuſnam filii habent tacitas hypothecas aduerſus patres.

h Sæpenumero cum deberet pater bona ſeruare & adminiſtrare, neq; ea ſeruauit, aut ſi ſeruauit, non adminiſtrauit: quærimus ergo, non quando male adminiſtrauit, ſed quando male cœpit res tenere.

l. 7. Cum [a] multa [b] priuilegia imperialibus donationibus præſtita ſint, dignum incrementũ & iis conferre noſtra dignata eſt clementia. Si quis igitur à ſereniſſimo principe, vel à piiſſima Auguſta, ſiue maſculus ſiue fœmina donationem ſit conſecutus, ſiue mobiliũ, ſiue immobiliũ, ſiue ſe mouentium rerum, in poteſtate conſtitutus vel cõſtituta, habeat huiuſmodi res omni acquiſitione abſolutas: & nihil acquirat, neque earum vſumfructum vel pater vel auus vel proauus ſibi vendicet. ſed ad imitationem * caſtrenſis peculii, omnem facultatem in eas filii vel filiæfamilias habeant. Vt enim imperialis fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet & imperatorias donationes culmen habere excelſum: hoc eſt, habere exuperantem magnitudinem. τὸ κ͵ πόδας. * [illegible]

l. 8. in pr. OMNIVM [c] fere rerum vſusfructus acquiritur patribus. Dominium autem habent filii, præterquam eorum quæ quæruntur ex rebus patris.

a THEOD. Omnis imperialis * munificentia eſt peculium caſtrenſe. Lege 150. Nouellam. * φιλοτιμία.

b THAL. Quæ donata ſunt per imperatoris aut imperatricis liberalitatem filiis qui ſunt in poteſtate, ſint plene eiuſmodi, vt non poſſint acquiri, & nec vſusfructus quidem acquiratur patribus.

EIVSD. Imperiales donationes ne inſinuatione quidem indigent. vt licet inueuire in 8. lib. tit. De donationibus.

c THEOD. Id quod eſt eiuſmodi vt effugiat acquiſitionem, delatum filio qui eſt in poteſtate, ſi filius ipſe id admiſerit nolente patre, nec vſumfructum quidem ei acquirit. Sin autem cõtra, non volente filio admittere id quod effugiens acquiſitionem ad ſe peruenit, id pater acceperit, vniuerſum lucratur ſolus pro ipſo agens & actiones excipiens. Si vero ambo communi cõſenſu quod obuenit, admiſerint, tunc dominium quidem habet filius, pater autem vſumfructum: ſed rurſus pater pro eo agit & actiones excipit, volente tamen & conſentiente filio: niſi ſit minor 14. annis. Memẽto 7. Conſt. 50. tit. 4. lib. & 1. Conſt. 9. & 60. tit. lib. 6. Pater qui ſoluit debita vel legata pro hæreditate delata filio qui eſt in eius poteſtate, ei reputat ſi quid dederit neceſſitate exigente. Vendit pater res immobiles hæreditatis pertinentis ad filium ſuum qui eſt in poteſtate. Et nota propter 1. & 2. Conſt 62. tit. præcedentis: & 2. Conſt huius 61. tit. vbi dictum eſt non poſſe patrem alienare res filiorum quæ acquiri non poſſunt. Lege etiam 2. & 22. Nouellam. Filius qui eſt in poteſtate, non teſtatur de rebus ſuis quæ effugiunt acquiſitionem. Similiter dicit 3. Conſt. 22. tit. huius lib. 6. Nõ vendit neq; dat pignori res ſuas quæ acquiri non poſſunt, viuente ſcilicet patre. Lege enim lib. 12. tit. 36. Conſt. 2. vbi dicit quod filiusfamilias in nulla re habet poteſtatẽ, niſi in peculio caſtrenſi. Si erat impubes filiusfamilias, quando pater eius admiſit competentem ſibi hæreditatẽ, quæ erat grauis & damnoſa: aut contra eã repudiauit cum eſſet locuples, recte reſtituitur ipſe filius, propterea quod ipſe pater eum læſit cum eſſet impubes. Memento 2. conſt. 19. tit. huius lib. 6. Seruus qui fuit donatus filiofamilias ad hoc vt manumitteretur, cito manumittatur: & non poſſideat pater eius vſumfructum. τὸ κ͵ πόδας. Cum non ſolum in maternis rebus quæ filiisfamilias deferuntur, ſed etiam de aliis omnibus quæ acquiſitionem effugiunt, & maxime poſt nouellam noſtræ diuinitatis legẽ, quæ omnia quæ extrinſecus ad filiosfamilias perueniunt non ex paterna ſubſtantia, non eſſe acquirenda patribus ſtatuit: niſi tantummodo ad vſumfructũ, variæ altercationes ſint exortæ, & varios euentus & varias habẽt quæſtiones, & aſſidue in iudiciis verſantur: neceſſe eſt vtiliter & aperte omnia dirimere. Sancimus itaq; in omnibus rebus quæ effugiunt quidem dominii acquiſitionem, ſed vſusfructus tantum patri offertur, aut aliis aſcendentibus à filiofamilias cuiuſcunque gradus vel ſexus: ſiue pater filiumfamilias integræ ætatis admittere compellet & ille repugnandũ exiſtimabit: ſiue filiusfamilias cupit admittere, & pater in contrarium inclinat, liberam habere poteſtatem & patrem ipſum adire hæreditatem recuſante filio, & omne damnum & lucrum in ſuam habere fortunam, nullo præiudicio ex hoc facto filio. Siue è contrario patre recuſante filius admittere cupit hæreditatem, nullam acquiſitionem nec vſumfructum patri offerri: ſed ipſum filium ſibi imputare ſi quid ex hoc contigerit. nulla actione neque contra patrem data, quando præter eius voluntatem filius hæreditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel aliud quidquam ex quocunque titulo, ſiue donationis ſiue contractus, ſibi acquirere voluerit neque aduerſus filium

Digitized by Google

ſimili modo extenſa actione, quando eo recuſante pater ſua authoritate hæc ſibi vendicat, huiuſmodi aditionis tramite ex præſenti lege patri competente. Sed habeat pater omnem licentiam & actiones mouere,& ab alio motas excipere,quando ad eum totum commodum aduenit. Et filius ſimili modo & in agendo & in excipiendis actionibus ſolus habeat detrimentum & commodum, neceſſitate † vt deceat patri impoſita filio conſentire vel agenti vel fugienti,ne iudicium ſine patris voluntate videatur conſiſtere. Et hæc quidem ſi plenæ ætatis filius eſt, qui paternam voluntatem ſequi non patitur. Sin autem in ſecunda ætate eſt filius,& hæreditate ei delata pater ei conſentire admittenti hæreditatem noluerit,vel patre volente ipſe reclamauerit; ſi non vult quidem filius,licentiam damus patri ſimili modo hæreditatem adire, & eam pleno iure habere:his omnibus quæ de his diximus,locum habentibus. Sin autem patre recuſante filius adire voluerit,damus ei licentiam hoc facere. Nolente autem patre res filii gubernare propter cauſæ neceſſitatē,habeat facultatē filius adire competentem iudicem, & ab eo petere curatorem hæreditati dari, per quem gubernatio rerum in eum delatarum procedat:in vtroque caſu reſtitutionis auxilio ei minime negato. Simili modo & in milite filiofamilias qui recuſauerit aditionē hæreditatis,quæ ei ex caſtrenſibus occaſionibus prouenerit: patri data licentia admittere hæreditatem, vt ad ipſum perueniat pleno iure,tam per vſumfructum quam per dominium eandem hæreditatem poſſeſſurum: quaſi ipſe pater ab initio fuiſſet hæres inſtitutus,eo videlicet ſubiacente omnibus oneribus hæreditatis, & omnia commoda habituro,& ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his caſibus obſeruanda ſunt,quibus diſcordia inter patrem & filium vertitur. Quando autem voluntas eorum in vnum concurrit: & pater vſumfructum,& filius habeat dominium,& in agentibus & actiones excipientibus pater quidem ſuſcipiat actiones & moueat, cuiuſcunque ætatis filius inueniatur. Adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima ſint ætate conſtituti, vel longe abſint:ſumptibus videlicet à patre propter rerum incrementū factis. Cum enim nuda proprietas apud filium inueniatur,ex qua ſubſtantia poſſibile eſt eum ſumptus litis dependere? Sin autem æs alienū ex defuncti perſona deſcendit,cum etiam apud veteres hęc eſſe ſubſtantia intelligatur,quæ poſt detractum æs alienū ſupereſt:habeat pater licentiam ex rebus hæreditariis, primū quidem mobilibus:ſin autem non ſufficiunt,ex immobilibus ſufficientem partem nomine filii venundare,vt illico reddatur æs alienum,& non vſurarum onere prægrauetur. Quod ſi pater hoc facere diſtulerit, ipſe vſuras vel ex redditibus vel ex ſubſtantia ſua omnimodo dare compellitur. Sin autem legata vel fideicommiſſa ſiue annalia,ſiue ſemel relicta,imminent huiuſmodi perſonis: ſi quidem tales redditus ſunt qui ſufficiunt ad annalia legata, pater ex huiuſmodi redditibus hæc dependere compelletur. Sin autem non habeat ſubſtātia ſufficientem redditum ad legatorum vel fideicommiſſorū præſtationem,vel minime redditus vel alias acceſſiones contineat, ſint tamē res mobiles vel immobiles ſteriles quidem,non tamē inutiles,veluti domus in prouinciis, vel vbicūq; poſita † ſuburbana,ex quibus huiuſmodi legata poſſunt impleri: licentia dabitur patri, ſufficientem partem eorū ſimiliter filii nomine vendere,& ſatisfacere legatis. Hoc proculdubio obſeruando,vt & mancipia ipſe vſufructuarius alat,& omnia circa vſumfructū faciat,quę nullo modo dominium poſſint deterius facere:paterna reuerentia eum excuſante & à ratiociniis,& à cautionib.& ab aliis omnibus quæ ab vſufructuariis extraneis à legibus exiguntur ſecundū noſtræ cōſtitutionis tenorem,quam de huiuſmodi caſib.tulimus. Ipſum autē filium vel filiā,filios vel filias,& deinceps,patri alere neceſſe eſt:non propter hæreditatem,ſed propter ipſam naturam & leges,quæ & à parentib. alendos eſſe liberos imperauerunt & ab ipſis liberis parentes, ſi inopia ex alterutra parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo cauſis habeat licentiam rite res filiorumfamilias vendere filii nomine: vel ſi emptorem non inuenerit,pignori ſupponere. Nullo autem modo concedimus filiis eaſdem venditiones vel hypothecas retractare. Non autem parentibus licentia danda extra memoratas cauſas,res quarum dominium apud eorum poſteritatem eſt,alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare. Sed ſi hoc fecerint,ſciant neceſſe eſſe eos in legum laqueos incidere, quibus huiuſmodi venditiones vel hypothecæ ſunt interdictæ: exceptis videlicet rebus mobilibus vel immobilibus illis quæ onerosæ hæreditati ſunt,vel quocunq; modo damnoſæ: quas ſine periculo vendere patri cum paterna pietate licet,vt pretium earum rerum, vel in res, vel in cauſas hæreditarias procedat,vel filio ſeruetur. Filiis autem familias in his duntaxat caſibus in quibus vſusfructus apud parentes cōſtitutus eſt,donec parētes viuunt, nec teſtati de iiſdē rebus permittimus: nec citra voluntatem eorum quorum in poteſtate ſunt, nullo modo conceſſa licentia dominium rei ad eos pertinentis alienare,vel hypothecæ titulo dare, vel pignori aſſignare. Melius eſt enim coarctare iuueniles calores, ne cupiditati dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſas expectat facultates. Cum enim,ſicut dictum eſt, parentes alere eos ſecundum leges compellantur: quare ad venditionem rerum ſuarum proſilire deſiderāt? Quando autem puerilis ætas patri licentiam præſtat etiam ſine conſenſu filii hæreditatem eius nomine admittere: ſi hoc fecerit,damus filio in integrum reſtitutionem, poſtquam patria fuerit poteſtate liberatus,vel adoleuerit. Patrem autem oneribus hæreditariis licet nomine filii admiſit, modis omnibus alligamus. Quare enim talem hæreditatem admiſit, quam nec ipſe nunc,nec filius idoneam ſibi eſſe exiſtimat? Non autem filio damus licentiam,ſi in integrum reſtitutionem petat reſpuendam credēs eſſe hæreditatem, adhuc minoribus curriculis inſtantibus, iterum per aliam reſtitutionem adire præfatā hæreditatē, ne ludibrio leges ei fiant,ſæpius admittere eandem & reiicere cupienti. Si enim quod pater fecit,ratum non habuit,& propter hoc reſtitutus eſt:quomodo ferendus videatur iterū iudicium admittens quod poſt patris recuſationem contrario propoſito aſpernandum eſſe exiſtimauit? Sin vero pater quidem hæreditatem repudiauerit infante filio exiſtēte,ipſe autem filius poſtea,vel

† κατὰ τὸ πρέπον.

† προάστεια

Decl. de ſexta Conſtit.

Digitized by Google

ea, vel adhuc in poteſtate conſtitutus, vel patria poteſtate liberatus, adeundam eſſe crediderit eandem hæreditatem: licentiam damus ei, vel ſi ſui iuris efficiatur, tutoribus vel curatoribus eius hæreditatem admittere, nullo præiudicio ex recuſatione ei facto. Simili modo & in hac parte nulla ei, vel tutoribus vel curatoribus eius licentia concedenda contra priorem ſuam voluntatem in integrum reſtitutionem petere. Quæ & in legatis & in fideicommiſſis tam ſpecialibus quam per vniuerſitatem relictis, & in aliis caſibus quos ſupra enumerauimus, & ſimilibus ei ſeruanda ſunt. In ſeruis autem qui filiis vel filiabusfamilias donantur, ſiue conſtante matrimonio, ſiue ab extraneis ſub hac conditione, vt ſtatim eos in libertatem perducant, nullum præiudicium paterna faciat authoritas. Qualis enim vſusfructus poteſt acquiri, qui momenti vnius eſſe oſtenditur? Si enim in ipſo momento neceſſe habet eum & poſſidere, & libertate donare, in talem hominem qualis vſusfructus patri poteſt acquiri? Sin autem in ſecunda ætate eſt filius.] THAL. Prima ætas eſt impuberis. Secunda ætas eſt minoris 25. annis. Aut vbicunq; poſita ſuburbana.] THAL. Nota quod in ſuburbanis dixit vbicunque, non idem in ædibus: ſed ſola dixit vendi ſuburbana eorum quæ ſunt in prouinciis. Si inopia ex alterutra parte vertitur.] THAL. Nota quod etiam qui habet nudam proprietatem, recte inops dicitur, licet poſſit eam vendere propter ſpem futuri vſusfructus, & colligere pecunias.

v. Sancimus. ¶ Si ergo delata fuerit hæreditas filio [a] qui eſt in poteſtate, aut res alia: & pater quidem vult filium qui eſt in poteſtate, id accipere, vt habeat vſumfructum: filius autem qui eſt in poteſtate, repugnat: vel filius qui v. Siue è contr. eſt in poteſtate, vult accipere, repugnat autem pater: ¶ ſi filius quidem qui eſt in poteſtate, velit accipere, nihil patri acquiratur ex ea re. Sin autem vult pater accipere, nihil habeat filius, neque obligetur eius rei occaſione. Vnde etiam ſi eſt hæreditas, agit pater ſcilicet, & in eum agitur: quando autem filius admittit nolente patre, ipſe ſolus agit, & in eum agitur, patre conſentiente propter iudiciorum conſuetudinem. Hæc au-

§. 1. tem dicimus, ſi filius qui eſt in poteſtate, eſt adultæ ætatis. ¶ Sin autem eſt minor 25. annis, ſed impubes: ſi ipſe quidem recuſat, habet pater [b] poteſtatem rem [c] accipiendi. Si vero pater repugnat, ipſe filius qui eſt in poteſtate, rem [d] accipit [e]. Patre autem recuſante adminiſtrare, poteſt ille petere [f] curatorem. Et manifeſtum eſt quod in vtroque caſu procedet ius [g]

§. 2. reſtitutionis. ¶ Eodem modo ſi etiam filiusfamilias miles ſibi delatam hæreditatem prætextu caſtrorum repudiat, poteſt pater eam admittere,

§. 3. & pro ea actiones excipere, & agere. ¶ Sin autem pater & filius inter ſe conſenſerint, pater quidem habet vſumfructum: filius autē dominium. Et in actionibus, pater quidem actiones [h] excipit & agit, cuiuſcunque ætatis ſit filius. conſentiunt autem ipſi quoque filii actioni, niſi ſint impuberes, aut procul abſint: patre faciente ſumptus, vt & qui habeat vſum-

§. 4. fructum. ¶ Si eſt autem æs alienum, poteſtatem habet id exoluendi ex rebus hæreditatis. Etenim veteres puras intelligebant facultates deducto ære alieno. Oportet autem patrem primum dare mobilia. Sin autem non ſufficiant, tunc etiam vendere immobilia, [i] vt reddatur æs alienum, & vſuræ non currant. Quod ſi nec hoc fecerit pater, ipſe è domo ſua neceſſe habet dare vſuras. Si vero ſint legata annua vel ſemel relicta, ſi ſunt quidem ſufficientes redditus ad annua legata, debet pater ea præbere [k] ex redditibus. Si vero redditus non ſufficiunt, aut non ſunt omnino redditus, tunc mobilia aut immobilia ſterilia, ſed non inutilia, [l] vendantur, forte ædes magnificæ, aut pretioſa ſuburbana.

a Non dixit, Cuiuſcunque ſexus. Si enim defuncti ſunt ex linea fœminina, ne de iis quidem quærendum eſt, quia cum non ſint in poteſtate nihil acquirunt.

b THAL. Non eſt opus hic, inquit, filii aditione: ſed poteſt pater admittere, hoc eſt, ad lucrum proprium & ad damnum proprium hæc referre.

c THAL. Niſi hoc expreſſe dixiſſet conſtitutio, pater, cum ſit vſusfructuarius, non recte potuiſſet adire.

Digitized by Google

d THAL. Ex officio præſidis, vbi filius agit & aduerſus eum agitur.

e THAL. Hoc eſt, vt ipſe ſolus lucretur, vel damno afficiatur.

f EIVSDEM. Recte dixit, Poteſt, propter neceſſitatem. nam filius qui eſt in poteſtate, nunquam habet curatorem.

g EIVSDEM. Hoc eſt, poteſt ſi admiſerit, ſolus petere reſtitutionem vt repudiet: & ſi recuſauerit, petere reſtitutionem vt admittat.

h THAL. In hæreditariis ergo actionibus directo in eum agitur, vt qui ipſe ſit hæres: non autem de peculio tanquam filius ſit hæres.

EIVSDEM. Nota, quod etiam in iis quæ acquiri non poſſunt, pater & agit, & aduerſum eum agitur. Hoc autem noſti etiam in Inſtit.

† τὸ παλαιὸν vocat Codicis Iuſtiniani contextũ ad differẽtiã noui contextus βασιλικῶν.

i THAL. † Antiquum habet, ea filii nomine, ad quod reſpiciens dicit. THALELÆVS. quoniam ipſe debet, eius nomine fit venditio.

k EIVSDEM. Hoc eſt, filiis qui ſunt in poteſtate, impoſita ſunt legata. Ipſi enim ea debent.

l THAL. vt ea vendentes, ex vſuris pretii, eorum ſoluant annua legata.

¶ Clarum eſt autem quod etiam mancipia pater alit, vt qui habeat vſumfructum, & omnia facit cum eo quod nõ lædit [a] dominium: etiamſi non ſit obnoxius reddendis rationibus. ¶ Ei autem liceat, ſi quo modo vendat non inueniat, ea dare pignori: non valentibus filiis eas venditiones aut hypothecas euertere. Abſque dictis autem cauſis, patres res ne vendant, neque dent pignori: niſi vendant mobilia, aut immobilia quæ ſunt hæreditati oneroſa, aut etiam [b] damnoſa: vt eorum pretium aut procedat ad exoluendum æs alienum hæreditarium: aut etiam ſeruetur filio. ¶ Filii de his rebus, viuis patribus, neque rite teſtantur, neque ea vendunt, nec dant pignori. ¶ Quando autem filius eſt impubes, pater quidem rem admittit etiam eo non conſentiente, vt forte in hæreditatem: reſtitutione in integrum danda quidem filio, poſtquam fuerit ſui iuris, per quam poteſt aſſequi indemnitatem patre autem obnoxio actionibus, etiamſi admiſit nomine filii. Eum enim reprehendimus, quod admiſit hæreditatem, quam neque ipſe nunc vult habere, neque filius petita in integrum reſtitutione, & per ipſam ſe liberans ab onere hæreditatis. Filius autem ſemel reſtitutus repudiata hæreditate, non poteſt amplius eam admittere. ¶ Sin autem repudiauit quidem pater hęreditatem cum eſſet impubes filius, ipſe autem filius vel in poteſtate conſtitutus, vel ſui iuris effectus, vult eam admittere, poſſunt eius tutores vel curatores admittere hæreditatem. Non poteſt autem ipſe, cum ſemel eius tutores aut curatores admiſerint, per reſtitutionem [c] euertere aditionem hæreditatis. ¶ Hæc ipſa autem obſeruari iubemus in legatis & fideicommiſſis tam per vniuerſitatem relictis, quam ſpecialibus. Si autem filiis in poteſtate conſtitutis data fuerint mancipia, vel in [d] matrimonio vel ab externis, vt manumittantur, non poteſt pater impedire, vt qui non habeat [e] vſumfructum.

verſ. Hoc proculdubio.

§. 5. poſt pr.

v. filiis autem.

§. 6.

v. Sin vero

v. Quę &.

a THAL. Nota quod pater nihil poteſt facere eorum quæ lædunt dominium.

b THAL. Sæpe non ſunt damnoſa, ſed ſunt oneri hæreditati: eſt enim magna domus quæ ſuos redditus conſumit in extructione: adeo vt non ſit quidem damnoſa, ſed cura eſt grauis † hæreditati.

† puto inſerẽdam negationem.

c THAL. In tit. de reſtitutione in integrum dixit generaliter, quod ei qui admiſit hæreditatẽ, datur reſtitutio in integrum vt non admittat. Hic a item negauit de eadem hæreditate bis fieri reſtitutionem, etiamſi ipſe pubes factus patiatur indemnitatem.

d EIVSDEM Conſiſtit autem etiam in matrimonio hæc donatio: quoniam qui accipit, nihil lucratur, niſi ſpem iuris patroni. Spes eſt enim adhuc fore vt commmerentur facultates.

e EIVSDEM. Vtpote quod ſi non erat lex, eadem quoque in eo procedit quæſtio.

TIT. V.

Digitized by Google

Titulus V.

Actio per quam vir & vxor, ſi non ſint cognati, ſibi inuicem ſuccedunt. Ἀγωγὴ δι' ἧς ὁ ἀνὴρ ἢ γυνὴ συγγενῶν μὴ ὄντων κληρονομοῦσιν ἀλλήλοις.

LIBER XXXVIII. ff. TIT. XI.

VLPIANVS.

L. 1. in pr. ff. Vnde vir & vxor. SI [a] iniuſtum ſit matrimonium, neque competit bonorum poſſeſſio Vnde vir & vxor: neque hæreditatem ex teſtamento, aut aliquid aliud poſſunt lucrifacere. §. 1. ¶ Ad hoc autem vt competat bonorum poſſeſſio, vxorē eſſe oportet tempore mortis. Si enim ſecutū fuerit diuortium, etiamſi non eſt [b] validum, non [c] habet locum bonorum poſſeſſio. Inualidum autem dicimus quod non factum eſt obſeruatis legibus.

L. 1. C. Vnde vir & vxor. MARITVS [d] & vxor ab inteſtato inuicem ſibi in ſolidum, pro [e] antiquo iure ſuccedant, quoties deficit omnis aſcendentium vel deſcendentium vel cognatorum legitima vel naturalis ſucceſſio, fiſco excluſo. Lib. 6. C. tit. 18.

HIc tit. eſt 18. libri 6. Vt bonorum poſſeſſio peti poſſit Vnde vir & vxor, iuſtum eſſe oportet ac legitimum inter eos contractum matrimonium. Cæterum ſi illegitimum fuerit matrimonium, nunquam eſt locus huic bonorū poſſeſſioni, quando neque ſuccedunt ex teſtamento. Si enim ſe inuicem hæredes inſtituerint qui nefarie inter ſe coniuncti ſunt, non poſſunt ad adeundum petere bonorū poſſeſſionem ſecundum tabulas. Omnino enim nihil poteſt capere quiſpiam ex nefario & illegitimo matrimonio. Oportet autem ipſam quoque legitimam vxorem eſſe vxorem tempore mortis mariti, vt tunc ei competat bonorum poſſeſſio. Si autem factum eſt vt videbatur repudium, propterea autem quod non conſiſteret repudium, eſt adhuc validum matrimonium, ne ſic quidem locus eſt bonorum poſſeſſioni. Hoc autem procedit in illo caſu, quo liberta quæ nupſit patrono, ei inuito miſit repudium. Lex enim Iulia quæ dicitur De maritandis ordinibus, efficit vt hoc ſit validum matrimonium. Quinetiam lex Iulia de adulteris, excogitauit certum modum repudiorum. & ſi præter id quod lege dictum eſt, miſſum fuerit repudium, non valet quidem: ſed cōſiſtit matrimonium: & tamen quoniam ex affectione vxor diſceſſit à viro, non poteſt petere hāc bonorum poſſeſſionem. Lege lib. 24. tit. 1. dig. 3. & quæ in eo ſcripta ſunt. Memento eorum quæ dicta ſunt lib. 34. tit. 9. dig. 2. them. 2. & quæ in eo ſcripta ſunt.

b INNOM. Etiam quæ fit inter coniuges donatio, ſi fiat diuortium inualidum, eſt inualida, ſicut conſtante matrimonio. vt lib. 24. tit. 1. dig. 35. & 64.

c EIVSD. Quomodo fiat validum repudium, cognouiſti lib. 24. tit. 2. dig. 9.

EIVSD. In 43. quoque dig. tit. quinti lib. 48. dicit quod ſi præter legem miſſum fuerit repudium, non ſoluitur quidem matrimonium: qui eam autem accipit vxorem, non committit adulterium. Nam ſine dolo non committitur adulterium: dolo autem deliquit qui ſcit præter leges factum fuiſſe diuortium.

d THEOD. Si non ſit aſcendens vel deſcendens, vel alius quiuis cognatus, recte alter alterius hæredes ſunt vir & vxor bonorum poſſeſſionem Vnde vir & vxor. fiſco enim præferuntur in ſuis inuicem ſucceſſionibus. Similiter lib. 8. tit. 2. conſtit. 3. * lege autem 5. conſtitut. 24. tit. huius libri 6. L. 9. C. Quorum. bonor.

Τὸ κατὰ πόδας. Maritus & vxor. &c. Dicit itaque Thalelæus Quærimus legitimum matrimonium, vxor enim proprie vocatur coniux legitima.

THAL. Iure quoque antiquo erat hæc bonorum poſſeſſio. Quod autem vult conſtitutio accuratius dicere, hoc eſt, Antiquitus vir vocatus ad bona vxoris, & vxor ad bona viri, nihil damni accipiebat. poſtea autem lex Papia facta eſt, quæ dicta eſt decimaria, qua cauebatur vt vxor quæ vocabatur ad bona mariti ab inteſtato, acciperet decimam partem, ſi eſſet ſine liberis, & pro vnoquoque filio aliam decimam. [Hoc igitur conſtitutio infirmans dicit ſecundum ius antiquum, quod fuit ante L. Papiam, ipſos vocari legitimos vel naturales. id eſt, adgnatica vel cognatica.]

Digitized by Google

Titulus VI.

περὶ Ἀρμενίων ὥστε αὐτοὺς ἐν πᾶσι τοῖς Ῥωμαίων νόμοις ἀκολουθεῖν.

De Armeniis, vt leges Romanorum ſequantur in omnibus.

NOVELLA XXI.

HAc diuina lege ſancimus, vt apud [a] Armenios eadem obſeruentur quæ apud nos, quod attinet ad fœminarũ ſucceſſionem, & nulla ſit differentia maſculi & fœminæ. Sed quomodo noſtris legibus eſt conſtitutum quo ordine quidem ſuccedunt parẽtes, hoc eſt pater & mater, & auus & auia, & qui ſunt adhuc vlteriores, aut etiã qui eos ſequuntur, hoc eſt filius & filia, & quomodo eis ſucceditur, ita etiam ſit apud Armenios: & iura Armeniæ nihil differant à Romanis. Si ii enim ſunt noſtræ Reipublicæ, & nobis ſeruiunt cum aliis gentibus, & noſtris fruuntur omnibus: nec ſolæ fœminæ expellentur ab ea quæ eſt apud nos æqualitate: ſed noſtræ leges erunt æquales omnibus, quas & ex veteribus collegimus, & in noſtris inſtitutionibus poſuimus & digeſtis, & quæ ex legibus Imperatorum tam priorum quam noſtris deſcriptæ ſunt. Cap. 1.

APHRI vendicent ea quæ ipſis ablata ſunt tempore Vandalorum, intra quinque annos: ſiue erãt ſua, ſiue ſuorum parentum aut auorum vtriuſque ſexus, ſiue eorum qui ſunt ex tranſuerſo vſque ad tertium gradum. Niſi excludantur legitimis præſcriptionibus, ad fidem faciendam generis vtraque pars affert probationes. Omnes Aphri ſunt ſubiecti legibus Romanorum. Nou. 56. De ſucceſſoribus eorũ qui in Aphrica degũt.

Legiſti ſimiliter in præcedenti de Armeniis Nouella 113.

SANCIMVS [b] vt ſi quis ſine ſcriptis affectione matrimoniali acceperit mulierem, & filios ex ea ſuſceperit, ſoluto autem quod cum ea intercedebat matrimonio, contigerit vt ipſe aliam ducat cum inſtrumentis dotalibus, & ex ea ſimiliter ſuſcipiat filios: circa hæreditatem paternam nullum fiat præiudicium filiis natis ex muliere indotata, ſed cum aliis filiis qui nati ſunt ex ſecunda vxore, quæ cohabitauit cum inſtrumentis dotalibus, illi quoque vocentur ad patris hæreditatem, vtpote quod ex ſola affectione poſſit conſiſtere matrimonium. Quod quidem volumus ſimiliter obſeruari, etiam ſi primũ quidem cum inſtrumentis dotalibus coniunctus fuerit aliquis vxori, poſt illam autem aliam duxerit affectione matrimoniali. Nou. 117. Vt liceat matri &c. c. 3.

[a] THEOD. ARMENII viuant ex Romanorum legibus. lege 31. Nouellam: & de his plene diſces.

[b] THEODOR. Qui nati ſunt ex libera filii, in quam matrimonialem affectionem habebat pater eorum, abſque inſtrumentis dotalibus, tanquam legitimi ſuccedunt ſuis parentibus. Nota autem quod dixit liberam & non libertinam propter 68. Nouellam, quæ dixit oportere omnino fieri inſtrumenta dotalia in liberta.

LIBER

LIBER XLVI.

Titulus I.

De ſtatu hominum & diuiſione perſonarum & rerum, & qualitate earum.

περὶ καταστάσεως ἀνθρώπων καὶ διαιρέσεως προσώπων καὶ πραγμάτων καὶ ποιότητος αὐτῶν

LIBER I. ff. TIT. V.

l. 3. ff. de ſtatu hominum. l. 4. §. 1. OMNES [a] homines aut ſunt ſerui, aut liberi. LIBERTAS eſt naturalis facultas faciendi quod quis velit, niſi vi aut iure prohibeatur. ¶ Seruitus autem, eſt conſtitutio iuris gentiũ, qua quis dominio alieno cõtra naturã ſubiicitur. l. 5. in pr. & §. 1. MARCIANVS. Seruorum [b] vna eſt [c] conditio: ¶ & fiũt iure gentiũ: vt in iis qui capiuntur ab hoſtibus, & iis qui naſcuntur ex noſtris ancillis. Liberi autẽ aut ingenui ſunt, aut libertini. §. 2. ¶ Ingenui, vt qui nati ſunt ex matre libera, aut concepti, etiamſi mater pepererit redacta in ſeruitutem. Nec [d] intereſt an ex legitimo matrimonio conceperit, an non. §. 3. ¶ Quod ſi etiam ancilla prægnans ſit manumiſſa, & rurſus facta ancilla, aut ciuitate expulſa pepererit, parit ingenuum.

HIc titulus non eſt in Cod. extat autem 3.4.& 5. Inſtit.

STEPHANI. Cum didicerimus quomodo conſiſtit ius Romanorum, nunc videamus aliqua eorum quæ conſtituit. Conſtituit autem vel de perſonis, vel de rebus, vel de actionibus. Cum autem hominum cauſa latæ ſint leges, dicamus primum de ſtatu hominum, & ſic deinceps de cæteris, hoc eſt, de rebus & actionibus, & ſeruemus ordinem edicti perpetui: & his tribus hoc eſt perſonis, rebus, & actionibus, proximos & cõiunctos, vt res patitur, id eſt, vt ordo poſtulat titulos applicemus. Prima ergo & ſumma perſonarum diuiſio hæc eſt. Ex hominibus enim alii quidem ſunt liberi, alii vero ſerui. Et libertas quidem eſt naturalis facultas eius faciendi quod velit quiſpiam, niſi vis aliqua, aut lex id facere prohibeat. Seruitus autem eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. Natura enim nouit omnes homines natos liberos ab initio. Serui autem Romana lingua ex eo dicuntur, quod ipſi ſeruentur. Imperatores enim, hoc eſt, ii qui in bello victoria potiuntur, ſolent captiuos vendere, & propter ſpem venditionis eos ſeruare, & non interficere. Serui enim ex eo nominantur. Mancipia autem dicuntur, quoniam manu capiuntur ab hoſtibus.

ENANT. Atqui dictum eſt. 36 tit. 1 dig. 57. quod ſeruus non habet perſonam: & lib. 4. tit 5. dig. 4. quod caput ſeruile nullum habet ius Nam manumiſſum incipit habere ſtatum. Sed dictum eſt lib. 50. tit. 7. dig. 32. quod quantum attinet ad ius ciuile, ſerui nihil ſunt: quantum ad naturale autem, omnes homines ſunt pares.

b Seruus quidem, eſt quid indiuiduum. Liberorum autem alii quidẽ ſunt ingenui, alii vero libertini. Quiuis autem ſeruus noſtro ſubiicitur dominio, aut iure ciuili, id eſt, quod apud Romanos & ſolos obſeruatur, aut iure gentium. Et iure ciuili quidem ſeruus efficitur quiſpiam, ſi cum eſſet maior viginti annis, paſſus eſt vendi ad pretium participandum Iure gentium autem ſerui fiunt, qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Ingenui autem ſunt qui ex matre libera nati ſunt. Ad hoc autem vt ſit liber qui naſcitur ſufficit matrem fuiſſe liberam tempore partus, etiam ſi cum eſſet ancilla, conceperit. Et econtrario ſi libera concepit, poſtea autem ancilla facta ſit, qui naſcitur rurſus eſt liber. Nec refert an ex legitimis nuptiis natus ſit, an * ex fornicatione. Neque enim debet calamitas matris nocere ei qui eſt in vtero Ex hoc illud quoq. quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, poſtea autẽ ancilla facta aut expulſa ciuitate pepererit, liberum aut ſeruum pariat. Cum in his eſſet quæſtio, melius viſum eſt dicere liberum naſci, & ſuſ-

* ἐκ πορνείας.

E

fecere ei qui eſt in vteto ad hoc vt ipſe naſcatur liber, habuiſſe matrem liberam vel medio tempore conceptionis. Vt ergo paucis dicam, Qui natus eſt ex ancilla, tunc ſolum naſcitur ſeruus, quando eius mater & cum eſſet ancilla conceperit, & ancilla permanſerit, & ancilla pepererit. Hoc didiciſti etiam in 4. tit. 1. Inſtit.

c INNOM. Quod ad fortunam attinet, conſideratur in vnoquoque conditio, & ordo, & dignitas. vt lib. 7. tit. 1. dig. 15. them. 2 lege etiam finem 17. tit. huius libri.

d EIVSD Pulchre admodum, propter id quod dictum eſt lib. 6. Cod. tit. 7. Conſt. 2.

CAIVS. Libertini[a] ſunt qui ex legitima ſeruitute manumittuntur. l. 6.
PAVLVS. Qui in [b]vtero eſt, pro nato habetur in iis in quibus ſibi prod- l. 7.
eſt, & non [c]alteri. Eius certe patris bonis publicatis, accipit partem [d] bonorum. PAPINIANVS. Quod [e] male [f] compoſita fuerint inſtru- l. 8.
menta, non lædit ſtatum liberorum. IDEM. Vt [g] plurimum [h] deterioris l. 9.
conditionis ſunt fœminæ quam maſculi. VLPIANVS. [i] Herma- l. 10.
phroditus diſcernitur ex ſexu qui in eo præualet.

a Libertini ſunt qui ex iuſta & legibus cognita ſeruitute manumiſſi ſunt. Nam qui natura quidẽ eſt ingenuus errore autem ſuæ conditionis, ſolertia aliqua libertatem eſt aſſecutus, manet nihiloſecius ingenuus: quandoquidem nõ opponitur ingenuis quæ ex abundanti adiicitur libertas Hoc quoque didiciſti in primo Inſtit. Nam ingenuus etſi videatur manumitti, non fit libertus: vt multis in locis, & lib. 7. Cod. tit 14 conſtit 2.

b INNOM. Qui in vtero eſt, in iis quidem in quibus ſibi prodeſt, accipitur pro nato, adeo vt proximum cognatum impediat, ne adeat defuncti hæreditatem. Si autem prodeſt alii, pro nato nõ accipitur Neque enim qui eſt adhuc in vtero, confert ad excuſationem patris.

EIVSD. De eo quod qui eſt in vtero ſibi prodeſt & non alteri. habes lib. 50. tit. 16. dig. 231.

c ENANT. In dig. 21. 1. tit. lib. 36. dicit quod ſi fuerit mihi legatum in tempus liberorum procurationis, & deceſſero prægnante vxore, tranſmitto legatum ad hæredes. Ecce hic prodeſt iis qui mihi quomodocunq; ſuccedunt. Lege etiam de hoc diuerſa iura lib. 50. tit. 16. dig. 154. & 187. & 109. & lib 35. tit. 2 dig. 9. & lib. 35. tit. 2. the. 9. & lib. 40. tit. 4. cap. 6 & Inſtit. 1. tit. 4. & de Nothis Nouellam 81.

d INNOM. De eo quod filiis damnatorum competit ex eorum facultatibus, habes lib. 48. tit. 20. & lib. 9. Cod. tit 49.

e Non lædi ſtatum liberorum propter male facta inſtrumẽta, reſcripſit Antoninus Imperator. Quid enim ſi aliqua mulier libera, aut propter ſtultitiam, aut propter vim, aut fraudẽ, ſe in inſtrumento ſeruam vocauerit?

f INNOM. Lege lib. 2. tit. 4 dig. 26. & lib. 7 tit. 16 conſtit. 39. & finem 3. tit. lib. 22 & lib. 6 tit. 25 dig. 7. 17. 24. & lib. 28. tit. 5. dig 1. 8. & librum 50. tit. 17. dig. 82. & de inſtrumentorum ſcriptoribus Nouellam 41. them. 168 quæ dicit quod ſi præter eam quæ in ea dicta eſt obſeruationem fecerint, valet quidem contractus, ipſi autem pœnis ſubiiciuntur.

g In multis partibus iuris quod eſt apud Romanos, deterior eſt conditio fœminarum quam maſculorum. Maſculis enim permiſſum eſt gerere magiſtratus, & agnatos facere eos qui ex ipſis nati ſunt: non ita etiam fœminis.

h ENANT. Deterius hic ne acceperis de differentia cognationis quæ eſt ex genere maſculino vel fœminino, ſed quod fœmina non eſt Iudex, etſi ſit valde prudens: arcetur etiam ab officiis publicis vt lib 50. tit. 17 dig. 2.

INNOMIN. Adoptant ſimpliciter, quoniam nec naturales quidem filios habent in poteſtate. vt Inſtit 1. tit. 11. & lib 8. tit. 40. dig. 5. Et ſi quæratur apud quem ex hæredibus deponi debeat teſtamentum, vir præfertur vxori. vt lib. 22. tit. 4. dig 6. Et fœmina non poteſt eſſe Iudex quanuis ſit valde prudens, aut patrona eorum qui litigant. vt lib. tit. 52. dig. 6. Et liberti maſculorum ſenatorii ordinis, non itidem etiam fœminarum qui bona patronorum adminiſtrant, liberantur à tutela. vt lib. 27. tit. 1. dig 16. Dicit autem liber 50. tit. 17. dig. 2. quod fœminæ arcentur ab omnibus ciuilibus & publicis officiis: ideo non iudicant, non gerunt magiſtratus, non poſtulant, non intercedunt pro aliis, non fiunt procuratrices. Fœmina quoque ſequitur viri domicilium & forum, vt lib. 2. tit 1. dig 9. & lib. 5. tit. 1. dig 65. & lib. 50. tit. 1 dig. 38. 39. & lib. 12. tit. 1. c 13. Et Imperator eſt maior Auguſta vt tit. 3. huius lib. dig. 31. Et Præfectorius eſt maior fœmina conſulari. vt tit 9 dig. 1.

i Quæſitum eſt quidem Hermaphroditus cui comparetur, hoc eſt, an videatur eſſe maſculus, an fœmina. Magis tamen obtinuit eum eſſe illius ſexus qui in eo præualet. & ſi inclinat ad maſculinum, & maſculi *oſtendit appetitiones, maſculum eum nominant: ſin autem ad fœmininum, fœminam.

* ἐμψίας.

Prætermiſſ. eſt 11. dig.

PAVLVS. Eſt [a] filius legitimus, qui ex nuptiis legitimis [b] etiam ſepti- l. 12.
mo [c] menſe naſcitur. HERMOGENIANVS. Seruus [d] à capitali cri- l. 13.
mine

Digitized by Google

mine abſolutus, manet domini ſeruus, & ſi à domino non fuerit [e] de- Lege lib. 12. tit. 5. dig. 15. & lib. 28. tit. 2. dig. 6.
l.14. fenſus. PAVLVS. Non ſunt [f] filii qui contra [g] naturam naſcuntur prodigioſi. Quibus autem membra ſuperabundant, ſunt liberi. TRY-
l.15. in pr. PHONINVS. Si [h] dixero Mariam eſſe liberam ſi tres pepererit: & vno quidem partu pariat vnum aut duos, altero autem duos aut tres, poſterior
l.ead. in f. naſcitur tanquam ex [i] liberta. Quod ſi etiam dixero eam eſſe liberam, ſi dederit decem nummos, poteſt per alium conditionem [k] implere in pariendo, & deinceps parit vt libera.

a Etiam ſeptimo menſe placuit eſſe perfectum qui editur partum, cum hoc ſapientiſſimus dixerit Hippocrates Et ideo qui ſeptimo menſe naſcitur infans, eſt patri legitimus, modo ſi conceptus ex nuptiis legitimis.

b INNOM. Lege lib. 3. tit. 2. dig. 11. 12. 13. & lib. 23. tit. 1. cap. 7. & 12.

c INNOM. Si alioqui attigerit menſem ſeptimum. Vnde qui naſcitur in 102. die, non videtur eſſe conceptus in ſeruitute, matre eius manumiſſa ante 182. diē. vt lib. 37. tit. 17. in fine tertii dig.

d Seruus capitalis criminis accuſatus & fortunæ iudicii ad quęſtionem à domino datus, etiamſi ſit abſolutus, manet nihiloſecius ſeruus domini qui erat antea. quandoquidem non noxæ eum dedit dominus, ſed vt in eum inquireretur. Reuera enim deſineret eſſe in eius dominio, & per ſuas operas reſarciens quod intereſt, fit liber vel inuito domino. Hoc enim didiciſti in [illegible] tit. 4 lib Inſt.

e INNOM. Similiter lib 43. tit. 1. dig. 9. lege lib. 2. tit. 4. dig. 10. & lib. 3. tit. 6. dig. 9. & lib. 12. tit. 4. dig 15.

f Qui contra communem & conſuetam humanæ formæ & naturæ figuram naſcuntur, nō cenſentur filii, neque ſunt in poteſtate ſuorum patrum, vt verbi gratia, ſi mōſtroſum aut prodigioſum pepererit fœmina Et monſtrū quidem eſt, quod habet hominis & alterius animalis formam commixtam, vt quando naſcitur infans cornutus. Prodigioſum autem eſt, quod nulla in re, in ſua forma ſeruat figuram formæ humanæ. forte enim natus eſt habens formam canis aut porci. Quod eſt igitur monſtroſum & prodigioſum, arcetur à filiorum appellatione Partus autem qui ſuperabundat ad vſum humanorum membrorum, hoc eſt, qui habet aliquid amplius & cui humanæ naturæ nihil deeſt, fœtus is non eſt monſtroſus, nec prodigioſus. finge enim eum habuiſſe ſex digitos: is nō eſt monſtroſus nec prodigioſus: ſed vt qui videatur natus eſſe perfectus conuenienter naturæ terminis, infans annumeratur inter germanos filios patris.

g INNOM In 135. cap. 16. tit. lib. 50. dicit monſtroſum prodeſſe parentibus. lege etiam 12. dig. 2. tit lib. 28. lege dig 38 eiuſdem 16. tit. lib. 50. quod docet quid ſit oſtentum.

h Quidam ancillæ ſuæ teſtamento reliquit libertatem, ſic dicens, Areſcuſa ancilla ſi tres filios pepererit, libera eſto. libertate data ſub hac conditione, primo quidem partu peperit vnum filium, ſecundo autem tres. & quæſitum eſt de filiorum libertate quiſnam ex eis eſt liber, vt qui videatur eſſe natus ex vtero libero. Dicit autem Tryphoninus conditionē quidem libertati impoſitam impletam eſſe per ſecundum partum. non eſſe autem dubitandum quod vltimus, hoc eſt, quartus infans ſit liber vt qui ex iam libero ſcilicet vtero prodierit. Natura enim, inquit, non permittit ſimul, & vno impetu, ſeu per vnum & eundem pariendi laborem, duos naſci filios ex materno vtero: vt in incerto ordine naſcentium, hoc eſt, vt non exiſtente manifeſto quis natus ſit tertius vel quartus, ſit incertū quis ex eis natus ſit in ſeruitute aut libertate. Tertio ergo partu incipiente exiſtēs conditio effecit Areſcuſam liberā, & tanquam liberū deinceps naſci, qui poſtea naſcitur. poſtquam enim ex ſecundo nixu natus eſt tertius, quartus liber naſcitur. veluti ſi quęlibet alia conditio libertati mulieris appoſita ea parturiente extitiſſet & ſic editus eſſet partus. vt ſi ſub hac conditione aſſecuta eſſet libertatem, ſi hæredi, aut Titio dediſſet decem nummos, & poſt momentaneum tempus partus per alium impleſſet conditionem Nam hic quoque deinceps cenſetur peperiſſe vt libera. Idem eſt etiamſi eadem Areſcuſa in primo quidem partu duos filios peperit, in ſecundo autem duos rurſus alios. Nam hic quoque dici non poteſt vtrumq; filium naſci ingenuum, ſed eum qui natus fuit poſtremo loco. Quę ergo de eo fit quęſtio, dicta eſt potius eſſe facti, quā iuris. Oportet enim conſiderare quis natus ſit ordine vltimus, & eum dicere ingenuum.

i INNOM. Lege lib 50. tit 16. dig 47. & lib. 40. tit. 7. dig. themi 7.

k INNOM. Nota quod quæ conſiſtunt in dando conditiones, implemus per alios. Similiter lib 28. tit. 7. dig 28. & lib 40. tit. 7. in fine dig. 39.

l.17. *IN [a] orbe Romano qui ſunt, ſunt ciues [b] Romani. IDEM. Si [c]
l.18. prægnans [d] capitis ſupplicio damnata ſit, liberum parit: & non punitur donec pepererit: & quæ ex nuptiis legitimis concepit, & ſubiit exilium,
l.19. parit Romanum, & qui eſt in poteſtate patris. CELSVS. Qui ex [e] legitimis quidem nuptiis naſcitur, patrem ſequitur. Qui ex meretrice Lege c. 24.
l.20. autem natus eſt, matrem. VLPIANVS. Qui [f] furit, non excidit à ſuo ſtatu, aut [g] dignitate, aut magiſtratu, aut poteſtate, aut [h] dominio re-

E 2

rum ſuarum. IDEM. Quæ[i] donata fuit vt manumitteretur intra annum, poſtquam[k] paſſa eſt moram, etiamſi duodecimo tranſacto pepererit, à lege manumittitur, & parit ingenuum. L.12.
IDEM.[l] *Vulgo quæſitus eſt, qui non poteſt demonſtrare ſuum patrem: aut poteſt quidem, ſed[m] eum quem habere non licet. L.13.
VLPIANVS. Qui[n] non ex[o] legitimo naſcitur matrimonio, matrem ſequitur, niſi[p] lex ſpecialis aliquid aliud inducat. L.14.

a In orbe Romano qui ſunt, hoc eſt, * qui ſunt ſubiecti Romanis, etiamſi ipſam Romam non habitant, ſunt tamen ciues Romani ex conſtitutione Antonini Imperatoris.

b Lege lib. 47.tit.19.conſtit.17.

c Si libera prægnans vltimo ſupplicio damnata ſit, dicit diuiniſſimus Adrianus liberum naſci infantem qui eſt in vtero, & ſolitum eſſe ſeruari eam donec pepererit. Sed & ſi ei quæ concepit ex legitimo matrimonio, aqua & igni interdictum eſt, nihilominus parit ciuem Romanum & in poteſtate patris.

d Similiter lib. 48.tit 19. dig. 3. Non oportet autem ante diſſectionem ſepelire prægnantem mortuam, vt lib 11.tit.8.dig.2.

e Qui ex legitimis quidem nuptiis nati ſunt, patrem ſequuntur: & eius conditionem ſequuntur & familiam. Qui eſt autem conceptus vulgo, ſequitur matrem. lege dig. 24.

f Qui fu[illegible] cœpit, & ſtatum & dignitatem in qua fuit, & magiſtratum & poteſtatem in filios videtur retinere, ſicut etiam dominium rerum ſuarum.

g Lege dig.8 quod deinceps ſequitur. & lib. 3.tit.1.dig. 19.& 46.

h INNOM. Furor etiam qui ſuperuenit domino aut filio qui eſt in poteſtate, non tollit peculium. vt lib. 15.tit.dig. 17. Et furor impedit quidem ſponſalia & matrimonium: recte tamen conſtantia non diſſoluit. vt lib 23.tit.1.dig 8.& tit 2.dig.16.

ENANT. Et lib.5 tit.1.dig.39 quod furioſus rogatus datur Iudex, & ratum eſt quod pronunciat quando eſt ſanæ mentis. neq; enim præſtantia vel ſcientia Iudicis qui datur eſt neceſſaria. In cap autem 46. dicit. Furor ſuperueniens non facit ceſſare Iudicem: ſed propter morbum perpetuũ mutatur. In lib autem 26.tit 3.dig.8.the 2. dicit quod magiſtratus qui eſt furioſus ſeu mente captus, non recte dat tutorem, etiamſi non deſinat gerere magiſtratum.

i Donauit quiſpiam alicui ancillam vt ea intra annum manumitteretur. Ipſa autem concepit quarto menſe incipiente, & peperit exacto XII. quando oportebat eam eſſe manumiſſam. & dicit Modeſtinus ex ea infantem naſci ingenuum: finito enim anno, arripitur ad libertatem, ex Marci conſtit & deinceps vt libera liberum parit & ingenuum.

k Similiter lib 2 tit.4.dig 10.lege etiam lib.4.Cod tit.57 conſt.1.& 3.& 58.tit.16.dig.1.& lege quæ illic ſcripta ſunt.

l Illi enim dicuntur vulgò quæſiti, qui non poſſunt ſuum patrem demonſtrare, aut poſſunt quidem, ſed eum patrem habere oſtenduntur, quem habere non licet. Pone enim eos fuiſſe conceptos ex fratre & ſorore. ii autem ſpurii quoque appellantur [illegible].

m INNOM. Similiter lib 2.tit.4.dig.5.

n Iure naturali ſeu iure gentiũ, qui non naſcuntur ex legitimo matrimonio, maternã ſequuntur conditionem, niſi aliquid aliud lex inducat ſpecialis. Tunc enim fit in poteſtate patris, vt qui datus eſt curiæ, & is in quo proceſſerunt inſtrumenta dotalia. Memento cap.19.

INNOM. • natus, neque eſt cognatus, neque affinis vt lib 38. tit.10. cap.4 & in Nouella de nothis. & lib.5.tit.27.cap. & in Nouella de modis quibus liberi fiunt legitimi. •

o INNOM. Lege cap.19.& Inſtit 3.tit 5.

p Vt dictum eſt in muneribus lib.50.tit.1.dig.1.

IDEM. Poteſt[a] ſententia libertum facere ingenuum, ſi pronunciatum ſit eſſe ingenuum, etiamſi ſit[b] libertus. Res[c] enim iudicatæ accipiuntur pro veris. L.15.
IVLIANVS. Qui eſt[d] in vtero, vt[e] plurimum habetur pro nato, & ſit hæres. L.16.
¶ & ſi prægnans mater capta fuerit ab hoſtibus, habet ius poſtliminii, & ſequitur conditionem[f] patris vel matris. Eius quoque qui natus eſt ex muliere furtiua apud poſſeſſorem bonæ fidei, vſu dominium[g] non acquiritur, vt qui ſit furtiuus, cum mater prægnans ſurrepta ſit. Libertus[h] quoq; videtur habere patronum, quandiu poteſt naſci filius patroni. v.Nam &c.
VLPIANVS. Eum[i] qui ſe libertinum[k] eſſe fatebatur, olim nec adoptans patronus ingenuum facere poteſt ſecundum ius antiquum: nunc vero omnes liberti ſunt ingenui. L.17.

a Si liberto de ſtatu ſuo moueatur quæſtio, ingenuum autem eum Iudex pronunciet, is cenſetur

tur eſſe ingenuus, etiamſi reuera eſt libertinus. Iudicis enim ſententia pro veritate accipitur.

b INNOM. Ingenuum quoque ſententia facit libertinum, vt lib. 38. tit. 14. [dig 13.]

c INNOM. In multis locis ſita eſt hæc regula, & lib. tit. 17. c. 207. [Similiter tit. 14. dig. 8. & multis aliis in locis. lege lib. 23. tit. 2. dig. 42. & lib 40 tit. 16.]

d Qui in vtero ſunt, in toto pene iure ciuili accipiuntur pro natis: legitimæ enim eis reſtituuntur ſeu ſeruantur hæreditates. A me autem dictum eſt Pene, propter id quod dictum eſt in dig. 7. Tunc enim qui eſt in vtero, imitatur eum qui eſt in natura, quando ſibi magis prodeſt quam alteri. Et ſi prægnans mulier ab hoſtibus capta fuerit, id quod natum eſt habet ius poſtliminii. & ſi conceptum quidem fuerit ex legitimis nuptiis, patris familiam ſequitur poſt poſtliminium. Sin autem ex non legitimis, matrem. Quod ſi etiam ancilla prægnans ſurrepta fuerit, quamuis apud bonæ fidei emptorem pepererit, furtiuum videtur eſſe id quod natum eſt, & ideo non vſucapitur.

e INNOM. Dictum eſt Vt plurimum, quoniam patri non prodeſt ad excuſationem. vt lib. 27. tit. 1. dig. 2. neque petit bonorum poſſeſſionem tanquam iam natus. Lege 9. tit. lib. 37. Habetur autem hæc regula Inſtit. 2. & 3. tit. 1. lege etiam 7. dig. huius tit. & lib. 4. tit. 4. dig 45.

f INNOM. De hoc lege librum 4. tit. 6. dig. 15. the. 3. & 1. conſtit. 8. tit. 8. lib. Cod.

g ENANI. In 11. dig. 2. tit. lib. 6. dicit partum furtiuæ vſucapi. quod quidem oportet intelligere quando fuit conceptus poſt furtum. hic autem ſurrepta fuit prægnans, & videtur eſſe pars eius, vt habet textus lib. 25. tit. 4. dig. 1. Sunt autem alia quoque iura pulcherrima de hac vſucapione lib. 41. tit. 3. dig. 4. *circa medium. Lege lib. 6. Cod. tit. 2. conſt. 12. & lib. 7. tit. 16. conſtit. 3. & lib. 41. tit. 1. dig. 10. & 33. & 44 & tit. 4. dig. 9. & tit. 10. dig. 4. & lib. 47. tit. 2. dig. 48. & lib. 50. tit. 16. dig. 26. & lib. 25. tit. 4. c. 1. & lib. 7. Cod. tit. 26. conſt. 3. * vel in ꝑim.

h His conſequens eſt dicere, quod quandiu poſthumus patroni ſperatur naſci, videtur patronū habere libertus, & eſt eo iure quo ſunt qui habent patronum. Quocirca quod lege debetur patrono, ei quoque qui eſt in vtero debet relinquere libertus. Et ecce hic quoque vidiſti quomodo qui eſt in vtero, in iis quæ ſibi proſunt, imitatur qui eſt in natura.

i Eum qui ſe libertinum eſſe fatetur, non poteſt patronus ne adoptando quidem facere ingenuum. Scias autem quod ſolus patronus, & non aliquis alius, poteſt libertum adoptare, vt in tit. 7. huius lib. dig. 15. dicit Vlpianus.

INNOM. Lege tit. 7. digeſt. 15. & 45. & ſeq. lib. tit. 4. dig. 10. & lib. 23. tit. 2. dig. 31. & lib. 50. Cod. tit. 47. dig. 3.

Titulus II.

De mutatione ſtatus.

LIBER IV. ff. TIT. V.

VLPIANVS.

l. 2. in pr. ff. de capite minutis. HOc [a]edictum loquitur de parua prioris ſtatus mutatione. In eos qui magnam & mediam inciderunt non agitur, ſed in eos qui bona eorum acceperunt. Præterm. eſt 1. cap.

§. 2. ¶ Qui [b]poſtquam contraxit (matrimonium,) paſſus eſt mutationem ſtatus, ſiue ſit vir ſiue ſit fœmina, manet obligatus naturaliter. Si enim poſtea cum eis contraxit, ſibi imputet. Interdum autem in eum quoq; datur actio, & citra vllā controuerſiam in arrogato. Nam tanquam [c]filius qui eſt in poteſtate, obligatur ex ſuis contractibus. videtur delendum. Lege lib. 5. tit. 6. dig. 36. them. 1. Lege dig. 14

§. 3. ¶ Non abſoluitur à delictis qui ſubiit ſtatus mutationem.

§. 4. ¶ Qui debitorem ſuū arrogauit, non habet in eum [d] actionem poſtquam factus [e] eſt ſui iuris.

§. 5. ¶ Hoc iudicium eſt perpetuum, & datur hæredibus & in hæredes.

HIc titulus non eſt in Cod. eſt autem 21. primi Inſtit.

a STEPHANI. Pertinet hoc edictum ad eas ſolas capitis diminutiones quæ libertatem conſeruant & ciuitatem. Siue enim à ciuitate, ſiue à libertate exciderit quiſpiam, vt qui mediam aut magnam ſubierit capitis diminutionem, ceſſat hoc edictū. neque poſſunt, qui magnam paſſi ſunt capitis diminutionem, conueniri. Dabitur plane actio in eos ad quos bona eorum peruenerunt.

b Dicit Prætor. Si vir aut mulier poſtquam fecit contractum, ſit capite diminutus, do in eos a-

Digitized by Google

ctionem perinde ac ſi non ſubiiſſent capitis diminutionem. Atque hæc ſunt quidem verba Prætoris. Oportet antè dicere cauſam propter quam Prætor propoſuit hoc edictum. Nam quoniā mortem imitatur capitis diminutio, futurum erat vt eorum qui cum ipſis contraxerant actionem effugerent, qui poſtea paſſi erant capitis diminutionem, dicentes, Iure ciuili videmur eſſe mortui, neque oportet vos nobis afferre moleſtiam. Et propterea Prætor propoſuit hoc edictū, ex quo in eos mouetur actio reſciſſoria, dicente actore: Perinde ac ſi non ſubiiſſes capitis diminutionem. Atque hæc quidem, vt dixi, ſunt verba Prætoris, & ſcopus huius edicti. Dicit autem Vlpianus, quod qui ſubierunt capitis diminutionem & ſe forte dederunt in adoptionem, pro cōtractibus quidem quos fecerunt ante capitis diminutionem, manent naturaliter obligati in ſolidum. Iure ciuili enim videntur mortui. Et ideò Prætor dat in eos in ſolidum † formulam reſciſſoriam, quoniā obligantur naturaliter. Solet autem Prætor ſemper ſuccurrere iure naturali. Si autem poſt capitis diminutionem quis cum eis contraxerit, quod ad edicti quidem verba attinet, ſibi debet imputare nullum habens auxilium. Sed tamen interdum etiamſi poſt capitis diminutionem fuerit cum eis contractum, datur in eos actio, neque vllus labor erit ei qui contraxit, ſi contractū fecerit cum eo qui ſe dedit in arrogationem: tenetur enim arrogatus, vt quilibet filiusfamilias. Hæc de contractibus. Nullus enim à criminibus abſoluitur nec liberatur, etiamſi ſubierit capitis diminutionem. Quid ſit autem illud, Interdum datur actio, diſces Vlpiano hoc tibi nunc declarante. Dicit enim quod ei qui ſuum debitorem arrogauit, non reſtituitur actio ſoluta arrogatione. Ergo nec ſi cum eo cōtraxerit tempore arrogationis. Memento autem omnino eorum quæ tibi ſunt tradita in primo tit. huius lib. dig. 2.

dig. 1. tit. 17. & lib. 44. tit. 1. ff. *c* INNOM. Ex omni enim cauſa tam pecuniaria quam criminali obligatur filiusfamilias, ſicut is paterfamilias, & in eū agitur vt lib. 6. tit. 1. dig. 57. & lib. 16. tit. 3. dig. 39. licet patri non defendere arrogatum. ſed tunc creditores per magiſtratum accipiunt ea quæ ſunt acquiſita. vt Inſtit. 3. tit. 10. Lege librum 1. tit. 7. dig. 45. & lib. 33. tit. 8. dig. 7. & lib. 15. tit. 1. dig. 42. & lib. 2. tit. 14. dig. 20.

d INNOM. Similiter lib. 5. tit. 1. dig. 11. in quo dicit quod inceptum iudicium ſoluitur arrogatione.

e INNOM. Hoc poteſt intelligi ex hoc edicto. Nam generali ratione quæ dicit quod ſoluta adoptione omnia perinde fiunt ac ſi nunquam facta fuiſſet adoptio, dici poteſt exiſtere actionem ſoluta adoptione.

Similiter lib. 1. tit. 7. c. 2. & Inſtit. 1. tit. 11. Lege etiam lib. 5. tit. 10.

PAVLVS. Qui [a] patrem ſequuntur arrogatum, patiuntur ſtatus l. 3. in pr.
mutationem, mutant enim familiam, in alterius poteſtatem redacti vna cum patre. ¶ Filii quoque [b] qui fiunt ſui iuris, ſuſcipiunt mutationem ſta- §. 1.
tus. Non ita etiam ſerui qui [c] manumittuntur. Seruile enim caput [d] nullum ius habet. MODESTINVS. † Nunc enim incipit ſtatum habere. l. 4. † Hodie.
PAVLVS. Amiſſione [e] ciuitatis fit ſtatus mutatio, vt in [f] exilio, & [g] l. 5. in pr.
¶ transfugæ, & qui à ſenatu ſententia vel lege hoſtes ſunt iudicati, adeo §. 1.
vt ciuitatem amittant. ¶ Parua [h] ſtatus mutatio iura publica non peri- §. 2.
mit: manet enim & Senator & [i] Magiſtratus & Iudex. VLPIANVS. l. 6.
Priuata & familiæ iura perimit, non etiam tutelas. PAVLVS. Præter l. 7. v. Sed legitimæ.
quam eas quæ deferuntur ex lege XII. tabularum: legitimæ enim tutelæ & hæreditates perimuntur. non etiam quæ dantur teſtamento tutelę, ¶ nec quæ noua lege ſunt introductæ, ſicut nec quæ noua lege competunt [k] hæreditates, vt in matre & in filio. v. Ex nouis.

l. Inſtit. 1. tit. 10. & Inſtit. 1. tit. 11.

a Liberi quoque qui ſimul cum patre trahuntur in adoptionem, ſubeunt capitis diminutionē, cum poſt patris arrogationem ſint in poteſtate alterius, & priorem mutent familiam. Ergo & qui à patre non alicui externo datus eſt in adoptionem, ſed iis in quibus etiam transfertur poteſtas, ſubit capitis diminutionem.

b Siue filius ſiue filia, ſiue ut ſemel dicam, quiuis alius, qui eſt in poteſtate, fuerit emancipatus ab eo qui eum habet in poteſtate patitur capitis diminutionē. Nemo enim poteſt fieri emancipatus niſi prius in imaginariam deductus ſit ſeruitutem, & ficta quædam in eo fit venditio. Aliud eſt in ſeruis qui manumittuntur. Seruile enim caput nullum ius habere cenſetur, & ideo manumiſſum non ſuſcipit capitis diminutionem.

c INNOM. Qui manumittitur, & rurſus redigitur in ſeruitutem, homo nouus eſſe videtur. vt lib. 34. tit. 4. dig. 37. & lib. 40. tit. 3. dig. 98. th. 7.

d INNOM. Similiter Inſtit. 1. tit. 16. Lege ſimiliter lib. 14. tit. 3. dig. 4. & lib. 43. tit. 1. dig. 57. thema 2. & lib. 50. tit. 17. dig. 32. quòd, quod ad ius quidem ciuile attinet, ſerui nihil ſunt: quòd ad naturale autem, omnes homines ſunt pares.

e Qui ciuitatem amittit, patitur capitis diminutionem. Amittit autem ciuitatem cui aqua & igni eſt interdictum. *f* INNOM. Sicut ſe habet in aquæ & ignis interdictione. at id dicit in 16. tit. primi Inſtit. mediæ capitis diminutionis hanc eſſe pœnam, & ſolam perimere ciuitatem;

non

non etiam libertatem. In 5. autem dig. 13. tit. lib. 50. eam dicit eſſe magnæ capitis diminutionis, & perimere libertatem. [l. cognitionum. de extraord. cognition.]

g Qui ad hoſtes defecerunt, ſubeunt capitis diminutionem, ſicut etiam illi quos ſenatus vel indicans vel decernens hoſtes eſſe ſtatuit, vel lege ab ipſo lata, adeo vt ii ciuitatem amittant. Dicit autem etiam Calliſtratus in 14. dig. ſeq. tit. quod qui ad hoſtes defecerunt, nec ius quidem habent poſtliminii.

INNOM. Transfugæ nec ius quidem habent poſtliminii. vt tit. 6. dig. 14. ſi ſint autem tutores, eſſe non deſinunt. vt lib. 26. tit. 1. dig. 15.

ENANT. Lege etiam lib. 48. tit. 13. c. 3. & tit. 19. cap. 2. In 16. quidem tit. 3. Inſtit. dicit mediæ ſtatus mutationis hanc eſſe pœnam, & ſolam perimere ciuitatem, non etiam libertatem. In *tertio autem cap. 13. tit. 50. lib. eam dicit eſſe magnæ, & adimere libertatem. Ex 22. autem Nouella hæc pœna mutata fuit in exilium.

*Imo quinto.

h Operæpretium eſt hic conſiderare quænam ſunt quæ amittuntur per capitis diminutionem. Et primum quidem conſideremus de illa capitis diminutione, quæ alicui accidit ſalua ciuitate, hoc eſt, de parua capitis diminutione, per quam iura publica ſeu officia conſtat non amitti. Siue enim Magiſtratus, ſiue Senator, ſiue Iudex patitur paruam capitis diminutionem, manet nihilominus habens ius publicum, nempe Magiſtratum, ordinem Senatorium, iuriſdictionem. nam alia quoq; publica officia [non] extinguuntur capitis diminutione. Capitis enim diminutio perdit ſolū priuata iura eius qui eam paſſus eſt, & eius familiæ, non etiam ciuitatis, hoc eſt, officia ciuilia. Scis aūt quod parua capitis diminutio non poteſt perimere omnia iura legitima. ea enim ſola poteſt perimere quæ ab initio fuerunt excogitata à legibus XII. tabularum. non etiam quæ poſt leges XII. tabularum, ab aliis legibus vel ſenatuſconſultis vel conſtitutionibus data ſunt. neque tutelas poteſt perimere capitis diminutio exceptis illis tutelis quæ deferuntur perſonis quæ ſunt iuris alieni: hoc eſt, quæ manſerunt in poteſtate vſq; ad mortem patris. Sed non tutelas quæ deferuntur lege XII. tab. Tutelæ enim quæ dantur à legibus XII. tab. non deferuntur emancipatis propter eis factam capitis diminutionem. Teſtamento ergo dati tutores vel à lege aliqua, vt verbi cauſa Attiliana & Iuliotiçiana, quæ nunc ex conſtitutione [dat tutores,] & qui ſunt tutores ex ſenatuſconſultis, & vt ſemel dicam, ſi non à lege XII. tabularum vocentur ad tutelam, etiamſi paſſi ſint paruam capitis diminutionem, manēt nihilominus tutores. Qui dantur à legibus XII. tabularum tutores legitimi, perimuntur etiam per paruam capitis diminutionem. Nam legitimæ quoque hæreditates quæ deferuntur agnatis ex legibus XII. perimuntur per capitis diminutionem. Eſt autem ratio manifeſta. Eas enim tutelas & hæreditates dant agnatis leges XII. tab. Deſinunt autem eſſe agnati poſt capitis diminutionem, poſtquam incipiunt ſequi aliam familiam, ſed à legibus quæ latæ ſunt poſt XII. tabulas, & hæreditates & tutelæ vt plurimum ſic deferuntur, vt magis perſonis inhæreant naturaliter, & non intereant per capitis diminutionem, vt Tertullianum & Orphicianum ſenatuſconſultum, dat illud quidem matri filiorum hæreditatem, hoc autem filiis quoq; ſimiliter hæreditatem matris. Nota autem quod etiam ſenatuſconſultum vocauit legem. In tutelis autem dictum eſt pleruaque, propter capitis diminutionem eius qui eſt ſub tutela. Scis enim te didiciſſe ex 22. tit. primi Inſtit. quod pupillo patiente paruam capitis diminutionem, omnis tutela perimitur.

i INNOM. Magiſtratum enim gerere eſt publicum. vt lib. 1. tit. 1. dig. 2. & iudicare. vt lib. 5. tit. 1. dig. 87. Dicit autem liber quoque primus tit. 6. dig. 9. quod in publicis, is qui eſt in poteſtate, accipitur pro patrefamilias, vt in gerendo magiſtratu vel tutela.

k ENANT. 118. Nouella vocat propinquiorem, non faciens differentiam cognati qui per maſculinam lineam deſcendit, vel fœmininam. Quamobrem capitis diminutio non perimit legitimas hæreditates vel tutelas. Hæc enim conſtitutio dicit quod vbi eſt hæreditas, illic eſt etiam onus tutelæ.

l ENANT. Ex noua lege ſuccedunt omnes qui ex ſenatuſconſulto vel conſtitutione ſunt hæredes. vt lib. 5. tit. 3. cap. 3. dig. 1.

¶ Iniuriarum [a] actio & obligationes quæ veniunt ex delicto ſequuntur [b] caput. ¶ Si quis [c] fuerit redactus in ſeruitutem, & à domino ſuo non defenditur in ſolidum: qui eum habuit obligatum, mittitur in poſſeſſionem rerum ad eum pertinentium. ¶ Non ſit [d] reſtitutio aduerſus eum qui [e] amiſit ciuitatem, & [f] nudus exulat. CAIVS. Obligationes quæ naturalem habent dationem, non perimit mutatio ſtatus: vt in actione de dote. PAVLVS. Nam quandocunque emancipata mulier agit de dote.

§. 1.
§. 2.
§. vlt.
l. 8.
l. 9.

a Iniuriarum, nec non & aliarum actionum ex delicto venientium obligationes ambulāt cum capitis diminutione. [non extinguitur capitis diminutione.]

b INNOM. Si enim liber peccauerit, & ſeruus factus ſit, locus eſt noxali. vt Inſtit. 4. tit. 8. propter regulam quæ dicit, Noxa caput ſequitur. vt lib. 9. tit. 4. dig. 2.

c Si quis qui contraxit & eſt obligatus, eam paſſus eſt capitis diminutionem quæ etiam amittit libertatem, vt qui forte fuit in ſeruitutem redactus vt ingratus, vel dedit ſe ipſum ad pretium participandum, nō datur in eum formula reſtitutoria, quam Prætor dare conſueuit in eum qui ſe ipſum

dedit in adoptionem: quia nec prætoria iuriſdictio patitur ſeruum ita obligari, vt in eum ſit actio: ſed datur vtilis ſeu in factum actio aduerſus dominum eius ſerui. & niſi eum defendat in ſolidum, mittitur in poſſeſſionem bonorum quæ habebat is qui factus eſt ſeruus. Hoc autem intellige in contractuum obligationibus. Nam quæ non naſcuntur ex contractibus, non pereunt capitis diminutione, & ſuperfluum eſſet in iis tractare de reſtitutione.

d Si quis amiſerit ciuitatem, paſſus mediam capitis diminutionem, non datur in eum formula reſtitutoria, neque enim patitur æquitatis ratio, vt in nudum & exulem agatur ab iis qui cum ipſo contraxerunt. Scis enim te didiciſſe ex 2. ff. huius tit. quod qui eius bona accipiunt, ſunt obnoxii iis quæ aduerſus ipſum competunt actionibus.

e INNOM. Sed agitur aduerſus eos qui bona ipſorum acceperunt. [vt in 2. ff.]

f INNOM. Textus habet Exulat. proprie autem exilium ſignificat aquæ & ignis interdictionem. Quæ autem non ſunt huiuſmodi, dicuntur relegationes, vt lib. 48. tit. 1. ff. 2. Et exilium quidem vt † [tacita] ſequitur bonorum publicatio, non ita etiam relegationem. vt lib. 48. tit. 20. ff. 4. & tit. 22. ff.

† [illegible] [legendum [illegible].]

g Obligationes quæ naturalem habent exactionem, hoc eſt quæ ex bono & æquo conſiſtunt, non amittit capitis diminutio. Ciuilis enim ratio, hoc eſt lex, iura naturalia non poteſt corrumpere. Itaque ſi puella fuerit emancipata, manet nihiloſecius habens actionem de dote: quoniã conſiſtit ex bono & æquo, & poteſt eam, vt dixi, mouere poſt capitis diminutionem. Hoc enim dicit Paulus in ſequenti ff. Naturales itaque obligationes, non illas intellexeris, ex quibus non naſcitur omnino actio, ſed quæ conſiſtunt ex æquo & bono. Manet ergo, vt dixi, habens actionem de dote. vt eam poſſit etiam emancipata mouere. Clarum eſt ergo quod in legitimis & ſtrictis exactionibus opus eſt vtilibus actionibus.

MODESTINVS. [a] Annuum, & menſtruum, & habitationis legatum, perimitur morte legatarii, ſed non [b] ſtatus mutatione. L.10. PAVLVS. Tres [c] ſunt mutationes ſtatus: magna, media, minima. L.11. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, cognationem. Magna ergo, tria perimit. Media autem ciuitatem, ſed non libertatem. Minima autem mutat ſolam cognationem.

a Quod in annos ſingulos vel menſes relictum eſt legatum, & ſimiliter etiam habitatio, morte quidem legatarii extinguitur: ſed non itidem capitis diminutione. Tale enim legatum in facto potius quam in iure conſiſtit. Quæritur enim an ſit ſuperſtes legatarius. Quæ autem in facto potius quam in iure conſiſtũt, perimere neſcit legis accurata ſubtilitas: vt etiam didiciſti in 27. ff. huius operis de pactis. In facto autem dicit hæc legata conſiſtere, quoniam ſingulis menſibus quærimus an viuat legatarius. Eius enim morte extinguuntur legata & habitatio.

b INNOM. Vſusfructus perimitur parua capitis diminutione. vt Inſtitut. 2. tit. 4. & lib. 3. tit. 10. & lib. 3. Cod tit. 33. Conſtit. 15. lege lib. 33 tit. 1 ff. 8.

c Didiciſti etiam in 16. tit primi libri Inſtit. quod tres ſunt capitis diminutiones: magna, media & minima. Tria enim ſunt quæ habemus: libertatem, ciuitatem, familiam. Magna ergo capitis diminutione. & libertas, & ciuitas, & familia amittitur. Media autem ſola ciuitas & familia, non etiam libertas. Parua autem capitis diminutione ſola familia, non autem libertas aut ciuitas. Parua enim capitis diminutio eſt prioris ſtatus mutatio.

Titulus III.

[illegible]

De rerum diuiſione, & earum qualitate.

LIBER I. ff. TIT. VIII.

CAIVS.

RERVM, aliæ quidem ſunt iuris diuini, aliæ vero humani. Diuini quidem, vt ſacra & monimenta, & muri & portæ, & ſunt in nullius dominio. Quæ autem ſunt humani, ſunt in alicuius bonis. Sunt tamen quædam quæ ſunt nonnunquam in nullius dominio, vt hæreditas, [a] quæ non eſt adita ab hærede. Quæ autem ſunt humani, ſunt vel publicæ vel priuatæ. Publicæ ſunt nullius, ſed cõmunitatis. Priuatæ

l. 1. in pr. ff de diuiſione rerum & qualitate.

Digitized by Google

Priuatæ ſunt ſingulorum: & earum quidem aliquæ ſunt corporales, vt
§. 1. quæ cadant ſub tactum. ¶ Aliæ autem incorporales, vt quæ [b] in iure conſiſtunt, & actionibus, & ſeruitutibus: licet vt plurimum corporalia nobis acquirantur per iura & actiones.

a Stephani. Hic titulus non eſt in Codice, eſt vero in Inſtit. lib. 2. tit. 1.] Cum dixerimus quæ oportebat de iure perſonarum, & earum ſtatu: nunc dicamus etiã de rerum diuiſione. Prima & ſumma rerum diuiſio in hæc duo principia deducitur & diuiditur. Rerum enim aliæ ſunt diuini iuris, aliæ humani. Et diuini quidem iuris ſunt res ſacræ & religioſæ. Et ſacræ quidem ſunt quæ ſunt Deo conſecratæ. Religioſæ autem, quæ ſunt deputatæ * iuſtis ſeu ſepulturæ defunctorum. Sanctæ quoque res veluti muri & portę ciuitatis, quodammodo diuini iuris ſunt. Vt in tuto enim ſimus efficiunt, & nos muniunt. Quamobrem etiam ſanctæ appellantur. Quæ autem ſunt diuini iuris, ea ſunt in nullius bonis, vt quæ ſunt ſoli Deo conſecratæ. Quæ autem ſunt humani iuris, vt plurimum ſunt in alicuius bonis. Recte dixi Vt plurimum, fieri enim poteſt vt eæ aliquando ſint in nullius bonis. Res enim hæreditariæ, priuſquam adierit aliquis & hæres extiterit, non ſunt in bonis alicuius, ſed creduntur eſſe ſine domino. Earum autem quæ ſunt humani iuris: aliæ quidem ſunt publicæ, aliæ vero priuatæ. Publicæ autem non cenſentur eſſe in bonis alicuius. Videntur enim eſſe ipſius vniuerſitatis. Priuatæ autem ſunt quæ inueniuntur in dominio ſingulorum. Præterea rerum aliæ quidem ſunt corporales, aliæ vero incorporales. Et incorporales quidem ſunt quæ tactu ſcilicet aut viſu cõprehenduntur: vt ager, homo, veſtis, aurum, argentum, & aliæ denique res innumerabiles. Incorporales autem ſunt, quæ tactu aut viſu ſcilicet non comprehẽduntur: quales ſunt quæ in iure cõſiſtunt, ſicut hæreditas, id eſt, * ius hæreditatis [incorporale,] & vſusfructus, & obligationes quoquo modo contractæ. Nec quidem refert quod in hæreditate inueniantur res corporales. Nam & fructus qui ex agro percipiuntur, ſunt corporales: & tamen vſusfructus eſt incorporeus. & id quod ex aliqua debetur obligatione, eſt vt plurimũ corporale: vt debetur mihi fundus, vel ſeruus, vel pecunię. A me autem dictum eſt Vt plurimum, propter vſumfructum & ſeruitutes, vt ſi quis ſtipulatus eſt vſumfructum aut ſeruitutem. Hic enim propter verborum obligationẽ debetur ſeruitus & vſusfructus † quæ ſunt incorporalia. Nullam ergo inducit differentiam quod in hæreditate & vſufructu, & in obligatione inueniantur res incorporales. Nam ipſum ius hæreditatis & ius vſusfructus, & ius obligationis ſunt incorporalia. Et quæ per incorporale tranſeuntur corporalia, reducuntur in eundem numerum, hoc eſt incorporalia ſunt [&] iura prædiorũ vrbanorum & ruſticorum, hoc eſt, ſeruitutes agrorum & ædium. Atq; dicit lib. 5. Inſt tit. 17 & lib. 28. tit. 5. dig. 30. & lib. 30. dig. 115. & lib 31. dig. 56. & Inſtit. 2. tit. 20. & lib. 41. tit 1. dig. 34. & tit. 2. dig. 24. quod hæreditas ante aditionem ſuſtinet perſonam defuncti. In 24 autem dig 2. tit lib. 46. dicit eam ſuſtinere perſonam hæredis. In 13. autem dig. 24. tit. lib. 43. dicit hæreditatem eſſe dominam rerum. & lib. 11. tit. 1. dig. 15. quod hæreditas eſt loco domini.

* [illegible]

* [illegible]

† [illegible]

b Innom. Interdum enim ſtipulamur vſumfructum & ſeruitutem, quæ quidem ſunt incorporalia.

l. 2. Marcianvs. [a] Quædam ſunt omnium, quædam vniuerſitatis,
§. 1. quædam nullius, quædam ſingulorum. ¶ Omnium ſunt, aer, aqua pro-
l. 4. §. 1. fluens, mare, & littus maris. Idem. Flumina quoque [b] pene, & portus Prætermiſſ. eſt 1.
l. 5. ſunt publici. Caivs. Ripæ [c] fluminis vſus eſt publicus, & licet volenti nauem applicare, & onus in ripa reponere, & retia ſiccare, & in fluminibus nauigare, & funes in arboribus in ripa natis religare. ſed dominium ripæ & arborũ quæ in ea ſunt, ſunt domini agrorum in quibus ſitæ ſunt.
l. 6. §. 1. Marcvs. Vniuerſitatis [d] ſunt, quæ ſunt communia ciuitatum: vt thea- Prætermiſſ. eſt 1. thema huius c.
v. Ideoq. trum, ſtadium, & ſimilia. ¶ † Vnde de ſeruo ciuitatis, vt qui ſit vniuerſitatis, & non ſingulorum, & pro ſingulis, & contra ſingulos tormentis habetur quæſtio. Et libertus ciuitatis non petit veniam, ſi in ius vocet aliquem ex ciuitate. † l. 1. de quæſtionibus. Quære lib. 7 tit. 8. c. 10.

a Hic Marcianus incipit facere aliam rerum diuiſionem, & ſic dicit: Rerum, aliæ quidem iure naturali ſunt communes omnium, aliæ autem vniuerſitatis ſeu vniuſcuiuſque ciuitatis, aliæ vero nullius: plurimæ autem ſingulorum quas ex variis & diuerſis cauſis vnicuique aſſignamus. Et iure quidem naturali communia ſunt omnium aer & aqua perennis, & mare, & propterea littora quoq; maris. Item lapilli & gemmæ, cæteraque quæ in littoribus inuenimus, ea iure naturali ſtatim noſtra fiunt. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen abſtineat à villis & ædificiis, hæc enim non ſunt communia omnium hominum ſicut mare. Idque & diuiniſſimus Pius piſcatoribus Formianis & Capenatis reſcripſit. Sunt autem hæc locorum vocabula. Atque hæc quidem de mari & littoribus maris. Sed & flumina pene omnia, & portus publici ſunt, ſeu illius ciuitatis in qua ſunt.

Digitized by Google

† vel potius ꝑpter aquas non perénes.

b INNOM. Illud Pene dixit propter torrentes.†

c Riparum quæ ſunt in fluminibus, non dominium, ſed vſus eſt publicus iure gentium, hoc eſt communia omnium qui ſunt ſub illa ciuitate in qua eſt fluuius, hoc ipſo apud omnes gentes obſeruato. eo enim ſpectat illud iure gentium. Eſt ergo publicus vſus riparum, quæ ſunt in fluminibus, ſicut etiam vſus ipſius fluminis. Eſt itaq; vnicuiq; liberum nauem ad eas applicare, & funes ibi natis arboribus religare, & retia ſiccare & ex mari trahere, & onera in eis reponere, ſicut liberum eſt vnicuiq; per flumen nauigare. Riparum ergo quæ ſunt in fluminibus, & ipſorum fluminum vſus eſt publicus, fluuii autem & ripæ dominium eſt illorum qui iuxta prædia poſſident. Itaque & arbores quæ illic naſcuntur, ſunt eorundem, nempe eorum qui prædia iuxta poſſident.

d Vniuerſitatis ſunt ſeu ciuitatis vniuſcuiuſq., & non ſingulorum, quæ in ciuitatibus ſunt theatra & arena, & cætera huiuſmodi, & ſi qua ſunt alia communia ciuium. Et ideo nec communis ſeruus ciuitatis cenſetur eſſe ex parte ſeruus vniuſcuiuſque, ſed ipſius vniuerſitatis. propterea & contra ciuem, & pro ciue poſſe torqueri hunc ſeruum, dicunt reſcripta Principum. Et ideo, hoc eſt quoniam non vniuſcuiuſq; ciuis eſt ex parte ſeruus, ſed † communiter & citra diuiſionem vniuerſæ ciuitatis, merito nec libertus ciuitatis volens aliquem ciuium in ius vocare, neceſſe habet ex edicto veniam petere, & ſic eum in ius vocare, vt cuiuslibet libertus. Similiter lib. 40. tit. 18 ff.

† Ac plurium libertus eſt libertus omnium pro parte.

INNOM. Niſi eſt ſyndicus qui vocatur ciuitatis. vt lib. 2. tit. 4. ff. 10. lege lib. 4. Cod. tit. 20 ff. 8. De pœna autem eius qui vocauit ſuum parentem aut patronum, lege lib. 2. tit. 4 ff. 11. 12. 15. 16. & 24.

¶ Sacra [a] res eſt quæ eſt [b] publice conſecrata. quæ enim ſunt priuatæ, §. 3.
non ſunt [c] ſacræ, ſed prophanæ. Sin autem dirutū fuerit ædificium, ma-
net [d] locus [e] ſacer. ¶ Monimentum [f] facit vnusquiſque mortuum infe- §. 4.
rens in locum ſuum. ¶ In communi ſepulchro licet ſocio, vel inuito al- v. in commune.
tero ſocio, ſepelire. Et in alieno loco, concedente vel [g] admittente domi-
no, ſepeliens aliquis id facit monimentum. ¶ Cenotaphium [h] non eſt §. vlt.
monimentum. VLPIANVS. Non [i] licet lædere, aut aliquid immitte- l. 7.
re muris, cuiuſmodi ſunt muri ciuitatis. MARCIANVS. Sacra, & in ciui- l. 8.
tatibus, & in agris conſecrantur. VLPIANVS. Locus [k] publicus non l. 9. §. 1.
fit ſacer ſine iuſſu Imperatoris. ¶ Locus in quo ſacra reponuntur, non §. 2.
eſt ſacer: ſed vtilis ſacris. & ſi ſacra transferantur, liberatur. ¶ Leges §. 3.
quoque [l] ſunt ſanctæ. Interdum qui in ſacra [m] aut muros peccat, capite
punitur. ¶ Muros [n] ciuitatum [o] nec renouare quidem licet ſine iuſſu §. 4.
Imperatoris aut Præſidum. ¶ Sacrum [p] non poteſt [q] æſtimari. QVOD §. vlt.
[r] in mari ædificatum fuerit, fit priuatum: & quod mare occuparit, fit pu- l. 10.
blicum. QVI [s] violat murum, vel per ipſum & non per portam in- l. [illegible]
greditur, capite tanquam [t] hoſtis punitur. Nam & Remus fuit occiſus
quod muros tranſcendere voluerit.

a Sacræ res religioſæ, & ſanctæ ſunt ſub nullius dominio. Et ſacræ quidem res ſunt quæ publice conſecratæ ſunt, & non priuatim. Si quis ergo priuatim ſibi ſacrum conſtruxerit, is prophanum facit non ſacrum quod factum eſt. Æde autem ſemel conſecrata & ſacra facta, etiamſi poſtea dirutum fuerit ædificium ſolum nihilominus manet ſacrum. lege lib. 18. tit. 1. ff. 73.

† Voci cauſa ſiue adprocatia.

b ENANTIOP. Res autem quæ offertur † in oblatione, non eſt ſacra. vt lib. 50. tit. 12. cap. 2. In 11. autem ff. tit. 13 lib. 48. dicit priuatum quoque ſacrum.

c INNOM. Priuatum quoque ſacrum nominauit lib. 48 tit. 13. cap. 11. Dicit enim quod qui priuata ſacra furantur minus quidem puniuntur quam ſacrilegi, ſed plus quam fures. vbi ergo dixit eſſe differentiam, eſt euidens quod nomine ſit abuſus.

d INNOM. Lege ff. 7. primi tit. lib. 7.

e INNOM. Id quod eſt ſacrum, poteſt fieri priuatum. vt lib. 45. tit 1. ff. 83. & 91.

ENANTIOPH. Similiter lib. 18. tit. 1. ff. 73. lege autem lib. 45. tit. 1. cap. 86. thema 4. & ff. 91. thema 1.

f Locum religioſum, non publice ſed ſua voluntate vnuſquiſque poteſt facere, in quo reliquias reponit in loco ſuo. In ſepulchro autem communi, hoc eſt quod iam factum eſt religioſum, poteſt ſocius etiam inuitis ſociis ſepelire. Sed & in alienum locum, conſentiente tamen domino, poteſt aliquis inferre reliquias. Quod ſi etiam non id conceſſit ab initio, ſed poſtquā illatæ ſunt reliquiæ, ratum habuit eius Dominus, fit locus religioſus. Cenotaphium quoque magis placuit eſſe religioſum teſtimonio Virgilii, qui ponit Andromacham cenotaphium conſtruxiſſe Hectori poſtquam ipſe fuit interfectus, & Troiæ ſepultus. lege caput ſequens, Ex Virgilii ergo teſtimonio cenotaphium videtur eſſe religioſum, ſed eſt reſcriptum Imperatoris quod vult contrariū, cenotaphium non eſſe religioſum

g In-

Digitized by Google

g INNOM. Sin autem ratum non habuerit, locus eſt iis quæ habentur in 7. ff. 7. tit. lib. 11.
h Cuiuſmodi ſit cenotaphium, diſces lib. 11. tit. 7. ff. 6.

i Noſti quid ſit ſacrum & quid religioſum. Nunc diſce quid ſit ſanctum. Sanctum eſt quod ab hominum iniuria defenſum atque munitum eſt. Sanctum autẽ dictum eſt à ſagminibus*. Sagmina autem ſunt herbæ quædam quas legati pop. Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret, ſicut legati Græcorum ferunt ea quæ vocãtur *κηρυκεῖα. Non ſolum autem Romæ muri & portæ, ſed etiam vniuſcuiuſque vrbis prouinciarum muri & portæ ſunt ſanctæ, vt dicit Sabinus. Dicit autem oportere prohiberi ne quid in eos committatur.

* Id eſt, ἀπὸ τῶν ϑαλλῶν. * alias κηρύκια.

k Sacra ſunt quæ publice Deo conſecrata ſunt, ſiue in ciuitate, ſiue in agro. Sciendum eſt autem locum publicum tunc ſolum fieri ſacrum, cum Princeps eum conſecrauerit, vel conſecrandi dederit poteſtatem. Illud autem notandum eſt, aliud eſſe ſacrum, & aliud ſacrarium. Nam ſacrum quidem eſt locus Deo ſpecialiter conſecratus, ſecundum eam quæ à nobis dicta eſt obſeruationẽ. Sacrarium autem locus eſt in quo vaſa ſacra reponuntur, quod etiam poteſt fieri in loco priuato. Is enim quandiu quidem ſunt in eo vaſa ſacra, quodammodo ſacer eſſe videtur. Iis autem hinc tranſlatis in alium locum, eſt priuatus. INNOM. Lege lib. primum Cod. tit. 11. conſtit. 3.

l Illa proprie ſancta eſſe dicimus, quæ nec ſacra nec profana ſunt, ſed ſanctione ſeu veneratione quadam ac reuerentia confirmata, hoc eſt, quodammodo videntur eſſe †colenda, ac veneranda: vt leges ſanctæ ſunt, quandoquidem ſanctione quadã nituntur. Quod enim ſanctione quadam†ſubnixum eſt ſeu confirmatum & conſeruatum, hoc eſt ſanctum, etſi non ſit Deo conſecratum. Et eſt interdum in legum ſanctionibus, hoc eſt, cum fiunt leges aut etiam muri, vt qui aliquid committit in ea quæ fiunt aut decernuntur, damnetur capitali ſupplicio. Muros autem ciuitatum nec renouare licet ſine iuſſu Imperatoris aut authoritate Præſidis: nec aliquid eis coniungere, hoc eſt, adiungere ædificia, aut eis imponere, hoc eſt, ſuperædificare.

† σεβάσμια. † ἐπηρεισμένον.

m INNOM. In textu dicit quod ſancta nec ſunt religioſa, nec profani [iuris ſunt:] & quod ſancta dicuntur ab herbis quæ ſic dicuntur, quas legati Romanorum ferebant ne violarentur ab aliquo, ſicut legati Græcorum κηρύκια. In primo autem tit. 2. lib. Inſtit. dicit ſancta eſſe quodammodo iuris diuini.

n EIVSD. Lege caput vndecimum.

o EIVSD. De renouatione ſeu refectione murorum oportet Imperatorem conſuli à Præſide. vt lib. 60. tit. 10. ff. 6.

p MODESTINVS. Res Deo conſecrata non recipit æſtimationem.

q INNOM. Venditur autem pro redemptione captiuorum & propter debita, cum diſtinctione vt continet Nouella.

r Sicut id quod in mari ſtat, id eſt, in littore maris eſt ædificatum, facit locum priuatũ: ita etiam locus priuatus à mari occupatus, fit publicus.

s Si quis violauerit ſeu pollucrit muros, capite punitur. Videtur autem polluere muros qui ſcalis admotis, aut quouis alio modo eos tranſcendit. Neque enim licet Romanis aliã quam per ipſas portas è muris egredi. Muros enim tranſilire, & hoſtile eſt abominãdum. Dicitur certe Remus frater Romuli ob id fuiſſe occiſus, quod muros tranſilire voluerit & aggreſſus ſit.

t INNOM. Lege ff. 9. & lib. 41. tit. 6. ff. 2. & 3 & lib. 49. tit. 16. ff. 3. duobus them. ante finem. Similiter id quod hic ſcriptum eſt, in quo dicit quod qui foſſam tranſilit, à militia remouetur.

LIBER XLVII.

Titulus I.

De Donationibus, quæ fiunt in vita.

περὶ δωρεῶν τῶν ἐν τῇ ζωῇ.

LIBER XXXIX. ff. TIT. V.

PAVLVS.

l. 1. in pr. ff. de donationib.

DONAT [a] aliquis, vel ſine conditione, & ita vt auferri non poſſit, ex liberalitate & munificentia: quæ etiam proprie appellatur [b] donatio. Vel quando aliquid ſecutum fuerit, quod eſt donatio ſub conditione. Aut ſine conditione quidem, ſed vt ſi aliquid eueniat, ea reſoluatur, quod eſt donatio quæ reſoluitur ſub

Digitized by Google

conditione,cuiuſmodi eſt donatio cauſa mortis,¶ & donatio quæ fit[b] §. 1.
[c] ſponſam hac mente vt eam recipiat niſi factæ fuerint nuptiæ. IDEM. 2. in pr.
[d] Filius meus[e] iuſſu meo recte promittit tanquam donans,& dat fideiuſ-
ſorem. ¶ Si vero ego dono,recte iubeo eum promittere ſi debet. Idem §. 1.
etiam in extraneo mihi debente. ¶ Si autem eum qui volebat tibi dona- 2.
re,feceris mihi promittere,ſiue tanquam mihi donans,ſiue tanquã cre-
ditor tuus,valet. ¶ Sin autem tanquam qui tibi debeat,cum nihil debe- §. 3. & 4.
ret,habet exceptionem & incertam actionem. ¶ Quod[f] à me tibi dona- §. 5.
tum eſt ſub conditione,etiamſi poſt mortem meam euenerit conditio,
fit tuum ¶ Sed non quod à me ad te miſſum eſt,& non[g] me viuo[h] tradi- §. 6.
tum. ¶ Si[i] tibi donauero decem nummos vt emas Petrum,& mortuus §. vlt.
ſit Petrus,manent apud te, niſi aliàs non dediſſem niſi vt Petrum eme-
res: eo enim mortuo † eos recipio,[k] cauſa enim differt à conditione. †per conditionē.

Prætermiſſū eſt tertium digeſt.

HIc tit.eſt 53.8.lib.Cod.Multæ ſunt ſpecies donationum. Aliquando enim donat aliquis ea mente, vt ſtatim velit rem fieri accipientis, propter nullam aliam cauſam id faciens;niſi ſolum vt liberalitatem exerceat,& appareat munificus eius animus. hæc proprie donatio appellatur. Interdum donat aliquis vt res tunc fiat accipiẽtis quando aliquid ſecutum fuerit,& ea nõ vocatur proprie† abſoluta donatio,ſed magis ſub conditione. Si quis autem donat hac mente,vt ſtatim quidem rem faciat eius qui accipit, ſed ſi aliquid factum fuerit,aut nõ fuerit, velit rem ad ſe reuerti,ne hoc quidem proprie appellatur ſimplex donatio,ſed donatio quæ reſoluitur ſub conditione, qualis eſt donatio cauſa mortis. Igitur cum dicimus inter ſponſum & ſponſam donationem valere,propria appellatione vtimur, & quod dicitur factum demonſtramus,quoniam à ſponſo proficiſcitur donatio,qui liberalitatis cauſa donat ſponſæ, vt res ipſas faciat eius dominii,nec vnquam vllo caſu ad ſe reuertantur. Cum vero dicimus aliquem donare hac mente ſponſæ ſuæ,vt ſi nuptiæ non fuerint ſecutæ, res ei auferatur, nihil dicimus priori contrarium: ſed concedimus inter eas perſonas fieri donationem, ſed eam quæ fit ſub conditione.

† ἁπλαλυμέν.

b INNOM. Donum & munus ſignificat donationem. quod autem inter ſe differant,ſcies ex lib 50.tit.16.ff.18.194.216.& tit 17.eiuſdem lib.ff.81.

c ENANT. De his donationibus diuerſa tradita eſt regula lib.5.Cod tit.3.Conſtit.15.16.

d Si filius qui eſt in poteſtate,volens aliquid dare; iuſſu patris promiſit, valet donatio perinde ac ſi fideiuſſorem dediſſet pro donatione. Si vero pater donaturus Titio pecunias, iuſſerit filium ſuum eas promittere,multum intereſſe dicimus vtrum filius debet patri naturaliter hanc quantitatem,an non. Nam ſi filius quidem tantum pecuniæ debet patri quantum promiſit perinde valet donatio,ac ſi pater iuſſiſſet alium debitorem promittere Titio cui volebat donare. Si autem ego quoque volens donare Titio,decem tibi nummos volenti dare mihi tantam quantitatem, iuſſero ei promittere, eſt inter nos omnes perfecta donatio. Aliud eſt ſi exiſtimans te debere, iuſſi vt illi promitteres cui volebam donare. Tunc enim tu,qui cum nihil mihi deberes, promiſiſti,potes vti exceptione doli,ſi aduerſus te agatur. Potes etiam aduerſus eum qui eſt ſtipulatus,habere incertã condictionem,cogens eum vt ſtipulationem ſoluat acceptilatione. Si autem alicui qui putabatur eſſe tuus creditor, iuſſiſti me promittere exiſtimantem tibi debere, rurſus habeo doli exceptionem ſi aduerſus me agatur,& mouens etiam incertam condictionem,conſequor vt mihi fiat acceptilatio.

e INNOM. Nam ſine iuſſu patris non donat filiusfamilias,vt ff.7.

f Si pecuniam mihi dederit Titius abſque vlla ſtipulatione,ea conditione vt tunc nummi mei fiant cum Conſul factus fuerit Titius ſiue furore correpto eo qui iam mihi dedit,ſiue mortuo,Titius factus fuerit Conſul: efficior dominus mihi donatæ pecuniæ. Si quis autem volens mihi donare pecuniam, eam alicui dederit vt ad me afferret,& priuſquam ad me deferretur pecunia, mortuus ſit is qui mihi eam donauerat,pecunia non ſit mei dominii.

g INNOM. Me enim moriente,aut eo cui mandatum erat,ſoluitur mandatum.vt lib 17.tit.1. ff.5.26.[27.58.& lib.4.C.tit 35,Conſtit.5 & Inſtit.3.tit.26.]

h INNOM. Niſi tu medium interpoſuiſti.tunc enim videtur impleta fuiſſe donatio.vt lib.24. tit.1.cap.11 them 4 & 5.& cap.15 them 1.lege huius tit cap.10.19 them.4 & 5.

i Titio donaui decem nummos ea conditione vt Stichum ſeruum eis ſibi emeret.Sed mortuus eſt is Stichus priuſquam emeretur. Quæro an aliqua actione poſſim nummos recipere.& reſpondet Iulianus quæſtionem eſſe magis facti quam iuris. Nam ſi ſic quidem in hoc dedi nummos vt emeretur Stichus quos alias non eram ei donaturus niſi vt emeretur Stichus, mortuo Sticho habeo condictionem ad nummos repetendos. Sin autem etiam abſque emptione Stichi eram nummos daturus propterea autem eos dedi hac conditione, quoniam voluit interim emi Stichum, & hanc cauſam dixi in donatione cauſam donationis magis dixi quam conditionem. Vnde etiã Sticho mortuo nummi manent apud Titium. Et generaliter definimus in donationibus multũ in-

..eſſe

tereſſe an quæ dicuntur ſint donationis cauſa,an conditionis. Et ſi eſt quidem cauſa, ceſſat repetitio.Sin autem conditio,locus eſt repetitioni.

INNOM. De legatis quæ ſic relinquuntur, lege lib. 35.tit.1.ff.71.

l. 5. POMPONIVS. Etiam[a] per intermediam perſonam[b] donamus. Et
l. 6. in pr. [c]inhoneſta donatio valet, vt in meretricem[d]. IDEM. [e]Si quis mihi do-
nans iuſſerit ex agro ſuo excindere lapidem, ſtatim cum excidero,effi-
cior[f] eius dominus ex traditione. Et ſi poſtea prohibuerit me ipſum acci-
peré.non deſinit eſſe meus. Et * mercenarius meus eum excindens, mi- * μισθωτὸς.
hi excindit. Sin autem emero aut tibi dedero mercedem, vt lapidem ex
agro tuo mihi eximere patiaris:ſi prius quidem quam exciderim, te pœ-
v. Quod in. nituerit,manet tuus lapis Sed ſi poſtea:meus eſt tanquam traditus ¶ Ea-
l. 7. in pr. dem etiam de arbore dicimus. IDEM. [g]Filius qui eſt in poteſtate, etſi
§. 1. ei permiſſum ſit adminiſtrare peculium,non[h] recte donat ¶ ſine[i] iuſta
§. 2. & 3. cauſa: ¶ niſi hoc quoq; ſit ei permiſſum, ¶ aut cum ſit[k] alicuius dignitatis, Similiter lib.
§. 4. non ſit prohibitus donare. ¶ Mortis autem cauſa ne[l] donet ſine volun- 14 tit. 16.ff. 3.th 4.
§. 5. §. vlt. tate patris, ¶ etſi ei ſit permiſſum donare generaliter: ¶ niſi habeat caſtrē-
ſe peculium vel quaſi caſtrenſe.

a Et per mediam perſonam interpoſitam impleri poteſt donatio.

b INNOM. Dicit autem lib 31 c 50. quod & hæredi & legatario,& ei qui accepit donationem cauſa mortis,poſſamus ſubſtituere,& videtur qui donauit per primum, donauiſſe ſecundo. Et lib. 8 Cod.t t.54 conſt. 3.quod ſi rem alicui donauero vt eam tibi donet poſt certum tempus: etiam ſi non ſis ſtipulatus,habes vtilem,& poſt mortem tuam hæres tuus.

c Affectionis gratia & honeſtæ & inhoneſtæ facta valet donatio Et per honeſtam quidem affectionem donamus gratis amicis vel cognatis noſtris: per inhoneſtam autem gratificamur meretricibus.

d ENANT. Mulieri autem quæ ex turpi cauſa mihi eſt cognita,nihil recte relinquo in teſtamēto,vt lib.29.tit.1.ff.40.the.2.ſed id ad fiſcum pertinet.vt lib.34.tit.9.ff 14. Quod autem meretrici datur, non repetitur vt lib.12.tit 5.ff.4. Sed ſi eſt ſeruus qui dedit, in eam domino competit ſerui corrupti actio.vt lib 11.tit 3 ff 16.

e Si quis mihi permiſerit [petram vel magnum] lapidem ex agro ſuo excindere tanquam mihi donans, ſimul atque lapis eſt exciſus, fit mei dominii, & nec propterea quod me prohibuerit poſtea euehere,deſinit eſſe mei dominii. Videtur enim quodam modo meus eſſe factus traditione.Nā & ſi mercenarius meus excidit lapidem, eum mihi excidit. Sed & ſi is qui mercede data à me miſſus fuerat vt excinderet,cum me pœnituiſſet,interim eum excindit,hic quoque lapis eſt meus. Videtur enim, vt dictum eſt,mihi tradi quando exciditur voluntate domini. Quod autem dictum eſt in lapide qui excinditur,hoc etiam in arbore quæ excinditur,eodem modo obtinet.

INNOM. Et ſi prohibitus fuero eum accipere, moueo actionem de dolo. vt lib.4 tit.3.c.34 & actionem ad exhibendum.vt lib.19.tit.5.ff.16.

f Filiusfamilias nihil poteſt donare, etiamſi habeat liberam peculii adminiſtrationem. Neque enim ad hoc ei conceditur libere adminiſtrare peculium vt eius aliquid perdat. Quid ergo ſi iuſta cauſa motus donauit? Forte enim eum qui prius ei donauerat, vel de eo erat bene meritus,eſt remuneratus. Et magis videtur hanc valere donationem. Si vero pater concedens filio liberam peculii adminiſtrationem,ſpecialiter dixerit poſſe etiam eum donare,ſine dubio valet facta ab eo donatio. Nonnunquam autem etiam ex perſona filiifamilias valet facta ab eo donatio. Si enim poſuerimus ſenatorem aut alicuius alterius dignitatis eſſe filiumfamilias: pater ei concedens liberam peculii adminiſtrationem,videtur ei etiam concedere vt donet, niſi ei ſpecialiter hoc facere prohibuerit Quemadmodum autem quamuis aliam donationem prohibitus fuit facere filiusfamilias, ita nec mortis cauſa donare poteſt. Nam ex voluntate quidem patris poteſt mortis cauſa donare. Non volente autem patre,nec ea quoque valet donatio.Illud autem ſciendum eſt,quod ſi abſolute permiſerit filio donare, non etiam mortis cauſa donare poteſt filius niſi ſpecialiter fuerit ei permiſſum donare. Hæc autem omnia quæ dicta ſunt de filiisfamilias, intelligamus de iis qui non habent caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia peculia. Qui enim habent hæc peculia, & alias donationes & mortis cauſa donationem poſſunt facere, citra vllum impedimentum. Nam poſſunt etiam facere teſtamentum.

g INNOM. Sin autem iuſſu patris aut voluntate donauerit, videtur pater donare,vt ff.9.the. 3.

EIVSD. Forte propter non minus antidoron.vt lib. 2. tit.14.ff.28 them.3.

h INNOM. Quinam ſunt qui ſunt alicuius dignitatis,oportet te hoc ſcire.Senatores enim ſunt qui ſunt ex patriciis vſque ad illuſtres vt lib. 1.tit. 9 ff.12. In dignitate autem conſtituti ſunt qui eos ſequuntur,vt Comites Tribuni,& alii.vt lib.12.C.ex [10.tit.]vſq; ad 20.

INNOM. Lege & 16. ff.1.tit.lib.27.

i INNOM. Similiter tit.6.ff.24.in quo dicit quod [nec]volente patre teſtatur.

PAVLVS. [a] Libertus patrono præſtans miniſteria pro libertate, L.8.
non videtur ei ea donare. POMPONIVS. [b] Gratis habitare eſt do- L.9. in pr.
natio. Et aliquo tempore non exigi debitum. ¶ Si [c] fundum tibi dona- §.1.
uero, fructus quos ex eo percipis, nõ computantur in quantitatem [d] do-
Lege ff. 11. nationis. Sin autem fructus donauero, ipſi computantur. ¶ Si [e] voluntate §.2.
aut iuſſu meo donarit filius qui eſt in mea poteſtate: aut extraneus qui-
dem, rem autem meam ſuo nomine, ego videor donare. [f] Donatio do-
minum facere debet eum qui accipit. ¶ Non recte autem ponat quiſ- §. vlt.
piam alicui, id quod non poteſt poſſidere.

a Libertus patrono ſuo præſtans operas, non videtur ei eas donare, quoniam pro ei impoſita libertate eas ſoluit.

b Sine mercede habitationis habitare in domo aliena, eſt ſpecies donationis. Id enim ipſum videntur capere, quod mercedem non præbent pro habitatione. Poteſt enim etiam abſque eo quod exiſtat corpus donatum, valere donatio: veluti ſi cum debitore meo pactus fuero ne intra quinque annos petam debitum.

INNOM. Hoſpites enim & qui grates habitant, non poſſident precario. vt lib. 43. tit. 26. ff. 15.

c Si ex donato mihi fundo percepero fructus: non computantur in quantitatem donationis. Sed ſi non fuit fundus mihi donatus, ſed facultas percipiendi fructus, tunc fructus ſolum computantur in donationem. Si ergo verbi gratia, fuit mihi donatus fundus ſecundum leges quæ hodie ſeruantur, qui æſtimatur quingentis ſolidis: ſi ex eo paucis poſt diebus accepero redditus quinquaginta ſolidorum, non poteſt quiſpiam arguere donationem, vt quæ ſupra quingentos ſolidos in me facta ſit ſine actorum inſinuatione. Neque enim computantur fructus in donationem.

INNOM. Quæ enim ſunt ſupra quingentos ſolidos donationes, opus habent inſinuatione, exceptis paucis caſibus vt lib. 8. Cod. tit. 53. conſt. vltima. Quod ergo quingentos ſuperat ſolidos, eſt inualidum. Et ſi exiſtit quidem vendicatur Sin autem eſt conſumptum, exigitur inquantum factus eſt ditior. Nam qui ex iniuſta donatione aliquid poſſidet, quod ſine cauſa vel ex iniuſta cauſa poſſideat, actionem patitur. vt lib 24. tit. 1. ff. 5. in fine. & ff. 6. In litis autem conteſtatione quærimus an factus ſit ditior, vt ff. 7. eiuſdem tit.

e Si filiusfamilias vel iuſſu patris, vel eius voluntate donauerit, perinde eſt ac ſi ipſe pater donauerit, aut ſi mea voluntate tu rem meam dones Titio tuo nomine.

f Quæ non poſſunt eſſe dominii cuiuſpiam, ea non poſſunt ei donari: vt mancipium Chriſtianum perſonæ hæreticæ.

INNOM. De huiuſmodi legato lege lib. 30 ff. 40. 103. & lib. 31. ff. 49. them. 2. Potes enim ea tractatus huc quoque trahere, dicens legatum quoque eſſe donationem relictam in teſtamento. vt lib 31. ff. 36.

PAVLVS. Abſenti [a] recte dono, rem mittens, vel quæ eſt apud ipſum L.10.
Lege ff. 2. the cedens. Priuſquam autem ſciuerit donationem, vel rem acceperit, non
fit dominus, etiamſi ſeruo eius rem ferendam dedero. Sed ſi dedi vt il-
9 tit. lius ſtatim fiat, fit dominus. CAIVS. Cum [b] quantitas donationis quę- L.11.
ua ritur, nõ reputatur fructus aut partus, neque* penſiones, nec mercedes.
μιϑώματα. VLPIANVS. Qui [c] eſt obligatus ex donatione, in quantum facere pot- L.12.
eſt, [d] condemnatur: & detrahit quæcunque debet creditoribus, niſi eis
quoque debet ex donatione, IDEM. Si cum [e] velles mihi donare, L.13.
rem tradideris communi ſeruo meo & alterius, aut meo procuratori,
quacunque mente acceperit, mihi [f] acquirit. VLPIANVS. Qui [g] alie- L.14.
num fundum donationis cauſa excolit, quæ in eum [h] iniecta ſunt facit il-
lius dominii, nec propter impenſas habet donationem. MARCIA- L.15.
Lege ſeq. tit. ff. 7. NVS. Si is qui [i] donauit, capitali ſupplicio eſt damnatus, non valent quæ
ab ipſo poſt crimen admiſſum factæ ſunt donationes.

a Quando abſenti aliquem miſero, vel res meas quæ ſunt apud ipſum, ei tanquam ſuas habere permiſero, ei recte fit donatio. Si autem ignorabat quiſpiam rem quæ eſt apud ſe, ſibi fuiſſe donatam, aut etiam ſibi ab aliquo miſſam non acceperit, [etiamſi per ſeruum eius ei miſſa ſit] non fit rei miſſæ dominus, niſi ea mente ſeruo eius res data ſit, vt ſtatim per ipſum ſeruum acquiratur domino.

b Quando quæritur de modo donationis, [neque partus] neque fructus rei donatæ, neq; mercedes [neque penſiones] creduntur donari, ſed ea ſola res quæ principaliter eſt donata.

c Qui

Digitized by Google

c Qui eſt obligatus ex donatione, ex diui Pii conſtitutione conuenitur ſolum inquantum facere poteſt deductis iis quæ ab ipſo debentur creditoribus. Sed ſi aliquibus aliis debeat: ipſis quoque ex donatione ea non detrahuntur.

d Innom. De iis qui condemnantur inquantũ facere poſſunt, lege lib. 42. tit. 1. ff. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 30. 31. 40. & lib. 17. tit. 1. ff. 63. 37. & lib. 3. tit. 3. ff. 51. & lib. 23. tit. 3. ff. 84. & lib. 24. tit. 3. ff. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & lib. 8. tit. 17. ff. 172. Si autem debetur multis ex donatione, eſt melior conditio præuenientis, vt lib. 22. tit. ff. 19. Lege 30. & 41. in quo dicit quod qui dolo deſiit poſſidere, iuramento in litem ſubiicitur, & condemnatur in ſolidum.

e Cum mihi velles donare, communi ſeruo meo & Titii rem tradidiſti, ille autem ſic accepit poſſeſſionem, vt qui vellet ſoli Titio acquirere, vel nobis ambobus & quæſitum fuit de hoc caſu, & placuit etiam ſi ſeruus hac mente acceperit vt vel ſoli ſocio meo, vel mihi & illi res acquireretur, mihi tamen ſoli res acquiratur. Nam & ſi procuratori meo res fuerit tradita hac mente vt ea mihi acquireretur, ille autem tanquam ſibi donatam rem acceperit, ei nihil prodeſt: ſed mihi totum acquirit.

f Enant. In fine 37. ff. 1. tit. lib. in eodem caſu dixit nihil eſſe quod actum eſt quod quidem oportet intelligere † ſummo iure: quod hic autem dicitur, † ex æquitate, ſicut in ſimili in 25. ff. 4. huius tit. & quod de procuratore dicitur, ſitum eſt in dicto 37. ff. tit. 1. lib. 41. Lege eiuſdem lib. tit. 2. ff. 2 in quo dicit quod oportet ſeruum velle nobis acquirere poſſeſſionem Nam ſi miſero ſeruum meum vt poſſideat, ille autem nomine Titii poſſederit, non mihi acquirit. † [illegible] † [illegible]

g Si quis donandi animo alienum agrum coluerit nullam habet retentionem, propter impenſas factas in cultura: nam ſtatim quæ in agrum iniecta ſunt ſemina pro eo colendo, efficit dominii eius qui eſt agri dominus.

h Innom. Cedunt enim ſolo. Sin autem non coluit cauſa donationis, ei prouidetur exceptione doli, vt in principio 9 ff. 1. tit. lib. 41. Lege etiam lib. 6. tit. 1. ff. 53 & lib. 22. tit. 1 ff. 23.

i Enant. Atqui fructus eſt, qui eſt poſt impenſas quæ procedunt dum ipſe fit & colligitur & cuſtoditur, vt lib. 5. tit. 3. ff. 36. & lib. 18. tit. 2 ff. 40. & lib. 24. tit. 1. ff 9 & lib 7. C. tit. 51. conſtit. 1. Qui admiſit crimen capitale, non poteſt amplius recte donare quæ ad ipſum pertinent. Si enim omnino fuerit condemnatus, retro infirmæ & inualidæ exiſtunt donationes.

l. 16. Vlpianvs. Si ſic [a] ſcripſero, Sciant hæredes mei, veſtem & res quas habebam tempore mortis meæ, me viuum donaſſe meis libertis: ex benignitate fiunt liberti rerum domini. l. 17. Idem. Si [b] ei qui eſt mihi condemnatus, & per nouationem iudicatum promiſit, fecero donationis cauſa acceptilationem, valet liberatio eorum quæ * debebantur. l. 18. in pr. Idem. Cum [c] donatio mixta eſt cum contractu, non naſcitur obligatio, §. 1. ¶ vt quando dono tibi ſeruum vt poſt quinque annos eum manumittas: quoniam habet aliquid donationis, [d] non poſſum ante quinq; annos tecum agere. Sin autem dedi tibi vt eum ſtatim manumittas, quoniam res nihil habet donationis, eſt obligatio. Porro autem in primo quoq; caſu oportet attendere mentẽ eorum qui contraxerunt. Poteſt enim etiam abſq; donatione apponi quinquennium. §. 2. ¶ Si is autem ſeruus inuentus fuerit alienus, vſu [e] eius dominium acquiritur, propterea quod in re ſit [f] donatio. Idem etiam in mortis cauſa donationibus. §. vlt. ¶ Si rem alienam mihi donaueris, & in eam multos ſumptus fecerim, & euicta fuerit, non habeo aduerſus te actionem, niſi de dolo, ſi per dolum mihi donaueris.

Lege 1. & 3. the vlt. ff. & 26.

* obligatio innominata. [illegible]

Lege lib. 12. tit. 1. ff. 61. & lib. 8. Cod. tit. 44. conſt. 8.

a Si quis ſic ſcripſerit, Sciãt hæredes mei, vniuerſam veſtem meam & res cæteras quas in * tempore mortis meæ mecum habeo, donaſſe me illi & illi libertis meis, placuit ex benigna interpretatione libertos effici dominos dictarum rerum.

* [illegible]

b Si quis * à creditore qui eſt ei cõdemnatus, nouandi animo iudicatum ſit ſtipulatus, & poſteà cauſa donationis infert acceptilationem, valet eius liberalitas.

* videtur legendum debitore.

c Quando donationis & contractus ſimul mixta eſt intelligentia, dicit Ariſto non conſiſtere obligationẽ in caſu donationis. & ſic retulit Pomponius eum dixiſſe. Dicit certe, ſi ſeruũ meum tibi tradidero ad hoc vt poſt quinquennium ipſe manumittatur, non poſſum ante quinquennium tecum agere, quoniam ineſt in re donatio. videor enim tibi cõceſſiſſe quinque annorum ſerui miniſterium. Aliud eſt ſi ob hoc tibi dedi ſeruum, vt eum ſtatim manumittas: hic enim nulla eſt donatio, & ideo habet aduerſus te obligationem quæ poſtulat vt vel mihi ſeruum reddas, vel eum manumittas. Et in primo caſu in quo conuenit poſt quinquennium ſeruum manumittere, oportet nos attendere mentem eorum qui contraxerunt: poteſt enim quinquennium non ad hoc eſſe poſitum vt tibi donem ſerui miniſterium, ſed ſæpenumero propter aliam cauſam. Idem Ariſto dice-

Digitized by Google

bat, Si tibi tradidero ſeruum vt poſt quinquennium eum manumittas, ſit autem alienus: quæritur an interim eum poſſis vſucapere, quia donationis aliquid habet contractus. Hæc autem quæſtio tractatur etiam in mortis cauſa donationibus, an poſſit vſucapere qui accepit. Et placet ſi ad hoc eſt donatus vt poſt quinquennium manumittatur, abſque vllo impedimento poſſe eum interim vſucapi. Porro autem Labeo quoq. illud recte dicebat quod ſi mihi donaueris rem alienam, & in eam ſumptus magnos fecerim, & tunc à me euicta ſit, nullam habeo actionem in eum qui donauit. Sed ſi per dolum mihi donaris rem alienam, poſſum mouere actionem de dolo.

d INNOM. Memento eorum quæ de his quæſtionibus dicta ſunt lib. 12. tit. 4. c. 5. lege etiam lib. 17. tit. 1. ff. 27. the. 2.

e INNOM. Difficiliter vſucapitur res mobilis, vt cum ratione dictum eſt Inſt. 2. tit. 6. Illud autem difficiliter, dictum eſt, quoniam poteſt vſucapi iis modis qui dicti ſunt in eodem titulo, & lib. 41. tit. 3. ff. 36. 37.

f ENANT. Lege lib. 12 tit. 4. ff 5. the. 2. & lib. 37 tit. 1. ff. 27. them. 2.

De his lege lib. 50 tit. 12 & maxime 1. ff. quod habet distinctionem. Lege ff. 2. the. 4.

IDEM. Si quis [a] tanquam donans, promiſerit ciuitati: ſi quidem propter aliquem honorem promiſerit, tenetur. Sin minus: non tenetur. l. 19. in pr.
¶ Pro [b] cauſa quæ præceſſit dare, nó eſt donatio †, vtputa quod tibi adfui, vel quod pro te ſatiſdedi, vel vſus es mea vſura mea opera. §. 1. §. 2.
¶ Non [c] volenti non acquiritur donatio. ¶ Si [d] tibi volens donare, mutuo dedero Petro, vt tibi ſoluat: & poſt mortem meam tibi ſoluerit: efficeris dominus pecuniæ: quoniam accepiſti à domino, ſiue meam mortem ignorabat, ſiue non. Quando autem mortem meã ignorans ſoluit, liberatur, [quoniam ſic mutuam pecuniam accepit.] Si volens donare Paulo, tibi vt ei des mandauero, & dederis poſt mortem meam, ſi ignorans quidem: habes aduerſus meos hæredes actionem mandati. ſin autem ſciens: non habes. §. 3.

†Sed remuneratio donationis quę pceſſit. lege ff. 27.

Lege primum ff. 11 ff. 2. tit. lib 35.

¶ Si [e] impuberi aut ſerui pecuniam credidero, & poſtea ille quidem cum authoritate tutoris; hic autem manumiſſus mihi debitum promiſerit, non eſt donatio, ſed debiti ſolutio. §. 4.
¶ Etiam quæ ob aliquam cauſam fiunt promiſſiones, non ſunt donationes, §. 5.
¶ vt quando tibi ſpondeo centum nummos ſi iures te meo nomine vocatum iri. §. vlt.

a Quando fit donatio ciuitati, illud nos oportet quærere, vtrum ob aliquam iuſtam cauſam aliquis †promiſerit ciuitati [vel pollicitus ſit] an nó. Et ſi ob honorem quidem aliquem promiſit, verbi gratia vt fieret * Prætor: tenetur ciuitati vel ex nuda pollicitatione. Sed ſi non promiſit ob honorem: non tenetur.

*magiſtratum.

b Quando quiſpiam pro aliquo beneficio aut aſſiſtendi officio aliquem fuerit remuneratus, non eſt hoc ſpecies donationis, vtputa ſi tibi adfuero, ſi pro te fideiuſſero: ſi opera mea & †gratia vſus fueris. Hæc enim omnia, cum præceſſerit remuneratio pręcedentis beneficii eſt, non donatio.

c Nemo inuitus efficitur dominus rerum ſibi donatarum.

ENANT. Nam in inuitum non confertur beneficiũ, vt lib. 50. tit. 17 ff 68. & rurſus quoniam quod pro me mihi datur, mihi datur volenti non etiam inuito, vt ff. 155. eiuſdem tit. ſed dictum eſt lib. 28. tit. . ff. 6. quod perſonales nobis vel inuitis acquiruntur.

d Si quis volens donare Seio, mutuo dedit Titio vt ipſe ſolueret Seio: etiamſi poſt mortem eius cui donauit Titius debitor ſoluit Seio, conſequens eſt dicere Seium fieri dominum pecuniæ, ſiue is qui ſoluit ſciuit deceſſiſſe eum qui dedit mutuo ſiue ignorauit. Nam cum eſſet Titius dominus eorum quæ donauit, Seium quoque facit dominum eorum quæ ſoluit. Si autem ſoluit ignorãs mortem eius qui dedit mutuo, liberatur à debito: quoniam ad hoc dedit mutuo vt ſolueret Titio. Sin autem tibi mandauero vt des Titio cui volebam donare: & tu ignorans me deceſſiſſe dederis, habes aduerſus meos hæredes actionem mandati. Si vero dediſti cum meam mortem ſcires, nullam habes actionem aduerſus meos hæredes, quoniam ſoluiſti, cum ſcires morte fuiſſe ſolutũ legatum.

e Si ſeruo pecuniam credidero, & ab eo facto libero debitum fuero ſtipulatus: non videtur mihi donati, ſed potius naturale debitum ſolui. Idem dico etiamſi pupillus qui ſine tutoris authoritate mutuo accepit, mihi poſtea cum authoritate tutoris expromiſit. Eę enim ſtipulationes quę ob aliquam quæ prius extitit cauſam fiunt, non ſunt donationes. Dicit certe Pegaſus, quod ſi tibi promiſero centum nummos ſub hac conditione ſi meo voceris nomine, hanc ſtipulationem non eſſe donationem: quia ob rem facta eſt ſtipulatio, & res eſt conſecuta, vocatus enim es meo nomine.

MARCIANUS. Si [a] patronus ex parte debita hæres inſtitutus promiſerit dare legatum ab eo relictum, non cogitur ſoluere, ne minuatur pars patronalis. l. 10. in pr.
¶ Hæres autem qui poteſt retinere per Falcidiam, ſi ſequens mentem teſtatoris ſpoponderit dare legatum, neceſſe habet id §. 1.

[b] præ-

[b] præbere. Nam & ſi ſoluerit, videtur implere voluntatem teſtatoris, & id non recipit.

L.21. in pr. CELSVS. [c] Poſſum eum qui vult mihi donare, dare creditori, vt ille pro me accipiat donationem propter debitum. ¶ Si cum

§.1. vellem tibi [d] donare, iuſſero debitorem meum tibi promittere, & excedit quantitas modum donationum: ſi à te agatur cum debitore, non habet exceptionem. videor enim ab eo exigere & tibi dare [& tu illi credere.] Sin autem nondum eſt ſoluta, habeo actionem aduerſus debitorem meum in id quod excedit. Si vero ſoluta fuerit, aduerſus te actionem habeo in id quod excedit.

L.22. MODESTINVS. Qui [e] donat, non dat [f] vſuras pro mora. Donatio enim non eſt ex contractibus qui [g] bona fide fiunt.

a Si patronus ex parte ei debita hæres ſit inſtitutus, & grauatus ſit fideicommiſſo, quod infirmum quidem ſit fideicommiſſum, eſt manifeſtum. Quod ſi etiam ſua ſponte promiſerit id dare fideicommiſſario, ne ſic quidem cogitur id ſoluere. ne pars diminuatur quæ eſt ei legibus definita: Si quis autem cum per legem Falcidiam poſſet retinere partem legati, tanquam implens voluntatem teſtatoris integrum legatum ſpopondit ſe daturum, is non poteſt reſiſtere ſuæ ſponſioni. Quemadmodum enim ſi integrum ſoluiſſet legatum, fidem teſtatori videretur implere. & non poſſet repetere: ita etiam qui ſpopondit, non poteſt repugnare fidei teſtatoris, [quam ſemel agnouit,] ſed neceſſe habet integrum dare legatum.

b INNOM. Lege lib. 35 tit. 2 dig 15 thema 2. & dig 35. eiuſdem tit [& 22. & 70.] & lib. 24. tit 1. dig 5. in quo dicit quod non retinuiſſe non eſt donatio. Lege lib. 32. tit 8. c. 19.

c Cum tu velles mihi donare paſſus es te à me delegari. & creditori meo promittere id quod ei debebatur, factum valet. Sed ſi ego creditor cum tibi vellem immodicam donare quantitatem, iuſſi debitori meo vt tibi promitteret: quæro an tibi opponatur exceptio, vtpote quod donatio immenſam contineat quantitatem, & non ſit actis inſinuata. Et quod debitor quidem meus, ſi à te cũ eo agatur non poſſit te repellere exceptione, clarũ eſt. Perinde enim eſt atque ſi ego debiti quantitatem ab eo exegiſſem [& tibi donaſſem,] & tu eam credidiſſes. Ego autem ſi debitor quidẽ meus nondum tibi ſoluit pecuniam. poſſum aduerſus meum debitorẽ mouere reſciſſoriam in eã quantitatem quæ excidit quingentos aureos, vt in reliquum tibi maneat debitor obligatus. Sin autem à debitore meo debitum prius exegiſti: aduerſus te moueo condictionem de quantitate quæ excedit quingentos aureos [manifeſtum eſt autem quod ago condictione ex lege.]

d INNOM. Sin autem eos acceptos conſumpſiſti: ſi tecum agatur, habes exceptionem, vt qui mea voluntate conſumpſeris, vt in donatione quæ non poteſt conſiſtere, vidiſti lib. 12. tit. 1. cap 18.

e Qui ex donatione promittit pecuniam vel rem aliam, etiamſi moram fecerit in ſolutione, nõ debent ab eo exigi vſuræ, hoc enim eſt ſummæ æquitatis. Neq; enim inter bonæ fidei contractus annumeratur donatio.

f ENANT. Neque qui donat ciuitati dat vſuram. vt lib. 22. tit. 1. dig. 14. At is qui donauit agrum. dat fructus, ſi eum non reſtituerit. vt lib. 42. tit 1. dig. 41. Et qui ciuitati pollicitus eſt facere opus vel dare pecuniam, ex mora tenetur ad vſuras vt in principio 12. tit. lib. 8.

g INNOM. In 41. dig. 6 tit. huius lib. dicit eſſe iudicium bonæ fidei.

L.23. in pr. IDEM. [a] Poſſum futuri temporis vſuras remittere vel minuere: &

§.1. non infirmatur donatio. etiamſi modum excedant legitimum. ¶ [b] Men-

L.24. te captus non poteſt donare. IABOLENVS. Si cum [c] immodicam promiſiſſem donationem, dedero fideiuſſorem, poteſt etiam me inuito

L.25. [d] vti exceptione. IDEM. Si [e] rem tibi dederim, vt eam Paulo donares meo nomine, & tu eam tuo nomine ei donaueris, ſummo quidem iure non [f] fit dominus: ſed tu quoque furti obligaris actione in duplum. Si autem egero aduerſus Paulum, ex benignitate me repellit exceptione.

L.26. POMPONIVS. Si [g] cum vellem tibi donare, ſcripſero in meis rationibus

L.27. me tibi debere, non inducitur [h] donatio. PAPINIANVS. Si [i] ſcripſero ad meum magiſtrum, me propter eam quam ab eo accepi doctrinam, ei donare habitationem, non eſt donatio, ſed propter mercedem [k] remuneratio Quamobrem etiam poſt mortem meam manet habens habitationem. Et ſi expellatur, habet † actionem ad imitationem eius qui habet vſumfructum.

Sciendum eſt quod ab hoc ff. vſq; ad 31. eiuſdem tit. deeſt in exẽ-ar Doroth. Lege finem 44 ff.

† interdictum.

Digitized by Google

a Quando lege poſt moram exiguntur vſuræ, poteſt creditor vſuras futuri temporis & omnino remittere & pacto minuere, & nec propter quantitatem donationis eam dicimus eſſe inualidam, vt quæ actis non ſit inſinuata.

b INNOM. Surdus autem & mutus recte donant, vt dig. 34.

c Si quis cum ſupra quingentos nummos donationis cauſa promiſiſſet, dederit fideiuſſorem: poteſt fideiuſſor et inuito principali promiſſore, repellere exceptione eum qui accepit donationẽ, ne forte cum principalis laboret inopia, fideiuſſor qui ſoluit, damno afficiatur.

d INNOM. Quæ enim reis principalibus competunt exceptiones, competunt etiam fideiuſſoribus. vt lib. 1. tit. 14. dig. 21. them. vltimo [lege & 32. dig. eiuſdem tit. continens exceptionem.] lege & lib 46. tit. 1. dig. 15. & 52.

e Si res tibi præbuero vt eas meo nomine des Titio, tu autem tuo nomine ei dederis: quæritur an factus fuerit rerum dominus. Reſpondit Iabolenus. Si res tibi dederim, vt Titio meo nomine donares, tu autem tuo nomine ei dederis: quantum quidem attinet ad iuris ſubtilitatem, non fiunt dominii eius qui eas accepit, ſed & tu res furari crederis, & teneris actione furti. Sed benignius eſt vt ſi agam contra eum qui accepit donationem, repellar exceptione doli.

f ENANT. Lege dig. 13. & lib. 46. tit. 3. c. 17. & lib. 3. tit. 5. dig. 23. & lib. 47. tit. 2. dig. 52.

g CYRIL. Si in meis rationibus aliquem ſcripſero debitorem, non conſiſtit donatio.

h INNOM. Aliquando alicui aduerſus ſe ſcribenti non creditur. Hoc ipſum didiciſti de domino qui ſcripſit ſe eſſe debitorem ſeruo ſuo, quod ex hoc ſolo non videtur debere, vt lib. 15. tit. 1. dig. 4. & 49. the. 3. & lib. 35. tit. 8. dig 6. them. vltimo. Lege etiam finem 5. tit. lib. 13. & dig 16.

i CYRIL. Si propter aliquam gratiam tibi conceſſero habitationem, valet donatio etiam poſt mortem meam, & ſi expellaris, habes interdictum tanquam vſufructuarius.

k INNOM. Speciem permutationis dixit lib. 5. tit. 3. dig. 25. the. 6.

l INNOM. Vſusfructuarius quoq; habet interdictum De vi, conuenienter diſtinctioni quæ ſita eſt lib 43. tit. 16. ad finem tertii dig.

JDEM. [a]Hæreditatem mihi delatam donaui filiæ meæ effectæ ſui iuris. Creditoribus hæreditariis [b]neceſſe habet ſatisfacere: * & per actionem præſcriptis verbis, cogitur me defendere, ſi ii aduerſum me agant. l.28.

* δι' ἀγωγῆς [illegible] τῆς ἐξ ἐπερωτήσεως συμφώνως συνισταμένης

IDEM. Donare [c] videtur, qui concedit nulla lege cogente. IDEM. l.29.in pr.

¶ Qui in [e]iudicio reſpondet nihil deberi, perdit ſuam actionem. nullus enim poteſt [f]reuocare confeſſionem quam fecit in iudicio. §.1.

¶ Si [g]partem bonorum cognati mei donauero, vt qui ſperarem eius eſſe hæres: non valet donatio. Sed & ſi mortuus fuerit, denegantur mihi in totum actiones hæreditariæ. A ME [h] enim tanquam indigno aufertur hæreditas. §.2. l.30.

MARC. [i]Quod meæ [k]concubinæ donaui, non reuoco, etiam ſi eam poſtea legitime duxero. Si autem dubitatur vtrum eſſet vxor an concubina tempore donationis: iudex hoc diſcernit ex perſonarum conuerſatione, honeſtate, & cognatione. [l]Inſtrumenta enim [m] non ſemper faciunt matrimonium. l.31.in pr.

a CYRIL. Si donaui tibi hæreditatem & creditores aduerſus me egerint, moueo contra te actionem præſcriptis verbis vt me defendas.

b INNOM. De huiuſmodi legato lege lib. 31. dig. 77. [the. 2.] & dig. 78. thema 20. & 21.

c CYRIL. Donare videtur qui concedit ſine legis neceſſitate.

d INNOM. Dictum eſt lib. 34. tit. quod nemo donat inuitus, & lib. 8. tit. 17. quod donatio eſt id quod datur abſque neceſſitate. Lege eiuſdem lib. tit. 16. c. 18. 194. 214.

e Qui in iudicio interrogatus fuit an ei debeatur, & reſpondit nihil deberi, non amplius mouet legitime actionem.

f ENANT. Aduerte propter textum in lib. 32. dig. 35. them. 1. lege 6. lib. Cod. tit. 31. conſt. 3. & lib. 7. tit. 42. conſt. 2. lege lib. 34. tit. 3. dig. 28. & quæ in eo ſcripta ſunt.

g CYRIL. Qui donauit hæreditatem cognati viuentis, ab ea excidit vt indignus:

h INNOM. Similiter lib. 34. tit. 9. dig. 2. ad finem. [lege lib. 49. tit. 17.] de patre qui manumiſit ſeruum caſtrenſis peculii filii ſui, vt qui eſſet futurus eius hæres.

i Non reuocatur quod donat quiſpiam ſuæ concubinæ, & nec ſi poſtea quidem eam vxorem duxerit, reuocatur quæ ante matrimonium facta eſt donatio, quoniam iure valet quod factum eſt ante matrimonium. Si quis autem dixerit quod iam antea conſtabat inter eos matrimonium, [nec ea in concubinatu erat] oportet eum qui hæc iudicat, comparare perſonas & vitam eorum, hoc eſt, ex honeſtate & conuerſatione & cognatione earum hæc diſcernere, & perpendere, eſſétne vxor eius qui donauit an concubina. Neque enim ſolummodo quod factum ſit dotale inſtrumentum, hoc conſtituit matrimonium.

k ENANT. Atqui dicit lib. 25. tit. 7. dig. 3. quod qui mulierem honeſtam & ingenuam habet concu-

Digitized by Google

concubinam, & hoc faciens, non id teſtato declarat: aut eam vxorem habeat, aut ſi hoc recuſet, ſtuprum in eam committit. lege lib. 23. tit. 2. dig. 24.

l Innom. Nouella quoque de triente & ſemiſſe, dicit quod matrimonium conſtituit dotem: non autem dos matrimonium, ſed affectio. lege lib. 20. tit. 1. c. 4.

Eivsd. Præter eos qui ſunt in dignitate conſtituti, vt dicit Nouella quæ eſt poſt Cod.

§.1. ¶ Si [a] mater pro filia quæ nubit tradiderit marito † res quæ ſunt ex- † [illegible]
tra dotem [b] præſente filia, videtur ei donare, & illa dare marito: & non
poteſt mater poſtea irata eas [c] recipere, etiamſi gener ei cauerit ſe eas ha-
bere in vſum filiæ. Oportet autem Iudicem conſiderare an mater iure
§.2. fuerit [d] irata, & ſic iuſte ferre ſententiam. ¶ Si [e] filio qui eſt in mea pote- Similiter lib. 8 Cod. tit. 55.
ſtate, donauero, & eum faciens ſui iuris, peculium non ademero, con- conſt. 17. lege eiuſdem tit. conſt. 11.
§.3. firmatur donatio. ¶ Si [f] rem depoſuero vt mihi ſoli reddatur, vel poſt De his donationibus lege
§.vlt. mortem meam Paulo, non videor ei donare. ¶ Proditor [g] non poteſt do- lib. 5. tit. 16. conſt. 25.
nare. Eiuſmodi enim crimen, etiamſi is non ſit accuſatus, mouetur ad-
l.32. uerſus [h] hæredes. Scævola. Si ad [i] te ſcripſero vt tu mea diæta gra- Lege dig. 15.
tis vtaris quandiu voles, id enim te facere ex mea voluntate: [k] poſſunt
hæredes mei hanc mutare ſententiam, & te expellere.

a Si mater quæ filiam ſuam locauit in matrimonio, det eius marito res quæ ſunt extra dotem, videntur plane eę fuiſſe donatæ præſenti filiæ, & per ipſam eius marito traditæ. Vnde nec ſi poſtea mater irata fuerit filiæ, poteſt eas res recipere vel per actionē in rem eas vendicare: etiamſi maritus ei cauerit quod in iis quæ ſunt extra dotem puellæ, hæ fuerint ei traditæ. Nam eorum quæ ſunt extra dotem ſignificatione non ſignificatur modus donationis: neque à dominio filiæ res ſeparantur: ſed ſolum ab iis quæ in dote data ſunt, diſtinguuntur ac ſeparantur ea quæ ſunt extra dotem. Oportet autem Iudicem illud quoq; æſtimare, an mater iure irata ſit filiæ, & velit reuocare ea quæ ſunt extra dotem, & conuenienter reuerentiæ quæ debetur matri: & boni viri arbitrio de iis ferre ſententiam.

b Innom. De rebus quæ ſunt extra dotem, lege librum 23. tit. 3. dig. 10. Vlpiani, & quæ in eo ſcripta ſunt.

c Innom. Et habet vxor aduerſus maritum actionem depoſiti, vel ad exhibendum, vt lib. 16. tit. 3 dig. 25. Si autem datas eſſe neſcit vxor, mandati, & ceſſante actione depoſiti, locus eſt actioni negociorum geſtorum. vt lib. 3. tit. 5. dig. 31. in fine. Vtrunque autem dictum eſt in ſimili.

d Eivsd. Cauſas propter quas reuocantur donationes, ſcies ex lib. 8. C. tit. 55.

e Pater filiam habens in poteſtate ei donauit mancipia & poſtea eam emancipans, non ademit peculium. Ita etiam ſi ab initio non fuit valida donatio mancipiorum, quam fecit filiæ, propterea quod eſſet in poteſtate, tamen propterea quod eam emancipauit, & peculium non ademit, effecit perfectam ſeruorum donationem.

f Depoſuit quidam in * æde pecuniam, hac lege vt ea ipſi ſoli redderetur, & poſt eius mortem Ælio Sperato, dicit Papinianus non videri eum donaſſe eas pecunias Sperato. * [illegible]

Innom. Lege lib. 16. tit. 3. dig. 26. & lib 31. dig. 78. them 27. [lib. 3. C. tit. 42. conſt. 8.] & lib. 5. tit. 16 conſt. 6.

g Si quis peccet aduerſus ſalutem Imperatoriam, non poteſt amplius donare res quæ ad eum pertinent. Nam etſi is deceſſerit non accuſatus, incipit aduerſus eius hæredes accuſatio.

h Innom. Ex ſolis inſidiis aduerſus Imperatorem & rempublicam. Maieſtatis autem accuſatio incipit etiam ab hæredibus. vt lib. 48. tit. 4. dig. vltimo.

i Si quis ſcripſit ad aliquem: Hoſpitio illo quandiu volueris, vtaris & ſuperioribus diętis omnibus † gratuito idque te mea voluntate facere hæc epiſtola notum tibi facio. Et quæſitū eſt, an poſſint hæredes eius qui miſit prohibere eum qui accepit epiſtolam, ne ea vtatur. Et dicit Scæuola poſſe hæredes eius qui miſit, mutare voluntatem in eum qui accepit. Papinianus in caſu Rhetoris dixit non eſſe puram diætæ donationem, ſed propter affectionem in præceptorem illam eſſe validam etiam poſt mortem eius qui donauit. Non eſt ergo hoc illi contrarium. † [illegible]

k Innom. Pone ſine cauſa factam fuiſſe donationem propter id quod dictum eſt dig. 27. Dicit autem liber quoque 44 tit. 7. dig 41. quod cum vellem cuidam conſtruere ſolarium, ſic ad eum ſcripſi: Si es eo in me animo & ea affectione qua fuiſti ab initio: vende bona tua, & veni ad me, & do tibi ſingulis annis decem, ſi venditis bonis ad me veneris: eſt iudicis, ex perſonis & cauſa perpendere an ei dari debeat actio. l. vlt. de obligat. & actio.

l.33. in pr. Hermogenianvs. Qui id quod donare promiſerat conſtituit,
& fuit condemnatus, non [a] conuenitur niſi in quantum [b] facere poteſt. Lege dig. 10.
§.1. ¶ Si tibi [c] donauero pecuniam vt ipſam mihi ſtatim des mutuo, in ea [d] no-
§.2. §.3. uum dominium acquiro. ¶ Et mutus, & ſurdus † recte donant. ¶ Si [e] Lege dig 2. them. 2.
† poſſunt donare. tu volebas mihi donare, & ego Paulo, & ex voluntate mea ei promi-

Digitized by Google

ſeris, valet inter nos omnes donatio, & agit Paulus in ſolidum. Idem eſt & ſi eũ qui volebat mihi donare, † dedero meo creditori, vt pro me donationem accipiat propter debitum. † delegauero. l.34.in pr. PAVLVS. Si[g] cum vellem donare filio meo qui eſt ſui iuris, eius[h] nomine fœnerauero, & [i] ipſe ſit ſtipulatus, valet donatio. ¶ Si[k] aliquem liberauero à latronibus aut hoſtibus, & pro eo aliquid mihi donauerit: valet, etiamſi modum exceſſerit legitimum. Similiter ff. 11. §.1.

a Qui donationis cauſa alicui ſtipulanti ſpopondit, etiamſi conſtituerit ei debitum ſoluere, actione pecuniæ conſtitutæ non conuenitur niſi in quantum facere poteſt. Cauſam enim & originem conſtitutæ pecuniæ quærimus, non autem naturam pecuniæ conſtitutæ. Sed & ſi condemnatus fuerit in ſolidum cum eſſet obligatus ex donatione, etiam in ipſa actione iudicati iure poteſt poſtulare ne plus ab eo exigatur quam quantum poteſt facere.

b INNOM. Recte pro me conſtituo, vt didiciſti lib 13. tit. 5. ff. 4. 11. 29. non etiam meipſum conſtituo fideiuſſorem. vt lib. 46. tit. 2. cap. 14.

c Si hac lege tibi res donauero vt eas mihi rurſus des mutuo, non impeditur translatio dominii. Vnde ſi rurſus nummos mihi mutuo dederis, in eis nouum nunc acquiro dominium, vt qui dominium quidem amiſerim per donationem, acquiſierim autem nouum per mutuum.

d INNOM. Neque donatio neque mutuum valet ſi ſummum ius ſpectetur, ſed vtrunque valet ex benignitate vt lib. 12 tit. 1. ff. 10. dictum eſt enim lib. 46 tit. 3 ff 55. quod non alienantur nummi quos quis ſoluit vt recipiat. lege quæ ſcripta ſunt in eodem 2.. ff primi tit lib. 12.

e Primus volebat tibi donare, & tu ſecundo ſi ex voluntate tua primus ſecundo ſtipulanti promiſerit, fit perfecta in ambos donatio, & recte primus conuenitur à ſecũdo, & in ſolidum conuenitur, & condemnatur, non in quantum facere poteſt. Idem autem ius cuſtodimus & ſi is qui erat accepturus donationem, delegauerit ſuo creditori eum qui erat ei donaturus. Nam hic quoque creditor ſuum agit negotium, & in ſolidum conuenit eum qui fuerat ei delegatus ex donatione facta in debitorem.

f INNOM. Lege lib 42. tit. 1. ff 41. lege etiam lib. 4. tit. 4 ff. 5. in fine.

g Si pater tanquam donans emancipato filio, eius nomine fœnerauerit, & eius receptionem ſtipulatus ſit filius, eſt perfecta donatio.

h INNOM. Lege lib. 10 tit. 2 ff. 53. Vlpiani de emancipato qui fœnerauit vt patri ſoluatur.

i INNOM. Lege finem tit. & lib. 31. ff 89. in quibus qui fœnerauit nomine alterius, accepit donationem abſque ea quæ hic fit obſeruatione. Lege etiam finem 8. tit. lib. 33. Non ſolum autem pater qui fœnerat nomine filii, ſed etiam qui emit, videtur ei donare, vt lib. 3. Cod tit. 36 Conſtit. 18 & lib 4. tit. [Conſtit 2. & tit. 7.] 8. tit. 53. Conſtit. 8. de eo qui nomine filii paſſus eſt aliquid in cenſu deſcribi. Lege 7 Conſtit. eiuſdem tit. & lib. 41. tit. 1. ff 64 & lib 50. tit. 15 ff. 4.

k Si quis quempiam liberauerit à latronibus aut hoſtibus, & aliquid ab eo acceperit propterea quod ipſum liberauerit, eſt immutabilis hæc donatio, hoc eſt, valet. Nam etſi eſt merces laboris quod eũ liberauerit, attendentes tamen quod ſaluus fuerit qui eſt liberatus, certa quantitate mercedem non definimus, ſed quantacunque datum eſt valet donatio.

INNOM. 36. Conſtit tit 53. lib. 8. Cod enumerat donationes quæ non egent inſinuatione, & illi animum adhibe.

SCRIPSI [a] ad libertum meum, Hac epiſtola tibi notum facio me tibi totum [b] conceſſiſſe peculium, & quod erat in obligationibus quando te manumiſi & poſtea ipſum ſcripſi hæredem in octo vnciis, & alium in quatuor, non legato ei peculio aut obligationibus. non ei ſoli dantur actiones aduerſus eos qui ipſi debuerunt cum eſſet ſeruus, ſed vtriſq; pro portionibus hæreditariis. ¶ Si [c] quod tibi donaui, pignori dedero ante traditionem, & ſic ei tradidero poſſeſſionem: valet quidem donatio, habet autem creditor in fundo [d] hypothecam. ¶ Auia [e] nomine nepotis fœnerauit ipſa autem inſtrumenta accepit à nepote, & vſuras ſemper recepit, valet nihilominus donatio. QVI [f] donauit alicui † inſtrumenta emptionum ſeruorum, ipſos quoque ſeruos videtur tradidiſſe. poteſt ergo aduerſus eum qui donauit actionem mouere qua ſua vendicet. SI [g] donatum tibi fuerit inſtrumẽtum: non poteſt debitor dicere quod debebat conſentire. quando ſufficit quę tibi mandata eſt aduerſus eũ actio.

l. vlt in pr. — Memento ff 18. §. 1. — §. 2. — Lib 8 Cod tit 54. L 6 ff 11. — l. 1. C de donationibus. † donatio. — l. 2.

a Hæc ſcripſit aliquis ſuo liberto, ille liberto meo illi ſalutem Quoniam te manumiſi, peculiũ quoque tuum omne quod habebas tam in obligationibus quam in rebus mobilibus, & in ſignata pecunia, me tibi conceſſiſſe per hanc epiſtolam manu mea ſcriptam notum tibi facio. Et eundem

dem libertum ſcripſit hæredem ex duabus partibus patronus, Sempronium autem quendam ex tertia parte, nec peculium legauit liberto ſuo, nec iuſſit ei præſtari actiones. Et quæſitum eſt nunquid dantur in ſolidum actiones Sticho, quas habebat in peculio ſuo, an competant vtriſque hæredibus pro portione hæreditatis. Reſpondit Scæuola vtriſque competere actiones pro parte hæreditaria.

b INNOM. Poſſunt quidem etiam donari actiones, vt ſæpe vidiſti, ſed hic ſignificat quod non nunc per epiſtolam donat peculium liberto: ſed quod eum manumiſit cum peculio. Qui autem manumittitur cum peculio, non poteſt mouere actiones peculiares, niſi ei ceſſæ fuerint, vt lib. 15. tit. 1. ff. 53 & lib. 33. tit. 8. ff. 5.

c Lucius Titius agrum donauit cuidam Meuiæ & antequam agrum traderet, poſt paucos dies pignori obligauit: & tunc induxit Meuiam in vacuam agri poſſeſſionem, quæro an perfecta ſit donatio. Dicit Scæuola perfectam quidem eſſe donationem: habere autem creditorem validum ius pignoris quoniam fuit ei ager oppigneratus ante traditionem.

d INNOM. Nam ante traditionem eſt dominus is qui donauit. & recte tanquam proprium dat pignori id quod eſt donatum & nondum traditum, vt in emptione dictum eſt lib. 4. Cod. tit. 39. conſt. 6. & tit. 49. conſt. 40.

e Auia nomine ſui nepotis mutuam pecuniam dedit, vſuras autem eorum quæ data ſunt mutuo ipſa percepit, & inſtrumenta debitorum à ſuo nepote recepit, & poſt mortem eius inuenta ſunt inſtrumenta in eius hæreditate, & quærit an ſit perfecta donatio, & placuit cum debitor fuerit obligatus nepoti, perfectam eſſe donationem.

f THEOD. Qui inſtrumentum ſerui emptionis alicui donat videtur ei ipſum quoque ſeruum donare. Similiter antea vidiſti in pignore, in hoc 8. lib. tit. 16. ff. 2. Memento etiam 7. conſt. 25. tit. huius lib. quæ dicit quod qui ſuo debitori reddidit inſtrumentum, videtur etiam concedere quod in eo ſcriptum eſt.

g ISIDORI. Si quis alicui donarit actiones, procedit donatio inſtrumenti, etiam præter voluntatem debitoris, ſufficit enim eſſe mandatam in eum actionem ei qui accepit donationem.

l. 3. [a] POTEST quis cuipiam etiam futuram donare actionem. SI quis
l. 4. [b] pro fundo non ei donato det vectigalia, ſiue eius actor hoc fecerit, dominus non patitur ex eo præiudicium.
l. 5. SI [c] donatio quidem non apparet, in teſtamento autem ſcriptum eſt, volo valere donationem, nihilominus eſt legatum, & valet. nunquam enim dominum lædit falſa ſcriptio.
l. 7. SI [d] priuigno in cenſum referente tua mancipia, conſenſiſti, pura eſt donatio. Præterea eſt 6. conſt.
l. 8. SI [e] pater tuus veſtro nomine in cenſum retulit poſſeſſiones, non tanquam donans: non viſus eſt præſumptione vobis donare.
l. 9. SI [f] lege aliqua donaſti cuipiam: ſi fuiſti quidem ſtipulatus, habes de damno futuro actionem. Sin minus, *præſcriptis verbis ſeu ex conuentione actionem, vt [fiant vel] impleantur ea quæ ita euenerunt. * ἢ ἐμπίμπλανται τὰ συμφωνηθέντα.
l. 10. [g] NEMO ignorans aut inuitus donat. Quare etiam ſi ſcriptis contineatur quod conſenſi, nihil lædor, quoniam aliter ſe habet veritas.

a THEOD. Donat quiſpiam ſpem quoque donationis, dicit autem 33. quoq; conſtitutio huius tituli, quod donata actio etiam ad hæredes tranſmittitur, perinde ac ſi fuiſſet empta, etiam ſi non ſit lis conteſtata, nec poſtulatum ab Imperatore. memento eorum quæ dicta ſunt in 1. & 2. & 6. conſt. 10. tit. 4. lib. de ceſſione actionis, quod poſſit donari ſpes futuræ actionis.

b THEOD. Etiam ſi quis publice ſoluat pro rebus quæ non ſunt ei donatæ, non eſt earum dominus, nec lædit earum rerum dominum. Similiter lib. tit. 32. conſtit. 25. & lib. 4. tit. 38. conſtit. 2. & tit. 49. conſtit. 8. vbi dictum eſt quod publice ſoluiſſe, non facit dominum eum qui non eſt dominus.

ISIDORI. Si non facta fundi donatione, alius vel per ſe, vel per ſuos actores, annonas ſoluat pro eo prædio, domino nullum facit præiudicium ad hoc vt videatur facta ab eo donatio.

c THEOD. Suſpicio non lædit eam quæ re ipſa proceſſit donationem, Memento eorum quæ dicta ſunt de ſimulatione lib. 4. tit. 22. conſt. 2.

ISIDORI. Si quis moriens dixerit in teſtamento, Hanc rem volo ad Titium pertinere, quam iam ei prius donaui, conſiſtit fideicommiſſum, etiam ſi reuera nulla extrinſecus oſtendatur donatio. Nunquam enim falſa cauſa obeſt legatis aut fideicommiſſis.

d THEOD. Qui alienum refert in cenſum tanquam proprium, non eſt eius dominus, niſi relationi conſenſerit eius dominus. Lege octauam quæ ſequitur conſtitutionem, & ſcies quod è contrario.

ISIDORI. Nullus ex eo quod rem alienam in cenſum retulerit, efficitur eius dominus. Sed ſi conſentiente domino retulerit, videtur eſſe rei donatio.

e THEOD. Qui rem ſuam nomine alterius refert in cenſum, videtur eam ipſi donare. Nota

Digitized by Google

autem quod hæc Conſtit ponit caſum in fi'io cuius nomine facta fuit hæc in cenſum relatio. Memento 2. Conſtit 50. tit lib. 4.

ISIDOR. Pater qui nomine filiorum in cenſum retulit poſſeſſiones, ex præſumptione eas videtur eis donare, niſi ipſe probauerit quod non donandi animo hoc fecerit.

f THEODORI. Qui alicui donauit certa lege, ſtatuens ſe in eum poſſe agere non impleto eo quod conuenerat, ſi ſtipulatus quidem fuit, habet actionem ex ſtipulatu. Si vero non eſt ſtipulatus, ſed pactus videlicet, habet actionem præſcriptis verbis. lege autem 21. Conſtit. huius tit. & primam & 3. Conſtit. 54. tit. huius lib. 8, quæ præbent cauſa data condictionem ad reuocandá quę videbatur proceſſiſſe donationem, ſi non factum ſit quod placuerat. Quod enim reuocetur donatio, ſi non impleantur quæ ſcriptis aut ſine ſcriptis conuenerunt, oſtendit 10. Cónſtit. 55. tit. huius lib. 8 niſi ſcilicet lex prohibeat ea quæ placuerũt, vt dictum eſt lib. 4 tit. 6. Conſtit. 6. aut ſi non dicta ſit cauſa propter quam facta eſt donatio, ex 7. Conſtit. eiuſdem 6. tit. dicti lib. 4.

ISID. Qui certa lege donauit, non eſt autem ſtipulatus, habet actionem præſcriptis verbis vt pacta impleantur.

† [illegible] donationis instrumenti. *g* THEOD. Quod ex nomine alicuius factum eſt † donatiuum, non valet niſi ei cõſenſerit aut ſubſcripſerit, vt habet Conſtit. 1 huius tit. aut fecerit alium pro ſe ſcribere. Tenetur autem etiam ſi donatiuum non habet alios teſtes. Memento 18 Conſtit. tit. 19. & Conſtit. 17. 21. tit. lib. 4.

ISID. Nec inuitus donat quiſpiam nec ignorans, & qui non reuera cõſenſit donationi, etiamſi in donatiuo ſcriptum ſit quod conſenſit, non patitur præiudicium ex eo quod nec de re cogitauit, nec ſpecialiter ſubſcripſit. Veritas enim plus valet quam ſcriptura.

SI FILIO [a] tuo qui eſt in poteſtate donaueris partem tuorum bo- L.11. in pr.
norum, non valet quod factum eſt. ¶ Sed ſi emancipato filio dediſti † v. Delegation.
ſchedulas, recte donaſti. POTEST [b] etiam ſocius ex indiuiſo partem l.12.
ſuam donare alicui. SI TIBI [c] aliquid donatum fuit per epiſtolam, & l.13.
traditum, breuitas chartulæ [d] non impedit. NON [e] poteſt filius tuus l.14.
res quæ ad te pertinent, ſponſæ ſuæ donare, niſi ei in hoc conſenſeris.

† [illegible]

[f] DEbita hæreditaria agnoſcit hęres, non is qui accepit donationem. l.15.
Si ergo non obligata tibi donata fuerint: nemo te arguet. NON pro- l.16.
hibetur quiſquam donare propterea ſolum quod ſit ſenex. [g] QVÆ do- l.17.
naſti filiis qui ſunt ſui iuris, ſiue iis qui erant prius in poteſtate, non potes ea accipere. Sed ſi eos ita emancipaſti vt adimeres quæ data fuerant, tua ſunt deinceps: & nihil poſſunt te inuito retinere.

a THEODOR. Non recte quis donat filio qui eſt in poteſtate, niſi vt dicit 17 Conſtit. huius tit. cum emancipauerit, non ademptis iis quæ ei donauerat, aut vt didicimus in quinto lib. tit. 16. Conſtit. 25 perſeuerauit poſt donationem in eadem voluntate vſque ad mortem ſuam. Memento autem 1. Conſtit. tit. 29. lib. 5.

ISID. Si pater habens filium in poteſtate, bonorum partem ei donauerit, aliam autem partem retinuerit, non valet donatio quæ facta eſt filio qui eſt in poteſtate. Neq. enim poteſt proprie vocari donatio. Pater autem delegans actionem filio emancipato, perfectam hic facit donationem.

b THEOD. Qui rem habet cum aliquo communem poteſt citra diuiſionem donare partem quæ ad eum pertinet. Vidiſti enim in 5. lib. tit 12. Conſtit. 16. quod etiam donari poteſt hæc res in dotem. Memento autem primæ Conſtit 52. tit. lib. 4. & 1. Conſtit 22 tit. lib. 6.

c EIVSDEM. Etiam per epiſtolam donat quiſpiam. Similiter lib. 4. tit. 8. Conſtit. 9. in emptione. & tit. 35 Conſtit. 7. in mandato Similiter didiciſti lib. 5. tit. 36. in hæreditate. Idem dictum eſt lib 6. tit 47 Conſtit 22. in fideicommiſſo. Memento autem 4. Conſtit. tit. 35. eiuſdem lib 6.

d ISID. Breuitas chartæ nihil obeſt rite factæ donationi.

e THEOD. Nemo donat quæ ſunt ſuæ matris præter eius voluntaté. Memento tertiæ Conſtit. 33. tit lib. 5 & 4. Conſtit. 5. tit lib. 7.

ISIDORI. Filius matre viuente & non conſentiente, ne ſuæ quidem ſponſæ poteſt donare res quæ ſunt illius.

ISID. Ab hærede debitoris exigitur debitum, non ab eo qui ex donatione rem accepit à teſtatore. Sed neque hæredes debitoris recte procedent contra eum qui accepit donationem. Eſt ergo omni ſolicitudine vacuus qui res accepit non obligatas pignori.

g ISIDORI. Quæ donata ſunt emancipatis, non poteſt amplius pater in alium transferre: & ſi pater qui donauit filio qui eſt in poteſtate eum poſtea emancipans nõ ademerit, ea nihilominus manent non auferenda apud filium qui eſt ſui iuris. Sed ſi ademerit, manet apud eum dominium. Neque enim cum dedit ab initio cum eſſet in poteſtate, fecit eum dominum, neque poſtea ſua voluntate eum ſinit habere.

[a] SI TANquam donans, tibi remiſit quiſpiam actionem furti quæ eſt l.18.
in duplum, recte donauit. [b] NEMO ea quæ ab aliquo donata ſunt pot- l.19.
eſt

l.20. eſt reuocare, dicens ea fuiſſe patris ſui aut aui. [c] Etiam ſi alius ſubſcripſerit vice eius qui donauit, eius mandato, valet. [d] Dotis in matri-
l.21.
l.22. monio maritus eſt dominus: mulier ergo non poteſt eam donare. Si [e] filio qui eſt ſui iuris, rem donaſti hac lege vt ipſe ſatisfaciat tuis creditoribus: creditores quidem aduerſus te, tu vero aduerſus filium habebis actionem de futuro damno, ſi fuiſti ſtipulatus: aut actionem præſcriptis
l.23. verbis vt impleantur quæ dicta ſunt. Si [f] quod donaueras, tibi rurſus in
l.24. donum ſit redditum, nihil prior impedit donatio. Si [g] rem tuam pater tuus contra tuam voluntatem donauit, nihil te læſit in eo, in quo
l.25. non es eius hæres. [h] Cuiuſmodicunque fiat donatio, ſiue directa, ſiue mortis cauſa, ſiue ſub conditione faciendi aut non faciendi, ſiue ex certo tempore, oportet hoc eſſe manifeſtum, vt ſi quis elegerit, eam accipiat. In inſtrumento autem donationis ſcribatur is qui donat, & ipſa res aperte. In quacunque autem materia ſcribitur, vel ab eo qui donat, † vel ab eo qui forte incidit. Et de ea fiat confectio inſtrumentorum † quando leges iubent.

a Theod. Poteſt aliquis donare ſeu remittere actionem furti, ſeu ipſam obligationem, ei qui furti ipſi eſt obligatus. Vidiſti enim lib. 6. tit. 2. conſt. 13. quod de actione furti vnuſquiſque poteſt tranſigere, & non poteſt amplius eam mouere.

b Isidor. Qui donationis cauſa furti remiſit actionem, non poteſt amplius eam mouere. Qui autem dicit ſe eam eſſe aſſecutum grauetur ipſe onere probandi.

c Etiam ſi alius voluntate eius qui donauit, pro eo ſubſcripſit in inſtrumento donationis.

d Theod Mulier non donat dotem quæ ad ſuum maritum pertinet. Quæſtio Sed quæ dos non pertinet ad maritum, cum ſæpe dicatur dos mulieris eſſe in bonis mariti?

Theodorus. Primum quidem non diſtinguens hæc conſtitutio, dicit, Dotem quæ pertinet ad maritum, ſed id quod eſt * ſignificat. Didicimus enim in 3. lib tit. 22. conſtit. 9. quod dominium dotis pertinet ad maritum. & nemo donat id quod pertinet ad alium, ex 14. & 24 conſt. huius tit. Et alioqui dos non æſtimata, etiamſi quod ad dominium attinet, non competit marito, eius tamen vſusfr ad eum pertinet.

e Isidori. Si quis emancipato filio rem donauerit, vt is pro ipſo ſolueret eius creditoribus, ſed nihilominus ipſe conueniatur, monet aduerſus filium actionem præſcriptis verbis. ſi legem ſtatim adiecit vt implerentur quæ conuenerant, aut actione ex ſtipulatu, ſi fuit ſtipulatus.

f Theod Poteſt quiſpiam donare ei qui donauit rem à ſe donatam.

Isidor. Rem mihi donatam ſi in donum reddidero ei qui mihi prius donauerat. prius factum donationis inſtrumentum nihil obeſt à me poſtea factæ donationi.

g Theod. Filius vendicet res ſuas donatas à patre, niſi fuerit eius hæres aut vt dictum eſt lib. 2. tit. 29 conſtit. 2. niſi ei quod factum eſt conſenſerit. Hæc autem locum habent non ſolum in rebus donatis: ſed etiam in venditis, vt didiciſti in lib. 6. tit. 25. conſtit. 4. Memento autem 3. conſt. tit. 32. lib. 3.

Isid. Si pater rem quæ ad filium pertinet alii donauerit, eum nihil lædit in dominio, niſi patri filius ſucceſſerit. Et nota quod ſi quis rem quæ ad me pertinet donauerit, & ei hæres extitero, confirmatur quæ antea præter leges facta erat donatio.

h Theod Qui donat, debet dicere ſuum nomen & rem quá donat, quinetiam cauſam donationis. Similiter autem actaque conficere ſi donatio excedit quingentos ſolidos, conuenienter 36. conſtit huius tit. lege etiam 35. & 36. & 40. conſtitut. huius tit. In quauis materia poteſt conſcribi donatio. Similiter vidiſti de teſtamento in lib. 6. tit. 23. conſtit. 15. Donatio autem ſiue ſub conditione faciendi aut non faciendi, ſiue ex certo tempore fiat, conſiſtet: & ſiue expreſſis verbis nominata ſit donatio, ſiue non expreſſe: ſed ex mente ac ſententia id quod fit redigatur ad donationem, per quæ fit quidem legibus licita, & tamen primo aſpectu effugiens nomen donationis, debet fieri forma quæ eſt dicenda. Oportet enim conditiones ſub quibus facta eſt donatio, & † actiones quæ fiunt in donatione, & quæ in ea ponuntur pactiones, eſſe licitas & legibus conuenientes, & ſpeciales exquiri cauſas, & conditiones num reiiciantur. Habeat autem vnaquæque donatio primo loco poſitum nomen eius qui donat, deinde etiam ius, & rem ipſam quæ donatur. Et fiat donatio non clanculum aut latenter, ſed palam. Conſcribatur autem inſtrumentum donationis, ſiue in tabellis. ſiue in quacunque alia materia. Non refert autem quis ſcribat, is ne qui donat, an etiam is qui forte occurrerit. Omnino autem neceſſe eſt in qualibet donatione actorum ſequi conſcriptionem, aut apud Præſidem, aut apud magiſtratus actis conficiendis, vbi leges hoc fieri poſtulant.

Digitized by Google

SI [a] QVIS filio minori 8. annis, eo emancipato rem perfecte donat, debet donatio conſcribi in eius ſeruum fidelem ac beneuolum qui ei acquiret. [b] OPORTET acta confici in donationibus, etiam ſi in aſcendentes aut cognatos fiat donatio, ne facile aliquid vnquam cōfingatur, & maxime in domeſticos. Porro autem alibi fiat donatio, & alibi actorū confectio. Quæ enim ſine actis facta eſt donatio, eſt inualida. l.26. l.27.

a ISIDOR. Pater qui filium adhuc infantem, & propter ætatem nimis teneram non loquentem, ſed nec vllum ſenſum habentem aut eorum quæ fiunt intelligentiam, fecit emancipatum: ſi ei velit aliqua donare, perinde ac ſi eſſet adultæ ætatis omnia faciat, componens inſtrumentū donationis, ſed non in ipſum infantem, ſed in fidelem & beneuolum eius ſeruum ſuſcipientem nomine eius donationem & ei acquirentem.

b THEOD. Quæ in aſcendentes aut deſcendentes, aut quoſuis alios cognatos facta eſt donatio, actis etiam excipiatur ſi non ſit inſtrumentum donationis, aut ſi definitam quantitatem excedat donatio. Sic enim Patricius quoque præceptor expoſuit hanc conſtitutionem. Nec putaueris eam indiſtincte accipiendam Nam 25. quoque Conſtit. huius tit dicit omnino indiſtincte, quod qui donat, debet acta conficere videlicet ſi excedat definitam eius quod datum eſt quantitatem. Nam alioqui ex eo colligeretur, quod quæcunque ſit donatio, actorum quoque opus habet confectione, quod eſt abſurdum. Lege etiam 34 & 36. Conſtit. huius tit. ſed ſciendum eſt quod dominus eruditus præceptor meus accipit indiſtincte textum huius Conſtit & dicit, quod etiamſi inſtrumentum proceſſerit, & non exceſſerit donatio dictam à legibus quantitatem, opus eſt omnino actorum confectione in ea quæ in cognatos facta eſt donatione. Et quod hæc ſit dictarum perſonarum ab extraneis differentia. Quid enim opus eſſet vt hoc conſtitueret conſtitutio? Et vt opinor, is rectius ſentit. ſed alii dicunt quod in dictis perſonis nunquam valet procedens donatio, niſi actis confectis: & non indiget aliquo alio inſtrumento ſi proceſſerit confectio actorum. Habet autem ſecuritatem qui eſt aſſecutus donationem, in iis quæ ei donata ſunt, etiamſi ſint alibi Idem dicit etiam 30. & 31. Conſtit. huius tit. Sciri enim poteſt ex 28. Conſtit. eiuſdem tit quod quicunque eſt aſſecutus donationem, etiamſi res donatæ non fuerint ei traditæ, videntur ipſæ tacite poſſideri, etiamſi is qui donauit retinuit earum vſumfructum. Similiter dicit 35. Conſtit. huius tit quæ iubet eum qui donat cogi tradere ea quæ dicta ſunt.

ISIDOR. Omnis donatio ſit inualida quæ facta eſt ſine confectione inſtrumentorum: etiamſi fiat in aſcendentes aut deſcendentes aut cognatos ex tranſuerſo, aut aliquo alio modo coniūctos. Si enim propter fictas conſcriptiones, & eorum qui donant pœnitētiam, placuit acta confici: multo magis in nobis coniunctis perſonis eſt vtilis inſtrumētorum confectio: quandoquidem & ſcriptura facile confingi poteſt propter domeſticam conſuetudinem: & eius qui donat ſecuta pœnitentia multas habet occaſiones ad abolendas donationes, vt quæ facile deleantur ex inſtrumentis donationum Quorum nihil eueniet, ſi acta fuerint confecta & publice cuſtodita. Conficientur autem acta non omnino vbi res ſitæ ſunt, ſed vbicunque extra illa loca.

QVI [a] rem donat, vel dat in dotem, vel vendit, & vſumfructum retinet etiamſi non ſit ſtipulatus, nihilominus eam videtur tradidiſſe. [b] POTEST quiſpiam donare etiam ignoto, etiamſi ſine ſcriptis facta ſit donatio. Poteſt autem ex aliis quoque probationibus res manifeſte oſtendi. l.28. l.29.

Prætermiſſa eſt 30. Conſtit.

QVÆ [c] inſinuantur donationes, non opus habent vicinorum teſtimonio. Sin autem ſit eiuſmodi vt non ſit inſinuanda, vt quæ non opus habeat actorum confectione: ſi in ſcriptis quidem fiat vel ſcribente tabulario, vel aliquo alio, & nō habet teſtium ſubſcriptiones, valeat: dummodo is qui dōnat ſubſcribat, vel alius eius voluntate. ſcriptis donationibus nihilominus valéntibus ſecundum * Conſtitutionem 60. capitis Theodoſii. l.31.

* διατύπωσιν

a ISIDOR Siue in dotem, ſiue in emptionem, ſiue in donationem vult aliquis alicui rem præbere ſolo vſufructu retento, etiamſi hunc ipſum ſeruari firmum & ſtabilem minime ſit ſtipulatus, videtur tacite protinus † quodam compendio tradidiſſe eius poſſeſſionem. & vt abſolute dicam inſtar regulæ, ſit pro traditione vſusfructus exceptio in prædictis tribus cauſis.

† κατὰ συντομίαν.

b THEOD Scriptis non mandata donatio probetur per alias probationes. Dicit enim 4. Conſtit tit 56. huius lib. quod quę ſcriptis non eſt mandata mortis cauſa donatio, opus habet 5 teſtibus De donatione autem ſcriptis mandata, lege Conſtit. 34. huius tit. & ex ea diſces Dicit enim quod in donationibus quæ ſcriptis mandantur oportet vel acta ſequi, vel ſcriptis mandari donationem habentem ſubſcriptionem eius qui donauit, vel alterius eius voluntate. Nec opus eſt deinceps teſtibus. Nota ergo rem nouam & miram, & memento 16. Conſtit. 59. tit. lib. 4. quæ dicit quod

Digitized by Google

quod qui dicit factam eſſe donationem,etiamſi eſt reus,ipſe grauatur probatione. Quæſtio. Quid ergo? Sufficit vnus ſolus teſtis in probationibus? Theodorus reſpondet: Hîc didiciſti quod nec teſtibus quidem omnino opus eſt, ſi is qui donat ſubſcribit, ex 20. & 31. conſtit. huius tit. & quod dicit 13. conſtit. huius tit. quod etiam donari poteſt per epiſtolam. Hoc autem ne tibi mirum videatur: ſcriptum eſt lib. 4. tit. 20. conſt. 15. quod in contractibus fauorabilibus ne teſtibus quidem opus ſit.

Isid. Etiamſi omnino ignorabatur de iis quæ donabantur. Nec ſolum valet ſcriptis mandata donatio quæ facta eſt hoc modo,ſed etiam non mandata ſcriptis, dummodo ſit manifeſtum quod per alias fide dignas probationes probetur donatio.

c Si in donatione præceſſerit actorum confectio, non eſt opus aliis teſtibus. ſed etiam, vt dicit 25. & 30. conſtit. huius tit. habet ſecuritatem qui conſecutus fuit donationem. Didiciſti enim lib. 6. tit. 23. c. 19. quod non egent teſtibus quæ fiunt à Iudicibus aut magiſtratibus. Si inſtrumentum donationis habeat ſubſcriptionem eius ſolum qui donauit,aut alterius qui pro eo ſubſcripſit, ſed eius voluntate, valet, & non opus habet aliis teſtibus. Nota autem quod recte ſubſcribit aliquis pro aliis donantibus,ſed eius conſenſu. Similiter didiciſti etiam ex 20. conſtit. huius tit. Memento autem 12. quoque conſt. 21. tit. lib. 4. Sed ea quæ dicta ſunt accipe de donatione inter viuos. Oſtẽdit enim 4. conſtit. 56. tit. huius lib. 8. quod quæ eſt ſcriptis mandata mortis cauſa donatio, opus habet omnino 5 teſtibus.

Isidor. In donationibus quæ inſinuantur in actis,non eſt neceſſe aſſumi vicinos aut alios teſtes. eſt enim ſuperuacaneum priuatorum teſtimonium actis publicis ſufficientibus. Sed ſi eſt eiuſmodi donatio vt non opus habeat actorum confectione: ſi fiat quidem in ſcriptis,aut ſcribente tabellione aut aliquo alio, ſine teſtium ſubſignatione,valeat: ſubſcribente videlicet eo qui donat, aut alio eius voluntate,ſecundum dictam de eo obſeruationem. Si autem ſcriptis,inquit, mandata eſt ea donatio,ſeruentur quæ de ea dicta ſunt in 25. conſtit. huius tit. quam relege. Illa enim requirit fide dignas donationis quæ fit in ſcriptis probationes. Sunt ergo teſtes neceſſarii. Secundum autem diuiniſſimi Leonis conſtitutionem, quæ in vrbe regia fiunt inſtrumenta donationum, inſinuentur apud ſolum clariſſimum magiſtrum cenſuum. Sed ſi extra vrbem,aut apud defenſorem, aut apud magiſtratus aliarum vrbium abſque dicto clariſſimo magiſtro cenſuum, multa 20. librarum auri exigenda, tam ab eo qui donationem inſinuat, quam eo qui excipit inſinuationem, necnon Tabellione qui præbet teſtimonium in alio, vt dictum eſt, loco vel iudicio, præter id quod etiam aliam grauiſſimam ſubibunt indignationem.

l.32. DONATIONES quæ hîc fiunt,apud magiſtros cenſus inſinuentur,&
nuſquam alibi, etiamſi res ſint alibi. In prouinciis autẽ, aut apud ipſum
ſi adſit:aut ſi non adſit, apud defenſorem,aut eius magiſtratum. Qui au-
tem contra hæc inſinuat,aut ſuſcipit,aut tabularius qui præbet teſtimo-
monium, viginti libris auri multetur: & aliam maiorem expectet indi-
l.33. gnationem. QVEMADmodum *b* in venditione, etiam ſi non facta ſit li-
tis cõteſtatio,tranſmittitur ad hæredes:ita etiam ſit in donatione. Qua-
re etiamſi non facta ſit litis conteſtatio, vel reſcriptum petitum, poteſt
quiſpiam eam tranſmittere, & procuratorem conſtituere. Hæc autem
dicimus in iis qui adhuc viuunt,& acceperunt.

a Acta quæ fiunt in donationibus, Conſtantinopoli quidem apud magiſtrum cenſus: in prouinciis autem, apud præſidem aut defenſorem aut magiſtratum conficiantur. Similiter dicit 25. conſtit. huius tit. de rectore prouinciæ & magiſtratu. Memento autem ſimiliter dictæ diuiſionis de inſinuatione teſtamentorum lib. 1. tit. 3 conſt. 40. & in 6. lib. tit. 23. conſt. 18. & 23. & lege 32. conſtit. huius tit. quæ dicit eum qui acta donationum non conficit Conſtantinopoli apud magiſtrum cenſus, eſſe multandũ auri 20. libris, & eum qui donationem eſt conſecutus, & tabellionẽ.

Isid. Si Conſtantinopoli quidem fiunt donationes, vbicunque res ſint, inſinuentur, apud magiſtrum cenſus. In aliis autem ciuitatibus, ſiue adeſt rector prouinciæ, ſiue abeſt: ſiue habet magiſtratus, ſiue non habet ſed ſolum defenſorem licet volenti, vbicunque res ſint, inſinuare donationem apud rectorẽ cuiuslibet prouinciæ, ſiue apud magiſtratus aut apud defenſores cuiuslibet ciuitatis vt voluerit: & vt ipſa donatio ſita eſt in voluntate donantis, ita etiam in eo ſitum ſit, donationem apud quem velit ex dictis perſonis inſinuare. Donationes ergo quæ fiunt in prouinciis, apud quamlibet ex dictis perſonis inſinuatæ, perpetuo valeant.

b Isidor. In ceſſione actionum quæ donantur, ſubtilitatem amputat, quæ volebat eas non alias tranſmitti ad hæredes quam lis eſſet conteſtata ab iis quibus ceſſæ fuerant, aut diuinum aſſecuti eſſent reſcriptum, quod eis ius dabat litis conteſtationis. Nota autem quod litis conteſtationem imitatur reſcriptum Imperatoris. Quemadmodum enim ceſſas actiones & emptiones, etiam ante litem conteſtatam, tranſmittimus ad hæredes: eodem modo nobis quoque donatas tranſmittimus, etiamſi à nobis nulla litis conteſtatio facta eſt aut petita. Inſtar ergo venditionis, ita etiam in donatione actiones tranſmittantur ad hæredes, & dentur in eis procuratores, etiamſi nulla

Digitized by Google

facto aut lege facta eſt litis conteſtatio. Non ſe autem reflectit conſtirutio ad eos qui ante ipſam, ratione donationis, actiones & ceſſiones acceperunt, in eis vetera iura ſeruari iubẽs: inquirere autem eos qui ſunt adhuc ſuperſtites, an antequam hæc lex ferretur de donatione actionum, eis facta ſit ceſſio.

OMNIS [a] donatio, ſiue ſimplex, ſiue donatio ante nuptias, quæ eſt vſque ad quingentos ſolidos, valeat, etiamſi non ſit actis inſinuata. ¶ Si eſt autem maior, id quod eam ſuperat quantitatem, non valeat: ¶ exceptis donationibus imperialibus, & iis quæ fiunt ratione pietatis, & iis quæ ſponſæ donantur. ¶ Si non ſit autem in pecunia, ſed in rebus mobilibus aut immobilibus, æſtimetur: & ſi non excedit quidem quantitatem, valeat. Sin autem excedit, quod ſuperat eſt inualidum. ¶ Qui autem habet ampliorem ſummam, det alii eius quod excedit † æſtimationem. Sin autem hoc non fecerit: tunc res diuidatur, ſi fieri poſſit. Sin minus: liceat ei deinceps qui vel minimam habet partem, æſtimationem offerre, & totum accipere. ¶ Si quis autem diuerſis temporibus in eandem perſonam multas fecit donationes, oportet eas multas intelligere: ſed non omnes comprehendere, & dicere quod non inſinuata non valet, vt quæ ſit vna. ¶ Si quis autem donauerit, ſtipulatione promittens dare ſingulis annis, & deinde incluſerint donationem ad vitam vſque, rurſus multæ intelligentur. ¶ ſin autem certum tempus definierint, vel etiam hæredum mentionem fecerint, tanquam perpetua facta donatione, vna reputabitur, & de cætero vt quæ excedat quantitatem, opus habet confectione actorum vt valeat.

[Margin: l. 34. in pr. — v. ſi quid. — v. Exceptis. — §. 1. — §. 2. — § 3. — §. 4. — §. 5. — † τὴν ἀπαρ-χεσμεῖν.]

a THEOD. Quæ trecentos ſolidos excedit donatio, inutilis intelligitur in id quod eſt amplius, niſi de ea acta conficiantur. Hoc innouat 36. conſt. huius tituli, hoc adiecto quod valet omnis donatio vſque ad quingentos ſolidos, non indigens fide actorum. Sunt autem donationes quæ non indigent actorum confectione cuiuſcunq; ſint quantitatis, cuiuſmodi eſt ea quæ facta eſt ab Imperatore. Similiter dicit 52. Nouella. Similiter autem & quæ procedit propter pietatem. & quæ à ſponſo in ſponſam ſui iuris conſtitutam & adultam facta eſt in pecunia. Dictum eſt enim lib. 5. tit. 3. conſt. 17. quod quæcunque donat ſponſus ſponſæ ſuæ patre orbatæ, non habent opus fide actorum. Sciendum eſt autem, quod ex hoc textu, ne quæ diuerſis quidem temporibus in eundem cõferuntur donationes, ſi ſigillatim vnaquæque earum non excedit lege definitam quantitatem: ſed ſi eas ſimul collegerimus excedunt, non opus habent actorum confectione. Oſtendit autem 36. conſtit huius tit. quod quæ in redemptionem captiuorum facta eſt donatio, aut à ducibus exercitus in milites, & quæ in eum qui domum ſuam amiſit incendio aut ruina, vt ipſe reficiat, facta eſt, non indiget inſinuatione, quantæcunque ſit quantitatis. Dictum eſt autem libro quoque primo tit. 3. conſt. 38. quod quæ à Monachis profectæ ſunt etiam ſine actis in monaſteria donationes, valent etiamſi excedant quingentos ſolidos. Dictum eſt autem lib quoque 5. tit. 16. conſt. 25. quod quæ in filium qui eſt in poteſtate à patre facta eſt donatio, & quæ in vxorem à marito, non opus habet actorum cõfectione, etiamſi excedat lege definitam quantitatem, ſi confirmata fuerit morte eius qui donauit. Dicit autem etiam 31. conſtit. 12. tit. dicti lib. 5. quod quæ pro filia aut cognata aliqua data eſt dos, non opus habet fide actorum, cuiuſcunque ſint quantitatis. dicit enim 119. Nouella, quod donatio ante nuptias non opus habet cõfectione actorum, ſed id ſcilicet quantum ad virum attinet, ſecundum 127. Nouellam. Ne te autem lateat 87. quoque Nouellam ſimiliter dicere donationes cauſa mortis non opus habere fide actorum.

[Margin: l. minoribus. C. de donat. ante nuptias.]

ISIDORI. Omnis donatio, ſiue communis, ſiue ante nuptias, vſque ad quingentos ſolidos non indigeat confectione monimentorum. Sed ſi eam excedit quantitatem, non tota aboleatur, ſed ſolum id quod ſuperat, tanquã id nec ſit poſitum, nec intellectum, exceptis imperialibus donationibus, & iis quæ facta ſunt in ſponſam adultam, & iis quæ reſpiciunt ad pietatem. Et quæ ad pietatem quidem reſpiciunt, concluduntur intra quingentos ſolidos. Hoc autem habes ſitum in 1. lib. Cod. conſt. 19. 2. tit. quæ etiam ſpecialiter enumerat quaſnam intelligere oporteat pias cauſas. Imperiales autem donationes nulla quantitate concluduntur, vt dicit 22. conſtit. quæ ſita eſt in lib. 2. tit. 2. Si non eſt autem in auro donatio, ſed in aliis rebus, cuiuſmodicunque fuerint, ſi earum quidem æſtimatio ſit vſque ad quingentos ſolidos, valeat etiam abſque actis. Sed ſi hanc excedit æſtimationem: quod ſuperat eſt inutile. Vt autem communionis tollatur contentio: qui maximam habet partem, habeat poteſtatem offerendi pretium reliquæ quantitatis, ei qui habet minimam. Sed ſi hoc recuſat, res diuidantur. Sed ſi diuiſio rei damnum afferat, liceat ei qui minimam habet partem, offerre pretium ei qui habet maximam, & totam rem vendicare: omnibus quæ dicta ſunt de traditione, in ſuo robore manentibus, & ex hac lege nullam patientibus diminutionẽ. Vt autem ex

[Margin: l. illud. C. de ſacroſ. Eccleſ.]

omni

Digitized by Google

omni parte tollatur de hac diuiſione contentio, hoc quoq; hac lege comprehendimus. Si quis diuerſis temporibus eidem perſonæ multas facit donationes, quarum ſingulæ quidem legitimam nõ excedunt quantitatem, olim quidem trecentorum, hodie autem quingentorum ſolidorum: in vnum autem collectæ & dicto modo accumulatæ videntur excedere, & maioris eſſe quantitatis: eæ in vnum non cogantur, nec aliqui modi excogitentur per quos inutiles fiant donationes: ſed contra & multæ intelligantur, & ſingulæ ſecundum ſui naturam valeant, & monimentorum obſeruatione non indigeant. Cum enim à veteribus de hac re ſit dubitatum, multis multas, ſed non vnã definientibus eſſe donationem, nobis humanior placuit ſententia, vt & eæ multæ intelligantur, & omnes valeãt. Si quis autem talem fecit donationem, in qua ſtipulatione promiſit annuam quandam præbere quantitatem, quę non excedit legitimum donationis modum: dubitatur, vtrum propter eam quæ fit per partes dationem, non indigeat monimentis: an ex totius ſtipulationis fundamento, & vt ita dicam, fonte eius, ex qua annuæ inuentæ ſunt donationes, vna ſit donatio, & proculdubio indigens monimẽtorum obſeruatione. De quo veteres quidem ſatis dubitauerunt. Nos autem definimus diuiſionem quæ concluditur, vt ſi vita quidem donatoris, vel eius qui donationem accepit, concludatur donatio, multæ intelligantur donationes & à monimentis liberatæ. Incertus enim fortunæ euentus ſæpe efficit, vt intra annum deſinat donatio, vel etiam intra minus aut maius ſpatium temporis, vt hinc poſſint donationes non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam hæredum ex vtraq; parte fiat mentio, & non adiectum fuerit tempus vitæ, tunc quaſi perpetuata donatione, & continuatione magnã eam & opulentiorem faciente, & vna intelligatur, & quaſi denſis donationib. accumulata legitimum modum excedere, & omnimodo monimentis indigere, & aliter ea nullo modo valere.

L.35.in pr. Si [a] argenti certum pondus donauerit quiſpiam, vaſa autem generaliter aut ſpecialiter non dixerit, neceſſe habet dare pondus, vel in vaſis, aut in * maſſa quæ venditur in ea regione. §.1. ¶ Sin vero certum reditum, * βώλῳ. ſimiliter ſine nomine donauit, dat fundos mediocres qui tantum habẽt reditum §.2. ¶ Similiter etiam dicimus in ſeruis. §.3. ¶ Sin autem nec argentum, nec ſeruum, nec reditum habeat, tunc pro vnoquoque ſeruo det quindecim ſolidos. De reditu autem fiat æſtimatio quindecim annorũ, nam de argento dictum eſt. Porro autem ſi opus ſit monimentis, ea fiant. Sin minus, non valet in id quod excedit. §.4. ¶ Si vero etiam vniuerſitatem donauerit quiſpiam, vt beſſem vel trientem, dum non ſit immenſa, valeat, & exigatur, hîc quoque factis ſi opus ſit monimentis. §.vlt. ¶ In his autem omnibus ſi vſumfructum retinuit is qui donauit, eo ipſo viſus eſt tradere. Sin minus: ab eo exigatur, vel per ſtipulationem ſi facta fuerit, vel per competentem actionem. Et vnuſquiſque qui ſuo donat arbitrio, v. Tantoque. ¶ & maxime cum pie & religioſe donauit, impleat donationem, pœnas non ſolum à legibus expectans, ſed etiam à Deo. Porro autem res quoq; tranſeat ad hæredes.

[a] Theod. Qui indefinite argentum, vel generaliter vaſa quædam, vel reditum, vel non ſignatum, aut ſeruos aliquos donauerit, in argento quidem id quod ex maſſa redigitur, in aliis autem eorum quę ſunt mediocria ab eo petuntur. Nota autem quod quindecim annis æſtimatur reditus: & quindecim ſolidi definiuntur pretium ſerui. Qui donauit, ſi interrogatus quidem promiſit: tenetur actione ex ſtipulatu. Sin autem non promiſit: tenetur condictione ex lege, quæ competit aduerſus hæredem. Similiter dicit tertia conſtit. ſequentis 54 tit. adiecto them.

Isid. Si quis argentum donauerit, certumque pondus nominauerit, non autem vaſa generaliter vel ſpecialiter nominauerit, omnibus modis prædictum pondus argenti neceſſe habet dare, ſiue in maſſa, ſiue in vaſis quæ voluerit, ſed quæ non ſint peioris æſtimationis, ſiue in ipſa æſtimatione, conſiderata æſtimatione argenti, prout eſt frequens in illis locis. Sin vero reditum certum ex poſſeſſionibus donarit, non tamen nominarit poſſeſſiones, neceſſe habeat ex ſua ſubſtantia fundos tradere tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione poſuit: in talibus quidem agris qui nec omnibus qui ſunt in poſſeſſione eius ſunt meliores, nec deteriores, ſed ſunt mediæ qualitatis. Simili modo autem ſi quis numerum ſeruorum donauerit, nec tamen nominauerit ſeruos hic quoque det ſeruos mediocres, & nec eos qui ſunt meliores omnibus qui ſunt in familia, nec eos quos non habere magis prodeſt quam habere. Sin autem non habet ſeruos is qui donauit, aut tantum reditum quantum donauit, ſic fiat æſtimatio. Argenti quidem, ſicut prædictum eſt. In ſeruis autem vniuſcuiuſque ſerui quindecim ſolidis. In reditibus vero quindecim annorum fiat æſtimatio, locum habente de monimentis iam edita Nouella conſtitutione, vt vſque ad quingentos ſolidos valeat etiam ſine monimentis. Si ſit autem maioris quantitatis, fiant monimenta. Sin minus: id quod excedit, vt iam conſtituimus, non tota autem donatio ſit inutilis. Sed & ſi quis

Digitized by Google

donarit vniuerſitatem[ſiue beſſem]ſiue dimidiam,ſiue tertiam, ſiue quartam, ſiue quantancunq; partem ſuæ ſubſtantiæ,vel etiam totam ſimul ſubſtantiam,hic quoque impleat donationem,conſideratis monimentis: niſi hinc arceatur inofficioſis donationibus. Traditio autem ſic conſideretur. Nam ſiue vſumfructum retinuit qui donauit,hoc ipſo fecit traditionem.Siue non retinuit:neceſſe habet tradere,ſiue de hoc facta ſit ſtipulatio, ſiue non. Neque enim traditio confirmat donationem: ſed donatio neceſſario exigit vt fiat traditio,vt non liceat de facta ab eo donatione pœnitere,neque legitimo vti velamento in poſterum. Hæc autem firma ſunt & valida, etiamſi in piis actibus aut religioſis perſonis facta fuerit donatio,monimẽtorum obſeruatione in his, ſecundum quod iam ſpecialiter eſt conſtitutum,conſideranda.Non ſolum autem qui donauerunt, cogantur implere donationes in iis qui dicti ſunt caſibus,ſed etiam eorum ſucceſſores, nec ſolum iis qui donationem acceperunt,ſed etiam eorum hæredibus.

SI QVIS [a] pro redemptione captiuorum pecunias donauerit,aut promiſerit, valet quod factum eſt, etiam ſine inſinuatione, & ſi quid dedit, non amplius eam repetat. Sin autem ſolum promiſit,exigatur,etiamſi non facta ſint monimẽta,aut cautionem inſinuauerit.De cætero autem is qui accepit, neceſſe habet piam adimplere actionem, non reddens rationem, ſed iureiurando rem declarans. ¶ Similiter valet donatio non inſinuata, quæ facta eſt à duce exercitus, etiamſi ſit infinita, dum forte vel è domo ſua, vel ex ſpoliis donat alicui ex militibus vbicunque. ¶ Idem dicimus etiamſi domo incenſa donatæ ſint ei qui paſſus eſt incendium, pecuniæ quantæcunque: valet enim non inſinuata: & ſi dederit, ea non repetatur: & ſi non dedit, exigatur, etiamſi non facta ſint monimenta. Omnes autem conſumat in ædificium, hoc præſtito ſacramento declarans,non valens eas conſumere in alias cauſas. Et ſi dubitetur vtrum omnes, an pars earum conſumpta ſit in ædificio, iureiurando domini domus res decidatur. ¶ De cętero autem non inſinuatæ donationes, ſint vſque ad quingentos ſolidos,

(margin: 136; §.1.; §.2.; §.vlt.)

a Is cui fuerunt creditæ pecuniæ ad captiuorum redemptionem, non eſt obnoxius reddendæ rationi ſed debet iurare quod ſine dolo,omnia quæ ſibi data ſunt, in hunc pium vſum conſumpſit. & nota quod qui nõ eſt obnoxius reddendis rationibus, eſt obnoxius iuriiurando, etiamſi eius fidei ſit creditum.

ISIDOR. Hæc conſtitutio vult alias cauſas adiicere iis quæ ſuperius dictæ ſunt lib.1.tit.12.conſtit.19.vt nec in iis monimenta exigamus quantæcunque ſunt quantitatis. Sunt autem hę,Si quis pro redemptione captiuorum præbuerit pecunias,aut per cautionem alicui ſpoponderit, quantæcunque quantitatis ſint pecuniæ,etiam quando dedit,non repetat. Quando autem ſolum promiſit,exigatur. etiamſi non facta ſint monimenta, aut non inſinuarit cautionem. Qui autem pecunias accipit vel cautionem,neceſſe habeat hanc piam adimplere adminiſtrationem, nulla moleſtia aut vexatione ei inferenda ab eo qui dedit pecunias, aut ab vllo alio ex iis qui ex legibus poſſunt hoc facere, ad hoc vt quæratur quomodo ſint conſumptæ. ſed tantummodo præſtet ſacramentũ, quod reuera omnem quantitatem,ſine dolo & diminutione aliqua,ad redemptionem dederit captiuorum.Ecce vnam cauſam.Subiungit autem etiam aliam. Si,inquit,dux militum donarit militibus res mobiles aut immobiles,ſiue ex ſua ſubſtantia,ſiue ex ſpoliis hoſtium,ſiue in occupatione aduerſus hoſtes,ſiue in aliis locis degens nec hic requirantur monimenta.Subiungit deinde tertiã quoque cauſam. Si cuius domus incendio perierit aut corruerit, alius autem ei donarit pecunias ad domus ædificationem,cuiuſcunque quantitatis aut cautionis compoſuerit promittens darę: ſi dedit,non repetit:& ſi non dedit, ab eo exigatur,etiamſi non ſecura fuerint monimenta.Illo quidem exiſtente manifeſto quod qui accepit,neceſſe habet expendere ad domum ędificandum,non valens in alias cauſas eas conſumere. Si autem de eo exorta fuerit dubitatio,vtrum omnes, an pars earum fuerit conſumpta in ædificatione, hoc domini domus ſacramento decidetur. Hæc ergo & aliæ exceptæ cauſæ non poſtulant vt fiant monimenta.

[a] VERBA ſuperflua eiicit conſtitutio à donationibus, vbi ſcribitur, Nummi vnius aſſium quatuor. Non habent enim effectum. Quodſi etiam deinceps inſerta fuerint aut adſumpta, perinde ſit ac ſi ipſa non eſſent. SI [b] auia nepti ſuæ res donarit hac lege vt ab ipſa aleretur, deinde tranſgreſſa ſit: poteſt mouere non ſolum eam quæ ex conuentione oritur actionem, ſed eam etiam actionem quæ propria vendicat, ad re-

(margin: l.vlt.; l.1. C.de donat. q̃ ſub modo vel cond. vel certo temp cõiunguntur.)

Digitized by Google

l. 2. ad recipiendas res donatas. Si [c] quis cuipiam donauit poſſeſſiones, ita vt poſt mortem eius eas reciperet, valet donatio: cum & ad tempus certum & incertum poſſit fieri, lege quę eſt impoſita ſcilicet conſeruanda.

l. 3. [d] Donavit quidam res alicui vt poſt certum tempus Petro reſtituerentur. Sciendum eſt quod ſi Petrus non eſt ſtipulatus, is qui donauit, habet repetitionem [& eius hæres.] Veteres tamen Imperatores, propter benignitatem, Petro quoq; dederunt vtilem actionem finito tempore aduerſus eum qui accepit donationem, vel eius hæredem eo mortuo.

l. 4. Si [e] quis perfectam abſque conditione fecerit donationem, non poteſt poſt tempus ei qui accepit imponere conditionem. Qui itaque acceperunt, firmam habebunt & ſtabilem.

a Isidor. Mos erat in donationibus verba quædam inſerere, quæ ſic habebant: Dono tibi hanc rem ſeſtertio nummo vno aſſium quatuor. Hæc tanquam ſuperflua iubet conſtitutio non amplius inſeri donationibus. Quid enim, inquit, opus eſt verbis, vbi in rebus nullus eſt effectus? Nullus ergo eorum faciat mentionem, vel in imperialibus donationibus, vel in aliis omnibus: ſed & ſi quis verboſitate gaudens aliquid tale inſcripſerit vel miſcuerit, nulla eſt hinc differentia.

b Isidor. Si auia nepti donauit hac lege vt ei certa alimenta præberet, & hoc oſtendat, lege non adimpleta habebit quidem primo loco aduerſus eam condictionem cauſa data cauſa non ſecuta. Competit autem ei quoque vtilis in rem.

c Sunt validæ donationes ſi quis alicui donarit poſſeſſiones, ita vt poſt mortem eius qui accepit, reuerteretur dominium ad eum qui donauit. cum ad tempus poſſit fieri donatio, ſiue ſit tempus certum, ſiue incertum, obſeruata quidem certe lege quæ eſt in donatione.

Theod. Quæ donatur ad tempus certum vel incertum, reſoluuntur impleto tempore definito. Similiter dicit ſecunda conſtitutio huius tit. Memento 2. & 8. conſtit. 6. tit. lib. 4.

d Theodor. Si quis alicui rem donarit, vt poſt tempus eam det alteri, is quidem qui eſt iam donationem conſecutus, habet ex lege condictionem. Qui autem poſtea debet eam accipere, ſi eſt quidem ſtipulatus, mouet actionem ex ſtipulatu. Sin autem non eſt ſtipulatus: mouet vtilem actionem, hoc eſt, præſcriptis verbis. Sic enim [excellens] Heros Eudoxius hîc intellexit nomen vtilis. Sic infra heres Patricius l 48. tit. 24.

Isidor. Si quis alicui donauit, vt poſt certum tempus is qui accipit, donationem reſtituat Titio: ſi Titius quidem fuit ſtipulatus, poſt tempus definitum mouebit actionem ex ſtipulatu: ille autem qui donauit vel hæres habebit condictionem cauſa data cauſa non ſecuta. Placuit autem ex benignitate, vt Titius etiam ſi non ſit ſtipulatus, poſſit habere vtilem actionem aduerſus eum qui poſt tempus definitum accepit donationem. Si autem deceſſerit Titius, eandẽ actionem habebit eius hæres. Reſcribit autem conſtitutio ad illius ſororem, cui lex donationis volebat rem dari poſt tempus definitum. *e* Theod. Imperfectæ, puræ ſcilicet donationi non inſeritur conditio.

Isidor. Perfecta & pura donatio nunquam poſt tempus ſuſcipit leges & conditiones. Vnde ſi quis qui donauit, velit poſt breue aliquod tempus factæ donationis, ei inſerere conditiones, nihil oberit ei qui eam accepit.

Vlt. Si [a] mater filiæ ſuæ quæ eſt in poteſtate patris, res donarit hac lege, nempe ſi à patre ſui iuris facta fuerit intra biennium: deinde contigerit patrem decedere, nihilominus ad imitationem legatorum valet quocunque modo facta fuerit ſui iuris.

Nou. 52. c. 2. [b] Porro autem illud quoque adiiciendum animaduertimus, vt quomodo quæ ab Imperatore in alios fiunt donationes, non indigent monimentorum confectione, ſed ex eo ipſo vires habent: ita nec quæ à priuatis in imperium fiunt donationes, ſi ſolum reuera fiant, in foro compoſitæ à [c] tabellionibus, & eius qui donauit habentes ſubſcriptionem, & teſtium, & aliam donationum obſeruationem, non opus habeãt confectione monimentorum. [cuiuſcunque fuerit quantitatis.] Non fuerit enim conſentaneum, vt non eadem à priuatis aſſequatur Imperatoria maieſtas, quæ ipſa illis donat. Hæc autem inæqualitas facta eſt ex innouatione quam introduxit conſtitutio Zenonis piæ memoriæ, quod Imperiales donationes non egeant monimentis. Quoniam ergo res antea imperfecte fuit conſiderata, propterea nos perfectionem imponentes eam volumus valere

Digitized by Google

tam in donationibus quæ fiunt ab Imperatoribus in priuatos, quam à priuatis in Imperatoriam maieſtatem, vt ex æqualitate iuſtitia rei addatur. [d] MVLIER quædam in iis quæ ab coniuge ei donata fuerāt ſed non tradita, volebat cum deceſſiſſet maritus, & de donatione egiſſet ſilentiū, res vendicare tanquam earum domina[tam donatione quam ſilentio viri facta.] Ab iis autem qui tenebant, contra dicebatur, quod ſi teneret, ea ſolam haberet præſcriptionem ſi in eam ageretur: ſed non etiam à Petro eas poſſet vendicare. Atque tale quidem erat id de quo dubitabatur. Nos autem recordati ſumus noſtræ conſtitutionis, quæ dicit eum qui donauit, etiam ſi is cui donatum eſt, non eſt ſtipulatus traditionem, neceſſe habere tradere id quod eſt donatum. Neque enim ad fraudem, nec vt nudæ ſint literæ id quod fit, conuenit fieri contractus. Aduertimus autem ad veterem quoque legiſlationem: ¶ & ſtatuimus, vt ſi, prout à nobis prius dictum eſt, perfecte omnes teneat hæc donatio, ex modo & ex inſinuatione, ea omnino confirmetur viri ſilentio, ſtatim ab initio, per noſtram conſtitutionem, ex quo facta eſt. Quare etiam ſi maritus poſtea rem dederit in hypothecam, vel in pignus præbuerit, videtur tamen is quoque prius feciſſe traditionem, qui donec ſuperſtes fuit, egit ſilentium: & ſiue facta ſit, dare ei præſcriptionem, ſiue non facta ſit, præbere etiam perſecutionem: ſi facta quidem fuerit ſtipulatio, per ex ſtipulatu actionem & virtutem. Sin minus: per competentem petitionem, vt accipiat id quod fuit donatum. ¶ Porro autem illud quoque ſtatuere æquum exiſtimauimus, vt ſi ab initio quidem inſinuatæ fuerint donationes in monimentis, eę omnibus modis ſilentio confirmentur. Sin autem manſerint non inſinuatæ, excedant autem modum qui eget inſinuatione: eæ vſque ad id ſolum valeant, ad quod etiam non inſinuatas donationes validas eſſe à nobis eſt conſtitutum. Hoc enim poſtea à nobis conſtitutum ſeruari volumus: & non propter adiectionem quantitatis, id etiam excidere quod recte poteſt ſe habere, quod etiam in vniuerſalibus donationibus iam lex noſtra dicit: his valentibus non ſolum in vxore & marito, ſed etiam in aliis perſonis, in quibus ſunt prohibitæ donationes in matrimoniis.

Nou.162. c.1.in pr.

§. 1.

§. 2.

[a] THEOD. Poteſt mater donare ſuæ filiæ ſub conditione ſi fuerit emancipata. Didiciſti autem lib. quoque 6. tit. 28. conſt. 25. & lib. 6. tit. 25. conſtit. 3. quod hæredes quoque recte ſcribit mater ſuos filios ſub hac conditione.

ISIDOR. Mater quæ donauit filiæ quæ eſt in poteſtate mariti, ſub hac conditione ſi fuerit emancipata intra duos annos: ſi pendente conditione pater deceſſerit ea non emancipata, adeo vt infirma euaſerit conditio donationis, placuit tamen inſtar legatorum relictorum ſub conditione emancipationis, ita etiam valere donationem, vt quocunque modo facta ſit ſui iuris, poſſit vendicare donationem.

[b] THEOD. Quæ ab Imperatore aut in Imperatorem facta eſt donatio, non indiget confectione monimentorum, etiamſi excedat lege definitam quantitatem. lege lib. 8. Cod. tit. 53. conſtit. 34.

[c] Συμβολαιόγραφοι, qui ſcribunt contractus. [d] THEOD. Hæc conſtitutio concedit factam

* Concedit autem definitas quoque conſuetudines. Memento [147.] 148. Nouellæ. Pronunciata fuit menſe Aprili, indictione 8. imperante Tiberio.

TITV-

Titulus II.

De reuocatione donationum.

περὶ ἀνατροπῆς δωρεῶν.

Liber viii. Cod. Tit. lv.

L. 1. C de reuocandis donationib. SI LIBERtus à patrono [a] acceperit donationem, etiamſi ſit in eius poſſeſſione, ſi tamen viſus fuerit ingratus, reuocatur. Idem dicimus etiamſi eius nomine res ſint emptæ. Hoc autem poteſt facere ipſe patronus, ſed nõ etiam filius eius aut hęres reuocare, quod non fecit qui donauit.
L. 2. Si [b] quis alicui rem donauit, & deinde eius inſtrumentum ſuffuratus exuſſit, nihil læditur is qui accepit donationẽ. Neq; enim quod vires habebat, poteſt reuocari ex abſurdo quod factum eſt.
L. 3. Mater [c] quæ rem aliquam donauit filiis qui ſunt ſui iuris, non poteſt eam alienare.
L. 4. Non [d] potes perfectam reuocare donationem hoc prætextu quod dicas, Hoc feci in fraudem aliorum. nam & ſi pœnitentia ductus ſis, nihil tibi prodeſt.
l. 5. Rite [e] & perfecte factam donationem, ne Imperatoris quidem reſcripto reuocat quiſpiam.
l. 6. Si [f] filio tuo donaſti prędia & mancipia ſine conditione, non potes ea reuocare eo prætextu quod abeſſet maritus tuus & alii filii.
l. 7. in pr. Mater [g] tunc reuocat factas filio donationes quando non ſecundo nupſerit, & eum ingratum probauerit.
v. caterũ. ¶ Quæ autem ante cõtrouerſiam ab eo factæ ſunt alienationes, non reuocabit. Ad hæredes autem hoc non tranſibit.
v. de ceteris. ¶ Similiter nec quę ſunt viles & abiectæ, reuocabunt donationem.

a Theod. RECTE patronus ex ingratitudine reuocat id quod donauit ſuo liberto. Lege 8. conſtit huius tit. Quod enim donatio reuocetur ex ingratitudine, dicit generaliter 7. & 10 conſtitutio huius tit.

Isidor. Permittit patrono conſtit. reuocare à ſe factam in libertum donationem, ſi ſit ingratus libertus, etiamſi eſſet perfecta in eum facta donatio, & eum induxiſſet in donatarũ rerum poſſeſſionem. Eo vſq; enim, inquit, valeat donatio, donec reuocatur à Patrono. Maxime enim oportebat libertũ qui fuerat aſſecutus familiã Patroni, ſe in eum oſtendere officioſum, non autem ſe in eum arroganter gerere. Donationis autem reuocatio conſiſtit vſque ad ipſum Patronum. Non item etiam competet eius filiis & aliis hæredibus. Regulariter enim nulla rationẽ oportet reuocare donationem, ſi is qui donauit, toto tempore vitæ ſuæ eam non reuocauit. Hoc autem ſeruetur, etiam in illis rebus quæ nomine libertorum à patrono donandi animo emptæ ſunt.

b Theod. Non perit donatio ex eo quod ſurreptum aut exuſtum ſit inſtrumentum donationis Similiter dictum eſt de teſtamento lib. 6. tit. 23. conſtit. 11. Memento autem eorum quoque quæ dicta ſunt in tit. 23. lib. 4 de amiſſione inſtrumentorum.

Isidor. Auia quæ ſemel donauit nepoti, non poteſt ex pœnitentia reuocare donationem, & licet ſubtractum donationis inſtrumentum exuſſerit, nihil læſit factam donationem. Reſcribit autem conſtitutio ad patrem filiæ quæ ab auia accẽperat donationem.

c Theod. Nec ſi donaſſe quidem pœniteat, reuocat mater ea quæ donauit filiis, etiamſi vt dicit 6. conſtit. huius tit. aberat eius filius aut maritus quando proceſſit donatio. Infert enim generaliter 9. conſtit. huius tit. quod non ſoluitur donatio quæ facta eſt in deſcendentes, niſi probati fuerint modi ingratitudinis qui continentur legibus. Quinam autem ſunt ii, oſtendit ſimiliter 10. conſtit. huius tit. Dicit autem 7. conſtit. dicti huius tit. quod quæ ſecundo nubit mulier, non ſit integræ famæ, neque ex ingratitudine reuocat ea quæ donauit filio, niſi ipſe eius vitæ vel omnibus bonis fuerit inſidiatus, ex 22. Nouella. Quod autem matres recte donant ſuis filiis, vidiſti lib. 5. tit. 16. conſt. 19.

d Theod. Non reuocat quiſpiam ea quæ donauit, dicens, Deceptus ſum in donatione. Di-

Digitized by Google

dixiſti autem lib.6 tit.23. Conſtit.6.quod etiam ſi quis dixerit in teſtamento, Non donaui, non reuocantur ea quæ donauit. Memento 6.Conſtit.tit.9. 4.lib. Nota autem ex hac Conſtit quod qui donauit,is eſt qui non poteſt reuocare factam in fraudem donationem. Nam vt dictum eſt lib.7.tit.75.Conſtit.3.poſſunt creditores reſoluere ea quæ donata ſunt in fraudem eorum. Accipe ergo differentiam,ne leges dicas eſſe contrarias.

e Eivsdem. Ne per diuinam quidem iuſſionem euertitur quæ legitime proceſſit donatio. Similiter dictum eſt de teſtamento lib.6.tit.26.Conſt.10.

f Isidor. Mater quæ perfecte donauit,eo prætextu quod non adeſſet eius maritus, aut filii, quando fecit donationem eam non reuocat.

g Theod. Si extiterit ingratitudo,non repetuntur ab eo qui accepit donationem,quæ conſumpſit aut alienauit ex iis quæ ſunt donata, ſed ſolum quæ ſuperſunt tempore ingratitudinis,eorum eſt perſecutio.& nota.

Isid. Quando mater quæ ſuo donauit filio,poſtea eum impium & ingratum oſtēdere voluerit,tunc admittetur mater ingrati animi crimen in eum intentans, quando ſecundas nuptias non contraxerit. Admiſſa autem ad hanc filii ſui accuſationem ſi filii ingratitudinem & impietatē probauerit,accipiat quæ ab ipſa in eum factæ ſunt donationes, quas probatum fuerit filium habere illo tempore quo accedens ad magiſtratum,& accuſans filii ingratitudinem mater, obtinuit iuſſionem quæ iubet filium in iudicio contendere. Tunc enim res quæ ſunt apud filium ex donatione petat. Quæ autem ante cœptam eius accuſationem ab eo factæ ſunt venditiones, aut donationes, aut permutationes,aut cuiuſmodicunq; alienationes non reuocabit, etiam ſi ingratum eſſe filium probauerit. ſolus autem ipſe filius eſt obnoxius reuocationi rerum donatarum, quæ apud ipſum inueniuntur præter eum autem nullus alius.eſt enim actio perſonalis,& datur in ſolum filiū. Vnde nec eo mortuo tranſmittitur aduerſus hæredes.Sed nec ſi mater prius deceſſerit, poterunt hæredes eius intentare hanc accuſationem. Ex iis autem quæ dicta ſunt eſt euidens,quod quæ eſt vilis & propudioſa,& abiectam habet pudicitiam,forte quod ſit proſtituta, non habet ius reuocādi. hoc enim etiam ſi non eſſet dictū ſpecialiter, oporteret ſeruari. ſi enim ea quæ eſt alioqui honeſta,ſi ſecundo nupſerit,eſt ab eo aliena, quis eam quæ vilem & abiectam habet pudicitiam, ad hoc ius admiſerit?

Si [a] patronus filios non habens, liberto omnia bona ſua, aut partem eorum donatione ſit largitus,deinde poſtea habuerit filios,omnia bona rurſus ad eum reuertuntur,& manent in eius poteſtate. Donationes [b] quæ fiunt ab aſcendentibus in deſcendentes qui ſunt ſui iuris, non reuocantur niſi in eos ingrati euadant qui acceperunt, & conuicti fuerint in iudicio. Omnis [c] donatio perfecta non reuocatur niſi ex ingratitudine,vtputa ſi atroci iniuria eum affecerit, aut manus ei intulerit, aut damnum maximum attulerit, vel vitæ inſidiatus fuerit, vel quædam facere conuenerit,& non fecerit.¶ Ex his cauſis reuocantur. ¶ Ad primas autem vſque perſonas hoc valet,non etiam poteſt tranſire ad hæredes.

l.8. l.9. l.vlt.in pr. v.Ex his. v.Hoc tamen.

a Si patronus habeat filios,ad eum reuertuntur quæ donata ſunt liberto. Memento primæ Conſtit huius tit.

Isid. Quando quis non habens filium omnes ſuas facultates aut partem earum liberto donauerit,filios autem poſtea habuerit,vniuerſa abrogetur donatio,& reuertantur omnia ad eum qui donauit, habentem poteſtatem ea rurſus vt vult adminiſtrandi.

b Isidor. Si quis ſuo filio aut filiæ,nepoti aut nepti,pronepoti aut pronepti donarit,non abſolute prætextu ingratitudinis reuocet donationem,ſed ad euidentes & quibus contradici nō poteſt ſe paret probationes, & impium & ingratum conuincat eſſe filium qui accepit donationem, & eas in iudicio oſtendat cauſas quæ dictæ ſunt legibus.

c Theod. Reuocantur donationes propter ingratitudinē Similiter dicit prima & 7.Conſtit.huius tit.Si propoſita accuſationis cauſa ſit legitima,& vere probetur,vt oſtendit Conſtit.huius propoſiti tit. In iudicio ſcilicet,vt eſt in fine huius Conſtit. legitima ingratitudo eſt in donationibus atrox iniuria aut illata manus, aut quod omnibus fere facultatibus allatum eſt damnū, aut vitæ periculum,non implere omnia quæ conuenerunt in ſcriptis vel ſine ſcriptis. Querela ingratitudinis non datur hæredibus neque tranſmittitur aduerſus hæredes:vt dicit 7. Conſtit. huius tit. Idem dicit etiam 6.Nouella.

Isidor. Hæc Cōſtitutio enumerat cauſas ingratitudinis, ex quibus poteſt reuocari facta donatio & dicit,Omnis donatio ſecundū leges facta,maneat firma & ſtabilis: niſi is qui accepit donationem,inuentus ſit ingratus,in eum qui donauit atroci vſus iniuria: vel iniquas manus afferēs, vel maximum damnum ingerens ex ſuis inſidiis, quod non leuem ſenſum facultatibus donatoris præbuit,vel vitæ parauit inſidias, vel vt qui pacta in donatione conuenta vel ſcriptis, vel ſine ſcriptis,non impleat. Ex his enim ſolis cauſis,ſi in iudiciis cauſa cognita aperte probatæ fuerint. reuocentur factæ donationes.Eſt enim abſurdum vt qui accepit donationem,teneat res eius qui donauit,& ludibrio habeat eius imbecillitatem: & rurſus is qui donauit,rebus ſuis priuetur,& talibus malis

Digitized by Google

malis afficiatur. Hæc autem iubet valere vſque ad primas perſonas, nec eius qui donauit hæredibus præbens facultatem accuſandi tanquam ingratos eos qui acceperunt donationem, aut eorum hæredes, niſi teſtator aduerſus eos cauſæ primordium inſtituerit.

Titulus III.

De iis quæ poſt mortem fiunt donationibus.

Ad l. ... Iuuatis ... pion.

Liber xxxix. ff. Tit. vi.

l. 1. in pr. ff. de mortis cauſa donat. l. 2. Mortis [a] cauſa donatio eſt, cum quis ſe magis vult habere, aut eum qui accepit, quam hæredem. Vlpianus. Tres ſunt ſpecies mortis cauſa donationum. Vna, cum nullo impendente periculo donat propter ſolam mortis cogitationem. Secunda autem, cum quis propter imminentem mortem donat, ita vt ſtatim dominus fiat is qui accepit. Tertia, cum datur propter periculum, ita vt qui accepit, non ſit dominus donec mortuus ſit qui donauit. Paulus. Non ſolus ægrotus poteſt donare, ſed etiam qui latronum aut hoſtium timet periculum. Caius. Vel virum potentem, aut naufragium. Vlpianus. Vel loca quæ patent inſidiis, vel ſenectutem. Paulus. Hæc enim omnia inſtans periculum ſignificant. [Idem.] Si is [b] qui donauit, in pœnam capitalem inciderit, reuocatur donatio: quanuis cæteræ donationes non factæ propter pœnæ [c] ſuſpicionem, valeant. Idem. Si [d] ſcriptus hæres pecuniam acceperit vt repudiaret hæreditatem, vel ſi ſub conditione manumiſſus, vel legatarius dederit ad implendam conditionem, eſt mortis cauſa capio. Sic enim vocatur quod propter alicuius mortem lucrifacimus. Et quod propter mortem filii vel cognati datur, ¶ & poteſt fieri conuentio, vt ſi conualuerint; recipiam.

Marginal notes: Martianus. — Similiter ff. ... — l. 3. — l. 4. l. 5. — l. 6. — l. 7. — l. 8. in pr. — Lege principium ff. ... — §. 1.

Hic tit. eſt 56. 8. lib. Cod. Tres eſſe differentias mortis cauſa donationum Iulianus ait. Vnam, cum quis neque imminens periculum timens, ſed ſola cogitatione humanitatis donat, quę quandocunque futura eſt mortem timens. Secunda autem ſpecies mortis cauſa donationis eſt, cum quis imminente periculo commotus donat, vt ſtatim fiat res accipientis. Tertia ſpecies mortis cauſa donationis eſt, cum quis præſenti periculo conturbatus donat: ſed non ſic vt ſtatim res fiat accipientis: ſed vt tunc res eius fiat, cum mors inſecuta fuerit eius qui donauit. Non ſolum autem poteſt donare is qui ex morbo mortem timet, ſed qui quomodocunque timet mortem [proximam:] ſiue ab hoſtibus, ſiue à latronibus, ſiue hominis potentis crudelitatem aut odium timeat, ſiue nauigaturus ex naufragio mortem formidet, aut quia eſt tranſiturus per loca quæ facile patent inſidiis, aut cum propter ſenectutẽ mortem ſperat. Hæc enim omnia inſtans periculum ſignificant.

b Si aliquis mortis cauſa donauerit, euenerit autem vt ipſe in pœnam incidat capitalem, reuocatur tanquam imperfecta donatio: quanuis cæteræ donationes, quas neq; mortis cauſa fecit, neque propter ſuſpicionem, quod eſſet pœna afficiendus, valeant.

c Innom. Quæ inter viuos quidem fiunt donationes, tunc reuocantur, cum poſt crimen factæ fuerint. Mortis autem cauſa donationes quandocunque factæ fuerint, & merito. Sunt enim ſimiles legatis. Vltimam autem voluntatem non poſſunt facere Pagani capitis condemnati: quinetiam ea quoque quæ prius facta eſt infirmatur, vt lib. 28. tit. 1. ff. 8. [l. 6. §. irritum. de iniuſto rup. & irrito facto teſt.]

d Qui accepit pecuniam vt repudiet hæreditatem, ſiue ea peruentura eſt ad ſubſtitutum, ſiue ad eos qui vocantur ab inteſtato, mortis cauſa capere videtur. Si quid enim per mortem alterius contigit nos lucrifacere: ſi nec ſit hæreditas, nec legatum, nec fideicõmiſſum, hoc appellatur mortis cauſa capio, vt dixit Iulianus. Et quæcunque dantur à ſtatu libero vt impleatur conditio, aut à legatario, ea quoque vocantur mortis cauſa capiones. Sed & ſi pater dederit propter mortem filii, vel cognatus propter mortem cognati, mortis cauſa videtur donare. Poteſt certe quis ſic donare vt ſi conualuerit filius eius aut cognatus, recipiat quod fuit donatum.

Digitized by Google

e INNOM. Similiter ab eo qui accepit ad hoc vt repudiet hæreditatem, lib.29. ff.14. lege etiam huius tit. ff.20.

PAVLVS. Qui [a] poſſunt legata accipere, capiunt etiam donationem [b] cauſa mortis. VLPIANVS. Et [c] poſſunt eis dari ſubſtituti. IDEM. [d] Propter mortem filii mei, recte dono mortis cauſa: etiam conſtante eorum matrimonio. IDEM. Si [e] vxor defuncti, acceptis pecuniis, miſſa fuerit per calumniam ventris nomine in poſſeſſionem, vt fœtus obſit inſtituto, eſt mortis cauſa capio. IVLIANVS. Si [f] rem alienam mortis cauſa donauero, & vſu dominium eius ſit acquiſitum, dominus quidem eam non vendicat, ſed ego ſi conualuero recipio: niſi [g] ita vt non reciperem donaui. ¶ Poteſt [h] enim ſic donari vt ea nunquam reddatur, vel niſi is qui accepit prius deceſſerit, vel vt reddatur, ſi is qui donauit, cum donaſſe pœnituiſſet, deceſſerit. QVI [i] donauit fundum, ſi eum vendicet, repellitur exceptione, donec neceſſarias & vtiles impenſas in eum factas reſtituerit.

(Right margin: l.9. — l.10. l.11. — l.12. — l.13. in pr. — §.1. — l.14.)

(Left margin: Lege lib.14. tit.1. ff.16. & 11. De hac miſſione vidiſti lib.17 tit.6 & lib.37 tit.)

a INNOM. Ii ſoli qui habent teſtamẽti factionem, accipiũt legatum, vt Inſtit.2.tit.20. Quid ſit autem teſtamenti factio, vidiſti tit.19. eiuſdem lib. & ff.16.1 tit lib.28.

b ENANT. Quod enim ſint ſimiles legatus; dictum quidem eſt in multis locis, & in hoc tit. ff.16.36. & lib.8. Cod tit.56. Conſtit.4. & Inſtit.2.tit.34 in fin.

c Poſſumus eum etiam ei qui mortis cauſa capit dare ſubſtitutum, hoc modo, vt is qui capit donationem, promittat eam alii reſtituere, ſi ipſe non poſſit capere hæreditatem.

INNOM. Et videtur qui donauit, ſecundo dare per primum, vt lib.41. ff.50.

d Poteſt pater propter mortem filii donare mortis cauſa donationem, non ſolum alicui externo, ſed etiam ſuæ nurui, hoc eſt vxori filii, etiam conſtante inter eos matrimonio.

e Si mulier ventris nomine per calumniam petierit vt mitteretur in poſſeſſionem, vt quæ vellet inſtitutum quidem à marito excludere, ſubſtituto autem opem ferre, [& pecuniam accipere à ſubſtituto,] ipſa quoque mortis cauſa capere creditur, vt quæ mortis mariti prætextu lucrifaciat.

f Si rem alienam mortis cauſa donauero, & vſucœperit qui accepit donationem: rei quidem dominus non poteſt eam reuocare: ego autem qui donaui, ſi à morbo conualuero, poſſum repetere donationem. Hæc cum dixiſſet Iulianus, notat Marcellus dicens: In mortis cauſa donationibus oportet etiam factum diligenter quærere. Sæpe enim quis ita donat vt res nunquam reddatur ei qui donauit. Nonnunquam autem ſic quoque donatur, vt etiam ſi is qui donauit prior deceſſerit, deceſſerit autem cum eum donaſſe pœnituiſſet, reddatur res eius hæredibus. Poteſt autem ſic fieri mortis cauſa donatio, vt non alias reddatur niſi prior deceſſerit qui accepit donationem. Poteſt autem ſic quoque dari mortis cauſa donatio, & ne ſi è morbo quidem euaſerit is qui donauit, reuocetur. Oportet ergo hæc omnia attendere eum qui de mortis cauſa donatione conſulitur.

g INNOM. De his lege 4.lib.Cod.tit.51. Conſtit.1. & lib.2.tit.8. Conſtit.19. & lib.8. tit.29. Conſtit.2. & tit.44. Conſtit.27. & lib.7.tit.26. Conſtit.1.4.7. & lib.3. Dig. tit.5. ff.48. them.1. & lib 12 tit 1 ff.23.

h INNOM. In hoc videtur eſſe inter viuos. vt cap.26.

i Si quis mortis cauſa agrum donauerit, & in eum impenſæ neceſſariæ atque vtiles factæ ſint, vendicetur autem poſtea ager ab iis qui donauerunt, opponitur eis doli exceptio donec ſoluerint impenſas.

INNOM. Accipit autem fructus & fœtus & omne incrementum, vt lib.12.tit.4.cap.12. & lib.22.tit.1.cap.36.

Simil.tit.5. ff.7.them.2. [a] MILES qui eſt in poteſtate patris, recte donat, cum etiam leget. l.15.

IDEM. Adhuc [b] etiam ægrotans is qui donauit, poteſt [c] reuocare donationem. [d] IDEM. Etſi [e] non vt circunſcriberet creditores, debitor donauit cauſa mortis, reuocatur: eſt enim ſimilis legatis. Non datur autem legatum ex teſtamento eius qui non eſt ſoluendo. IDEM. Non [f] ſolum propter meam mortem poſſum donare cauſa mortis, ſed etiam propter filii aut cognati. IDEM. ¶ Si [g] ex donatione cauſa mortis debitorem tuum creditori meo delegaueris, tantũ videor capere in quantum ſum liberatus. Si autem ego à debitore tuo ſtipulatus fuero, tantum videor accipere, quantum facere poteſt: & ſi ad recipiendum contra me mouerit actionem, aut actionem quæ quod datum eſt petit, quæ eſt aduerſus

(Right margin: l.16. — l.17. — l.18. in pr. — §.1.)

(Left margin: Simil. lib.35. tit.2. ff.64.)

§. 2. uerſus debitorem capis actionem. ¶ Si [h] tibi dedero cautiones meorum debitorum, vt ſi decedam, eas des ipſis, mouentes hæredes mei actionem propter debitum vel cautiones, repelluntur [i] exceptione pacti conuenti.

a In Iuliani libris notat Marcellus dicens. Cum filiisfamiliarum militibus data ſit poteſtas in teſtamento relinquendi cui velint bona ſua caſtrenſia, poſſumus credere quod eis conceſſum eſt etiam mortis cauſa donare. Sed Marcellum vt qui hoc tanquã nouum dixiſſet notat Paulus, dicẽs, De eo & facta eſt conſtitutio, & in omnibus ad exemplum legatorum reductæ ſunt mortis cauſa donationes. Non eſt ergo nouum id quod à te dictum eſt.

b Si quis propter morbum mortis cauſa donauerit, morbo adhuc imminente, poteſt eam repetere tanquam ex pœnitentia.

c INNOM. Per actionem in rem & vtilem, vt ff. 29.

d ENANT. Atqui dicit lib. 12. tit. 1. ff. 19. quod qui accepit mortis cauſa donationem, non aliter tenetur quam ſi deceſſerit ante eum qui donauit: aut conualuerit donator. & ff. 12. 4. tit. eiuſdem lib. quod qui mortis cauſa donauit, ſi conualuerit, recipit quod donatum fuerat cum fructibus & fœtibus & omni incremento.

e Si cum ære alieno premeretur debitor, mortis cauſa donarit alicui, etiamſi non ad circunſcribendos fraudandoſue creditores fecerit donationem, eſt tamen infirma & inualida quæ ab eo facta eſt donatio. Nam cum hæc donatio ſit ſimilis legatis: legata autem relicta ex teſtamento eius qui non eſt ſoluendo ſint inualida: merito ne mortis quidem cauſa donat is qui non eſt ſoluendo, etiamſi non donarit in fraudem creditorum.

f Mortis cauſa capimus, non tunc ſolum cum quis ſuæ mortis cauſa nobis donet: ſed & ſi propter alterius mortem id faciat, veluti ſi quis filio aut fratre ſuo morituro, donauerit Meuio hac cõditione, vt ſi conualuerit alteruter eorum, reddatur ſibi id quod fuit donatum. ſin autem deceſſerit, maneat donatio apud eum qui accepit.

g Si tanquam mihi donaturus mortis cauſa donationem, debitorem tuum creditori meo delegaueris, omnimodo credor tantam cepiſſe pecuniam, in quantam à creditore meo ſum liberatus. Quod ſi ego à tuo debitore ſtipulatus fuero ex tua voluntate, tantum capere exiſtimo, quantum poteſt debitor tuus ſoluere. Nam & ſi conualuerit is qui mihi donauit actionem aduerſus ſuum debitorem, & eſt quidem creditor ſui debitoris, quod ad me autem attinet, eſt donator, nihil aliud poteſt à me accipere per condictionem aut in factum actionem, quam ſolam aduerſus debitorem actionem, quam acquiſiui cum ſum ex eo ſtipulatus.

h Mulier habens chirographa debitorum ſuorum Septitii & Meuii, & volens eis donare cauſa mortis dedit ea chirographa cuidam Ageriæ: & rogauit eam vt ſi ipſa quidem decederet, debitoribus ſuis daret chirographa eorum: ſi vero conualuiſſet, ſibi redderet chirographa. & cum mortua eſſet Titia relicta filia hærede quæ dicebatur Meuia, Ageria vt erat rogata à Titia, reddidit chirographa Septitio & Meuio: & quæritur ſi hæres Titiæ Meuia ſummam quæ continebatur chirographis, petat à debitoribus, an poſſint eam repellere aliqua exceptione. Et reſpondit Iulianus Meuiam hæredem Titiæ repelli aut pacti aut doli exceptione. Viſa eſt enim mater eius quæ mandauit vt poſt mortem ſuam debitoribus redderentur chirographa, cum eis pactum feciſſe de non petendo debito Filia autem eius quæ eſt hæres, contra pactum petens, merito doli tenetur.

i INNOM. Redditio enim chirographorum, inducit pactum remiſſionis, vt lib. 2. tit. 14. ff. 20. lege huius tit. ff. 27.

EIVSDEM. Lege ff. poſtremum & lib. 31. ff. 17. quod ſi tibi legauero decem, & rogauero te decedentem reddere ea Titio, & ante te deceſſerit Titius, tu ea lucraris, niſi te vſus ſum tanquam miniſtro tantum. [l ſi quis Titio de legat. 1.]

§. vlt. ¶ Si [a] ſeruum noxæ nomine vel pignoris obligatum tibi donauero, Similiter lib. 34. tit. 5. ff. 5.
videris tantum capere quantum poteſt vænire. Idem etiam in fundo
l. 19. in pr. qui eſt datus pignori. IDEM. Si [b] ægrotus donauero filiofamilias
v. at ſi. & conualuero, habeo aduerſus patrem eius actionem de peculio. ¶ Sed Hoc intellige ſecundũ textum ff. 28. 36.
ſi donauero ei qui eſt ſui iuris, & fuerit adoptatus, ipſam rem ſi con-
v. Nec huic. ualuero, recipio. ¶ Sed ſi is qui accepit donationem, alii rem dederit, non
l. 20. ipſam, ſed eius pretium mihi reddit. IDEM. Si [c] fundum tibi legaue- Lege lib. 30. ff. 26. & lib. 35. tit. ff. 51.
ro ſub conditione, ſi dederis decem: ſi non poſſis capere totum lega-
tum, non do tota decem, ſed pro proportione partis quam capis. IDEM.
l. 21. Qui [d] accipit vt adeat hæreditatem, mortis cauſa capit. APHRI- Similiter ff. 8.
l. 22. CANVS. In [e] mortis cauſa donationibus, non conſideramus tem-
pus donationis an poſſit capere, ſed mortem eius qui donauit. IDEM.
l. 23. Si [f] donauero filiofamilias, & me viuo deceſſerit, competit Lege ff. 39.

mihi petitio: niſi cum vellem patri eius donare, vſus ſim ſolo filii miniſterio. Idem eſt etiam in ſeruo. IDEM. Si[g] debitori meo fecero mortis cauſa apocham, & conualuero, poſſum debitũ ab eo perſequi, etiamſi tempore ſit liberatus. Apocha enim obligationem priorem in eam tranſtulit. L.14.

Apocha pro acceptilatiõe.

a Si tibi donauero ſeruum [mortis cauſa] vel noxa grauatum, vel creditori obligatum, tantum videris capere ex donatione, quanti is ſeruus poteſt venire. Idem etiam dicimus in agro qui eſt datus pignori, vt tanta exiſtimetur eſſe donatio, quanti vænire poteſt ager grauatus hypotheca.

b Si quis filiofamilias donarit mortis cauſa donationem, & à morbo conualuerit, habet actionem de peculio aduerſus patrem eius. Si quis autem donarit ei qui eſt ſui iuris, mortis cauſa donationem, is autem ſe dederit in adoptionem, ipſam rem repetit is qui donauit, ſi à morbo euaſerit. Nõ eſt enim ſimilis hic pater adoptiuus illi qui rem accepit ex mortis cauſa donatione, & eam dedit alii. Ab eo enim qui rem donauit alii, non ipſam rem petit donator qui conualuit, ſed eius pretium.

c Si ei qui non poterat capere amplius quam partem lege definitam, verbi cauſa, Spurio filio legatum eſt ſub conditione ſi decem dederit hæredi: non petitur vt det decem, cum non capiat totum fundum, ſed pro rata partis quam eſt capturus, dat partem nummorum.

d Si quis det pecunias vt adeat hæreditatem, mortis cauſa videtur capere: hoc enim multi reſponderunt, inter quos eſt etiam Priſcus.

e In mortis cauſa donationibus, non tempore donationis de perſona quærimus an poſſit capere, ſed cum eſſet moriturus is qui donauit.

f Si filiusfamilias qui accepit mortis cauſa donationem, deceſſerit eo viuo qui donauit, & pater ſit ſuperſtes, quæſitum quidem eſt quid de eo ſit iuris. Placuit autem ſtatim à morte filiifamiliâs competere ei qui donauit condictionem, ſi modo ipſi filio volebat donare, & non patri eius. Sed ſi pater accepturus donationem, vſus ſit ſolo filii miniſterio, tunc patris mortem ſpectamus. [Idem & in ſeruo dicimus accipiente mortis cauſa donationem.]

g Si quis mortis cauſa donans ſuo debitori, ei fecerit acceptilationem, & conualuerit, poteſt à debitore ſpatio temporis liberato petere per condictionem. Debitori enim acceptilatione remiſit priorem obligationem: & eam tranſtulit in condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta.

MARCIANVS. Tam[a] is qui teſtamentum fecit, quam qui non fecit, L.15
recte donat cauſa mortis. ¶[b] Filius qui eſt in poteſtate, nec volente quidẽ §.1.
patre poteſt facere teſtamentum: eo autem permittente, donat cauſa mortis. IDEM. Si[c] duo ſibi inuicem donauerint, & pariter deceſſerint, L.16.
ceſſat repetitio, quia neuter ſuperuixit. Idem etiam in viro & vxore qui ſibi inuicem donant. MARCIANVS. Si[d] mortis cauſa ita donauero L.17
vt nullo modo[e] recipiam, non videtur mortis cauſa, ſed eſſe inter[f] viuos donatio. vnde nec valet inter coniuges, nec ſubiicitur Falcidiæ.

Similiter lib. 34. tit. 5. c. 8.

IDEM. Si[g] mortis cauſa † hæredi meo donans, dixero cautiones eius L.18
eſſe inanes, ſi ab eo petant mei hæredes, habet doli præſcriptionem.

† Debitori τῷ χ...

VLPIANVS. Si[h] conualuit qui donauit, habet quæ ſua vendicat actionem, L.19.
ſi ad hoc dedit vt poſt eius mortem fiat dominus is qui accepit. Si vero dominium hinc iam tranſtulit, vt ei redderetur ſi conualuiſſet, aut à bello vel peregre rediiſſet, poſt horum quidem euentum habet is qui donauit quæ ſua vendicat actionem, interim autem is qui accepit. Si autem prius deceſſerit, competit donatori quæ ſua vendicat actio.

Lege ff 17. them 1. Lege ff 8. & 16.

IDEM. Qui[i] mortis cauſa donauit, ſi eum pœniteat, habet actionẽ L.20
ad petendum id quod fuit donatum.

a ENANTIOPH. Refert autem, quoniam ſi eſt quidem teſtamẽtum, eſt legatis ſimilis mortis cauſa donatio vt plurimum, quomodo ſcripſi in 9. ff. huius tit. Quando autẽ non eſt teſtamentum, non eſt ſimilis legatis. vt lib. 37. tit. 5. ff. 20. Sunt autem multæ quoque aliæ differentiæ legati & mortis cauſa donationis, quas redegi in Monobiblum à me ſcriptum de legatis & mortis cauſa donationibus.

l. ſiquis de legat. præſt.

b INNOM. Similiter lib. 18. tit. 1. ff. 6. lege etiam quæ in eo ſcripta ſunt: lege ſimiliter tit. 5. ff. 7. them. 2. vbi expreſſe dicit mortis cauſa donari.

c Si duo qui ſibi inuicem mortis cauſa donauerunt, alter cum altero ſint mortui, neutrius horum

Digitized by Google

rum hæres poteſt repetere donationem: quia neuter alteri ſuperuixit. Idem autem dicimus ſi maritus & vxor ſibi inuicem donauerunt, & pariter ſunt mortui.

d Si hac lege facta fuerit mortis cauſa donatio, vt ea nullo caſu reuocetur, ea magis eſt cauſa donationis quam mortis cauſa donatio. Et ideo perinde atque alia quæuis facta inter viuos donatio non reuocatur, ita nec ipſa. Vnde nec inter virum & vxorem valet hæc donatio, neque Falcidia, vt in mortis cauſa donatione locum habet. [quoniam creditur eſſe donatio inter viuos]

ENANT. Atqui dictum eſt lib. 32. ff. 24. quod nemo in teſtamento ſibi poteſt auferre poteſtatem pœnitendi: mortis autem cauſa donatio eſt vltima voluntas, vt lib. 8. Cod. tit. 56. conſt. 4. Eſt ergo hæc quoque differentia legati & mortis cauſa donationis. l. ſi quod. in princ. de leg. 3.

e INNOM. De donationibus cauſa mortis quæ fiunt à Curialibus loquens 81. Nouella, dicit quod etiamſi hæc lex fuerit impoſita, manet connumerata inter mortis cauſa donationes. Potes autem dicere quod illa Nouella ſolum faciens mentionem pœnitentiæ, id quod hîc dicitur non innouauit. Nou. 87.

f Cum vellet quiſpiam donare mortis cauſa auunculo quæ ab eo debebantur, ſic ſcripſit. † Tabulas & chirographa quæ ab auunculo meo facta ſunt, vbicunq; inuenta ſint, inania eſſe volo, nec auunculum meum neceſſe habere ſoluere. Quæro, ſi eius qui ſcripſit hæredes, debitum petant ab auunculo, an repellantur doli exceptione. Dicit Marcellus eos repelli doli exceptione, vt qui petant contra voluntatem teſtatoris. † [illegible] χαι.

g Si quis mortis cauſa donauerit & conualuerit, videamus an poſſit mouere actionem in rem ad rem vendicandam Et ſi quidem quis ſic donauit, vt quando deceſſerit, tunc fiat res eius qui accepit, ſine dubio qui à morbo conualuit donator, poteſt mouere actionem in rem. Quando autem is deceſſerit, recte mouet actionem in rem is qui accepit donationem. Si quis autem ſic donauit vt iam ex eo tempore haberet quidem is qui accepit donationem, in re dominium: redderet autem ei qui donauit ſi conualuiſſet, aut ex acie rediiſſet, quando pendet conditio reuocationis donationis, ei qui accepit donationem competit actio in rem. Quando autem aliquid euenerit eorum quæ dicta ſunt & à morbo conualuerit, vel ab hoſtibus vel peregre redierit, tunc qui donauit habet actionem in rem: & ſi prius deceſſerit qui accepit donationem, poteſt etiam eo caſu donator habere actionem in rem.

h Qui mortis cauſa donauit, poteſt ex pœnitentia habere condictionem vel vtilem actionem ad recipiendam donationem.

i INNOM. Repetens qui donauit, & fructus accipit, & fœtus & incrementa, dat autem impenſas quæ in rem factæ ſunt, vt lib. 12. tit. 4. ff. 12 & lib. 22. tit. 1. ff. 36. & huius tit. ff. 14.

EIVSDEM. Eam appellauit in factum ff. 7. 2. them.

l. 31. in pr. CAIVS. Quæ [a] propter mortem alterius capiuntur, & propriam non habent appellationem ſunt mortis cauſa capio. Nam & hæreditas, & legatum, & fideicommiſſum, propter alterius quidem mortē capiuntur: ſed vt quæ proprias habeant appellationes, nō dicuntur mortis cauſa capio.

§. 1. ¶ Si [b] debitori meo fecero mortis cauſa apocham, etiamſi ſit egenus, creditur capere donationem.

§. 2. ¶ Mortis [c] cauſa capio eſt, quando manumiſſus ſub conditione vel legatarius dat [implendæ conditionis cauſa] hæredi vel alteri, vel quando accipit quiſpiam vt repudiet hæreditatem vel legatum, vel vt adeat hæreditatem. Et quando à te [d] ſtipulor dotem vxoris tuæ ab eius morte. Mortis cauſa donationes fiunt vel propter mortis periculum, vel propter cogitationem mortis quandoque euenturæ. Lege finem ff. Lege lib 30. ff. 93. the 4. & finem 95. ff. eiuſdem lib.

§. 3. ¶ Si [e] iuſſeris mortis cauſa donationem me aut creditorem meum ſtipulari à tuo debitore: ſi ego quidem fuero ſtipulatus, tantum videor capere, quantam habet dandi facultatem: & ſi conualueris, reddo tibi ſolam in eum actionem. Si vero creditor meus ab eo fuerit ſtipulatus, tantum videor accipere in quantum ſum liberatus. Similiter ff. 26 Similiter ff. 17. the. 2.

§. vlt. ¶ Et qui per apocham liberatur debitor, videtur accipere totam ſummam à qua fuit liberatus.

a Tunc mortis cauſa donatio capitur, cum occaſione mortis alicuius capiēdi [donationem] occaſio obuenit., exceptis illis donationibus quæ proprio nomine appellantur. Eſt enim manifeſtum quod qui nomine hæreditatis aut legati aut fideicommiſſi capit, ex morte alterius habet capiendi occaſionem: ſed quia proprio nomine appellantur legatum vel fideicommiſſum, ideo ſeparata ſunt à definitione mortis cauſa donationum.

b Si debitori facta fuerit acceptilatio propter donationem cauſa mortis, etiamſi laboret inopia, creditur tamen cepiſſe donationem.

Digitized by Google

c Sine donatione quidem illa capimus quæ conditionis implendæ gratia ſtatuliberi vel legatarii dant vel aliquibus externis, vel hæredi teſtatoris. Eis eſt ſimilis illa quoque pecunia, quam quis in hoc accipit vt adeat hæreditatem, vel non adeat, vel vt repudiet legatum ſibi relictum. Sed & ſi quis dotem à marito fuerit ſtipulatus accipere à morte vxoris, ea quoque capitur cauſa mortis, & vocantur eæ dotes receptitiæ. Sic autem ſubdiuidimus mortis cauſa donationes, quod donamus vel imminente mortis periculo, vel cogitatione communis mortis, quod nos quandoque morituros intelligimus.

d Nota nouum vocabulum, nunquam enim in libro de dotibus meminit huius nominis.

e Si iuſſeris debitorem, vt mortis cauſa mihi donans, mihi expromittere, aut pro me creditori meo decem, hic autem debitor laboret inopia, quid iuris erit in hoc caſu? Et ait Iulianus. Si ego quidem fuero ſtipulatus à debitore, tantum videor accepiſſe, quantum ſoluendi facultatem habet debitor. Sin autem conualuerit donator, à me ſolam recipit obligationem. Si vero creditor meus ſtipulatus fuerit à debitore, tantum videor accepiſſe, in quantum ego ſum liberatus à meo creditore, qui ab alieno debitore pro me eſt ſtipulatus: per acceptilationem autem debitor liberatus, à quanta ſumma pecuniæ liberatur, tantam creditur accepiſſe.

INNOM. Similiter thom. 2. huius tit. eandem ſequitur diuiſionem de debito eius qui non eſt ſoluendo legato debitori, lib. 35. tit. 2 ff. 79.

VLPIANVS. Si [a] mors non ſit inſecuta, non eſt perfecta mortis l. 32.
cauſa donatio. PAVLVS. Si vſu [b] dominium acquiſiuerit is qui mor- l. 33.
tis cauſa accepit donationem, non à rei domino videtur accepiſſe, ſed ab
eo qui dedit cauſam vſu acquiſiti dominii. MARCIANVS. Poteſt l. 34.
[c] quis ex donatione cauſa mortis à me annuam ſtipulari quantitatem:
& poſt mortem meam incipit exactio. PAVLVS. Quæ [d] mortis cau- l. 35. in pr.
ſa donantur iis qui non poſſunt capere, ſunt ſimilia iis quæ relinquun-
tur in teſtamento. ¶ Differt [e] mortis cauſa donatio ab abſoluta: quo- §. 2.
niam abſoluta datur ad hoc vt nunquam reddatur. Eum enim qui acce-
pit mauult quam ſe habere is qui donat. Mortis autem cauſa donatio, ſe
potius: eum autem qui accepit, potius quam ſuum hæredem. ¶ Et ideo §. 3.
poteſt recipere ſi conualuit, vtpote quod non ſit ſecuta cauſa propter
quam dedit. ¶ Donat quiſpiam mortis cauſa etiam ſanus, & cauens im- §. 4.
pendens periculũ, [& poteſt conuenire,] vt non alias reddatur, niſi is qui
dedit prior deceſſerit, & vt liceat ei pœnitere, aut vt non alias reddatur,
quam ſi prior deceſſerit qui accepit. Et vt omnino non reddatur etiamſi
conualuerit donator.

a INNOM. Lege lib. 11. tit. 1. ff. 15. in quo dicit quod quando in eadem voluntate deceſſerit qui donauit, transfertur dominium, recurrimus vero ad tempus in quo acta fuit, vt ff. 39. huius tit.

b Si tibi rem alienam donauero mortis cauſa, & eam vſuceperis, non à domino rei videris accepiſſe donationem, ſed à me: ego enim dedi tibi cauſam vſucapionis.

c Poteſt etiam in hac figura procedere mortis cauſa donatio, vt quis expromittat ſingulis annis quod viu.t. alicui certam dare ſummam, hac lege vt poſt mortem promiſſoris incipiat exactio pro illis annis, ad quos vſque vixit poſt ſtipulationem is qui fecit mortis cauſa donationem.

d Senatus cenſuit mortis cauſa donationes quæ fiunt in perſonam quæ non poteſt eas capere, eſſe ſimiles iis quæ in teſtamento relicta ſunt iis perſonis quæ non poſſunt ea capere. Ex hoc Senatuſconſulto multæ oriuntur quęſtiones, de quibus paucas referemus. Donatio dicta eſt à dono. Sumpta eſt autem dictio à nomine græco. Illi enim donationem appellant δῶρον. Sed mortis cauſa donatio multum differt à vera illa & abſoluta donatione, quæ ita ſit vt nunquam reuocetur. Nam qui illam quidem dat donationem, illum qui accepit mauult rem habere quam ſeipſum. Qui autem mortis cauſa donat, ſe cogitat, atque vitæ cupiditate mauult potius donationem recepiſſe quã dediſſe. Et hoc eſt quod vulgo dicitur, ſe potius vult habere rem quam illum cui donat. Poſt ſe autem illum potius vult habere cui donat, quam hæredem ſuum. Ergo qui mortis cauſa donat, in illa parte qua ſe cogitat, hoc eſt in ſpe receptionis videtur contrahere cum eo qui accepit, vt cum cõualuerit res ei reddatur. Vnde nec dubitauerunt Caſſiani, quin poſſit quod donatum eſt repetere ſi conualuerit, tanquam cauſa nõ ſecuta. Propter illam autem rationem hoc dicimus, quod omnia quæ dantur, ita dantur, vt qui accipit faciat aliquid, aut vt qui dat, faciat, aut vt Titius faciat, aut vt aliquid obtingat, & in his omnibus caſibus competit condictio.

e Mortis cauſa donatio fit multis modis. Aliquando quidem extra ſuſpicionem vllius periculi à ſano & in bona valetudine poſito: cui quidem propter ſolam humanam imbecillitatem venit in mentem mortis cogitatiõ. Aliquando autem metu mortis fit mortis cauſa donatio, aut iam imminente periculo aut expectato: quandoquidem terra marique & tam in pace quam in bello, & tam

domi

Digitized by Google

domi ſedentibus quam militantibus, ex multis & diuerſis modis impendet mortis periculũ. Nam & ſic poteſt donari, vt ſi ex hoc morbo deceſſerit donator, res non reddatur: vel vt etiam ſi prior deceſſerit donator, cum autem adhuc viuum donaſſe pœnituerit, rem recipiat. poteſt autem ſic quoque donari, vt non aliter reddatur mortis cauſa donatio, quam ſi prior ille qui accepit deceſſerit. Poteſt autem ſic quoque fieri mortis cauſa donatio, vt nullo caſu reddatur, id eſt, ne ſi è morbo quidem euaſerit donator.

§. 5. §. 6. ¶ Non conſiſtit [a] ſocietas facta per donationem. ¶ Si vni [b] ex duobus reis promittendi donatione cauſa mortis apocham fecero: ſi conua-

§. vlt. luero, habeo in quem volo † actionem. ¶ Quæ [c] in annos ſingulos fit mortis cauſa ſtipulatio, non eſt ſimilis legato annuo. Multa quidem eſſe videntur legata, vna [d] autem ſtipulatio, & ſemel conſideratur [e] conditio

† condictionem

Lege ff. 9.

L. 36. ſtipulantis. VLPIANVS. [f] Non poteſt quiſpiam plus quam permiſſam quantitatem [g] capere cauſa implendæ conditionis, etiamſi non ſit ex bonis mortui. [h] Quod qui eſt ſub conditione manumiſſus, dat mihi cauſa implendæ conditionis, imputatur in quantitatem quam mihi permiſſum eſt lege capere, ſi dum moreretur teſtator, id habuit in peculio. Sed ſi non erat, vel alius dedit pro eo, eſt ſimile iis quæ dantur à legatariis.

Lege ff. 40. Lege lib. 32. ff. 85.

a INNOM. In ſumma enim non conſiſtit ſocietas cauſa donationis, vt lib 7. tit. 2. c. 5. & lib. 4. tit. 4. ff. 16.

b Si quis habens duos debitores reos promittendi, & volens eis donare cauſa mortis vni eorũ, facta acceptilatione conualuerit: poteſt eligere aduerſus quẽ debitorem moueat condictionẽ.

c Qui propter donationem cauſa mortis, pecuniæ ſummam in annos ſingulos eſt ſtipulatus, nõ eſt ſimilis ei qui annuo legato eſt honoratus. Nam illic quidem multa ſunt legata, hîc autem vna eſt ſtipulatio: & ideo ſtatum & conditionem eius qui eſt ſtipulatus, nempe an mortis cauſa donationem capere poſſit an non, ſemel tantum intuemur, & non ſingulis annis. At in annuis legatis conſideratur ſingulis annis perſonæ qualitas.

d INNOM. In penultima conſtit. 39 tit. 7. lib Cod. dicit omnem obligationem quæ facit mentionem anni, vel menſis, vel alterius temporis, non conſiderari ex principio temporis in quo facta fuit, ſed ex tempore cuius facta eſt mentio. Et lib. 45. tit. 1. ff 16. them. 2. quod quæ in annos ſingulos fit ſtipulatio & vna eſt, & incerta, & perpetua, & eius qui ſtipulatur morte non extinguitur, ſicut legatum extinguitur morte legatarii. De his lege etiam 8. lib Cod. tit. 53 conſtit. 34 & lib. 45. tit. 3. ff 18. Dicit autem liber quoq; 46. tit. 1. ff. 58. quod qui pro colono fideiubet, tenetur pro omnibus ſolutionibus. eſt enim vna ſtipulatio. lege lib. 19. tit. 2. ff. 52.

e INNOM. Hoc eſt, an poſſit capere donationem cauſa mortis, & non ſingulis annis. Atqui in annuis legatis examinatur ſingulis annis perſonæ qualitas, vt lib 33. tit. 1. ff 11. Eſt ergo hæc quoque differentia legati & mortis cauſa donationis. Habes etiam alium caſum lib. 37. tit. 5. ff. 20.

l. cum in annos. de ann. legat.

l. 90. de leg. præſt.

f Quæ ſoluuntur cauſa implendæ conditionis, licet non dentur ex bonis mortui, tamen nec ea poſſunt capere ſupra modum definitum, illi quibus licet vſque ad certum modum capere ea quæ eis relinquuntur. Quæ autem à ſtatuliberis conditionis implendæ cauſa dantur, indubitanter cõputantur in partem quam eis licet ex lege capere. Tunc autem hoc dicimus, quãdo tempore mortis teſtatoris habuit ſtatuliber in peculio quæ erat ſoluturus cauſa implendæ cõditionis. Cæterum ſi poſt mortem domini acquiſiit, vel aliquis alius pro eo dedit, quia hæc non dantur ex bonis mortui, hæc quoque ſunt in eadem conditione in qua quæ dantur à legatariis cauſa implendæ conditionis. Illud autem memento generaliter, quod mortis cauſa donationes comparantur legatis. Quidquid ergo iuris eſt in legatis, id etiam ſeruatur in donationibus.

g INNOM. Lege lib. 35 tit. 1. ff. 54.

ENANT. Quod hic dictum eſt, capere, intellige pro eo quod eſt, habere dominium, propter id quod illic dictum eſt. Capere enim quod eſt hic, idem ſignificat quod in poteſtatem acceptionem vt lib. 50. tit. 16. ff. 71. Lege quæ ſcripta ſunt ff. 54. eiuſdem primi tit. lib. 35. & in 11. ff. lib. 32.

h INNOM. Quæ enim à coh ærede vel legatario dantur alicui ex hæredibus cauſa conditionis implendæ, vt quæ nec ſunt legata, nec ſunt ex bonis teſtatoris, non imputantur ei qui accepit in Falcidiam. De his autem & ſtatuliberis lege lib. 35. tit. 2. ff. 39. them. 4. & ff. 43. & 77.

l. 37. in pr. IDEM. Quæcunque ſunt in legatis, ea obſeruantur etiam in

§. 1. mortis cauſa [a] donationibus. ¶ Si [b] is qui donatione cauſa mortis ſeruum accepit, eum vendidit: ſi donator conualuerit, habet electio-

l. 38. nem, vt vel pretium recipiat, vel ſeruum cogat eum reddere. MARCELLVS. Quæ fit [c] mortis cauſa donatio, [d] datur illico. Mortis autem

Lege ff. 12.

H 2

Digitized by Google

cauſa capio, propter implendam conditionem. PAVLVS. Si[e] is qui ex donatione mortis cauſa ſeruum acceperat, eum manumiſit, conualeſcente donatore ab eo pretium eligitur. PAPINIANVS. Si[f] mors ſequatur, quæ inter virum & vxorem facta eſt mortis cauſa donatio, recurrit ad id tempus quo facta[g] fuit. IDEM. Si hæres[h] ab eo qui fuit manumiſſus ſub conditione, acceperit ex peculio, confert in Falcidiam & in hæreditatis petitionem. ¶ Videtur[i] autem dare ex peculio, etiamſi ab alio acceptum donum dederit, vel alius pro eo [agens] præbuerit.

Lege ff. 11. & 41.

l. 39.

l. 40.

l. 41.

v. ex pecul.

a INNOM. In quibuſnam conueniant, & in quibus differant mortis cauſa donatio, à legato, & legatum à fideicommiſſo, lege quæ ſcripta ſunt in 1. ff. lib 30.

b Si quis mortis cauſa ſeruum ſibi donatum vendiderit viuo eo qui donauit, poteſt donator, ſi conualuerit, pretium ab eo repetere per condictionem, ſi voluerit. Sed ſi noluerit pretium accipere, poteſt cogere eum qui donationem accepit, reddere ei ſeruum.

c Inter mortis cauſa donationem & mortis cauſa capionem hæc eſt differentia, quod mortis quidem cauſa donatio datur illico. Mortis autem cauſa capio ea etiam complectitur quæ non cadunt in nomen donationis. Etenim cum quis in teſtamento Pamphilum ſeruum ſuum iubet eſſe liberum, ſi mihi decem dederit, non videtur mihi ea donare: & tamen cum à ſeruo decem accepero, videor mortis cauſa cepiſſe. Quinetiam quando hæres ſcribitur ſub conditione ſi mihi dederit decem, & ab eo accipio decem cauſa implendæ conditionis, credor accipere mortis cauſa capionem.

d INNOM. Non omnino. vt licet cognoſcere ex eis quæ dicta ſunt lib. 31. ff. 78. them 2. & 3. Lege etiam lib. 43. tit. 3. ff. 1 & lib. 38. tit 2. ff. 8. them. 3. In primo autem ff. 3. tit lib. 43. dicit quod etiamſi videatur corporaliter poſſideri, tamen quarta Falcidia ipſo iure manet apud hæredem. & lib. 23. tit. 3. ff. 78. & lib. 23. tit. 4. ff 11. Excipe etiam quæ ex mortis cauſa donatione fiunt ſtipulationes vt ff. 33. huius tit.

e Si is qui ſeruum accepit ex mortis cauſa donatione, eum manumiſerit, tenetur condictione, ſi donator conualuerit, & ab eo petatur pretium ſerui, quoniam ſciebat ſe eſſe obnoxium cõdictioni. *f* Quando inter virum & vxorem fit mortis cauſa donatio, & mors ſequitur, recurrit donatio ad tempus quo facta fuit & valet ab eo tempore.

g INNOM. In o. ff. 1. tit. lib. 24 dicit, Poſt mortem coniugis qui donauit, rem fieri eius qui accepit donationem. Lege quæ illic ſcripta ſunt.

h Si ſtatuliber det vni ex hæredibus ex peculio cauſa conditionis implendæ, imputantur ea heredi qui accepit, in Falcidiam. Sed & ſi moueatur petitio hæreditatis, ea quoque in iudicium deducuntur tanquam hæreditaria. Quod ſi etiam ex fideicommiſſo fuerit alicui reſtituta hæreditas, ea quoque reſtituuntur. Videtur autem dare ex peculio etiamſi ab aliquo [dono] acceptos nummos ei dederit. Quod ſi etiam alius dedit pro ſtatulibero eo præſente, videntur ea quoque dari ab ipſo ſtatulibero.

i ENANT. Lege lib. 35 tit. 2. ff 4. & 73. & huius tit. ff 35 & lib. 40 tit. 9. ff. 18. De iis autem quæ dantur à legatario aut vniuerſitatis fideicommiſſario, lege lib. 33. tit. 2. ff. 30. & lib. 36. tit. 1. ff. 9.

IDEM. Dedi[a] tibi ex donatione res meas retento vſufructu, cum conueniſſet vt ſi prior deceſſiſſes, bona ad me reuerterentur, & ſi poſtea deceſſero, dentur filiis. Si poſt mortem tuam filii tui à me bona petant, repelluntur doli exceptione: & ſi eſt bonæ fidei iudicium, non[b] petunt à me cautionem: quoniam eſt mortis cauſa donatio, quæ eſt[c] reuocata cum tu prior deceſſeris. Sin autem mea ſponte eis caui, ex ſua[d] perſona ſubiciuntur Falcidiæ. ¶ Si decedens, ſine conditione tibi donauero non recte quærunt hæredes mei[e] retinere[f] Falcidiam. Falcidia enim non in abſolutis donationibus, ſed in donationibus cauſa mortis locum habet.

l. 42.

§. 1.

a Seia ceſſit Titio bonis ſuis, vt cognato ſuo ei, ea donans, & rebus traditis retinuit eorum vſumfructum: & conuenit vt ſi Titius ante ipſam deceſſiſſet, dominium ad eam rediret. Si autem poſtea, viuentibus Titii filiis deceſſiſſet Seia, tunc ad eos bona peruenirent. Igitur ſi res ſingulas hæredes Titii ab ea vendicent, repellit eos mulier per doli exceptionem: vtpote quod conuenerit quod ſi ipſe prior deceſſiſſet, bona ad eam reuerterentur, vtpote exiſtẽte bonæ fidei iudicio. † Semper enim doli oppoſita exceptio, facit iudicium bonæ fidei. Quæritur autem an contra cauere debeat mulier, quod moritura reddet hæc bona filiis Titii. Facit autem dubitationem quod non debeat ex ea liquem donatio in filios Titii, quæ nec initium quidem acceperat in perſona filiorum Titii.

† [illegible] bona fide [illegible]

Titii. Potius autem ſi interpoſita fuerit hæc cautio, prior donatio confirmatur, quę valide facta eſt propterea quod dominium translatum ſit in Titium. Confirmatur autem propterea quod ſit cõfirmata quæ in ea poſita erat conuentio, non autem ſecunda nunc incipit donatio. Nunquid ergo * Deſunt nonnulla.

Poſtquam prior deceſſit Titius qui eam acceperat. Secundam ergo intelligimus eſſe donationem, ſi poſtea deceſſerit Seia cum ſua ſponte cauiſſet Titii liberis ſe bona eis reddituram, & contributioni ex ſua perſona propter legem Falcidiam tenentur. Titius enim in extremis vitæ ſuæ cõſtitutus, dedit vni ex filiis ſuis qui erat emancipatus, ſine vlla conditione quæ faceret reuocationem: & fratres eius ac cohæredes nunc petunt vt inferatur ad bona patris quæ in emancipatum facta eſt donatio, propter ſuam Falcidiam, hoc eſt, non habentes quartam partem bonorum paternorum in rebus quæ remanſerunt poſt donationem. Hoc autem dicebat, vtpote quod iubeat conſtit. quando ſupra nouem vncias fit mortis cauſa donatio, remanere eius quartam partem apud donatorem. Sed dicit Papinianus conſtitutionem non pertinere ad caſum propoſitum. Tunc enim ſolum locum habere quando donatio fit ſub conditione. & poſt mortem teſtatoris à bonis eius recedunt res donatæ, vtpote omni ſpe perempta eas recipiendi. Abſolute autem donans & ſine vlla conditione hic Titius, qui donauit emancipato ſuo filio, non mortis cauſa intelligitur donare, ſed dum moritur, donat puram donationem, in qua non eſt locus conſtitutioni.

b Enant. Vidiſti tit. 5. c. 22. quod donatio non eſt bonæ fidei, ſed donatio cauſa mortis vt quæ ſit fideicommiſſum.

c Innom. Dorotheus quidem dicit quod ſemper doli exceptio oppoſita facit iudicium bonæ fidei: ego autem neſcio an hoc ſit ſcriptum, ſed bene ſcio quod in omnibus in factum exceptionibus & bonæ fidei actionibus inſit doli exceptio, vt lib. 24. tit. 3. ff. 21. & lib. 44. titulo 4. cap. 1. & 2. Dorotheus ſcripſit ..., quod ex eo intelligitur quod in margine annotatum eſt ſup. f. 65.

d Eiusd. Si enim contingeret non reuocatam eſſe donationem, ſed locum habere in perſo-
l. in omnibus ff. de iudiciis. nam filiorum, recte peterent cautionem. Dictum eſt enim lib. 5. tit. 1. ff. 41. quod in iudiciis bonæ fidei etiam ante tempus ſolutionis ex iuſta cauſa datur cautio. Non ſolum autem hoc fit in iudiciis bonæ fidei, ſed etiam in Seruiana, vt lib. 20. tit. 1. ff. 13. 14. Seruiana autem eſt arbitraria, vt Inſtit. 4. tit. 6. Et in promiſſionibus ſeu ſtrictis actionibus idem dicit ſeruari lib. 3. tit. 3 ff. 6.

e Innom. Non abſolute prius deceſſiſſe inducit reuocationem donationis: poterat enim valere in filios, etiamſi facta eſſet per patrem intermedium. Nam & per quencunque, vt tit. 5. ff. 14. Sed animus eius qui donauit, volentis eam non amplius valere, facit reuocationem. Potes autem etiam aliam adducere expoſitionem ex 4. them. 11. ff. 1. tit. lib. 24.

f Innom. Similiter lib. 6. Cod. tit. 50. conſtit. 5. Nunquid autem & quando exiſtit & quando non exiſtit teſtamentum, locum habet Falcidia in mortis cauſa donationibus? Dictum eſt planius lib. 32. c. 89. & huius tit ff. 36. & lib 8. Cod. tit. 56. conſtit. 4 & Inſtit. 2. tit. 7. quod ſunt ſimiles legatis. Vnde etiam eſt conſequens eas ſubiici Falcidiæ, vt hîc, & lib. 31. ff. 78. & lib. 35. tit. 2. ff. 15. & lib. 6. Cod. tit. 50. conſtit 5. In dictis autem lib. 37. ff. 20. dici poteſt, quod ſi non exiſtat teſtamentum, eſt ſimilis legatis non etiam ab inteſtato. Dici ergo poteſt quod ab inteſtato non ſubiicitur Falcidiæ. Sunt autem multæ quoque aliæ differentiæ quas adduxi in monobiblo à me ſcripto de legatis & mortis cauſa donationibus, ſcriptæ in 1. ff. lib. 30.

l. 43. Neratius. [a] Inter virum & vxorem valet mortis cauſa donatio, Lege ff. 11. 19. & lib. 24. tit. 1. ff. 26. 33.
l. vlt. ſiue iure mortem ſuſpicatur, ſiue non. Paulus. Si [b] ſeruo donauero mortis cauſa, mors eius [c] inſpicitur. Sin autem poſt mortem meam fuerit manumiſſus ante apertionem teſtamenti, ipſe non accipit [d] do- Lib. 8. Cod. tit. 56.
l. 1. Cod. de donat. cauſa mortis. nationem. Si [e] duobus data ſit donatio, vt vno prius decedente ad alterum deinceps reuertatur, valet, cum ſit mortis cauſa donatio. Si [f] mulier quæ habebat filium ex priori matrimonio, iterum nupſerit, deinde
l. 2. dote tradita legem impoſuerit, vt ipſa decedente frater eam accipiat: dicendum eſt quod filius non habens legitimam, eam accipiet ex donatio-
l. 3. ne cauſa mortis, hoc eſt Falcidiam. Recte [g] factam mortis cauſa donationem non reuocabit ſoror.

a Fulcinius dicit tunc inter virum & vxorem valere mortis cauſa donationem, quando donator iuſtiſſimum mortis metum habeat. Neratius autem dicit ſufficere, ſi donator exiſtimet ſe nunc moriturum. Iuſtene autem an iniuſte ſuſpicetur, non inquirimus, & hoc magis eſt obſeruatum.

b Si ſeruo mortis cauſa facta fuerit donatio, ipſius ſerui mortem inſpicimus, & non domini. Sed & ſi poſt mortem donatoris priuſquam aperiretur eius teſtamentum, ſeruus fuerit manumiſſus, non poteſt ipſe capere mortis cauſa donationem vt qui eam ſemel domino acquiſierit.

c Innom. Niſi cum vellem donare domino, vſus ſum ſerui miniſterio, vt c. 22.

Innom. Dictum eſt lib. 36 tit. 1. ff. 5. them. 2. quod ſi dum cedit legatum, inuentus fuerit legatarius filiusfamilias, ei acquirit qui ipſum habet in poteſtate, & manet apud ipſum etiamſi poſtea manumiſerit legatarium. Cap. autem 10. 5. tit. lib. 33. dicit quod ſi legatum fuerit ſeruo

Digitized by Google

meo, & poſtquam legatum ceſſerit, eum manumiſero: ſi legatum quidem admiſero, non poteſt manumiſſus id petere. Sed ſi recuſauero, poteſt.

INNOM. Vt qui eam ſemel domino acquiſierit.

e THEOD. Poteſt vnuſquiſque duobus eandem rem donare mortis cauſa, vt viuus lucretur partem eius qui ante ipſum deceſſit. Memento 2. conſt. tit. 54. huius lib. quæ dicit, eum qui velit, poſſe donare vſque ad mortem ſuam.

ISIDOR. Si quis res aliquas donans duobus, hoc pactum fecerit, vt pars eius qui prior decederet, pertineret ad ſuperſtitem: etiamſi mortis cauſa fecit donationem, habet qui fuit ſuperſtes, actionem ad partem eius qui donauit.

f THEOD. Quæ iterum nubit, vt vult paſcitur in traditione dotis. Si autem fecerit alium pro ipſa ſtipulari in caſum mortis, videtur ei donare mortis cauſa. Memento 6. conſt. 9. tit. 5. lib. quæ oſtendit quod nō poteſt dare in dotem quæ ſecundas contraxit nuptias. Et hoc quidem dicit Nouella. Didiciſti autem lib. 3. tit. 30. conſt. 1. quod ſi quis ſua omnia donauerit in dotem, mouent filii eius actionem de inofficioſis dotibus. Sed nec mortis cauſa donare quiſquam poteſt ſua omnia, ſi habeat filiū ex priori matrimonio. Quarta enim ei debet ſeruari per Falcidiam. Quod enim Falcidia minuat mortis cauſa donationes, dictum eſt lib. 5. tit. 5[illegible]. conſt. 5. & 18. Similiter etiam habetur in donationibus inter viuos in lib. 3. tit. 29. conſt. 6. Idem dicit etiam 92 Nouella.

ISID. Si mulier quæ habet filium ex priori matrimonio, coniuncta ſecundo marito, ei dotem tradiderit, poteſt quamuis legem imponere in traditione dotis: & ſi cum fratri ſuo vellet donare mortis cauſa, fecerit eum ſtipulari, & deceſſerit inteſtata filio relicto hærede, poteſt filius non habens quartam partem bonorum matris, ex aliis eius bonis hoc auellere ex donatione cauſa mortis, hoc eſt, petere quartam ab eo qui accepit donationem cauſa mortis. Placuit enim, inquit conſtitutio, etiam in mortis cauſa donationibus locum habere Falcidiam.

g THEOD. Non reuocatur quæ recte proceſſit donatio cauſa mortis, nec per fratrem quidem. Memento 5. conſt præcedentis 55. tit.

ISIDOR. Factam ex legibus à fratre mortis cauſa donationem, ſoror non poteſt reuocare.

QVONIAM [a] de mortis cauſa donatione erat dubitatio, aliquibus eam donationi inter viuos, aliquibus vero eam legatis ſimilem eſſe dicentibus, nos dicimus, Omnis donatio cauſa mortis, nec actis indigeat, nec iis quæ ea conſequuntur: ſed adſint quinque teſtes, ſiue in ſcriptis fiat, ſiue ſine ſcriptis. Et neque monimenta fiant, neque propterea reuocetur. NOS [b] cum inueniſſemus veteres legiſlatores de donatione cauſa mortis dubitātes, vtrum ſit donatio, an legatum: & alios quidem eam referentes in numerum donationum, aliquos autem in legatorum; quæ à plurimis & optimis legiſlatoribus dicta ſunt eligentes, eam eſſe legatum plane pronunciauimus, & non egere monimentorum confectione, ſed eam poſſe facere, & ei eas quoque leges imponere quas donator voluerit. & ſi hoc fecerint, poteſtatem habere renunciandi facultati quam habent ex pœnitentia huiuſmodi donationum reuocandarum, & alias leges quas voluerit inſerendi in donationibus cauſa mortis, quēadmodum ſapientiſſimus conſtituit Iulianus: id quod nos ſcripſimus in triceſimo nono libro noſtrorum digeſtorum. Omnia enim paucis complexi ſumus, tam quæ à veteribus quam quæ à nobis dicta ſunt. Hoc ergo ſcientes, exiſtimauimus oportere aliquos hoc modo facere mortis cauſa donationes, & imponere ex lege pactum conuentum, vt ſibi auferant poteſtatem reuocandi donationem ex pœnitentia.

Lvk.

Nou. 87. in pr.

a Actorum confectione non indiget mortis cauſa donatio, etiamſi non ſit ei iniecta mortis ſuſpicio. Sciendum eſt autem quod dicit 87. Nouella, quod poteſt qui donat mortis cauſa, renunciare, reuocationi illius opus eſt ſeptem teſtibus in mortis cauſa donatione, ſiue ſcripta fuerit, ſiue non ſcripta Aliud didiciſti in 29. & 30 conſt. tit. 53. huius libri 8. de donationibus inter viuos. Mortis cauſa donatio eſt ad exemplum vltimæ voluntatis.

ISIDOR. Conſtit. de mortis cauſa donatione apud veteres motam dubitationem, breuiter decidit. De ea enim quærebatur, ſitne vltima voluntas, & inter legata connumeretur, an ſit potius inter viuos donatio: & cum hoc alii, alii vero illud dicerent, ſtatuit omnem mortis cauſa donationem, ſiue morte imminente, ſiue ipſius mortis cogitatione, quandocunq; factę fuerint, acta omnino non requirere nec publicarum perſonarum præſentiam expectare, nec deſiderare ea quæ in huiuſmodi actis fieri conſueuerunt. ſed res ſic procedat vt in vltima voluntate, vt quinq; teſtibus

præ-

Digitized by Google

præſentibus, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, poſſit ſi velit facere mortis cauſa donationẽ: eo quod ſit valituro etiam abſque acceſſione monimentorum, neque vllus quod factum eſt accuſet, neque tanquam factum ſine actorum monimentis, id dicat eſſe inualidum & inutile: ſed eos habeat effectus quos habent vltimæ voluntates, nec vlla ex parte eis diſſimilis eſſe ex hoc ipſo intelligatur. Hodie ergo mortis cauſa donatio redacta eſt ad vltimam voluntatem.

b Theod. Mortis cauſa donatio eſt legatum, & poteſt qui vult, in ea renunciare legibus reuocationis. Lege lib. 8. Cod. tit. 56. & ibi diſces de mortis cauſa donationibus. Mortis cauſa donatio non indiget confectione monimentorum, lege lib. 1. Cod. tit. 3. conſtit. 38. & lib. 5. tit. 12. cap. 31. & tit. 16. conſt. 25. & lib. 8. tit. 55. conſt. 4. & 6. & Nouellam 52. & 119. & 127. vt ſcias quæ ſint aliæ donationes quæ non indigent confectione monimentorum.

LIBER XLVIII.

Titulus I.

De manumiſſionibus.

περὶ ἐλευθερώσεων.

Liber XL. ff. tit. I.

VLPIANVS.

L. 1. ff. de manumiſſionib. QVI [a] peruenit ad vltimum diem anni viceſimi, recte [b] manumittit. L. 2. Idem. Si tibi [c] legatus fuerit ſeruus, & manumiſſus ſit ab hærede, deinde repudiaris legatum, valet libertas. L. 3. Pavlvs. Quem [d] pignori dedi ſeruum, non L. 4. in pr. recte manumitto. Vlpianvs. Qui [e] ſuis §. 1. nummis eſt emptus, manumittatur, ¶ ſiue ipſe pro ſeipſo dederit vndecunque, ſiue alius pro eo dederit aut promiſerit: ſatis enim eſt quod §. 2. & 3. emptor [f] non dedit. ¶ Niſi [g] ante emptionem conuenerit inter emptorem & ſeruum, non poteſt ei offerre pretium & manumitti: nec ſi §. 4. conuenerit quidem pretium autem nõ dederit, ¶ niſi emptor conſulto §. 5. feſtinauit id ſoluere, ¶ vel tanquam † accommodãs ſeruo ſoluerit. ¶ Non §. 6. §. 7. neceſſe eſt autem hoc exprimere in emptione, ¶ ſed etſi non expreſſum §. 8. fuerit vt manumittatur, manumittitur. ¶ Non refert autem quis e- §. 9. mat, fiſcuſne an ciuitas, an priuatus, fœmina, impubes, ſeruus. ¶ In eo qui non poteſt manumitti, vt in exportando, vel eo qui eſt expreſſe prohibitus in emptione vel teſtamento, ceſſant ea quæ dicta ſunt.

† προχρῶν τε ad l. 23. ſup. de fide. lib. προκεχρῶμεν τλεὶ τῶ δόματος [illegible]. inde προχρεία tit. de ſtatu lib. & lib. 13. tit. 4. apud Conſtan. corrupte προχρεία Theodor. Hermopolites ad l. 1. C. de ſenſit. quę pro eo quod ins. prof. καὶ ἐν προχρείᾳ τὸ μίσθωμα [illegible] τινὶ τινι χρόνον τὸ [illegible].

CALENDIS Ianuariis natus, à ſexta noctis pridie Calendas Ianuarias, vt qui annum viceſimum complerit, poteſt ſuum ſeruum manumittere. Neq; enim maiori viginti annis permiſſum eſt manumittere, ſed minor viginti annis manumittere eſt prohibitus. Iam autem non eſt minor, qui peruenit ad vltimum diem anni viceſimi.

b Enant. In primo Inſtit. tit. 6. dicit, quod qui minor eſt 20. annis, in vita non manumittit: in teſtamento autem, quando 17. annum exceſſerit, & 18. inceperit. In 6. autem lib. Cod. tit. 22. conſtit. 4. & in Nouella 119. cap. 2. minori 20. annis in vita quidem non conceſſit manumittere, in teſtamento autem permiſit: maſculo quidem, cum impleuerit annum 14. fœminæ autem cum 12. quo tempore etiam facit teſtamentum.

c Si legatum alicui ſeruum hæres manumiſerit, deliberante legatario vtrum legatum debeat accipere an non,& poſtea repudiauerit legatarius, valet libertas.

d Qui corporaliter pignori datus eſt ſeruus, nec ſi locuples quidem ſit debitor, poteſt ab eo manumitti.

e ENANT. Si vtique, vt Inſtit. 1. tit 6.

Is qui ſuis nummis emitur, ex epiſtola diuorum fratrum in eam conditionem redigitur, vt libertatem adipiſcatur. Et proprie quidem non dicitur ſuis nummis emptus ſeruus: non poteſt enim ſuos nummos habere cum ſit ſeruus. Simulantibus tamen nobis veritatem, creditur emptus ſuis nummis. Siue ergo ex peculio quod pertinet ad eum qui ipſum vendidit: ſiue ex lucro quod ei obuenit extrinſecus, ſiue beneficio humanitatis, vel liberalitate, vel † amico prorogãte, vel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum, emptus fuerit ſeruus, creditur ſuis nummis emptus. Satis enim eſt nobis, quod † qui emptioni ſerui ſuum nomen accommodat, è domo ſua nihil ſoluit.

† προχρησάντος τοῦ φίλου. † προσχρῶν τῇ ἀγορασίᾳ.

f ENANTIOPH. Lege lib 38. tit. 2. cap. 3. them. 2.

g Si quis ignorans ſeruum, eum emerit, poſtea autem ei pretium ſuum ſeruus obtulerit, non audimus eum volentem manumitti. Ab initio enim hoc agi debet vt imaginaria fiat emptio, & fide contractus inter emptorem & ſeruum agi. Siue igitur ab initio non hoc conuenit vt ipſe ſuis nummis emeretur, ſiue hoc quidem conuenit, numinos autem non dedit ſeruus, ceſſat libertas. Vnde illud fuit quæſitum, ſi cum hoc ab initio eſſet actum, emptor feſtinauit, & pretium è domo ſua ſoluit, non expectans vt à ſeruo acciperet, an poſtea cum ei eſſet ſatisfactum, ſeruus conſtitutione vti poſſit & frui libertate. Et puto poſſe. Proinde & ſi ei † pretium prærogauit emptor cum ei numerauerit, ſeruus poteſt manumitti. Siue ergo exprimatur in ea quæ fit ſuis nummis emptione, vt ſeruus manumittatur, ſiue non exprimatur, competit libertas. Nam hoc ipſo quod ſuis nummis eſt emptus tranſmittitur libertas. Dico tibi quod eſt maius, Etiam ſi quis ſic emerit ſuis nummis ne ſeruum manumitteret, benigne placet hunc quoque peruenire ad libertatẽ, cum & imaginarie † nomen accommodet emptor & nihil ſoluerit. Non refert autem à quo ſuis nummis ematur qui eſt emptus an a fiſco, an à ciuitate, an à priuato. Deſunt aliqua.

† προσχρήσας τὸ τίμημα. † τῷ ὀνόματι προσχρῶν.

Si ſint autem aliqui ſerui qui non poſſint omnino manumitti, nõ pertinet ad eos libertas. Quid enim ſi exportandus fuit emptus, aut væniit hac lege vt nunquam manumitteretur, aut in teſtamento iuſſit eius dominus eum numquam manumitti?

¶ [a] Etiam ſi non totum pretium ſeruus dederit, id autem ex ſuis ope §.10.
ris impleuerit, manumittitur. ¶ Si cum haberem partem ſerui, reliquam §.11.
emero eius pecuniis: non manumittitur. ¶ Idem etiamſi dominus vſum §.12.
emerit, non autem ſi cum vſum haberet, dominium. ¶ Si vero partem §.vlt.
eius emero eius pecuniis, non manumittitur, [niſi is qui emit reliquã pa-
ratus ſit manumittere,] vel etiam eam ex lucro acquiſiero. MARCIA- l.5.in pr.
NVS. [b] Qui dicit ſe emptum ſuis nummis, accedat ad præfectum vrbis,
vel ad præſidem. Si autem non probauit, detur ad opus metalli, niſi do-
minus petierit eum ſibi reddi, non ad grauiorem pœnam. ¶ Si [c] autem §.1.
dicit ſe eſſe manumiſſum ſub hac conditione ſi reddantur rationes: agat
in iudicio. ALPHENVS. Si [d] ſeruus meus mihi dederit pecuniam vt l.6.
manumittatur, & decedens ei reliquero libertatem, & peculium: ſi non
conuerti pecuniam in meas rationes, ſed dimiſi in peculio, eam quoque
repetit. IDEM. [e] Duo filiifamilias habebant ſeruos, alter ex his ſeruum l.7.
manumiſit. Si pater eis legauit peculia, ſi quidem ante manumiſſionem
eius qui manumiſit, erit libertus. Sed ſi poſtea, vtriuſque.

a Suis nummis emptus etiamſi totum pretium non impleuerit emptori, ſuis autem operis tantum acquiſierit emptori quantum implet ſui pretium, vel donationem ab aliquo ſit aſſecutus, vt qui ipſe ſit dignus ea iudicatus, & ex eo emptori pretium impleuerit: aſſequitur libertatẽ. Si quis autem cum haberet dimidium ſerui, aliud eius dimidium ſerui nummis emerit, hic caſus non pertinet ad Conſtit. Sicut nec illud quando quis habẽs ſerui proprietatem eius vſumfructum emerit nummis ſerui. Sed ſi [econtrario] cum vſumfructum haberet, emit eius proprietatem, ſeruus manumittitur. Sed ſi duo ſeruum emerint, alter propriis nummis, alter nummis ſerui, ceſſat Conſtitutio, niſi ſit paratus ſeruum manumittere is qui emit propriis nummis. Si autem ſerui partem quis emerit nummis ſerui, altera autem pars ei acceſſit ex cauſa lucratiua, eſt locus Conſtitutioni.

b Si quis dicat ſuis nummis ſe emptum: de eo in iudicio contendat aduerſus dominum ſuum cuius in fidem confugit, & queratur quod ipſe non ſit manumiſſus:. Romæ quidem apud præfectum vrbis: in prouinciis autem apud præſidem prouinciæ, ex Conſtit. Diuorum fratrum: ſub hac tamen denunciatione quod ſi non probauerit ſe emptum ſuis nummis, mittitur ad opus metalli,

niſi

Digitized by Google

niſi dominus velit eum ſibi reddi, nullam maiorem pœnam ſeruo impoſiturus qui eſt eum calumniatus.

c Si quis donatus fuit libertate ſub hac conditione ſi reddiderit rationes, iudex datur inter eum & hæredem qui excutiat rationes.

d Seruus pecuniam ob libertatem pactus erat dare domino ſuo, & eam dederat: ſed dominus deceſſit priuſquam eum manumitteret, & iuſſit eum eſſe liberum legato ei ſuo peculio. conſultus fuit * Alphenus, an poſſit ſeruus repetere pecuniam, quam ob libertatem domino ſuo dederat, vt quæ ſit peculii eius, an nõ poſſit: & reſpondit quod ſi poſtquã dominus hanc accepit pecuniam, in ſuam rationem eam retuliſſet, adeo vt ea deſierit eſſe in peculio ſerui, eam nõ recte petere. Sed ſi accipiens pecuniam, eam in ſerui peculium retuliſſet, ea creditur eſſe peculii, & debent hæredes eam reddere manumiſſo. Duo filiifamilias ſeruos habebant ſeparatim, hoc eſt, poſſidebat vnuſquiſque ſeruum proprium. Alter autem ex dominis manumiſit peculiarem ſeruum ſuum viuo patre: decedens horum filiorumfamilias pater, legauit vtrique ſuum peculium. Quæſitum eſt, Seruus manumiſſus ſit ne amborum libertus, an eius ſolum qui eum manumiſit. Et reſpondit, ſi pater decedens prius quidem fecit teſtamentum quam filius iuſſerat eſſe liberum ſeruum peculiarem, eius ſolius qui manumiſit eum eſſe libertum, ideo quod videatur pater eum quoque ſeruum, vt qui ſit in peculio filii, eum legaſſe. Sed ſi poſtquam ſeruus fuit manumiſſus, tunc pater fecit teſtamentum, ſe non credere hanc fuiſſe mentem patris, vt legaret ſuo filio hunc quoque ſeruum quem prius manumiſit. Si ergo legatum non continetur peculio, nihil valuit eius manumiſſio, ſed manſit ſeruus communis & ad duos fratres pertinens: quoniam fuerunt ambo hæredes patris communis. * alias, Seruius.

l.8.in pr. MARCIANVS.[a] Qui pœnæ eſt obnoxius, non recte manumittit,
§.1.2.&3. ¶ nec reus capitalis criminis, poſt condemnationem, aut ante condem-
l.9. nationem quidem, ſed hac ſpe vt à crimine eximatur. PAVLVS. Et [b] in venditione, vel teſtamento, vel ſententia prohibetur manumiſſio.
l.10. IDEM. Qui [c] emit ancillam, vt eam manumitteret, etiamſi fiſco debeat cui lex dat generalem hypothecam, recte manumittit. Nam & ſi non
l.11. manumiſerit, peruenit ad libertatem. IDEM. Eum qui eſt legatus
l.12. ſub conditione, hęres manumittit inutiliter. IDEM. Si ſeruus tuus plagium commiſerit, & pro eo pœnam dederis, ne manumittatur intra
l.13. decem annos poſt mortem tuam. POMPONIVS. Curator [f] furioſi ſeruum non manumittat. Si autem iuſſu teſtatoris debet ſeruo libertatem, eum alii tradat vt manumittat.

a Serui pœnæ non poſſunt ſeruos ſuos manumittere, quoniam ipſi quoque facti ſunt ſerui. Sed neque qui capitalis criminis eſt accuſatus, poteſt ſeruum ſuum manumittere: hoc enim ſanxit quoque Senatus. Diuus quoque Pius Calphurnio cuidam reſcripſit, eum qui iam lege Cornelia damnatus eſſet, aut eum qui præſentiret fore vt damnaretur, non poſſe ſeruos ſuos manumittere. Si quis autem ſeruos ſuos ideo manumiſerit, vt eos ſubtrahat criminum accuſationi, ne his quidem competit data libertas.

ENANT. Seruus pœnæ non recte manumittit. Hoc abrogat 22. Nouella 8. cap. dicens, non debere fieri aliquem ſeruum pœnæ.

b Qui hac lege eſt venditus vt nunquam manumittatur, vel teſtamento prohibitus manumitti, vel ex pronunciatione Præfecti vel Præſidis propter crimen prohibitus manumitti, non poteſt manumitti.

c Ælianus quidam qui erat fiſci debitor, Euchemeriam ancillam multis ante annis emerat vt manumitteret, & eam manumiſit. Sed fiſci procurator cum videret eius bona non ſufficere debitis, de ſtatu quæſtionẽ faciebat Euchemeriæ, vt quæ ex generali hypotheca eſſet ipſa quoque fiſco obligata. Et placuit propterea quod ea lege eſſet empta vt manumitteretur, eam non eſſe obligatã iuri fiſci. Sed & ſi nondum eſſet manumiſſa, eam ex Marci conſtitutione peruenire ad libertatem.

d Seruum qui ſub conditione legatus eſt, manumittens hæres pendente conditione, non facit liberum.

e Qui † plagium admiſit ſeruus, etiamſi pro eo pœnam luerit dominus, lex Fabia intra decem annos conſtituit non manumitti, ſupputantibus nobis 12. annos, non à teſtamento domini, ſed à morte eius. † ἀνδραποδισμόν.

f Curator furioſi non poteſt ſeruum ſuum manumittere: eſt enim ei ſolum commiſſum vt bona adminiſtret. non eſt autem pars adminiſtrationis manumiſſio. Si autem fideicommiſſariam libertatem debet furioſus, oportet curatorem eius tradere ſeruum alicui alii, vt ille eum manumittat.

l.14. §.1. PAVLVS. Imperator ſola voluntate manumittit. MARCELLVS. Præterm. eſt l. thema.
l.15. Mortis cauſa [a] recte manumitto abſolute, tanquam apud Prætorem, & fit liber quando morior. Poſſum autem duci pœnitentia, perinde at-

Digitized by Google

que ſi rem tibi donauero, vt poſt mortem meam ſis eius dominus

MODESTINVS. Conſenſu[b] patris, etiam minor viginti annis recte L.16.
manumittit, & facit libertum patri. IDEM. [c] Caſtrenſes ſeruos filii L.17
mei non recte manumitto. CAIVS. [d] Quem vendidi, aut promiſi ſer- L.18
uum recte manumitto ante traditionem. PAPINIANVS. Qui[e] ab a- L.19.
liquo accepit pecuniam vt ſeruum manumittat, cogitur [f] manumitte-
re. IDEM. Si[g] donatus fuerit ſeruus minori 20. annis, vt manumit- L.20.in pr.
tat, non eſt ei opus vt probet cauſam, nam abripitur ad libertatem. ¶ Fi- §.1.
deicommiſſariam autem in vita libertatem præbens, probet. ¶ Si[h] mi- §.2.
hi vendideris ancillam vt intra annum manumittam: Sin minus, vt ha-
beas manus iniectionem, aut decem exigas, neutrum petetur. Nam
cum conuentis non ſteterim, arripitur in libertatem. ¶ Si [i] ſeruum tibi §.vlt.
tradidero vt poſt tempus manumittas, interim autem tibi præbeat mer-
cedem: etiamſi non det mercedem, liber fit. IDEM. [k] Seruum dota- L.21.
lem etiam conſtante matrimonio vir recte manumittit, niſi non ſit ſol-
uendo. Licet creditores non [l] habeat. IDEM. [m] Nepos meus aut fi- L.22
lius voluntate mea manumittens, facit meum libertum. PAVLVS. L.23
[n] Etiam ſi ſeruum eſſe apparuerit eum qui hac lege emit vt manumitte-
ret, ad libertatem peruenit is qui fuit venditus. HERMOGENIANVS. L.24
In [o] paribus iudicibus aut teſtibus non conuenientibus, valeant quę ſunt
pro libertate. CAIVS. [p] Etiam infans manumittitur. IABOLE- L.25.L.vlt.
NVS. Et[q] furioſus.

a DOROTHEVS. Poteſt etiam ſeruo donari mortis cauſa libertas. Ne ſic autem intelligas quod dicitur, vt ſi à morbo conualuerit dominus, non amplius ſeruus fiat liber: ſed vt eum abſolute manumittat per mortem eius quæ quandocunque expectatur, & perinde ac ſi ipſum abſolute liberaſſet vindicta, quoniam de morte ſua cogitabat dominus, mortem eius expectamus. Ita etiam in hoc caſu, in extremum tempus vitæ domini confertur libertas, ſi ad mortem vſque perſeuerauerit dominus volens eum manumitti. Hoc enim ſeruamus propter tacitam conditionem mortis cauſa donationis. Nam & quando quis rem tradit vt eo moriente ea fiat dominii eius qui accepit, tunc transfertur ad eum qui accepit rei dominium, quando vſque ad mortem in eadē voluntate permanet qui donauit.

b Si filius minor viginti annis, conſentiente patre ſeruum paternum manumiſerit, non vtiq; opus habemus cauſæ probatione propter conſenſum patris. Fit autem manumiſſus patris libertus.

c ENANT. Sicut à contrario ſenſu, ſi pater non conſentiat, non manumittit. Hoc eſt ſublatum, vt lib. 1. tit. 1. Conſtit. 1.

d Serui qui ſunt in [caſtrenſi] peculio filiifamilias, non computantur in familia patris, & ideo non poteſt pater eos manumittere.

e Et qui vendidit ſeruum, cum autem nondum tradidit, & qui promiſit alicui dare ſeruum, recte eum manumittit, vt qui ſit adhuc eius dominus.

f Si quis ab aliquo alio acceperit pecunias vt ſuum ſeruum manumittat, cogitur inuitus eum manumittere: licet plerunq; eſſent nummi ipſius domini, quos habebat tanquam peculiares ſerui ſui, & maxime ſi erat pater naturalis, aut frater ſerui qui nummos dedit. Nam hic quoque ſeruus eſt ſimilis ei qui eſt emptus ſuis nummis.

g ENANT. Lege lib. 38. tit. 2. ff. 6. them. 2.

Quando minori viginti annis donat quiſpiam ſeruum vt eum manumittat, ex abundanti iuſtam cauſam in eo probat poſt Marci Conſtitutionem ad Aufidium Victorinum. N ·u etſi eum non manumiſerit, ſua ſponte manumittitur. Non idem autem dicimus in libertate fideicommiſſaria. In ea enim debet minor probare iuſtam cauſam. Hic enim, niſi ei detur libertas, non fit ſua ſponte liber.

h Ancillam quidam hac lege vendidit, vt ea poſt annum manumitteretur ab eo qui emerat. Quod ſi non manumiſiſſet, cōuenit vt vel venditor ei manum iniiceret, aut decem daret emptor. Dicit Papinianus non ſeruata fide ab emptore, vt qui non manumiſerit, ei competere libertatem ex conſtitutione: ſiquidem manus iniectio vt plurimum conceditur vt ferat auxilium ſeruo vendito. Decem itaque non petuntur, quoniam voluntate venditoris ad libertatem peruenit ſerua quæ manumittitur.

i Cum alienaretur ſeruus, conuenit vt traditus ſeruus ad hoc vt manumitteretur, manumitteretur poſt quintum annum completum, & interim præberet mercedē, eam autem non præbet. Dicit Papinianus non videri libertatis conditionem eſſe mercedis ſolutionem, ſed tanquam obſe-

quium

Digitized by Google

quium temporariæ ſeruitutis peti mercedem. Neque enim oportet in omnibus ſtatulibero conferre eum qui eſt emptus ſub conditione libertatis.

k Seruum dotalem, vir qui eſt ſoluendo recte manumittit, etiam cōſtante matrimonio. Sin autem ſoluendo non eſt, licet alios creditores non habeat, reddendæ tamen doti non ſufficiat, impeditur libertas: nam etiam conſtante matrimonio creditur [mulieri] eius dos ab eo deberi.

l ENANT. Lege lib. 48. tit. 10. ff. 14. in fine.

m Et filius voluntate patris, & nepos manumittit paternos aut auitos ſeruos: manumiſſi autem fiunt liberti patris vel aui.

n Emit quiſpiam ancillam hac lege vt intra annum eam manumitteret: ille ipſe qui vendidit, pronunciatus fuit ſeruus. Quæritur an ancilla ad libertatem perueniat impleto anno. Reſpondit Paulus, etiamſi ſeruus inuentus ſit is qui emit hac conditione, non acquiſiit tamen ancillam domino ſuo, ſed ipſa ad libertatem peruenit anno impleto [ex conuentione.]

o Quando multis de libertate iudicantibus, Iudicum ſētētiæ inuentæ fuerint contrariæ, decem quidem Iudicibus perſonam de qua fertur ſententia, liberam, aliis autem decem eam eſſe ſeruam pronunciantibus, valet quæ pro libertate fuit pronunciata ſententia. [Sed etſi teſtes pari numero proferantur pro libertate ferri ſententiam, id enim lex Iulia Petronia iubet.]

p Infantes quoq; qui ſunt ſerui, recte manumittuntur.

q Furioſus quoque ſeruus omni genere manumiſſionis abſque impedimento manumittitur.

Titulus II.

De manumiſsis vindicta.

LIBER XL. ff. TIT. II.

POMPONIVS.

l. 1. ff. de manumiſ. vindicta. SI [a] Prætor ſit tutor meus, poſſum apud ipſum authoritatem præbentem manumittere. VLPIANVS.
l. 2. [b] Qui habet vſumfructum, etiamſi ſit minor 20. annis, recte in vita conſentit ſerui libertati. IDEM. Si
l. 3. [c] ſeruum tibi legatum hęres manumiſerit, aut tuus collegatarius, deinde repudiauerit, ab initio competit libertas.
l. 4. in pr. IVLIANVS. Si [d] pater filio manumittere permiſerit, & deceſſerit, ille autem ignorans manumiſerit: valet manumiſſio. Sed ſi eum pœnituerit, etiamſi ipſe neſciuit, non valet.

a SI puella impubes tutorem habet Prætorem, poteſt apud ipſum manumittere ſuum ſeruum: eodem & ei authoritatem præbente vt tutore, & de libertate pronunciante vt Prætore.

b Etiam ſi ſit minor viginti annis vſufructuarius, recte proprietario manumittenti eum in quo habet vſumfructum, conſentit.

c Si hæres ſeruum alicui legatum manumiſerit, poſtea autem legatarius legatum repudiauerit, retro & ab initio ſeruo competit libertas. Etſi etiam duobus pure legatus fuerit hic ipſe ſeruus, & cum alter eum manumiſiſſet, alter legatum repudiauerit. Nam huic quoque retro libertas competit, hoc eſt ex quo fuit ei data, etiamſi ab initio data fuerit inutiliter.

d Si pater filio qui eſt in poteſtate, permiſerit ſeruum manumittere, & prius quam filius eum manumiſerit pater deceſſerit inteſtatus: filius autem ignorās patrem ſuum mortuum, ſeruum manumiſerit, libertas competit contra iuris rigorem. Deeſt nonnihil. Sin autem ignorante filio, patrem pœnituerit quod ſeruum permiſiſſet manumitti, & per aliquem aliū ſignificauit filio ſuam pœnitentiam, ille autem prius quam ipſe ei renunciaſſet, interim ſeruum manumiſit, ſeruo non competit libertas. Nam vt per filiumfamilias manumittatur ſeruus paternus, durare oportet patris voluntatem de ſerui manumiſſione. Nam ſi mutata fuerit, non eſt verum quod volente patre filius manumiſerit.

§. 1. ¶ Etiam [a] ſi manumittens ſeruum, eum putet eſſe alienum, aut is qui
§. 2. manumittitur, aut vterque, valet manumiſſio. ¶ Minor [b] viginti annis nec ſeruum quidem communem poteſt ſine iuſta cauſa in vita [c] manumittere. Sed & ſi ſeruum pignori acceperit, poteſt conſentire eius libertati. IVLIANVS. Prætor [d] poteſt apud ſe ſeruum ſuum manu-

Digitized by Google

mittere. IDEM. Duo [e] minores viginti annis poſſunt manumittere L.6.
ſeruum communem, etiamſi alter probarit iuſtam [f] cauſam. CAIVS. L.7.
Non ſolum pro tribunali, ſed etiam in tranſitu. VLPIANVS. Et in L.8.
pago, etiamſi Prætori non adſit [g] † lictor.

a Quando eſt re vera dominus qui ſeruum manumittit, quanuis exiſtimet ſeruum eſſe alienũ, valet libertas: nihilo enim minus voluntate domini eſt manumiſſus, & ideo liber erit. Si autem ſeruus credidit ſe non eſſe ſeruum eius qui manumiſit, erat autem re vera eius ſeruus, valet rurſus libertas: plus enim valet rei veritas quam domini vel ſerui exiſtimatio, & vtroque caſu verum eſt ſeruum voluntate domini eſſe manumiſſum. Si autem ſimul & dominus credit alienum eſſe qui manumittitur, & ſeruus putat non eſſe dominum eum qui manumittit: idem tamen ius ſeruatur, vt valeat libertas, etiamſi vterque ſit in errore.

b Minor viginti annis dominus nec ſeruum communem quidem ſine concilio poteſt manumittere. Hæc cum dixiſſet Iulianus, Paulus ea implens, dicit, quod ſi pignori obligatum ſeruum habet minor viginti annis, & eo patiente fuerit manumiſſus, valet manumiſſio, quoniam non ipſe creditur manumittere, ſed ſolum non impedire quæ ab alio fit manumiſſionem.

c ENANTIOPH. Eſt abrogata, vt tit. 1 Conſtit. 1.

d Sæpe quæſitum eſt, an poſſit ille Prætor apud quem agitur conſilium, ſeruum ſuum apud ſe manumittere. Et memini inquit Iulianus, Iabolenũ præceptorem meum, & in Aphrica, & in Syria, ſeruos ſuos manumiſiſſe, † cum conſeſſum haberet in iis prouinciis. Et ego exemplum eius ſecutus, cum eſſem Prætor, quoſdam ex ſeruis meis apud me vindicta liberaui, & quibuſdã aliis Prætoribus me de eo conſulentibus ſuaſi vt apud ſe manumitterent. In ſecundo them primi ff. 10. tit. primi libri, dicit quod Conſul quoque apud ſe ſeruum ſuum manumittit, niſi ſit minor 20. annis. Hoc autem dicit quando ſine iuſta cauſa in vita & non in teſtamẽto manumittit. Cum iuſta enim cauſa, etiam minor viginti annis licet non ſit Prætor, manumittit. Minorem autem viginti annis, intellige eum qui impleuit annum ſextumdecimum. Cum iuſta autem cauſa, vt Inſtitutio prima tit. 6. Qui autem in vltima voluntate manumittit, poteſt eo tempore quo teſtamentum facit manumittere vt habet 119. Nouella nempe maſculus quidem, ſi impleuit annum 14. fœmina autem 12. vt lib. 6. Cod. tit. 22. Conſtit. 4. & lib. 7. tit. 64 Conſtit. 2.

e Quando duorum dominorum minorum viginti annis eſt ſeruus communis, & vnus ſolus dominus iuſtam cauſam in eo probauerit, recte manumittitur. Sed nec eſt omnino neceſſe vt pro tribunali ſerui manumittantur: ſed vt plurimum in tranſitu magiſtratuum manumittuntur, quando aut ad lauacrum, aut ad ſpectaculũ, aut feſti alicuius quod celebratur gratia prodit Prætor aut Proconſul, aut alius præſes prouinciæ. Ego autem, inquit Vlpianus, cum in quodam pago degerẽ cum Prætore, in cuius eram concilio, paſſus ſum apud eum dari libertatem, etiamſi non adeſſet eius lictor.

f ENANTIOPH. De cauſis lege cap. 11. 12. 13. Quamobrem niſi cauſam probarit, non poteſt manumittere. Hoc eſt ſublatum, vt tit. 1. cap. 1.

g EIVSDEM. Hoc eſt abrogatum, nunc enim etiam ſine magiſtratu. lege lib. 1. tit. 1. cap. 1.

MARCIANVS. [a] Dominum à morte infamiáve liberaſſe, eſt iuſta cauſa manumiſſionis. ¶ ſemel probata iuſta cauſa non amplius retractetur. L.9. §.1.
Alienum ſeruum nemo manumittat. IDEM. Surdi [b] vel muti filius L.10
iuſſu patris manumittit. VLPIANVS. Minor [c] viginti annis in vita L.11.
manumittens, iuſtam cauſam oſtendat, vtputa filium vel filiam manumittens, vel fratrem vel ſororem. IDEM. Aut alias cognatum. L.12

IDEM. Collactaneum, educatorem, pædagogum, alumnum, vel filium eorum, aut qui portabat eius libros, aut vt eum faciat procuratorẽ rerum ſuarum, dum non ſit minor 18. annis, & habeat etiam alium ſeruum. [d] Quæ matrimonii cauſa manumittitur virgo vel mulier, iuret eam ſibi nupturam intra ſex menſes. L.13
MARCIANVS. [f] Alumnos & mulieres & viri manumittunt. L.14.
¶ Fœmina non manumittit cauſa matrimonii, niſi conſeruum qui ei ideo fuit legatus. §.1.
¶ Spado manumittit cauſa matrimonii, non etiam † qui fuit exectus. §.2.
PAVLVS. [g] Etiam implendæ conditionis cauſa recte quis manumittit. L.15
¶ Ab hoſtibus vel latronibus, [vel mœcho] vel inſidiis ſeruaſſe dominum, eſt iuſta cauſa. Sunt autem aliæ quoque quas Iudex conſiderat. §.1.
¶ Etiam plures manumittuntur pro tribunali, ſed præſentes. §.2.
¶ Etiam per procuratorem poteſt probare iuſtam §.3.

§. vlt. iuſtam cauſam. ¶ Duo[h] eandem cauſa matrimonii non recte manumit-
tunt in concilio.

a Iuſta cauſa libertatis eſt, quando à periculo vitæ infamiæue dominum ſuum ſeruus liberauit. Qualiſcunque autem cauſa ſemel probata ſit & recepta à prætore, omnino valet manumiſſio. Diuus enim Pius reſcripſit ſemel probatas cauſas manumiſſionis non amplius retractari, ſi eſt omnino dominus qui manumiſit, & non manumiſit ſeruum alienum. Nam poſſumus quidem cauſis contradicere: cauſas autem ſemel probatas non poſſumus retractare.

b Surdi & muti filius iuſſu patris ſui recte manumittit. Furioſi vero filius nõ itidem poteſt manumittere: quoniam rationem non habet furioſus.

c Quando dominus minor viginti annis manumittit, huiuſmodi cauſæ manumiſſionis ſolent examinari & recipi, ſi filius aut filia eius, aut frater ſororue naturales ſunt ii qui manumittuntur, aut aliquo alio modo contingunt ſanguinem domini: habemus enim rationem erga ſeruos cognationis. Sed & ſi ſeruus eſt domino collactaneus, vel educauit dominum, vel fuit eius pædagogus vel filiorum, vel vnius ex his filius vel filia, aut domini alumnus fuit ſeruus, vel capſam librorum eius portauit, adeo vt ipſe ex eo appellaretur capſarius, vel ſi in hoc manumittatur, dum non ſit minor 18. annis, vt fiat procurator domini, recipit prætor has cauſas manumiſſionis. Illud autem ſemper ſpectat, ne eum ſolum habeat ſeruum is qui ſeruum manumittit.

d Si matrimonii cauſa ancillã, quæ vel eſt virgo, vel † iam viri fecit periculum, manumittat dominus prius iurans quod intra ſex menſes eam ducet vxorem, recte eam manumittit. De eo autem factum quoque eſt Senatuſconſultum. † [illegible]

e Alumnos magis mulieribus eſt conueniens manumittere. Sed & viri quoque recte manumittunt alumnos. Oportet enim permittere ei qui aluit ſeruum, etiamſi ſit minor viginti annis, eum manumittere: quoniam ex eo quod ipſum aluit, factus eſt propenſiori in ipſum affectione. Fœmina quoque matrimonii cauſa poteſt manumittere: ſed tunc ſolum quando conſeruus eius ideo fuit ei legatus vt ipſa eum manumitteret & ei nuberet. Spado quoque recte manumittit cauſa matrimonii, non etiam caſtratus.

f Si minor viginti annis, legato vel fideicommiſſo, vel hæreditate fuit honoratus, hac conditione ſi ſeruum ſuum manumiſerit, oportet nos ei permittere implendæ conditionis cauſa dare libertatem.

g Poteſt dominus ex præterito tempore habere multas [iuſtas] cauſas ſerui manumittẽdi, quod in bello ſeruus ei opem tulerit: quod eum ſeruauit à latronibus: quod cum ægrotaret, eum curauit: quod aduerſus eum factas arguit inſidias. longum eſt velle ſingula dicere: nam ex multis ſerui beneficiis poteſt dominus iuſte eum manumittere cum ſententia Prætoris. Oportet autem prætorem ſeu alium magiſtratum apud quem eſt concilium, eas cauſas examinare. Poteſt multos ſimul ſeruos manumittere quis apud prætorem: & ſufficit omnes eſſe præſentes, etiamſi vna fiat in eis manumiſſio. Etiam per procuratorem libertatis cauſam recte probat dominus.

h Si duo domini velint vnam ancillam manumittere cauſa matrimonii, non oportet eos recipere. quia non poteſt vna mulier cum duobus viris ſimul habitare.

L. 16. Vlpianus. Quæ[a] oriuntur ex affectione, non quæ † ex delitiis † [illegible]
cauſas Iudex recipiat. Ea[b] lege vt manumitteret, emiſſe, vel ex donatio-
L. 18. ne accepiſſe, eſt iuſta cauſa. Idem. Apud[c] filiumfamilias magiſtra- Præterm. eſt c. 19.
tum recte manumittimus, etiamſi filiusfamilias non manumittit. Filius
L. 19. [d] apud patrem volentem manumittit. Celsus. Si[e] prægnans Præterm. eſt thema.
matrimonii cauſa manumiſſa pepererit, pendet ſtatus filii vſque ad ma-
L. 20. trimonium. Vlpianus. Rogatum[f] eſſe ſeruum manumittere,
§. 1. eſt iuſta cauſa, niſi exuperat id quod eſt ei relictum. ¶ Idem etiam ſi ei
§. 2. ſit donatus: non eſt enim expectandum vt perueniat ad libertatẽ. ¶ Ma-
§. 3. trimonii[g] cauſa recte manumittit, qui ex eo probro non afficitur. ¶ Mu-
§. vlt. lier[h] quoque manumittit perſonas quæ dictæ ſunt. ¶ Conſul[i] apud ſe
L. 22. manumittit, etiamſi ſit minor viginti annis. Pavlvs. Si[k] ſcripſe- Prætermiſſ. eſt c. 21.
ro ad filium meum, vt quem velit ex ſeruis manumittat, recte manu- Præterm. eſt §. 1.
mittit.

a Oportet enim qui examinat iuſtam cauſam manumiſſionis, non † ex luxuria aut turpitudine forte, ſed quæ ex pura affectione dependent, iuſtas cauſas recipere. Neq; enim ex delitiis & aſſentationibus, ſed ex iuſta affectione libertatem conceſſit lex Aelia Sentia. † [illegible]

b Si quis minori viginti annis ſeruum vel vendiderit vel donauerit vt eum manumitteret, poteſt iuſtam quidem manumiſſionis cauſam dicere minor: hoc ipſum docens, quod cum pacto manumittendi ſeruum acceperit. Non ergo qui dedit eum dominus grauabitur aliqua probatione: ſed ipſe minor volens eum manumittere, cogitur probare ſe ea lege accepiſſe ſeruum vt manumit-

I

Digitized by Google

teret, & ſe ex affectione eius qui ſeruum donauit, eum manumittere.

c Etiam apud filiumfamilias magiſtratum recte manumittimus, etiamſi ipſe magiſtratus, vt qui ſit filiusfamilias, non poſſit manumittere.

d Etiam filius apud patrem ſuum qui eſt magiſtratus, ipſius patris voluntate recte manumittit ſeruum paternum.

e Si minor viginti annis in concilio matrimonii cauſa prægnantem ancillam manumiſit, & interim ancilla pepererit, in pendenti erit ſtatus infantis quem peperit. Nam ſi ancillam quidem duxerit is qui eam manumiſit, erit etiam infans liber. vt qui retro natus ſit ex libera. Sed ſi eam non duxerit intra ſex menſes: quoniam ipſa manet ancilla, merito etiam ſeruus manet infans.

f Si rogatus ſit minor annis viginti per fideicommiſſum ſeruum manumittere, oportet abſq; dilatione permittere ei hoc facere, niſi proprium ſeruum rogatus ſit manumittere. Tunc enim comparamus quantitatem quam eſt lucratus ex voluntate teſtatoris, cum pretio ſeruorum qui ſunt manumittendi. Et ſi eſt quidem lucrum vel maius vel par pretio ſeruorum, concedimus manumiſſionem. Si autem lucrum eſt minus pretio ſeruorum, non concedimus ei manumittere. Sed & ſi hac lege vt manumittatur donatus eſt ſeruus minori viginti annis, permittimus ei vt manumittat. Nam etſi non conceſſerit Prætor, peruenit ad eum Marci conſtitutio, & ſeruum perducit ad libertatem.

g Si matrimonii cauſa vult manumittere minor 20. annis, tunc ei concedimus, quando ei probro non eſt quod cum liberta contrahit matrimonium.

h Mulier quoque ex dictis à nobis iuſtis cauſis recte manumittit, vtputa filium ſuum naturalem, & quæcunque prius diximus.

i Conſul etiamſi inuentus fuerit minor 20. annis, recte apud ſe manumittit.

Enant. Lege lib. 1. tit. 10. cap. 1. them. 2.

k Quidam habens filium Romæ agentem, ad eum ſcripſit ipſe degens in prouincia, vt quem velit ſeruum ex iis qui ſunt in eius miniſterio manumittat. Quæro an recte manumittat filius quē voluerit. Reſpondet Paulus, Quare non hoc permittimus patri vt concedat filio quem velit ſeruum ex iis qui ſunt in miniſterio manumittere? Solam enim filio concedit electionem. Nam ipſe pater creditur manumittere.

Idem. Etiam [a] impubes qui non eſt minor 7. annis, manumittit in concilio authore tutore retinens [b] peculium: Caivs. Non [c] poteſt manumittere ſeruum ad hoc vt ſit ei tutor. Illorvm [d] qui apud concilium manumittuntur, poſt cauſam à iudicibus probatam, & manumiſſionem ſecutam, non oportet ſtatus mutari, ſi dicantur ex falſa cauſa liberati. Qvod [e] quis ſecundo ſit manumiſſus, priorem eius libertatem nec auget nec minuit. l. 24. l. vlt. l. 1. C. de vindicta, libertate & ap. concil. mann. l. 2. Lib. 7 Cod. tit. 1.

a Etiam pupillus qui iam loqui poteſt, recte manumittit in concilio. Hæc cum dixiſſet Neratius, adiicit Paulus quod cum authoritate tutoris oportet eum manumittere, & nec peculium ſequitur ſeruum qui manumittitur à pupillo.

b Enant. Propter cauſas prius poſitas ff. tt. 12. & 13.

c Dicebat Aufidius quod etiam vt habeat tutorem poteſt pupillus ſeruum manumittere. Sed Nerua minor dixit contrarium, & ſeruatur eius ſententia. Nanque eſt valide abſurdum in omnibus aliis reprobatum pupilli iudicium, in hoc eſſe recipiendum, quod eligat ſibi tutorem.

d Quæ in concilio ſemel eſt data libertas, non reuocatur, neque probata de ea cauſa retractatur. Lege autem 7. & 20. conſt. tit. 17. huius lib. quæ dicit quod à domino ſemel data libertas non reuocatur. Memento autem 4. conſtit. 30. lib. 2. Proca. Ius huius conſtitut. tibi dictum eſt etiam in Inſtit. nempe quod ſi quis ſemel manumiſſus fuerit apud concilium poſtquam qui manumiſit, cauſam probauit, ſi quid falſi dixerit, non retractamus manumiſſionem.

e Theod. Si quis ſecundo ſit manumiſſus, nihil ei prodeſt nec obeſt.

Τὸ κεʹ ποδας. Nihil ciuitati Romanæ ſemel præſtitæ, vel addere vel detrahere ſecundum manumiſſionem potuiſſe, eſt certiſſimum.

Titulus III.

De manumiſſionibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur, & de manumiſſis in teſtamento.

Liber XL. ff. Tit. III.

Vlpia-

VLPIANVS.

l. 1. & 2. ff. de manumiſſ. quæ ſeruis ad vniuer. pert. imponuntur. l. vlt. l. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. l. 2. l. 4. in pr. §. 2. & 3.

Eiuſdem lib. tit 4. — Præterea ... ff 3.

OMNIS [a] cœtus permiſſus recte manumittit, & ſuccedit ei qui manumittitur. PAPINIANVS. Seruus [b] ciuitatis manumiſſus, retinet peculium, niſi fuerit ademptum, & eius debitor [c] ei recte ſoluit. VLPIANVS. Si [d] ſæpe ſeruo relicta ſit libertas, valet ea quæ prima locum habet. IDEM. Petrus [e] eſto hæres: ſi hæres non erit, Paulus hæres eſto. Paulus liber eſto: etiamſi [Petrus] hæreditatem adierit, Paulus fit liber. IDEM. [f] Valet legatum cum libertate relictum, ¶ etiamſi adiiciatur illud cum libertate, vel quando vindicta eum pro tribunali liberauero.

a OMNIBVS collegiis licitis diuus Marcus permiſit ſuos ſeruos manumittere. Quare qui ex eis collegiis ſunt ſi manumittant, fiunt legitimi hæredes ſuorum libertorum.

b Seruus quoque ciuitatis ſi iure ſit manumiſſus, & non ademptum ſit ei peculium manet id poſſidens: & ideo peculii debitor ei ſoluens liberatur.

c ENANT. Hoc eſt ſpeciale in hoc ſolo caſu.

d Cum ſæpius in eodem teſtamento relinquitur ſeruo libertas, illa videtur ei relicta quæ omnino facit eum liberum, hoc eſt, quæ ei relicta eſt valide.

e Si quis ſic ſcripſerit, Titius mihi hæres eſto. Si autem Titius hæres non erit, Stichus mihi hæres eſto. Stichus liber eſto, Ariſto quidem dicebat [Titio hærede exiſtente] Stichum non fieri liberum: mihi autem videtur eum eſſe liberum: quoniam non ſolum in ſecundo gradu ei reliquit libertatem, ſed eam duplicauit, hoc eſt, in primo gradu eam tacite reliquit, in ſecundo autem aperte eam pronunciauit.

f Si quis dixerit Stichus liber eſto, eique hæres meus decem dato, & ipſe teſtator viuus ſeruum manumiſerit, nihilominus ab hærede petitur vt det ei decem. Sed & ſi ſic dixerit, Stichus liber eſto, & vel purum vel in diem ei reliquerit libertatem, & ſubiunxerit, Et ei hæres meus decem dato, rurſus idem dicimus, nempe quod etſi viuus dominus eum manumiſerit, petitur ab hærede vt ei det decem. Illud quoque conſtat quod ſi quis ſeruo relicta libertate, ſubiunxerit, Si vindicta eum liberauero, hæres meus ei decem dato etiamſi nimia ſubtilitas ſeparet legatum à teſtamento, attamen ex humanitate, ſi adhuc dominus ſeruum manumiſerit, valet legatum.

l. 5. IDEM. In [a] directis libertatibus valet facilior ſcriptura. In iis autem
l. 6. quæ ſunt ſub lege vel conditione, poſterior. VLPIANVS. Qui [b] habet dominium, ſcribens hæredem eum qui habet vſumfructum, ſeruo
l. 7. recte relinquit libertatem ſub conditione. IDEM. Si [c] ſeruo libertatem reliquero, ſi deceſſero ſine filiis, pendet quandiu naſciturus ſperatur
l. 8. qui eſt in vtero. POMPONIVS. Si [d] Paulus diligenter adminiſtrauit, liber eſto: quæritur diligentia quæ ſit domino vtilis, & quod reliqua
l. 9. dederit. VLPIANVS. Paulum [e] legaui Petro vt eum manumitteret. Quod ſi eum nō manumiſerit, liber eſto: lego autem ei decem, legatum
§. 1. petit Paulus manumiſſus. ¶ In [f] teſtamento recte prohibeo ſeruum
l. 10. in pr. meum aut hæredis mei manumitti, ſed non alienum. PAVLVS. Qui [g] legat peculium, recte manumittit ſeruum ſerui. Specialia enim exi-
§. 1. muntur de generalibus. ¶ Si [h] legauero ſeruum, & eum iuſſero eſſe liberum, valet libertas. Idem etiam ſi poſt manumiſſionem eum legauero, niſi oſtendatur contraria mea teſtatoris voluntas.

a In directis libertatibus quæ diuerſis modis ſeruo relinquuntur in teſtamento, præfertur leuior. Illa autem cenſetur leuior, quæ eſt facilior ei qui manumittitur. In fideicommiſſariis autem libertatibus valet poſtrema.

b Si qui eſt ſerui proprietarius, vſufructuario hærede ſcripto, libertatem ſub conditione reliquerit ſeruo in quo conſtat vſusfructus: quoniam pendente libertate eſt dominus ſerui vſufructuarius, vt qui ſit hæres teſtatoris, perit vſusfructus acquiſitione proprietatis: & ideo exiſtente conditione ſeruus fit liber.

c Si quis ſic dixerit, Si nullus inuentus mihi fuerit filius cum moriar, Stichus ſit liber, & poſthumum reliquerit, impeditur Stichi libertas. Interim autem dum in vtero eſt poſthumus & ſperatur naſciturus numquid in ſeruitute manet ſeruus, an vero ex euentu? reſpondemus, quando non natus fuerit poſthumus, ſeruum retro fuiſſe liberum. Et hoc magis placuit.

Digitized by Google

d Sic dixit quiſpiam, Si Stichum rationes meas diligenter tractaſſe probatum fuerit, is liber eſto: hoc nempe, diligenter tractaſſe rationes, ad domini, non ad ſerui vtilitatem inſertum eſſe intelligimus. Vnde etiam debet bona fide rationes reddere & reliqua reſtituere, vt ſic manumittatur.

e Si ſeruus legatus fuerit vt manumittatur. Quod ſi eum non manumiſerit legatarius, vt ſit liber & legatum accipiat, ſimul etiam competit ei libertas.

f Quod dictum eſt in conſtitutionibus, quod qui in teſtamento eſt prohibitus manumitti, non poteſt amplius manumitti, hoc locum habet in illis ſeruis, qui cum eſſent teſtatoris vel hæredis, prohibiti ſunt manumitti. Alienum enim ſeruum teſtater prohibens manumitti: non impedit eius manumiſſionem.

g Etiamſi peculium ſerui fuerit ei legatum, & ſeruus ex peculio vicarius libertate ſit honoratus, ſit liber citra controuerſiam. Multum enim differt genus à ſpecie: & poteſt ſpecies eximi à genere, ſicut hic quoque genus quidem eſt peculium: ſpecies autem peculii, vicarius: recteque eximitur, & liberratem conſequitur.

h Si ſeruus alicui legatus liber eſſe iuſſus eſt, fit liber. Sed ſi prius libertate honoratus, poſtea fuerit legatus: ſi quidem euidens voluntas ſit teſtatoris quod ideo eum legauit vt qui adimeret libertatem: quoniam etiam placuit hodie liberrates adimi, valet quod de eo factum eſt legatum ablata libertate. Sed ſi ſit in obſcuro voluntas teſtatoris, tunc fauore libertatis fit liber. Hæc dicta ſunt de directa libertate. Si enim legato ſeruo relicta ſit libertas fideicommiſſaria, cogitur hæres [vel legatarius] eum manumittere, hoc eſt, & valet legatum, & legatarius cogitur eum manumittere.

POMPONIVS. Si [a] ſeruo legato, ſub lege vel conditione relicta ſit l.11.
libertas: vel hæres, vel legatarius cogitur eum manumittere. ¶ Paulus §.1.
[b] & Philippus, ſi decem dederint, liberi ſunto: poteſt vnus ex eis, dans
quinque, eſſe liber, etiamſi alius non det. ¶ Iuſſus manumitti, etiamſi §.2.
vnus adierit hæreditatem, fit liber. VLPIANVS. Si [c] ſub iuriſiuran- l.12.in pr.
di conditione relicta ſit libertas, neceſſe eſt impleri conditionem. ¶ Idem §.1.
etiamſi legatum relictum ſit cum libertate. ¶ Si autem ſine conditio- §.2.
ne quidem relicta ſit libertas, legatum vero ſub conditione iuriſiurandi,
remittitur conditio. ¶ Idem etiamſi libertas quidem relicta ſit ſub con- §.ult.
ditione iuriſiurandi, legatum autem ſine iureiurando, teſtator autem vi-
uus ſeruum manumiſit. IDEM. Duobus [d] ſeruis reliqui libertatem l.13.in pr.
ſi domum ædificauerint, vel ſi ſtatuam poſuerint: ſi alter impleuerit cō-
ditionem, vterque manumittitur, probata voluntate teſtatoris. vel non
probata, alter omnino. ¶ Idem etiamſi dixero, ſi tabulam depinxe- §.1.
rint, vel nauem fabricauerint. Sed ſi dixero, ¶ Si rationes reddiderint ſuę §.2.
adminiſtrationis, ſi ſeparatim quidem adminiſtrauerint, vnuſquiſque
ſeorſum rationes reddens fit liber. Si vero ſimul, non videtur alter parê-
re, niſi & rationes rèddiderit, & codices rationum.

a Quidam ſic dixit, Si Stichus & Pamphilus decem dederint, liberi ſunto, poteſt alter ex ipſis dando quinque, liber fieri, etiamſi alter non dederit alia quinque.

b Quando pluribus ſcriptis hæredibus honoratur ſeruus directa libertate, etiamſi vnus tantum adiit ex hæredibus, ſeruus ſtatim manumittitur.

c Si libertas relicta ſit ſeruo ſub conditione iuriſiurandi, non remittitur ei iuriſiurandū, & merito. Nam ſi dixerimus remitti conditionem iuriſiurandi, ipſam libertatem impedimus, quoniam non poteſt aliter competere, niſi conditioni ſeruus paruerit & iurauerit. Quod ſi etiam cum libertate legatum quoque relictum ſit ſub conditione iuriſiurandi, nec legatum poteſt accipere, niſi conditionem impleuerit & iurauerit. Sed ſi libertas quidem ei pure relicta ſit, legatum autem ſub conditione: putat Iulianus lib. 40. Digeſtorum, remitti ei conditionem iuriſiurandi. Ego autem idem puto & ſi libertati quoque iniecta ſit conditio iuriſiurandi, viuus autem teſtator eum manumiſerit. Nam hic quoque quoniam inuenitur liber poſt mortem domini, remittimus ei etiam in legato conditionem iuriſiurandi.

d Si duobus ſeruis relicta ſit libertas, ſub conditione ſi domum ædificauerint, vel ſi ſtatuam poſuerint in ciuitate, non poteſt diuidi conditio, neque ab vno eius dimidium impleri. Illud autem dubitatur, an vno ex his domum perficiente, aut ſtatuam ponente, ſatisfactum videatur voluntati teſtatoris quod ad eum qui [illegible] vnum attinet qui hoc fecit, vt ipſe manumittatur. Et magis placuit vt is ſolus qui impleuit omnem conditionem, manumittatur: niſi contrarium expreſſerit teſtator. Alter autem ex iis implens conditionem, eam ſibi [ſoli] implet, & non alteri. Nam contra alteri etiam extinguitur. Neque enim poteſt amplius eam implere domo perfecta ut poſita ſtatua. Idem eſt & ſi duobus fabris vel pictoribus relicta ſit libertas ſub conditione, ſi † cubiculum depinxiſſent,

† [illegible]

vel

vel nauem fabricaſſent. Nam teſtatoris voluntatis eſt quæſtio, num vnicuique eorum [alterius] iunxerit facti conditionem. Quod ſi ita eſt, altero eorum differente facere quod factum eſt, deficit conditio, alteri etiam parato facere quod præteritum eſt. Quod ſi ex iis quæ dixit vel ſcripſit teſtator, oſtendatur quod voluerit vel à duobus ſimul, vel ab vno ſolo fieri quod dixit, res facile ſolui poteſt. Nam alter ex his implens quod fuit imperatum, aut ſibi & alteri prodeſt, aut ſibi ſoli, prout fuerit probatum. Nam ſi voluit per vnum ſolum opus impleri, tunc ſibi & alii prodeſt qui hoc fecit. Si autem per duos omnino voluit hoc fieri, ſibi ſoli prodeſt qui implet factum. Eadem eſt quæſtio etiam in illo caſu, quo duobus ſeruis reliquit aliquis libertatem ſi reddiderint rationem adminiſtrationis. Iulianus enim quæſiuit ſi alter ſit paratus reddere rationes, alter autem nolit, an alter eorum impediatur per alterum. & recte dixit. Siquidem ſeparatim vnuſquiſque adminiſtrauit, ſufficit ad hoc vt vnicuique eorum competat libertas, ſeparatim reddere rationem ſuæ adminiſtrationis. Sed ſi vnam & eandem ſimul fecerint adminiſtrationem, non videtur alter parere conditioni, niſi vtriuſque reliqua exſoluerit. In reliquis accipere debemus etiam † volumina rationum, vt ea quoque reddantur hæredi quæ continent rationes.

¶ Si[a] ancilla cum filiis iuſſa ſit eſſe libera, ſiue non habeat, ſiue habeat qui non poſſint eſſe liberi: fit libera. Sed & ſi ipſa non poſſit, poſſint autem filii, fiunt liberi. Filiorum enim adiectio non eſt conditio, niſi teſtator aliquid aliud ſenſit. Etenim Prætor quoque ventrem mittens in poſſeſſionem, mittit cum filiis: mittitur enim venter etſi non ſint filii. §.3.
IDEM. [b] Seruus ſine conditione quidem liber, ſub conditione autem ſcriptus eſt hæres. ſi conditio defecerit, fit liber. l.14.
IVLIANVS. [c] Petrum Paulo lego. Si autem intra annum non manumiſerit, liber eſto. Si intra præfinitum tempus non manumiſerit, Petrus peruenit ad libertatem: nec habebit Paulus in eum aliquid iuris. l.15.
IDEM. Cum [d] Petrus fuerit triginta annorum, Paulus ſit liber, & fundum accipiat: ſi ante tempus Petrus deceſſerit, libertas poſt triginta annos competit, non legatum. l.16.
IDEM. Si [e] ſeruo reliquero libertatem vltimo monimento vitæ ſuæ, eſt nullius momenti. l.17.in pr.
¶ Petrus ſi in Capitolium non aſcenderit, liber eſto. Si cum poſſet, non aſcenderit, fit liber. §.1.
¶ [f] Paulus eſto liber, ita vt filiis meis rationes reddat: fit quidem liber, neque enim eſt conditio, ſed reddet rationes. §.2.

a Si ancilla cum filiis libera eſſe iuſſa ſit, etſi nullos habet filios, ipſa fit libera. Sed & ſi habet filios, non poſſunt autem eius filii manumitti, ipſa ſola fit libera. Quod ſi contra ipſa non poſſit eſſe libera, filii eius fiunt liberi. Nam quod teſtator adiecerit & dixerit, Cum filiis eius, non facit conditionem libertati, niſi teſtator aliquid aliud voluerit. Nam tunc hæc verba accipimus pro conditione. Quod autem dixiſſet, Cum filiis, non faciat conditionem, oſtendit edictum quoque Prætoris. Nam in eo quidem dicit, ventrem cum filiis iubeo eſſe in poſſeſſione. & tamen placet, etiamſi non ſint filii, ſolum ventrem mitti in poſſeſſionem.

b Si ſeruus libertate quidem pure ſit honoratus, hæres autem ſcriptus ſub conditione: etiamſi defecerit conditio hæreditatis, tamen fit liber. Quidam ſic dixit, Si Stichum Sempronius intra annum non manumiſerit, liber eſto Stichus. Quæſitum eſt quid de eo ſit iuris. Reſpondit Iulianus, quod cum dixiſſet teſtator, Si Sempronius Stichum non manumiſerit, liber eſto. Sempronius quidem nullum ius habet in ſeruum, ſi eum non manumittat. Sempronio autem non manumittente, ſeruus fit liber tanquam ex directa libertate.

c Si quis ſic dixerit, Cum Titius annorum triginta erit, Stichus liber eſto, eique hæres meus fundum dato & Titius deceſſerit antequam eſſet triginta annorum, Sticho competit libertas, legatum autem ei non debetur. Fauore enim libertatis hoc receptum eſt, vt mortuo Titio, quoniam ſupereſt tempus quo potuiſſet eſſe triginta annorum ſi viueret Titius, eo impleto tempore fiat liber. Legati autem videtur defeciſſe conditio, cum non fuerit Titius 20. annorum.

d ENANT. Lege lib. 36. tit. 1. conſtitutionem ſexageſimam quartam in fine.

e Libertas quæ in extremum ſerui vitæ tempus relinquitur, veluti Stichus cum morietur liber eſto, pro non data accipitur. Sed ſi ſic dixerit, Stichus ſi Capitolium non aſcenderit, liber eſto: hæc verba ſic intelligimus, ſi cum primum potuerit in Capitolium aſcendere, non aſcenderit. Nobis enim verba ſic intelligentibus, ſi cum poſſet in Capitolium aſcendere, non aſcenderit, libertatem aſſequitur.

f Si quis ſic dixerit, Pamphilus liber eſto, ita vt filiis meis rationes reddat. Quæſitum eſt an ſub conditione data libertas videatur. Placuit autem eam eſſe pure datam, & quod dixit teſtator, ita vt rationes reddat, conditionem libertati non facere. Quoniam autem eſt manifeſta

Digitized by Google

voluntas teſtatoris quod omnino reddátur rationes, oportet ſeruum cogi etiam poſt manumiſſionem reddere rationem ſuæ adminiſtrationis.

¶ [a] Poſt annos Petrus liber eſto, poſt biennium ſit liber, niſi aliquid §. vlt.
Lege lib. 13. tit. 5. Conſt. 1 aliud ſenſit teſtator. IDEM.[b] Poſt mortem illius qui eſt vnus ex meis l. 18. in pr.
hæredibus, Petrus eſto liber. Etiam ſi prius deceſſerit hic hæres, liber ſit
Petrus. ¶ Cum[c] moriar, Petrus liber eſto, poſt mortem meam ſit liber. §. 1.
¶ Ad annum liber eſto, aut poſt annum quam moriar ſit liber, aut ſi in- §. 2.
tellexerimus poſt annum quam factum fuerit teſtamentum, ſi euenerit
vt intra annum decedat teſtator, valet libertas. IDEM.[d] Petrus hæ- l. 19.
res meus manumittat. Sin minus, liber eſto, & accipiat decem au-
reos, etiam manumittente hærede debetur legatum. AFRICANVS. l. 20.
Legaui[e] tibi ſeruos, vt eos manumitteres ſi viſi fuerint promeruiſſe:
ſi in te nihil admiſerint quod eos faciat indignos libertate, cogeris
manumittere, ſed quando voles. Sed ſi deceſſeris eis non manumiſſis,
hæres tuus cogitur hoc facere. IDEM.[f] Petrus, imo Paulus liber eſto. l. 21.
Paulus eſt liber. Idem ſi dixerit, Petrus liber eſto, imo Paulus.

a Si quis in teſtamento dixerit, Ille ſeruus poſt annos liber eſto, & numerum annorum non ſubiunxerit, duobus annis elapſis ſit liber. Nam ſic intelligentes & libertati fauemus, & teſtatoris verbis non repugnamus. Pluralia enim apud Romanos incipiunt à duobus, niſi is qui eſt grauatus onere manumiſſionis, teſtatorem aliud ſenſiſſe aperte oſtenderit.

b Quidam qui duos hæredes ſcripſerat, poſt mortem vnius ex ipſis ſeruo reliquit libertatem, ſed ipſe hæres cuius poſt mortem competebat libertas, deceſſit adhuc viuo teſtatore. Reſpondit Sabinus ſeruum eſſe liberum.

c Si teſtator dixerit, Cum moriar, ille liber eſto, videtur in tempus extremi ſpiritus reliquiſſe libertatem: & ideo ſi ſummum ius ſpectetur, eſt inutilis, vt quæ non poſſit competere in vita teſtatoris: ſed melius eſt verba benignius interpretari, vt tempus mortis ſuæ videatur dicere teſtator, ad hoc vt competat libertas, hoc eſt poſt mortem ſuam. Multo autem magis ſi ſic dixerit teſtator, ille ad annum liber eſto, credimus quod poſt annum reliquit libertatem & licet videatur dicere poſt annum quam factum fuerit teſtamentum, competere libertatem, etiamſi euenerit vt intra annum decedat teſtator, non ſit libertas inutilis.

d Quidam hæredem ſuum rogauit vt ſeruum manumittat, deinde dixit, Si autem hæres eum non manumiſerit, liber eſto ſeruus, reliquit ei legatum: plerique iuriſconſulti exiſtimarũt [etiamſi hæres eum manumiſerit] eum ex teſtamẽto videri eſſe liberum, & ideo poſſe eum petere legatũ.

e Legauit quiſpiam ſeruos, & dixit legatario, Rogo te ſi promeruerint ſerui, eos dignos eſſe libertate exiſtimes, & dicit Africanus, Prætoris hæ partes ſunt vt cogat legatarium præſtare ſeruis libertatem niſi ſi quid tale ſerui in ipſum admiſerint, vt indigni viſi ſint libertate. Nec ab eis exigimus vt in hæredem talia faciant officia per quæ debeant eſſe digni libertate, ſed ſolum vt nihil admittant quod eos faciat indignos libertate. Licet autem exigitur à legatario vt ſeruos omnino manumittat ſi nihil peccauerint, ab eius tamen pendet arbitrio quo tempore quẽque velit manumittere. Quod ſi nõ omnes manumiſerit, hæres ſuperſtes ſtatim cogitur omnes manumittere.

f Sic dixit quiſpiam, Stichus imo Pamphilus liber eſto. Dicit Africanus Pamphilum eſſe liberum. Viſus eſt enim teſtator ſuum errorem corrigere. Idem dico etiamſi in Sticho ſuam impleuerit voluntatẽ, & dixerit, Stichus liber eſto, & tunc ſubiunxit, Imo Pamphilus liber eſto. Hic enim rurſus ſolus liber ſit Pamphilus.

IDEM. Si ſeruo libertatem reliquero, [a] ſi rationem reddiderit l. 22. in pr.
argenti quod ei credidi: is autem parte ex eo ſubtracta & cum hære-
† ἀπόδειξιν. dis tutore diuiſa, † apocham acceperit perinde ac ſi impleuiſſet, non eſt
liber. ¶ Sed ſi ſine culpa ſerui quædam vaſa perierunt, dans reliqua [b] erit §. 3.
liber. MARCIANVS. [c] Teſtamento manumiſſus, ſiue ex eo vt l. 23. in pr.
quod ſit validum, ſiue ab inteſtato hæres adierit hæreditatem, ſit liber.
¶ Quæ [d] ſine conditione datur libertas, ſi vel vnus adierit hæreditatem, §. 1.
ſtatim competit. Si autem in diem vel ſub conditione, cum ea eue-
nerit. CAIVS. [e] Nominatim videtur manumittere, qui artificium, l. 24.
vel officium vel patrẽ ſerui ſignificat, vt diſpenſator, cellarius, Pauli filius.
VLPIANVS.

Digitized by Google

l.25. Vlpianvs. [f] Etiamſi ex parte adita fuerit hæreditas, competit liber-
tas, ſi modo ab eodem gradu ex quo relicta eſt ſine conditione, facta ſit
l.26. aditio. Marcianvs. [g] Subſtitutus fuit ſeruus cum libertate: ſi
autem non fuerit hæres, legatum ei fuit relictum ſine libertate: ſic
quoque ſit liber.

a Quidam impubere inſtituto hærede ſubiunxit, Si Stichus rationem reddiderit argenti quod fuit ei commiſſum, liber eſto. Sed hic Stichus partem argenti ſubtractam diuiſit cum tutore impuberis: atq; tutor ita ei fecit apocham, tanquam qui ex ratione argenti nihil ei deberet: conſultus Iulianus vt refert Africanus, an Stichus ſit liber, reſpondit eum non eſſe liberum. Nam licet placet eum qui iuſſus eſt dare pecuniam impuberi hæredi, ſi eam det tutori, aut ſi impediatur à tutore ne impleat conditionem, eſſe liberum: hæc tamen tunc valent quando bona fide & citra vllam fraudem ſtatuliberi aut tutoris hæc fiunt. Rerum enim pupillarium alienationes tunc valere dicimus, quando fiunt bona fide. Vnde etiam ſi à ſtatulibero oblatam pecuniam tutor noluerit accipere, vt qui pupillum damno velit afficere, non aliter ad libertatem peruenit ſtatuliber quam ſi omni fraude careat aduerſus pupillum. Quæcunque autem, inquit, dixi de tutore, eadem etiam dico de Curatore. Illud quoque de hoc caſu eſt quæſitum. Hic rationem argenti reddere iuſſus, quomodo videtur implere conditionem, [id eſt,] ſi quædam vaſa ſine eius culpa perierint, reliqua autem hæredi bona fide tradiderit, an etiam fiat liber. Reſpondit Iulianus eum eſſe liberum. Sufficit enim eum ex bono & æquo reddere argenti rationem. Quam enim rationem bonus paterfamilias reciperet, ea ratio hæredi reddita implet conditionem.

b Lege lib 35. tit. 1. conſt. 64. in fine.

c Iis qui teſtamento manumittuntur tunc competit libertas, ſi & teſtamentum valeat, & ex eo adita ſit hæreditas aut ſi hæres omiſſo teſtamento ab inteſtato poſſideat hæreditatem.

d Quæ teſtamento datur libertás, ſi eſt quidem pura, ſtatim quam adita fuerit hæreditas vel ab vno ex hæredibus, competit. Si autem relicta ſit in diem vel ſub conditione, ſi conditio extiterit, vel dies euenerit, competit libertas.

e Nominatim videtur ſerui manumitti, qui ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo euidenter ſignificantur, vt ſi dixerit teſtator, Diſpenſator meus ſeruus, Cellarius meus, aut coquus meus liber eſto, aut Pamphili ſerui mei filius.

f Teſtamẽto manumiſſus, ſi ex qualibet parte adita fuerit hæreditas, ſit liber, ſi modo ab eo gradu fuit adita, ex quo relicta eſt libertas & pure ſit manumiſſus.

g Si quis cum ſeruum ſuum cum libertate ſubſtituiſſet, legatum ei reliquit ſub conditione ſi hæres non eſſet: etiamſi non meminerit libertatis in datione legati, tamen fauore libertatis creditur etiam in legato ei reliquiſſe libertatem: hoc enim reſcripſerunt Diuus Pius & Diui fratres.

l.27. Pavlvs. [a] Qui poteſt in concilio manumittere, poteſt etiam ne-
l.28. ceſſarium hæredem [b] relinquere. Idem. Petrus, ſi in codicillis eum Prætermiſſa eſt 29. conſt.
non vetuero, liber eſto. aut ſic, Si in Capitolium nõ aſcendero, liber eſto.
l.30. ſit liber. poteſt autem ſic quoque hæres inſtitui. Vlpianvs. Si
l.31. [c] ſeruum meum captiuum manumiſero, reuertens erit liber. Pavlvs. Lege lib. 31. conſt. 8. ch 4.
Petrus [d] liber eſto, ſi ſint multi eiuſdem nominis, nullus ſit liber. Vl-
l.32. pianvs. [e] Quanuis ab hæreditate abſtineat is qui eſt hæres neceſſari-
l.33. us, competunt libertates. Pavlvs. Ad [f] tempus non datur libertas.
l.34. Idem. Sed adiectio temporis eſt ſuperuacua. Idem. Recte [g] ma-
numittuntur, qui tempore teſtamenti & mortis, ſunt ſerui teſtatoris.
l.35. Idem. [h] Petrus ſi iurauerit ſe filio meo daturum operas, liber eſto: iurãs
ſit quidem liber, ſed non tenetur operarum nomine: quoniam iurauit
l.36. priuſquam manumitteretur. Idem. [i] Nominatim manumittitur Lege lib. 38. tit. 1. c. 7.
l.37. ſeruus in codicillis, etiamſi ſit nomen eius in teſtamento. Idem. [k]
Poteſt quis ſic liber ſcribi, Cum ei licuerit legitime manumitti. Idem.
l.38. [l] Sub conditione alienationis inutiliter quiſpiam manumittitur. Qui [illegible]
autem ſub modo eſt manumiſſus, etiamſi fuerit vænundatus, vtiliter da-
tam libertatem accipiet. Eadem etiam in ſimilibus legatis. Petrus liber
eſto ſi deſierit eſſe mei hæredis: [non valet libertas.]

a Qui poſſunt apud conſilium ſeruos manumittere, nempe minores 20. annis, ſeu hodie 17. poſſunt etiam neceſſarium hæredem relinquere: vt eadem iuſta cauſa quam potuit probare in cõcilio, iuſtam etiam faciat libertatem datam in teſtamento.

Digitized by Google

b Enant. Lege tit. 2. Conſtit. 4. them. 3.

c Licet regulariter illi directe manumittuntur, qui tempore teſtamenti & tempore mortis ſunt in dominio teſtatoris: ſi tamen ſerui qui ſunt apud hoſtes, directa honorati fuerint libertate, fiunt liberi etiamſi neutro tempore teſtatoris fuerint, ſed hoſtium.

d Cum quis plures habens ſeruos eodem nomine, vnum ex eis indefinite manumiſit, & non oſtendatur quis eorum ſit manumiſſus, nullus eorum fit liber.

e Neceſſario exiſtente hærede, quanuis ſe abſtineat ab hæreditate, tamen libertates competunt, ſi modo non datæ ſint in fraudem legis Æliæ Sentiæ.

f Libertas ad tempus dari non poteſt: & ideo ſi quis dixerit, Stichus vſque ad decem annos liber eſto, auferimus tempus tanquam ſuperuacaneum, & fit liber perpetuo.

g His poſſumus directas libertates relinquere, qui vtroque tempore, nempe & quo teſtamur, & quo morimur, ſunt in noſtro dominio: hoc enim dixit Seruius, & eſt verum.

h Seruo ſuo ſic quidam reliquit libertatem, ſi iurauerit ſe Cornelio filio meo decem operas daturum, liber eſto: & quæſitum eſt, & placuit eo quod iuret ſeruus impleri conditionem, ſed nõ teneri operarum nomine: quia niſi poſt manumiſſionem iuret, de operis aduerſus libertum non agitur.

i Qui in codicillis manumittitur, etiamſi nomen eius non eſt ſcriptum in codicillis, tamen creditur nominatim manumitti.

k Poteſt quis ſic ſeruo libertatem relinquere, Cum per leges licuerit, ille liber eſto.

l Si quis ſic dixerit, Stichus ſeruus meus, ſi eum hæres meus alienauerit, liber eſto, inutilis eſt libertas: quia in illud tempus confertur quo inuenitur alienus à teſtatore. Nec eſt contrariũ quod dictum eſt, quod ſtatuliber etiamſi vænierit, fit tamen liber ex teſtamento. Quippe vtiliter libertas data facto hęredis non perimitur. Si autem eodem modo legatum quis reliquerit, vt verbi cauſa, Quando hæres hanc rem alienauerit, tunc eam lego Titio: nihil poſſumus dicere diuerſum à libertate. In hoc enim caſu libertas nihil differt à legato. Iure ergo eſt legatum inualidum. Hoc autem dictum eſt quod attinet ad eam quæ quandoque fuit vendicationem, ex qua propria ſolum legauit teſtator. Hodie autem inualidum quidem non eſt legatum, ſed neceſſe habet vti perſonali. Quantum ergo attinet ad actionem in re, cenſetur eſſe inualidum. Sed neque poteſt ſic relinqui libertas, Cum N. hæredis mei ſeruus eſſe deſierit, tunc liber eſto. In nullum enim caſum valet talis libertas.

Pomponivs. [a] Legaui tibi ſeruum, & ei reliqui libertatem, hæres l. 40. in pr.
meus eum manumittens, non tenetur tibi ad eius pretium. ¶ Nam & ſi §. 1.
ſub conditione ei reliquiſſem libertatem, tradẽs eum hæres deberet cautionem accipere de libertate. Si autem hoc feci grauans hæredem, pretium petit legatarius. Idem. [b] Duodecimo anno poſt mortem meam l. 41. in pr.
Petrus ſit liber, incipiente anno duodecimo fit liber. Aliud eſt dicere,
Poſt annos duodecim. ¶ Si autem dixerit vt mille nummos anno, bien- §. 1.
nio, triennio, præberet, ſic liber fuerit, niſi impletum fuerit tempus, non
fiet liber, præterquam ſi non ſoluerit citius. ¶ Intra [c] annum poſtquam §. 2.
mortuus ero, liber eſto, ſtatim fit liber, ſicut ſi dixero, Si intra centum an-
nos hæredi dederit, liber eſto. Statim enim dans fit liber. Marcellvs. l. 42
Ille [d] illius ſit libertus, & ſeruus petit libertatem, & ille vt habeat libertum. Modestinvs. [e] Directæ libertates & teſtamento, & codicillis l. 43
confirmatis recte dantur. Quæ autem ſub modo vel in diem, & ab inteſtato & codicillis non confirmatis. Idem. [f] Serui mei ſint liberi, ſi in l. 44
monumento meo ſolennia † alternis menſibus fecerint, liberi quidem fiunt, & ſi ceſſauerint, ab eis tamen exigitur vt faciant quæ iuſſi ſunt.

† μῆνα παρὰ μῆνα τὰ νομιζόμενα.

a Si ſeruus & libertate fuerit donatus, & per fideicommiſſum alicui relictus, poteſt hæres eum manumittere, nec cogitur tanquam ex fideicommiſſo eius æſtimationem dare fideicommiſſario, cum debitam libertatem ſeruo dederit. Si autem etiam pure ex fideicommiſſo alicui relictus fuerit ſeruus, fideicommiſſaria autem libertas ſub conditione ei relicta fuerit, non alias cogitur hæres eum tradere, quam ſi ei cauerit fideicommiſſarius, quod exiſtente conditione eum manumittet. In omnibus fere cauſis fideicommiſſarias libertates accipimus pro directis. Dicebat autem Ofilius, quod ſiquidem tanquam fideicommiſſum adimens teſtator, ſeruo libertatẽ dederit, vera ſunt quæ dicta ſunt. Si verò oſtenderit fideicommiſſarius quod volens hęredem ſuum onerare & fideicommiſſo & libertate reliquit libertatem, cogitur & ſeruum manumittere, & eius æſtimationem hæres præſtare fideicommiſſario.

b Si quis ſic reliquerit libertatem, Stichus ſeruus meus anno duodecimo poſtquam ego mortuus ero liber eſto eſt veriſimile incipiente anno duodecimo eum eſſe liberum. Multũ enim intereſt an dicatur duodecimo anno, an poſt duodecimum annum, & ita loqui ſolemus. Duodecimus

mus annus eſt, etiamſi quantalibet minima pars duodecimi anni venerit aut præterierit: & qui duodecimo anno liber eſſe iuſſus eſt, quolibet die duodecimi anni iuſſus eſt eſſe liber. Sed ſi ita dixerit in teſtamento, Stichus ſeruus meus ſi hæredi meo mille nummos primo & ſecundo & tertio anno poſtquam mortuus ero ſoluerit, ſatisue fecerit, liber eſto non poteſt hic ſeruus nondum finito triennio eſſe liber, niſi ea pecunia ſtatim ſoluta, de ea hæredi ſatisfecerit. libertatis enim celeritas compenſatur ſolutione pecuniæ quæ fit ante tempus: hoc eſt, Quemadmodum ſeruus illico dat nummos, quos conſtitutum erat vt daret poſt triennium, ita etiam eum libertate citius frui dicimus.

c Sic dixit quiſpiam, Stichus intra annum poſtquam mortuus ero, liber eſto: ſeruus ſtatim fit liber. Nam & ſi ita ſcripſerit, Si intra decem annos hæredi tot nummos dederit, liber eſto ſi ſeruus nummos ſtatim ſoluerit. dicimus eum ſtatim eſſe liberum.

d Si quis ſic dixerit, illum ſeruum illius libertum eſſe volo, & ſeruus recte ſuam petit libertatẽ, & qui iuſſus eſt eum habere libertum.

e Directę quidem libertates vel in teſtamento vel in codicillis confirmatis relinquuntur. Fideicommiſſariæ autem, & ab inteſtato, & in codicillis non confirmatis recte relinquuntur.

f Meuia decedens ſeruis ſuis nomine Succhi & Eutychiæ & Irenæ ſub conditione libertatem reliquit his verbis, Succhus ſeruus meus & Eutychia & Irene ancillæ meæ, omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt monumento meo alternis menſibus candelam accendant, † & quæ fieri conſueuerunt in monumento meo peragant. Quæro ergo cum non aſſidue monumento meo adfuerint hi ſerui, an aſſecuti ſint libertatem. Reſpondet Modeſtinus, neque contextum verborum teſtatricis, neque mentem eam eſſe vt libertas ſeruorum ſub conditione ſuſpenſa ſit, propterea quod dixerit eos adeſſe ſuo monumento. Sed pure quidem ſunt manumiſſi: officio tamen iudicis compelluntur implere iuſſum teſtatricis.

l.45. IDEM. [a] Si ſub multis conditionibus relicta ſit libertas: ſi quidem ſeparatim, leuiorem. Sin autem coniunctim: omnes decet impleri. POMPONIVS. [b] Petrus ſi ad triginta annos peruenerit, liber eſto, fuit prius damnatus in metallum & reuocatus, accipiet libertatem & legatum ei relictum. Poteſt enim etiam hæres eſſe neceſſarius. PAPINIANVS. Qui [c] ex falſis codicillis eſt manumiſſus, dans hæredi viginti aureos, [d] manet liber. IDEM. Si [e] ſocius meus Petrum manumiſerit, eſto liber, & familiæ meæ & ſocii mei erit libertus. IDEM. Si [f] dixerit miles, Seruum quem manumiſi, ſit liber etiam ſi non manumiſerit. IDEM. [g] Aſſignari hæreditatem vt conſeruentur libertates, etiam in irrito teſtamento eſt admiſſum, ſi creditores bona erant venundaturi. Sed non quando fiſcus bona vendicat.

l.46. (margin, beside "PONIVS. Petrus ſi ad triginta annos…")

l.47. in pr. (margin, beside "relictum. Poteſt enim…")

l.48. (margin, beside "manet liber. IDEM. Si ſocius…")

l.49. (margin, beside "liber, & familiæ meæ…")

l.50. in pr. (margin, beside "Aſſignari hæreditatem…")

§. 1. ¶ Serui autem accedentes ad hęreditatem, dant cautionem ſicut & reliqui liberti aut extrarii. Si autem acceſſerit minor annis, poteſt reſtitui.

a Quod vulgo dicitur, Quando ſub multis conditionibus datur libertas, leuiſſimam conditionem ſpectandam eſſe, tunc admittimus quando ſunt ſeparatæ. Quando autem coniunctæ, niſi omnes fuerint impletæ, non competit libertas.

b Liber eſſe iuſſus cum annorum triginta eſſet, & capere legatum, ſi antequam ad eam perueniſſet ætatem, in metallum damnatus ſit, & poſtea à pœna ſit reuocatus, & libertatem accipit & relictum ſibi legatum, nec eius ius mutat pœna metalli. Quod ſi etiam ſcriptus eſſet hæres ſub cõditione cum libertate, & eadem ſuſtinuiſſet, liber fit & hæres neceſſarius.

c Cum ex falſis codicillis per errorem libertas non debita præſtita fuiſſet ſeruis, viginti aureos à ſingulis eorum hæredi dari Princeps conſtituit. Sed & ſi quis ſcriptus hæres ſub conditione ſi ſeruum ſuum manumiſerit, & implere volens conditionem, ſeruũ quidem manumiſit: teſtatoris autem filius agens de inofficioſo, euertit teſtamentum, aut falſum fuiſſe teſtamentum euicit, idem hîc quoque fit, & dat viginti aureos qui conditionis implendæ gratia fuit manumiſſus, domino qui eum manumiſit.

d ENANT. Quemadmodum etiamſi à querela ſolutum fuerit teſtamentum. Et quod de ſolutione teſtamenti dicitur, tollit 15. Nouella, vt lib. 28. tit. 2. conſt. 30.

e Si quis communem habens ſeruum ſic dixerit, Pamphilum ſi ſocius meus manumiſerit, liber eſto. Socio ſeruum manumittente, fit communis libertus familiæ eius qui deceſſit, & viuentis ſocii is qui eſt manumiſſus. Neque enim eſt nouum aut incognitum iuriſperitis communẽ mancipium ex diuerſis [capitibus] fieri liberũ, ſicut hîc. Videtur enim dominus quidem qui prior deceſſit, eum in teſtamento manumiſiſſe: is autem qui eſt ſuperſtes, inter viuos.

f Miles etiam in tempus præteritum recte relinquit libertatem. Vnde etiam ſi dixerit, Samiam ancillam meam in libertate eſſe iuſſi, priuilegio valet libertas.

g Quod Diuo Marco pro libertatibus conſeruandis placuit, locum habet: etiamſi irrito facto

Digitized by Google

teſtamento venundanda ſint bona eius qui deceſſit. Dicit autem etiam quod dictum eſt in tertio Inſtit. quod quando nullus exiſtit hæres ei qui libertates reliquit in teſtamento, licet vni ex ſeruis accedere, & petere ſibi aſſignari bona domini ſui, ſatisfacienti creditoribus, & ſeruis præſtanti libertates. Sed ſi bona vacantia à fiſco vendicentur, non habet locum hæc Marci conſtitutio. Siue autem ſerui in defuncti teſtamento manumiſſi ſuſcipiunt eius bona, debẽt idoneum dare fideiuſſorem: ſiue alii eius liberti petunt bona ſibi aſſignari ſiue aliqui extrarii, eadem ab eis cautio exigitur. Si autem etiam minor 25. annis hæres inſtitutus adiit hæreditatem, & poſtea per reſtitutionem in integrum eam repudiauit, audiuntur rurſus qui volunt bona ſibi aſſignari pro conſeruandis libertatibus.

IDEM. [a] Juſſit Centurio ſeruos ſuos non venundari. Si autem ſint di- l. 51. in pr.
gni, eos manumitti. Si nullus offendit, omnes fiunt liberi. Si qui autem
offenderunt, reliqui perueniũt ad libertatem. ¶ [b] Sin autem dixerit, Qui §. 1.
non peccarunt, liberi ſunto: illi videntur offendiſſe quos vel puniit, vel
remouit à miniſterio ſuorum teſtator. PAVLVS. [c] Libertas relicta ſine l. 52.
conditione, poſt aditionem competit. Si autem adiecerit, Vt cum meo
hærede ſit. Quod ſi hoc non fecerit, redigatur in ſeruitutem, eſt inutilis
adiectio. IDEM. Si [d] rationem filio meo reddiderit poſt pubertatem l. 53.
Petrus, liber eſto. Conuentus à curatoribus ſatisfecit, & apocham ſiue
cautionem accepit, & pronunciatum eſt eum eſſe liberum. Si filio meo
ſciente hæc facta ſunt, etiamſi ſit maior annis, non reſiſtit.

SCÆVOLA. [e] Si ſeruum habens Cratiſtum, liberum eſſe iuſſero Cra- l. 54.
tinum quem non habeo, fit liber Cratiſtus: erraui enim in ſyllaba. [f] ¶ Pa- §. 1.
cti ſunt mei hæredes vt dimidiam partem acciperẽt creditores, ſic quo-
que competunt libertates, niſi pactum factum eſt ad fraudandos credi-
tores. MARCIANVS. [g] Niſi ſub conditione manumiſſus, aut hæres l. 55.
impedierit conditionem, competit libertas. Idem & in eo qui ſit liber
certa lege vel ſub conditione, ¶ & in ſeruo hæredis. ¶ Non item quando §. 1. & 2.
extrarius iuſſus eſt eſſe liber, præſtans aliquam quantitatẽ, & non erogat.

a Teſtamento Centurio ſeruos ſuos vænire vetuit, & petiit à ſuo hærede, prout quiſque meruiſſe viſus eſſet, eos manumitti. Reſpondit Papinianus libertates vtiliter datas, & ſi nullus ex ſeruis hæredem offenderit, omnes eſſe liberos. Si qui autem, vt qui hæredem offenderint, excluſi fuerint a libertate, alii qui non offenderunt, ſunt liberi.

b Cum quis ſcripſerit in teſtamento, Serui qui me non offenderunt, liberi ſunto, libertati videtur adiecta conditio ſi non offenderint ſuum dominum. Conditionem autem ſic interpretamur, vt ipſe non videatur cogitare de illorum libertate, quos ſemel puniit cum peccaſſent, aut à bonis ſuis, aut à cuiuslibet rei adminiſtrandæ negotio remouit.

c Cum teſtaretur miles, ita fuit adſcriptum, Stephanum ſeruum meum liberum eſſe volo vel iubeo. Reſcripſit Imperator Meſenio Frontoni, adita hæreditate defuncti competere libertatem, licet poſtea ſubiunxerit teſtator, Sic tamen vt cum hærede meo ſit quoaduſque iuuenis ſit. Quod ſi noluerit eſſe cum hærede meo, aut eum contempſerit, iure ſeruitutis teneatur: non tamen efficacia eſſe hæc verba ad reuocandam libertatem quæ ſeruo ſemel competiit. Hoc autem non ſolum in milite, ſed etiam in pagani teſtamento obſeruamus.

d Lucius Titius ſeruo ſuo reliquit libertatem, ſi rationem ſuæ adminiſtrationis ex fide dederit filio ſuo Caio [Seio] cum fuerit pubes. Cum autẽ ad pubertatem peruenisset filius teſtatoris, à curatoribus eiuſdem conuentus ſeruus, omnibus quæ in eum inſerebantur apud Iudicem ſatisfecit: & facta ei apocha quod rationes plene reddidit, Iudex pronunciauit eum eſſe liberum. Sed nunc filius defuncti negat curatoribus ſuis datas eſſe pecunias quæ debebantur ex reliquis: & quæro an ſolutio iure ſit facta curatoribus: Reſpondet Paulus: Reliqua quidẽ rationum, vt impleretur conditio ſcripta in teſtamento, non recte ſoluit ſolis curatoribus. Sed ſi præſente adoleſcente facta eſt eis ſolutio, aut in rationibus eius relata eſt reliquata & abſoluta curatoribus quantitas, videtur ſeruus impleſſe conditionem, ac ſi adoleſcenti ipſi ſoluta fuiſſet.

e Quidam habens ſeruum qui dicebatur Cratiſtus, ſic dixit in teſtamento, Seruus meus Cratinus liber eſto: & quæritur cum Cratinum ſeruum non haberet teſtator, an liber ſit Cratiſtus. Et reſpondit Scæuola, errorem teſtatoris, qui fuit in vna ſyllaba, non obeſſe libertati.

f Scriptus hæres ab aliquo, ante aditionem pactus eſt cum creditoribus defuncti, vt parte dimidia contenti eſſent creditores, & de eo factum eſt decretum Prætoris, & tunc adiit hæreditatẽ. Quæro an ſeruis competant quæ ab ipſo debitore relictæ ſunt libertates? Et placuit, ſi non fraudandi creditores conſilium habuiſſet, competere libertates.

g Quæ

Digitized by Google

g Quæ ſub conditione relinquuntur libertates, placuit omnino competere, niſi per ipſos ſeruos ſteterit quo minus eueniret conditio: quamuis nec per hæredem ſtet quo minus impleatur conditio, ſed per aliquem alium externum. Idem debemus reſpondere etiam cum fideicommiſſaria libertas relinquitur ſub conditione, ſiue ſeruis hæreditariis, ſiue ipſius hæredis ſeruis relicta fuerit. Si enim ſeruo alieno relicta fuerit fideicommiſſaria libertas, quem hæres cogitur emere & manumittere, nec dubitare quidem iure poſſumus, priuſquam euenerit conditio, an re vera non debet hæres cogi emere: ſiquidem dominus propterea ipſum prohibet implere conditionem, vt ſolum pretium pro ipſo accipiat † & nihil aliud: aut ſeruum, ne det nummos cauſæ implendæ conditionis, & conſequatur libertatem. † [illegible]

l.56. PAVLVS. Qui [a] directo, vel certa lege, vel conditione donatus eſt
l.57. libertate, vtram mauult eligit. CAIVS. [b] Etiamſi diues fuerit hæ-
res inſtitutus à paupere, impediuntur libertates datæ ad circunſcriben-
dos creditores: niſi ſic dixerit, Cum ſatisfactum fuerit meis creditori-
l.58. bus, ſerui mei liberi ſunto. MARCIANVS. Quem [c] iuſſi eſſe libe-
rum, alienaui: ſi poſt mortem meam ante aditionem hæreditatis fuerit
l.59.in pr. hæreditarius, eſt liber. SCÆVOLA. [d] Omnes pediſequas meas vo-
lo eſſe liberas: ea quoque pediſequa quæ fuit tempore teſtamenti, ſed
§.1. eſſe deſiit quando deceſſi, eſt libera. ¶ Qui [e] directam accepit libertatem,
etiamſi aliqua ſurripuit poſt mortem domini, fit liber. De iis autem quę
§.2. ſurripuit, in eum agitur. ¶ [f] Ille niſi diligenter rationem excuſſerit, ne
ſit liber, [ademptio] eſt non datio libertatis.

a Quando eidem ſeruo & directa & fideicommiſſaria libertas relinquitur, ipſe habet optionem ex vtra cauſa velit eſſe liber. Sic enim reſcripſit Diuus Marcus.

b Si egenti teſtatori hæres locuples extiterit, videamus an ea res proficiat libertatibus: quoniã damno non afficiuntur creditores defuncti, vt qui hæredem habeant locupletem. Et fuerunt quidem quidam iuriſperiti qui hoc dicebant, quod qui locupletem habet hæredem, talis eſſe creditur, qualis eſſet ſi eo ſuperſtite auctæ eſſent facultates. Sed mihi traditum eſt, inquit Caius, nihil intereſſe locuples an egens extiterit hæres pauperis: ſed nos ſolum quærere quaſnam haberet facultates teſtator cum deceſſit. Et hanc ſententiam adeo ſecutus eſt Iulianus, vt ne illum quidem pauperis ſeruum diceret fore liberum, cui ſic relicta eſt libertas, Cum meis creditoribus ſolutum fuerit quod debetur, tunc liber eſto. Sed hoc dictum Iuliani repugnat ſententiæ Sabini & Caſſii, quã etiam ipſe Iulianus ſecutus eſt qui dixit, ſcopum eius qui relinquit libertatem, nos debere conſiderare. Eſt autem euidens quod qui ſub hac conditione reliquit libertatem, non habuit conſilium fraudandorum creditorum: ſed contra aperte curauit ne fraudarentur, cum iuſſit tunc ſeruum eſſe liberum, cum ſatisfactum eſſet creditoribus.

c Si ſeruum cui teſtator reliquit libertatem, ipſe quidem teſtator adhuc ſuperſtes alienauerit, priuſquam autem adiretur hæreditas, inuentus fuerit ſeruus hæreditarius, & poſtea fuerit adita, ei competit libertas.

d Titia ſeruis & ancillis nominatim directas reliquit libertates. Deinde ſubiunxit. Minores quoque ancillas, quæ eam ſequi ſolebant, quarum nomina in rationibus eius ſcripta erant, eſſe liberas. Sed vna quidem ex ancillis quæ dicebatur Eutychia, mortis quidem ſuę tempore inuenta eſt nupſiſſe eius actori, non erat autem pediſequa. Et quęritur an poſſit ex generali libertate data in fideicommiſſo ancillis pediſequis, ipſa quoque peruenire ad libertatem. Et reſpondit Scæuola, eam quæ teſtamenti tempore erat pediſequa, tempore autem mortis deſierat eſſe pediſequa, non impediri quo minus tanquam pediſequa libertatem conſequatur.

e In teſtamento domini Stichus pure directam accepit libertatem, dicitur autem ex hæreditate multa ſurripuiſſe, & quærimus an non ante poſſit ad libertatem proclamare, quam quæ ex hæreditate ſurripuiſſe dicitur, reſtituerit. Et reſpondit eum eſſe liberum, etiamſi nondum dederit ea quæ ſurripuerat. Hæc cum dixiſſet Scæuola, Claudius implens quæ ab eo dicta fuerant, dicit: Propterea viſus eſt abſoluiſſe id de quo quæritur, quoniam Prætor ſatis proſpexit hæredibus, in iis quæ ſerui ſuffurantur qui donati ſunt libertate, ex rebus hæreditariis, dans in eos actionem rerum amotarum.

f Sic dixit quiſpiam. Niſi Oneſiphorus ſeruus meus diligenter ſuam rationem excuſſerit, liber ne eſto. Quæro an Oneſiphorus ex his verbis poſſit ſibi vendicare libertatem, & reſpondit ademptionem libertatis, potius quam dationem his verbis contineri.

l.60. SCÆVOLA. [a] Huic volo dari mille aureos, quoniam natus eſt
poſtquam mater eius fuit libera. non eſt hoc quærendum: ſed oportet
l.vlt.in pr. eum accipere legatum. POMPONIVS. [b] Ille cum morietur, li-
ber eſto, aut ſic: Si in Capitolium non aſcenderit, liber eſto, vtrunque

eſt inualidum.¶ Si autem ſic dixit, Si Capuam ierit, ſit liber cum iuerit. §. 1.
¶ Si autem libertatem dedit ſub conditione,& adiecerit, Ne daretur niſi §. 2.
Lib. 7 Cod. tit. 2. impleretur conditio,non valet adiectio. [c] FILII eius qui fuit in teſta- l. 4. C. de teſtamētaria manumiſſ.
mento manumiſſus, non recte conueniuntur de reddendis rationibus, quas pater eorum geſſit cum adhuc eſſet ſeruus, niſi ea [d] lege fuit manumiſſus vt redderet rationes. Tunc enim ſi fuerit ſic relicta libertas, Ille ſi rationes reddiderit, liber eſto, oportet eum primum inferre reliqua, & quæcunque inuentus fuerit occultaſſe, & tunc liber fieri:& ſi inuentus fuerit nihil debere, [e] videtur directa iam eſſe libertas. Et ideo ſimul atque adita fuerit hæreditas, ei competit libertas. SI [f] relictæ fuerint libertates in damnum creditorum, quanuis [g] diues ſit hæres à quo ſunt relictæ, & libens ſucceſſit ei qui non eſt ſoluendo, tamen non competunt. l. 5.

a Sic dixit quiſpiam,Eudoni dari volo mille nummos quoniam prior natus eſt poſtquam mater eius facta fuit libera. Quæro an ſi Eudo non probet ſe fuiſſe natū poſt manumiſſionem matris ſuæ, poſſit his verbis teſtamenti ſibi vendicare libertatem. Reſpondit Scæuola,non debere ei fieri præiudicium eiuſmodi defuncti adiectione.

b Scio quoſdam volentes efficere ne ſui ſerui eſſent vnquam liberi, ſic ſolitos eſſe ſcribere in teſtamentis,Stichus cum morietur,liber eſto.& Iulianus dicit,ſerui quæ in extremum tempus reſpirationis confertur libertatem,non poſſe conſiſtere. cum teſtator magis volens impedire, quam dare libertatem,credatur eam ſic reliquiſſe. Et ideo etiam ſi quis ita ſcripſerit, Stichus, ſi in Capitolium non aſcenderit, liber eſto. ea quoque libertas non poteſt conſiſtere, ſi probari poſſit in extremum ſerui vitæ tempus teſtatorem libertatem conferre voluiſſe,& nec Murianæ quidem cautioni locum eſſe in huiuſmodi caſibus. Quod ſi etiam ita ſcriptum ſit in teſtamento, Stichus ſi Capuam ierit liber eſto,non aliter poteſt eſſe liber quam ſi iuerit Capuam. Quod eſt amplius,dicebat Sabinus, quod ſi ſub qualibet conditione ſeruo data libertate,ſubiunxerit teſtator, Nolo priuſquam euenerit conditio hunc ſeruum liberum fieri à meo hærede,non valet hæc adiectio teſtatoris,vt quæ ad impediendam libertatem adſcripta ſit.

c THEODOR. Si fuerit quiſpiam manumiſſus in teſtamento,non tenentur eius filii pro iis quæ ille geſſit cum eſſet ſeruus: niſi hac lege fuerit manumiſſus vt redderet rationes ſuæ adminiſtrationis. Quod enim recte quiſpiam manumittatur in teſtamento, etiam ſi ſit ſeruus Clerici,intellexiſti ex lib. I. tit XIII. conſtit VII. Τὸ κγ' π(?)δας. Cum teſtamento directam libertatem pater tuus ſic conſecutus,quamuis ei hæres extiteris,fruſtra tamen rationes, quas tempore ſeruitutis geſſit, vt reddas compelleris,cum non ea conditione acceperit libertatem. Is enim cui libertas, ſeu fideicommiſſaria ſeu directa,ſi rationes reddidiſſet,relicta eſt,antequam reliqua ſint ſoluta & quæ malo conſilio amota ſunt,ad libertatem non poteſt peruenire. Sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus:poſt aditam hæreditatem quaſi puram libertatem conſequitur.

d THALEL. Ne dixeris ſub hac conditione: quoniam nec factus eſſet liber, niſi prius reddidiſſet rationes. Sed liber quidem factus eſt : modum autem habuit libertas vt redderentur rationes. Quare cum quoque manumiſſum oportet reddere rationes.

e THALEL. Eſt libertas ſub conditione.ſed quoniam inuenitur eueniſſe conditio, hic pura libertate videtur eſſe donatus:& ſimul atque adita fuit libertas,ſit liber.

f THEOD. Quæ in fraudem creditorum data eſt libertas,non valet, niſi is qui manumiſit ſatisfecerit creditoribus,iuxta 5. Conſtit. 8. tit. huius lib. Lege autem primam & quartam Conſtit. 11. tit. huius lib.

THALEL. Nota quod quærimus quantas facultates reliquerit is qui deceſſit. Quamobrem etſi hæres ſit ſoluendo,& ſatisfacere poſſit creditoribus,propter bona eius qui deceſſit, eſſe inutiles dicimus libertates.

POTEST [a] quis teſtamento manumiſſus ſui domini, cum bona teneantur à creditoribus, ipſe autem ſpernitur ab hæredibus, [b] ſatis offerre creditoribus,& bona tenere. SI [c] mater alicuius iuſſerit [d] ſeruum non manumitti,non debet ille eum manumittere, ne pietatem quæ debetur matri,videatur violare. SI [e] quis reliquerit libertatem in tempus nuptiarum filii mei,aut in tempus nuptiarum filiæ meæ,videtur ſpecialiter dicere de ipſis [f] nuptiis,non de tempore apto nuptiis. SI [g] teſtamentum nō poſſit ſubſiſtere,† nec quæ in eo datæ ſunt libertates,valere dicimus. niſi vtique ſcriptum ſit quod valeat pro codicillis. l. 6. l. 7. l. 8. l. 11.

[illegible] † [illegible]

SI

L.12. Si [b] hæredes adierint hæreditatem, & libertates competierint, etiamſi poſtea viſi ſunt vinci per colluſionem, litigantes aduerſus eos qui veniūt ab inteſtato, hoc non obeſt manumiſſis. L.13. [i] Libertatem ſemel à teſtatore datam ſub conditione, non poteſt hæres poſtea teſtans adimere: ſed exiſtente prima conditione, competit libertas.

[a] Theod. Qui fuit teſtamento manumiſſus, poteſt adire hæreditatem domini ſui, quæ non eſt ſoluendo, cum quiſpiam ex hæredibus eam non admiſerit, & ſatisfacit creditoribus. & ſi quid venundatum fuerit hęreditarium à creditoribus, id reuocat dans emptoribus pretium quod dederunt, vt dicit 15. conſtit huius tit. Memento 1. & 2. conſtit 27. tit. lib. 6.

Τὸ κατὰ πόδας. Si hæreditas eius à quo teſtamento dicis te eſſe manumiſſum, ob ęs alienum ſpernitur ab hæredibus, non iniuſta ratione creditoribus hærędit ariis ſatis offerens, eius qui deceſſit iudicium ſeruari poſtulas, cum id etiam à Diuo Marco conſultiſſimo principe ſit conſtitutum quod in extranei quoque perſona obſeruari oportet.

[b] Thalel. Expecta dum peruenias ad 15. conſtit. huius tit. vt Deo volente diſcas quod externa quoque perſona poteſt talem hęreditatem ſuſcipere.

[c] Non manumittit filius ſeruum quem mater eius iuſſit non manumittere. Hoc intellige, ſi matri ſucceſſit eius filius. Lege enim 6. conſtit. 4. tit. huius lib. & diſces in quouis hærede id quod eſt è contrario.

Τὸ κατὰ πόδας. Contra voluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit, non debes ne videaris iura pietatis violare.

[d] Thalel. Caſus eſt ita ponendus, ꝙ ſit ſeruus matris vt illa vetare poſſit eum manumitti.

[e] Τὸ κατὰ πόδας. Cum teſtator tempore nuptiarum filii vel filiæ ſuæ libertatem ſeruo dari iuſſit, non tempus præſtandæ libertati dedit, ſed potius conditioni locum fecit, vt non ſecutis nuptiis libertas iure poſci non poſſit.

[f] Thalel. Non videtur dicere, Cum fuerit filius maior 14 annis, aut filia maior duodecim. ſed videtur dicere, Cum re vera iungentur matrimonio tunc dari libertatem.

[g] Theod. Si teſtamentum non poſſit ſubſiſtere, non valent quæ ſunt in eo libertates. Niſi dixerit teſtator id locum habere codicilli. Nam vt dicit conſtit. 12. huius tit. Si valeat teſtamentum & adierint hæredes, valent libertates. Lege etiam primam conſtit. huius lib. 7. & memento 4. & 13. conſtit. 28. tit. tertii lib quæ dicit de libertatibus fideicommiſſariis, quod ſi moueatur querela de inofficioſo, ea ipſas non reuocat. Tu autem ſcias quod nec directas libertates reuocat hæc querela, vt dicit 115. Nouella. Lege autem finem 1. conſtit. 12. tit. huius lib.

[h] Τὸ κατὰ πόδας. Si hæredes iure facto teſtamento ſolenniter adierint hæreditatem: quæ data eſt teſtamento tibi libertas competit: neque poſtea colludentibus tam ſcriptis hæredibus, quam ab inteſtato vendicantibus ſucceſſionem, libertas adimi poteſt. Quod ſi ſponte repudiauerint ſibi delatam ſucceſſionem, omnia quæ in teſtamento fuerant ſcripta defeciſſe conuenit. Si vero vt vos defraudarent libertate, colluſiſſe eos Præſes animaduerterit, ſecundum hæc quæ diuus Pius Antoninus conſtituit, libertatibus conſuli prouidebit.

Thalel. Hoc eſt, abſque omni dolo repudiarunt delatam ſibi hæreditatem.

Thalel. Eſt tit in lib. 6. inſcriptus, Si omiſſa cauſa teſtamenti, vbi dicit conſuli omnibus qui manumittuntur in teſtamento, ſi hæredes conſulto repudiant.

[i] Theodor. Quæ ſub conditione relicta fuit libertas, competit exiſtente conditione: & nec poteſt hæres teſtans, ei addere aliam conditionem.

Τὸ κατὰ πόδας. Statulibero datam libertatem adimi ab hærede non poſſe certum eſt. Sed nec alienatio, nec vſucapio ſtatulibero, quo minus exiſtente conditione libertatem conſequatur, opponi poteſt.

L.vlt.in pr. Si [a] quis decedens reliquerit ſeruis ſuis libertates, hæredibus repudiantibus poteſt vnus ex eis ſuſcipere hæreditatem, ſi prius ſatisdederit creditoribus ſe eis ſatisfacturum. De eo ergo eſt propoſita conſtitutio, quæ iubet quidem ſeruari ea quæ iam dicta ſunt: nos autem admittere etiam extraneum ſuſcipientem hæreditatem, ſub hac conditione, vt ſatisfaciat creditoribus, & imponat libertates. [b] Quærebatur autem, an bonis ſemel venditis à creditoribus, poteſt quiſpiam adire hæreditatem, vt bona recipiat à creditoribus. Hoc ergo iubet fieri conſtitutio, emptoribus reddito pretio quod dederunt. vſque ad annum autem poſt venditionem hoc licere fieri. Prætermiſſa eſt 14.

§.1. ¶ Si autem non pollicetur in ſolidum ſatisfacere creditoribus, ſed vult eis partem præbere, illi autem admittunt hoc accipere, iubet etiam hoc fieri.

§.2. ¶ [c] Quod ſi etiam aliqui ex ſeruis recuſant fieri liberi, ſic quoque iubet eum admitti qui pollicetur alios ma-

Digitized by Google

numittere. ¶ Si quis autem non pollicetur ſe omnes præſtaturum li- §.3.
bertates, ſi bona quidem ſufficiunt, compellatur & ſatisfacere credito-
ribus, & omnes manumittere. Sin autem non ſufficiunt, eſt in eius arbi-
trio vt aliqui fiant liberi, & non maneant omnes ſerui. ¶ Sin autem duo §.4.
aut plures acceſſerint volentes & libertates imponere, & ſatisfacere cre-
ditoribus: ſiquidem omnes ſimul acceſſerint, omnes ſimul admittantur.
Sin autem per interualla temporum, qui prior venerit, præferatur: dans
ſcilicet creditoribus ſolitam ſatisdationem. Sed ſi hoc facere recuſa-
uerit, reliqui vocentur per gradus. Admittimus autem ſecundum vſque
ad annum poſt primum. & tertium rurſus vſque ad annum poſt ſecun-
dum, & ſic deinceps. ¶ [d] Sin autem primus polliceatur aliquos manu- §.5.
mittere: ſecundus autem polliceatur ſe omnes manumiſſurum, ipſe præ-
fertur, ſiue ſit ſeruus cui relicta eſt libertas, ſiue ſit ſeruus cui nulla relicta
eſt libertas. ¶ Hæc autem dicimus niſi primus & prius dederit liberta- §.vlt.
tem ſeruis quibus eſt pollicitus, & poſſederit hæreditatem. Si hæc au-
tem fecit, & hic quidem qui venit ſecundus præfertur. Sed & ſi hæredi-
tatis res omnes primus præbet, nihilominus ipſe liber permanet, etiam-
ſi non habuit libertatem ſibi relictam in teſtamento.

a THEOD. Etiam quilibet externus, & quilibet hæreditarius [ſeruus etiam non honoratus libertate] poteſt ſuſcipere hæreditatem quæ non eſt ſoluendo, dummodo ſatisfaciat creditoribus, & dari iuſſas imponat libertates Lege primam Nouellam.

Τὸ κατὰ πόδας. Cum Diui Marci conſtitutio declaret, ſi quis facto teſtamento vel inteſtatus decedens, vt locus fiat ab inteſtato ſucceſſioni, libertates reliquerit, nemo autem adire velit defuncti hæreditatem, eo quod ſuſpecta eſſe videatur, & fuerint libertates forſitan ſine ſcriptis fideicõmiſſariæ relictæ: licere cuilibet extraneo, vel vni ex ſeruis qui & ipſe libertate donatus eſt, & de ſua periclitatur conditione, adire hæreditatem, ſub hac conditione & ſatisdatione, quod & creditoribus omnibus ſatisfaciat, & libertates imponat his quibus voluit teſtator, variæ dubitationes ex hac conſtitutione emergunt. Nam ſi res hæreditariæ hærede minime inuento venierint, an & poſt vẽditionem earundem rerum poſſibile ſit ſeruum vel quemlibet alium adire, & recuperare quidem ab emptoribus res, ſatisfacere autem creditoribus & libertatibus quærebatur. Et licet Diuus Seuerus rebus ſemel venditis hoc nõ admiſit, nobis tamen Vlpiani ſententia admodum placuit ſcribentis, maxime propter libertates ne pereant, & poſt venditionem rerum annale remedium dare Diui Marci cõſtitutioni, intra quod & creditoribus omnibus ſatisfiet, & emptores nihil non patientur, qui annalem ſæpe ſentiebant reſciſſionem. & licere vel ſeruo qui libertate eſt honoratus, vel alii cuilibet extraneo, vel ante venditionem rerum vel poſt venditionẽ, intra annale tempus adire hæreditatem, & res recuperare, prius ſatisdatione data, vt tam creditoribus quam libertatibus ſatisfiat. Sin autem libertatibus quidem omnibus ſatisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in ſolidum, ſed in partem ſoluere debitum, illi autem huiuſmodi pactionem admiſerint: ſancimus & in huiuſmodi caſu conſultiſſimi Principis locum habere conſtitutionem. & illud modis omnibus admittendum cenſemus, maxime cum ex voluntate creditorum hoc fiat. Nolentibus enim creditoribus admitti talem pactionem nullo modo concedimus. Sin autem quidam ex ſeruis libertatem amplexi fuerint. alii autem cenſuerint eſſe reſpuendam, & in hunc caſum extendenda eſt Marci oratio, & proculdubio & in hoc caſu audiendus eſt qui petit hæreditatem. & maneat liberum arbitriũ ſeruorum, ſiue ad libertatem venire volunt, ſiue in ſeruitute remanere. Licet enim Romanam ciuitatem recuſare nemini [ſeruorum] licitum ſit tamẽ in hoc caſu, ne propter quorundam indeuotionẽ alii maneant in ſeruitute: volentibus quidẽ omnibus ſeruis licere in libertatem peruenire. Nolentibus autem quibuſdam vel recuſantibus, ſpontaneam ſeruitutem imminere oportet, & quem patronum habere noluerint, dominum ſuum & forſitan acerbũ, ſentiant. Sin vero nõ omnes libertates adimplere pollicitus fuerit ex iis qui ad libertatem venire ſunt iuſſi, melius eſt, ſiquidem res hæreditariæ ſufficiunt ad implendos creditores, etiam omnibus ſeruis dare libertatem, etſi hoc pollicitus non eſt. Sin autem deeſt ad exoluendum creditoribus: humanius eſt vt ſaltem pauci perueniant ad libertatem. Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium inuenimus: certam autem repletionẽ præfatæ conſtitutioni donantes, ſancimus, ſi non vnus veniat petens hæreditatem, ſed plures: ſi quidem vno momento vterque vel plures: omnibus detur licentia communiter hæreditatem adire, prius ſatisdatione ab omnibus data, vt creditoribus & libertatibus ſatisfaciant. Sin autem per temporis interuallum hoc fiat: qui primus venit, habeat prærogatiuam, ſi etiam ſatisdationem præſtare poteſt. Illo autem differente hoc facere, alii gradatim ſecundum tempora petitionis ſuccedant. & hoc intra annale tempus obſeruetur. Sin autem vno polli-

cente

cente quoſdam liberos facere, non autem omnes, alius emerſerit ſatiſdationem paratus idoneam præſtare, quod omnibus creditoribus & libertatibus ſatisfaciet: æquum eſt eum admitti, vt omnes libertates indiſtincte perficiantur. Quod priuilegium damus non ſolum ſeruo qui libertate donatus eſt, ſed etiam ei cui nulla libertas relicta eſt, vt aliquid †venuſtum eueniat, vt per eum cui relicta libertas non eſt, aliis libertas imponatur. Sed ſi quidem antequam primus hæreditarias res & libertatem accipiat, hoc eueniat, ſecundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicentibus, fieri locum cenſemus. Sin autem iam rebus ſeruo, qui primus petiit hæreditatem, datis, & libertatibus ab eo quibuſdam ſeruis hæreditariis impoſitis, quidam ſeruus alius hæreditarius vel liber extraneus hoc facere maluerit, liceat quidem hoc ei impetrare, & ſub maioribus pollicitationibus & ſatiſdationibus hæreditatem accipere. ſed prior in libertate petitor maneat licet [res ab eo abſtrahatur.] His omnibus intra annum, ſecundum quod dictum eſt celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.

†ἐπαφρόδιτον.

b Thalel. Erat conſtitutio in qua dixit Seuerus, poſt rerum venditionem nos non amplius admiſſuros eum qui velit adire hæreditatem.

c Thal. Etiamſi dixerit conſtitutio omnes fieri liberos, admittimus tamen ex iis aliquos qui recuſant libertatem.

d * Thal. Vt veniat ſecundus & illo rurſus non ſatiſdante tertius, & ſic deinceps. Nota ſecundum petentem poſt annum non admitti.

*Θαλελαί. ὅτι ἔρχεται ὁ δεύτερος ἐκείνου μὴ δυναμένου, δοῦναι τὴν ἱκανοδοσίαν ὁ τρίτος καὶ ἑξῆς. Θαλ. σημείωσαι ὅτι μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν δεύτερον αἰτοῦντα βραδύνοντα, ἰσχύματα.

Titulus IV.

De iis qui relicti ſunt manumittendi per perſonas intermedias.

[illegible]

Liber xl. ff. Tit. v.

Vlpianvs.

L. 1. ff. de fideicom. libertat. SI[a] quidam ex iis quibus mandatum eſt manumittere, ſint præſentes, alii autem abſint, alii vero latitent: fit liber is qui eſt donatus libertate, & horum omnium

l. 2. libertus, ſed non etiam latitantium. Idem Quidam [b] inteſtatus codicillis dedit libertatem, eius autem non fuit adita hæreditas. ex Marci cõſtitutione bona addi-

l. 3. cuntur vni ex ſeruis qui idonee cauet de ſoluendo creditoribus. Idem.

l. 4. in pr. Habent autem in eum quoque actiones. Idem. Tunc autem fit addictio, cum certum eſſe cœperit non ſuccedi defuncto. non autem

§. 1. cum hoc eſt in ſuſpenſo. ¶ [c] Si minor abſtinuerit ab hæreditate, fit

§. 2. addictio propter libertates: ¶ & ſi fuerit reſtitutus, non reuocantur. ¶ li-

§. 3. & 4. beri autem fiunt abſentes & præſentes. ¶ Si cui autem ex die fuerit data Lege lib. 18. de i. cõſt. 13.

§. 5. libertas, dies eſt expectandus. Addictione bonorum facta, quæ ſunt ſine conditione quidem, ſtatim. aliæ autem libertates dantur poſt conditionem aut diem. Vbi enim libertatis ſpes eſt, tunc fit addictio, ſi non fraudantur creditores.

SI cum multi debeant fideicommiſſariam libertatem, aliqui quidem ſint præſentes, alii autem ex iuſta cauſa abſint, alii vero latitent: perinde fit liber is cui donata eſt libertas, atque ſi ſoli rogati eſſent manumittere qui adeſſent, & qui iuſta ex cauſa abeſſent. Ius ergo patroni quod erat competiturum latitantibus, accedit præſentibus, aut iis qui iuſta ex cauſa abſunt.

a Siquis inteſtatus decedens codicillis dedit libertatem, & nemo eius hæreditatem adierit ab inteſtato, fit locus Marci conſtitutioni etiam in hoc caſu, quæ iubet libertatem competere ſeruo, & defuncti bona ei addici, ſi modo defuncti creditoribus idonee cauerit de ſolido quod cuique debetur ſoluendo. Et aduerſus eiuſmodi libertum competunt vtiles actiones creditoribus domini. Ergo quandiu in incerto verum defuncto exiſtat ſucceſſor, an non, ceſſat conſtitutio. Cum autem certum eſſe cœperit neminem adire hæreditatem, tunc eſt conſtitutioni locus.

c Si quis cum eſſet minor 25. annis, fuerit quidem factus hæres eiuſmodi domino, ſe autem abſtinuerit ab hæreditate. Quæritur quidem num quandiu hic hæres poterit in integrum reſtitui

Digitized by Google

vt rurſus accipiat hæreditatem, non ſit locus conſtitutioni. Placuit tamen etiam quandiu ſperetur reſtitutio, locum habere Marci conſtitutionem. Quid ergo ſi addictis bonis, vt ſeruis cõſeruentur libertates, tunc reſtitutionem petiit minor hæres vt recipiat hæreditatem? Dicimus eum quidem accipere res hæreditarias, libertates autem quæ ſeruis ſemel competierunt, non reuocari. Illud autem videamus, num oporteat ſeruos eſſe præſentes quibus data eſt libertas: an etiam eis abſentibus & ignorantibus, poſſunt alicui addici bona defuncti vt conſeruentur libertates. Et placuit etiã abſentibus ſeruis fieri bonorum addictionem. Quid ergo ſi ex ſeruis quidam ſunt præſentes, quidam vero abſunt: num ſoli præſentes fiunt liberi, an etiam abſentes? Et placuit quemadmodum cum adiretur hæreditas, competiit etiam libertas abſentibus, ita etiam nunc cum bona alicui addicuntur, ſeruis etiam abſentibus competere libertatem. Sin autem ex die relicta eſt alicui libertas, diem expectamus, [& non prius addicunt bona quam dies libertatis venerit.] Quid ergo ſi ſub conditione relictæ eſſent libertates & aliquæ quidem ſint puræ, aliquę vero ſub conditione? Omnino propter puras hic iam addicitur hæreditas. Si autem ſunt omnes ſub conditione: quid conſequens erit dicere? Vtrum expectandum eſt vt conditio exiſtat, an vero ſtatim quidem fit bonorum addictio: libertates autem tunc competunt cum extiterit conditio? & hoc magis placuit. Alicui itaque addictis bonis defuncti, directæ & puræ libertates ſtatim competunt. Quæ autem ex die cum dies aduenerit: conditionales cum conditio extiterit. Nec eſt abſurdum dicere, etiam pendente conditione libertatum, licet ſint omnes datæ ſub conditione, locum habere Marci conſtitutionem. Vbi enim ſperatur competitura libertas, ibi dicimus vel modica nobis data occaſione, quod ſine damno creditorum futurum eſt fieri bonorum addictionem.

¶ Qui certa [a] lege eſt manumiſſus, ſi hæredi quidem dare iuſſus ſit, §.6.
det ei cui facta eſt addictio. Sin autem alteri, det ei cui iuſſus eſt dare.
¶ Quæ [b] certa lege aut ſub conditione relictæ ſunt libertates, det is cui ad- §.7.
dicta eſt hæreditas. ¶ Cautio detur creditoribus aut per fide dignos fi- §.8.
deiuſſores, aut per pignora. Niſi nude ei fidem habent cui addicta eſt hę-
reditas. ¶ Cautionem autem accipiat vnus ex creditoribus, à reliquis cõ- §.9.
ſtitutus ſentẽtia Prætoris. [¶ Omnia autem bona addici oportet & reddi §.11.
& ſortem & vſuras.] ¶ Qui directam habent libertatem, tanquam in te- §.12.&13.
ſtamento, vel tanquã poſt mortem teſtatoris fiunt liberti: niſi addictio-
nem ita admiſerit, vt hi eius fiant liberti. & hoc ipſi liberti admiſerint, &
fiat quæ hoc declaret ſententia. ¶ Impubere manumiſſo, qui bonorum §.14.
addictionem accepit eſt tutor. ¶ Si [c] alienos ſeruos rogauit quis aut hę- §.15.&16.
redem aut legatarium manumittere, eos quoq; is qui bonorum accepit
addictionem cogitur emere & manumittere, etiamſi legata nõ exigan-
tur. ¶ Propter fauorem libertatis, etiamſi bona ad fiſcum peruenerint, §.17.
aut ea etiam neglexerit accipere, dantur libertates: niſi alia ratione ad eũ
redierint. Idem etiamſi bona militis venerint ad legionem.

a Si ſub conditione dandi decem ſolidos relicta eſt libertas, ſiue hæredi iuſſus ſit dare ſolidos, ſiue non dictum ſit cui eos dari oporteat, Quæritur an ſeruus dans eos decem ſolidos illi cui addicuntur bona domini, fiat liber? Et placuit, quaſi tranſlata in eum conditione, ei recte dari decem ſolidos. Sed ſi non hæredi, ſed alicui alii expreſſe iuſſus eſt dare decem ſolidos, ſeruus illi debet dare cui iuſſus eſt.

b Fideicommiſſaria libertas non competit eo quod ſint alicui addicta bona defuncti, vt ſeruos faciat liberos: ſed ipſo facto debet illos manumittere is cui bona ſunt addicta. Tunc autem bona addici vult conſtitutio, cum idonea cautio data fuerit creditoribus, quod vnuſquiſque recipiet quæ ſibi debentur. Quoniam autem dixit conſtitutio idoneam dandam eſſe cautionem, voluit ſcilicet aut fideiuſſores dari creditoribus, aut pignora. Si autem creditores credunt ſoli promiſſioni eius qui bona accepit, videtur eis dari idonea cautio: quoniam ſua ſponte crediderunt nudæ eius promiſſioni. Vtrum autem omnibus ſimul creditoribus debet vna dari promiſſio, an eorum vnicuique ſeparatim? Et magis placet officio Iudicis eligi vnum ex creditoribus, cui nomine omnium debet caueri. Nunquid autem cautio prius debet dari creditoribus, & tunc fieri bonorum addictio: aut ſub conditione facienda eſt addictio, nempe ſi cautum fuerit? Et puto decretum Prætoris fieri ſub hac conditione. Si omnia ex conſtitutione Diui Marci facta ſunt, bona tibi ſunt addicta. Quoniam autem dixit conſtitutio de ſolido debito fieri cautionem, de ſorte ſcilicet & vſuris requirit fieri cautionem. Sed ſi qui fiunt liberi ex hac conſtitutione, cuius fiunt liberti? Et qui directe quidem fiunt liberi fiunt Orcini. Sin autem fideicommiſſariam acceperũt libertatem, eius qui ipſos manumittit: hoc eſt, illius cui bona ſunt addicta. Niſi forte is cui bona ſunt addicta, ita quærit bona ſibi addici, vt hi etiam qui directam acceperunt libertatem, eius fiant liberti. Qui autem volunt ipſius liberti fieri, vtrum debent ab eo manumitti, an in addictione hoc exprimitur, eos qui

Digitized by Google

directam acceperunt libertatem fieri eius libertos? Et hoc mihi magis placet, vt in ipſa addictione hoc comprehendatur. hanc enim ſententiam admittunt etiam verba conſtitutionis. Horum autem ſeruorum qui facti ſunt liberi, is etiam fit tutor ſicut Patronus.

c Si alienos ſeruos teſtator rogauerit hæredem manumittere, nunquid in his quoq; locum habet conſtitutio, an potius ceſſat? Et placuit in his quoque locum habere conſtitutionem, & cogi eum qui bona accepit à Prætore, emere ſeruos alienos, & eos manumittere. Sin autem alienos ſeruos non fuerit hæres rogatus manumittere, ſed legatarius nunquid ceſſat conſtitutio? Nam cum legata non debeantur, nec libertas valere poteſt relicta à legatariis, ſi ſummum ius ſpectes. Sed tamen conſtitutio fauens libertatibus, dixit generaliter omnibus præſtari libertates, quibus competerent, ſi hæreditas adita fuiſſet. Prouidit autem ſpecialiter conſtitutio, vt & ſi fiſcus bona defuncti admiſerit, competant libertates. Siue ergo fiſcus bona admiſerit, ſiue recuſauerit, & maneant † vacantia bona hæreditatis, locus eſt conſtitutioni. Sin autem aliqua alia ratione, & non tanquam vacantia bona fiſcus acceperit, ceſſat conſtitutio. Quod ſi etiam bona quæ erant militis, legioni competierint, dicimus competere libertates. † ἐρήμια.

§.20. ¶ Si [a] facta ſit bonorum addictio, ſi ignorantibus quidem ærarii præfectis, & bona ſint ſoluendo, eſt inutilis addictio. Sin minus, recte fit ad- Prætermiſſ. eſt 18. & 19. the.
§.21.&22 dictio. ¶ Is [b] qui accepit addictionem, eſt ſimilis bonorum poſſeſſori. Habet ergo iura ſepulchrorum nec conuenitur à creditoribus, niſi ex
§.vlt. cautione quam dedit. ¶ Si [c] duobus pluribusve bona fuerint addicta, res ſunt communes & liberti, & competit iudicium quod familiæ diuidit hæreditatem.
l.5. PAVLVS. Si [d] abſente hærede lata fuerit ſententia eum eſſe liberum, qui certa lege & ſub conditione donatus fuerat libertate: fit libertus defuncti, ſi erat eius ſeruus. Sin autem hæredis, erit eius. Sed etſi hæres non habuit ſucceſſorem, conſeruatur libertas. IDEM. Legaui tibi decem aureos, vt ſeruum manumitteres, locum habuit Falcidia. Sex ergo dodrantem accipiens, manumittis ſeruum. Sed ſi erat alienus, & maioris pretii, reddis quæ accepiſti: & cogitur hæres dare decem, & ſeruum manumittere. diuum.
l.6.&7. VLPIANVS. Legati [e] ſunt tibi centum nummi, vt ſeruum alienum emeres, & manumitteres: inuenta eſt hæreditas non ſoluendo. Vt ſola pars legati tibi competat, oportet te cauere, te ſeruum manumiſſurum domino ſcilicet vendente, alioqui ne partem quidem accipies.

a Si fiſcus quidem recuſauerit bona admittere, ea autem fuerint alicui addicta, libertatis conſeruandæ gratia, an poſſit fiſcus poſtea vendicare hæreditatem? Et placuit non poſſe. Sed ſi cum præfecti ærarii de his bonis nihil audiiſſent, addicta ſint bona alicui libertatum conſeruandarum gratia, videamus an ſit locus conſtitutioni. Et ſi bona quidem talia fuerunt, vt à fiſco admitti debuerint, nempe copioſa, & quæ erant ſoluendo, ceſſat eorum addictio priuſquam ærarii Præfectus de iis factus fuerit certior. Sed ſi bona non fuerint copioſa, & quæ erant ſoluendo: addicuntur volenti, etiamſi non factus ſit certior Præfectus ærarii.

b Is cui bona addicuntur, eſt ſimilis bonorum poſſeſſori, & ideo iura ſepulchrorum defuncti poteſt habere. Videamus autem an etiam directe conueniatur actionibus quæ competebant aduerſus defunctum, an ſolum conueniatur ex ſua cautione, quam fecit. Et placuit hoc magis eſſe ſeruandum.

c Si duobus pluribuſue addicta fuerint bona, & communem rem, & communes libertos habent. & inter ſe mouent iudicium familiæ herciſcundæ.

d Si abſit hæres qui debet fideicommiſſariam libertatem, pronunciet autem Prætor deberi libertatem, fit libertus defuncti, ſi erat eius ſeruus, aut hæredis, ſi hæredis erat ſeruus. Si autem etiam hæres qui debebat libertatem, mortuus ſit ſine ſucceſſore, ſic quoque conſeruandam eſſe libertatem Senatus Adriani temporibus cenſuit.

e Decem nummi cuidam ſunt legati, & rogatus eſt Stichum emere & manumittere: & locum habuit Falcidia, adeo vt decem nummorum amputatum ſit legatum, & ſeptem tantum cum dimidio acceperit legatarius. Seruum autem non vendit dominus eius, minoris quam decem nummis. Quid agendum? Et nonnulli quidem dicebant, quod ſi dimidium & quartam [tantum] partem legati accipiens legatarius, non cogatur emere ſeruum, non cogeretur ſeruum manumittere. Paulus autem dicebat, quod etiamſi ſeruum [ſuum] iuſſus eſſet manumittere, & dimidium & quartam partem tantum legati acceperit, non cogitur eum manumittere. Nos autem videamus, nunquid in hoc ſecundo caſu, ſi ſic ſeruum ſuum rogatus ſit manumittere, omnino eum manumittere cogatur. Quinetiam vbi iuſſus eſt emere alienum, ſunt quidam qui dicunt eum cogi emere, quoniam ſe ſua ſponte ſubiecit huic oneri, vt qui acceperit dimidium, & quartam partem legati. Sed ſi paratus quidem ſit reſtituere ſeptem nummos, & dimidium quod accepit; videamus an ſit audiendus. Et

magis eſt vt cogatur hæres præſtare totos decem nummos legatos, vt non impediatur libertas ſicut dictum eſt. Perinde ac ſi iuſſiſſet teſtator decem integros nummos omnino dari.

f Legati ſunt alicui centum nummi, vt iis ſeruum emeret alienum, & manumitteret. Sed cum inuenta eſſet hæreditas non ſoluendo, non potuit legatarius capere centum nummos integros: ſed partem. Non alias ei concedimus vt partem legati accipiat, quam ſi cauerit ſe ſeruum omnino manumiſſurum. Sed tunc ea dicimus, ſi ſufficit pars centum nummorum, quam accepit legatarius, vt emeretur ſeruus. Nam ſi non ſufficit, doli exceptio opponitur legatario partem exigenti.

POMPONIVS. Si mihi [a] legatum eſt relictum, vt ſeruum meum L. 8.
manumittam: noluerim autem accipere, non cogor manumittere.
MARCELLVS. [b] Iuſſit quiſpiam ne Petrus alienam patiatur ſeruitu- L. 9.
tem, ſi hæres ſua ſponte eum venundederit, proſilit ad libertatem: ſed
non ſi impoſita à teſtatore neceſſitate. IDEM. Si [c] prohibuerit quiſpiam L. 10. in pr.
vendi Petrum, ſi hac affectione vt ad libertatẽ perueniat hoc dixit, erit
liber. Et ideo ſi eum vendere tentauerit, proſilit ad libertatem. & licet
eum hæres redemerit, nihil facit. ¶ Si [d] is cui certa lege aut conditione §. 1.
debebatur libertas, fuerit venditus, auditur volens ab hærede manumit-
ti, & maximè ſi eſt præſens, emptor autem latet. ¶ Si autem paſſus fuerit §. 2.
mihi bona fide vendi, ab hærede qui non eſt ſoluendo, habeo in eum a-
ctionem. Idem etiam in libero vendito, & eo qui eſt manumiſſus ſub
conditione. MODESTINVS. [e] Pupillus certa lege aut conditione L. 11.
relictam libertatem ſine tutore non dat. IDEM. [f] Eos qui ſunt reli- L. 12. in pr.
cti vt alii non ſeruiant, ſi bona fuerint publicata, oportet publice ma-
numitti. ¶ Si [g] hæres aut legatarius rogatus manumittere, deceſſerit, §. 1.
hæres eius hoc facit. ¶ [h] Etiamſi fiſcus, propterea quod legatum non §. 2.
definitum datum ſit, ſed quod ex ſua libera voluntate hæres eſt pollici-
tus, vendicauerit hæreditatem, competunt libertates.

a Si cui relictum ſit legatum, & rogatus ſit Stichum manumittere, ſi nolit legatum admittere, non cogitur libertatem præſtare.

b Si quis ſuum hæredem rogauerit, ne patiatur Stichũ ſeruum alicui alii ſeruire, ille autem eum vendiderit, ſimulatque nouo domino fuerit venditus, poteſt ſeruus petere libertatem. Sed ſi non voluntarie, ſed ex neceſſitate ſeruum alienauit, quæ à teſtamenti cauſa eſt ei impoſita, libertas nondum ſeruo competit, vtpote quod non videatur teſtator cogitaſſe de ea alienatione cuius ipſe fuit auctor.

c Quidam ſic dixit in teſtamento: Illum & illum ſeruos meos vænire nolo. Si eos ideo vendi prohibuit, vt ſi vendãtur fiant liberi, oportet eis ſimul cum venditione præſtari libertatem. Si quis autem teſtans ſic ſcripſit, Nulli alii volo ſeruum meum ſeruire, niſi tibi ô hæres, ei quoque competit libertas, ſi ab hærede fuerit alienatus. Et quoniam ſimul cum alienatione ſeruo competit libertas, hæres non amplius impedit libertatem, etiamſi ſeruum redemerit: quia ſemel extitit conditio libertatis.

d Si ſeruus cui debebatur libertas, fuerit venundatus, & non paſſus ſit ſe manumitti ab eo qui ipſum emerat, ſed ab hærede potius qui ipſum vendidit: qui autem ſeruum emit, latitat, non opus habet hic ſeruus vt Prætor decretum interponat. Nam is ex Senatuſconſulto manumittitur tanquam ex teſtamento. Si autem ſeruus cui debetur libertas fideicommiſſaria, venditus eſt alicui eum ementi bona fide, cum venditor non eſſet ſoluendo, & paſſus eſt ſe tradi cum ſciret ſibi deberi libertatem, & ei competiit libertas, exiſtimaſne ô Marcelle, dari in eum manumiſſum actionem ei qui ignorans eum emit, ſicut datur in illum qui cum eſſet liber, ſe ſimulauit eſſe ſeruum, & decepit eum qui bona fide eum emebat? Dicit Marcellus, exiſtimo recte dari actionem in eos qui ſic venduntur, & magis eos ſimiles videri ſtatulibero, qui cum libertas eſſet ei competitura ex teſtamento patitur ſe vendi priuſquam ei competat libertas. Nam hic quoque, etiamſi perueniat ad libertatem eueniente conditione, conuenitur poſt libertatem, vt qui ſciens ſe paſſus ſit vendi.

e Nec ex fideicommiſſo quidem debens manumittere pupillus, poteſt ſine auctoritate tutoris præſtare libertatem.

f Firmus quidam legauit cuidam Titiano tres Tragœdos, & adiecit: Quos tibi commendo, ne cui alii ſeruiant. & accidit vt Titiani bona publicarentur. Reſcripſit Imperator Antoninus deberẽ ſeruos manumitti, ne ſeruiant fiſco contra voluntatem teſtatoris.

g Non ſolum hæredes recte rogantur ſeruos manumittere, ſed etiam legatarii. & ſi priuſquam manumittant, decedant: eorum ſucceſſores debent libertatem.

h Si quis tacite rogatus fuerit reſtituere hæreditatem ei qui ex lege non poteſt capere, etiamſi publice-

publicetur hæreditas vt quæ auferatur ab indigno hærede, directæ tamen & fideicommiſſariæ libertates conſeruantur ſeruis ex conſtitutione Antonini & Pertinacis.

l.13. Idem. [a] Si prægnans ancilla cui ſub conditione aut certa lege debe-
tur libertas, dilationem paſſa ſit ſine ſtudio hæredis, & pepererit: opor-
tet hæredem dare matri id quod eſt natum, vt per ipſam manumittatur.
l.14. Idem. [b] Scripſit quidam hæredes vxorem & filiam, & dixit, Hunc
ſeruum eſſe volo liberum ſi placeat vxori. ipſa autem abſtinuit ab hæ-
l.15. reditate: manumittitur ſeruus, & ſi nolit † filia. Is [c] qui tibi debet li- † videtur legendũ vxor.
bertatem certa lege aut ſub conditione, non poteſt conditionem tuam
facere deteriorem, & ideo nec alicui vendere, vt ab eo manumittaris.
l.16. Licinius. Directis libertatibus, largiores ſunt quæ certa lege
dantur aut ſub conditione: hæ enim dantur etiã ſeruis alienis. [e] Quan-
l.17. do tibi videtur manumitte, eſt libertas certa lege aut ſub conditione.
l.18. Scævola. Si [f] Pamphilus ſe recte geſſit in meis rationibus, liber e-
ſto. ſi cum ſuperſtes fuiſſet teſtator, non queſtus fuit de rationibus, liber
l.19.in pr. erit. Idem. [g] Scriptus hæres iuſſus es Petrum actorem tuum ma-
numittere. Te abſente ex iuſta cauſa ad Præſidem accedens fuit manu-
§.1. miſſus, rediens non exigis ab eo rationes. ¶ Reliqui vxori meæ do-
tem & quædam alia, ab ea petens vt ſeruum ſuum manumittat. Si
acceperit legatum, debetur libertas. Quod ſi etiam legatum ei relictum
l.20. ſit, hoc quoque capiet manumiſſus. Pomponius. Is [i] etiam qui
vniuerſam reſtituit hæreditatem, quem eſt rogatus ſeruum cogitur ma-
numittere. Quod ſi abeſt, hoc facit Prætor. Si vero cum per errorem
eum accepiſſet, fideicommiſſarius ad reſtituendam hæreditatem eum
ſuſcepit: ipſe eum manumittet.

a Si ancilla cui debebatur libertas, nõ ſtudio eius qui eam erat manumiſſurus, ſed fortuitu moram patiatur, liber quidem non paritur fœtus, qui ab ea in vtero geſtatur: ſed cogitur is qui matrem debet manumittere, ei natum tradere in dominium, vt per eam manumittatur.

b Titius decedens, Seiam vxorem ſuam, & Titiam filiam ex ea ſuſceptam æquis partibus ſcripſit hæredes: & dixit in aliqua parte ſui teſtamenti, Erotem ſeruum meum, qui & Pſyllus vocatur, liberum eſſe volo, ſi vxori meæ placeat. Sed eius vxor recuſauit hæreditatem. Conſultus fuit de hac ſpecie Modeſtinus, an poſſit vxor defuncti quæ abſtinuit ab hæreditate, contradicere libertati Erotis, & reſpondit non lædi libertatem diſſenſu vxoris defuncti.

c Is qui libertatem debet ex fideicommiſſo, nullo modo poteſt ſerui conditionem facere deteriorem. & ideo nec eum poteſt vendere, vt ab illo qui eum accipit manumittatur. Sed & ſi eum tradiderit, cogitur eum redimere. Serui enim nonnunquam intereſt, ab hærede potius qui eſt ſenex manumitti, quam ab emptore iuuene.

d Et directe & per fideicommiſſum relinquuntur libertates. largius autem relinquuntur per fideicommiſſum: quoniam directe quidem ſolos noſtros ſeruos: per fideicommiſſum autem etiam alienos poſſumus manumittere, ita tamen vt verbis conſuetis, & per quæ aperte oſtendatur voluntas teſtatoris, relinquantur libertates fideicommiſſariæ.

e Si quis ſic dixerit: Quando tibi videbitur, ô hæres, manumitte hunc ſeruum, valet libertas.

f Quidam ſic dixit teſtans: Si Pamphilus rationes meas bene geſſerit, liber eſto. & quæſitum eſt. ſi hoc manente teſtamento poſt multos annos mortuus ſit teſtator, & circa Pamphili rationes nulla in re queſtus ſit, an ei competat libertas, & reſpondit eam omnino competere.

g Mulier hærede inſtituto marito fideicommiſſarias reliquit libertates & aliis ſeruis, & Sticho actori ſui mariti. Et quæſitum eſt, cum hærede abſente acceſſiſſent ad Præſidem prouinciæ ſerui donati libertate, vt eis daretur libertas: & tanquam ex iuſta cauſa hærede abſente pronunciauit Prætor eis deberi libertatem, an poſſit hæres rediens à Sticho petere vt reddat rationem ſuæ adminiſtrationis? & reſpondit eum non poſſe hoc facere.

h Legauit quidam vxori ſuæ dotem & alias res plures, & rogauit eam vt ſeruum ſuum Aquilium apud conſilium manumitteret. Illa autem recuſat eum manumittere, vt qui ſit ſuus. & quæſitum eſt an valeat libertas. Et dicit Scæuola, Si non ſolum dotem ex teſtamento mariti, ſed etiam cætera legata velit mulier capere, eam compelli manumittere Aquilinum. Qui quidem manumiſſus ea quoque recte petit, quæ ſunt ſibi legata.

i Scriptum eſt apud Iulianum: Si hæres rogatus ſeruum manumittere, alicui reſtituerit hæreditatem ex Trebelliano Senatuſconſulto, cogi ſic quoque debet ſeruum manumittere. & ſi ſe abſconderit, vel ex iuſta cauſa abſit, debet Prætor cauſa cognita ſecundum Senatuſconſulta ad eos

caſus pertinentia pronunciare eis competere libertates. Si vero ſeruum vſuceperit is cui hæreditas reſtituta fuerit, ipſum conuenit manumittere: quemadmodū ſi hæres ſeruos vendiderit, quos rogatus fuit manumittere, eos manumittere compelluntur emptores. Rogo te ergo, ô Pomponi, an hæc vera putas quæ ſunt ſcripta à Iuliano. Nam ego diſcendi ardeo cupiditate, propter quam ſolam cupiditatem eſt optimum viuere, & cum peruenerim ad ætatis annum octauum & ſeptuageſimū, memor ſum eius ſententiæ qui dixiſſe fertur, Etiamſi alterum pedem in foſſa haberem, adhuc aliquid diſcere vellem. Ad hanc interrogationem reſpondet Pomponius, quod ſapienter reſpondit Ariſto & Sabinus hunc ſeruum de quo quæritur, non contineri fideicommiſſo vniuerſali. Nam teſtator qui rogauit ſuum hæredem vt eum manumitteret, non videtur ſenſiſſe de eo reſtituendo fideicommiſſario. Si tamen per errorem hæres reſtituerit fideicommiſſario, recte ſe habēt ea quæ dicta ſunt à Iuliano.

PAPINIANVS. [a] Dicere, Ne Petrus experiatur alterius ſeruitutem, l.21.
certa lege aut ſub conditione eſt libertas poſt mortem hæredis. Quod ſi etiam fuerit alienatus ipſe per medium aliquem, confeſtim peruenit ad libertatem, etiamſi poſtea ſit redemptus. IDEM. [b] Relictus fuit tibi l.22.in pr.
fundus & decem vt ſeruum tuum manumitteres. Fundum accepiſti, etiam ſi decem Falcidia minuantur, ſeruus manumittitur. ¶ [c] Quidam cum §.1.
duos ſcripſiſſet hæredes, & tres haberet ſeruos, dixit vt duo ex iis, quos hæredes vellent, manumitterentur. vno hærede latitante, alter quem vult manumittit. Sin autem vnus ex ſeruis deceſſerit, liberi fiunt quos dixit, ſiue hæres abſit, ſiue ſit infans. [d] ¶ Si is abeſt qui debet libertatem, aut ex §.2.
iis quidem qui debent alii adſunt, alii abſunt, aut ſi ſine hærede deceſſerit, aut ſi filius eius qui eſt in poteſtate abſtinuerit ab hæreditate, Iudex det libertatem, adiiciens ſententiæ & eos qui iuſta ex cauſa abſunt, & eos qui differunt.

a Si quis ſic dixerit, Rogo te ne Stichus alterius ſeruitutem experiatur, videtur fideicommiſſariam libertatem ſeruo relinquere: hoc enim placuit principi. Quid enim tam contrarium eſt ſeruituti quam libertas? & nec poſt mortem quidem hæredis videtur dari libertas. Hoc autem, inquit, eo pertinet, vt ſi viuus eum ſeruum hæres alienauerit, confeſtim libertas petatur. & nec ſufficit hæredi ad impediendam libertatis petitionem, vt etiam ſuperius dictum eſt, quod redemerit ſeruum quem alienauit, quoniam ſemel libertatis extitit conditio. Idem autem probo, inquit Papinianus, etiamſi non voluntarie ſeruum hæres alienauerit, ſed ex aliqua neceſſitate, niſi teſtator dederit cauſam neceſſitatis, vt ſuperius dictum eſt. Nec legi aduerſatur quod ipſe non fuerit cauſa alienationis. Seruus enim fuit quaſi ſtatuliber, & quacunq; ratione extitit cōditio libertatis.

b Si cui fuerit fundus legatus & decem nummi, vt ſeruum ſuum manumittat: ſi fundi legatum admiſerit, nummos autem noluerit accipere, vtpote quod locum habuerit Falcidia, & decē nummorum legatum diminuerit: cogitur nummos accipere ſuſtinens rationem Falcidiæ, & ſeruū manumittere, quoniam fundi legatum ſemel admiſit.

c Quidam ſcripſit duos hæredes, cū haberet tres ſeruos, & rogauit eos, vt duos ex tribus quos vellent manumitterent. & vno ex hæredibus latitante, alter declarauit quos ſeruos vellet manumitti. Et placuit eos manumitti, ſic eis competente libertate, perinde ac ſi duobus præſentibus hæredibus potuiſſet vnus ſolus duos ſeruos manumittere. Quod ſi ex tribus ſeruis vnus deceſſerit, ſiue ex iuſta cauſa abeſt vnus ex hæredibus, ſiue non: duo ſerui ſuperſtites fiunt liberi hoc pronunciante Prætore.

d Cum is qui fideicommiſſariam libertatem præſtare debet, iuſta ex cauſa abeſt, aut latitat, aut cum multi ſunt hæredes, alii quidem præſentes ſunt, alii iuſta ex cauſa abſunt, nonnulli autem ex his fruſtrandæ libertatis gratia ſui copiam non faciunt: aut ſine hærede deceſſit is qui libertatem debet, aut ſuum reliquit hæredem, ipſe autem abſtinuit: in omnibus his caſibus Prætor debet pronunciare, ſeruis ex teſtamento competere libertatem. hoc enim eſt Senatuſconſulto † pronunciatum. Vt autem fiat manifeſtum cuius fiat libertus, is qui manumittitur, debet Prætor pronunciare qui ex iuſta cauſa abſunt, qui vt impedimentum afferant libertati, vt manumiſſus fiat illius ſolius libertus qui abeſt ex iuſta cauſa.

† E pro hoc, pronunciatū, legendū, comprehenſum. non pro ſeq. pronunciare.

IDEM. [a] Libertas, ſub prætextu quod ſurreptæ ſint res hæreditariæ, l.23.in pr.
aut quod rationes non ſint redditæ, non differtur. ¶ [b] Quam mihi debes §.1.
libertatem, etiam hæres tuus reſtituta hæreditate mihi præſtabit, ſi eum elegero. ¶ [c] Seruum quem dedi vni ex filiis meis militaturo, iuſſi à filiis §.2.
meis tanquam proprium manumitti. Miles, ſi eſt meus hæres, eum manumittit, partem à fratre non emens. Nam nec ipſe confert res donatas:

quoniam

§. 3. quoniam caſtrenſe peculium non confertur. ¶ [d] Reliqui tibi libertatem, quando fuerit filius meus 20. annos natus, etiamſi antea deceſſerit, eris
§. vlt. liber anno viceſimo quod quidem non ſeruatur in fideicómiſſis. ¶ [e] Reliqui à filio meo libertatem poſt quinq; annos, ſi huius temporis diurnā mercedem filio meo dederit. Duos annos vagatus eſt, & non ſoluit, defecit conditio. Aliud eſt ſi filius aut eius tutores miniſterium elegerint
l. 42. in pr. pro mercede. VLPIANVS. [f] Quibus licet † fideicommiſſa relinque- † [illegible] mento, ſe- per inſtitutio in libris noſtris pro fideicommiſſ. accipitur.
§. 1. re, ii poſſunt etiā relinquere libertates. ¶ Et [g] Imperatoris & ciuitatis &
§. 2. cuiuſuis alterius ſeruo licet libertatem relinquere. ¶ & ſeruo hoſtium, ſi
§. 3. adiectum fuerit, Quando fuerit noſter. ¶ Si [h] libero reliquero libertatē,
§. 4. & ſeruus factus ſit dum decedo, vel cum exiſtit conditio, fit liber. ¶ [i] Etiam ſeruo eius qui nondum eſt natus relinquitur libertas.

a Fideicommiſſaria ſeruo relicta libertas, nec propterea quidem quod ab eo ſeruo expilata ſit hæreditas, aut quodis rationes geſſerit hæreditarias, accipit dilationem.

b Si hæres qui libertatem debet fideicommiſſariam, deceſſerit priuſquam eam præſtiterit, cogendus eſt eius hæres eam præſtare, etiamſi ex Trebelliano reſtituerit alii hæreditatem, & ſeruus eligit potius manumitti ab eo qui reſtituit, quam à fideicommiſſario.

c Pater habebat duos filios, quorum vnus militabat, & cum militi dona donaſſet in quibus erat etiam ſeruus moriens inteſtatus duobus filiis relictis hęredibus, rogauit vt ab eis manumitteretur, tanquam ab hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus, ſeruus quem donauerit filio qui fuerat militatum Dicit Papinianus valere libertatem. Nam vt ſuo ſeruo eum reliquit ſuſpicatus eſſe inutilem ipſam donationem, quam in filium contulerat. Sed non ideo, inquit, res quoque alias donationis cogitur miles conferre fratri: cum etiam ab inteſtato patri ſuccedens filius qui habet peculium caſtrenſe, id erat præcipuum habiturus. Et ideo, inquit, ne dimidium quidem manumiſſi cogitur miles à fratre redimere. ne patris voluntatem offendamus qui voluit eius ſeruum manumitti tanquam proprium.

d Si teſtator filium ſuum rogauerit, quando ad certam ętatem peruenerit, ſeruum manumittere, & contigerit filium decedere priuſquam ad eam ætatem peruenerit cogitur hęres filii, illo tempore quo ætatem impleuiſſet ſi vixiſſet filius, præſtare libertatem. Hoc autem, inquit, in ſola libertate placuit contra regulas, non etiam in fideicommiſſis pecuniariis.

e Rogauit quiſpiam filium ſuum poſt annos quinque ſeruum manumittere, ſi diurnam mercedem ei pręſtiterit vſque ad quinque annos. Sed duobus annis vagatus ſeruus, non dedit mercedem filio defuncti. Dicit Papinianus defeciſſe conditionem libertatis Si tamen filius defuncti, aut eius tutores, loco mercedis ſerui miniſterium maluiſſent, non debet eſſe impedimento conditioni reſidui temporis, quod ipſe duos annos ſeruierit, & mercedem non dederit. Sed ſi aliorum trium annorum mercedem præſtiterit, fit liber.

f Ab illis regulariter relinqui poteſt libertas fideicommiſſaria, à quibus recte relinquuntur fideicommiſſa pecuniaria.

g Et ſeruo Imperatoris & ſeruo ciuitatis recte relinquitur libertas fideicommiſſaria. Sed ſi hoſtium ſeruo fuerit ea relicta libertas tractari poteſt an non ſit inefficax. Et fortaſſe quis dixerit indignum eſſe, ciuem Romanum fieri hoſtium ſeruum. Sed ſi in eum caſum relinquatur libertas, in quem noſter eſſe incipit, nihil prohibet valere libertatem.

h Si homini libero fuerit relicta liberras fideicommiſſaria, & contigerit eum redigi in ſeruitutem: poteſt petere libertatem, ſi modo tempore mortis teſtatoris, vel exiſtentis conditionis libertatis, liber fiat cum ſit ſeruus.

i Si quis ſit ſeruus eius qui nondum eſt natus, ei recte relinquitur libertas.

§. 5. ¶ [a] Seruo damnato in metallum relicta eſt libertas: ſi princeps ei veniam dederit, fit liber: & neque reuertitur ad dominum: neque erit ei
§. 6. libertus, quoniam fiſci futurus eſt ſeruus. ¶ [b] Is qui natus eſt ex damna-
§. 7. ta in metallum, poteſt fieri liber: nam etiam venditur. ¶ Qui [c] iuſſit ne
§. 8. Petrus poſtea ſeruiret, reliquit libertatem. ¶ Idem etiamſi dixit, Ne alienaueris, aut ne vendideris: niſi contrariam teſtatoris mentem hæres
§. 9. oſtenderit: eius enim verba & mentem attendimus. ¶ Si [d] qui exiſtima-
§. 10. tus fuit liber relictus fuit tutor: neutrum erit. ¶ Si [e] eum quem dedi pignori † directo manumiſero, certa lege aut ſub conditione accipiat libertatem. Multa enim propter eam etiam contra leges ſunt admiſſa. [f] † [illegible]
f Prætermiſſ. eſt §. 11.
§. 12. ¶ Quod tibi fuit legatum vt ſeruum tuum manumitteres cum agnoue-

ris cogeris manumittere etiamſi ſit minus. ¶ Idem etiã in hærede. ¶ Sin autem ſeruus eſt alienus, & creuit legatum vel vſuris vel ex alia cauſa, aut ſerui pretium eſt diminutum, oportet te emere & manumittere. ¶ Quod ſi repente legatum ſit imminutum: poſtquam tu id accepiſti, id ſolum reddes quod accepiſti: niſi id quoque ſufficit ad pretium ſerui. ¶ Si autem rogatus fuiſti plures ſeruos manumittere, & non ſufficit legatum, † ex parte liberas eos qui ſcripti ſunt primi: aut ſi ordo nõ appareat, aut ſorte ſeruos, aut eos quorũ ſunt maiora merita manumittes. ¶ Idem etiamſi plures iuſſus ſit emerb & manumittere. §. 13. 14 & 15. §. 16 §. 17. † μεινῶν. §. 18

a Seruus qui eſt iniectus in metallum, non poteſt ſperare libertatem. Quid ergo ſi fideicommiſſaria libertas ei relicta ſit, & pœna metalli indulgentia Principis ſit liberatus [an & ſic fiet liber?] Et eſt quidem conſtitutio quæ dicit ſeruum qui liberatur à metallo ad priorum ſuum dominum non reuerti Cuius autem fit ſeruus, non adiicit conſtitutio. Sed cum clarum ſit eum effici fiſci ſeruum merito poteſt ſperare libertatem fideicommiſſariam.

b Qui ex muliere in metallum damnata conceptus eſt & natus, fideicommiſſaria libertate recte donatur. nec mirum, ſiquidem vendi poteſt ſicut ſeruus: hoc enim diuus Pius reſcripſit.

c Si teſtator petierit ne amplius ſeruiat quiſpiam ex ſuis ſeruis fideicommiſſariam libertatem ei videtur relinquere. Qui enim petiit ne amplius ſeruiret, videtur petere vt ei detur libertas. Quod ſi dixerit, Ne alienes ô hæres, hunc meum ſeruum aut ne vendas eum, idem rurſus dicimus ſi modo hoc animo ea verba adſcripſerit, vt qui vellet eum manumitti Si enim alia fuerit mens eius, forte enim conſuluit hæredi, vt eum ſeruum, vtputa vtilem apud ſe retineret, aut etiã vt ipſe puniretur & coerceretur ſeruitute hæredis, ne ad meliorem dominum perueniret, propterea prohibuit ne venderetur, & vt ſemel dicam, ſi propter aliquam aliam conſiderationẽ, non autem vt ei præſtaretur libertas, eum vendi prohibuit, dicimus libertatem ei non competere. Nam hoc quoque ſcripſit Celſus libro XXIII. Digeſtorum. Neque enim ſola verba teſtatoris, ſed eius mens præbet ſeruo fideicommiſſariam libertatem. Cum autem eſt præſumptio, quod propter libertatem hæc verba dixit teſtator, grauatur hæres contraria probatione, quod nolens teſtator ſeruum eſſe liberum, dixit hæc verba.

d Si quis ſeruum ſuum propterea reliquit tutorem filiis ſuis, quoniam credidit eum eſſe liberũ, clarum eſt nec valere libertatem, nec tutelam: quoniam circa eius ſtatum errauit teſtator Et hoc Marcellus quoque ſcripſit libro XV. Digeſtorum & Imperator noſter cum patre ſcripſit.

e Si quis ſeruo ſuo qui datus eſt pignori, directam reliquerit libertatem, etiam ſi iure ſubtili libertas eſt inutilis, ſoluto tamen debito, tanquam ex fideicommiſſo eam poteſt ſeruus petere. Fauor enim libertatis ſuadet vt nos directa verba ſic interpretemur, quaſi ex fideicommiſſo relicta ſit libertas. Neque enim ignotum eſt quod multa alia contra nimiam iuris ſubtilitatem propter libertates ſunt conſtituta.

f Si quis ſuum vel alienum ſeruum rogatus ſit manumittere, ex teſtamento minus lucrifaciens, quam quod ſit daturus in ſerui emptionem: quæſitum eſt an cogatur vel alienum ſeruum emere, vel ſuum manumittere. Et dicit Marcellus, quod ſi id quod ſibi fuit relictum acceperit, ſeruum ſuum omnino cogitur manumittere Et hoc ius ſeruatur vt ſit magna differentia, an quis ſuũ ſeruum iuſſus ſit manumittere, an alienũ. Si ſuum, cogitur manumittere, etiamſi minimum id quod eſt ſibi relictum acceperit. Sin autem ſeruus eſt alienus, non alias cogitur eum emere & manumittere, quam ſi tanti poſſit emere, quãtum fuit ei relictum à teſtatore. Quod ſi eſt hæres qui ſeruum rogatus eſt manumittere, ſi aliquid quidem lucratur ex hæreditate poſt deductionem debitorum: cogitur ſeruum ſuum manumittere. Sin autem nihil lucratur: non cogitur. Sed ſi minus quidem lucrum alicui relictum eſt à teſtatore, verum creuerunt quæ relicta ſunt occaſione teſtamenti: vt ſi ex dilatione hæredis fructus aut vſuræ acceſſerunt fideicommiſſo, & id auxerũt: cogitur ſeruum manumittere, ſicut etiam contra ſi ab initio ſeruus erat magni pretii, poſtea autem rurſus decreuit eius pretium, rurſus cogitur eum emere & manumittere. Si autem cum plura eſſent ei legata, diminutum poſtea fuerit legatum: videamus an cogatur ſic quoq; emere & manumittere, quandoquidem ſe omnino vberius legatum conſecuturum ſperauit in initio Et puto ſi legatum paratus ſit reddere, non cogi eum ſeruum emere: quoniam alia quidem contemplatione accepit legatum [deminutum] repente autem præter ſpem fuit diminutum. Si ergo eſt paratus à legato recedere, concedimus libertatem: niſi etiam diminutum legatum, ſufficiat ad ſerui emptionem. Quid ergo, ſi rogatus eſt aliquis plures ſeruos manumittere, quod autem eſt legatum, etiamſi non ſufficiat ad pretium omnium ſufficit tamẽ ad quorundam pretium, num cogitur eos qui poſſunt ex eo quod eſt legatũ emere & manumittere? [Et puto debere eũ cogi vel quos poteſt emere & manumittere.] Quis ergo debet ſtatuere, quinã ex ſeruis debẽt emi & manumitti? vtrumne ipſe legatarius eligit eos qui debent manumitti, an hæres qui dat legatum? Et fortaſſis quidem dixerit quiſpiam, nos ordinem ſcripturæ debere attendere: vt qui primi ſunt ſcripti manumittantur. Quod ſi ordo non appareret, forte enim dixit teſtator, Omnes meos coquos manumitte, & nullum alii prætulit: tunc aut ſors eſt iacienda ne quis ſuſpicetur Prætorem aut adulatione aut gratia eligere eos qui debent manumitti: aut oſtendant ſerui quinam ex iis de defuncto melius ſunt meriti, & ii qui ſunt melius meriti, manumittantur arbitratu Prætoris. Hæc autem quæ à me dicta ſunt, ſeruantur vbi

proprios

Digitized by Google

propriós ſeruos iuſſus eſt legatarius manumittere, & vbi alienos rogatus fuit emere & manumittere. nec ſufficit legatum ad omnium emptionem.

§. 19. ¶ [a] Reliqui tibi legatum, & te rogaui ſeruum tuum manumittere, eique quod legatum eſt præſtare, aut alicui alii: non cogeris manumittere: ne ſi à te petatur legatum, nihil lucrifacias. Aliud ſi poſt tempus iuſſus es
§. 20. manumittere. ¶ Quemadmodum etiamſi agrum tibi relictam iuſſus ſis alii præſtare poſt mortem tuam, & alicui alii centum nummos, & ex
§. 21. fructibus centum perceperis: vtriſque das legata. [b] ¶ Qui certa lege aut ſub conditione donatus eſt libertate, quomodocunque alienatus manumittitur: & eſt in eius optione, malitne eſſe ſeruus hæredis an emptoris. Idem etiamſi is qui emit, eum prius manumiſerit. Hoc autem, ſi oſtenderit ſe ex eo lædi, niſi teſtator voluerit eum à quocunque manumitti.

a Si cui res ſit legata, & rogatus ſit ſeruum proprium manumittere, & ei manumiſſo rem ipſi legatá reſtituere: Quæſitum eſt an debeat præſtari libertas. & quoſdam conturbatunt ſecunda, nempe quod ſi dixerimus præſtari libertaté, omnino [ex neceſſitate] cogimus eum præſtare fideicommiſſum, & inuenietur ipſe ſine lucro proprium ſeruum amittere. Et propterea dicebant quidam, non cogi ipſum ſeruum manumittere. Nam & ſi legatum mihi relictum rogatus ſum alicui alii ſtatim reſtituere, & præterea rogatus ſum libertatem ſeruo meo præſtare: ſine dubio non cogor ſeruum meum manumittere: vt qui pro pretio eius nihil acceperim. Plane ſi poſt tempus rogatus ſim alii reſtituere legatum mihi relictum, poſſumus dicere propter lucrum temporis intermedii me cogi ſeruum manumittere. Quemadmodum ſi fundum mihi legatum rogatus ſum alicui alii reſtituere cum moriar: alii autem præſtare centum nummos. Si enim ex fundi fructibus potuero percipere centum nummos: cogor ei præſtare. Hinc ergo fit vt & centum nummorum fideicommiſſum, & in præcedenti caſu fideicommiſſaria libertas ſit in pendenti. Si enim ex vſuris medii temporis, aut ex fructibus lucrifacio pretium ſerui, aut centum nummos, valet libertas: valebit autem etiam fideicommiſſum. Sed ſi aut nihil, aut minus lucrifacio: neq; centum nummi à me petuntur, ſed tantum quantum lucrifeci: neque cogor præſtare libertatem.

b Quando efficaciter relinquitur libertas fideicommiſſaria, neque ſerui alienatione, neq; vſucapione extinguitur. Ad quancunque enim perſonam peruenerit is ſeruus cui relicta eſt libertas, cogitur eum manumittere. Sic enim ſæpius eſt reſcriptum. Et vel ipſe qui eum emit vel vſucepit, ei præſtat libertatem, ſi ſeruo placuerit eum habere patronum, & ab eo manumitti: aut ille eum manumittit à quo relicta eſt libertas. Hinc fit vt etiamſi ſub conditione relicta ſit libertas, & pendente conditione ſeruus alienatus ſit, cum ſua cauſa alienetur, & cogitur qui emit eum manumittere. Quod ſi ſeruus nolit ab eo manumitti, ſed ab eo potius qui rogatus fuit eum manumittere, auditur ſeruus. Hoc enim Diui Adrianus & Pius conſtituerunt. Dico etiam amplius, quod & ſi prius fuit manumiſſus ab eo qui ipſum emit, velit tamen potius eſſe libertus eius qui rogatus fuit eum manumittere, ſic quoque auditur ex conſtitutione Diui Pii. Sed & ſi vel ex perſona eius qui eum manumiſit, vel ex quacunque cauſa potuerit oſtendere ſe fuiſſe læſum, ſuccurrimus ei ex dictis conſtitutionibus, ne contra voluntatem defuncti faciamus deteriorem ſerui conditionem. Sed ſi ea ſit teſtatoris voluntas, vt à quocunque velit eum manumitti, ceſſant dictæ conſtitutiones: vtpote quod teſtator velit eum à quouis manumitti.

l. 25. PAVLVS. Si [a] quem rogatus eſt quiſpiam manumittere, vendiderit, & ſine ſucceſſore deceſſerit viuo emptore: non auditur ſeruus volens
l. 26. eſſe libertus eius qui deceſſit. VLPIANVS. Si [b] rogatus ſeruum Lege lib. 12. tit. 3. conſtit. 14. in fine.
tuum manumittere, mortis neceſſitate vel publicatione ad alium ipſum tranſtuleris: locus eſt [c] conſtitutionibus. Nam cum rogatus fuerit quiſpiam cum moritur manumittere, ſi hoc non fecit, perducitur ſeruus ad libertatem. Nam quando ab aliis, & non ab iis qui iuſſi ſunt manumittitur: locus eſt conſtitutionibus, quoniam ex eo fit mora. ¶ Vnde et-
§. 1. iam mulier ex quo debebat quidem petere libertatem, licet ea non petita pepererit, quod natum eſt accipit, vt id manumittat. Ex quo autem petiit, etiamſi non fuerit manumiſſa, parit ingenuum. Porro autem minor quoque hanc patitur moram, ſicut etiam in aliis quæ iuſſa ſunt ei
§. 2. reſtitui. ¶ [d] Pignori obligatam ancillam iuſſit quis manumitti poſtquam ſatisfactum eſſet creditoribus. Hi, cum non eſſet eis ſatisfactum,

quod ex ancilla natum erat vendiderunt. Pretium accipiunt emptores: & infans erit ingenuus, perinde ac ſi ancilla ſuo tempore fuiſſet manumiſſa. ¶ [c] Etiamſi poſt quinquennium apparuerit teſtamentum aut codicillus, in quibus ancilla habuit libertatem, id quod interim natum eſt ipſa accipiet vt manumittat. §. 3. ¶ Neque enim moram fortuitam oportet lædere libertatem. §. 4. [¶ Idem eſt ſi à ſubſtituto impuberi libertas relicta ſit ancillæ & viuo impubere pariat vel ſi ex die aut ſub conditione libertaté acceperit.] §. 5.

Puto deeſſe, Si ante diem vel conditionem pariat.

a Sed ſi hæres ſeruum vendidit, & ſine ſucceſſore deceſſit, emptor autem eſt ſuperſtes. & vult ſeruus eſſe libertus defuncti qui ſine ſucceſſore deceſſit, & non eius qui eum emit: non eſt ſeruus audiendus, vt Valenti placuit, ne emptor & ipſius ſerui pretium & libertum perdat.

b Si is qui fuit rogatus ſeruum ſuum manumittere, aut moriens, aut bonis eius publicatis, ſeruum tranſtulit ad alterius dominium, locum habenr conſtitutiones, ne lædatur libertas fideicommiſſaria. Nam & cum quidam rogatus eſſet, cum moreretur ſeruum manumittere, & deceſſiſſet quidem, ſeruo autem non dediſſet libertatem: facta eſt conſtitutio ſeruum perinde eſſe liberum ac ſi ab ipſo fuiſſet manumiſſus. Poterat enim in teſtamento ei relinquere libertatem etiam directam ſi voluiſſet. In ſumma ergo, qui libertate donatus eſt fideicommiſſaria, ſi ab aliquo alio manumittitur, & non ab eo qui rogatus fuit eum manumittere: locus ſit conſtitutionibus, vt perinde ſit ac ſi ab illo ſit manumiſſus, qui rogatus fuit eum manumittere: fauemus enim libertati fideicommiſſariæ, & nõ ſolet adimi ſemel relicta libertas Nam qui ea eſt donatus, eſt interim veluti in poſſeſſione libertatis. Er apparet ſic nos ſuccurrere libertatibus, vt ſi in re facta ſit mora. Et quando ancillæ quidem competierit, & peti poteſt libertas, ſi pepererit, ipſi matri traditur infans ex ea natus, cui data eſt libertas fideicommiſſaria, vt ab ipſa manumittatur. Poſtquam autem competiit libertas, & poteſt ea peti, qui ex ea naſcuntur, naſcuntur ingenui. Plerunque enim aut propter ignauiam, vel propter timiditatem eorum quibus relinquitur libertas fideicommiſſaria, vel propterea quod ignorent ius ſuum, aut etiam contra propter authoritatem & dignitatem eorum qui rogati ſunt manumittere, ſerius petitur fideicommiſſaria libertas, vel etiam omnino non petitur. Quod etiamſi acciderit, non debet obeſſe libertati. Quod igitur affirmamus ſic definimus, vt ex quo mora quidem facta fuerit ancillæ cui data eſt libertas, ingenuus naſcatur qui ex ea naſcitur. Ex quo autem peti quidem poterat libertas, etiamſi non ſit petita, naſcitur quidem ſeruus, matri autem traditur, vt ab ea manumittatur. Donec autem eſt minor 25 annis ſeruus natus & manumiſſus, poteſt petere reſtitutionem, vt videatur ipſe in hac re paſſus eſſe moram. Nam quomodo eſt pronunciatum, & à Diuo Seuero conſtitutum, in pecuniariis fideicommiſſis, quæ relicta ſunt minoribus 25. annis, in re moram fieri, ita multo magis in libertate id debet obſeruari.

c Enant. Peruenit enim ad libertatem ſeruus. lege lib. 38. tit. 2. conſtit. 29. & lib. 36. tit. 1. conſtit. 67. them. 3.

d Cæcilius quidam habens ancillam pignori obligatam, iuſſit creditori ſuo ſolui debitum, & ancillam manumitti, ſed cum eius hæredes diſtuliſſent ſoluere creditoribus: creditores vendiderunt infantes qui nati erant ex hac ancilla, poſtquam relicta fuit eis libertas. Et cum noſter Imperator [cum patre ſuo] hoc reſciuiſſet, reſcripſit ſecundum ea quæ Diuo Pio placuerant, Ne infantes à ſua ingenuitate exciderent hæredes cogendos eſſe ſoluere debitum, aut pretium ei qui emit infantes, & perinde eſſe ingenuos, ac ſi mater eorum ſuo tempore manumiſſa poſt libertatem eos peperiſſet.

e Idem Imperator noſter cum patre reſcripſit. Teſtamento poſt quinquennium mortis teſtatoris aperto, aut codicillis in quibus relicta fuerit libertas, ſi ancilla cui data eſt libertas in medio tempore pepererit: vt quæ forte contigit mora, ſeruos faciat eos qui interim nati ſunt ex matre cui data eſt libertas fideicommiſſaria, placuit ipſi matri tradi eos qui nati ſunt, & ab ea manumitti. Oſtendit ergo & hæc, & Diui Pii conſtitutio, quod quæ forte accidit mora, non debet nocere iis qui nati [ſunt] ex ea cui data eſt libertas fideicommiſſaria. Si quis autem impuberi ſubſtituens, reliquit à ſubſtituto ancillæ libertatem fideicommiſſariam, & adhuc viuo impubere peperit ancilla: vel ſi poſt tempus, vel ſub conditione reliquit libertatem, & ante tempus vel conditionem ancilla pepererit, tunc ſeruus quidem naſcitur qui ex ea eſt editus: manumittitur autem poſtea ab hærede. alia enim eſt horum conditio. non enim moram paſſi ſunt ex caſu fortuito, ſed ex voluntate teſtatoris, qui eis dedit libertatem poſt tempus aut ſub conditione.

¶ [a] Si legauero tibi Petrum, aut etiam cum eo aliquid aliud, & te rogauero vt eum manumittas, & ante me deceſſeris: hæres meus eum manumittet. §. 6. ¶ Si [b] adeſſe noluerint vocati ad Prætorem, à quibus relicta eſt libertas: per ſententiam dabitur tanquam directa libertas. §. 7. ¶ Si autem §. 8.

tem † per obreptionem lata ſit ſententia, aut non fuerint euocati: non

§.9. §.10. valet. ¶ Euocantur autem denunciationibus, edictis, & literis. ¶ Idem eſt

§.vlt. autem ſiue hæres rogatus fuerit, ſiue legatarius, & adſint. ¶ Sin autem hæres latitat: deficit Senatuſconſultum, ſi nondum ſeruum accepit lega-

l.27. tarius. PAVLVS. Et hic oportet accedere ad Imperatorem, vt pro-

l.28.in pr. ſpiciatur libertati. VLPIANVS. Si[c] eum cui debebatur libertas, hæ-

§.1. res vendiderit, & ipſe quidem adſit, emptor autem latitet ¶ aut conte-

§.2. mnat venire: locus eſt Senatuſconſulto. ¶ Idem etiamſi ſint plures

§.3. qui ex non iuſta cauſa abſunt & moram faciunt. ¶ Si autem quidam ex iuſta cauſa abſunt, & eorum & præſentium fit libertus.

a Si cui legatus fuerit ſeruus, & rogatus fuerit eum manumittere: factum eſt autem pro non ſcripto quod in ſeruo factum eſt legatum: videamus nunquid libertas eſt inefficax. Si autem erat etiam aliquid aliud relictum alicui qui rogatus fuerat ſeruum manumittere, & rurſus factum eſt pro non ſcripto, & ſeruus petat libertatem: an libertas non debet intercidere, etiamſi nihil lucrifecit legatarius à quo fuit relicta. Sed qui lucrifecit quod eſt pro non ſcripto legatum debet cogi ſeruum manumittere: quia libertas fideicommiſſaria nullum impedimentum pati poteſt.

b Senatuſconſultum ſuccurrit libertatibus, quod factum fuit temporibus Diui Traiani, Rubrio Gallo & Cælio Hiſpone Conſulibus. Verba autem Senatuſconſulti ſic habent, Si hi qui debent præſtare libertatem, euocati à Prætore adeſſe noluerint, & cauſa de libertate cognita Prætor pronunciarit deberi libertatem: eodem iure ſeruetur ſeruorum ſtatus, vt ſi directè fuiſſent manumiſſi. Hæc quidem ſunt verba Senatuſconſulti. Hoc autem Senatuſconſultum Rubrianum ad illos ſeruos pertinet, quibus debetur libertas fideicommiſſaria. Si autem reuera quidem non debeatur libertas, Prætor autem per obreptionem eam deberi pronunciauit, ſeruis libertas non competit. Ita enim Imperator noſter cum Patre ſuo reſcripſit. Euocari autem oportet omnes quibus debetur libertas. Si enim nō fuerint euocati ceſſat Senatuſconſultum. Proinde oportet eos & denunciationibus & edictis & literis euocari à Prætore. Hoc autem edictū pertinet ad omnes à quibus debetur libertas fideicommiſſaria, ſi latitent. Proinde ſiue eſt hæres qui rogatus eſt manumittere, ſiue quis alius, Senatuſconſulto locus eſt. Omnes enim omnino qui libertatem debent fideicommiſſariam, pertinent ad Senatuſconſultum. Quare ſi hæres quidem latitet, legatarius autē aut fideicommiſſarius qui libertatem rogatus eſt præſtare, adſit, Senatuſconſultum deficit, & † nonnunquam impeditur libertas. Ponamus enim ſerui dominium nondum eſſe nactum eum qui libertate eſt oneratus. Oportet ergo adire Principem vt in hoc quoq; caſu proſpiciatur libertati.

c Si ſeruum cui relicta erat libertas fideicommiſſaria, alienauerit qui rogatus fuerat eum manumittere: & qui ſeruum quidem emit, latitet: adſit autem qui rogatus fuerat eum manumittere: quæſitum eſt an ſit locus Rubriano Senatuſconſulto. Et placuit Marcello locum habere Senatuſconſultum: quia non abeſt qui debet manumittere. Quod autem dicit Senatuſconſultum, Adeſſe noluiſſent, non ſolum ſignificat eum qui latitat, ſed etiam eum qui non latet quidem, ſed contemnit iuſſum Prætoris, & non vult eum adire. Idem autem dicimus & ſi plures qui ſunt hæredes, rogati manumittere, ſine iuſta cauſa abſentes, moram faciunt libertati. Si eorum autem aliquos Prætor pronūciauerit ex iuſta cauſa abeſſe, tunc eorum qui iuſta ex cauſa abſunt, & eorum qui ſunt præſentes, & non differunt manumittere, perinde libertus erit, atque ſi hi ſoli ad legitimam libertatem perduxiſſent.

§.4. ¶ [a] Eadem obſeruantur etiamſi non hæreditarium quis iuſſus manu-

§.vlt. mittere, lateat. ¶ Iuſta autem de cauſa abſunt, ſi non iniuſte, nec ad libertatem circumſcribendam abſint. Quamobrem etiamſi vbi non habitat quiſpiam petitur libertas, non euocatur quidem: poteſt autem pro-

l.29. nunciari, vt conſeruentur ei iura patroni. PAVLVS. Eum [b] cui debetur libertas, venditum emptor manumittat, etiamſi abeſt ex non iuſta

l.30.in pr. cauſa & erit eius libertus. VLPIANVS. Si [c] is qui debet libertatem deceſſerit, ex iuſta autem cauſa abeſſe ſit exiſtimatus, ius liberti com-

§.1.2.&3. petit eius hæredibus. ¶ Si [d] ſeptem annos natus ſit is qui ex parte vel in ſolidum debet libertatem: etiamſi habeat tutorem qui non vult in-

§.4. terponere auctoritatem, ſeruus peruenit ad libertatem. [e] ¶ Idem etiam ſi hæres eius qui rogatus eſt manumittere, ſit ſeptem annos na-

§.5. tus. ¶ Oportet autem etiam hac de cauſa adire Iudicem. Præſentiū enim & eorū qui ex iuſta cauſa abſunt, & infantis [non eorum qui latitat] erit

L

Digitized by Google

libertus. ¶ Cohæredes infantis rogati quempiam manumiſerunt, ob- §. 6.
ligantur infanti pro rata ad pretium partis eius.

a Si quis ſeruum non hæreditarium manumittere rogatus latitauerit, factum eſt Senatuſconſultum Mamilio Iunco & Iulio Seuero conſulibus, quod ſic dicit: Placet ſenatui, vt ſi quis ex his qui fideicommiſſariam libertatem ex quacunque cauſa debent alieno ſeruo, qui nō eſt ſeruus eius qui rogauit vt manumitteretur tempore mortis eius, abſit: cognoſcat Prætor, & ſi in ea eſſe cauſa viſus fuerit, vt etiamſi ſit præſens, cogatur eum manumittere: pronunciet ſeruum eſſe liberum. Et quando pronunciatit, idem ius eſto quod futurum eſſet, ſi cum ex fideicommiſſo manumittendus eſſet, fuiſſet manumiſſus. Ille autem videtur ex iuſta cauſa abeſſe, qui non abeſt iniuſte. Ei enim ſufficit non abeſſe ad circunſcribendam libertatem. Proinde etiamſi quis alibi habeat domicilium, alibi autem ab eo petatur fideicommiſſaria libertas, non oportet euocare eum qui debet fideicommiſſariam libertatem, & abſtrahere eum à ſuo domicilio. Quia etiam abſente eo, ſi cōſtiterit libertatem deberi, poteſt Prætor pronunciare iuſta de cauſa eum abeſſe: nec libertum perdit. Omnes enim qui apud ſedes ſuas & domicilium ſuum ſunt, nemo dubitat iuſta de cauſa abeſſe ab alia prouincia, in qua libertas ab eis petitur.

b Si ſeruus qui debebat manumitti ex fideicommiſſo, fuerit alienatus, manumittere quidem cogitur is qui eum emit. Hìc autem non diſtinguimus ex iuſta an ex non iuſta cauſa abſit. Omnibus enim modis fit eius libertus ſeruus qui manumittitur.

c Qui libertatem quidem debebat, re vera quidem erat mortuus: tanquam autem eo abſente pronunciatum eſt eum abeſſe ex iuſta cauſa. Reſcripſit Imperator noſter in perſonā hæredis transferendam eſſe ſententiam, vt perinde ius ſit hæredis, ac ſi pronunciatum eſſet hunc ipſum ex iuſta cauſa abeſſe: hoc eſt, vt ipſius libertus ſit ſeruus manumiſſus.

d Si vnus ex his qui debent libertatem fideicommiſſariam, eſt infans, Senatus cenſuit non impediri libertatem ex fideicommiſſo debitam propter eius qui eam debēt ætatem. Idem autem dicimus etiamſi ipſe infans ſolus grauatus ſit libertate. Si hic autem pupillus habeat tutorem, & nolit ei præſtare auctoritatem manumittenti, adeo ſerui libertas nihil impeditur, vt Diui fratres reſcripſerint, ſeruum perinde manumitti ex fideicommiſſo, ac ſi cū auctoritate tutoris pupillus eum manumiſiſſet. Quicunq; igitur caſus inciderit, in quo infans libertatem debet fideicommiſſariam, ei caſui accommodabimus mentem Senatuſconſulti, vt non impediatur libertas. Quæcunque autem à me dicta ſunt in infante qui fuit primo loco grauatus fideicommiſſaria libertate, eadem ſeruantur etiamſi aliquis alius grauatus ea libertate, relicto infante hærede deceſſerit. Oportet autem ſeruum in hoc quoque caſu ad Prætorem accedere, maxime cum Diui Pii iubeat conſtitutio, vt quando ex iis qui rogati ſunt manumittere, alii quidem adſunt alii vero latitant, alii ex iuſta cauſa abſunt, intercedit autem infantis quoque perſona, non omnium fiat libertus qui manumittitur, ſed ſolius infantis & eorum qui ex iuſta cauſa abſunt, & præſentium.

e Si ſint plures ſcripti hæredes, cum eis autem ſcriptus quoque ſit infans, non ſit autem infans grauatus libertate, non oportet propterea impediri libertatem, quod non poſſit infans vendere quam in ſeruo habet partem ſuis cohæredibus. Et extat quidem de eo Senatuſconſultum quod dicitur Vitraſianum. Diuus quoque Pius reſcripſit ad Caſium Dexterum, ita rem explicari, vt partes ſeruorum quibus relicta eſt libertas fideicommiſſaria, iuſto pretio æſtimetur: & ita ſeruus manumittatur ab iis qui grauati ſunt libertate. Qui autem manumiſerunt, ſic propter pretium fratribus ſuis & cohæredibus ſunt obligati, atque ſi ex ſententia eis deberent pretium ſerui manumiſſi.

¶ [a] Etiamſi furioſus aut mutus rogatus ſit ſeruum manumittere, Prę- §. 7. & 8.
tor dat libertatem, ſicut in infante. ¶ Idem autem etiam ſi is qui deceſſit §. 9. 10. &
deberet libertatem, & vel ſuum hæredem reliquerit qui abſtinuit ab hę- 11.
reditate, vel etiam minorem qui reſtitutus abſtinet ab hæreditate. ¶ Is §. 12.
autem efficitur libertus eius qui debuit libertatem. ¶ Si [b] ex his qui de- §. 13.
beant libertatem, alter quidem deceſſit ſine ſucceſſore, alter vero abeſt,
is quoque manumittitur tanquam ab vtriſque manumiſſus. ¶ Oportet §. 14.
autem expectare donec certum fuerit non eſſe ſucceſſorem ei qui debet
libertatem.

a De furioſo rogato ſeruum manumittere. Diuus Pius reſcripſit libertatem non impediri propterea quod ipſe inſaniat. Sed ſi conſtiterit recte datam libertatem, hoc ipſum pronunciet Prætor, exemplo infantis ſeruum eſſe liberum. Et in muto ergo idem dicimus fieri. Sed ſi neque hæredem, nec ſucceſſorem reliquerit is qui debet fideicommiſſariam libertatem, cenſuit Senatus vt ſeruus adeat Prætorem, & ei præſtetur libertas. Quod ſi etiam deceſſerit ſuo relicto hærede is qui debet libertatem, & ſuus abſtinuerit, ruſus ſuccurrimus libertati: tametſi non videtur eſſe ſine hærede qui ſuum habet hæredem, etſi abſtinuerit. Idem autem dicimus & ſi minor 25. annis hæres eius qui debebat libertatem, per reſtitutionem in integrum effugit eius hæreditatem. Quęrendum eſt autem à nobis, cuiuſnam ergo fit libertus ipſe ſeruus. Nam libertas quidem perinde ei competit, atque ſi ex teſtamento eam conſecutus eſſet. Iure ergo erit Orcinus libertus illius qui debet ei pręſtare libertatem.

b Si

b Si ex iis qui debent libertatem, alter quidem deceſſerit ſine hærede, alter vero ex iuſta cauſa abſit, eſt conſtitutio Diui Marci & Seueri, qui dicunt ſeruum perinde fieri liberum, ac ſi ab eo qui ſine hærede deceſſiſſet, & ab eo qui ex iuſta cauſa abeſſet, fuiſſet manumiſſus. Illud autem ſapienter quæritur, quando hæres decedit inteſtatus, vtrum expectamus donec certum fuerit nullum ei futurum hæredem aut bonorũ poſſeſſorem: an vero dum dubitatur vtrum ei futurus ſit hæres an non, forte enim eius hæres deliberat poſſit ſeruus liber fieri. Et melius eſt dicere quod oportet nos expectare quoad certum fuerit nullum eſſe eius ſucceſſorem.

§.15. ¶ Qui [a] mihi debet libertatem, poteſt etiam mihi legata relinquere
§.16. abſque libertate. ¶ Neque [b] ex ætate eius qui debet, neque ex ſtatu eius aut conditione, aut mora, ſi non manumiſerit, aut tardius manumiſerit,
§.vlt. perit libertas, aut deterior fit eius conditio. ¶ Etiam ex irritis codicillis datur libertas, ſi hæres quædam præſtiterit ex iis quæ in ipſo continen-
l.31.in pr. tur. PAVLVS. [c] Alieno ſeruo recte relinquo certa lege, aut ſub con-
§.1. ditione libertatem, ſi cum eius domino habeo ius teſtamenti. ¶ [d] Reliqui à filio meo libertatem, natus eſt qui in vtero geſtabatur, vterque
§.2. manumittit. ¶ [f] Qui debet libertatem, etiam quando non poteſt alie-
§.3.& vlt. nare, eam præſtat. ¶ [g] Non cogitur quis vendere ſeruum ſuum, quem alius decedens rogauit fieri liberum, etiamſi petat pretium maius æquo. Si autem hæres dicit pretium eſſe immodicum: oportet Prætorem hoc conſiderare. Si autem & dominus vult vendere, & ſeruus manumitti, oportet hæredem emere & manumittere: niſi dominus malit manumittere, & de pretio habere actionem aduerſus hæredem: hoc enim fiet
l.32. etiamſi hæres latitet. MARCELLVS. Si autem dicit ſe non aliena-
§.1. turum, † niſi ſibi in pretium ſatisfiat, non cogitur manumittere. ¶ [g] Inuito ſeruo [hoc] neque alius, neque eius dominus exiget libertatem: neque enim hinc ei aliquid acquiritur: niſi teſtator iuſſerit dari vltra pretium. Tunc enim & dominus & ſeruus habent exactionem. Ille quidem propter id quod eſt vltra pretium: hic vero propter libertatem.
§.vlt. ¶ Idem etiamſi rem alienam iuſſerit quis pluris emi, & alii dari. Nam & rei dominus, & qui eam eſt accepturus, agunt aduerſus hæredem.

† εἰ μὴ τι-κανὸν ὅτι τῷ τιμῇ πεισθῇ.

a Si quis debet ſeruo libertatem fideicommiſſariam, poteſt etiam cum libertate ei quæ vult in teſtamento ſuo relinquere.

b Diuus Pius reſcripſit libertatem fideicommiſſariam, neque ex ætate eius qui eam debet, neq; ex eius ſtatu & conditione, neque ex mora eius qui omnino non manumittit, interire aut fieri deteriorem. Et licet non debeantur quæ in codicillis datæ ſunt libertates: tamen ſi hos codicillos valere hæres exiſtimauerit, & quædam in eis relicta præſtiterit, voluerit autem ſeruos degere in libertate, ad iuſtam libertatem hoc ipſo perueniunt. Hoc enim declarat conſtitutio noſtri Imperatoris & diui eius patris.

c Tunc alienis ſeruis recte relinquitur libertas fideicommiſſaria, quando habuerimus cum dominis teſtamenti factionem.

d Decedens quis inteſtatus, rogauit filium vt ſeruum manumitteret, & poſt mortem eius natus eſt ei poſthumus. Diui fratres reſcripſerunt, Quia diuidi non poteſt, nec pro parte dari libertas ab eo qui eſt ſolus natura filius eam præſtari ab vtriſque.

e ENANT. Lege lib. 29. tit. 7. conſt. 13.

f Qui fideicommiſſariam libertatem debet, etiam illo tempore quo fuit prohibitus ſua alienare poteſt tamen ſeruum manumittere.

g Si dominus alieni ſerui nolit eũ vendere vt manumittatur, nihil poteſt ad hoc facere Prætor. Idem autem dicimus, ſi vult ipſum quidem vendere plus autem iuſto pretio vult accipere. Sin autẽ ſerui dominus certo quidem pretio, quod non prima facie videatur iniquum, velit ſeruum vendere is vero qui rogatus eſt eum manumittere, pretium dicit eſſe immodicum: oportet tunc Prætorem ſe interponere, vt iuſtum pretium detur domino volenti manumittere, & venditur ſeruus vt manumittatur. Quod ſi & dominus ſit paratus eum vendere, & ſeruus ſit paratus manumitti: cogitur omnino hæres eum emere & manumittere, niſi domini ſeruus malit ipſe eum manumittere, & de eius pretio actionem habere aduerſus hæredem. Hoc autem fieri oportet etiamſi hæres latitet qui debet libertatem. Sic enim reſcripſit Antoninus. Si autem paratus quidem eſt ſerui dominus eum vendere, non tamen id prius velit facere, quam ſibi de pretio ſatisfiat: non compellitur

L 2

Digitized by Google

eum manumittere, ne & ſeruum dominus eius manumittat, & vel nihil accipiat aut minus quam quanti ſit, propterea quod ſit pauper is qui rogatus fuit manumittere.

b Inuito ſeruo cui data eſt libertas, neque vllus alius, neque ipſe dominus poteſt petere ei datam libertatem. Neque enim tale eſt relictum ſeruo fideicommiſſum, ex quo aliquid lucretur dominus. Si enim ſit petita, non ipſi domino magis videretur datum fideicommiſſum. Quod quidem contingit, quando teſtator pluris quam quanti ſit ſeruus iubet eum emi ac manumitti. Nam & tūc dominus habet fideicommiſſi perſecutionem: quoniam eius intereſt lucrari id quod eſt vltra iuſtum pretium, & ſeruus recte petit ſibi dari libertatem. Hoc autem eueniet etiam quando teſtator iubet hæredem vel legatarium emere rem alienam, & eam dare alicui alij: Tunc enim rurſus & rei dominus, & qui rem ipſam eſt accepturus, habet fideicommiſſi perſecutionem. Nam & domini intereſt vt accipiat id quod eſt vltra iuſtum pretium, ſicut iuſſit teſtator: & illius cui res eſt relicta, vt accipiat quod ſibi relinquitur.

Pavlvs. Si [a] rogauero filium meum ſeruum meum manumittere, habet & † bonorum poſſeſſionem contra tabulas: & operas ei poteſt imponere. Quod ſi iam abhinc directo fuerit manumiſſus, tanquam Patroni filius hæc facit omnia. ¶ [b] Legi locus eſt etiamſi ſub conditione dandi vel faciendi, vel alicuius fortuiti relicta ſit libertas, niſi ſeruus non pareat conditioni. Hæres autem eam impediens amittit libertum: etiamſi alio iure tanquam Patroni filius eum eſt habiturus. cum de cætero & eum redigens in ſeruitutem, & capitis accuſans, non habeat bonorum poſſeſſionem contra tabulas. ¶ [c] Si ſeruus fuerit mihi legatus, vt manumittam, & nolim: compellor eum cedere cui ipſe velit, vt manumittatur. Pomponivs. Cui [d] data eſt libertas, non datur inuitus alteri vt ab eo manumittatur, ¶ niſi ei qui rogatus fuit hoc facere. ¶ Si [e] ſeruum tibi reliquero vt eum manumittas: ſed ſi non manumiſeris, Petro, vt ille hoc faciat: quod ſi nec ille manumiſiſſet, vt ſit liber: inutile eſt legatum, & liber fit continuo. Marcianvs. Qui [f] hæreditatē accepit vel legatum, cogitur quem iuſſus eſt proprium ſeruum manumittere, etiamſi ſit vtilis, vel dignus ſupplicio.

Right margin: l.33. in pr. — §.1. — §.2. — l.34. in pr. — §.1. — §. vlt. — l.35.

Left margin: † [illegible] — Præterea eſt thema.

a Quando filius rogatur à patre ſeruum patris ſui manumittere, tunc poteſt filius eius qui reliquit libertatem habere contra tabulas, & hunc liberto operas imponere: hæc enim iura erant ei competitura, ſi directa à patre eius fuiſſet ſeruo relicta libertas. Nam vt Patroni filius, & habet contra tabulas, & exigit operas.

b Si ſub conditione relicta fuit libertas & non ipſe ſeruus impediat ne impleatur conditio, locus eſt Rubriano Senatuſconſulto: nec refert an in dando an in faciendo conſiſtat conditio, an ex caſu pendeat. Ius autem patronatus perdit hæres, ſi ipſe impediat ne impleatur conditio, etiamſi eſt filius eius qui reliquit libertatem, licet alio iure eſt habiturus libertum. nam hic quoq; aliquam pœnam patitur, vt qui non amplius vocetur vt patronus ſed vt filius patroni. Si enim aut de ſeruitute contra libertum egerit, aut capitis eum accuſauerit, perdit bonorum poſſeſſionem contra tabulas quæ in eum competebat, quam non perdidiſſet ſi fuiſſet principalis patronus.

c Si ſeruus fuerit cuipiam legatus & fuerit rogatus eum manumittere, & nolit legatum accipere, cogitur actionem legati ei cedere cui velit ſeruus, ne tollatur libertas.

d Cui fideicommiſſaria relicta eſt libertas, non compellitur alii tradi & ab eo manumitti, & habere ipſum patronum, & non eum qui rogatus fuit ipſum manumittere. hoc enim reſpondit Campanus Iuriſconſultus.

e Calpurnio Flacco legatus fuit ſeruus, & rogatus fuit eum manumittere, & ſi non manumiſiſſet, legatus fuit ſeruus Titio, & rogatus fuit Titius eum manumittere. Si autem Titius eum non manumiſiſſet, directa libertas ſeruo fuit relicta. Dicit Sabinus legatum eſſe inutile, & tanquam ex directa libertate ſeruum ſtatim fieri liberum ex ipſo teſtamento.

f Caius Caſſius dicebat, & hæredi & legatario rogatis ſeruum proprium manumittere nonnunquam remitti libertatem, ſi ſerui miniſterium eſſet domino ſuo vtiliſſimum: erat enim forte diſpenſator, vel pædagogus liberorum ſuorum. aut tantum in eum peccauit, vt non deberet ei dari venia peccatorum. ſed non fuit recepta Caii ſententia: quoniam qui fuerant grauati libertate, poterant hæreditatem vel legatum non admittere & non debere libertatem. Sed cum ſemel admiſerint, debent omnino implere voluntatem defuncti: etiamſi eis non expediat alienare ſeruum propter iam dictas cauſas.

Idem. [a] Infans, furioſus, captiuus, & qui propter religionem, aut cauſam honeſtiorem, aut propriam calamitatem, aut capitis famæve l.36. in pr.

peri-

periculum, non poteſt manumittere, non continetur Senatuſconſulto. nec qui tutorem non habet, aut qui habet eum qui in aliquod horum incidit. Quod ſi etiam diſtulit tutor, libertum non perdit pupillus. ſolus autem lege continetur, qui certa lege aut conditione debet libertatem. Dicit autem Senatuſconſultum, ſi iuſta ex cauſa abſit qui debet liberta-
§. 1. tem, eam dari, & fieri eius libertum. ¶ Qui [b] habet procuratorem, ex
§. vlt. iuſta cauſa abeſſe videtur. ¶ Ei [c] qui de libertate quę certa lege datur aut ſub conditione, ius dicit, quilibet ſubiicitur, etiamſi habeat priuilegium,
l. 37. etiamſi ſit ciuitas, ſiue corpus vel fiſcus vel dignitas. VLPIANVS. Quæ [d] ſine conditione data eſt actori libertas, ne differatur propterea quod is rationes adminiſtrarit, ſtatim tamen detur iudex ad ineundam computationem, reliqua.

a Neque infantes, nec furioſi, nec captiui, neque qui propter aliquam religionem, aut hac honeſtiorem cauſam, neq; qui propter aliquam calamitatem, aut maximam rem familiarem, aut capitis famæve periculum, aut propter aliam his ſimilem cauſam impediant libertatem, continentur Senatuſconſulto Rubriano. Hi ergo omnes non excidunt à iure patroni. Sed neque quod tutorem non habeat pupillus, aut is ſit tutor qui incidit in vnam ex dictis cauſis, ſed neq; ſi tutores data opera ſui poteſtatem non faciunt, facit pupillos à iure patroni excidere. Eſt enim abſurdum, ex iis quæ faciunt tutores qui forte ſoluendo non ſunt, pupillos damno affici. Hoc Senatuſconſultum illos ſolos continet qui debent fideicommiſſariam libertatem. In his ergo omnibus caſibus locus eſt Senatuſconſulto Daſumiano, & per hoc ſubuenitur ſeruis quibus data eſt libertas, quo caueatur vt ſi quis abſit ex iuſta cauſa, nec ſeruorum libertas impediatur, neque libertum amittat qui abeſt ex iuſta cauſa. In omnibus ergo his prædictis paulo ante caſibus, etiamſi non ſit locus Senatuſconſulto Rubriano, tamen ex Daſumiano & competit libertas, & libertum non amittit, qui ab vna ex dictis cauſis impeditur manumittere.

b Si qui abeſt defenditur à ſuo procuratore, creditur ex iuſta cauſa abeſſe, & ideo non perdit libertum: etiamſi eo abſente ſeruus fuerit manumiſſus.

c Neque priuilegium aut ciuitatis, aut corporis, aut ordinis, aut officii impedit Prætorem ne ſe interponat in libertate ſeruorum: ſed cuiuſcunque conditionis ſit qui debet libertatem, Prætor citra vllum impedimentum ſe interponit in libertate ſeruorum.

d Si ſeruo pure data ſit libertas fideicommiſſaria, dicatur autem is adminiſtraſſe rationes defuncti, non impedit libertatem quod debeat ſeruus reddere rationem adminiſtrationis: hoc enim Diuus Marcus conſtituit. Sed oportet incontinenti dari arbitrum, qui debet inire computationē. Conſtitutionis enim Marci ſic habet decretum: Æquius videtur Trophimo fideicommiſſariam præſtari libertatem, quæ non eſt ſub conditione reddendarum rationum: neque enim eſt humanum vt propter pecuniarum quæſtionum fiat mora libertati. Quare libere reddi oportet rationes, † arbitro ſtatim dato à Prætore, apud quem rationem adminiſtrationis oportet ſeruum bona fide reddere. Hæc quidem habet conſtitutio. Sed an ſolum debeat ſeruus rationes reddere, an etiam reliqua ſoluere, nihil adiecit conſtitutio, & nec exiſtimo ſeruum cogi reddere reliqua. Nam de iis quæ gerit in ſeruitute, poſt libertatem conueniri non poteſt. Breuia plane ſuarum rationum, & ſi quas res vel pecunias ex his detinet, debet per Prætorem cogi reſtituere. Debet autem de omnibus quæ ſcit hæredem inſtruere.

† ἔθει παρεσκευάζοντες χρὴ τῆς λόγης. puto legendum ἔθει παρασκευάζε- σθαι χρὴ τὴν ἐλευθερίαν.

l. 38. PAVLVS. [a] In imperfecto teſtamento libertatem & legata alumnæ meæ reliqui. Si ab inteſtato acta fuerint quæ ſunt in teſtamen-
l. 39. to, ea quoque competunt. IDEM. [b] Si tuum ſeruum exiſtimo eſſe meum, & iuſſero hæredi meo eum manumittere, debet eum emere & manumittere. [differt enim libertas à fideicommiſſo.] [c] Crede mihi Zoile, gratiam tibi referet filius meus, & tibi & tuis filiis. Si iſti ſunt ſerui,
l. 40. in pr. debetur eis libertas. IDEM. Si [d] ancillam quam donaui filiæ meæ naturali, ei legauero, & iuſſero manumittere: ſi nihil aliud accepit ab hę-
§. 1. rede, non cogitur manumittere. ¶ [e] Quem tibi legaui, iuſſi neque à te neque à tuo hærede manumitti, poſſum ego eum manumittere.
l. 41. in pr. SCÆVOLA. [f] Maria ancilla mea, cum decem annos hæredi meo ſeruierit, ſit liberta mea. & ſi hæres eam nō manumiſerit, peruenit ad liber-
§. 1. tatem. ¶ [g] Rogaui filium meum vt quoſdam ſeruos manumittat, poſt-

Digitized by Google

quam exoluerit debita. ſi ea dare differat propter libertates, cogitur manumittere. ¶ Cum [h] filiis meis dediſſem tutorem, rogaui eum vt ſeruos §. 2.
ſuos manumitteret: vſus eſt excuſatione. Hæredes mei dant libertates.

a In teſtamento imperfecto ſuæ alumnæ & libertatem & fideicommiſſa reliquit quiſpiam, cũ omnia quæ in hoc imperfecto teſtamento ſcripta erãt, veluti ab inteſtato geſta eſſent, quæſiit Imperator, nunquid libertas quoque tanquam ex fideicommiſſo debet alumnæ competere? & interlocutus eſt, Etſi nihil dixerit iis qui veniunt ab inteſtato, is qui imperfectum reliquit teſtamentum, oportet filios pietatis curam gerentes, manumittere ancillam, quam pater eius dilexit. Pronunciauit igitur recte eam manumiſſam, & ideo dixit etiam relicta fideicommiſſa ei eſſe præſtanda.

b Si quis alienum ſeruum, tanquam exiſtimans eum eſſe proprium, rogauerit manumitti ab vno ex hæredibus, cogitur is qui eſt rogatus, emere & eum manumittere. Neque enim ſicut fideicommiſſa lædit proprii opinio, ita etiam fideicommiſſariam libertatem lædit, quod teſtator exiſtimauerit alienum ſeruum eſſe proptium.

† περὶ τ̃ οἰκέτου αὐτ̃ ζώλου χαιρόμενον, legit Heruetius ἀγρυμαιον.

c Quidam teſtans † ſeruo ſuo qui dicebatur Zoïlus, ſic dixit, Crede mihi Zoile, gratias tibi referet filius meus Martialus, & tibi & tuis filiis. Dicit Paulus eis perfectam relictam eſſe libertatem. Voluit enim defunctus bene fieri Zoilo, & perſonis ei coniunctis. nihil autem tam gratum eis eſſe reputatur quam libertas. Et ideo Præſes prouinciæ ſequens voluntatem defuncti, exigit vt eis præſtetur libertas.

d Habens quidam Septitiam filiam naturalem, donauit ei Concordiam ſuam ancillam. Idem autem in ſuo teſtamento eandem ancillam legauit filiæ ſuæ, & quibuſdam aliis vt ipſa manumitteretur. Quæro, an defuncti filia naturalis cogatur hanc ancillam manumittere. Reſpondet ergo Paulus, Si in vita patris donata fuit ancilla filiæ naturali, & non agnouit filia vltimam voluntatem patris in aliis quæ ſibi ab eo legata ſunt, non cogitur propriam ancillam manumittere quæ ex dono facta eſt eius, vt quæ nullum accipiat lucrum ex teſtamento patris ſui.

e Lucius Titius legauit ſeruum Mæuio, & petiit vt neque ab eo neque ab eius hærede manumitteretur. Dicit Paulus, poſſe hunc teſtatorem pœnitentia ductum hunc ſeruum poſtea manumittere. neque enim ſibi legem impoſuit, ſed legatario.

f Quidam ita dixit in ſuo teſtamento, Thais ancilla mea, cum hæredi meo ſeruierit annis decem, volo ſit liberta mea. Cum dixerit teſtator eam eſſe ſuam libertam, & hæres [hoc] facere non poſſit, neque directe aut pure data ſit libertas, num poſtquam ſeruiit decem annos, remanet ſerua Thais? Reſpondet Scæuola, nihil proponi quod impediat libertatem.

† τιμήσωσι.

g Sic dixit quiſpiam, Rogo te fili Mæui chariſſime vt ſi Stichus & Damas & Pamphilus ſe † honorauerint, & ab omni debito ſis liberatus, ne alicuius alterius experiantur ſeruitutem. Quæro ſi hæres impedierit ne ſoluat quæ debet, an ſeruis competat libertas ex fideicommiſſo. Reſpondet Scæuola. Non oportet quidem imputare hæredi, ſi propter commoditatem rerum ſuarum adminiſtrationis, tardius ſoluit quæ debuit. Sed ſi aperte ideo ſtuduit debitum non ſoluere, vt libertati ſeruorum mora fieret, & hoc probatum fuerit, † repræſentandas eſſe ſeruis libertates.

† Cogi ipſum repræſentare, ἀναγκάζεσθαι αὐτ̃ ἐμπαρισίκειν.

h Quidam cum dediſſet tutorem ſuis filiis in teſtamento, rogauit eum proprios ſeruos manumittere. Ille autem vſus eſt excuſatione tutelæ. Quæro an debeant his ſeruis præſtare libertatem qui loco excuſatorum tutorum impuberis gerunt tutelam. Dicit Scæuola, quod ab hæredibus creduntur dari libertates, hoc eſt, ab ipſis impuberibus. [Recto] ab eorum ergo tutoribus exigitur vt ſeruos manumittant.

¶ Si [a] autem legato accepto in auro, & notario Petro vt manumit- §. 3.
tat, is vſus ſit excuſatione, cogitur manumittere. ¶ [b] Rogo ſuauiſſima §. 4.
ſoror mea, vt tu commendatos habeas Petrum & Paulum actores meos, quos non manumiſi donec rationes reddiderint. Quod ſi tibi placuerint, oſtendi tibi animum meum. Si illi parati ſint reddere rationes, etiamſi hæredi non placeat, fiunt liberi. ¶ [c] Rogaui hæredem meum, vt §. 5.
Pamphilam Mariæ ancillam emeret & manumitteret. æſtimata fuit ancilla: id quod ex ea natum eſt antequam daretur pretium, erit Mariæ. Sed ſi moram fecit hæres, id quoque quod natum eſt, cogitur emere &
[d] manumittere. ¶ [e] Medicos meos illum & illum tibi commendo: & §. 6.
in tua poteſtate erit, ſi velis, eos bonos libertos & medicos habere. Ego enim veritus ſum eos manumittere, ne mihi idem accidat quod ſorori meæ, quam Medici ab ea manumiſſi, poſtquam ſalaria acceperunt, reliquerunt. ¶ Qui [f] iuſſus fuerat manumitti ſi dederit rationes, damna quę §. 7.
caſu contigerunt, ab eo non exiguntur. ¶ Quod ſi etiam peculium ei §. 8.
fuerit

§.9. fuerit relictum, non doducuntur quæ debebat teſtatori: ¶ niſi quæ ex re-
liquis conuertit in peculium.

a Sic dixit quiſpiam. Scio auri libras tres, & Stichum notarium meum, quem exiſtimo manumiſſurum Seium, dari volo. Hic autem Seius in eodem teſtamento tutor datus, vſus eſt excuſatione, quo factum eſt vt ipſe à legato excideret. Reſpondit Scæuola, libertatem deberi.

b Quidam cum ſororem ſuam ſcripſiſſet hæredem, ſic ei dixit: Volo & rogo ſuauiſſima ſoror mea, vt Stichum & Damam actores meos habeas commendatos, quos ego non manumiſi donec reddiderint rationes. Quod ſi tibi placeant, indicaui tibi animum meum. Hæc cum dixerit teſtamentum, quæro an cum hi actores parati ſint reddere rationem adminiſtrationis, hæres nolit eos manumittere, dicens non ſibi placere, an hæres ſit audienda. Dicit Scæuola, nos non ſpectare an ſerui hæredi diſplicuerint: ſed ſi bono viro placere poſſit vt ipſi manumittantur, omnino eos fieri liberos.

c Lucia Titia petiit à ſuis hæredibus, vt Pamphilam Seiæ ancillam cum ſuis filiis emerent & manumitterent. Iuridico æſtimante quanti eſſent emendi, accidit vt ipſa pareret priuſquam pro ea ſolueretur pretium. Quæro id quod ex ea natum eſt pertineat ne ad Seiæ hæredes, an ad hæredes Titiæ. Dicit Scæuola, id quod natum eſt, illius eſſe cuius erat Pamphila quando peperit. Verum ſi hæres moram fecerit libertati fideicommiſſariæ, compelli eum etiam quod ex Pamphila natum eſt manumittere.

d ENANT. Lege librum 28 tit 16. conſt. 1. thema 2.

e Lucius Titius ſic dixit in ſuo teſtamento: Medicos meos illum & illum tibi commendo. Tui autem erit iudicii, ſi velis eos bonos medicos & libertos habere. Si autem ego eos manumiſiſſem, veritus ſum quod ſorori meæ chariſſimæ fecerunt Medici, & ſerui manumiſſi ab ea. Salario enim eius accepto eam reliquerunt. Hæc ergo cum dixerit teſtator, quæro an fideicommiſſa libertas ſupraſcriptis ſeruis poteſt competere. Dicit Scæuola, quod noluit teſtator ſuos hæredes inuitos cogi hos ſeruos manumittere ſed rem pendêre voluit ab eorum arbitriô.

f Titius Sticho ſeruo ſuo reliquit libertatem, ſi ſuas dederit rationes. Quæro an ſic debeat ſerui putari ratio, vt quæ caſu contigerunt, ad reliqua eius computentur. Dicit Scæuola. quod ſi domini quidem voluntate adminiſtrauit, damna quæ caſu acciderunt, non pertinent ad ſeruum, neque in eius reliqua computantur. Item illud quæro, cum ſeruus omne peculium ſuum dare iuſſus ſit vt manumittatur, an ita peculium computatur, nempe id quod ſupereſt poſt [omnia] ea quæ domino debentur ex quaq; cauſa. Reſpondit Scæuola. Quando propter libertatem totum ſuum peculium iubetur dare ſeruus, non oportet deducere ex peculio quæ debentur domino. Rurſus illud quæro, an ſi ex quo reliquatus eſt ſeruus, aliqua conſumpſit in ſuum peculium, an ea deduci debeãt ex peculio. Et reſpondit, ſi ex cauſa quæ eſt propoſita quædam conuerſa ſunt in peculium, & ſoluta nomine reliquorum, tunc ſatisfit conditioni, ſi id quod eſt in reliquis, ſolutum ſit ex peculio.

§.10. ¶ [a] Petrus cum filius meus annum ſextumdecimum impleuerit, datis
rationibus eſto liber. Tutores filii mei, cum à ſeruo meo exegiſſent ra-
tiones, ei quoque aliam commiſerunt exactionem, quam exegit. Filius
deceſſit ante annum ſextumdecimum, mater ei hæres extitit. A Petro ex-
igitur vt reddat rationem totius ſuæ adminiſtrationis: & dans quæ de-
bere videbatur, fit liber. quo tempore ſi vixiſſet filius ſedecim annos, red-
§.11. dendarum rationum impleſſet conditionem. ¶ [b] Ea etiam quæ ſuffura-
tus eſt ſeruus, & quæ quomodocunque ad eius fidem aut actum refe-
§.12. runtur, continentur. ¶ Si [c] autem conditioni reddendarum rationum
certum quoque tempus adiectum fuerit, qui definito tempore non red-
didit rationes, non fit liber: etiamſi ſit poſtea paratus reddere rationes.
§.13. ¶ Si [d] cum filius meus fuerit ſedecim annos natus, iuſſero Petrum eſſe li-
berum redditis rationibus, videor iubere eum eo vſque permanere in
§.14. ſua adminiſtratione, quam prius habebat. ¶ [e] Petrus dans hæredibus
meis decem [nummos,] liber eſto. ſi vnus abſtinuerit, alius totum acci-
piens manumittit.

a Quidam ſic reliquit libertatem. Cupitum ſeruum meum cum Martianus filius meus ſedecim annos impleuerit, rationibus ab eo redditis liberum eſſe volo. Poſt mortem teſtatoris, tutores filii permiſerunt ſeruos facere quandam exactionem. Is autem nummos exactos expendit ipſis tutoribus. Poſtea Martianus filius teſtatoris deceſſit matre exiſtente hærede. Ipſa autem egit aduerſus tutores filii ſui: & fuere ei condemnati. Cupitus autem ſeruus ad libertatem proclamauit eo tempore, quo ſi viueret Martianus, annum ætatis ageret ſextumdecimum: & offerebat matri pupilli rationes vnius anni antę mortem teſtatoris: quoniam aliorum annorum rationes erãt ſubſcriptæ. Et

quæſitum eſt an illas rationes quas tutores periculo ſuo tractarunt cogatur reddere Cupitus. Reſpondet Scæuola, hunc Cupitum de quo eſt quæſtio, ita videri impleſſe conditionẽ reddendarum rationum, ſi omnia reddiderit quæ ex iis quæ adminiſtrauit debuit reddere. Nam alteram conditionem quod fuerit ſedecim annorum filius teſtatoris, humana interpretatione ſic debemus accipere, vt etiamſi impubes deceſſerit Martianus, expectemus tempus in quo ſi vixiſſet, impleſſet ſedecim annos.

b Quidam habens Stichum & Damam ſeruos, dixit eis: Si rationes reddideritis, liberi eſtote. Et quæſitum eſt, an eorum ſolum quę adminiſtrarunt debent rationes reddere, an etiam ſi qua alia eorum conſilio & fraude amota ſunt, debent etiam ea præſtare, vt ſic veniant ad libertatem. Dicit Scæuola quod omnia quæ quocunque genere ad adminiſtrationem & fidem ſerui reſpiciunt, oportet eos implere vt ſic fiant liberi.

c Certum tempus præſtituit teſtator, quo debent eius ſerui reddere rationes & eſſe liberi. Illi autem pręſtituto quidem tempore non dederunt rationes, poſtea autem ſunt parati reddere rationes. Quæro an conſequantur libertatem. Dicit Scæuola, quod ſi per eos ſtetit quo minus intra tempus conſtitutum impleretur conditio reddendarum rationum, non ideo ipſi fiũt liberi quod poſtea ſint parati reddere rationes.

d Sic dixit quidam, Rogo & hæredum meorum fidei committo, cum filius meus ſedecim annos impleuerit, Stichum rationibus redditis manumittant. Quæro an per ea quæ ipſi dixit teſtator, voluit Stichum, quandiu fuerit filius eius impubes permanere in eadem adminiſtratione. Dicit Scæuola manifeſtum eſſe ex his verbis, voluiſſe teſtatorem rationes reddi à Sticho actus etiam ab eo geſti poſt mortem eius: & tunc eum manumitti.

e Sic dixit quidam faciens teſtamentum, Stichus ſeruus meus iubeo vt det & præſtet filiæ & vxori meæ meis hæredibus ſine vlla controuerſia tot aureos & vt eum manumittant, fidei eorum committo. Sed eius vxor abſtinuit ab hæreditate. Quæro vtrum duabus debet præſtare dictam à teſtatore quantitatem, an ſoli eius filiæ. Reſpondet Scæuola, ſoli filiæ quæ ex toto eſt hæres, omnem dari quantitatem.

¶ Si [a] ſeruis reliquero libertatem, vt poſt octo annos eam accipiant, ex §.15
quo factum eſt teſtamentum numeratur tempus: niſi aliquid aliud intellexi. ¶ Si [b] filia mea in familia mea nupſerit, ille liber eſto, ei reddens §.16
rationem de rebus quas adminiſtrauit. Filia deceſſit impubes. Seruus rerum eius nihil adminiſtrauit: ſed & patris res ceſſauit adminiſtrare, cum hæres fuiſſet ſubſtitutus. Seruus erit liber, quando puella XII. annos implere potuiſſet. ¶ Iuſſus rationes reddere & liber eſſe, reddens rationes fit §.vlt.
liber, licet aliqui ex iis quibus ipſe crediderat, non eſſent ſoluendo. MARTIANVS. Si [d] & inſtitutus & ſubſtitutus antequam hæreditatem l.42
adierint, deceſſerint: ſi miles quidem erat teſtator, & ſubſtitutiones & libertates debentur. Si autem paganus: ſolæ libertates. PAVLVS. l.43
[e] Si vinxero ſeruum cui reliqui libertatem, ea non dabitur. POMPONIVS. l.44
[f] De libertate quæ certa lege datur aut ſub conditione, etiam ſeruus recte agit in dominum. VLPIANVS. [g] Si rogauero debitorem l.45.in pr.
meum, quam mihi pignori dedit ancillam manumittere, ſi hæredi meo oppoſuerit doli præſcriptionem, vel alias meam approbarit voluntatem, ancilla fit libera, etiamſi eius pretium ſit amplius quam quod debetur.

a Si quis cum ſuum filium hæredem ex toto inſtituiſſet, ſeruis ſuis dedit libertatem, dicens, December diſpenſator meus & Seuerus villicus, & Victoria villica Seueri coniux, in annos octo liberi ſint quos miniſtrare volo filio meo. A te autẽ peto fili mi chariſſime, vt Decembrẽ & Seuerũ cõmendatos habeas: quos ideo pure nõ manumiſi, vt fide dignũ haberes miniſteriũ, quos ſpero te & fideles libertos habiturum. Quæro ſi eo tempore quo fiebat teſtamentum, filius teſtatoris erat nouem menſium, ipſe autem teſtator poſt biennium & menſes ſex à teſtamento deceſſerit, vtrum octo annos quos iuſſi ſunt hi ſerui ſeruire, à tempore teſtamenti numeramus, an à morte teſtatoris. Reſpondet teſtator, Octo annos in quos diſtulit libertatem, voluit numerari à tempore teſtamenti niſi aliquid aliud voluiſſe teſtatorem euidenter probetur.

† [illegible]

b Sic dixit quiſpiam, Spendophorus ſeruus meus, cum filia mea nupſerit, ſi ſuas rationes fideliter adminiſtratas filiæ meæ reddiderit, liber eſto. Sed ipſa teſtatoris filia pubes deceſſit viuo patre, & qui erat eius ſubſtitutus Seius, fuit hæres defuncto. Quæro cum rationes teſtatoris filiæ Spendophorus nõ adminiſtrauerit, ſed etiam viuo patre deſierit filiæ rationes adminiſtrare quod ipſa deceſſerit, ſi autem vixiſſet filia, fuiſſet plus quam duodecim annos nata, an ex hoc teſtamento liber

Digitized by Google

liber fiat Spendophorus. Reſpondet Scæuola. Si non adminiſtrauit rationes quas debebat reddere hæredi filiæ teſtatoris, eum fieri liberum.

c Si dixit quiſpiam, Stichum rationibus ab eo redditis manumitti volo. Hic Stichus cum eſſet arcarius, probante domino fœnori dedit pecunias, & habet rationes ſcriptas a domino ſuo, & poſt ſubſcriptionem domini nihil eſt fœneratus. Quæro an ſi non ſoluendo inuenti ſint debitores, ad quorum exactionem aliqui alii ſerui ſunt deputati, an non videatur Stichus impleſſe conditionẽ. Dicit Scæuola, Non pertinet ad onus reddendarum rationum, quod ſoluendo non ſint debitores, hoc eſt, ex hoc ſeruus non venit in periculum.

d Imperator noſter Antoninus Pius, vt militum ſuorum ratæ eſſent ſupremæ voluntates, cum inueniſſet inſtitutum & ſubſtitutum hæredes deceſſiſſe ante aditionem, iuſſit ſeruos quibus libertas relicta fuerat à milite, & vniuerſale fideicommiſſum totius hæreditatis, ab vtroque herede perinde liberos & hæredes fieri militi, ac ſi directe ſcripti eſſent hæredes cum libertate. Quando autem inuenitur paganus qui hoc modo eſt teſtatus, & reliquit libertatem & vniuerſale fideicommiſſum ſeruo ab inſtituto & ſubſtituto: ſi cõtigerit vtroſque decedere ante aditionem, exiſtimauit ſufficere ſeruis ſi eis competeret libertas.

e Si teſtator qui vixit poſt factum teſtamentum, ſeruum vinxerit, cui libertatem dedit fideicõmiſſariam, non amplius ei debetur libertas.

f Quiuis ſeruus cui debetur libertas, de ipſa recte in iudicio contendit aduerſus dominum.

g Si creditor teſtatus rogauerit ſuum debitorem, vt ancillam quam ei dedit pignori manumittat, recte fuit ei relicta libertas fideicommiſſaria. Quid enim intereſt, an creditor roget ſuum debitorem alicui dare certam quantitatem, an ancillæ libertatem? & ſiue ancilla eſt debito pretioſior, ſiue minoris pretii quam debitum, cogitur debitor qui ſemel agnouit creditoris voluntatem, vt ſi ab hærede creditoris conuentus de debito, vſus eſt exceptione, aut aliquo alio modo ſuam oſtendit voluntatem, vt cui placeret quod volebat creditor. Nam ſi hæres creditoris ab eo petat ancillam oppigneratam, doli exceptione vti poteſt debitor in id quod eius intereſt ancillam ſuam fuiſſe manumiſſam.

§.1. ¶ [a] Etiamſi modicum quis legatum acceperit, neceſſe habet ſeruum
§.2. proprium quem rogatus fuit manumittere. ¶ Is [b] cui debetur libertas, donec fuerit manumiſſus, eſt ſeruus, & maxime ſi nullam moram præ-
l.46. ſtiterit. Legari ergo poteſt, ſed cum cauſa propria. IDEM. [c] Fidei tuæ
§.2. committo, ſi volueris, Petrus manumittatur. ¶ Si voluerit Paulus, Petrus ſit liber. hæc omnia ſunt libertates ſub conditione. Quemadmo-
§.3. dum illud, Si ille in Capitolium aſcenderit: hoc vero, ¶ Si hæres voluerit, eſt inutile. Sed ſi tanquam boni viri eius arbitrio permiſit, debetur perinde ac ſi dixerit, Rogo te vt manumittas ſi meã cõprobes voluntatẽ, & ſi ſeruus tibi viſus ſit dignus, vel ſi te non offenderit: vel ſi non reprobaueris, aut dignum putaueris: hæc enim conferuntur in arbitrium bo-
§.4. ni viri. ¶ Quando autem debeat manumittere, poteſt conferri in arbi-
§.vlt. trium hæredis. ¶ [d] Tres ſeruos tibi legaui, & duos iuſſi fide hæredis
l.47. §.1. manumitti. Si eos petas, repelleris doli exceptione. IVLIANVS. Si [e] ſeruum alienum aut communem, aut cuius ſolam habeo proprieta- Præterea eſt l. the. huius conſtit.
§.2. tem, iuſſero tibi manumittere, & latites, datur libertas. ¶ [f] Liber eſſe iuſſus es. ſi reddideris rationes, abeſt hæres: ſi ex iuſta quidem cauſa, eligitur aliquis vt apud eum rationes reddas, & quæ ex eis colligentur, deponantur, [&] liber pronunciaberis. Sin autem ex non iuſta cauſa, ſic quoq; fies liber, vt qui conditionem minime impedias.

a Etiamſi minimum legatum acceperit is qui eſt grauatus onere dandæ libertatis, neceſſe habet ſeruum ſuum omnino manumittere, ſi hoc rogauit qui ipſum legauit. Pecuniarium autem fideicommiſſum ſi donetur, iniuriam magis facit libertati, quam fideicommiſſario. Sed eſt multo inſtius eum qui agnouit voluntatem teſtatoris grauari, & non perimi libertatem.

b Quando libertas ſeruo vel ancillæ relicta fuit, donec manumittatur, eſt in ſtatu ſeruili. & ſi nullam quidem libertati moram fecit qui eam debet, de ſtatu eorum nihil mutatur, & ideo interim poteſt recte legari. ſed cum ſua conditione, hoc eſt, quod dicitur cauſa.

c Fideicommiſſaria libertas hoc quoque modo recte relinquitur, Fidei tuæ committo, ô hæres, vt ſi volueris Stichum manumittas: licet nihil aliud valere poteſt ex iis quæ ſcribuntur in teſtamento quod dependet ex voluntate ſeu nutu teſtatoris. Poteſt autem ſic quoq; relinqui libertas, Si Stichus voluerit, eſto liber. Sed & ſi quis ſic dixerit, Si Seius voluerit, Stichum liberum eſſe volo, videtur mihi ſic quoque valere libertas: quia quæ ſunt eiuſmodi ſunt potius conditio, quemadmodum ſi mihi legatum eſſet, Si Titius Capitolium aſcenderit. Sed ſi ſic reliquit libertatem, Si vo-

lucerit hæres meus non valet. Ita demum autem non valet, ſi, teſtator totum fecit voluntatis hæredis illud, Si placuerit ei vt ſeruus manumittatur. Cæterum ſi illi tanquam viro bono dederit arbitrium libertatis, non dubito eam valere. Nam & hanc libertatem valere placuit, Si tibi videatur ô hæres, rogo vt manumittas. Nam hæc quoque verba ſic intelligimus, Si tanquam viro bono tibi placuerit. Nam & ſi ſic relicta ſit libertas, Si voluntatem meam probaueris, hunc manumitte puto eã deberi, quemadmodum quando dico, Si te obſeruarit ſeruus tanquam virum bonum, aut Si te non offenderit tanquam virum bonum, vel ſi comprobaueris, vel ſi non reprobaueris, vel ſi ſeruum dignum libertate putaueris. Nam & ſi [græcis verbis] quis ſic reliquerit libertatẽ ſeruo ſuo, Si cõprobaueris, libertatẽ dari volo, reſcripſit diuus Seuerus exigi libertatem. Quanuis autem in hæredis arbitrium conferri an deberetur non poſſit, quando tamẽ debeatur poteſt pendere ab hærede.

d Quidam cum tres ſeruos legaſſet, hæredis ſui fidei commiſit, vt ex his duos quos vellet manumitteret, & placuit valere libertatem, vt ex his tribus quos velit hæres manumittat. Vnde etiã ſi venerit legatarius vẽdicans illos ſeruos quos hæres vult manumittere, repelletur doli exceptione.

e Si hæres ſeruum alienum rogatus manumittere, aut communem, aut illum in quo hæres habet vſumfructum, latitat: merito Senatus ſuccurrit libertatibus, iubens eas valere.

f Si Sticho ex fideicommiſſo relicta ſit libertas ſub conditione, Si rationes reddiderit, & is abſente hærede paratus ſit reddere quæ ſunt reliqua: eſt officium Prætoris vt virum bonum eligat, vt eius arbitrio examinentur rationes. & quæ ex redditis rationibus colligentur pecuniæ, deponantur: & tunc pronunciet libertatem ex fideicommiſſo deberi. Hæc autem fieri oportet quando hæres abeſt ex iuſta cauſa. Nam ſi ſine cauſa latitat, ſatis erit probatum eſſe Prætori ſeruum non impedire quo minus impleat conditionem, & Prætor pronunciet eum eſſe liberum.

¶ [a] Qui fuit tibi legatus, & ſub conditione liber eſſe iuſſus, non aliter tibi datur, quam ſi caueris quod poſt conditionem eum reddes vt manumittatur. §.5.
¶ [b] Libertatem aliquibus ſine ſcriptis relictam §.vlt.
dat hæres ab inteſtato. IDEM. Si [c] tibi ſeruum legauero vt manu- l.48.
mittas, non alias eum accipies quam ſi caueris te eum eſſe manumiſſurum. AFRICANVS. [d] Si qui eſt rogatus manumittere, latitet, l.49
eius qui rogauit libertus fit ſeruus. Sin autem cum duo eſſent hæredes, vnus rogatus ſit & latitet, peruenit quidem ſeruus ad libertatem: ab eo autem qui latitabat, petit hæres partem pretii per actionem quæ diuidit familiam. MARCIANVS. [e] Seruum legaui, quem in poſteriore l.50.
ſcriptura manumiſi, valet libertas. Idem etiam ſi prius ſcripta fuit libertas, & eſt dubium an teſtator velit adimere libertatem. IDEM. [f] Etiam l.51.in pr.
eius hæredes qui rogatus eſt manumittere, manumittunt, & fiſcus, ſi bona acceperit tanquam domino carentia. ¶ Quod ſi etiam non poſſim a- §.1.
liquid ex rebus meis alienare, à me tamen petitur quam debeo libertas.
¶ Si [g] aurum tibi legauero, vt Petrum emas & manumittas: ſi is non ven- §.2.
ditur, legatum lucrifacis. ¶ Cui debetur libertas in diem vel ſub condi- §.3.
tione, eſt definitus, & non tranſit ad alium per quem impeditur libertas, aut patroni iura ei fiant grauiora.

a Seruus eſt alicui legatus, ſub conditione autem libertas ei relicta eſt ab hærede. Seruus non aliter traditur legatario quam ſi cauerit exiſtente conditione libertatis, ſe rurſus traditurũ eum hæredi qui debet eum manumittere.

b Mulier ſi cum in extrema eſſet valetudine, præſentibus honeſtis viris compluribus & præſente quoque matrẽ ſua, quæ ſucceſſura ei erat ab inteſtato, ſic dixit: Mæuiam & Seiam ancillas meas liberas eſſe volo & inteſtata deceſſit. Quæro ſi mater non admiſiſſet eius hæreditatem ab inteſtato, ſed ex eius repudiatione ad proximum poſt eam cognatum delata fuiſſet hæreditas, an ſic quoque debeatur libertas. Et reſpondit Iulianus eam deberi. Nam quæ in extremis dixit, Ancillas meas illam & illam liberas eſſe volo, videtur petere ab omnibus ſuis hæredibus & bonorum poſſeſſoribus.

c Si quis teſtans dixerit, Stichũ Titiæ lego, aut Hæres meus Stichũ Titio dato ita, vt eum Titius manumittat, petenti legatario vt hunc ſeruum accipiat, opponitur doli exceptio, donec dederit cautionem, quod ſecundum defuncti voluntatem ſit Stichum ſeruum manumiſſurus.

d Quando qui eſt rogatus ſeruum manumittere, latitat, ſeruum Orcinum fieri libertum reſpondit Iulianus, nobis minime diſſentientibus. † ſiue eſt legatarius qui iuſſus eſt manumittere & latitat, ſiue hæres. Sed & ſi non omnes ſuos hæredes, ſed quoſdã ex eis iuſſit teſtator manumittere, & latitant. Orcinus libertus rurſus fit ſeruus. Reliqui autem hæredes qui nõ ſunt grauati onere imponendæ libertatis, aduerſus eos qui ſe abſconderunt vtilem habent actionem, vt petant pretium

† Sic infr. hoc ti. §. 14. & in [illegible]

tium

tium partis ſeruorum, quos oportet ipſos ab eis emere, aut familiæ herciſcundæ: quoniam propterea quod illi latitarunt, ſerui fuerunt manumiſſi, & hæredes eorum pretii damnum acceperunt.

e Si ſeruo legato relicta ſit libertas fideicommiſſaria, valet poſtrema voluntas teſtatoris. Siue ergo primum eſt legatum, ſecunda autem libertas, legatum eſt inualidum: quoniam propterea quod ſeruum manumittit, videtur legatum adimere. Siue prima eſt libertas, legatum autem ſecundum, videtur libertas adimi legato. Sed ſi ſit incertum an teſtator voluit adimere libertatem, libertas omnino præualet. Hoc enim & Iulianus dixit, & mihi Africano placet.

f Non is ſolus qui eſt grauatus libertate, ſeu qui rogatus eſt ſeruum manumittere: poteſt ipſum manumittere, ſed etiam eius ſucceſſores, ſiue emptione, ſiue quouis alio modo ſucceſſerunt ei qui rogatus fuit manumittere. Sed & ſi nullus eius extiterit ſucceſſor, fiſcus ei ſuccedẽs, præſtat libertatem. Qui autem fuit grauatus libertate, eo etiam tempore quo prohibetur alienare, poteſt ſeruum manumittere cui debet libertatem.

g Si nummi alicui ſint legati vt alienum ſeruum emat & manumittat, & nolit ſerui dominus eum vendere: recte legatum retinet legatarius ex voluntate defuncti. Qui fideicommiſſaria libertate eſt donatus, liberi quodammodò loco eſt, [ſtatuliberi enim locum obtinet,] & in hoc maxime quod nec ad alium transferri poteſt ab hoc vt aut impediatur eius libertas, aut iura patroni fiant in eum grauiora.

§. 4. & 5. ¶ [a] Siue is qui debet libertatem, ſiue is qui iuſſus eſt proprium ſeruum
lex. manumittere, abeſt iuſta ex cauſa, aut latitat, aut ſi adſit, abeſt à tribunali,
§. 10. & 11. vel non vult manumittere: datur libertas. ¶ Porro autem ab emptore
quoq; petitur vt manumittat: & ab vno ex hæredibus, alio abſente, etiãſi
§. vlt. ſit impubes qui nõ rogatus eſt manumittere. ¶ Si [b] matrimonii cauſa rogatus
ſis ancillam manumittere: manumittis quidem, non cogeris au-
l. 52. tem eam accipere vxorem. VLPIANVS. [c] Si ſeruos quos dedi pignori
rogauero manumitti, iam venditos à creditoribus: niſi ex iuſta
l. 53. in pr. cauſa non poteſt eis ſubueniri. MARCELLVS. A [d] quo tempore
debita fuit libertas, qui naſcuntur ſunt liberi. ea enim eſt quid publi-
§. 1. cum, nec expectare debet eius debitor donec conueniatur. ¶ Quod ſi etiam
ſtudio hæredis nondum debita fuerit libertas, & pepererit: qui naſcuntur
dantur matri vt eos manumittat, & fiant eius liberti. Quos enim
indignus eſt hæres habere ſeruos, ne habebit quidem [e] libertos. MAR-
l. 54. CIANVS. [f] Sed ſi mater nolit accipere, aut cum accepiſſet, natum non
liberauerit: hæres eius cogitur hoc facere.

a Senatuſconſulto quod dicitur Daſumianum, cautum eſt, vt ſi ex iuſta cauſa abſit qui fideicommiſſariam debet libertatem, & hoc pronunciatum fuerit, ſeruo perinde competat libertas, atq; ſi vt oportebat ex cauſa fideicommiſſi eſſet manumiſſus. Abeſſe autem intelligitur is etiam qui verſatur in ciuitate, ſi abſit à tribunali. Quoniam autem Senatus dixit de ſolis hęredibus, adiectum eſt Senatuſconſulto, vt quolibet fideicommiſſariam debente libertatem, ſi quacunque ex cauſa pronunciata fuerit ſententia quæ declarat eum abeſſe: ſeruus perinde fit liber, atq; ſi ex fideicommiſſo manumiſſus eſſet vt oportebat eum manumitti. Altero Senatuſcõſulto quod Articulianum dicitur, cautum eſt, vt præſides prouinciarum cognoſcant de libertatibus fideicommiſſariis, etiamſi non ſint ex ea prouincia qui eas debent. Sed ſi non hæreditarium ſeruum, ſed proprium rogatus fuerit quis manumittere: ex altero Senatuſcõſulto quod dicitur Iunianum, ſeruus manumittitur, ſola pronunciatione declarante: aut ex iuſta cauſa abeſſe eum qui debet libertatem, aut latitare, aut adeſſe quidem, nolle autem eum manumittere. Nam habetur pro abſente, & hoc reſcripſit Diuus Pius. Sed & qui emit eum cui data eſt libertas fideicommiſſaria, cogitur eum manumittere ex eodem Senatuſconſulto. Et qui eſt etiam ex parte hæres, perinde cogitur ſeruum manumittere, atq; ſi fuiſſet ei traditus à ſuo cohærede. Quod quidem admittimus etiamſi ſit impubes hæres qui non rogatus eſt manumittere. Eadem enim reſcripſiſſe de eo diuum Pium dicunt iuriſperiti.

b Si quis rogatus fuerit matrimonii cauſa manumittere ancillam, eam quidem cogitur manumittere: vxorem autem ducere non cogitur.

c Si quis cum ſeruos ſuos dediſſet pignori, eis reliquit libertatem, creditores autem ſeruos ſuos prius vendiderunt, niſi ex iuſta cauſa non ſubuenimus iis ſeruis ad hoc vt ipſi conſequantur libertatem.

d Si quis rogatus ancillam manumittere, ei moram fecerit, & poſt moram pepererit: non ſolum liber naſcitur partus, ſed etiam ingenuus. Sunt autem aliæ quoque conſtitutiones, quæ dicũt ne expectandam quidem eſſe moram, ſed ex quo cœperit deberi libertas, partum naſci ingenuum: & has conſtitutiones magis ſequimur, quoniam libertas non eſt ius priuatum ſed publicum. Oportet enim eum qui debet libertatem fideicommiſſariam, ne expectare quidem donec conueniatur: ſed ex ſe eam præſtare. Sed ſi libertate quidem nondum debita peperit ancilla, ſtudio

Digitized by Google

autem hæredis hoc acciderit, nondum deberi libertatem: forte enim tardius adiit hæreditatem vt ei ſolum ſeruos pareret ancilla: tunc eos qui nati ſunt matri tradi oportet, vt ab ea manumittantur, & liberi potius fiant ſuæ matris. Nam quos indignus eſt hæres ſeruos habere, eos nec libertos quidem debet habere.

e ENANT. lege lib. 38. tit. 16. conſtit 1. them. 2.

f Sed ſi mater poſtquam accepit filium, aut hæres matris non vult eum manumittere, cogitur vel inuita eũ manumittere. Amplius tibi dico, ſi mater nolit [initio] ſibi filiũ tradi, aut etiã deceſſerit antequã tradatur ei filius: ſic quoque cogitur eius hæres filium eius manumittere.

ENANT. lege lib. 38 tit. 16. conſtit. 1. them. 2.

MARCIANVS. [a] Idem etiam ſi deliberante hærede peperit: aut ſi poſtquam ipſa peperit, cognouit ſe eſſe hæredem. Tunc autem ipſe manumittit, non mater. ¶ Quod ſi etiam iam ab hinc relicta eſt libertas, ſic quoq; oportet Prætorem dare matri actionem, vt ipſa accipiat quod natum eſt, & manumittat. Quod ſi etiam vſu dominium fuerit acquiſitum eorum qui fuerunt manumiſſi in teſtamento, eis [b] ſuccurritur. MARCIANVS. [c] Quidam ſcripſit hæredem poſthumum ſuum & Petrum. Reliquit autem ſeruis libertatem, ſi natus fuerit poſthumus & peruenerit ad pubertatem. Sin autem non natus ſit, alios ſcripſit hæredes, vt ipſi quoque faciant quæ iuſſit. Porro autem factis quoque codicillis, iuſſit & primos hæredes & ſubſtitutos præſtare quæ conſtituit. Nõ natus fuit filius, debetur libertas. Neque enim accepit conditionem, qua exiſtente non potuiſſet eſſe ſubſtitutus.

l. 55. in pr.
§. 1.
l. vlt.

a Sed & ſi hæres non data opera tardius adierit: ſed dum de hæreditate deliberat, tardat, idem dicimus. Si autem poſtquam ancilla peperit, tunc cognouit hæres ſe ſcriptum eſſe hæredem, in hoc quoque caſu partui ſubuenimus. Ipſe tamen hęres debet partum manumittere & non matri tradere. Sed ſi mulieri libertas directo fuerit relicta, & horũ quæ dicta ſunt aliquid euenerit, quemadmodum nato ſubuenimus? Nam in fideicommiſſaria quidem, quoniam eſt in petitione, ipſe Prętor apud quem petitur libertas, ſuccurrit iis qui nati ſunt. Cum vero directo relinquitur libertas, non petitur, ſed per ſe competit. Sed ego puto, inquit Marcianus quod etiam in hoc caſu ſubueniẽdum ſit natis, vt adeunti matri concedat Prætor actionem in rem, ad vendicandum quod ex ſe natum eſt, exemplo fideicommiſſariæ libertatis. Sic enim ſcripſit etiam Marcellus in XVI. libro Digeſtorum. Si autem etiam priuſquam adita fuerit hæreditas, vſucaptus fuerit qui donatus eſt libertate: ſuccurrimus ei, & ei conſeruatur libertas per Prætorem. Nam licet vſucaptis imputare poſſimus quod ſint vſucapti, paruulis tamen nihil poſſumus imputare. Eis ergo multo iuſtius ſuccurrimus.

b ENANTIOPH. Lege lib. XXXVIII. tit. XVI cap. [illegible] them. 11.

c Quidam ſic dixit in teſtamento, Quos codicillos reliquero, valere volo. Si quis mihi ex Paula, quæ vxor mea fuit, intra decem menſes natus nata ve ſit, ex dimidia parte ſit meus hæres, & Caius Seius ex alia dimidia parte ſit meus hæres. Stichum autem aut Pamphilum ſeruos meos, & Erotem & Diphilum rogo meos hæredes, vt cũ puberes facti fuerint filii mei, manumittant. Et in vltima parte teſtamenti ſic dixit, Quod ſi mihi filii nati non erunt, aut impuberes deceſſerint: tunc hæredes ex æquis partibus ſunto Mutius & Męuius, & legata quæ legaui in priori teſtamento, in quo filios meos & Seium reliqui hæredes, præſtari volo, hoc eſt, † & omnium futurorum meorũ hæredum. Et poſt hæc omnia ſic dixit in codicillis. Ego Lucius primis meis & ſubſtitutis hæredibus, vt quæ in teſtamento meo caui & legaui & quæ in codicillis cauero & legauero, præſtetis. Et quæro cum non nati ſint filii teſtatori, an confeſtim competat libertas ſeruis eius Sticho & Pamphilo & Eroti & Diphilo. Et dicit Marcellus, Non viſus eſt teſtator repetere conditionem libertatis, quæ eſt, Si filii ei hæredes extitiſſent. Et ideo dico ſtatim præſtari libertatẽ à primis & à ſubſtitutis hæredibus. Nam, vt ſupra ſcriptum eſt, petiit vt quæ teſtamento cauiſſet, præſtarẽtur. Cauit autem etiam de libertate † reliquorum, * Atqui ſub conditione cauit, & ſi alicuius alterius eſſet conditio, eam expectaremus. Sed non eſt veriſimile vt in hac conditione hoc cogit uerit, cum fidei ſubſtitutorum commiſit libertatem, qui non poſſent admitti ad hæreditatem ſi impleta fuiſſet conditio, nempe ſi nati eſſent, vel puberes facti teſtatoris

† [illegible] Heruetus legit noſter καὶ [illegible] Lego καὶ [illegible], & à ſequentibus hæredib. † In reliquis opponit ſibi ipſi.

TITV-

Titulus V.

De ademptione libertatis, & de iis qui ex die manumittuntur, aut ſub conditione. περὶ ἀφαιρέσεως ἐλευθερίας καὶ περὶ τῶν ὑπὸ ἡμέραν ἢ αἵρεσιν ἐλευθερουμένων.

Liber xl. Tit. vi.

Terentivs.

l.vn. ff. de adempt. libertat. CVm [a] libertas lege adimitur, aut non dari videtur, aut Eiuſdem lib. 7.
ſic intelligimus perinde ac ſi eam teſtator ademiſſet.
l. i. ff. de ſtatulib. Pavlvs. [b] Non directo manumiſſus eſt is qui à die aut ſub conditione eſt manumiſſus, conditione aut expreſſa, aut quæ vi intelligitur, cum quis forte circunſcribens teſtatores manumiſit. Nam cum circunſcri-
l.2.in pr. ptio cōſideretur ex effectu, interim eſt † ſtatuliber. Vlpianvs. [c] Qui † περιμένος τοῦ ἐλευθερωθῆναι.
à die aut ſub conditione eſt manumiſſus, cum ſua cauſa & alienatur, & vſucapitur, & manumittitur: præterquam ſi nullus ex hæredibus adiit
§. 1. & 2. hæreditatem. ¶ Qui in impuberis ſubſtitutione ſcriptus eſt liber ſub
§. 3. conditione, liber eſt, etiamſi ſit legatus à teſtamento patris. ¶ Si [d] in authentico teſtamento ſeruus ſub conditione cum libertate ex parte ſcriptus ſit hæres, non eſt liber ſub conditione: à ſe enim accipit libertatem. Sin autem defecerit conditio, eſt liber ſub conditione. Deinceps enim
§. vlt. [e] manumittitur à cohærede. ¶ In [f] quocunque gradu ſeruus impuberi ſubſtitutus, eſt hæres neceſſarius.

QVando libertas à lege adimitur, aut eſt pro non data, aut ita intelligitur perinde ac ſi à teſtatore adempta eſſet.

b Statuliber eſt, qui libertatem habet deſtinatam in certum tempus aut conditionem. Fit autem ſtatuliber vel conditione expreſſa, vel quæ vi ipſa intelligitur, etiamſi non exprimatur. Et quid ſit expreſſam quidem eſſe conditionem, manifeſtum eſt. Vi autem ipſa continetur conditio, quando ad circunſcribendos creditores relinquitur libertas. Nam quandiu dubitamus an creditores ſuo iure vtantur, & libertatem impediant, ſtatuliberi interim ſunt ſerui. In lege enim Ælia Sentia circunſcriptionem cum effectu intelligimus, & niſi damnum creditoribus afferat libertas, ſæpe enim bona acquiſiit qui reliquit libertatem, lex Ælia non impedit ſeruorum libertatem.

c Quiuis ſeruus qui ſtatuliberi ſtatū apprehendit, eſt in ea conditione vt ſiue eum hæres alicui tradiderit, ſeruata ſpe libertatis, valeat traditio Siue etiam vſucaptus fuerit, cum ſua † eſſentia vſucapitur. Quod ſi etiam interim fuerit manumiſſus, tunc quidem fit libertus eius qui eum manumiſit, non perdit tamen ſpem quod futurus ſit Orcinus libertus. Sed ſi omnino extiterit conditio libertatis relictæ in teſtamento, non erit amplius libertus eius qui ipſum manumiſit, ſed defuncti. Non prius autem apprehendit ſeruus ſtatum ſtatuliberi, quam adita fuerit domini hæreditas, ſaltem ab vno ex hæredibus. Ante aditionem ergo, ſiue traditus fuerit, ſiue vſucaptus, ſiue manumiſſus ſeruus, tollitur ſpes libertatis relictæ in teſtamento. Sed & ſi in pupillari ſubſtitutione ſeruo relicta ſit libertas, quæſitum quidem eſt an viuo adhuc pupillo, intelligatur hic ſeruus eſſe ſtatuliber, adita hæreditate ex principali inſtitutione. & Caſſius quidem negauit eum eſſe ſtatuliberum. Iulianus autem qui etiam verius dixit, admiſit eum eſſe ſtatuliberum. Plus dicit Iulianus, quod & ſi pater legauit ſeruum cui dedit libertatem in pupillari ſubſtitutione: vincit legatum datio libertatis. († ἰδίας f. αἰτίας.)

d Si in principali inſtitutione ſub conditione cum libertate ex parte dimidia ſeruus petit hæreditatem: quæritur an per cohæredis ſui aditionem apprehendit ſtatum ſtatuliberi, vt deinceps cum ſua cauſa vſucapiatur. Et cum placuerit ſeruum qui ſcribitur hæres cum libertate, à ſemetipſo accipere libertatem, non poteſt fieri ſtatuliber per aditionem cohæredis. Sed ſi defecerit conditio ſub qua fuerat ſcriptus hæres: etiamſi excidit ab hæreditate, libertatem tamen acquirit: & dicimus

eum fieri ſtatuliberum, eo quod non à ſeipſo tanquam hæres accipit libertatem, ſed ex aditione cohæredis.

e ENANT. Lege lib. 35. tit. 1. conſt. 2.

f Qui in quocunque gradu cum libertate pupillo ſubſtituitur hæres, obtinet cauſam neceſſarii. Hoc autem placuit vtilitatis pupilli cauſa, quod nos quoque admiſimus. Celſus quoque putat libro decimoquinto, ſeruum qui fuit ſubſtitutus pupillo cum libertate, ſtatuliberi cauſam obtinere.

IDEM. [a] Qui eſt manumiſſus ſub conditione, conditionem impleat, ſi eſt poſſibilis, ſi nemo eum impedit. l. 3. in pr.
¶ Vel inuito autem hæredi det quod iuſſus eſt. Si ille autem non acceperit, fit liber: etiam ſi ex peculio §. 1.
præbeat, ſiue ipſi, ſiue alii cui iuſſus eſt. ¶ Quod ſi etiam ſeruo debetur à §. 2.
domino, aut extraneo, & non dat hæres debitum, aut non exigit ab extraneo: propter moram fit liber, ſiue legatum ei fuerit peculium, ſiue non. Si autem iuſſus ſit dare extraneo, poteſt hæres impedire ne ei præbeat, ne & ipſum peruenientem ad libertatem, & quæ dantur cum eo perdat. ¶ Si autem prohibuerit eum aſcendere iuſſum in Capitolium, §. 3.
aut ire Capuam: fit liber. ¶ Quod ſi etiam cohæredes vetant eum dare §. 4.
vni ex cohæredibus cui iuſſus eſt, ipſe quidem fit liber: ille autem aduerſus cohæredes, vt qui prohibuerint, mouet iudicium quod familiæ diuidit hæreditatem. ¶ [b] Qui decem nummos dare iuſſus, niſi totos dede- §. 5.
rit: non fit liber. Quæ ergo in parte data ſunt, vendicat dominus. Si autem dederit etiam reliquum, priorum quoque transfertur dominium, pendente interim alienatione, & quæ non retro agitur, ſed perfecta datione fit.

a Oportet ergo ſtatuliberos implere conditionem ſub qua relicta eſt eis libertas, ſi nemo eos impediat, & ſi conditio poſſibilis. Sed ſi in perſona hæredis iuſſus ſit implere conditionẽ, quid debemus dicere? Si impleuerit quidem conditionẽ, ſtatim liber eſt etiam inuito hærede. Quod ſi nõ patiatur hæres impleri conditionem (forte enim ſtatuliber quidem ei offert decem nummos quos dare iuſſus erat, hæres autem nõ vult eos accipere) proculdubio ſeruus rurſus fit liber, vtpote quod hæres impediat ne impleatur conditio. Parum autem refert an ex ſuo peculio offerat hæredi quam iuſſus eſt quantitatem, an ab aliquo alio acceptam. Receptum enim eſt & placuit, licere ſeruis etiam ex ſuo peculio dare quæ iuſſi ſunt, & aſſequi libertatem, ſiue hæredi iuſſi ſint dare, ſiue alicui alii. Hinc illud quæritur, ſi ſeruo debeatur pecunia, aut ab hærede, quod ſeruus in rationem eius plus impenderit, vel ab aliquo extraneo: nec vult hæres aut quæ ipſe ei debet ſoluere, aut quæ ab aliis ſeruo debentur perſequi, an ſeruus fiat liber, vt qui impediatur ab hærede. Et ponamus quidem ſeruo aut legatum fuiſſe peculium, aut non legatum. Et ſi legatum quidem fuit ei peculium, dicebat Seruius ſeruum videri pati moram eo ipſo quod ei deberetur pecunia ex ratione hæredis, nec ei præſtaretur. Hanc autem ſententiam etiam recepit Labeo. Idem Seruius dicebat, Et ſi in eo moram faciat hæres, quod nolit exigere à ſeruis debitoribus, rurſus ſeruum fieri liberum. Et mihi videntur vera eſſe quæ dicta ſunt à Seruio. Cum igitur vera ſit eius ſententia, videamus an & ſi non fuerit ſeruo legatum peculium, debeamus eadem recipere. Conſtat enim licere ſtatulibero, etiam ex peculio dare ad implendam conditionem, ſiue hæredi ſiue alicui alii iuſſus eſt dare. Si ergo hæres impediat ne præbeat, peruenit ſeruus ad libertatem. Certe etiam remedii loco hæredi excogitatum fuit à iuriſperitis vt ſi ſeruũ iuſſum dare extraneo, ei dare prohibeat, ſit inutile. Hodie enim in facto tenetur hæreditati qui nummos dare prohibuit, ſicut dictum eſt in primo de rebus, ne & nummos perdat cum ſtatulibero. Merito ergo hanc tenemus ſentẽtiam & eam defendimus, quod ſi ab alio ſerui debitore non vult hæres exigere, aut ipſe debens non ſoluat ſeruo, vt habeat vnde impleat conditionem, omnino competit libertas. Sic enim ſcripſit etiam Caſſius. Non ſolum autem ſi dare iuſſum ſtatuliberum hæres prohibeat, ſtatim liber fit ſtatuliber, verum etiam ſi aſcendere Capitolium iuſſum, aſcẽdere vetet, aut Capuæ alicui dare iuſſum, Capuam ire prohibeat, ſtatulibero competit libertas. Nam qui prohibet ſeruum proficiſci, magis vt impediat libertatem creditur hoc facere, quam vt vtatur operis ſerui. Sed & ſi vni ex hæredibus iuſſum dare ſtatuliberum, alii hæredes prohibuerint, ſtatulibero rurſus cõpetit libertas. Cohæres autem cui ſeruus iuſſus eſt dare, habet actionẽ familiæ herciſcundæ aduerſus cohæredes eius qui impedierunt ne impleretur conditio, per quam ab eis poteſt exigere, ſi quid ſua intererat ſtatuliberum non fuiſſe prohibitum implere conditionem. Si ſeruus decem nummos dare iuſſus, & liber eſſe, quinque ſolum dederit: non aſſequetur libertatem niſi integros decem dederit. Interim igitur vendicare quinque nummos dominus eorum poteſt. Sed ſi cum domino competiiſſet actio in rem ad quinque nummos, etiam alios quinque ſoluerit ſeruus: tunc etiam primi quinque videntur recte eſſe alienati: [licet ante ſolutionem ſecundorum quinque non recte primi quinque ſoluti fuerint.] Iure

ergo

ergo pendet præcedens† quoque nummorum ſolutione alienatio, & quando ſecundi quinq; fuerint ſoluti, non retro alienati fuerunt primi quinque: ſed tunc alienantur cum ſecundi quinque nummi fuerint ſoluti. † f. quinque.

b Si autem ſtatuliber decem nummos dare iuſſus, per errorem dederit viginti, ſiue ſingulos nummos numerans dedit viginti, ſiue ſimul in ſacculo dedit viginti nummos, & manumittitur, & repetit ſuperfluum. Si autem hæres ſeruum iuſſum dare decem nummos, & manumitti, vendiderit ſine peculio, vtrum ſimul atque venditus fuit eſt liber, vtpote quod eo ipſo quod ſit venditus, peculium ſuum prohibeatur accipere, & implere conditionem: an expectabimus donec ipſo facto fuerit prohibitus tangere peculium. Et puto ipſum tunc fieri liberum, quando volens dare, fuerit prohibitus, non autem ſimul atque fuerit venditus cum peculio.

§. 6. ¶ Si autem [a] dederit pluſquam iuſſus ſit, ſiue in numero, ſiue in * ſac- * ἐν σακελλίῳ.
§. 7. culo, liber fit, & id quod eſt ſuperfluum recipit. ¶ Si vero venditus fuerit ſine peculio, fit liber quando [volens] ex ipſo dare fuerit prohibitus, non
§. 8. autem ſimul atq; fuerit venditus. ¶ Si hæres prohibeat laborare eum qui manumiſſus fuit ſub conditione, non fit liber: ei enim debebat operari. Sed ſi quæ ex labore aut vndecunq; collegit dederit, fit liber. Sicut etiam ſi hæres ea abſtulerit. Si autem iuſſerit teſtator dare ex ſuis operis, &
§. 9. prohibuerit hæres eum operari: fit liber. ¶ Si res ſuffuratus, nummos collegerit, & eos dederit: fit liber. Sed non ſi ipſos nummos ſuffuratus ſit & dederit. Non enim dat ſed reddit, & ſi etiam per alium ſit ſuffuratus & dederit, non fit liber: auferuntur enim quæ data ſunt. Sed ſi ſunt con-
§. 10. ſumpti, vt non poſſint exigi: fit liber. ¶ Seu hæres ſeu tutor, aut curator, aut procurator moram fecerit, aut aliquis alius cui iuſſus eſt dare: fit liber. Sufficit enim non ſtetiſſe per eum, qui manumiſſus fuit ſub condi-
§. 11. tione. ¶ [b] Intra triginta dies iuſſus eſt dare, tardius adiit hæres. Si quidem ſine dolo malo: intra triginta dies poſt aditam hæreditatem debet dare, & fit liber. Sed ſi data opera: ſtatim poſt aditam hæreditatem fit li-
§. 12. ber. ¶ Qui [c] iuſſus fuit cum poſſet dare decem, & eſſe liber: ſi non dederit, aut impeditus fuerit dare, non fit liber.

a Si quis eum qui iuſſus eſt dare decem & manumitti, & liberum eſſe, laborare prohibeat & operari: aut ei quidem concedit operari, ei autem adimit, ſi quod ſumit ex ſuis operis, aut etiam ipſe ſeruus ex ſe ſi quid collegerit ex ſuis mercedibus dat hæredi, videamus an fiat liber. Et puto ſi quidem ex ſuis operis domino dederit, vel vndecunq; collegerit, eum fieri liberum: Sed ſi ſolum fuerit prohibitus operari, ipſum non fieri liberum: quoniam debet domino ſuo operari. Sed ſi ei ablata fuerint quæ ex ſuis operis collegit, rurſus eum fieri liberum, vt qui iuſſus ſit ex ſuo dare peculio & fuerit prohibitus. Sed ſi ipſe quoque teſtator iuſſit eum dare ex ſuis operis & prohibuerit hæres eum operari: tunc rurſus fit liber. Sed ſi argento ſubtracto, aut aliis rebus iiſq; venditis, nummos collegerit & dederit: fit hic quoque liber. Aliud eſſet ſi nummos ſuffuratus eos dediſſet hæredi. Sic enim non fit liber: ex eo [enim] non creditur hæredi dediſſe propria. Sed nec ſi alicui alii ſurripuerit nummos, & hæredi dederit, aſſequitur libertatem: quia hæredi auferri poſſunt nummi ei dati, tanquam alieni. Non ſolus autem hæres moram faciens libertati, facit vt ea ſeruo competat, ſed & tutor hæredis vel curator, vel procurator, vel etiam quilibet alius, cuius in perſona impleri oportet conditionem, impediens ne ea impleatur, facit vt competat libertas. Hoc enim iure vtimur in ſtatulibero, vt vnum ſolum quæramus, ne ſtet per ipſum ſtatuliberum, quo minus impleatur conditio.

b Si intra 30. dies qui poſt mortem teſtatoris numerantur, dare iuſſus fuerit ſtatuliber, & eſſe liber, hæres autem tardius 30. diebus adierit: dicit Trebatius & Labeo, quod niſi dolo hæres tardius adierit, oportet ſeruum intra 3[0] dies numerandos poſt aditionem, dare nummos quos iuſſus fuit, & ſic eſſe liber. Quando autem dedita opera hæres diſtulit aditionem, an ſimul atque fuit adita hæreditas, ſeruus liber efficitur? Quid enim dicimus ſi tunc quidem habuit nummos quos iuſſus eſt dare, poſt hæc autem non habet amplius? Et magis placet hic quoque impletam fuiſſe conditionem: quoniam ſtatuliber non impediit quo minus impleretur conditio.

c Si cui autem fuerit ſic relicta libertas, Cum decem dare poterit Stichus, liber eſto, dicebat Trebatius, quod licet habuerit decem nummos hic ſeruus, vel ſit ei facile acquirere decem nummos, & ſuum ſeruare peculium: tamen non alias aſſequitur libertatem, quam ſi dederit decem nummos niſi per eum ſteterit quo minus det, [& vera eſt Trebatii ſententia.]

§. 13. ¶ [a] Iuſſus eſt anno, biennio, triennio dare decem. Non accepit hæres primam aut ſecundam ſolutionem. Dans decem tertio anno, fit

liber:& nec hæredi locus eſt pœnitentiæ. ¶ Si autem 30. ſimul dederit; aut primo quidem anno decem, ſecundo autem viginti, fit liber. ¶ [b]Iuſſus eſt quiſpiam eſſe liber, ſi quinque annos hæredi ſeruierit. Si hæres ſtatim manumittat, erit liber, etiamſi non ſeruierit. Sed ſi non patiatur ſeruire, oportet expectare quinq; annos: poteſt enim interim vel parum ſeruire. ¶ [c]Arethuſa ſi tres pepererit, eſto libera. Hæres impediit ne pareret, vel medicamento dato ne conciperet, vel agens vt abortum faceret, [libera fit.] poſſunt enim vno [d] vtero tres naſci. ¶ Si eum qui ſub conditione iuſſus eſt eſſe liber ſibi ſeruiendi, hæres vendiderit & tradiderit, ſtatim fit liber. PAVLVS. [e]Si hæres abſit cauſa reipublicæ, aut reuertenti dans fit liber, aut aurum obſignatum deponatur in æde ſacra. ¶ Si [f]difficilis ac propemodum impoſſibilis conditio, aut quæ in ſerui vita non impleatur, adiecta fuerit: non eſt liber ſub conditione. vt, ſi dederit centum myriada [nummorum, vel cum moritur liber eſto.]

§.14.
§.15.
§.16.
§.vlt.
l.4.in pr.
§.1.

a Si ad tres annos, ſingulis annis decem aureos hæredi dederit Stichus, iuſſus eſt eſſe liber. Sed primi quidem anni ſolutioni hæres fuit impedimento, vt qui noluerit accipere decem nummos: non ſtatim autem ſeruus fit liber, ſed expectamus aliorum duorum annorum ſolutionem: quoniam tempus trium annorum fuit præfinitum libertati, & comprehenduntur aliæ duæ ſolutiones. Quæſitum eſt autem an ſi eoſdem decem nummos ſolos habeat ſeruus, quos pro primo anno obtulit, an poſſit etiam ſecundo anno eoſdem offerre. Si autem non accepti fuerint etiam ſecundo anno: an poſſit eoſdem rurſus decem etiam in tertia ſolutione offerre hæredi. Et placuit ſufficere eoſdem decem nummos etiam in ſecunda & tertia ſolutione offerre hæredi, & nec poſſe quidem hæredem qui ſemel recuſauit accipere, pœnitere & quærere accipere ea quæ recuſauit. Quid autem dicimus, ſi is qui ad tres annos iuſſus eſt dare decem nummos, triginta ſimul offert hæredi: num expectamus tempus trium annorum, vel primo anno ſolis decem oblatis, ſecundo anno reliqua viginti ſimul offert: num tunc fit liber? Et benignum eſt dicere ſeruum fieri liberum ſimul atque oblati ſunt nummi. Vtrique enim prouidetur, & ſeruo, ad hoc vt breuius conſequatur libertatem: & hæredi, quoniam omni ablata dilatione ſtatim accipit ea quæ iuſſus eſt accipere poſt tempus.

b Si ſeruo relicta ſit libertas ſub conditione, ſi quinque annos hæredi ſeruierit, ſi eum hæres manumiſerit: ſtatim fit liber, quoniã impediit hæres ne ipſi ſeruiret reliquo tempore, propterea quod eum manumiſit. Aliud eſſet, ſi ipſum quidem non manumiſiſſet, noluiſſet autem eum ſibi ſeruire. Tunc enim non alias fit liber, quam quinq; annorum tempus præterierit. Eſt autem euidens ratio differentiæ. Nam qui eſt manumiſſus, amplius ſeruire non poteſt. At is cui non permittitur nunc mihi ſeruire, poteſt mihi poſtea ſeruire intra tempus quinquennii. Deinde infert per obiectionem. Atqui non poteſt quinq; annos ſeruire, qui fuit prohibitus, verbi gratia, vno menſe ſeruire. Soluit autem obiectionem, dicens: Sed poteſt vel paruo tempore ſeruire. Et ideo expectamus dum quinquennium præterierit.

c Si Arethuſę relicta ſit libertas ſi tres ſeruos pepererit: hæres autem impediat ne pariat (forte enim ei dedit medicamentum ne concipiat) ſtatim fit libera. Quid enim expectamus, cum ea non poſſit amplius concipere? Idem dicimus etiam ſi egerit hæres vt ancilla abortum faciat. Poterat enim vno vtero tres ſimul parere. Idem etiam ſi ſtatuliberum hæredi ſeruire iuſſum hæres vendiderit & emptori tradiderit ſtatim is fit liber, vt qui hæredi ſeruire ſit prohibitus.

d ENANT. Fieri autem poteſt vt etiam quinque ſimul naſcantur, vt lib. 46. tit. 3 conſt. 36. Dictum eſt autem etiam lib. 5. tit. 4. conſtit. 3. quod ſeptem ſimul nati ſunt, quorum vnus ex superfœtatione poſt 40. dies.

e Si hæres quidem abeſt reipublicæ cauſa, ſeruus autem iuſſus dare & eſſe liber, nummos habet in manibus: aut hęredem expectare oportet donec redeat, aut in æde nummos deponere obſignatos. Nam ſi hoc fiat, ſtatim competit libertas.

f Si libertas ſeruo relicta collata fuerit in tempus quo non poteſt viuere is qui ea eſt donatus: non creditur is eſſe ſtatuliber: aut ſi eſt difficilis, imo vero impoſſibilis conditio ſub qua relicta eſt libertas, & non poteſt aliunde competere: ne ſic quidem creditur eſſe ſtatuliber. Quid enim ſi dixerit ſeruum eſſe liberum, ſi hæredi dederit † mille nummos, aut tunc eum eſſe liberum cum morietur? Inutiliter enim hoc modo relinquitur libertas, ſicut etiam dixit Iulianus: quoniam neque teſtator habuit voluntatem relinquendi libertatem, cum eam reliquerit ſub hac conditione.

† χιλιάδας νομισμάτων.

¶ Si [a]liber eſſe iuſſus fuero annum ſeruiens hæredi. etiam ſi hæres deceſſerit, poſt annum libertatem adipiſcar. ¶ Si [b]iuſſus fuero duobus dare decem nummos: vno nolente ſi alteri quinque dedero, fio liber. ¶ Si Petrus Paulo ſeruierit tres annos, vel etiam ei dederit operas centum

§.2.
§.3.
§.4.

tum

tum nummorum, liber eſto. Si hæres Petrum ſeruire prohibuerit, fit li-
§.5. ber. ¶ Si [d] iuſſus fuerit quiſpiam anno ſeruire, eſt continuus trecentorum
ſexaginta quinque dierum. Et licet aliquibus diebus ægrotauerit, aut
§.6. fuerit impeditus ſeruire, liber fit poſt annum. ¶ [e] Is quoque qui dedit
§.7. per partes quæ iuſſus eſt dare, fit liber. ¶ [f] Seruus meus fit liber, ſi Petrus
Capitolium aſcenderit. Si nolit aſcendere, non fit liber. Idem eſt in qua-
§.vlt. uis ſimili cauſa & conditione. ¶ [g] Qui iuſſus eſt anno ſeruire, ſi interim
fugerit, aut tanquam liber in iudicio contenderit: nó currit ei illud tem-
L.5.in pr. pus. POMPONIVS. Qui [h] iuſſus fuit reddere rationes, ſi ea dat de
§.1. quibus non dubitatur, de dubiis autem vult ſatiſdare, fit liber. ¶ Qui
iuſſus autem eſt dare pecuniam, eam dare debet, non autem fideiuſſo-
L.6.in pr. res. VLPIANVS. Sub [i] conditione manumiſſa mulier facta eſt ſerua
§.1. pœnæ, quod poſt conditionem natum eſt, fit liberum: ¶ quemadmo-
dum ſi ea quæ concepit, capta fuit ab hoſtibus, & peperit poſt conditio-
§.2. nem. ¶ Idem etiamſi apud hoſtes conceperit.

a Si ſeruus iuſſus fuerit annum ſeruire Titio, & tunc eſſe liber: contigerit autem Titium decedere: ſeruus non ſtatim fit liber, ſed cum annus tranſierit: quoniam non tantum ſub conditione, ſed etiam ex tempore videtur data eſſe libertas, & ideo eſt abſurdum eum citius eſſe liberum, quoniam non implet conditionem.

b Si ſeruus iuſſus ſit duobus decem dare & liber eſſe, & vnus ex his quinque nolit accipere: alteri eadem quinque offerens ſeruus fit liber.

c Si ſeruus iuſſus ſit Titio ſeruire tres annos & eſſe liber, vel centum nummorum ei dare operas: valet libertas. Poteſt enim alienus quoque ſeruus nobis ſeruire tanquam liber: multo autem magis nobis quoque dare operas niſi teſtator, ſeruiendi appellatione, ſerui magis intellexerit dominium quam operam. Et ideo ſi hæres prohibuerit ſeruum ſeruire Titio fit liber.

d Cũ dixerit teſtator, Si hæredi meo anno ſeruierit, liber eſto. Quæritur annus ſeruitutis quomodo conſideretur, an continuos trecentos ſexaginta quinque dies conſideramus: an quoslibet dies computamus quos hæredi ſeruit ſeruus. Et magis placuit cõſiderari trecentos ſexaginta quinque dies continuos. Vnde etiam ſi quibuſdam diebus, aut propter morbum, aut propter iuſtam aliquam cauſam impeditus fuerit ſeruire ſeruus, hi quoque dies in annum computantur. Seruire enim nobis intelliguntur etiam illi ſerui, quos ægros curamus, qui quidem cupientes nobis ſeruire, per morbum ſuum impediuntur. Si vero nummos hæredi dare iuſſus fuerit ſeruus, cogitur hæres fauore libertatis per partium ſolutiones accipere decem nummos.

e ENANT. In vltimo autẽ them. dicit quod qui iuſſus eſt anno ſeruire, ſi interim fugerit, aut de libertate in iudicio contenderit, non currit ei illud tempus.

f Si ſeruo relicta fuerit libertas ſub conditione, ſi Titius Capitolium aſcenderit, & nolit Titius aſcendere: impeditur libertas. Idem dicimus in ſimilibus cauſis & conditionibus.

g Dicebat Caſſius, quod ſi iuſſus anno ſeruire, conſumit tempus in fuga, aut in controuerſia pro libertate, id non computari in annum.

h Iuſſus eſt ſtatuliber reddere rationes rerum quas adminiſtrauit, & reliqua quidem de quibus conſtabat ſoluit: de iis autem de quibus dubitabatur, paratus erat dare fideiuſſores. Dicunt Ariſto & Neratius recte dicentes, eum fieri liberum, ne multi ſerui impediantur in ſua libertate propter incertitudinem ſuarum rationum, & genus eorum adminiſtrationis. Sed qui iuſſus eſt, non reddere rationes, ſed dare pecuniam: debet numerare pecuniam, non autem dare fideiuſſores.

i Ancilla cui data fuerat libertas ſub conditione, [pendente conditione] facta eſt ſerua pœnæ, & poſt eius condemnationem, libertatis extitit conditio: quamuis ei nihil proficiat quod extiterit conditio, quoniam facta eſt ſerua pœnæ: qui tamen ex ea naſcitur perinde fit liber, atque ſi mater damnata non eſſet. Sed ſi ea cui libertas data eſt ſub conditione, concepit cum eſſet adhuc ancilla: capta autem ab hoſtibus, apud eos peperit poſt euentum conditionis, quæritur an quod natum eſt, fit liberum. Et quod prius quidem quam extitiſſet conditio, ſeruum eſſet hoſtium, non dubitatur: ſed tamen verius eſt dicere, iure poſtliminii eum fieri liberum: quia ſi mater eſſet in ciuitate, liberum naſceretur. Quod ſi etiam concepit apud hoſtes, & peperit poſt exiſtentem conditionem, benigne dicitur ei quoque competere poſtliminium, [& liberum eum eſſe.]

§.3. ¶ Is [a] qui vt ſub conditione manumittatur eſt deſtinatus ſiue ſit ven-
ditus aut legatus, aut ad alium translatus, conditionem implens, fit li-
§.4. ber. Quinetiam ſi dederit hæredi emptoris, fit liber. ¶ [b] Iuſſus ſum dare
filiofamilias hæredi: ſeu ipſi, ſeu patri, eo viuo aut mortuo dedero, fio li-

Digitized by Google

ber. Jdem etiamſi hæredi hæredis. ¶ [c] Qui iuſſus eſt dare decem §.5.
nummos,& poſtquam quinq; dedit, fuit venditus, reliqua dans empto-
ri, fit liber. ¶ [d] Seruus tuus emit eum qui deſtinatus fuit vt eſſet liber §.6.
ſub conditione, dans tibi id quod iuſſus fuit dare hæredibus, fit liber. Idē
etiamſi ſeruo tuo dederit, ſi quidem peculii nomine eum emit, & tu non
ademiſti peculium. videtur enim tibi dediſſe, perinde ac ſi iuſſu tuo de-
derit alicui ex ſeruis tuis. ¶ Quæ [e] in dando ſunt conditiones trans- §.vlt.
eunt ad emptorem, ſed non eæ quæ ſunt in faciendo. Qui ergo iuſſus fu-
it rationes reddere & fuit venditus, hæredi quidem det quæ ſunt in fa-
cto, nempe chartas rationum, emptori autem reliqua, & fit liber.

a Statuliber ſi fuerit venditus, etiam emptori dans quæ iuſſus fuit dare, fit liber: & non ſolum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas, hoc ius pertinet. Non ſolum autem ſi fuerit venditus, conditio tranſit ad emptorem, ſed etiam quocunque modo acquiſierit aliquis dominium in ſtatulibero, tranſit ad eum conditio. Siue ergo legatus fuerit ſtatuliber ab hærede, ſiue alicui adiudicatus, ſiue vſucaptus, aut quouis alio modo in alicuius venerit dominium: ſine dubio poteſt implere conditionem in perſona noui domini. Idem autem dico etiam ſi is qui eum emit, deceſſerit. In perſona enim hæredis emptoris implet conditionem.

b Si filiusfamilias ſcriptus fuit hæres, & huic filio ſtatuliber iuſſus eſt dare, ſiue ipſi filio dederit, ſiue patri peruenit ad libertatem, quoniam lucrum hæreditatis, hoc eſt, eius vſusfructus ad patrem redit. Sed & ſi poſt mortem filii patri dederit ſtatuliber: tanquam hæredi hæredis dans, fit liber. Nam etſi externo iuſſus ſit dare quiſpiam, & fieri liber: hic autē extraneus factus ſit hæres hæredis: non vtique quaſi extraneo, ſed quaſi hæredi hæredis dans, implet conditionem.

c Si ſtatuliber iuſſus dare decem nummos & eſſe liber, quinque ſolutis alienatus fuerit ab hærede: debet alia quinque dare emptori.

d Si hæredi iuſſus dare ſtatuliber, ſeruo tuo ab eo fuerit venditus, tibi domino emptoris dantur nummi qui erant dandi hæredi. Sed & ſi ſeruo ſoluerit nummos quos iuſſus eſt dare: ſic quoq; fit liber, ſi ſeruus tuus ſibi emit ſeruum, hoc eſt, peculiariter, & peculium ei non ademeris: videtur enim hoc modo tibi domino dediſſe, perinde ac ſi tua voluntate cuiuis alii ſeruorum tuorum ſtatuliber nummos ſoluiſſet.

e Si nihil dare iuſſus fuit ſtatuliber, ſed ſolum iuſſus eſt reddere rationes: videamus an hæc quoque conditio tranſeat ad emptorem. Tranſire autem dicimus eas quæ ſunt in dando, nō eas etiam quæ ſunt in faciendo, vt puta ſi filium eius literas docuerit: hæ enim conditiones illorum perſonis adhærent quibus ſunt adſcriptæ: rationū autem reddendarum conditio, quod ad reliqua quidem attinet, eſt in dando: quod autem attinet ad hoc quod ipſe offert † breuia & volumina rationum ſuarum, ad hoc vt tractentur rationes & computentur & veluti excutiantur, in facto conſiſtit. Nunquid ergo dicimus, reliqua quidem ſi emptori dat ſeruus, eum fieri liberum, cætera autem conſiſtere in perſona hæredis, & inuenitur diuiſa conditio, & quæ in facto quidem eius, ad ſolum hæredem, etiam poſt venditionem pertinent: quæ autem in dando, ad emptorem.

† βρέβια καὶ τὰ εἰλητάρια.

Pavlvs. [a] Vſusfructus alienatio, non transfert conditionem e- l. 7.
ius qui eſt manumiſſus ſub conditione. Pomponivs. [b] Juſſus l. 8. in pr.
dare non nominata cui det perſona, hæredi dans, fit liber. ¶ [c] Si quis §.1.
ex hæredibus ſuas partes diuerſis vendiderit: qui manumiſſus fuit ſub
conditione, & emptoribus det & hæredibus. Et ſi teſtator quidem no-
minauit hæredes: ex æquo. Sin autem dixit hæredibus, pro partibus hæ-
reditariis. Pavlvs. [d] Qui vt ſub conditione fieret liber eſt deſti- l.9 in pr.
natus, medio tempore eſt ſeruus hæredis. Ergo etiam noxæ datur, ſed
cum propria cauſa. ¶ [e] Si eum qui deſtinatus eſt vt fiat liber ſub condi- §.1.
tione, vendidero non eadem conditione: dans ille ea quæ iuſſus fuit em-
ptori, ſe facit liberum. Sed ſi celauero conditionem, teneor actione ex
empto, & tanquam † impoſtor grauius punior. ¶ Sed & ſi noxæ dedero §.2.
eum qui deſtinatus eſt vt liber fiat ſub conditione: à noxa liberor. Nam
& qui Petrum debet ex ſtipulatu, & eum dedit ſtatuliberum, liberatur.
Nam & ſi antequam ſolueretur factus fuerit liber, ſoluitur obligatio. Il-
la enim conſiſtunt in obligatione, quæ poſſunt diſſolui pecunia: liber-
tas autem pecunia nec lui nec emi poteſt. ¶ Sub [f] conditione liberi §.vlt.
condi-

† [illegible]

Digitized by Google

conditio eſt immutabilis poſt aditionem hæreditatis. Nam antea & dominium eius vſu acquiritur: & amittit ſpem libertatis, quæ poſt hæreditatis aditionem ei renouatur.

l.10. PAVLVS. Si[g] eum qui debet decem ſub conditione liberum vendens, dixero debere viginti, teneor obligatione ex empto. Sin autem duplam promiſero ob euictionem, ea à me exigitur.

l.11. POMPONIVS. Dedi[h] pecuniam ei qui eſt liber ſub conditione. Si quidem eam donans: facio eum liberum. Sed ſi hac lege vt eam recipiam: non fit liber.

a Si in ſtatulibero ſolum alienatus fuerit vſusfructus: ad emptorem non transfertur conditio.

b Si teſtator perſona cui detur non nominata dixerit, Si ille ſeruus decem dederit, eſto liber: hæredi debent dari decem Nam qui non habet cui det, hæredi dando fit liber.

c Si cum plures eſſent hęredes, vnuſquiſq; partem quam habebat in ſtatulibero diuerſis vendidit emptoribus: quantam pecuniæ partem daturus erat vnicuiq, hæredi ſtatuliber, tantam etiam dat ei qui ab ipſo emit. Labeo autem dicebat, Si nomina duntaxat hæredum in teſtamento poſita ſunt, tunc pro perſonarum proportione dari à ſtatulibero. Sed ſi ſolum dixerit hæredibus, vnicuiq; dari partem hæreditariam.

d Nemo ignorat quod quandiu pendet conditio, hæredis ſeruus eſt ſtatuliber. Propterea etiam noxæ ab eo dari poteſt. Quamuis autem ſit noxę datus, recte ſperat libertatem. Neque enim eam noxæ adimit deditio.

e Etiam ſi non eadem conditione ſtatuliberum vendiderit hæres, ſtatus eius eſt immutabilis: & poteſt ſe luere ab emptore ſicut ab hærede. Sed ſi emptori celauerit quod ſeruus ſit ſtatuliber, & actione ex empto tenetur emptori. Quidam autem Iuriſperiti grauius quoq; † impoſturæ crimen inferunt hæredi, ſi celans ſeruum eſſe ſtatuliberum, ſimplicite, eum vendidit. Illud autem quæſitũ eſt, an à noxali liberetur hæres dans noxæ ſtatuliberum. Octauenus dicit eũ liberari, quemadmodum ſi quis ex ſtipulatu debens Stichum qui factus erat ſtatuliber, eum ſoluiſſet. Nam & ſi priuſquam ſolutus eſſet Stichus, peruenisset ad libertatem extingueretur de eo obligatio. Illa enim cõſiſtunt in obligatione, quæ pecunia lui præſtarique poſſunt: libertas autem pecuniis nec lui nec redimi poteſt. Et videtur eſſe vera Octaueni ſententia. † [illegible]

f Statuliberi conditio tunc eſt immutabilis quando fuit adita hæreditas: quoniam ante aditionem tuto vſucapitur, & ſpes perimitur libertatis.

g Si eum qui iuſſus eſt dare decem nummos vendiderit hæres, & tradens eum dixerit quod iuſſus ſit dare viginti nummos: eſt omnino quidem in eum actio ex empto. Sed ſi duplam promiſerit ob euictionem ſerui, & ad duplam tenetur tanquam ſeruo euicto hæres, & ex empto ob mendacium.

h Si ſtatulibero qui debet dare nummos hæres nummos dederit vt eos ab ipſo recipiat: non fit liber: quoniam nihil videtur ei dediſſe. Sed ſi † ſimpliciter & abſolute nummos donarit ſtatulibero, ille autem eos accipiens ipſi ſoluerit. fit liber † [illegible]

l.12. IVLIANVS. [a] Qui iuſſus fuit rationem reddere & eſſe liber pro partibus hæreditariis hæredibus det reliqua, & ſi ſint nominati aliqui ex hæredibus.

l.13. in pr. IDEM. [b] Ille liber eſto, ſi hæres meus eum non manumiſerit in teſtamento. Si quidem manumiſerit: deficit prima conditio. Sin minus: hærede decedente liber erit.

§. 1. ¶ Etiam[c] ſeruus communis iuſſus dare & eſſe liber, poteſt dare ex peculio: nec refert quomodo ſit acquiſitum, aut apud quem ſit, & an hæredi an externo iuſſus ſit dare.

§. 2. ¶ Duo[d] ſerui ſeparatim adminiſtrantes iuſſi ſunt rationes reddere & eſſe liberi, poſſunt ſeparatim implere conditionem. Sin autem ſimul adminiſtrabant, vnus non reddens rationem, impedit alium. Si autem reddiderint rationes, vnus dans reliqua, fit liber. Lege lib. 18. tit. 1. conſt. 7.

§. 3. ¶ Qui ſub[e] iuriſiurandi conditione iuſſus eſt eſſe liber, ſi iurauerit, fit liber: etiamſi non fecerit quod iurauerat.

§. 4. ¶ [f] Poſſum iubere ſeruum hæredis mei manumitti, ſi præbuerit rem eius. Quinetiam abſque vlla datione poſſum iubere eum manumitti.

§. vlt. ¶ [g] Cum erit Petrus 30. annorum, liber eſto. Si non decem nnmmos dederit, ne liber eſto: tunc fit liber cum decem nummos dederit, aut cum fuerit triginta annorum. Ademptio enim legati aut libertatis ſub conditione, inducit conditionem horum

Digitized by Google

dationi contrariam. ALPHENVS. [b] Seruus decem nummos dare iuſſus,& liberi ex operis eos dans per partes,non fit liber. Nam pro fructu miniſterii eos dare viſus eſt. l. 14 in pr.

a Is cui data fuit libertas ſub conditione ſi rationem reddiderit, pro hæreditaria parte debet hæredibus reliqua ſoluere,etiamſi quædam nomina hæredum inſerta ſunt conditioni.

b Si quis ita reliquerit libertatem,Si hæres in teſtamento ſuo Stichum non manumiſerit,liber eſto, hoc videtur dicere: Si in teſtamento ſuo non adſcripſerit hæres ſerui libertatem. Quare ſi quidem hæres adſcripſerit libertatem,videtur defeciſſe libertas data à primo teſtatore. Sin autem non ſcripſerit: datæ libertatis videtur exiſtere conditio circa vltimum tempus mortis hæredis.

c Etiam ſeruus communis iuſſus eſſe liber ſub conditione ſi dederit decem nummos, dare poteſt ex peculio vndecúque ſibi acquiſito,nec refert an apud defuncti ſocii hæredem ſit peculium, an apud ſocium viuẽtem. Sed nec refert an externo iuſſus ſit dare decem,an hæredi. Is enim omni modo habet conditionem ſtatuliberi,& vt libertatis impleat conditionem, poteſt alienare nummos peculiares.

d Si duo ſerui quibus ſunt creditæ ſeparatæ adminiſtrationes, iuſſi ſunt eſſe liberi, ſi reddiderint rationes: non dubie poteſt vnuſquiſque eorum ſeparatim reddere rationes ſuæ adminiſtrationis,& eſſe liber. Sed ſi communis eſt eorum adminiſtratio, & ita immixta vt ſeparatim reddi non poſſint rationes: differens vnus ex eis implere conditionem & reddere rationes, impedit etiam libertatem alterius. Neque enim poteſt videri in perſona vnius impleta conditio, niſi quando computatis rationibus. quod reliquum fuit,aut vterque eorum,aut vnus ex iis integrè ſoluerit.

e Si cui data fuit libertas ſub conditione,ſi iurauerit ſe aſcenſurum in Capitolium: ſimul atque iurauerit fit liber, etiamſi nondum aſcenderit in Capitolium. eſt enim in conditione quòd iuret, non quòd aſcendat.

f Si ſeruus mei hæredis iuſſus ſit ei dare rem ad ipſum hæredem pertinentem,& eſſe liber: ſtatim fit liber,quoniam poteſt teſtator fideicommiſſariam libertatem ſeruo hæredis relinquere,etiã abſque eo quod iubeat ei aliquid dare.

g Si quis ſic dixerit Stichus cum erit 30. annorum,liber eſto: aut ſic, Stichus ſi decem nummos non dederit,liber ne eſto,hanc vim habent hæc verba: Stichus ſi decem nummos dederit,aut ſi ad triginta annos peruenerit, liber eſto. Ademptiones enim in legatis & libertatibus quæ ſub conditione fiunt faciunt ſub contraria conditione relictum eſſe legatum & libertatem.

h Seruus iuſſus in domini ſui teſtamento eſſe liber,cum hæredi decem nummos dederit, ſolebat mercedem pro ſuis operis ſoluere hæredi, & cum amplius decem ex hac mercede dediſſet hæredi,dicebat ſeruus ſe eſſe liberum. De eo conſultus Seruius reſpondit eum non eſſe liberum, non enim pro libertate ſed pro operis eam dedit hæredi pecuniam: quemadmodum ſi fundum ab hærede conduxiſſet,& pro agri fructibus certos nummos dediſſet,non vtique fit liber.

¶ [a] Qui ſeptem annos iuſſus eſt ſeruire hæredi, tempus quo interim fugit poſt ſeptem annos ſeruiat, & eſt liber. §. 1. AFRICANVS. [b] Qui deſtinatus eſt vt ſub conditione ſit liber,tanto locupletiorem faciens hæreditatem, quantum iuſſus eſt dare: vt puta ſoluens creditoribus,aut victum præbens familiæ, fit liber. l. 15. in pr. ¶ [c] Vendens eum qui deſtinatus eſt fieri liber ſub conditione, recte paciſcor vt ipſe mihi det quæ iuſſus eſt,aut perſonæ extraneæ. §. 1. VLPIANVS. Quæ [d] deſtinata eſt vt ſub conditione ſit libera,ſi quid interim pepererit,erit meum ſeruum. l. 16.

NERATIVS. [e] Quidam iuſſus fuit nummos decem dans eſſe liber, habet ſolum decem, ſed ea debet domino: his datis non fit liber, etiamſi hæc quoque dicantur peculiaria. Neque enim qui dedit ex furto,ſatisfacit conditioni. l. 17 PAVLVS. [f] Qui trienno iuſſus eſt dare denos nummos,ſi ſtatim offerat viginti, non erit liber: nondum enim impleuit. l. 18. VLPIANVS. Si [g] ſeruo reliquero libertatem & legatum, ſi filius meus decem annos impleuerit, etiam ſi ante tempus filius deceſſerit,fit quidem liber,ſed non accipiet legatum. l. 19.

a Seruus iuſſus eſt eſſe liber, ſi ſeptem annorum hæredi operas dederit, ſed anni ſpatio hic fugerat,& cum à morte teſtatoris ſeptem anni eſſent impleti: rogatus fuit Seruius an ſit liber: qui dixit eum non eſſe liberum. Seruus enim fugitiuus non videtur operari hæredi. Niſi ergo quot dies in fuga fuit, totidem aliis ſeruierit, poſt ſeptem annos non fit liber. Sed & ſi ita ſcriptum ſit, Cum ſeptem annis ſeruierit, liber eſto,& fugit interim ſeruus: poteſt quot dies conſumpſit in fuga præter ſeptem annos ſeruire,& eſſe liber.

b Statuliber iuſſus,verbi gratia,dare decem nummos & eſſe liber,hærede mortuo locupletiorem

Digitized by Google

rem fecit hæreditatem decem nummis: forte enim ſoluit eius creditoribus, aut conſumpſit in alenda familia. dicit Iulianus, & refert Africanus, ſeruum ſtatim eſſe liberum, vt qui hæredi viſus ſit dare decem nummos.

c Hæres vendens ſtatuliberum, qui iuſſus eſt dare decem nummos, emptoti quidem pronunciauit conditionem, dum autem ſeruum traderet, conuênit vt ſibi potius traderentur decem nummi quam emptori. Quæſitum eſt cuinam ex eis dans ſtatuliber, fit liber. Reſpondit Iulianus eum debere dare hæredi. Sed & ſi pactus eſt hæres vendens ſtatuliberum, vt nec ſibi nec venditori, ſed alicui extraneo darentur decem: hæc quoque valet conuentio, videtur enim hæredi ſoluere, etiam quæcunque alicui alii dat voluntate hæredis.

d Statulibera interim pariens, parit ſeruum hæredis.

e Seruus iuſſus dare decem nummos & fieri liber, habet quidem decem nummos in peculio: debet autem decem domino ſuo, ſi ſoluat decem hæredi, non eſt liber. Nam quod conceſſum eſt ſtatulibero ex peculio ſuo ſoluere & implere conditionem, ita interpretari debemus vt non etiam det ex illis quæ ſunt extra peculium. Nec me latet, inquit Neratius, hos quoq; nummos poſſe vocari peculiares, cum ſi nihil habeat ſeruus in peculio, niſi tantum quantum debet domino, cenſeatur habere peculium. Sed dubitare nos non oportet, mentem fuiſſe eorum qui hanc legem conſtituerunt, vt quaſi ex ſuo patrimonio dans ſeruus fiat liber. Id enim ſine iniuria dominorum concedi videtur ſtatulibero, vt det ex ſuo peculio. Quod ſi quis vlterius progrediatur, non multum abeſt quin dicat quod quæcunque hæredi ſuffuratur ſtatuliber, ea quoque dans ei, ſatisfacit conditioni.

f Si quis triennio iuſſus dare denos nummos, primo anno viginti obtulerit, & non acceperit hæres: non ſtatim fit liber, quoniam & ſi viginti accepiſſet, non fieret liber ſtatim ſeruus, nobis expectantibus vt dentur decem alii.

g Si eidem ſeruo relicta fuerit libertas & legatum, ſi decimumquartum annum compleuerit filius teſtatoris: [& ante 14. annum filius deceſſerit,] libertas quidem fauore libertatis, cum completus fuerit annus decimusquartus, ſeruo competit: legatum autem deficit vtpote quod defecerit conditio.

L.16.in pr. PAVLVS. [a] Eum qui eſt deſtinatus vt liber ſit ſub conditione, hæres prohibuit dare Petro quæ iuſſus eſt: ſed liber factus eſt. Si exegerit peculium quod fuerat ſibi legatum: hæres ex eo retinet quæ Petrus erat
§.1. accepturus. ¶ Dans autem quod iuſſus eſt is, qui ſub conditione eſt manumiſſus, etiam inuito & ignorante hærede, Dominum facit accipien-
§.2. tem. ¶ Sed ſi hæredi iuſſus eſt dare, & tandem ab eo debeatur: compen-
§.3. ſationem faciens liber efficitur. ¶ [b] Etiam ſi deceſſerit priuſquam acciperet, ille cui iuſſus eſt dare is qui liber fit ſub conditione: fit liber. quod autem fuit ei legatum hac conditione, [c] non datur. Qui ab hærede fuit
§.4. prohibitus implere conditionem, fit liber. ¶ [d] Qui iuſſus fuit dare alicui, etiam hæredi eius dans, fit liber. Quinetiam accipit legatum, ſi
§.5. hoc ſenſit teſtator. ¶ [e] Petrus eſto liber, niſi hæres eum manumiſerit: licet hæredi eum manumittere, non adeo celeriter vt damnum accipiat: ſed intra modicum tempus, vel intra tempus definitum à teſtatore.

a Si peculium legatum ſit ſeruo qui iuſſus eſt dare decem nummos & eſſe liber, & hæres eum prohibuerit dare decem nummos: poſtea autem ſeruus manumiſſus petat ſibi legatum peculium: Quæritur an per doli exceptionem poſſit hæres deducere decem nummos quos pro ſua libertate daturus eſſet ſeruus vt ipſe hæres potius hos lucretur, quam ſeruus manumiſſus: an vero indignus ſit hæres lucrati, qui fecit contra voluntatem teſtatoris, & prohibuit dare nummos? Et magis placuit, quoniam nullo damno affectus eſt ſeruus, & libertas ei competiit, inuidioſum eſſe hæredem damno affici, & hos decem nummos non accipere. Illud autem quæri poteſt, ſi inuito hærede aut neſciente dans nummos ſtatuliber, eorum dominium transferat ad accipientem. Et Iulianus rectè exiſtimauit, ſeruo eſſe permiſſam horum nummorum alienationem, etiam inuito hærede, & ideo ad excipientem transferre eorum dominium. Sed ſi hæredi iuſſus eſt ſeruus dare decem, hæresq; ei tantum debeat, & velit ea ipſi compenſari pro iis quæ dare debet pro libertate: ſtatim fit liber.

b Si qui iuſſus quidem fuit accipere decem nummos deceſſerit, habeat autem ſeruus decem nummos: eum fieri liberum dixit Sabinus, quoniam à ſeruo non impeditur conditio. Iulianus autem dixit fauens libertatibus, quod & ſi dum moreretur is qui iuſſus fuit decem accipere, non haberet decem, ſed poſtea habuerit ſeruus: fit liber contra regulas, quod faueatur libertatibus. Adeò autem contra regulas potius fauore libertatis, & non ex teſtamēto hic ſeruus habet libertatem, vt ſi eidem ſeruo cum libertate eſſet etiam relictum legatum, & deceſſerit qui iuſſus eſt ab eo nummos accipere: libertatem quidem aſſequetur ſeruus: legatum autem non accipiet. Hoc enim dixit etiam Iulianus. In legato enim eſt ſimilis cæteris legatariis, qui cum deceſſerit is qui iuſſus eſt ab eis

Digitized by Google

accipere,non poſſunt amplius exigere legatum, vt pote quod defecerit conditio: Alia eſt cauſa illius ſerui quem hæres prohibet implere conditionem,hic enim ex teſtamento acquirit libertatem & non contra regulas.

c ENANTIOPH. Lege lib.11. tit.1. conſt. 21.& lib.45 tit.1 conſt. 1.& lib. 46. tit.3 conſt.9.

d Iuſſus hæredi dare,etiam ſi hæres deceſſerit,poteſt dare eius hæredi,vt reſcripſit diuus Adrianus.Si hoc autem ſenſit teſtator,ad hæredem hæredis tranſire conditionem,idem etiam obſeruatur in legatariis,vt hæres hæredis dans legatum impleat conditionem.

e Si quis teſtans dixerit,Stichus,ſi hæres eũ non manumiſerit,liber eſto[recte enim manumittit heres] Neq; enim contra voluntatem teſtatoris adimitur ei libertus. Sed nec continuum tempus conſideramus,vt confeſtim hæres eum manumittat. Nam eum præcipitamus,vt vel celerius peregre redeat,petentes ad ſeruum manumittendum,vel vt rerum ſuarum neceſſariarum adminiſtrationem intermittat propter ſerui libertatem Sed nec rurſus tam longum ſpatium concedimus hæredi,vt quandiu viuat pendeat libertas.Sed modicum ei tempus damus,vt cum primum poſſit hæres ſine magno ſuo damno eum manumittere,tunc hæres eum manumittat.Sed ſi teſtator certum tempus adiecit libertati,intra illud tempus Stichum oportet manumitti.

POMPONIVS. [a] Diſpenſator meus eſto liber, ſi rationes diligen- l.21.in pr.
ter tractare viſus fuerit, & ſua habeat. Diligens videtur adminiſtratio, quæ domino, non quæ ſeruo eſt vtilis: & cum non rationes ſolum recte ordinauerit,ſed etiam reliqua dederit. Illud enim Viſus fuerit, intelligitur pro potuerit videri. Si non adiecto nomine dare iuſſus ſit, debet dare hæredi. ¶ Cui [b] eorum voles reſtituas,ſi nullum elegeris, de- §.1.
bes omnibus. PAVLVS. Si [c] fuero iuſſus dare, & non adiectum l.22. in pr.
ſit quibus:debeo hæredibus pro partibus hæreditariis. ¶ Si quibuſdam ex §.1.
iis iuſſus fuerit:iis quoque det pro partibus hæreditariis. ¶ Si vnus autem § vlt.
extraneus,aut plures eis iuncti fuerint: hi quidem ex æquo, hæredes
autem accipient pro partibus hæreditariis. CELSVS. Poſt [d] tempus l.23
intra quod iuſſus ſum dare & eſſe liber, nec hæredi quidem nec emptori
poſſum dare. ¶ Qui [e] rationes reddere iuſſus eſt & eſſe liber, ſi non §.1.
concedatur ab hærede peculii quædam vendere & dare reliqua, erit
liber. MARCELLVS. Si [f] Petrus promiſerit hæredi meo dare de- l.24
cem nummos,aut etiam iurauerit ſe daturum operas,eſto liber: ſufficit
eum promiſiſſe, etiam ſi non conſiſtat obligatio. POMPONIVS. l.25.
Lege lib. 18. tit. 1. conſt. 7. [g] Vendi quidem poteſt is cui data eſt libertas ſub conditione, ſed non deteriori conditione: vtputa, vt in hoc loco ſeruiat, aut ne vnquam manumittatur.

a Labeo in ſuis poſterioribus talem caſum retulit. Calenus diſpenſator meus ſi [diligẽter]rationes adminiſtraſſe videbitur,liber eſto.ſuaq; omnia habeat,& centũ nummos, eã diligentiã requirere ab eo debemus,quæ domino fuerit vtilis, non quæ ſeruo tantũ. Sit autem omnino huic diligentiæ coniuncta bona fides,non ſolum in ordine deſcribendis rationibus: ſed etiam in reliquis reddendis.Et quod à teſtatore dictum eſt,Si diligenter viſus fuerit adminiſtraſſet,intelligimus, Si poteſt videri.Sic enim & verba legis duodecim tabularum interpretati ſunt veteres.Nam cum lex dixiſſet,Si aqua pluuia nocet,intellexerunt,Si poteſt nocere.Et ſi quæratur cuius arbitratu debeat ſtatuliber probare eam diligentiam * ego quidem * pretium; illius hæredis qui ſolitus eſt vt vir bonus ſua adminiſtrare,auctoritatem expectare ſtatuliber ad hoc vt probet diligentiam, & fiat liber. Si autem non adſcribit cuinam eum dare oporteat,ita intelligimus conditionem,vt ſi fuiſſet ſcriptum,vt ipſe daret hæredi.

b Pactomeius Clemens dicebat.Si ita ſit fideicommiſſum relictum,Cui eorum vis rogo reſtitue,& neminem elegerit cui id reſtituat:eum qui eſt grauatus,debere omnibus reſtituere, Antoninus Imperator conſtituit.

c Pecuniam dare iuſſus ſtatuliber.ſi non adiectum ſit cui debeat eam dare, eam dare debet hæredibus pro vniuſcuiſque parte hæreditaria. Nam pro qua parte vnuſquiſque eorum habet dominium in ſeruum,pro ea accipit pecuniam.Quod ſi nominatim meminit aliquorum hæredum quibus iuſſit dari nummos,hi quoque accipiunt pro portione hæreditaria Si autem cum nominaſſet hæredes,eis quoque iunxit perſonam extraneam:extraneo quidem datur pro rata ſecundum numerum perſonarum quæ ſunt nominatę,hæredibus autem pro portionibus hæreditariis datur pecunia.Quod ſi non vnum ſolum extraneum,ſed plures adiecit ſuis hæredibus:hi quidem rurſus extranei pro virilibus portionibus,hæredes autem pro partibus hæreditariis accipiunt id quod eſt relictum.

d Qui iuſſus eſt intra quinquennium dare nummos & eſſe liber, poſt quinquennium neque hæredi neque emptori dare poteſt.

e Si iuſ-

e Si iuſſum dato ſuas rationes & eſſe liberum, nō permittat hæres vendere res peculiares & ſoluere reliqua perinde ſit liber atque ſi impleſſet conditionem.

f Sic dixit quiſpiam, Stichus ſi hæredi meo promiſerit decem nummos, vel operas ſe daturum iurauerit, liber eſto: ſimul atque promiſit, etiam ſi ſit ſeruus is cui promiſit, impleta eſt conditio. Nam & ſi non ſit ſecura obligatio cum ſeruus ſtipulatur à domino, creditur tamen ſpopondiſſe & impleſſe conditionem.

g Poteſt quidem ab hærede vendi ſtatuliber, non oportet autem ei iniuriam fieri dum grauioribus venditur conditionibus: veluti, Ne in hoc loco ſeruiat, aut ne vnquam manumittatur.

l. 16. in pr. IDEM. Eas [a] etiam quæ ſine ſcriptis fiunt rationes, debet reddere
§. 1. is qui liber eſſe iuſſus eſt ſub conditione reddendarum rationũ ¶ Quod
l. 27. ſi [b] etiam nihil adminiſtrauit, ſic quoque ſit liber. IDEM. Si eum [c] qui
iuſſus eſt mihi dare & eſſe liber, emero & vendidero: is emptori dans
l. 28. in pr. ſit liber. IABOLENVS. [d] Poſt tempus intra quod iuſſus eſt reddere
rationes & eſſe liber, adita hæreditate impletur conditio, niſi tu impe-
§. 1. dieris ne reddat rationes. ¶ Ei [e] qui eſt deſtinatus vt manumittatur ſub
conditione relictum eſt peculium, id quoque augetur ante conditio-
l. 29. in pr. nem: niſi quod acceſſit hæres abſtulerit, & minuatur. POMPONIVS.
Qui [f] manumiſſi ſunt ſub conditione, & delinquentes & contrahentes,
§. 1. & in aliis criminibus, eadem ſubeunt quæ alii ſerui. ¶ [g] Scriptus hæres
conuentus ab iis qui veniebant ab inteſtato & condemnatus, ea etiam
quæ accepit ab eo qui manumiſſus fuit ſub conditione, cogitur dare vi-
ctori illo manente libero. Nomine emptionis ſignificatur omnis alie-
l. 30. natio. IDEM. Si [h] Petrum hæres non alienauerit, liber eſto, ſub condi-
l. 31. in pr. tione quidem manumittitur, recte autem alienatur. CAIVS. [i] Ser-
uus iuſſus legatum accipere, ſi reddiderit rationes, debet etiam reli-
§. 1. qua reddere. ¶ Quòd ſi Petrus etiam iuſſus ſit eſſe liber cum coniuge,
ſi rationes reddiderit, & deceſſerit: duobus coniuncta eſt conditio, ſic-
ut in legato duobus relicto, cum vnus prior deceſſerit. Ergo mulier quo-
que quæ dat reliqua, ſit libera: ſed non ex ſuo peculio. Ei enim ſoli per-
mittitur, cui permiſſum eſt dare pro ſua libertate.

a Si iuſſus fuerit ſeruus eſſe liber, ſi ſuas dederit rationes, non ſolum de iis quæ in ſcriptis adminiſtrauit debet reddere rationes, ſed etiam de non ſcripta ſua adminiſtratione.

b Si ſeruus iuſſus reddere rationes & ita eſſe liber, nihil vnquam adminiſtrauerit: nihilominus ſit liber.

c Seruus iuſſus eſt eſſe liber, Si Titio dederit decem nummos, & emit eum Titius, & vendidit eum alteri, debet ſecundo emptori ſeruus dare decem nummos. Nam cum ſeruus omnino fuit ſub domino qui iuſſus eſt ab eo accipere: ſi ſecundo eum alienauerit, conditio dandi tranſit ad emptorem.

d Si teſtator quidem iuſſit, vt intra 30. dies mortis ſuæ ſeruus reddens rationes ſuæ adminiſtrationis, ſit liber: poſt triginta autem dies mortis teſtatoris adita fuit eius hæreditas: ſtricto quidem iure non poteſt ſeruus amplius eſſe liber: quoniam non poteſt amplius implere conditionem. Sed fauor libertatis eo rem perduxit, vt reſpondeant [prudentes] impleram conditionem, ſi per ſeruum non ſtet quo minus impleatur conditio.

e Si ſtatuliber, priuſquam libertatis exiſtat conditio, rem emerit: etiam ſi ei legatum ſit peculium ſuum, dicebat Caſſius id ad legatum non pertinere: ſed id ad libertatis tempus eſſe collatum. Nos autem videamus ne cum peculium augmentum ſuſcipiat & diminutionem, res empta & quæ acceſſit peculio, niſi eam à peculio abſtulit hæres, debet accedere peculio, & hoc eſt verius.

f Statuliberi à cæteris ſeruis nulla in re pene differunt. Et ideo quod attinet ad actiones quæ contra nos mouentur occaſione ſeruorum, ſeu ex eorum cōtractibus, ſeu ex delictis, ſunt eiuſdem conditionis cuius cæteri ſerui. Sed & in publicis delictis patiuntur pœnas ſeruorum.

g Quintus Mutius ſcribit eiuſmodi caſum. Quidam dixit in teſtamento, Si Andronicus ſeruus meus hæredi meo dederit nummos viginti liber eſto. Sed de huius teſtatoris hæreditate fuit controuerſia, & quidam eius cognatus dicebat eius hæreditatem ad ſe pertinere ab inteſtato: ſcriptus autem hæres eam ad ſe pertinere ex teſtamento. In iudicio vicit ſcriptus hæres, & quærebat ſeruus Andronicus ſi viginti nummos dediſſet ei qui vicerat in iudicio hæreditatis, an fiat liber: an nihil faciat data de hæreditate ſententia, neque conferat ad negocium libertatis. Et ideo ſi dederit viginti ſcripto hæredi qui nondum vicerat poſtea autem contra eum fuit lata de hæreditate ſentētia,

Digitized by Google

maneret ſeruus. Labeo autem dicit verum eſſe quod ſcriptū eſt à Q. Mutio, ſi re vera ab inteſtato cognatus fuit vocatus ad hæreditatem defuncti Si enim iniuria iudicis victus fuit ſcriptus hæres, licet in valido teſtamēto [verò] ſcriptus: nihilominus videtur ſeruus impleſſe cōditionem cū dedit ſcripto hæredi, & liber factus eſt. Sed hæc quidem Q. Mutius & Labeo: ſed eſt verius quod Ariſto Celſo reſpondit, quod poteſt ſeruus ei etiam qui venit ab inteſtato, tuto dare ſecundū quem dicta eſt ſententia. quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem eſt complexa, adeo vt nihil referat quærere quonā modo [quis] fiat dominus ſtatuliberi, & ideo hac lege cōtineri & eum qui ab inteſtato dixit ſe eſſe hæredem & vicit, & ſeruum eſſe liberum qui ei dedit nummos. Poteſt autem ſcripto quoque nummos dare hic ſeruus: hunc autem ſcriptum hæredem qui eſt in poſſeſſione hęreditatis cui etiam dati ſunt nummi: ſi victus fuerit in petitione hæreditatis, cum cæteris rebus hæreditatis hos quoque nummos debere reſtituere ei qui vicit ab inteſtato cauſam hæreditatis.

b Si quis ſic dixerit, Stichus ſeruus meus, ſi hæres meus eum non alienauerit, liber eſto: eſt quidem hic quoque ſeruus ſtatuliber & poteſt alienari, & impeditur eius libertas alienatione: quoniam conditio erat, Si non fuerit alienatus.

i Si ſeruo relictum fuit legatum ſub conditione ſi reddiderit rationes: non dubitatur quod debeat dare etiam reliqua adminiſtrationis vt accipiat legatum. Et ideo quæſitum eſt, Si Stichus cum reddiderit rationes, iuſſus eſt eſſe liber cum muliere ei cohabitante: an Sticho decedente priuſquam impleat conditionem, cohabitans ei mulier fiat libera: Iulianus dixit eandem quæſtionem eſſe in hoc caſu, quæ etiam quæritur in legato quando quis dicit, Illi cum illo do, lego, an altera deficiente perſona alter poſſit legatum exigere. Et dixit magis ſibi placere vnum poſſe legatum exigere, perinde ac ſi dixiſſet teſtator, Illi & illi do lego. Fuit etiam alia quæſtio de hoc caſu, an etiam mulieri Stichi coniuncta ſit conditio reddendi rationes. Et placuit Stichi quoque mulieri coniunctam eſſe conditionem reddendi rationes. vt ſi nihil reliquum habeat Stichus, ſtatim libera fiat eius mulier. Sed ſi habeat reliqua, neceſſe eam habere dare reliqua: ſed ex aliis pecuniis & non ex peculio Stichi. Illis enim ſolis permiſſum eſt hoc facere, qui principaliter dare pecuniam iubentur pro ſua libertate.

LICINIVS. Qui [a] duobus hæredibus eſt dare iuſſus, etiam ſi ab vno fuerit venditus, partem dans alteri, fit liber. PAPINIANVS. Iura [b] eorum qui ſunt liberi ſub conditione, hæres non facit deteriora. IDEM. [c] Qui deſtinatus eſt vt manumittatur ſub conditione, ab hærede manumiſſus prius quam det quæ iuſſus eſt, non cogitur ea dare hæredi hæredis. ¶ Qui [d] iuſſus fuit rationes reddere & eſſe liber, ſi hæres diſtulerit, fit liber: ſi modo reliqua ſoluerit aut dare ſit paratus, aut pro eis ſatiſdederit, aut ea etiam ei conceſſa fuerint ab hærede Sin autem iuſſus fuerit ire in Hiſpaniam, & fructus colligere, & ita eſſe liber: etiam ſi Romæ ab hærede retentus fuerit, ante coactos fructus non fit liber. Si quis autem ſit ſtipulatus accipere in Hiſpania, habet tacitum tēpus intra quod poſſit eo venire.

l. 32. l. 33. l. 34. §. 1.

a Si duobus ſcriptis hæredibus, ſeruus iuſſus eſt eſſe liber ſi hæredibus dederit decē nummos, ab vno eorum vænierit & traditus fuerit: poteſt alteri hæredi qui eum non vendidit dans partem pecuniæ, eſſe liber.

b Statuliberorum iura non poſſunt per hæredem fieri deteriora.

c Eum qui iuſſus eſt hæredi dare decem nummos & eſſe liber, ſi ipſe hæres manumiſerit cum nihil ab eo accepiſſet, & deceſſerit: non debet hæredi hæredis dare nummos ſtatuliber. Quod enim placuit hæredis hæredi dare oportere, tunc locum habet cum primus hæres & dominus ſerui nummos erat accepturus. Hæc ergo cauſa facit † ambulatoriam, vt ita dicam, conditionem. Duæ ſunt enim cauſæ propter quas in primi hæredis perſona impletur conditio, nempe quod & eſt dominus ſerui, & quòd eius perſonæ iuſſus eſt dare nummos Et prior quidem cauſa, nempe quòd hęres in ſtatuliberū obtineat dominium, tranſit ad quencunque ſtatuliber peruenerit per perpetuā dominii translationem. Secunda autem cauſa, nempe quod hæres ſit nominatus qui debet accipere, adhæret eius perſonæ & non tranſit ad aliam perſonam. Nullus enim alius fuit nominatus à teſtatore, niſi hæres principalis.

† [illegible]

d Antoninus Imperator conſtituit vt qui iuſſus eſt dare rationes & eſſe liber, ſi hæres diſtulerit ab eo accipere rationes, nihilominus fit liber. Ita autem debemus accipere hanc conſtitutionem, vt ſi non reliqua habeat ſeruus, ſit liber. Sin autem habeat, tunc fit liber cum offert reliquorum quantitatem quam debet reddere ex fide veritatis. Non enim ſufficit hæredem fuiſſe in mora ad hoc vt libertas ſeruo competat, niſi ipſe quoque ſtatuliber illa fecerit, quæ non differente hærede erant ſeruo datura libertatem. Quid enim ſi ſeruus ſic fuit manumiſſus, Damas ſi in Hiſpaniam profectus, anno proximo fructus coegerit, liber eſto: & ſeruum Romæ retinet hæres non patiens eum proficiſci in Hiſpaniam: nunquid dicimus ſtatim antequam colligantur fructus, ſeruum eſſe libe-

Digitized by Google

liberum? Nam & cum Romæ ſic componitur ſtipulatio, Centum mihi in Hiſpania dare ſpondes? videtur ſtipulationi ineſſe tempus per quod poſſit is qui fuit interrogatus peruenire in Hiſpaniam: nec ante id tempus poteſt iure in eum agi. Sed ſi acceptis rationibus, hæres ſeruo debenti reliqua, & non habenti vnde ea ſoluat, ſcripſerit ei donare reliqua, [vel etiam epiſtola ad eum miſſa ſignificauerit ſibi ſoluta reliqua,] videtur impleſſe conditionem. Sed ſi ſtatuliber negat ſe debere reliqua & propterea quod nolit hæres accipere rationes, affirmat ſe eſſe liberum: hæres autem cõtra, neque ſe moram dicit feciſſe: & reliqua debere ſtatuliberum contendit apud eum qui de libertate cognoſcit, nunquid impleta eſt conditio? Et magis dicimus quod oportet Iudicẽ de mora conſiderare, & rationes rurſus tractare: & ſi inuenerit ſtatuliberum habere reliqua, pronunciare eum non eſſe liberum. Sed ſi nõ negat ſtatuliber ſe debere reliqua: ſed cum ſæpe admonuerit hęredem, & ei obtulerit rationes, profitetur ſe prompte ſoluturum quicquid apparuerit eum debere in reliquis, & pro reliquorum ſolutione offert aliquem idoneum paratum ſoluere reliqua quæ apparuerint, hæres autem differt accipere rationem: oportet Iudicem pronunciare pro libertate.

L. 35. IDEM. [a] Fuit mihi venditus qui deſtinatus eſt vt liber fiat ſub conditione, non habens peculium, vel vt non venditum, vel vt non traditum: non dans mihi quæ iuſſus eſt, non fit liber. Neque enim dabit de peculio quod apud me poſſedit, habeo autem de vendito & non tradito

L. 36. peculio [in venditorem] actionem. IDEM. [b] Seruus impuberi cum libertate ſubſtitutus in primo aut ſecundo aut tertio gradu, ſi fuerit ven-

L. 37. ditus, alienatur cum ſua cauſa. GAIVS. Do [c] tibi Petrum vt manu-

L. 38. mittas. Sin minus: eſto liber. erit ſtatim liber. PAVLVS. Non [d] alias conditionem impediens hæres meus, facit eam videri eſſe impletam,

L. 39. in pr. quam ſi hoc fecerit propter libertatem. IABOLENVS. [e] Petro Paulum lego, & ſi hic ei dederit decem nummos, liber eſto. quæ dantur non repetet hæres, ſub conditione autem eſt hic manumiſſus, & ſeruus hære-

§. 1. dis, & legatum libertate tollitur. ¶ Si [f] iuſſero Petrum eſſe liberum, ſi ſolutum fuerit meis creditoribus aut eis ſatisfactum: niſi hoc factum ſit, etiam ſi hæres ſit diues, non fit liber.

a Si ſtatuliber iuſſus dare pecuniam, dicat, Ego habeo peculium apud eum qui me vendidit, & non poſſum ex eo ſoluere, quoniam mecum non fuit venditum peculium: non videtur impedire conditionem. Ad alienum enim peculium defuncti voluntas extendi non poteſt, hoc eſt, etiam ſi ſtatulibero permiſſum ſit ſoluere ex peculio, hoc non extendimus etiam ad aliena peculia, ſed ad illa ſola quæ ſunt apud hæredem teſtatoris. Idem dicimus etiam ſi venditus quidem fuit ſeruus cum peculio: inique autem & præter fidem faciens venditor retinet peculium. Licet enim in eum habet emptor [ex empto] actionem de peculio, non creditur tamen ſeruus apud ſe habere peculium.

b Quando impuberi in pupillari teſtamento ſeruum cum libertate teſtator ſubſtituit, hunc quoque ſeruum munierunt prudentes iure ſtatuliberi, non ſtricto iure: non fuit enim adita inſtitutio ex qua expectat libertatem: ſed propter vtilitatem, vt cum ſua cauſa alienetur: & impubes nõ euertat patris teſtamentum. Hoc autem ius extendimus etiam ad ſecundo & tertio gradu ſubſtitutum. Non enim primam elegimus ſubſtitutionem: ſed indiſtincte hoc admittimus in omni ſubſtitutione.

c Si quis ſic dixerit. Stichum ſeruum meum Titio lego vt eum manumittat, [ſi non manumiſerit liber eſtõ.] hic ſeruus ſtatim fit liber.

d Non omne impedimentum quod ab hærede fit ſtatulibero, facit eum impleſſe conditionem libertatis ſed illa ſola quæ impediendæ libertatis cauſa ab hærede fiunt.

e Sic dixit quiſpiam, Stichum Attio do, lego, & ſi Stichus centum nummos dederit legatario, liber eſto. non poteſt hæres eos ab eo repetere: quia Attius eos à ſeruo ſuo acceperit, non à ſeruo hæredis. Eum autem ſeruum eſſe ſtatuliberum. & Quintus Mutius & Labeo dixerunt. Seruius autem & Ofilius non admiſerunt eum eſſe ſtatuliberum, ſed ego ſuperiorem ſententiam probo, inquit Iabolenus: ita tamen vt ſeruus ſit ſeruus hæredis, & ſimul atque extitit conditio libertatis, is ad eam peruenit.

f Quidam teſtans ſic dixit. Cum mea debita ſoluta fuerint meis creditoribus, aut eis fuerit ſatisfactum, Stichus liber eſto: quamuis hæres locuples extiterit teſtatori, ſeruus tamen non prius fit liber, quam creditores defuncti aut quæ ſibi debentur acceperint, aut fideiuſſores, aut aliquo alio modo eis cautum fuerit.

§. 2. ¶ Si [a] hæres ei qui ſub conditione manumittitur pecunias dederit ad negociationem, & ille eas reddiderit: liber eſto. etiam ſi pecuniæ quæ

§. 3. redduntur ſunt peculiares, dans tamen fit liber. ¶ [b] Septem annorum

Digitized by Google

tamen teſtamento ſubſcripſit. Ad hanc quæſtionem reſpondet Scæuola, ſi cum fide reddantur rationes & reliqua ſoluantur, ſeruum fieri liberum De eodem caſu rurſus fuit rogatus, an ea quæ exacta ſunt per adiutores, neque Calendario illata ſunt, aut quæ cum fraude ſunt ab eis adminiſtrata, huic ſeruo adſcribantur, cum cæteris ſeruis præeſſet. Reſpondet, ſi eſt aliquid quod poſſit eius negligentiæ adſcribi aut imputari eum neceſſe habere eius etiam reddere rationem. Rurſus fuit rogatus, an propterea quoque debeat rationem reddere, quod non exegit ab iis qui prædia conduxerunt, aut ab agricolis penſiones, cum etiam eis mutuo dederit. Reſpondit. De eis iam reſpondi, hoc eſt. In his quoque ſi poſſit adſcribi eius negligentiæ. recte ab eis petuntur rationes. Illud quoque rurſus fuit quæſitũ. [An eorum quoque nominum ratio haberi debeat quod non exigit à conductoribus prædiorum nec à villico eorum & quod inſuper † promutuum eis dederit. & reſpondit ſupra & iis reſponſum eſſe, id eſt, ſi quid aſcribi poſſit negligentię eius eius certe rationem exigi. Illud vero rurſus quæſitum eſt.] Cum totum peculium ſuum priuſquam redderet rationes aliquo alio tranſtulit, an etiam ſeruus eo nomine teneatur Et reſpondit [tranſlatione dominii] nihil impediri conditionem ſi modo bona fide reddat rationes. † προχρή-αν.

§.7. ¶ [a] Ex actoribus meis, alios quidem aliquibus legaui: alios autem manumiſi, ſi reddiderint rationes [intra menſes quatuor ſi nõ reddiderint,] & reliqua dederint. ſi hæres moram fecerit, neque legata, neque libertates competunt. Oportet autem conſiderare, num quatuor menſes, non reddendis rationibus ſed ſolutioni ſunt præſtituti. Pręſumptio autem eſt
l. vl. pro iis qui ſunt deſtinati vt manumittantur ſub conditione. ¶ Si [b] Petrus ſeruus meus nomine ſuo & Pamphili conſerui, actus qui agitur rationem reddiderit, & nihil habens reliqui inuentus fuerit: intra ſex mẽſes liberi ſunto. non alias fiunt liberi quam ſi inuenti fuerint nihil habẽ-
l.41. in pr. tes reliqui, aut hæres eos impedierit. LABEO. [c] Idem eſt dicere, Si
§.1. triennio ſeruierit, aut ſi triennio operas dederit. ¶ Si autem dixerit, Si operas promiſerit, etiam ſi non valet ſtipulatio, promittens liberatur.
l. vlt. IDEM. Si [d] reliquero vxori meæ ſeruum, vt ſi ea nubat, ſit liber: ſi ea nubat, erit liber.

a Titius teſtans ſingulos ſeruos ſuos actores legauit diuerſis perſonis ſub conditione, ſi rationes reddiderint hæredi ſuo. Sed poſtea proprium caput ſcripſit eiuſmodi. Omnes actores ſeruos meos quos legaui vel manumiſi, intra quatuor menſes poſt mortem meam volo reddere rationes dominis quibus ſunt à me legati Et inferius aliquos alios actores iuſſit eſſe liberos cum dicta adiectione, ſi ipſi quoque reddiderint rationes. Quæro ſi hæres impedierit ne reddantur rationes, deſinant ſerui eſſe ſtatuliberi elapſis quatuor menſibus, an nihilominus quandocunq; redditis rationibus & ſolutis reliquis poſſint conſequi libertatem. Reſpondet Scæuola, nec legata nec libertates alias cõpetere quam ſi redditæ fuerint rationes, aut impedierit hæres ne eę reddantur. Oportet autem iudicem æſtimare, vtrum conditioni legatorum ac libertatum, hoc eſt, redditioni rationum adiectum ſit tempus intra quatuor menſes: an etiam quandocunque poſt redditas rationes ſolutioni reliquorum quatuor menſes appoſiti ſint, vtpote quod fuerit teſtator ſolicitus ne fieret dilatio neq; mora ſolutioni Melius autem eſt præſumptionem accipere pro ſtatuliberis.

b Quidam cum eſſet argentarius, & omnes fere ſuas facultates haberet in † ſchedulis, ſeruis ſuis actoribus ita dedit libertatem, Quiſquis mihi hæres erit, ſi Damas ſeruus meus, actus qui geritur eius nomine & Pamphili conſerui ſui, hæredi meo rationes reddiderit, & inuentus fuerit nihil habens reliqui: intra ſex menſes liber eſto. Quæſitum eſt, an hoc inueniri ipſum nihil habẽtem reliqui pertinet ad omnes † ſchedulas domini exceptis perditis. & hoc ſignificet illud, † nihil reliqui, ſi omnes pecunias exegerit ſeruus ab omnibus debitoribus, & vel hæredi ſoluerit, vel ei ſatisfecerit, vt ſi moram fecerit in exactione debitorum intra ſex menſes, non competat ei libertas. Ad hoc reſpondet Scæuola. Manifeſta eſt conditio quæ in teſtamẽti verbis prius ſcriptis eſt poſita. Tunc ergo fiunt liberi, ſi nihil fuerit eis reliquum, aut ab hæredibus factum ſit quod eis ſint reliqua. † γραμματείοις. † γραμματεῖα. † ἐν τῷ ἀν- παντι λέξει.

c Si ex ſeruis tuis aliquem vis ad certum tempus relinquere ſtatuliberum, nihil intereſt an dixeris, Si ſeruierit triennio, liber eſto: an ſic dixeris, Si triennio operas dederit. liber eſto. Si quis autem liber iuſſus eſſe fuerit, ſi decem nummos promiſerit hæredi: tanquam ea ſtipulatio non ſit valida, vt quæ fiat inter ſeruum & dominum, tamen ſimul atque promiſit, ſeruus fit liber, [hoc vero dictum eſt etiam ſupra.]

d Si quis eundem ſeruum vxori ſuæ legauerit, & quando ea nupſerit, eum liberum eſſe iuſſerit, etiam ſi ex Smicella lege nupſerit mulier, ſeruus tamen fit liber.

Titulus VI.

Οἱ πρὶν αὐτοῦ ἐλευθερίας ἐκ ἐλευθερίαν μετέρχονται.

Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt.

Liber XL. ff. Tit. VIII.

PAVLVS.

VENDITVS vt intra certum tempus manumittatur, etiam ſi ſine ſucceſſore deceſſerint emptor aut venditor: peruenit ad libertatem, licet pœnitētia ductus fuerit venditor. MODESTINVS. [b] Seruus† cuius cura non geritur, liber fit. CALLISTRATVS. [c] Venditus vt intra certum tempus manumittatur, tempore præſtituto fit liber, ſi non pœniteat venditorem, ipſius autem hæredis voluntas nō [d] quæritur. VLPIANVS. Si [d] emeris vt te viuo manumittatur, te mortuo peruenit ad libertatem. MARCIANS. Qui [f] mortem domini detexit, & ideo fuit manumiſſus, tanquam ex teſtamento eſt libertus. IDEM. Si [g] tibi ſeruum vendidero vt manumittas, fit liber, etiam ſi omnia quæ habeo & ſum habiturus alteri obligauero. ¶ Idē etiam ſi emeris ancillam hac lege, ne proſtituas, & proſtitueris. PAVLVS. Si [h] auro accepto conceſſero de qua conueni manus iniectionem, ex eo quod proſtituta ſit ancilla, proſtituta ſtatim peruenit ad libertatem. PAPINIANVS. [i] Donaui tibi ſeruos vt curares eos manumitti poſt mortem tuam, niſi hoc feceris, eripiuntur ad libertatem, niſi me pœnituerit. Quod ſi prius deceſſero, omni modo eripiuntur. PAVLVS. [k] Vendidi tibi ſeruum vt eum manumittas, nec dixi tempus. Si mens noſtra fuit vt cum poſſes: tunc te non faciente peruenit ad libertatem. Sin autem cum velles: poſt mortem tuam. Si autem non apparet quod †conuenit, & adſunt emptor & ſeruus: intra duos menſes [ſi vero abeſt ſeruus, intra quatuor menſes] liberatur. Sin minus, eripitur ad libertatem.

[Right margin: l.1.ff.qui ſine manumiſſ. ad libert. peruen. — l.2. — l.3. — l.4. — l.5. — l.6.in pr. — §.1. — l.7. — l.8. — l.vlt.]

[Left margin: † ἀμελούμενος. — † ὃ ἤρξατο.]

SI ſeruus fuerit venditus vt intra certum tempus manumittatur: etiam ſi ſine hærede deceſſerint tam qui eum vendidit quam qui emit, competit ſeruo poſt tempus libertas, hoc enim reſcripſit diuus Marcus. Sed & ſi voluntatem mutauerit qui ſeruum vendidit, nihilominus ſeruo competit libertas. Hoc autem intellige in ſolo defuncto qui non habet hæredem.

b Si ſeruum qui in grauem morbum inciderat pro derelicto habuerit dominus, ei competit libertas ex edicto diui Claudii Imperatoris.

c Seruus venditus vt intra certum tempus manumitteretur, cum libertatis eius tempus aduenerit viuo adhuc emptore & permanente in eadem liberandi eius voluntate, perinde erit liber ac ſi ab illo fuerit manumiſſus qui debebat eum manumittere: mortuo autem venditore eius hæredum voluntatem nequaquam inquirimus. Sic enim diuus Marcus cum patre ſuo reſcripſit.

d ENANT. Lege lib.12. tit. 4 conſt.5.[them.2.] & lib.17.tit.1.c 27.them.2.

e Qui hac lege fuit venditus vt à ſuperſtite emptore manumitteretur, ſimul atque deceſſit qui emerat, fit liber.

f Qui propterea quod domini ſui mortem detexit, pro præmio accepit libertatem, fit Orcinus libertus.

g Etiam pignori datum ſeruum ſi quis hac lege emerit vt manumitteret, ei competit libertas ex cōſtitutione diui Marci, etiam ſi omnia bona quæ habet, & quæ eſt acquiſiturus, † vēditor dederit pignori.

[Left margin: † ἐνεχυρασμοῖς.]

pignori. Idem dicimus etiam ſi quis hac lege emerit ancillam vt non proſtituat, & eam proſtituerit. Nam & ſi ea obligata ſit creditori, tamen ipſa quoque fit libera.

b Si quis vendiderit ancillam hac lege ne proſtitueretur, & reſeruauit ſibi manus iniectionem ſi proſtituta eſſet ancilla: proſtitutam autem eam cum poſſet auferre emptori, venditor accepta pecunia conceſſit manus iniectionem, Imperator noſter cum patre ſuo conſtituit ancillam fieri liberam. Nihil enim refert an venditor ipſe ancillam abduxerit & proſtituerit, an accepta pecunia patiatur eam proſtitui, cum eam poſſet abducere.

i Mater donauit filiæ Mancipia, vt filia curaret ea poſt mortem ſuam fieri libera. Si donationis legem tranſgreſſa ſit filia, mancipia fiunt libera, conſentiente matre quæ ea donauit, ex ſententia conſtitutionis diui Marci. Quod ſi ante filiam mater vita deceſſerit, hæc mancipia omni modo fiunt libera, hoc eſt, non ſicut matris expectamus conſenſum, ita etiam expectamus ſententiam hæredum.

k Quidam vendidit ancillam ita vt manumitteretur, tempus autem [certum] non adiecit libertati. Quæro, ô Paule, quando huic ancillæ competat libertas differente emptore eam manumittere. Et reſpondet primum quidem debere nos attendere mentem eorum qui contraxerunt, & quid inter eos actum ſit, num cum primum potuiſſet emptor manumittere vt manumitteret, an vt eſſet in eius poteſtate quando vellet eam manumittere. Nam in primo quidem caſu tempus facile deprehenditur. Nam ſimul atque potuit manumittere, ſi non manumiſerit, mancipium peruenit ad libertatem. In ſecundo autem caſu, cum morietur emptor competit libertas. Atque hæc quidem obſeruantur, ſi appareat quid ſenſerint qui contraxerunt. Sed ſi non apparet mens eorum, fauore libertatis accipiemus primum caſum, nempe vt intra duos menſes manumittat mancipium, quando in eodem loco ſunt præſentes emptor & ipſum mancipium. Sed ſi abeſt ſeruus, niſi intra quatuor menſes emptor eum manumiſerit, ex conſtitutionibus eripitur ad libertatem.

Titulus VII.

Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt in fraudem creditorum, & de lege Ælia Sentia.

LIBER XL. ff. TIT. IX.

VLPIANVS.

L. 1. ff. Qui & à quib. man. lib. non fiunt. &c. QVI eſt ab ortu ſuo ſurdus, recte manumittit. IDEM. [b] Seruus qui eſt exterminatus, ſi Romæ degit, non manumittitur.
l. 2. CAIVS. Si [c] ſerui mihi relicta ſit optio, aut indefinite ſeruus, hæres ante meam optionem non recte manumittit.
l. 3. VLPIANVS. [d] Seruum quem dedi pignori, non poſſum manumittere.
l. 4. IVLIANVS.
l. 5. in pr. [e] In hæreditate quæ non eſt ſoluendo, etiam ſi locuples ſit hæres, ſeruus
§. 1. non fit liber, ¶ niſi ſic dixerit teſtator, Quando ſatisfactum fuerit meis
§. 2. creditoribus, eſto liber. ¶ [f] Promiſi tibi Petrum aut Pamphilum, non poſſum priuſquam dedero vnum ex his, manumittere. Sed ſi vnum promiſi, poſſum alium manumittere. Nam & ſi duos ſeruos pignori dedero pro quinque nummis, quorum vterque eſt pretii quinque, vnum tamen non manumittam, priuſquam dederit debitum.
l. 6. SCÆVOLA. Sed ſi præter duos ſeruos alia quoque bona habeam: manumitto, quoniam & ſi deceſſerit is qui non eſt manumiſſus, poſſum dare pretium. Idem etiamſi ſeruum indiſtincte promiſero.

QVI eſt ab ortu ſurdus, recte manumittit. Nam hoc quoque Celſus probauit propter vtilitatem libertatis.

b Si ſeruus Roma exterminatus degat Romæ, non poteſt fieri liber.

c Quando ſerui optio legata fuerit, aut indiſtincte ſeruus legatus fuerit alicui, non poteſt hæ-

res aut omnes ſeruos, aut aliquos ex iis manumittens, lædere ius electionis legatarii. Quando enim optio vel electio ſeruorum legata fuerit, videtur vnuſquiſque ſeruus eſſe legatus ſub conditione, niſi eum elegerit legatarius.

d Seruum creditori datum pignori manumittere non poſſumus.

e Quando hæreditas non eſt ſoluendo, quanuis hæres locuples exiſtat, non competit libertas ex teſtamento. Si autem teſtator qui ſoluendo non eſt, ſub hac conditione reliquit libertatem, ſi eius creditoribus integra fuerint ſoluta debita: non videtur relinquere libertatem in fraudem creditorum.

f Titius cum nihil aliud haberet in bonis niſi Stichum & Pamphilum ſeruos, & Stichum aut Pamphilum alicui dare promiſiſſet, nulli autem alii deberet: liberauit Stichum in teſtamento. placuit Iuliano libertatem reſcindi per legem Æliam Sentiam. Quanuis enim fuit in poteſtate Titii vt qui * ſub alternatione promiſiſſet, dare ſeruum Pamphilum, tamen quandiu eum non dederit quia mori potuit Pamphilus & ſolus Stichus eſſe ſuperſtes, & deberi ei qui eſt ſtipulatus: videtur in fraudem ſtipulatoris, Sticho dari libertas. Sed ſi ſolum Pamphilum promiſit moriens, ſine dubio Stichum recte manumiſit. poterat enim Pamphilus quoq; hic mori: ſed multum intereſt contineaturne ſtipulatione is qui manumittitur, an ſit extra obligationem. Nam & quando quis ob debitum quinque nummorum aureorum Stichum aut Pamphilum pignori dederit, cum vterque eorum ſit pretii quinque aureorum, nullus eorum recte manumittitur, cum vterque eorum ſit in obligatione. [Si vero Stichum pignori dederit, recte manumittit Pamphilum, nec creditur in fraudem creatorum manumittere.] Hæc dixiſſe Iulianum refert Celſus in ſuis digeſtis, & dicit quod Iulianus de illo loquitur, qui nihil habet in bonis niſi ſolos ſeruos. Quod ſi habet etiam alias facultates, cur non dicimus poſſe eũ indiſtincte manumittere vnum ex ſeruis? Nam & ſi alter deceſſerit, debitor eſt ſoluendo. merito ergo etiam ſi vnus manumittatur, manet locuples, & debet valere libertas nec oportet nos attendere caſus aduenientes extrinſecus. Nam & qui indiſtincte vnum ex ſeruis ſuis promiſit alicui, nullum eorum poteſt manumittere, propterea quod ſperentur alii deceſſuri, & ſolus ſuperſtes futurus is qui manumittitur. quod quidem eſt abſurdum.

* [illegible]

JVLIANVS. Si [a] ad circunſcribendos creditores, is qui non eſt ſoluendo, reliquerit libertates: non dantur. Inopiam autem conſideramus eo tempore quo dare oporet libertates. ¶ Minor [b] annis viginti, ſine cauſa nec in vita manumittere, nec alteri vt manumittat dare poteſt. L.7. in pr. §.1.

AFRICANVS. Nec [c] ad circunſcribendos ne ſub conditione quidem creditores oportet manumittere [fid. cauſa,] etiam ſi teſtator ſit miles. MARCIANVS. Si [d] ſeruus meus me coegerit eum manumittere in teſtamento, non fit liber: ¶ ſicut nec eum quem non defendi in crimine capitis, à quo fuit poſtea abſolutus. GAIVS. Ille [e] circunſcribit creditores, qui eſt pauper, vel propter datas libertates fit pauper. L.8. l.9. in pr. §.1. L.10.

MARCIANVS. Debitor [f] ciuitatis aut fiſci, in fraudem eorum cum non ſit ſoluendo, non manumittat. VLPIANVS. Cum [g] tormentis ſperatur futura quæſtio, vt puta de adulterio, mancipia non fiunt libera ad certum tempus. ¶ Quamobrem quæ fecit diuortium, ſuos ſeruos non alienat nec manumittit, licet ſint extra eius miniſterium, etiam ſi poſtquam diuertit eos acquiſiit: ¶ pater autem eius ea quæ ſunt ad filiæ vſum deſtinata non manumittit: ¶ ſicut nec mater, nec auus, nec auia. Nam de his quoque tormentis habetur quæſtio: ¶ tempus autem quæſtionis eſt duorum menſium. Poſt litem autem conteſtatam non alienantur vſque ad ſententiam. ¶ Sed & ſi intra ſexageſimum diem deceſſerit pater mulieris, nõ poteſt ex ſeruis qui ſunt deputati ad eius miniſterium, aliquem manumittere aut alienare. PAVLVS. Si autem manumiſerit, erit ſeruus ſtatuliber. VLPIANVS. Sed & ſi maritus intra ſexageſimum diem deceſſerit, ne ſic quidem fit liber. Nam & pater accuſat adulterii. ¶ Siue autem matrimonium ſoluerit mulier, ſiue maritus: impeditur libertas. ¶ Si autem morte aut pœna mariti ſolutum ſit matrimonium, poteſt manumittere: ¶ quemadmodum ſi † bona gratia ſit diſſolutum. ¶ Sed & ſi conſtante matrimonio mulier cogitans diuer- L.11. l.12. in pr. §.1.&2. §.3. §.4.&5 §.6. §.vlt. L.13. l.14. in pr. §.2. §.3. §.4. §.5.

† [illegible]

Digitized by Google

§. vlt. diuertere manumiſerit, aut alienauerit, impeditur manumiſſio. ¶ Oportet autem intelligere quamuis alienationem.

a Si quis cum eſſent copioſæ facultates codicillos confirmauit, deinde cum redactus eſſet ad inopiam, & conſilium cepiſſet fraudandorum creditorum, in his codicillis reliquit libertates: impediuntur hæ quoque nihilominus lege Ælia Sentia. Cõſilium enim teſtatoris quod capit ad fraudandos creditores, non conſideratur illo tempore, quo confirmati ſunt codicilli, ſed quo in codicillis reliquit libertatem.

b Si minor 20. annis volens ſeruum manumittere, & non habens iuſtam cauſam manumittẽdi, cum tibi dederit vt ipſe per te manumittatur: ſeruus non fit liber. ad circunſcribendam enim legem hæc facta ſunt.

c Etiam ſi creditores quis habeat ſub conditione, nec ad eos quidem circunſcribendos oportet ſeruos manumittere [fideicõmiſſi cauſa.] Quod ſi etiam ſit miles, & iure militari teſtetur, in fraudẽ autem creditorum manumiſerit: ſi deceſſerit non ſoluendo, impediuntur ſic quoque libertates.

d Qui domino ſuo metum intulit ad hoc vt manumitteretur, etiam ſi perterritus dominus ei reliquit libertatem: non fit liber. Quod ſi etiam capitalis criminis accuſatum ſeruum dominus quidem non defenderit, ab accuſatione autem fuerit abſolutus: ne ſic quidem fit liber.

e In fraudem creditorum manumittere videtur, qui in ipſo tempore libertatis datæ non eſt ſoluendo, vel propterea quod ſeruis dedit libertates factus eſt non ſoluendo. Sæpe enim quidam ſperant ſe plura poſſidere, quam reuera poſſident. Idque frequentius illis accidit qui in locis valde remotis exercent negociationem, non per ſe, ſed per ſuos ſeruos aut per libertos: qui quidem ſæpe ignorant factam diminutionem bonis † quæ ſunt in aliena regione, quando faciunt teſtamentum, & per ignorantiam credentes ſe eſſe ſoluendo, manumittunt: non vt, qui velint iniuriam facere ſuis creditoribus.

† [Greek illegible] id eſt, aliena regione poſitas [illegible]

f Is quoque qui debet ciuitatibus, ſi in fraudem ciuitatum manumiſerit, impediuntur libertates à Senatuſconſulto. Sed nec in fraudem fiſci data libertas valet, hoc enim reſcripſerunt cõſtitutiones. diui autem fratres cenſuerunt, non omnem fiſci debitorem impediri manumittere, ſed illum qui cum non poſſet fiſco ſoluere debitum, manumiſit.

g Quoniam cum committitur adulterium, oportet tormentis quæſtionem haberi de ſeruis mulieris adulteratæ: ſæpe autem mulier nolens de ſuis ſeruis haberi quæſtionem, eos manumittit: propterea prohibet lex de adulteris, impoſita libertate quæſtioni ſubduci ſeruos mulieris: certo tempore præſtituto, intra quod non licet eas manumittere. Nulli ergo mulieri quæ miſit libellum repudii, conceſſum eſt vllum ex ſeruis ſuis manumittere, aut alienare vſq; ad duos menſes: nec eos ſolum quos habuit in miniſterio prohibetur manumittere, ſed eos etiam qui degunt extra eius miniſterium, vel in agro, vel in alia prouincia, prohibita eſt manumittere vel alienare. Et dura quidem lex eſt de ſeruis qui non degant ſimul cum domina: ſed ita ſcripta eſt & neceſſe eſt eam ſeruari. Sed & ſi poſt repudium emit ſeruos, aut aliqua alia ratione acquiſiuit mulier, nec eos quidem poteſt manumittere, quantum attinet ad verba legis. Nam hoc quoq; Sextus Cæcilius adnotauit. Pater vero qui habet in poteſtate mulierem quæ miſit repudium, ea ſolum mancipia prohibetur manumittere quæ in eius filiæ miniſterium data ſunt. Mater quoque mulieris prohibetur manumittere aut alienare mancipia quæ ad ſuæ filiæ miniſterium deputauit. Sed & auum & auiam prohibet lex manumittere: quoniam poſſunt hæc quoque mancipia in quæſtione de adulterio torqueri. Cum autem intra duos menſes prohibuit lex hæc mancipia manumitti aut alienari, dicebat Sextus Cæcilius anguſtiſſimum eſſe hoc tempus duorum menſium. Finge enim intra ſexageſimũ diem à repudio fuiſſe mulierem accuſatam adulterii, quænam cognitio de adulterio tam facile poteſt expediri, vt intra ſexageſimum diem ea compleatur? & tamen euenit vt liceat mulieri etiam accuſatæ adulterii, ſeruum ſuſpectum in adulterio, vel eum qui eſt quæſtioni neceſſarius, quod ad verba legis attinet manumittere. Sed clarum eſt quod in hoc caſu oportet nos legi ſuccurrere, quod lege deſtinati ſerui, vt qui ſint conſcii adulterii mulieris, vel vt qui ipſi eam adulterauerint, nunquam manumittantur antequam ſit finitum iudicium adulterii, etiam ſi præterierint duo menſes. Si autem pater vel mater mulieris intra ſexageſimum diem poſt repudium deceſſerint: nullum ex his ſeruis qui ſunt deputati ad miniſterium filiæ ſuæ poſſunt manumittere. Sed ſi his ſeruis reliquerint libertatem, non competit quidem eis libertas, ſunt tamen ſtatuliberi ſperãtes libertatem, niſi poſtulati fuerint ad quæſtionem: aut ſi etiam dati ad quæſtionem viſi ſunt innocentes. Sed & ſi maritus intra ſexageſimum diem deceſſerit, ne ſic quidem poteſt mulier ſeruos manumittere. Nam licet non ſit ſuperſtes maritus qui eam poſſit accuſare adulterii: poteſt tamen mariti quoque pater eam accuſare. Et ſimpliciter lex quidem mulierem prohibuit intra ſexageſimum diem à repudio manumittere. Siue autem ipſa miſit repudium, ſiue maritus eam repudiauit, impeditur manumiſſio. Sed ſi morte mariti ſolutum ſit matrimonium, vel aliqua pœna ei impoſita, non fuit prohibita mulier manumittere. Et ſi † bona gratia ſoluerint inter ſe matrimonium, ſine impedimento & manumittit & alienat ſua mancipia mulier. Sed & ſi conſtante quidem matrimonio, cogitans autem mulier repudium, manumiſerit, aut alienauerit ſeruos, & hoc dilucidis probationibus fuerit probatum: non valet quod actum eſt, vt quod ſit factum in fraudem legis. Quod autem in lege dictum eſt de alienatione, non ſolum ad venditionem, ſed generaliter ad omnem referimus alienationem.

† [Greek illegible]

PAVLVS. Qui accuſatur maieſtatis, ex quo quiſquis ſe deliquiſſe

l.20. [b] ſeruus fuerit iudicatus is qui dedit libertatem:non valet. IDEM. [c] Non recte manumitto alienum, etiam ſi poſtea fuero hæres domini eius.
l.21. IDEM. [d] Non poteſt matrimonii cauſa manumittere ancillam,niſi qui eam vxorem ducturus eſt. Quæ ergo alii nupſit, ne ſi intra ſex menſes quidem fuerit ſeparata,& coniuncta ei qui manumiſit,eſt libera. POMPONIVS. [e] Curator furioſi ſeruum eius non manumittit. IDEM. Quære lib. 24 tit. 3. c. 15.
l.22.
l.23. [f] Fraudem creditoribus facere videtur is qui non eſt ſoluendo,etiam ſi
l.24. dignum manumiſerit. TERENTIVS. [g] Duobus manumiſſis,ſi pretium vnius ſatisfaciat creditoribus, primus ſcriptus fit liber. Si autem
l.25. hic vtpote magni pretii ſatisfacit, [h] ſecundus. PAPINIANVS. Si [i] creditores circunſcribens manumiſero, & iis dimiſſis ab aliis fœnori accepero: ne ſic quidem fiunt liberi.

a Si ſeruus iuſſus ſit hæredi tantum dare quanti eſt,& eſſe liber:videamus an ſic quoque videatur fraus fieri creditoribus,quia hæres tanquam mortis cauſa capionem eſt accepturus à ſeruo eius pretium:an potius dicimus, ſi aliquis alius pro ſeruo ſoluat nummos, aut ipſe ſeruus non ex peculio ſuo præbeat,nullam fieri fraudem. Sed contrarium magis placet, impediri libertatem. Nam quemadmodum hæredem eſſe locupletem domini qui non eſt ſoluendo, nihil prodeſt libertatibus:ita nec alterum pro ipſo dare nummos ei prodeſſe poteſt.

b Si is qui ſeruo dedit libertatem,poſtea pronunciatus fuerit eſſe ſeruus, non competit quæ ab eo data fuit libertas.

c Quando alienum ſeruum non conſentiente domino manumittit quiſpiam, non poteſt valere libertas ex auctoritate iuris, quanuis poſtea ipſe manumiſſor domino fuit hæres Nam licet is qui ſeruum manumiſit, iure cognationis fuerit hæres domini ſerui,tamen ne ſic quidem per eius aditionem confirmatur libertas.

d Nullus alius poteſt matrimonii cauſa manumittere, niſi qui poteſt vxorem ducere eam quæ manumittitur.ab altero autem manumiſſam matrimonii cauſa ſi alius vxorem duxerit, non erit libera:& nec quæ poſtquam alii nupſit intra ſex menſes repudiata, fuit vxor eius qui eam manumiſit,dicimus eam fieri liberam. Senatus enim de illis ſenſit nuptiis qui poſt manumiſſionem primæ cum ea contrahuntur,aliis nuptiis non interpoſitis.

e Curator furioſi ſeruum eius manumittere non poteſt.

f Etiam ſi ſeruum benemerentem manumiſerit is qui ſcit ſe non eſſe ſoluendo,tamen in creditorum fraudem creditur data eſſe libertas:& ideo non valet.

g Si qui habet creditorem plures ſeruos manumiſerit,non omnium libertas impeditur, ſed qui primi ſcripti ſunt ordine:ordine fiunt liberi,donec creditores per ſeruos qui remanent in ſeruitute ſuum recipiant.Et hanc rationem Iulianus ſolebat dicere:veluti duobus ſeruis manumiſſis, ſi vnius libertas circunſcribat creditores,non impeditur vtriuſque libertas:ſed vnius ex eis vt plurimū eius qui ſecundus eſt ſcriptus, niſi ſit longe maioris pretii ſeruus qui libertatem primus eſt conſecutus, nec ſufficiat ad ſatisfaciendum creditoribus quod ſecundus ſeruus retineatur in ſeruitute, primus autem qui retinetur, ſatisfacit creditoribus. In hoc enim caſu qui ſecundo loco eſt ſcriptus liber,ipſe conſequitur libertatem.

h ENANTIOPH. Atqui dictum eſt lib.46.tit. 3.cap.6. quod ſcripturæ ordinem non attendimus, Nouella autem dat ſeruis manumiſſis poteſtatem ſoluendi debita creditoribus,vt ipſi ita ſint liberi.

i Si quis habens creditores verbi gratia primum & ſecundum, tempore teſtamenti, & volens eos circunſcribere:cum teſtamento facto ſuperuixiſſet, primo quidem & ſecundo primis ſuis creditoribus ſatisfecit, ſecundos autem creditores tertium & quartum habuit, propter hos quoque nouos creditores impeditur ſeruorum libertas,& ſi non eos volens circunſcribere reliquit libertates,ſed primum & ſecundum.

l.26. SCÆVOLA. [a] Ne hæres quidem meus eum quem dedi pignori
l.27.in pr. recte manumittit, ſi non dederit debitum. HERMOGENES. [b] In fraudem videtur quiſpiam manumitti, etiam ſi in diem aut ſub conditione ſint creditores, niſi legatum debeatur ſub conditione. eſt autem
§.1. legatarius quoque creditor. ¶ [c] Seruus qui fuit mihi datus pignori, niſi mihi ſit ſatisfactum,aut conſenſero,non manumittitur. Si autem impubes creditor conſentit:oportet etiam tutorem eſſe auctorem,ſicut etiam quando ſerui vſumfructum habet impubes, & conſentit libertati.
l.28. PAVLVS. [d] Hæres ne proprium quidem ſeruum ſuum legatum
29.in pr. manumittit. GAIVS. [e] Quem generaliter dedi pignori cum eſſem

Digitized by Google

ſoluendo, recte manumitto. ¶ Eum autẽ qui legatus fuit ſub conditione §. 1.
hæres, non recte manumittit. VLPIANVS. [f] Quem emi vt ma- l. 30. in pr.
numitterem, ſi ereptus fuerit ad libertatem, nec tanquam ingratum
quidem accuſo. ¶ Si iuſſu meo filius meus ſeruum manumiſerit, poſſum §. 1.
tanquam ingratum accuſare. ¶ Sed ſi caſtrenſis peculii eſt ſeruus, ipſe ac- §. 2.
cuſabit, non ego. ¶ Accuſat autem quiſpiam quandiu eſt patronus: ¶ Sed §. 3. & 4.
ſi eſt multorum libertus, & in vnum commiſerit, eos qui ſunt eiuſdem
Lege lib. 18. tit. 4 cap. 10. gradus, ei conſentire oportet accuſanti. ¶ Si [g] vni ex filiis meis libertum §. vlt.
aſſignauero, ipſe ſolus tanquam ingratum accuſat.

a Seruum qui ab aliquo datus eſt pignori hæres eius manumiſit. Quæro an factus ſit liber. Dicit Scæuola, Si creditori hucuſq; debeatur pecunia, propter quam ſeruus fuit datus pignori, eum non fieri liberum. Eum autem ſupplet Paulus dicens, Si creditori ſolutum fuerit debitum, ex prima voluntate debitoris ſeruus peruenit ad libertatem.

b Non ſolum qui debet pure, creditur in fraudem manumittere, & ſeruorũ impeditur libertas: ſed & ſi in certum diem debuit aliquis, & poſtea ceſſit dies, aut ſub conditione & in diem debuit, & adhuc pendet conditio & dies, impeditur libertas: eſt enim creditor etiam is cui debetur ſub conditione. Contrarium autem dicimus de legatario ſub conditione. Nam priuſquam extiterit conditio legati, non numeratur inter creditores legatarius. Ex omni autem cauſa creditoribus in hac parte fert opem lex Ælia Sentia, creditorem eſſe intelligens etiam fideicommiſſarium.

c Pignori datus ſeruus antequam de debito ſatisfiat, non poteſt manumitti contra voluntatem creditoris. Si autem creditor eſt pupillus, nihil prodeſt libertati citra tutorem ei conſentiens, ſicut etiam ſi pupillus habet vſumfructum, libertati citra tutorem conſentiens.

d Si hæredis ſui ſeruum legatit teſtator, hæres autem eum manumiſerit: non facit eum liberũ, ſiue ſciens eum eſſe legatum, ſiue neſciens eum manumiſit.

e Seruus qui non eſt ſpecialiter pignori obligatus, ſed generali tenetur hypotheca: ſine dubio pleno iure dominus in eum obtinet dominium: & rectè ab eo manumittitur, niſi lex Ælia Sentia impediat libertatem propter domini inopiam. Seruus autem legatus ſub conditione, etiamſi pendente conditione pleno iure pertineat ad hæredem, non poteſt tamen ab eo manumitti, ne iniuria fiat legatario.

f Si quis ſeruum emerit vt eum manumittat, & emptore eum no manumittente ſeruus perueniat ad libertatem ex conſtitutione diui Marci: videamus an tanquam ingratum accuſare poſſit ſuum libertum. Et magis dicimus, cùm non fuerit eius manumiſſor, non poſſe eum accuſare vt ingratum. Sed ſi filius meus ex voluntate mea ſeruum meum manumiſerit, etiam ſi non ſim proprie eius manumiſſor, tamen per filium meũ credor ego eum manumittere, & recte eũ accuſo vt ingratum. Sed ſi filius meus cum ſit miles ſeruum qui eſt ex caſtrenſi peculio manumiſit, ego quidẽ non poſſum accuſare eum libertum: filius autem meus poteſt eum accuſare. Qui autem ſemel factus eſt alicuius patronus, tandiu eum rectè accuſat vt ingratum, quandiu perſeuerat patronus. Quando autem ſunt plures patroni vnius liberti, vtrum omnes poſſunt eum accuſare vt ingratum, an poſſit vel vnus eum accuſare. Et placuit etiam ſi in vnum ex patronis peccauit libertus, eum quidem recte ab ipſo accuſari: oportere autem omnes compatronos conſentire, ſi ſint eiuſdem gradus.

g Quando pater filio ſuo proprium libertum aſſignauerit ipſe ſolus cui fuit aſſignatus, poteſt eum accuſare vt ingratum, quoniam ipſe ſolus eſt patronus.

Lege lib. 17 tit. 14 conſt. 4 & lib. 38 tit. 16. conſt. TERENTIVS. [a] Recte iureiurando adigo ne nubat liberta l. 31.
mea, quandiu filii eius ſunt impuberes. IDEM. [b] Filius meus ſi iu- l. 32.
reiurando adegerit, aut ſtipulatus ſit à liberta mea nẽ nubat, niſi ei re-
mitto, facio contra legem. ¶ Non [c] prohibetur patronus mercedes acci- §. 1.
pere pro operis, ſed ad eas obligare. Si ergo ſua ſponte dederit liber-
tus mercedem, ei non ſuccurritur: ¶ ſicut nec ei qui diurnas operas pro- §. 2.
miſit, aut pro eis certam ſummam, quoniam dat id quod vult. Solus
enim ad mercedem obligat qui pecuniam ſtipulatur etiam [d] titulo
Lib. 7 Cod. tit. 11. operarum. [e] QVÆ in damnum creditorum dantur libertates, reuo- l. 1. C. qui manumit. non poſſ. &c.
cantur, quando [f] is qui manumiſit, habuit conſilium fraudandi cre-
ditores. Creditores autem illi quoque intelliguntur, quibus debentur legata. [g] SERVI Imperatoris non poſſunt ſeruos ſuos manumit- l. 2.
f conſtitutionibus. tere, ne per interpoſitas quidem perſonas. [hoc enim † conſtitutiones
edicitur.]

Digitized by Google

l.4. edicitur.] SI [h] minor annis 20. alicui ſeruum in vita dederit, vt ille eum Prætermiſſa eſt 3. conſtit.
acceptum manumittat, [i] Senatuſconſultum id quod geſtum eſt, reuo-
l.5. cat. SI quis [k] in fraudem creditorum manumiſerit, eſt inutilis manu-
miſſio. Sed ſi ſeruum vẽdiderit, & qui emit, eum manumiſerit, quoniam
l.6. qui vendidit nihil amittit, valet libertas. [l] PVPILLO debente liberta-
tem certa lege, aut [m] ſub conditione, non poteſt eam dare tutor: ſed illi
l.ult. manent nihilominus ſeruientes. IN [n] libertatibus quæ relinquuntur
certa lege aut ſub conditione, ſolum [o] euentum attendimus, non item
etiam voluntatem relinquentis: ſed ſi inuenerimus pueros damnum
paſſos, prohibemus libertates.

a Si pattonus libertam ſuam iureiurando adegerit ne nuberet quandiu eſſent filii eius impuberes, non facit contra legem Æliam Sentiam. Neq; enim perpetuam viduitatem ei impoſuit, ſed donec ſint eius filii impuberes.

b Si contra patroni voluntatem, qui ſunt in eius poteſtate filii, iureiurando adegerint libertã ne nuberet, etiam ſi ab ea ſint ſtipulati, oportet patronum qui hoc reſciuit, vel ei remittere ſtipulationem, vel ſcire quod incidit in legem Æliam Sentiam, vt qui videatur dolo malo hoc facere.

c Non prohibet lex Ælia Sentia patronos mercedes accipere pro operis, ſed eos obligare prohibet. Itaque ſi ſponte ſua libertus mercedem patrono præſtiterit, nõ liberatur à iure patroni. Qui ergo operas pollicetur patrono, aut pro ſingulis operis certam quantitatem, ad legem non pertinet, quoniam poteſt præſtando operas liberari ab obligatione. Ille autem intelligitur obligare libertum vt mercedes accipiat pro operis, qui hoc agit vt mercedes omnino accipiat, etiam ſi ſub nomine operarum fecerit ſtipulationem.

d ENANT. Lege lib. 58. tit. 1. conſt. 7. & 25.

e THEOD. Per fraudem nemo manumittit volens damno afficere creditores, niſi ſcilicet eis ſatisfaciat ex 5. conſtit. 8. tit. huius libri. Memento autem quintæ conſtit. 2. tit huius lib ſed ſcias quod 4. conſtitutio huius tit. dicit quod ſi debitor ſeruum non manumiſerit, ſed eum alii vendiderit, emptor recte eum manumittit. & nota.

Τὸ κτ̓ πόδας. Clarum eſt ius, non alias directas libertates ex lege Ælia Sentia, quæ ſunt in fraudem creditorum manumiſſorum reuocari: niſi & conſilium fraudis hac ratione manumittentis, & euentus damni ſuum recipere volentis ſequatur. Inter creditores illos quoq; eſſe numerandos, quibus fideicommiſſum debetur, olim placuit.

f THAL. Hoc iam vidiſti etiam in Inſtit. quod oportet & manumittentis malum eſſe conſilium, & euentum libertatis eſſe damnoſum creditoribus, vt id tunc prohibeamus.

g THEOD. Seruus Imperatoris ne per perſonam quidem intermediam ſuum ſeruum manumittit.

THALEL. Eos videlicet ſeruos vocauit Imperator qui ſunt ſeruilis conditionis, non eos qui ſunt ſubiecti imperio.

h Τὸ κτ̓ πόδας. Si minor 20. annis ad libertatem præſtandam ſeruos tradiderit, Senatuſconſulto, quod geſtum eſt, irritum conſtituitur.

i THAL. Quoniam lex prohibebat eos manumittere, illi de cætero vt qui non poſſent dare libertates, dabant aliis vt manumitterent ii qui accipiebãt. Ergo hoc quoq; prohibet conſtitutio.

k Τὸ κτ̓ πόδας. Sin fraudem eorum quæ fiſco debentur probari poteſt libertas data, non valet. Sed ſi pecuniam is quem pattem tuum appellas dedit † emptori, & qui ab eo fuit emptus ad libertatem derductus eſt, nihil videtur eſſe diminutum de bonis illius qui fiſci debitor dicitur, [ſed ſi pecuniam is quem patrem tuum appellas dedit venditor.] † venditori τῷ πράτῃ.

l THEOD. Ne manumittat tutor quẽ pupillum vel fideicommiſſarium rogatus eſt manumittere. Memento ſextæ conſtit. 8. tit. huius libri.

Τὸ κτ̓ πόδας. Nec fideicommiſſariam libertatem à ſua pupilla ſeruis debitam tutorem poſſe præſtare certi iuris eſt. Vnde ſi hos quos tu rogata fueras, tempore certo ætatis tuæ ad libertatem non perduxiſti ſed tutor manumiſit, remanſerunt in ſeruitute.

m THAL. Qui eſt debitor, nec debitam quidem libertatem dare poteſt. Nam ſi dixeris, ne fideicommiſſariam quidem libertatem dicere videris, nec directam. Directa autem libertas nunquam opus habet eo qui eam præſtet.

n THEOD. In fideicommiſſariis libertatibus ſolum euentum attendimus, & non voluntatem eius qui reliquit libertatem, & nota. Memento eorum quæ dicta ſunt de fideicommiſſariis libertatibus in 4. tit. huius lib. 7.

Τὸ κτ̓ πόδας. Si debens ex adminiſtratione curæ, dominus tuus non ſoluendo effectus, tibi fideicommiſſariam reliquit libertatem, quoniam in fideicommiſſariis libertatibus euentum ſolum conſiderari obtinuit, nec eius voluntas tibi prodeſſe poteſt.

o THALEL. Nota quod in his libertatibus exigimus vtrunque concurrere, nempe voluntatem eius qui manumittit, & quod fraudentur creditores: ſed ſufficit ſolum fraudari creditores ad impediendam libertatem.

Digitized by Google

Titulus VIII.

περὶ ἐλευθε-ρικῶν αἰτίας.

De cauſa liberali.

Liber XL. ff. Tit. XII.

VLPIANVS.

SI [a] ad iniuriam generis nolit qui ſeruit litigare: & pa- L.1. ff. de liber.cau-ſa.
ter & filius & cognatus pro eo litigat vel inuito. Ca-
ivs. Seruitus enim genus iniuria afficit. Vlpia- l. 2.
nvs. Quinetiam naturales parentes ¶ & milites. l. 3. §. 1.
¶ Si nullus autem eſt maſculus: & mater & filia & ſo- §. 2.
ror, & aliæ cognatæ litigant, & [b] vxores. ¶ Patronus §. vlt.
quoque recte agit. Caivs. Si ignorante eo fuit venditus. Vl- l. 4.
pianvs. Intereſt enim noſtra habere libertos. ¶ Si autem ſunt plu- l. 5. §. 1.
res qui dicunt ſeruum eſſe liberum vel libertum: Præſes eligat eum qui
debet litigare. Caivs. Si autem ſit furioſus, aut ſeptem annos na- l. 6.
tus qui ſeruit, etiam extranei agunt.

QVANDO quis in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus, non vult litigare de ſua libertate: forte enim ſibi & ſuo generi vult afferre iniuriam, æquum eſt in hoc caſu quibuſdam perſonis licere pro eius etiam ſi nolit ſtatu litigare: vtputa patri, qui dicat ſe eum habere in poteſtate. Nam etiam ſi nolit filius, licet patri de eius ſtatu litigare. Sed & ſi eum non habet in poteſtate, licet ei ſic quoque de eius ſtatu agere. Patris enim ſemper intereſt filium ſuum non ſubiici ſeruituti. Contra autem licet filiis ſuorum parentum etiam inuitorum defendere libertatem. Neque enim eſt modica filiorum ignominia, ſi patrem ſeruum ſunt habituri. Idcirco viſum eſt aliis quoque cognatis hanc dari facultatem. Quoniam cognatorum noſtrorum ſeruitus ad dolorem & iniuriam noſtram porrigitur. Amplius dico naturalibus quoque & non legitimis parentibus licere vt poſſint ſuos naturales filios vel inuitos vendicare. Ergo & eum qui eſt natus in ſeruitute poteſt pater qui eum in ſeruitute genuit vendicare. Militi quoque licet pro libertate neceſſariarũ & cognatarum perſonarum litigare. Quando autem nullum inuenerimus maſculum, qui pro hac perſona velit litigare: tunc & matri pro filio, & filiabus pro patre, ſororibuſque & reliquis cognatis mulieribus [cõcedimus,] etiam pro inuitis cognatis agere. Porro autem vxori quoque licet pro marito qui detinetur in ſeruitute, adire Prætorem, vt vel eum inuitum vendicet in libertatem. Et ſi me inuito patrono ſeipſum vendidit meus libertus. Nam ſi hoc me ſciente factum eſt, non poſſum libertum meum qui me ſciente ſe vendidit vendicare. Quod ſi etiam eum qui ſua ſponte ſeruit, libertum meum aut libertam eſſe dico, poſſum eos quoque inuitos vendicare in libertatem. Merito autem libertos noſtros vel inuitos vendicamus in libertatem: quoniam noſtra intereſt habere libertos. Si autem ſimul multi cognati vel patroni velint eandem perſonam vendicare: tunc Prætor eligat aptiſſimum ad perſonæ vendicationem, & eum præferat aliis. Benignius autem facimus, ſi ſit furioſus aut infans qui detinetur in ſeruitute, vt non ſolum cognatis eius perſonis ſed etiam extraneis permittamus pro libertate eorum litigare.

b Enantioph. Lege lib. 3. tit. 3. dig. 41. & lib. 16. tit. 1. dig. 2. & lib. 37. tit. conſt. 7. & librum 8. tit. 17. conſtit. 2.

Prætermiſſ[us] fuit t. .. huius cap.

Vlpianvs. [a] Si ſciens te liberum, & ſcientem emero, recte pro- l. 7. §. 2.
clamas, non item ſi etiam poſtea te neſcienti vendidero. ¶ Si [b] duo e- §. 3.
merint, alter quidem ſciens, alter vero ignorans: ignorantia vnius et-
iam ei qui ſcit prodeſt. ¶ Qui ſcriptus fuit liber in teſtamento quod §. 4.
Prætor non aperuit, propterea quod teſtator dicatur fuiſſe necatus à fa-
milia, non fit liber donec fuerit cognitum de crimine. ¶ Qui procla- §. vlt.
mat ad libertatẽ, eſt actor. Si vero ex ea ducitur in ſeruitutem, is qui eum
dicit eſſe ſeruum. Si autem hoc eſt incertũ, hoc ipſum oportet primum
conſi-

[Quære Iudicem ab hoc cap. vſque ad 58 nam deficit nec hic poſitum eſt.]

Digitized by Google

l. 8. conſiderare, vt ſciatur cuinam incumbat onus probandi. IDEM. Is
§. 1. quoque qui habet vſumfructum, de ſtatu recte agit, ſi vult dominus. ¶ Si
autem multi agunt, oportet omnes mitti ad eundem iudicem. Aliud
§. 2. eſt ſi vnuſquiſque integrum vendicat ſeruum. ¶ Si autem alter quidem
dicit ſe eſſe dominum, alter vero ſe habere vſumfructũ, alter vero hy-
l. 9. in pr. pothecam, apud eundem litigatur. CAIVS. Abſente domino aut
eo qui habet vſumfructũ, etiam is qui eſt præſens, recte agit non præiu-
dicans alteri. Si autem interim venerit: mittitur ad eundem iudicem,
§. 1. §. 2. niſi iuſte eum recuſet. ¶ Eadem etiam in duobus dominis. ¶ Duo-
bus agentibus, ſi alter quidem egerit, alter non: quæritur an vnus no-
ceat aut proſit alteri, ſicut patronus prodeſt hæredi liberti cum ipſe ſer-
uos in fraudem manumiſerit. Sed prætor non patitur ſeruum eſſe pro
l. 10. parte. VLPIANVS. Eſt in libertate qui eſt in eius poſſeſſione, & non
celat dominum tanquam fugitiuus. Qui autem fugit, non eſt ſine do-
l. 11. lo in libertate. CAIVS. Nam qui fugit, & tanquam liber degit: eſt
l. 12. in pr. in cauſa fugitiui. VLPIANVS. Poteſt itaque fieri vt & liber dolo-
§. 1. ſe ſit in ſeruitute, & ſeruus ſine dolo. ¶ Si ſeptem annos natus ſurre-
ptus ſeruierit, ignorans ſuam conditionem, & cum fugiſſet, tanquam
§. 2. liber degat: non eſt ſine dolo in libertate. ¶ Si autem ſeruus in inutili
teſtamento fuerit manumiſſus, aut apud Prætorem quidem ſed non à
domino, aut educatus fuerit quaſi liber: ſine dolo eſt in libertate, ſicut
§. 3. etiam quiuis liber exiſtimans ſe liberũ. ¶ Quocirca qui eum vendicat in
§. 4. ſeruitutem, ei incumbit onus probandi. ¶ Quem autem probare opor-
§. 5. teat, quæritur in initio litis. ¶ De operis libertatum mouetur iudicium.
§. vlt. ¶ Si mihi damnũ dederit qui bona fide mihi ſeruiit, & nunc proclamat
ad libertatem, vt verbi cauſa, ſi ad damnum reparandũ pro eo conde-
l. 13. in pr. mnatus dedi: ad id mihi condemnatur. CAIVS. Damnum autem
quod dolo, non quod culpa factum eſt requirit hæc actio: ideoque li-
§. 1. cet ab hac ſit abſolutus, in eum agitur propter culpam. ¶ Idem eſt ſi-
ue in rebus meis, ſiue in alienis, quæ tamen periculo meo ſunt, mihi da-
mnũ dederit, veluti quæ mihi fuerunt commodatæ aut locatæ, non ta-
l. 14. in pr. men depoſitæ. VLPIANVS. Liber dolo venditus, tenetur actione,
& §. 1. præterquam ſi nõ poſſit proclamare ad libertatẽ. ¶ Dolo autem facit qui
§. 2. l. 15. decipit, non qui emptori verum prædicit. PAVLVS. Idem eſt ſi-
ue ſit maſculus ſiue fœmina, dummodo ſit eius ætatis quæ eſt doli ca-
l. 16. in pr. pax. VLPIANVS. Iiſdem eſt obnoxius qui ſe finxit ſeruum, & qui
§. 1. §. 2. decepit. ¶ Qui eſt autem coactus, non facit dolo. ¶ Competit au-
§. 3. tem hæc actio, ſi ignorans emi liberum, ſed non ſi ſciebam. ¶ Si filius
meus cum ſciret, emerit ex ſuo peculio, ego autem ignorabam: mihi
non acquirit hanc actionem, etiam ſi iuſſi ei vt emeret. Idem etiam in
§. vlt. procuratore. ¶ Si autem filius meus ignorabat, ego autem ſciebam: re-
pellor etiam ſi emerit ex peculio, etiam ſi præſens poteram eũ prohibere
l. 17. ne emeret. PAVLVS. Si ſeruus autem aut extraneus cui mandaui, cer-
tam emit perſonam mihi ſcienti eſſe liberũ: etiam ſi illum ignoret, non
l. 18. in pr. habeo actionem. Sin autem contra, habeo. VLPIANVS. Mihi au-
§. 1. tem tenetur in duplum eorũ quæ dedi, aut in quæ fui obligatus. ¶ Du-
plicatur autem non ſolum pretiũ, ſed etiam quicquid dedi propter em-
O

Digitized by Google

Titulus VIII.

Περὶ ἐλευθε- ριῶν αἰτίας.

De cauſa liberali.

Liber XL. ff. Tit. XII.

VLPIANVS.

SI [a] ad iniuriam generis nolit qui ſeruit litigare: & pa- L.1. ff. de liber. cauſa.
ter & filius & cognatus pro eo litigat vel inuito. Caius. Seruitus enim genus iniuria afficit. l. 2.
Vlpianus. Quinetiam naturales parentes ¶ & milites. l. 3. §. 1.
¶ Si nullus autem eſt maſculus: & mater & filia & ſoror, & aliæ cognatæ litigant, & [b] vxores. §. 2.
¶ Patronus §. vlt.
quoque recte agit. Caius. Si ignorante eo fuit venditus. l. 4.
Vlpianus. Intereſt enim noſtra habere libertos. l. 5.
¶ Si autem ſunt plures qui dicunt ſeruum eſſe liberum vel libertum: Præſes eligat eum qui debet litigare. §. 1.
Caius. Si autem ſit furioſus, aut ſeptem annos natus qui ſeruit, etiam extranei agunt. l. 6.

QVANDO quis in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus, non vult litigare de ſua libertate: forte enim ſibi & ſuo generi vult afferre iniuriam, æquum eſt in hoc caſu quibuſdam perſonis licere pro eius etiam ſi nolit ſtatu litigare: vtputa patri, qui dicat ſe eum habere in poteſtate. Nam etiam ſi nolit filius, licet patri de eius ſtatu litigare. Sed & ſi eum non habet in poteſtate, licet ei ſic quoque de eius ſtatu agere. Patris enim ſemper intereſt filium ſuum non ſubiici ſeruituti. Contra autem licet filiis ſuorum parentum etiam inuitorum defendere libertatem. Neque enim eſt modica filiorum ignominia, ſi patrem ſeruum ſunt habituri. Idcirco viſum eſt aliis quoque cognatis hanc dari facultatem. Quoniam cognatorum noſtrorum ſeruitus ad dolorem & iniuriam noſtram porrigitur. Amplius dico naturalibus quoque & non legitimis parentibus licere vt poſſint ſuos naturales filios vel inuitos vendicare. Ergo & eum qui eſt natus in ſeruitute poteſt pater qui eum in ſeruitute genuit vendicare. Militi quoque licet pro libertate neceſſariarũ & cognatarum perſonarum litigare. Quando autem nullum inuenerimus maſculum, qui pro hac perſona velit litigare: tunc & matri pro filio, & filiabus pro patre, ſororibuſque & reliquis cognatis mulieribus [cõcedimus,] etiam pro inuitis cognatis agere. Porro autem vxori quoque licet pro marito qui detinetur in ſeruitute, adire Prætorem, vt vel eum inuitum vendicet in libertatem. Et ſi me inuito patrono ſeipſum vendidit meus libertus. Nam ſi hoc me ſciente factum eſt, non poſſum libertum meum qui me ſciente ſe vendidit vendicare. Quod ſi etiam eum qui ſua ſponte ſeruit, libertum meum aut libertam eſſe dico, poſſum eos quoque inuitos vendicare in libertatem. Merito autem libertos noſtros vel inuitos vendicamus in libertatem: quoniam noſtra intereſt habere libertos. Si autem ſimul multi cognati vel patroni velint eandem perſonam vendicare: tunc Prætor eligat aptiſſimum ad perſonæ vendicationem, & eum præferat aliis. Benignius autem facimus, ſi ſit furioſus aut infans qui detinetur in ſeruitute, vt non ſolum cognatis eius perſonis ſed etiam extraneis permittamus pro libertate eorum litigare.

b Enantioph. Lege lib. 3. tit. 3. dig. 41. & lib. 16. tit. 1. dig. 2. & lib. 37. tit. conſt. 7. & librum 8. tit. 17. conſtit. 2.

Prætermiſſ. 1 fuit r. 10. huius cap.

Vlpianus. [a] Si ſciens te liberum, & ſcientem emero, recte pro- l. 7. §. 2.
clamas, non item ſi etiam poſtea te neſcienti vendidero. ¶ Si [b] duo e- §. 3.
merint, alter quidem ſciens, alter vero ignorans: ignorantia vnius etiam ei qui ſcit prodeſt. ¶ Qui ſcriptus fuit liber in teſtamento quod §. 4.
Prætor non aperuit, propterea quod teſtator dicatur fuiſſe necatus à familia, non fit liber donec fuerit cognitum de crimine. ¶ Qui procla- §. vlt.
mat ad libertatẽ, eſt actor. Si vero ex ea ducitur in ſeruitutem, is qui eum dicit eſſe ſeruum. Si autem hoc eſt incertũ, hoc ipſum oportet primum conſi-

[Quære Indicem ab hoc cap. vſque ad 18 nam deficit nec hic poſitum eſt.]

l. 8. conſiderare, vt ſciatur cuinam incumbat onus probandi. Idem. Is
§. 1. quoque qui habet vſumfructum, de ſtatu recte agit, ſi vult dominus. ¶ Si
autem multi agunt, oportet omnes mitti ad eundem iudicem. Aliud
§. 2. eſt ſi vnuſquiſque integrum vendicat ſeruum. ¶ Si autem alter quidem
dicit ſe eſſe dominum, alter vero ſe habere vſumfructũ, alter vero hy-
l. 9. in pr. pothecam, apud eundem litigatur. Caivs. Abſente domino aut
eo qui habet vſumfructũ, etiam is qui eſt præſens, recte agit non præiu-
dicans alteri. Si autem interim venerit: mittitur ad eundem iudicem,
§. 1. §. 2. niſi iuſte eum recuſet. ¶ Eadem etiam in duobus dominis. ¶ Duo-
bus agentibus, ſi alter quidem egerit, alter non: quæritur an vnus no-
ceat aut proſit alteri, ſicut patronus prodeſt hæredi liberti cum ipſe ſer-
uos in fraudem manumiſerit. Sed prætor non patitur ſeruum eſſe pro
l. 10. parte. Vlpianvs. Eſt in libertate qui eſt in eius poſſeſſione, & non
celat dominum tanquam fugitiuus. Qui autem fugit, non eſt ſine do-
l. 11. lo in libertate. Caivs. Nam qui fugit, & tanquam liber degit: eſt
l. 12. in pr. in cauſa fugitiui. Vlpianvs. Poteſt itaque fieri vt & liber dolo-
§. 1. ſe ſit in ſeruitute, & ſeruus ſine dolo. ¶ Si ſeptem annos natus ſurre-
ptus ſeruierit, ignorans ſuam conditionem, & cum fugiſſet, tanquam
§. 2. liber degat: non eſt ſine dolo in libertate. ¶ Si autem ſeruus in inutili
teſtamento fuerit manumiſſus, aut apud Prætorem quidem ſed non à
domino, aut educatus fuerit quaſi liber: ſine dolo eſt in libertate, ſicut
§. 3. etiam quiuis liber exiſtimans ſe liberũ. ¶ Quocirca qui eum vendicat in
§. 4. ſeruitutem, ei incumbit onus probandi. ¶ Quem autem probare opor-
§. 5. teat, quæritur in initio litis. ¶ De operis libertatum mouetur iudicium.
§. vlt. ¶ Si mihi damnũ dederit qui bona fide mihi ſeruiit, & nunc proclamat
ad libertatem, vt verbi cauſa, ſi ad damnum reparandũ pro eo conde-
l. 13. in pr. mnatus dedi: ad id mihi condemnatur. Caivs. Damnum autem
quod dolo, non quod culpa factum eſt requirit hæc actio: ideoque li-
§. 1. cet ab hac ſit abſolutus, in eum agitur propter culpam. ¶ Idem eſt ſi-
ue in rebus meis, ſiue in alienis, quæ tamen periculo meo ſunt, mihi da-
mnũ dederit, veluti quæ mihi fuerunt commodatæ aut locatæ, non ta-
l. 14. in pr. & §. 1. men depoſitæ. Vlpianvs. Liber dolo venditus, tenetur actione,
præterquam ſi nõ poſſit proclamare ad libertatẽ. ¶ Dolo autem facit qui
§. 2. l. 15. decipit, non qui emptori verum prædicit. Pavlvs. Jdem eſt ſi-
ue ſit maſculus ſiue fœmina, dummodo ſit eius ætatis quæ eſt doli ca-
l. 16. in pr. pax. Vlpianvs. Iiſdem eſt obnoxius qui ſe finxit ſeruum, & qui
§. 1. §. 2. decepit. ¶ Qui eſt autem coactus, non facit dolo. ¶ Competit au-
§. 3. tem hæc actio, ſi ignorans emi liberum, ſed non ſi ſciebam. ¶ Si filius
meus cum ſciret, emerit ex ſuo peculio, ego autem ignorabam: mihi
non acquirit hanc actionem, etiam ſi iuſſi ei vt emeret. Idem etiam in
§. vlt. procuratore. ¶ Si autem filius meus ignorabat, ego autem ſciebam: re-
pellor etiam ſi emerit ex peculio, etiam ſi præſens poteram eũ prohibere
l. 17. ne emeret. Pavlvs. Si ſeruus autem aut extraneus cui mandaui, cer-
tam emit perſonam mihi ſcienti eſſe liberũ: etiam ſi illum ignoret, non
l. 18. in pr. habeo actionem. Sin autem contra, habeo. Vlpianvs. Mihi au-
§. 1. tem tenetur in duplum eorũ quæ dedi, aut in quæ fui obligatus. ¶ Du-
plicatur autem non ſolum pretiũ, ſed etiam quicquid dedi propter em-

O

Digitized by Google

Titulus VIII.

περὶ ἐλευθερικῆς αἰτίας.

De cauſa liberali.

Liber xl. ff. Tit. xii.

VLPIANVS.

SI [a] ad iniuriam generis nolit qui ſeruit litigare: & pater & filius & cognatus pro eo litigat vel inuito. Caius. Seruitus enim genus iniuria afficit. Vlpianus. Quinetiam naturales parentes ¶ & milites. ¶ Si nullus autem eſt maſculus: & mater & filia & ſoror, & aliæ cognatæ litigant, & [b] vxores. ¶ Patronus quoque recte agit. Caius. Si ignorante eo fuit venditus. Vlpianus. Intereſt enim noſtra habere libertos. ¶ Si autem ſunt plures qui dicunt ſeruum eſſe liberum vel libertum: Præſes eligat eum qui debet litigare. Caius. Si autem ſit furioſus, aut ſeptem annos natus qui ſeruit, etiam extranei agunt.

L.1. ff. de liber. cauſa. l. 2. l. 3. §. 1. §. 2. §. vlt. l. 4. l. 5. §. 1. l. 6.

QVANDO quis in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus, non vult litigare de ſua libertate: forte enim ſibi & ſuo generi vult afferre iniuriam, æquum eſt in hoc caſu quibuſdam perſonis licere pro eius etiam ſi nolit ſtatu litigare: vtputa patri, qui dicat ſe eum habere in poteſtate. Nam etiam ſi nolit filius, licet patri de eius ſtatu litigare. Sed & ſi eum non habet in poteſtate, licet ei ſic quoque de eius ſtatu agere. Patris enim ſemper intereſt filium ſuum non ſubiici ſeruituti. Contra autem licet filiis ſuorum parentum etiam inuitorum defendere libertatem. Neque enim eſt modica filiorum ignominia, ſi patrem ſeruum ſunt habituri. Idcirco viſum eſt aliis quoque cognatis hanc dari facultatem. Quoniam cognatorum noſtrorum ſeruitus ad dolorem & iniuriam noſtram porrigitur. Amplius dico naturalibus quoque & non legitimis parentibus licere vt poſſint ſuos naturales filios vel inuitos vendicare. Ergo & eum qui eſt natus in ſeruitute poteſt pater qui eum in ſeruitute genuit vendicare. Militi quoque licet pro libertate neceſſariarũ & cognatarum perſonarum litigare. Quando autem nullum inuenerimus maſculum, qui pro hac perſona velit litigare: tunc & matri pro filio, & filiabus pro patre, ſororibuſque & reliquis cognatis mulieribus [cõcedimus,] etiam pro inuitis cognatis agere. Porro autem vxori quoque licet pro marito qui detinetur in ſeruitute, adire Prætorem, vt vel eum inuitum vendicet in libertatem. Et ſi me inuito patrono ſeipſum vendidit meus libertus. Nam ſi hoc me ſciente factum eſt, non poſſum libertum meum qui me ſciente ſe vendidit vendicare. Quod ſi etiam eum qui ſua ſponte ſeruit, libertum meum aut libertam eſſe dico, poſſum eos quoque inuitos vendicare in libertatem. Merito autem libertos noſtros vel inuitos vendicamus in libertatem: quoniam noſtra intereſt habere libertos. Si autem ſimul multi cognati vel patroni velint eandem perſonam vendicare: tunc Prætor eligat aptiſſimum ad perſonæ vendicationem, & eum præferat aliis. Benignius autem facimus, ſi ſit furioſus aut infans qui detinetur in ſeruitute, vt non ſolum cognatis eius perſonis ſed etiam extraneis permittamus pro libertate eorum litigare.

b Enantioph. Lege lib. 3. tit. 3. dig. 41. & lib. 16. tit. 1. dig. 2. & lib. 37. tit. conſt. 7. & librum 8. tit. 17. conſtit. 2.

Prætermiſſ. ſunt 1. ea. huius cap.

Vlpianvs. [a] Si ſciens te liberum, & ſcientem emero, recte proclamas, non item ſi etiam poſtea te neſcienti vendidero. ¶ Si [b] duo emerint, alter quidem ſciens, alter vero ignorans: ignorantia vnius etiam ei qui ſcit prodeſt. ¶ Qui ſcriptus fuit liber in teſtamento quod Prætor non aperuit, propterea quod teſtator dicatur fuiſſe necatus à familia, non fit liber donec fuerit cognitum de crimine. ¶ Qui proclamat ad libertatẽ, eſt actor. Si vero ex ea ducitur in ſeruitutem, is qui eum dicit eſſe ſeruum. Si autem hoc eſt incertũ, hoc ipſum oportet primum conſi-

l. 7. §. 2. §. 3. §. 4. §. vlt.

[Quære Indicem ab hoc cap. vſque ad 18 nam deficit nec hic poſitum eſt.]

Digitized by Google

l. 8. conſiderare, vt ſciatur cuinam incumbat onus probandi. IDEM. Is
§. 1. quoque qui habet vſumfructum, de ſtatu recte agit, ſi vult dominus. ¶ Si
autem multi agunt, oportet omnes mitti ad eundem iudicem. Aliud
§. 2. eſt ſi vnuſquiſque integrum vendicat ſeruum. ¶ Si autem alter quidem
dicit ſe eſſe dominum, alter vero ſe habere vſumfructũ, alter vero hy-
l. 9. in pr. pothecam, apud eundem litigatur. CAIVS. Abſente domino aut
eo qui habet vſumfructũ, etiam is qui eſt præſens, recte agit non præiu-
dicans alteri. Si autem interim venerit: mittitur ad eundem iudicem,
§. 1. §. 2. niſi iuſte eum recuſet. ¶ Eadem etiam in duobus dominis. ¶ Duo-
bus agentibus, ſi alter quidem egerit, alter non: quæritur an vnus no-
ceat aut proſit alteri, ſicut patronus prodeſt hæredi liberti cum ipſe ſer-
uos in fraudem manumiſerit. Sed prætor non patitur ſeruum eſſe pro
l. 10. parte. VLPIANVS. Eſt in libertate qui eſt in eius poſſeſſione, & non
celat dominum tanquam fugitiuus. Qui autem fugit, non eſt ſine do-
l. 11. lo in libertate. CAIVS. Nam qui fugit, & tanquam liber degit: eſt
l. 12. in pr. in cauſa fugitiui. VLPIANVS. Poteſt itaque fieri vt & liber dolo-
§. 1. ſe ſit in ſeruitute, & ſeruus ſine dolo. ¶ Si ſeptem annos natus ſurre-
ptus ſeruierit, ignorans ſuam conditionem, & cum fugiſſet, tanquam
§. 2. liber degat: non eſt ſine dolo in libertate. ¶ Si autem ſeruus in inutili
teſtamento fuerit manumiſſus, aut apud Prætorem quidem ſed non à
domino, aut educatus fuerit quaſi liber: ſine dolo eſt in libertate, ſicut
§. 3. etiam quiuis liber exiſtimans ſe liberũ. ¶ Quocirca qui eum vendicat in
§. 4. ſeruitutem, ei incumbit onus probandi. ¶ Quem autem probare opor-
§. 5. teat, quæritur in initio litis. ¶ De operis libertatum mouetur iudicium.
§. vlt. ¶ Si mihi damnũ dederit qui bona fide mihi ſeruiit, & nunc proclamat
ad libertatem, vt verbi cauſa, ſi ad damnum reparandũ pro eo conde-
l. 13. in pr. mnatus dedi: ad id mihi condemnatur. CAIVS. Damnum autem
quod dolo, non quod culpa factum eſt requirit hæc actio: ideoque li-
§. 1. cet ab hac ſit abſolutus, in eum agitur propter culpam. ¶ Idem eſt ſi-
ue in rebus meis, ſiue in alienis, quæ tamen periculo meo ſunt, mihi da-
mnũ dederit, veluti quæ mihi fuerunt commodatæ aut locatæ, non ta-
l. 14. in pr. men depoſitæ. VLPIANVS. Liber dolo venditus, tenetur actione,
& §. 1. §. 2. præterquam ſi nõ poſſit proclamare ad libertatẽ. ¶ Dolo autem facit qui
l. 15. decipit, non qui emptori verum prædicit. PAVLVS. Idem eſt ſi-
ue ſit maſculus ſiue fœmina, dummodo ſit eius ætatis quæ eſt doli ca-
l. 16. in pr. pax. VLPIANVS. Iiſdem eſt obnoxius qui ſe finxit ſeruum, & qui
§. 1. §. 2. decepit. ¶ Qui eſt autem coactus, non facit dolo. ¶ Competit au-
§. 3. tem hæc actio, ſi ignorans emi liberum, ſed non ſi ſciebam. ¶ Si filius
meus cum ſciret, emerit ex ſuo peculio, ego autem ignorabam: mihi
non acquirit hanc actionem, etiam ſi iuſſi ei vt emeret. Idem etiam in
§. vlt. procuratore. ¶ Si autem filius meus ignorabat, ego autem ſciebam: re-
pellor etiam ſi emerit ex peculio, etiam ſi præſens poteram eũ prohibere
l. 17. ne emeret. PAVLVS. Si ſeruus autem aut extraneus cui mandaui, cer-
tam emit perſonam mihi ſcienti eſſe liberũ: etiam ſi illum ignoret, non
l. 18. in pr. habeo actionem. Sin autem contra, habeo. VLPIANVS. Mihi au-
§. 1. tem tenetur in duplum eorũ quæ dedi, aut in quæ fui obligatus. ¶ Du-
plicatur autem non ſolum pretiũ, ſed etiam quicquid dedi propter em-

Digitized by Google

Titulus VIII.

περὶ ἐλευθε-ριῶν αἰτίας.

De cauſa liberali.

LIBER XL. ff. TIT. XII.

VLPIANVS.

SI [a] ad iniuriam generis nolit qui ſeruit litigare: & pater & filius & cognatus pro eo litigat vel inuito. CAIVS. Seruitus enim genus iniuria afficit. VLPIANVS. Quinetiam naturales parentes ¶ & milites. ¶ Si nullus autem eſt maſculus: & mater & filia & ſoror, & aliæ cognatæ litigant, & [b] vxores. ¶ Patronus quoque recte agit. CAIVS. Si ignorante eo fuit venditus. VLPIANVS. Intereſt enim noſtra habere libertos. ¶ Si autem ſunt plures qui dicunt ſeruum eſſe liberum vel libertum: Præſes eligat eum qui debet litigare. CAIVS. Si autem ſit furioſus, aut ſeptem annos natus qui ſeruit, etiam extranei agunt.

l. 1. ff. de liber. cauſa. l. 2. l. 3. §. 1. §. 2. §. vlt. l. 4. l. 5. §. 1. l. 6.

QVANDO quis in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus, non vult litigare de ſua libertate: forte enim ſibi & ſuo generi vult afferre iniuriam, æquum eſt in hoc caſu quibuſdam perſonis licere pro eius etiam ſi nolit ſtatu litigare: vtputa patri, qui dicat ſe eum habere in poteſtate. Nam etiam ſi nolit filius, licet patri de eius ſtatu litigare. Sed & ſi eum non habet in poteſtate, licet ei ſic quoque de eius ſtatu agere. Patris enim ſemper intereſt filium ſuum non ſubiici ſeruituti. Contra autem licet filiis ſuorum parentum etiam inuitorum defendere libertatem. Neque enim eſt modica filiorum ignominia, ſi patrem ſeruum ſunt habituri. Idcirco viſum eſt aliis quoque cognatis hanc dari facultatem. Quoniam cognatorum noſtrorum ſeruitus ad dolorem & iniuriam noſtram porrigitur. Amplius dico naturalibus quoque & non legitimis parentibus licere vt poſſint ſuos naturales filios vel inuitos vendicare. Ergo & eum qui eſt natus in ſeruitute poteſt pater qui eum in ſeruitute genuit vendicare. Militi quoque licet pro libertate neceſſariarũ & cognatarum perſonarum litigare. Quando autem nullum inuenerimus maſculum, qui pro hac perſona velit litigare: tunc & matri pro filio, & filiabus pro patre, ſororibuſque & reliquis cognatis mulieribus [cõcedimus,] etiam pro inuitis cognatis agere. Porro autem vxori quoque licet pro marito qui detinetur in ſeruitute, adire Prætorem, vt vel eum inuitum vendicet in libertatem. Et ſi me inuito patrono ſeipſum vendidit meus libertus. Nam ſi hoc me ſciente factum eſt, non poſſum libertum meum qui me ſciente ſe vendidit vendicare. Quod ſi etiam eum qui ſua ſponte ſeruit, libertum meum aut libertam eſſe dico, poſſum eos quoque inuitos vendicare in libertatem. Merito autem libertos noſtros vel inuitos vendicamus in libertatem: quoniam noſtra intereſt habere libertos. Si autem ſimul multi cognati vel patroni velint eandem perſonam vendicare: tunc Prætor eligat aptiſſimum ad perſonæ vendicationem, & eum præferat aliis. Benignius autem facimus, ſi ſit furioſus aut infans qui detinetur in ſeruitute, vt non ſolum cognatis eius perſonis ſed etiam extraneis permittamus pro libertate eorum litigare.

b ENANTIOPH. Lege lib. 3. tit. 3. dig. 41. & lib. 16. tit. 1. dig. 2. & lib. 37. tit. conſt. 7. & librum 8. tit. 17. conſtit. 2.

Prætermiſſ. fuit 1. cn. huius cap.

VLPIANVS. [a] Si ſciens te liberum, & ſcientem emero, recte proclamas, non item ſi etiam poſtea te neſcienti vendidero. ¶ Si [b] duo emerint, alter quidem ſciens, alter vero ignorans: ignorantia vnius etiam ei qui ſcit prodeſt. ¶ Qui ſcriptus fuit liber in teſtamento quod Prætor non aperuit, propterea quod teſtator dicatur fuiſſe necatus à familia, non ſit liber donec fuerit cognitum de crimine. ¶ Qui proclamat ad libertatẽ, eſt actor. Si vero ex ea ducitur in ſeruitutem, is qui eum dicit eſſe ſeruum. Si autem hoc eſt incertũ, hoc ipſum oportet primum conſi-

l. 7. §. 2. §. 3. §. 4. §. vlt.

[Quare Indicem ab hoc cap. vſque ad 18 nam deficit nec hic poſitum eſt.]

l. 8. conſiderare, vt ſciatur cuinam incumbat onus probandi. IDEM. Is
§. 1. quoque qui habet vſumfructum, de ſtatu recte agit, ſi vult dominus. ¶ Si
autem multi agunt, oportet omnes mitti ad eundem iudicem. Aliud
§. 2. eſt ſi vnuſquiſque integrum vendicat ſeruum. ¶ Si autem alter quidem
dicit ſe eſſe dominum, alter vero ſe habere vſumfructū, alter vero hy-
l. 9. in pr. pothecam, apud eundem litigatur. CAIVS. Abſente domino aut
eo qui habet vſumfructū, etiam is qui eſt præſens, recte agit non præiu-
dicans alteri. Si autem interim venerit: mittitur ad eundem iudicem,
§. 1. §. 2. niſi iuſte eum recuſet. ¶ Eadem etiam in duobus dominis. ¶ Duo-
bus agentibus, ſi alter quidem egerit, alter non: quæritur an vnus no-
ceat aut proſit alteri, ſicut patronus prodeſt hæredi liberti cum ipſe ſer-
uos in fraudem manumiſerit. Sed prætor non patitur ſeruum eſſe pro
l. 10. parte. VLPIANVS. Eſt in libertate qui eſt in eius poſſeſſione, & non
celat dominum tanquam fugitiuus. Qui autem fugit, non eſt ſine do-
l. 11. lo in libertate. CAIVS. Nam qui fugit, & tanquam liber degit: eſt
l. 12. in pr. in cauſa fugitiui. VLPIANVS. Poteſt itaque fieri vt & liber dolo-
§. 1. ſe ſit in ſeruitute, & ſeruus ſine dolo. ¶ Si ſeptem annos natus ſurre-
ptus ſeruierit, ignorans ſuam conditionem, & cum fugiſſet, tanquam
§. 2. liber degat: non eſt ſine dolo in libertate. ¶ Si autem ſeruus in inutili
teſtamento fuerit manumiſſus, aut apud Prætorem quidem ſed non à
domino, aut educatus fuerit quaſi liber: ſine dolo eſt in libertate, ſicut
§. 3. etiam quiuis liber exiſtimans ſe liberū. ¶ Quocirca qui eum vendicat in
§. 4. ſeruitutem, ei incumbit onus probandi. ¶ Quem autem probare opor-
§. 5. teat, quæritur in initio litis. ¶ De operis libertatum mouetur iudicium.
§. vlt. ¶ Si mihi damnū dederit qui bona fide mihi ſeruiit, & nunc proclamat
ad libertatem, vt verbi cauſa, ſi ad damnum reparandū pro eo conde-
l. 13. in pr. mnatus dedi: ad id mihi condemnatur. CAIVS. Damnum autem
quod dolo, non quod culpa factum eſt requirit hæc actio: ideoque li-
§. 1. cet ab hac ſit abſolutus, in eum agitur propter culpam. ¶ Idem eſt ſi-
ue in rebus meis, ſiue in alienis, quæ tamen periculo meo ſunt, mihi da-
mnū dederit, veluti quæ mihi fuerunt commodatæ aut locatæ, non ta-
l. 14. in pr. & §. 1. men depoſitæ. VLPIANVS. Liber dolo venditus, tenetur actione,
§. 2. præterquam ſi nō poſſit proclamare ad libertatē. ¶ Dolo autem facit qui
l. 15. decipit, non qui emptori verum prædicit. PAVLVS. Idem eſt ſi-
ue ſit maſculus ſiue fœmina, dummodo ſit eius ætatis quæ eſt doli ca-
l. 16. in pr. pax. VLPIANVS. Iiſdem eſt obnoxius qui ſe finxit ſeruum, & qui
§. 1. §. 2. decepit. ¶ Qui eſt autem coactus, non facit dolo. ¶ Competit au-
§. 3. tem hæc actio, ſi ignorans emi liberum, ſed non ſi ſciebam. ¶ Si filius
meus cum ſciret, emerit ex ſuo peculio, ego autem ignorabam: mihi
non acquirit hanc actionem, etiam ſi iuſſi ei vt emeret. Idem etiam in
§. vlt. procuratore. ¶ Si autem filius meus ignorabat, ego autem ſciebam: re-
pellor etiam ſi emerit ex peculio, etiam ſi præſens poteram eū prohibere
l. 17. ne emeret. PAVLVS. Si ſeruus autem aut extraneus cui mandaui, cer-
tam emit perſonam mihi ſcienti eſſe liberū: etiam ſi illum ignoret, non
l. 18. in pr. habeo actionem. Sin autem contra, habeo. VLPIANVS. Mihi au-
§. 1. tem tenetur in duplum eorū quæ dedi, aut in quæ fui obligatus. ¶ Du-
plicatur autem non ſolum pretiū, ſed etiam quicquid dedi propter em-

Digitized by Google

ſoluendo, recte manumitto. ¶ Eum autē qui legatus fuit ſub conditione hæres, non recte manumittit. VLPIANVS. [f] Quem emi vt manumitterem, ſi ereptus fuerit ad libertatem, nec tanquam ingratum quidem accuſo. ¶ Si iuſſu meo filius meus ſeruum manumiſerit, poſſum tanquam ingratum accuſare. ¶ Sed ſi caſtrenſis peculii eſt ſeruus, ipſe accuſabit, non ego. ¶ Accuſat autem quiſpiam quandiu eſt patronus: ¶ Sed ſi eſt multorum libertus, & in vnum commiſerit, eos qui ſunt eiuſdem gradus, ei conſentire oportet accuſanti. ¶ Si [g] vni ex filiis meis libertum aſſignauero, ipſe ſolus tanquam ingratum accuſat.

§. 1. | l. 30. in pr. | §. 1. | §. 2. | §. 3. & 4. | Lege lib. 18. tit. 4 cap. 10. | §. vlt.

a Seruum qui ab aliquo datus eſt pignori hæres eius manumiſit. Quæro an factus ſit liber. Dicit Scæuola, Si creditori hucuſq; debeatur pecunia, propter quam ſeruus fuit datus pignori, eum non fieri liberum. Eum autem ſupplet Paulus dicens, Si creditori ſolutum fuerit debitum, ex prima voluntate debitoris ſeruus peruenit ad libertatem.

b Non ſolum qui debet pure, creditur in fraudem manumittere, & ſeruorū impeditur libertas: ſed & ſi in certum diem debuit aliquis, & poſtea ceſſit dies, aut ſub conditione & in diem debuit, & adhuc pendet conditio & dies, impeditur libertas: eſt enim creditor etiam is cui debetur ſub conditione. Contrarium autem dicimus de legatario ſub conditione. Nam priuſquam extiterit conditio legati, non numeratur inter creditores legatarius. Ex omni autem cauſa creditoribus in hac parte fert opem lex Ælia Sentia, creditorem eſſe intelligens etiam fideicommiſſarium.

c Pignori datus ſeruus antequam de debito ſatisfiat, non poteſt manumitti contra voluntatem creditoris. Si autem creditor eſt pupillus, nihil prodeſt libertati citra tutorem ei conſentiens, ſicut etiam ſi pupillus habet vſumfructum, libertati citra tutorem conſentiens.

d Si hæredis ſui ſeruum legarit teſtator, hæres autem eum manumiſerit: non facit eum liberū, ſiue ſciens eum eſſe legatum, ſiue neſciens eum manumiſit.

e Seruus qui non eſt ſpecialiter pignori obligatus, ſed generali tenetur hypotheca: ſine dubio pleno iure dominus in eum obtinet dominium: & rectè ab eo manumittitur, niſi lex Ælia Sentia impediat libertatem propter domini inopiam. Seruus autem legatus ſub conditione, etiamſi pendente conditione pleno iure pertineat ad hæredem, non poteſt tamen ab eo manumitti, ne iniuria fiat legatario.

f Si quis ſeruum emerit vt eum manumittat, & emptore eum no manumittente ſeruus perueniat ad libertatem ex conſtitutione diui Marci: videamus an tanquam ingratum accuſare poſſit ſuum libertum. Et magis dicimus, cùm non fuerit eius manumiſſor, non poſſe eum accuſare vt ingratum. Sed ſi filius meus ex voluntate mea ſeruum meum manumiſerit, etiam ſi non ſim proprie eius manumiſſor, tamen per filium meū credor ego eum manumittere, & recte eū accuſo vt ingratum. Sed ſi filius meus cum ſit miles ſeruum qui eſt ex caſtrenſi peculio manumiſit, ego quidē non poſſum accuſare eum libertum: filius autem meus poteſt eum accuſare. Qui autem ſemel factus eſt alicuius patronus, tandiu eum rectè accuſat vt ingratum, quandiu perſeuerat patronus. Quando autem ſunt plures patroni vnius liberti, vtrum omnes poſſunt eum accuſare vt ingratum, an poſſit vel vnus eum accuſare. Et placuit etiam ſi in vnum ex patronis peccauit libertus, eum quidem recte ab ipſo accuſari: oportere autem omnes compatronos conſentire, ſi ſint eiuſdem gradus.

g Quando pater filio ſuo proprium libertum aſſignauerit ipſe ſolus cui fuit aſſignatus, poteſt eum accuſare vt ingratum, quoniam ipſe ſolus eſt patronus.

Lege lib. 17 tit. 14 conſt. 4 & lib. 38 tit. 16. conſt. — TERENTIVS. [a] Recte iureiurando adigo ne nubat liberta mea, quandiu filii eius ſunt impuberes. IDEM. [b] Filius meus ſi iureiurando adegerit, aut ſtipulatus ſit à liberta mea n̄e nubat, niſi ei remitto, facio contra legem. ¶ Non [c] prohibetur patronus mercedes accipere pro operis, ſed ad eas obligare. Si ergo ſua ſponte dederit libertus mercedem, ei non ſuccurritur: ¶ ſicut nec ei qui diurnas operas promiſit, aut pro eis certam ſummam, quoniam dat id quod vult. Solus enim ad mercedem obligat qui pecuniam ſtipulatur etiam [d] titulo operarum. [e] QVÆ in damnum creditorum dantur libertates, reuocantur, quando [f] is qui manumiſit, habuit conſilium fraudandi creditores. Creditores autem illi quoque intelliguntur, quibus debentur legata. [g] SERVI Imperatoris non poſſunt ſeruos ſuos manumittere, ne per interpoſitas quidem perſonas. [hoc enim † conſtitutiones edicitur.]

l. 31. | l. 32. | §. 1. | §. 2. | Lib. 7 Cod. tit. 11. | l. 1. C. qui manumit. non poſſ. &c. | l. 2. | † conſtitutionibus.

l. 4. edicitur.] SI [h] minor annis 20. alicui ſeruum in vita dederit, vt ille eum acceptum manumittat, [i] Senatuſconſultum id quod geſtum eſt, reuocat. Praetermiſſa eſt 5. conſtit.
l. 5. SI quis [k] in fraudem creditorum manumiſerit, eſt inutilis manumiſſio. Sed ſi ſeruum védiderit, & qui emit, eum manumiſerit, quoniam qui vendidit nihil amittit, valet libertas.
l. 6. [l] PVPILLO debente libertatem certa lege, aut [m] ſub conditione, non poteſt eam dare tutor: ſed illi manent nihilominus ſeruientes.
l. vlt. IN [n] libertatibus quæ relinquuntur certa lege aut ſub conditione, ſolum [o] euentum attendimus, non item etiam voluntatem relinquentis: ſed ſi inuenerimus pueros damnum paſſos, prohibemus libertates.

a Si patronus libertam ſuam iureiurando adegerit ne nuberet quandiu eſſent filii eius impuberes, non facit contra legem Æliam Sentiam. Neq; enim perpetuam viduitatem ei impoſuit, ſed donec ſint eius filii impuberes.

b Si contra patroni voluntatem, qui ſunt in eius poteſtate filii, iureiurando adegerint libertā ne nuberet, etiam ſi ab ea ſint ſtipulati, oportet patronum qui hoc reſciuit, vel ei remittere ſtipulationem, vel ſcire quod incidit in legem Æliam Sentiam, vt qui videatur dolo malo hoc facere.

c Non prohibet lex Ælia Sentia patronos mercedes accipere pro operis, ſed eos obligare prohibet. Itaque ſi ſponte ſua libertus mercedem patrono præſtiterit, nō liberatur à iure patroni. Qui ergo operas pollicetur patrono, aut pro ſingulis operis certam quantitatem, ad legem non pertinet, quoniam poteſt præſtando operas liberari ab obligatione. Ille autem intelligitur obligare libertum vt mercedes accipiat pro operis, qui hoc agit vt mercedes omnino accipiat, etiam ſi ſub nomine operarum fecerit ſtipulationem.

d ENANT. Lege lib. 8. tit. 1. conſt. 7. & 25.

e THEOD. Per fraudem nemo manumittit volens damno afficere creditores, niſi ſcilicet eis ſatisfaciat ex 5. conſtit. 8. tit. huius libri. Memento autem quintæ conſtit. 2. tit huius lib ſed ſcias quod 4. conſtitutio huius tit. dicit quod ſi debitor ſeruum non manumiſerit, ſed eum alii vendiderit, emptor recte eum manumittit & nota.

Τὸ κατὰ πόδας. Clarum eſt ius, non alias directas libertates ex lege Ælia Sentia quæ ſunt in fraudem creditorum manumiſſorum reuocari: niſi & conſilium fraudis hac ratione manumittentis, & euentus damni ſuum recipere volentis ſequatur. Inter creditores illos quoq; eſſe numerandos, quibus fideicommiſſum debetur, olim placuit.

f THAL. Hoc iam vidiſti etiam in Inſtit. quod oportet & manumittentis malum eſſe conſilium, & euentum libertatis eſſe damnoſum creditoribus, vt id tunc prohibeamus.

g THEOD. Seruus Imperatoris ne per perſonam quidem intermediam ſuum ſeruum manumittit.

THALEL. Eos videlicet ſeruos vocauit Imperator qui ſunt ſeruilis conditionis, non eos qui ſunt ſubiecti imperio.

h Τὸ κατὰ πόδας. Si minor 20. annis ad libertatem præſtandam ſeruos tradiderit, Senatuſconſulto, quod geſtum eſt, irritum conſtituitur.

i THAL. Quoniam lex prohibebat eos manumittere, illi de cætero vt qui non poſſent dare libertates, dabant aliis vt manumitterent ii qui accipiebāt. Ergo hoc quoq; prohibet conſtitutio.

k Τὸ κατὰ πόδας. Si in fraudem eorum quæ fiſco debentur probari poteſt libertas data, non valet. Sed ſi pecuniam is quem patrem tuum appellas dedit † emptori, & qui ab eo fuit emptus ad libertatem derductus eſt, nihil videtur eſſe diminutum de bonis illius qui fiſci debitor dicitur, [ſed ſi pecuniam is quem patrem tuum appellas dedit venditor.] † venditori τῷ πράτῃ.

l THEOD. Ne manumittat tutor quē pupillum vel fideicommiſſarium rogatus eſt manumittere. Memento ſextæ conſtit. 8. tit. huius libri.

Τὸ κατὰ πόδας. Nec fideicommiſſariam libertatem à ſua pupilla ſeruis debitam tutorem poſſe præſtare certi iuris eſt. Vnde ſi hos quos tu rogata fueras, tempore certo ætatis tuæ ad libertatem non perduxiſti ſed tutor manumiſit, remanſerunt in ſeruitute.

m THAL. Qui eſt debitor, nec debitam quidem libertatem dare poteſt. Nam ſi dixeris, ne fideicommiſſariam quidem libertatem dicere videris, nec directam. Directa autem libertas nunquam opus habet eo qui eam præſtet.

n THEOD. In fideicommiſſariis libertatibus ſolum euentum attendimus, & non voluntatem eius qui reliquit libertatem, & nota. Memento eorum quæ dicta ſunt de fideicommiſſariis libertatibus in 4. tit. huius lib. 7.

Τὸ κατὰ πόδας. Si debens ex adminiſtratione curæ, dominus tuus non ſoluendo effectus, tibi fideicommiſſariam reliquit libertatem, quoniam in fideicommiſſariis libertatibus euentum ſolum conſiderari obtinuit, nec eius voluntas tibi prodeſſe poteſt.

o THALEL. Nota quod in his libertatibus exigimus vtrunque concurrere, nempe voluntatem eius qui manumittit, & quod fraudentur creditores: ſed ſufficit ſolum fraudari creditores ad impediendam libertatem.

Digitized by Google

l. 8. conſiderare, vt ſciatur cuinam incumbat onus probandi. IDEM. Is
§. 1. quoque qui habet vſumfructum, de ſtatu recte agit, ſi vult dominus. ¶ Si
autem multi agunt, oportet omnes mitti ad eundem iudicem. Aliud
§. 2. eſt ſi vnuſquiſque integrum vendicat ſeruum. ¶ Si autem alter quidem
dicit ſe eſſe dominum, alter vero ſe habere vſumfructũ, alter vero hy-
l. 9. in pr. pothecam, apud eundem litigatur. CAIVS. Abſente domino aut
eo qui habet vſumfructũ, etiam is qui eſt præſens, recte agit non præiu-
dicans alteri. Si autem interim venerit: mittitur ad eundem iudicem,
§. 1. §. 2. niſi iuſte eum recuſet. ¶ Eadem etiam in duobus dominis. ¶ Duo-
bus agentibus, ſi alter quidem egerit, alter non: quæritur an vnus no-
ceat aut proſit alteri, ſicut patronus prodeſt hæredi liberti cum ipſe ſer-
uos in fraudem manumiſerit. Sed prætor non patitur ſeruum eſſe pro
l. 10. parte. VLPIANVS. Eſt in libertate qui eſt in eius poſſeſſione, & non
celat dominum tanquam fugitiuus. Qui autem fugit, non eſt ſine do-
l. 11. lo in libertate. CAIVS. Nam qui fugit, & tanquam liber degit: eſt
l. 12. in pr. in cauſa fugitiui. VLPIANVS. Poteſt itaque fieri vt & liber dolo-
§. 1. ſe ſit in ſeruitute, & ſeruus ſine dolo. ¶ Si ſeptem annos natus ſurre-
ptus ſeruierit, ignorans ſuam conditionem, & cum fugiſſet, tanquam
§. 2. liber degat: non eſt ſine dolo in libertate. ¶ Si autem ſeruus in inutili
teſtamento fuerit manumiſſus, aut apud Prætorem quidem ſed non à
domino, aut educatus fuerit quaſi liber: ſine dolo eſt in libertate, ſicut
§. 3. etiam quiuis liber exiſtimans ſe liberũ. ¶ Quocirca qui eum vendicat in
§. 4. ſeruitutem, ei incumbit onus probandi. ¶ Quem autem probare opor-
§. 5. teat, quæritur in initio litis. ¶ De operis libertatum mouetur iudicium.
§. vlt. ¶ Si mihi damnũ dederit qui bona fide mihi ſeruiit, & nunc proclamat
ad libertatem, vt verbi cauſa, ſi ad damnum reparandũ pro eo conde-
l. 13. in pr. mnatus dedi: ad id mihi condemnatur. CAIVS. Damnum autem
quod dolo, non quod culpa factum eſt requirit hæc actio: ideoque li-
§. 1. cet ab hac ſit abſolutus, in eum agitur propter culpam. ¶ Idem eſt ſi-
ue in rebus meis, ſiue in alienis, quæ tamen periculo meo ſunt, mihi da-
mnũ dederit, veluti quæ mihi fuerunt commodatæ aut locatæ, non ta-
l. 14. in pr. men depoſitæ. VLPIANVS. Liber dolo venditus, tenetur actione,
& §. 1. §. 2. præterquam ſi nõ poſſit proclamare ad libertatẽ. ¶ Dolo autem facit qui
l. 15. decipit, non qui emptori verum prædicit. PAVLVS. Idem eſt ſi-
ue ſit maſculus ſiue fœmina, dummodo ſit eius ætatis quæ eſt doli ca-
l. 16. in pr. pax. VLPIANVS. Iiſdem eſt obnoxius qui ſe finxit ſeruum, & qui
§. 1. §. 2. decepit. ¶ Qui eſt autem coactus, non facit dolo. ¶ Competit au-
§. 3. tem hæc actio, ſi ignorans emi liberum, ſed non ſi ſciebam. ¶ Si filius
meus cum ſciret, emerit ex ſuo peculio, ego autem ignorabam: mihi
non acquirit hanc actionem, etiam ſi iuſſi ei vt emeret. Idem etiam in
§. vlt. procuratore. ¶ Si autem filius meus ignorabat, ego autem ſciebam: re-
pellor etiam ſi emerit ex peculio, etiam ſi præſens poteram eũ prohibere
l. 17. ne emeret. PAVLVS. Si ſeruus autem aut extraneus cui mandaui, cer-
tam emit perſonam mihi ſcienti eſſe liberũ: etiam ſi illum ignoret, non
l. 18. in pr. habeo actionem. Sin autem contra, habeo. VLPIANVS. Mihi au-
§. 1. tem tenetur in duplum eorũ quæ dedi, aut in quæ fui obligatus. ¶ Du-
plicatur autem non ſolum pretiũ, ſed etiam quicquid dedi propter em-

Digitized by Google

ptionem. PAVLVS. Aut permutaui, aut pro debito compenſaui. l.19.
Nam hoc quoque eſt dare. VLPIANVS. Quod autem licite datur, l.20. §.1.
duplicatur. ¶ Obligari autem videor, ſeu emptori ſeu alii obligor, §.2.
quemadmodũ ſi ipſi aut alii eius iuſſu dedero, aut ego aut alius pro me.
¶ Qui autem habet exceptionem ne det, non habet actionem. ¶ Non- §.3.§.vlt.
nunquam autẽ ago in quadruplum. In eum quidem qui mihi pro ſeruo
veniit, in duplũ: in venditorem autem in duplũ, propter duplæ promiſ-
ſionem. MODESTINVS. Vnus autem ſoluens alium non exone- l.21.
rat, propterea quod actio ſit pœnalis & annalis, & non detur aduerſus
hæredes. Si autem cum liberum emerim, eum manumiſero: aduerſus eũ
quidem qui veniit ago: aduerſus venditorem autem, nequaquam. VL-
PIANVS. Non ſolum autem qui emit, ſed etiam hæredes eius habent l.22.in pr. & §.1.
actionem, etiam ſi emptus ſit per procuratorem. ¶ Si autem plures eme- §.2.
rint, omnes agunt: aut pro parte, ſi pro parte emerunt, aut vnuſquiſq; in
ſolidũ: & neq; ſcientia aut ignorantia alicuius eorum nocet aut prodeſt
alteri. ¶ Emptor ſi poſtea ſciuerit ſe emiſſe liberũ, non nocet, [ſicut neq; §.3.
prodeſt,] ſi poſtea dubitet. ¶ Succeſſor ſeu ſciat ſeu ignoret, nec ei nocet §.4.
nec prodeſt. ¶ Qui autẽ per procuratorẽ ſcientem emit, ei nocet: tutori §.5.
autem nocet eius ſcientia. ¶ Hæc actio eſt annalis, vt quæ ſit prætoria & §.vlt.
pœnalis. IABOLENVS. Si bona fide liberi hominis vſumfructum ti- l.23.in pr.
bi vẽdidero: eo patiẽte, meus erit ſeruus, alioqui erit ſine domino. ¶ Quæ §.1.
dicta ſunt de venditione ſeruorũ qui non poſſunt proclamare ad liberta-
tem: etiã ad donatos, & qui ſe in dotem dari paſſi ſunt & pignori, referũ-
tur. ¶ Si mater & filius de ſtatu agant, aut miſcentur iudicia: aut differtur §.2.
iudiciũ filii, donec de matre fuerit iudicatum. Idẽ etiam ſi litigent apud
diuerſos. IDEM. Qui cœpit de ſuo ſtatu litigare, eſt loco liberi, cũ in aliis l.24.in pr.
cauſis, tũ etiam in eo quod litem conteſtatur aduerſus eũ qui dicitur do-
minus, & facit perpetuas quæ tẽpore aut morte intereunt actiones: ¶ ſi- §.1.
quidẽ etiam annuarũ actionum annus currit ex quo liberalis cauſa fuerit
incepta. ¶ Agit autem interim etiã aduerſus alios, & ex euentu iudicii de §.2.
ſtatu, aut vtilis aut inanis oſtẽditur actio. ¶ Et poteſt interim etiã cõueni- §.3.
ri ab eo qui dicitur dominus. ¶ Si autẽ furti teneatur, aut alia lege argua- §.vlt.
tur: dat cautionẽ de iudicio ſiſtendũ: & differtur iudiciũ, donec de ſtatu
fuerit iudicatũ. Idem ẽt ſi in te actionem mouerint de furto ſerui tui, & is
deinde proclamauerit. Si.n iudicatus fuerit liber, ipſe cõuenitur: & ſi fue
rit cõdemnatus, ſubiicitur condemnationi. CAIVS. Si ei qui de ſtatu l.25.in pr.
litigat, legata ſit optio, illa ſeruãtur quæ ſi ei relicta ſit hæreditas. ¶ Licet §.1.
etiã ſecundo proclamare, ſi dicat ſe victum eſſe propterea quod nõ tunc
ſed nunc competat libertas. ¶ Qui de ſtatu litigat, videtur quidẽ eſſe li- §.2.
ber: ſed eſt ſeruus, & domino dominium acquirit & poſſeſſionẽ, ſicut et-
iam fugitiuus. IDEM. Qui mouit de ſtatu actione, vt dupli actionem l.26.
habeat aduerſus venditorem, etiam ſi victus fuerit, non tenebitur actio-
ne iniuriarum. VLPIANVS. Si in impuberem agatur de ſtatu, l.27.in pr.
differendum eſt vſque ad pubertatem, ſi hoc ei eſt vtile. ¶ Si ab- §.1.
fuerit is qui vendicabat in ſeruitutem, cauſa cadit. ¶ Qui autem v. Recte
conueniebatur, in eodem loco manens habet electionem, an nolit
† μονομερῶς. iudiciũ finem accipere, an præſente tantum † vna parte ſententiam ferri
quæ

quæ ſignificet eum non eſſe ſeruum. Ingenuus enim non poteſt pro-
v. Quod ſi. nunciari. ¶ Si autem proclamat ad ingenuitatem, oportet potius auferri iudicium: ne vna tantum parte præſente de ingenuitate aliquid pronũtietur. Ex magna autem cauſa, etiam ſi vna ſola pars adſit, cognoſcitur.

§ 2. ¶ Si is autem qui de ſuo ſtatu litigat abeſt, etiam vna tantum parte præſente de cauſa cognoſcitur.

a Si quis ſciens liberum emerit, cuiuſcunque ſit conditionis qui emit, ſuccurrimus ei ad libertatem proclamanti. Neque enim eſt venia dignus qui ſciens emit liberum, etiam ſi is qui fuit venditus ſciens ſe eſſe liberum, fuit venditus. Si is autem qui ſciens emit liberum, eum poſtea vendiderit alii ignoranti eum eſſe liberum, negamus rurſus ei qui emptus eſt proclamationem ad libertatem, videlicet ſi participauit pretium.

a Si duo liberum ſimul emerint, & alter quidem ſciebat eum qui fuit venditus eſſe liberum, alter vero ignorauit, non nocet ei qui ignorat propter alterius ſcientiam. Illud autem deinceps quæritur, num ſolam ſerui partem habet is qui ignorauit eum eſſe liberum, an totum. Quod ſi dixerimus eum qui ignorauit habere dimidium quid dicemus fieri de altero dimidio ſerui? an is qui ſciens emit, habet alterum dimidium? Sed ille eſt indignus habere aliquid in ſeruo, vt qui ſciens eum emerit. Rurſus autem qui ignorauit, non poteſt habere maiorem domini partem quam emer. Eueniet ergo vt vnius ignorantia proſit ei qui ſcit, & apud ipſum maneat dimidium ſerui. Hæc eſt ergo vna cauſa propter quam prohibetur quiſpiam proclamare ad libertatem. Sũt autem illæ quoque huiuſmodi, veluti ſi cui in eo teſtamento data fuit libertas, quod prætor prohibet aperiri, vtpote quod teſtator necatus ſit à familia. Cum enim in eo ſtatu ſit ſeruus vt quandoque puniatur, non oportet ei concedi iudicium de libertate. Sed & ſi ei fuerit permiſſum de libertate litigare, ſuſpendimus iudicium, quia dubitatur vtrum cædem fecerit an ſit innocens donec de morte domini fuerit examinatum. Tunc enim apparet huncne ſeruum puniri oporteat, an non.

l. 28. POMPONIVS. Quem ignorat dominus, non videtur eius volun-
l. 29. in pr. tate eſſe in poſſeſſione libertatis. AFRICANVS. [b] Qui agit vt ſit liber, aut qui in libertatem petitur, vel qui non ſine dolo malo degit in libertate: ſi interim militauerit, eſt ſimilis aliis ſeruis etiam ſi in nonnullis eſt tanquam liber, & nonnunquam etiam poſt ſententiam exauctoratur. Qui per calumniam autem petitus fuit in ſeruitutem, remanet mi-
§ 1. les. ¶ Si autem etiam ingenuus fuerit iudicatus & militauerit, & intra quinquennium retractata fuerit ſententia: redditur domino. IVLIA-
l. 36. NVS. Si [c] qui apud duos iudices de ſtatu pro dimidia parte ſeparatim conueniebatur, apud vnum vicerit, apud alterum vero victus fuerit: fit liber dans partem pretii ei qui dicitur dominus viri boni arbitratu. VL-
l. 11. PIANVS. Cum [d] ſim hæres patris mei, non poſſum ducere in ſeruitu-
l. 32. tem ſeruum meum quem manumiſit. PAVLVS. [e] Qui ex ſeruitute ingenuus apparuit, illas res accipit quas intulit in domum eius qui fuit exiſtimatus dominus. Qui autem ex libertinitate, ea etiam quæ acquiſiuit poſt libertatem, præter ea quæ ſunt ex bonis manumiſſoris, alia autem illi relinquit ex cuius exiit familia.

a Non videtur voluntate domini degere in libertate ſeruus, quando ignorat dominus eum eſſe ſuum ſeruum & hoc eſt veriſſimum. Ille enim ſolus voluntate domini degit in libertate, qui ipſam libertatis poſſeſſionem accipit voluntate domini.

b Cui facta eſt de ſtatu ſuo controuerſia, ſi is priuſquam de eo lata ſit ſententia militauerit, eſt ſimilis cæteris ſeruis nec videtur propter ſuam militiam in liberi habitu degere. ſed & ſi liber apparuerit, exauctoratur. Hæc autem dicimus de eo qui à ſeruitute proclamauit in libertatem: aut de eo qui per dolum verſatus eſt in habitu liberi. Qui vero per calumniam à libertate trahitur in ſeruitutem & vincit, manet miles. Si quis autem cum ad ingenuitatẽ proclamaſſet militauerit, & ingenuus quidem fuerit pronunciatus: intra quinque autem annos retractata ſententia, inuentus fuerit ſeruus: nihil ei prodeſt eius militia ſed domino ſuo redditur.

c Si duobus eundem hominem diuiſum in ſeruitutem petentibus, vt qui eſſent eius domini ex dimidia parte, ab vno quidem iudice pronunciatus fuerit liber, ab altero vero ſeruus, oportet vtrosque iudices cogi ad conſentiendum quantum contingit, vt vel duo liberum, vel vtrique ſeruum eum eſſe pronuncient. Si autem non poſſint conſentire, Sabinus quidem dicebat eum trahi in ſeruitutẽ † ex parte autem ſeruari tanquã liberum ab eo qui viciſſet & ei aſſentiebatur Caſſius. Ego quoque, inquit Iulianus, ei aſſentior: eſt enim valde ridiculum, eundem hominem ex parte

quidem trahi in ſeruitutem, ex parte autem ſeruari tāquam liberum. Commodius eſt autem propterea quod nos fauemus libertati, eum quidem eſſe liberuum: compelli autem ipſum dimidiæ partis dominii æſtimationem dare victori, arbitratu boni viri.

d Si pater ſeruum filii manumiſerit, cum ipſe eſſet emancipatus, aut miles, & patri fuerit hæres filius: non poteſt ſeruum quem pater eius manumiſit, trahere in ſeruitutem, cum ſemel hæres fuerit patris.

e Quando quis aut ex ſeruitute, aut ex eo quod exiſtimaretur eſſe libertus, ad libertatem proclamauit, de eius b. nis factum eſt Senatuſconſultum, quo quidem dictum eſt vt ſi ex ſeruitute quidem ſe defendit & vicit, illa ſola eum accipere quæ intulit in domum eius cui ipſe ſeruiit. Si autem ex ſtatu libertini ad ingenuitatem quis proclamauit, non ſolum ea accipit quæ intulit in domum eius qui manumiſit, ſed ea etiam quæ acquiſiuit poſt libertatem, non ex rebus eius qui eum manumiſit: alia autem bona illi relinquunt, ex cuius familia exierunt.

IDEM. [a] Qui ſciens liberum emit, non contradicit ei qui procla- l.33.
mat ad libertatem: alii autem venditus, de cætero non proclamat. VL-
PIANVS. [b] Non alias proclamat quis ad libertatem, niſi rationem red- l.34.
diderit de iis quæ geſſit in ſeruitute. PAPINIANVS. [c] Ædificans l.35.
quis oratorium, ei ſeruos deſtinauit: ii erunt hæredis. IDEM. Qui l.36.
[d] cauſam vicit, ſi nolit litis æſtimationem ſed ſeruum, recte petit. CAL-
LISTRATVS. [e] Conuentio priuata nec ſeruum, nec libertum facit. l.37.
PAVLVS. Si [f] poſtquam emi, ſcripſero, tanquam certo ſeruum manu- l.38. in pr.
miſſurus: is non peruenit ad libertatem. ¶ Marci [g] conſtitutio de iis §.1.
qui emuntur ea lege vt manumittantur loquitur. Quod ſi etiam pre-
tium accepero, vt meam ancillam manumittam, incido in conſtitutio-
nem. Sin autem manumiſero: erit mea liberta. ¶ Qui [h] ſeruum emit, §.2.
etiam ſi pretium nondum dederit, ſed ei ſatisfecerit, poteſt manumit-
te. ¶ [i] Qui fuit mihi venditus vt poſt tres annos manumitteretur, ſi §.vlt.
interim fugerit: etiam ſi deceſſero, manumittitur implens tempus.

IDEM. Qui petitur in ſeruitutem, poteſt petere vt probet ſe eſſe li- l.39. in pr.
berum. ¶ Qui [k] de libertate iudicat, etiam vſq; ad exilium condemnat §.1.
calumniatorem. ¶ Non [l] poſſum de ſtatu agere aduerſus eos quorum §.2.
fui tutor. ¶ Qui [m] cum liberta cohabitauit, poteſt poſtea etiam in eam §.3.
agere de ſtatu.

a Qui ſciens liberum emit, etiam ſi ille paſſus ſit venire, non poteſt tamen ei contradicere qui proclamat ad libertatem: ſi tamen alicui alii qui ignorat eum eſſe liberum, ipſum vendiderit: ei qui eſt venditus prohibemus ne proclamet ad libertatem † Hoc autem ita demum intellige, ſi ſit maior 21. annis, & ſit venditus ad pretium participandum.

† Hoc add. græci.

b Si quis cum in ſeruitute res aliqua domini adminiſtraſſet, vult proclamare ad libertatem: non prius ei concedimus hoc facere, quam rationes reddiderit eorum quæ geſſit tempore ſeruitutis.

c Si quis templum ædificauerit, & ſeruos deſtinauerit ad templi cuſtodiam, & eis non reliquerit libertatem: ii manent ſerui hæredis.

d Qui litem vicit de libertate, non cogitur accipere ſerui æſtimationem: ſed licet ei ad ſuum trahere ſeruitium ſeruum qui fuit eius pronunciatus.

e Nullus ex conuentione aut ſeruus fit, aut libertus alicuius: ſed † ſemper oportet valere veritatem.

† Hæc deſunt in Pand. noſtris.

f Si quis cum ſine vlla conditione ſeruum perfecte emiſſet, poſt emptionem ſua ſponte literas fecerit, hoc eſt, in ſcriptis ediderit ſe intra certum tempus manumiſſurum ſeruum quem emerit: huic ſeruo non ſuccurrit Marci conſtitutio quæ eripit ad libertatem ſeruos qui venduntur ea lege vt manumittantur. *g* Si quis acceperit pecuniam vt ſuum ſeruum aut ancillam manumittat: etiam ſi mancipium non pertineat ad Marci conſtitutionem, propterea quod illa ea ſola iuuet mancipia quæ venduntur ea lege vt manumittantur, tamen fauore libertatis cogitur hic quoque acceptis pecuniis vt ſeruum ſuum manumitteret vel ancillam, eam manumittere: quoniam eam etiam habitura ſit libertatem.

h Qui emit ſeruum, an priuſquam ſoluerit pretium, recte eum manumittat quæritur. Dicit Paulus quod ſi ſeruus fuerit traditus, & ſatisfactum fuerit venditori de pretio, eſt in bonis emptoris etiam ſi pretium nondum ſoluerit, & ideo eum recte manumittit.

i Seruum quiſpiam vendidit hac lege vt poſt triennium ipſe manumitteretur, ſi continenter & abſque interruptione triennio ſeruierit. Sed priuſquam tres anni fuerunt tranſacti, fugit ſeruus, & poſtea cum emptor deceſſiſſet, rediit. Rogatus fuit Paulus an ſeruo obſtet ad libertatem quod

ipſe

ipſe fugerit ante triennium, Qui reſpõdit, impleto tempore triennii poſt quod oportebat ſeruum manumitti, ei competere libertatem.

k Qui non grauatur à legibus vt probet ingenuitatem, vltro autem vult grauari onere probandi, eum admittimus.

l Qui de ingenuitate cognoſcit, poteſt actoris calumniam † probare vſque ad exilium. Qui fuerunt alicuius tutores aut curatores, & res eorum adminiſtrarunt: non poſſunt aduerſus eos de ſtatu agere.

m Si quis autem libertam ſuam duxerit vxorem, non prohibetur aduerſus eam agere de ſtatu.

† ſuis [illegible] græco ἐλέγ-χαι, leg. ex[illegible]cicere.

l.41.in pr. PAVLVS. [a] Si dubitatur in quo ſtatu fuerit is qui pro ſuo ſtatu litigat: auditur volens probare ſe eſſe in poſſeſſione libertatis.

Prætermiſſ. eſt cap 40.

§.1. ¶ Qui de alicuius ſtatu iudicat, etiam de iis quæ eſt ſuffuratus, aut de damnis quæ fecit, recte cognoſcit.

l.42. LABEO. Si [b] is quem emiſti proclamauerit ad libertatem, & iniuſte vicerit: ſi poſtea ſis hæres domini, potes rurſus eum petere in ſeruitutem: nec ei opem feret ſententia.

Flor. ſequuntur βασ. ſed [illegible]niale.

l.43. POMPONIVS. Nec [c] res hæreditarias auferre oportet eum cui data eſt libertas, nec differre libertatem propter furtum. Cõſiderabit ergo arbiter quid ſeruari oporteat hæredi, priuſquam cogatur manumittere.

l.44.in pr. VENVLEIVS. [d] Licet mihi ſeruiens de præſtandis operis iuraueris, tamen de his etiam poſt libertatem oportet te iurare aut promittere: & tunc teneris.

§.2. ¶ Ab [e] impubere cum factus fuerit pubes, petuntur operæ. Sunt autem etiam impuberis operæ, vtputa † hiſtrionis & [f] ſcriptoris.

† ὀρχηστοῦ καὶ καλλιγρα-φῶν. lege [illegible]

a Si dubitetur vtrum quis fuerit in poſſeſſione ſeruitutis, an in poſſeſſione libertatis, is aduerſus quem de ſtatu agitur, & vult ſe grauari onere probandi: audiendus eſt volens ſe probare eſſe in poſſeſſione libertatis. Is autem qui cognoſcit de libertate, etiam de rebus quas amouit is qui petitur in ſeruitutem, & de damno quod fecit † ei qui dicitur dominus, debet cognoſcere. Sæpe enim tanquam confidens ſe eſſe liberum, res quaſdam ſurripit & corrumpit, & eius cui ſeruit res conſumit: & de iis oportet inquirere.

† Leg. er[illegible] Pand. Flor. damnone domino facto.

b Si ſeruus quem emiſti à non domino, proclamauit ad libertatem, & iudex perperam pronunciauit eum eſſe liberum: dominus autem eius poſtquam fuiſti victus, ſcripſit te hæredẽ, aut aliquo alio modo fuiſti dominus ſerui, potes in eum agere. Nec obſtat tibi rei iudicatæ præſcriptio: quoniam tunc quidem tanquam emptor aduerſus eum egiſti, nunc autem agis tanquam hæres domini. Hæc dicentem Labeonem admittit etiam Iabolenus.

c Si quis cui data erat libertas fideicommiſſaria, ab hærede prius bona ſurripuerit, & tunc ad libertatem proclamauerit: oporet quamprimum dari iudicem, qui debet conſiderare quænam res ſint ei ablatæ, & curare vt eæ reddantur hæredi, priuſquam ipſe cogatur præſtare libertatem. Hæc enim ſcripſit Adrianus his verbis, Sicut non eſt ęquum, fiducia libertatis quæ præſtanda eſt ex cauſa fideicommiſſi, auferendas præberi res hæreditatis: ita nec facienda eſt mora præſtationi libertatis. Quamprimum ergo dari debet Iudex apud quem definiatur quid ſeruari debeat hæredi, antequam cogatur præſtare libertatem.

d Dubitabatur olim, an poſt libertatem oporteat libertum iurare de operis, an ante libertatem: viſum eſt tamẽ verius, libertum non alias obligari, quam ſi poſt libertatem iurauerit. Ideo autem ſolemus etiam ab iis qui adhuc ſunt ſerui iuſiurandum exigere, vt iuriſiurandi religione aſtricti, neceſſe habeant, poſtquam facti fuerint liberi, iuſiurandum dare ex quo in operis obligentur. Oportet autem libertum ſimul atque factus eſt liber, protinus iurare aut promittere: licet autem patrono etiam in donis quæ ipſi præſtantur, & in operis, non ſolum ea ſibi ſtipulari, ſed etiam vxori ſuæ.

e Si quis cum eſſet impubes, iurauerit patrono ſe præſtaturum operas, (eum autem intellige impuberem † qui poſſit ſentire iuſiurandum) obligatur ad operas, cum ipſe factus fuerit pubes. Poteſt autem etiam impubes quiſpiam dare operas, ſi ſit vel nomenclator vel hiſtrio. *f* ENANTIOPH. Lege lib. 58. tit. conſt. 7. them. 4.

† ἐὰν ὀμνύειν [illegible]. f. ἐὰν ὀμνύειν [illegible]. Et videntur potius legiſſe miniculatorem hoc loco cum in l.7. de oper. libert. inf. ὅτι γὰρ ὁ βιβλιογράφος ἢ καλλιγράφος ἢ [illegible].

Digitized by Google

Titulus IX.

τίσι πρὸς ἐλευθερίαν ἀναβοᾶν οὐκ ἔξεστιν.

Quibus ad libertatem proclamare non licet.

LIBER XL. ff. TIT. XIII.

PAVLVS.

Prætermiſſ. eſt 1. cap.

† agere.

Lib. 7. C. tit. 18.

SI [a] vi ſeruum tuum abſtulero, & in teſtamento manumiſero: non fit liber. tibi enim fit iniuria, vt qui † mouere non poſſis, vtpote quod ex dolo ad hæredem meum nihil redeat. [b] SI quis fuerit venditus cum [c] ſit liber, poteſt poſtea proclamare ad libertatem, & ſuum ſtatum probare. [d] SI eos qui deſcendunt ex latronibus ſeruos factus fiſcus detinuerit, non poſſunt amplius proclamare ad libertatem. [e] QVIcunque proclamat ad libertatem, illud quidem reddet quod ipſe quoque confitetur ſe tenere eius qui dicitur dominus: De eo autem de quo dubitatur, [f] dabit cautionem, vt [g] ſi fuerit liber pronunciatus, reddat rationes [& debitum ſoluat.] Quod ſi etiam inueniatur aliquid accepiſſe tanquam [h] ex donatione, hoc quoque reddet: & ſi quid acquiſiuit ex harum rerum fructibus, & ſi quid ex iis quæ clam lucrifecit aut potuit retinere. Si quid autem inuentus fuerit lucratus eſſe ex teſtamento, hoc apud eum remanet. Completo autem de ſtatu iudicio, res deponantur apud aliquem ſequeſtrum, & tunc vterque contendat de earum dominio.

l. 1. ff. Quib. ad liber. proclam. non lic.

L. 1. Cod. Quib. ad lib. proclam. non lic.

l. 2. Eod.

SI quis ſeruum per vim à Titio acceperit, & eum in teſtamento liberum eſſe iuſſerit, & locupletiſſimus deceſſerit is qui reliquit libertatem: ſeruus non fit liber, alioqui magnum damnum accipiet Titius cui vis eſt allata: quoniam ſi ſeruus quidem non manumittatur, habet actionem de eo quod metus cauſa, aduerſus hæredes eius qui vim intulit, vt qui ſeruum lucrifaciant. Sed ſi ſeruus factus fuerit liber, qui vim paſſus eſt: non habet actionem aduerſus hæredes eius qui vim intulit, vt qui nihil conſequantur ex dolo defuncti.

b THEOD. Liber qui fuit venditus, poteſt proclamare ad libertatem: niſi fuerit venditus ad pretium participandum. Memento 1. conſt. 16. tit. huius lib & lege ſequẽtem conſtit. & ſcias quod ſcriptum eſt in lib. 8. tit. 44. conſt. 21. quod ad libertatem proclamantibus iis qui ſunt empti, non debet emptor pro eis pretium ſoluere.

Τὸ κατ' πόδα. Diſſimilis eſt cauſa illius qui ſuo ſtatu diſſimulato ſe paſſus eſt venundari, & illius qui pretium participauit. Superiori enim non eſt denegata defenſio libertatis, ſecundo autem & ſi eſt ciuis Romanus, & pretium participauit, denegatur libertas. Eandem quoque diſtinctionem in illo eſſe accipiendam, cui fideicommiſſaria libertas eſt debita, hîc merito dixerunt anthores.

c THAL. In eo ſcilicet ꝙ paſſus eſt moram, vt tanquam ex mora videatur fieri liber, & ex venditione redigi in ſeruiturem.

d THEOD. Qui deſcendunt ex latronibus, ſerui fiunt, nec poſſunt proclamare ad libertatem.

Τὸ κατ' πόδας. De lattonum familia deſcendentibus, & ex largitione principali, vel ex auctoritate fiſcali ſeruis factis, retro Principes libertatem denegari decreuerunt. Ex largitione principali.

THAL. Largitionem vocat Principis ſeu Imperatoris, non quod illi redacti fuerunt in ſeruitutem: ſed quæ ab Imperatore in fiſcum facta eſt vocauit largitionem.

Τὸ κατ' πόδας. Si quis in libertatem proclamauerit: id quod apud ſe eſſe eius qui ſe dominum dicit, confitebitur, quoniam de eo non dubitatur, reddi & auferri Iudex protinus pronunciet. Quod vero petitur, ſi fuerit negatione dubium, per ſtipulationem conſeruabitur, ac petitio differetur, vt ſi probata fuerit libertas quoniam & illis qui res eis commiſerunt adhibere oportet remedium, geſtarum rerum ab eodem ratio, & quantum debetur repoſcatur, vt ſeruitute depulſa, qui pro

domino

Digitized by Google

domino quondam erat, retineat quod vt ſeruo dominii iure largitus eſt, & quæ ex earum rerum redditu ac fructibus congregata ſunt, & quæ ex furtiuis obſcure capta & comparata ſunt, cum liberum eſſe non oporteat, quod apud ſeruum dominus peculii nomine repoſuerat. Ea vero quę teſtamento vel donatione quæſita ſunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectaque ſunt, eidem ingenuo deputentur. Quæ tamen vniuerſa impleto de ingenuitate iudicio, quæ quidem ex prius dictis rebus ſeparantur, † in ſequeſtro eſſe oportet: vt his ab vtraque parte deductis † ἐν μεσι-τείᾳ.
& in medio iure poſitis, ad dominium eorum vterque contendat.

THALEL. Aduerte quod conſtitutio locum habet, quando de ſeruitute agitur in quempiam, non quando de libertinitate.

f THAL. Nota quod exigit promiſſionem, non ſatiſdationem.

g EIVSDEM. Etiam probata libertate, inquit, oportet reddi rationes, & reddi ea quæ debentur.

h THAL. Sæpe tanquam hæredes alicuius alium trahebant in ſeruitutem: ille autem volebat retinere ea quæ relicta fuerunt in teſtamento.

i THAL. Specialiter donata, non ſolum relicta.

Titulus X.

Si ingenuus eſſe dicetur.

Ἐὰν εὐγενὴς εἶναι λέγηται.

LIBER XL. ff. TIT. XIV.

MARCELLVS.

l. 1. ff. Si ingen. eſſe dic. SI [a] tu aduerſus libertum meum egeris, & ingenuus fuerit pronunciatus: nulla excludor præſcriptione temporis in eum agens.
l. 2. §. 1. [b] LIBERtus dicens ſe eſſe ingenuum, intra quinque annos ex quo fuit manumiſſus auditur. Prætermiſ. eſt 1. them. huius cap.
§. 2. ¶ Si autem dicit ſe poſtea inueniſſe inſtrumenta ingenuitatis, oportet eum ad Imperatorem accedere vt cognoſcat.
l. 3. §. 1. POMPONIVS. [c] Libertus iudicatus ingenuus, quæ habuit ex rebus patroni, apud eum relinquit, aut etiã reſtituit. PAPINIA-
l. 4. NVS. [d] Nullus libertus poſt quinquennium, apud Præſides poteſt proclamare ad ingenuitatem.
l. 5. IDEM. Qui [e] ignorante patrono iudicatus fuit ingenuus, in eum etiam poſt quinque annos recte agitur. VL-
l. vlt. PIANVS. [f] Præiudicium habet patronus petens † operas aut obſequium, dicens ſe non petita venia in ius eſſe vocatum, etiam ſi reus dicat ſe eſſe alterius libertum. Qui autem dicit ſe eſſe patronum, ei incumbit onus probandi. † ὑπηρεσίας ἢ ἀκολουθίας.
l. 1. C. de ingenuis manumiſ. [g] QVI fuit ab aliquo manumiſſus, & dicit ſe eſſe ingenuum, debet omnia quæ acquiſiuit è domo eius qui eum manumiſit, aut etiam legatum quod accepit, relinquere: & tunc contendere de ſua ingenuitate. Lib. 6. Codi: tit. 14.
l. 2. SI quis [h] eſt ingenuus, nec ſi quis eum nutriens impenderit, nec ſi quis eum in ſeruili [i] habuerit miniſterio, eum ſeruum facit.

SI alienus libertus, aliquo alio & non patrono aduerſus eum agente, ingenuus fuerit pronunciatus: patronus nullum ex eo patitur præiudicium, ſed ſine vlla temporis exceptione recte agit in ſuum libertum.

b Si quis cum ſit libertus, dicit ſe eſſe ingenuum, intra quinque annos ex quo fuit manumiſſus, poteſt contendere de ſua ingenuitate. Sed ſi poſt quinquennium dicat ſe inueniſſe inſtrumenta quæ probet ingenuitatem, oportet Principem de eo cognoſcere.

c Senatus iuſſit eos qui agnouerunt ſuam ingenuitatem, reddere ſeu relinquere iis qui exiſtimati fuerunt eorum patroni, quæcunq; ex ſe acquiſierunt. Interpretans ergo Pomponius hoc Senatuſconſultum, dicit quod per hoc quod dicit Senatus eos qui agnouerunt ſuos natales, videtur dixiſſe de ſolis ingenuis. Quod autem ſubiunxit Senatus, vt relinquant quæcunque acceperunt ex

Digitized by Google

re ſuorum manumiſſorum, oſtẽdit etiam de libertis dixiſſe ſenatum. Quaſnam res autẽ relinquũt qui pronunciantur ingenui an quas ignorantibus ſuis patronis acceperunt, an quas ex eorum rebus acquiſierunt? Num etiam quæcunque eis ſua ſponte conceſſerunt aut donauerunt ii qui ipſos manumiſerunt, compelluntur reſtituere qui pronunciantur ingenui? Et hoc magis placuit, vt quæ à patronis acceperunt, etiam ſi iis ſcientibus acceperunt, reddant pronunciati ingenui.

d Oratio quæ prohibet apud Conſules aut Præſides prouinciarum poſt quinque annos à libertate proclamare ad ingenuitatem, nullam cauſam aut perſonam excepit: [ſed generaliter omnes perſonas & omnes cauſas complectitur.]

e Si ignorante patrono libertus fuit pronunciatus ingenuus, ei non opponitur præſcriptio quinquennii [vindicandi ſuum libertum.]

f Quoties dubitatur ſit ne aliquis libertus an ingenuus, ſiue operæ petantur, ſiue obſequium, ſiue famoſa moueatur actio, & is qui dicitur patronus recuſet actionem, vtpote quod non poſſit libertus in eum famoſam intendere actionem, ſiue nihil eſt eorum quod quæritur, ſed hoc principaliter quæritur ſit ne libertus an ingenuus: præiudiciũ datur ei qui ſe dicit eſſe patronum. Si quis autem confitetur quidem ſe eſſe libertum, ſed alterius dicit ſe libertum eſſe, non eius qui in eum agit: idem datur præiudicium. Datur autem hoc præiudicium actore petente. Semper autem incũbit onus probandi, quod libertus ſit in quem agitur, ei qui ſe dicit eſſe patronum. & ſi non probat, vincitur, etiam ſi nihil probarit is in quem agitur.

g THEOD. Qui fuit ab aliquo manumiſſus, ſi ſe dicit ingenuum, perdit quæcunque habuit ab eo qui ipſum manumiſit, & poſtea ab eo litigatur de ingenuitate. Sed 13. conſtit. huius tit. dicit quod ſi is victus fuerit, non fit ſeruus, ſed eſt ſemper libertus. Lege autem 7. conſt. huius tit. in qua dicit quod qui dicit ſe ingenuum, ei incumbit onus probandi. Sed ne te lateat conſtitutio 3. huius dicti præſentis tit. ſed lege eam.

THALEL. Aut eſt filius eius qui eum directe manumiſit, aut extraneus hæres eſt rogatus ex fideicommiſſo manumittere, & manumiſit.

[THALEL. vt ſi relicta ei fuerint legata, iudicat quod ſi ei fuerant relicturi etiamſi ingenuus fuiſſet, ea accipit recte.]

h THEOD. Non fit quis ſeruus ex eo quod ipſe fuit manumiſſus ab aliquo, ſed etiam vt didiciſti in 6. lib. tit. cap. 16. ſi quis vendiderit eum quẽ nutriit, etiam ſi ſit ſeruus: tenetur furti. Quod enim ex eo quod ſit aliquis nutritus ab aliquo, non redigatur in ſeruitutem, habetur etiam in libro 8. tit. 51. conſt. 3. [l. 3. C. de infant. expoſ.]

l. furtum. de furt.

i Etiam ſi quis alicui ſeruierit longo tempore non fit ſeruus, videlicet ſi is cui ſeruiebat, ſciebat ingenuitatem eius qui ſeruiebat, vt dicit 6. conſtit. huius tit. Similiter dicit etiam 23. conſtit. 16. tit. huius lib. Etenim, vt dicit conſtit. 11. huius lib. non eſt libertatis nec ſeruitutis probatio, locatio. Lege autem 3. conſtit. 22. tit. huius lib. quæ dicit quod non fit quiſpiam ſeruus ex eo quod 60. annos alicui ſeruierit. Lege 14. conſtit. huius tit. & 15. & 17. & 18. conſt. 16. tit. huius lib. 7. & memẽto 24. conſtit. tit. 19. lib. 4 & ſcies alia de huiuſmodi præſumptionibus.

l. ſi tibi C. de lib. cauſa.

l. 3. C de lon. temp. præſ. quæ pro lib.

Τὸ κατὰ πόδας. Ingenuam natam neque nutrimenti ſumptus, neque ſeruitutis obſequium faciũt ancillam, neque manumiſſio libertinam. [hoc didiciſti in Inſtit. quod ingenuitati quæ eſt ab ortu non obſtat quod viſus ſit aliquis ſeruire & poſtea manumitti.]

SI [a] quæpiam mulier cum eſſet ingenua, fuit manumiſſa, & [b] exiſtimabatur liberta, & concepit, poſtea autem litigauit de ingenuitate, & pronunciata fuit [c] ingenua: eius quoque liberi, tanquam ex [d] ingenua muliere nati, ſunt ingenui. SI quis cum eſſet ingenuus, fuerit venditus tanquam captiuus: de ſuo ſtatu non patitur præiudicium. SI [e] abſit is cum quo agitur, [f] dicente quodam ſe ingenuum, & pro illo ſecuta fuerit ſententia quæ vult eum eſſe ingenuum: [g] poſt ſententiã nõ ſequitur amplius vexatio. [h] INGENVVS non poteſt fieri ſeruus [i] eius qui ſcit illius ingenuitatem, etiam ſi manſerit longo [k] tempore ſeruiens. [l] OPORtet eum qui dicit ſe eſſe ingenuum, probare ſuam ingenuitatem. Nam dicere, quod qui aduerſus me egit, cauſæ[m] renunciauit, non ſufficit ad probandam ingenuitatem.

l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7.

a THEOD. Qui ex ingenua nati ſunt & probati, ingenui intelliguntur, etiam ſi in eos actum fuit tanquam in libertos. Memento 1. conſtit. & lege 8 & 13. conſtit. huius tit.

b THALEL. Exiſtimabatur ſerua, neque enim re vera erat ſerua, quæ pronunciata poſtea fuit ingenua.

c THALEL. Didiciſti etiam in † Inſtit. quoque quod eſt ingenuus is de quo lata eſt ſententia, oſtendens eum eſſe ingenuum. Vnde etiam dixit regulam quæ ſic habet. Res iudicata, pro veritate accipitur.

† Videtur leg. [illegible]

d THALEL. Videlicet etiam ſi conſtaret eos natos eſſe ex liberta, erant ingenui. Sed quod quærebatur erat, an ſint ingenui tanquam nati ex muliere ingenua.

e THEOD.

Digitized by Google

e Theod. Liber venditus tanquam captiuus, manet liber. Scias autem quod ſi eſt re vera captiuus, manet apud redemptorem loco pignoris, donec ſolutum fuerit pro eo pretium, aut quinquennium† tranſegerit ſeruiens Lege enim lib. 8. tit. 50. conſtit. 2. & 5. & 7. & 10. & de hoc diſces. lege 12. conſt. huius tit. † *quinq.*

Τὸ κατὰ πόδας. Si cognatum tuum ingenuum qui fuit in dominatione Palmyrenæ factionis, tanquam captiuum dicis eſſe venditum: Præſes prouinciæ faciet eum reſtitui ſuæ ingenuitati.

f Si feratur ſententia pro eo qui ſtatus quæſtionem patitur: etiam ſi abſit, ei prodeſt. Similiter dicit 4. conſtit. 16. tit. huius libri, etiam in eo qui aduerſus aliquem agit de ſtatu. Dicit enim 40. quoq. conſtitutio eiuſdem 14. tit. huius lib. 7. quod etiam vna parte abſente de iudicio ſtatus cognoſcitur. Hoc autem procedit non ſolum in ſtatu, ſed etiam in quauis alia cauſa, vt dicit prima cõſtit. 13. tit. huius libri. Oſtendit autem prima conſt. 7. tit. huius lib. 7. quod quæ de ſtatu fertur ſententia, non reuocatur, niſi ſecuta fuerit appellatio.

Τὸ κατὰ πόδας. Iniuria affici ſtatum ingenuorum aut errore, aut malignitate quorundam, eſt periniquum: & maxime cum affirmes diu præſidem vnum atque alterum à te interpellatum. vocaſſe alteram partem, vt contradictionem faceret, ſi defenſionibus ſuis confideret. Vnde conſtat merito rectorem prouinciæ commotum tuis allegationibus, ſententiam dediſſe ne de cætero vexationẽ ſuſtineres. Si ergo adhuc pars aduerſa perſeuerat in eadem obſtinatione, aditus Præſes prouinciæ ab iniuria eos abſtinere præcipiet.

g Thal. Hoc oſtendit quod cum eſſet in alterius poſſeſſione, volebat ſe probare ingenuum, & erat actor. Neque enim vocandus eſſet iniquus, ſi non eſſet aliquis qui ageret.

h Τὸ κατὰ πόδας. Scientis ſtatum, liberum non poſſe fieri ſeruum, euidentiſſimi iuris eſt. Cum igitur proponas patrem pupillorum quorum in precibus mentionem feciſti, velut liberum te penes ſe habuiſſe in miniſterium, licet [in] actu longo temporis, non præcedente vero titulo, per quem dominia ſolent acquiri, mutare tuam conditionem non potuit.

i Thal. Hoc tanquam ad preces dixit conſtit. nam & ſi ille ignoraſſet, ille inquam dominus, non læſus fuiſſet eius ſtatus.

k Thal. Nota quod viſum eſſe ſeruire longo tempore, non lædit ingenuitatem.

l Theod. Qui ſe aſſerit ingenuum, ei incumbit onus probandi. Similiter dicit 5. & 11. & 21. conſt. 16. tit. huius libri. Et qui liberum petiit in ſeruitutem, ei incumbit onus probandi, & vt infert 31. conſt. 16. dicti tit. niſi oſtenderit eum eſſe ſeruum aduerſus quem agit, tenetur vt qui eum iniuria affecerit. Sed nota differentiam: quoniam ſi is qui petitur in ſeruitutem, eſt in poſſeſſione libertatis, qui aduerſus eum agit, grauatur onere probandi, ſicut [diximus modo: ſi vero eſt in poſſeſſione ſeruitutis, tunc ipſe ſuſtinet onus probandi, ſicut] dictum eſt in libro 4. tit. 19. conſtit. 20. Scias autem hoc haberi in lib. 9. tit. 41. conſtit. 9. quod cum quæritur de ingenuitate, poteſt iudex etiam tormenta adhibere ad cognoſcendam veritatem.

Τὸ κατὰ πόδας. Si te & filios tuos ingenuos eſſe conſtat, natalium veritas vos tutos reddit. Nam & ſi quis illius ſeruitutis quæſtioni apud acta renunciauit, ad ingenuitatis probationem nec nocere quicquam nec prodeſſe poteſt,

Thal. Si ergo non apud acta, ſed priuatim renunciauit actioni: multo magis nec prodeſt nec nocet.

l. 8. [a] Ingenui quidem naſcuntur, liberi autem conſtituuntur ſolum per manumiſſionem: pactum autem nec ſeruis nec libertis dat ingenuitatem, nec iis qui tranſactioni non conſenſerunt, quicquam præiudicare poteſt. Forte enim quiſpiam cum aduerſus eos litigaſſet, tranſegit, & confeſſus eſt eos eſſe ingenuos: alius autem quiſpiam vult probare ſtatum eorum, forte enim duo erant, qui dicebant ſe patronos: quorum vnus qui tranſegit, non nocet alteri. Τὸ κατὰ πόδας.
l. 9. Si [b] quis natus fuerit ex matre libertina, eſt [c] ingenuus. Quod ſi etiam contigerit aliquem fieri captiuum, & reuerti: nihilominus eſt ingenuus iure poſtliminii.
l. 10. Si [d] mutata fuerit appellatio generis vt celetur eius ingenuitas, & poſtea in ſeruitute nati fuerunt filii, naſcuntur [f] ingenui tanquam ex ingenuo.
l. 11. Qui [g] ſe locauit ad miniſterium, permanet ingenuus.
l. 12. Si [h] plagiarius [i] vendiderit corpus ingenuum, non lædit eius ingenuitatem.
l. 13. Libertus qui dicebat ſe eſſe ingenuum, & fuit victus, nihilominus eſt libertus, [k] & non ſeruus.
l. vlt. Si [l] mulier ingenua tradita fuit ratione ſponſaliorum, ex hoc ipſo [m] non fit ſerua.

a Theod. Sunt ingenui qui ab ortu ſunt liberi, liberti autem intelliguntur qui manumiſſione fiunt liberi. Memento 5. conſtit. & lege 9. conſtit. huius tit. Non efficitur alicui per pactum cognatio. Dicit enim 10. conſt. huius tit. quod in cognatis partum attendimus. lege etiam 21. conſt. 16. tit. huius lib. 7.

Digitized by Google

l. quod ex C. de ope. liber.

b THEOD. Qui ex libera natus eſt, ingenuus intelligitur. Quæſtio. Quomodo ergo dictum eſt lib. 6. tit. 3. conſtit. 11. eum eſſe ingenuum qui naſcitur ex libera. THEOD. Primum quidem non eſt differentia inter liberos libertoſque & libertas quod attinet ad ingenuitatē, prout hodie obſeruatur [ex Nouel. Iuſtin.] Deinde præſens conſtitutio eſt acceſſio eius quod dictum eſt libro 6. quod qui eſt ex liberta, eſt ingenuus. Τὸ κατ' πόδας. Libertina matre natam ingenuis naſci natalibus eſt euidentiſſimi iuris. Cum igitur te matre libera natam deinde ab hoſtibus captam, & ex poſtliminio reuerſam proponas, & nunc tibi ſeruitutis moueri quæſtionem: conſequens eſt adiri præſidem Prouinciæ, qui de cauſa libertatis cognoſcet, iure laturus ſententiam, ſciens neque huiuſmodi matris cōditionem, neque captiuitatem, reuerſis de ſtatu priſtino quicquam poſſe detrahere.

c THALEL. Nam etſi mater eſt liberta, omnino tamen parit ingenuum.

d THEOD. Etiam ſi mutatum ſit nomen ingenui, non perimitur cognatio. In cognatis enim partum attendimus & non appellationem. Didiciſti autem in 8. conſtit. huius tit. quod non oportet ſpectare pactum in cognatione, ſed ſolam natiuitatem. lege 22. conſtit. huius lib. 7. [16. tit.]

† ἀναγόρευσιν vide l. gédū ἀναχώρησιν. f. ἀνακλήσιν

Τὸ κατ' πόδας. Ad agnoſcendos ſingulos nomina cōparata communi conſenſu, ob celandos natales ingenuis, † ſi egerint, non opponuntur: natoſque licet in miniſterio ſeruitutis, liberæ conditionis non ſeruos poſſeſſio, ſed ſtatus ingenuos naſci facit.

e THALEL. Hoc fecisti etiam in 2. inſtit. quod nomina ſunt impoſita ad ſignificandos homines: qui quomodocunque comprehendantur, eſt ſuperuacanea per nomina comprehenſio.

f THALE. Hoc iam tibi dixit etiam ſuperius, quod natus ex ea quæ videtur ancilla, naſcitur ingenuus.

g Τὸ κατ' πόδας. Si veſtram poſſeſſionem nullus præceſſit titulus ſed cum eſſetis ingenui, operas mercede placita locaſtis: nec de ſtatu veſtro quicquam eſt diminutum: nec ad conuentionis implēdam fidem ſolenniter, agere prohibemini. Nullus præceſſit titulus.

THALEL. Verus eſt titulus qui poteſt reuera ſeruum facere, vt quando ſe vendiderunt ad pretium participandum. Nam ſi ignorauit putans eos eſſe ſeruos non patitur præiudicium eorum ingenuitas.

h THEOD. Plagiarius ſi corpus ingenuum vendiderit, non fit ſeruus. Memento 2. conſtit. 15. tit. 5. lib. quæ dixit quod qui ſciens vendit liberum, tenetur plagii. Scias autem generaliter ſcriptum eſſe lib. 8. tit. 16. conſtit. 6. quod non ſolum non vendit quis liberum, ſed neque dat pignori, ſed vt dicit 11. conſtit. 16. tit. huius lib. 7. ſi forte quis emerit liberum nunquam eſt eius dominus. Similiter legiſti in 14. conſtit. huius tit. de libero vendito tanquam captiuo.

Τὸ κατ' πόδας. Ad commutandum liberæ ſtatum commiſſum plagii non opponitur, ſed abductam, natales in quibus eſt nata, etiam poſt hunc caſum obtinere conuenit.

i THALEL. Hæc intellige, niſi de induſtria paſſus eſt ſe venundari, ſed forte cum eſſet infans, vendita fuit per ignorantiam, aut etiam minor 20. annis vendita fuit ad pretium participandum. Tunc enim non læditur in ſua ingenuitate.

k THALEL. Hoc dixit, tacite innuens quod qui teſtamentum accuſauit tanquam falſum, amittit quæcunque ei reuera ſunt relicta. Hic ergo cum dixiſſet ſe eſſe ingenuum, & non obtinuiſſet non perdit libertatem.

l THEOD. Etiam ſi liber fuerit alicui datus in ſponſalia non fit ſeruus. Dicit enim 16. conſtit. 16. tit. huius lib. 7. quod etiam ingenuus qui datus fuit alicui in dotem non fit ſeruus.

Τὸ κατ' πόδας. Ingenuæ mulieris ſtatus ex hoc ſolum quod tanquam ancilla ſponſaliorum cauſa data proponitur, præiudicium ratione pati poteſt.

m THALEL. Nam ſi quid aliud feciſſet debens ſeipſam redigere in ſeruitutem, vt ſi forte paſſa eſt ſe venundari ad pretium participandum, fit ſerua.

Titulus XI.

περὶ τελευτήσαντος τῆς πενταετίας μετὰ τελευτὴν μὴ ζητεῖν.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

LIBER XL. ff. TIT. XV.

MARCIANVS

NON licet quærere de ſtatu eius qui quinque annis ante deceſſit [vel intra quinque annos;] ſi defuncto ante quinque annos fit præiudicium. ¶ Si autē fuerit quiſpiā iudicatus ingenuus: ſeu ſtatim fuerit mortuus, ſeu cœpta fuerit retractatio, extinguitur quæſtio. ¶ Datur autem

l. 1. in pr. & §. 1. ff. Ne de ſtatu def. §. 3. §. 4.

autem hæc præſcriptio, quando de deteriore ſtatu eſt quæſtio. Si quis
autem dicitur eſſe liber, etiam poſt quinquennium ex quo deceſſit
l. 2. in pr. eius mater, quærere oportet an ſit libera. Papinianvs. Si [b] pater
meus vel mater mea quinq; annis ante deceſſerunt, cum aduerſus eos nõ
§. 2. actũ eſſet de ſtatu, nec aduerſus me agitur, ¶ etiã ſi qui agebat erat pupil-
§. 3. lus, & nõ habebat tutorẽ. ¶ [c] Etiam ſi intra quinq; annos facta eſt litis cõ-
teſtatio, deinde † longo tẽpore ſiluit qui agebat, non amplius mouebit. † Bai xx in ingr.

[a] Non licet alicui de ſtatu defuncti mouere controuerſiam, neq. priuato, neque fiſci nomine. Sed nec de ſtatu defuncti intra quinque annos poteſt litigari, ſi ex huius quæſtione fiat præiudiciũ ſtatui eius qui deceſſit ante quinq; annos. Sed nec adhuc viuẽtis ſtatum licet retractare. ſi de eo quæſtio facit præiudicium ei qui ante quinquennium deceſſit: & ita diuus Hadrianus conſtituit. Interdum autem ne intra quinque annos quidem licet quærere de ſtatu defuncti. Diui enim Marci oratione cauetur vt ſi quis ingenuus pronunciatus fuerit, liceat quidem hanc retractare ſententiam, liceat autem hoc facere adhuc viuo eo qui ingenuus pronunciatus eſt, ſed non etiam poſt eius mortem. Vſque adeo autem non licet retractare ſententiam ingenuitatis. vt etiam ſi in vita alicuius cœperit retractari ſententia, mortuus autem fuerit ante ſententiam, extinguatur de eo iudicium. Atq; quando in deterius quidem vult quiſpiã retractare ſtatum alicuius, ei opponitur præſcriptio quinquennii. Sed ſi in meliorem ſtatum fiat retractatio: (forte enim dicit quis eum fuiſſe liberũ, qui deceſſit tanquam ſeruus) retractationem minime prohibemus. Etenim ſi dicitur quiſpiam eſſe ſeruus quaſi ex ancilla matre natus quæ deceſſit ante quinquennium, licet etiam ſi quinque anni præterierint poſt mortem matris ſuæ, probare liberam fuiſſe quæ eum peperit. Hoc enim eſt pro mortuo. Hanc ſententiam & probauit Marcellus, & ego. inquit Marcianus, probaui.

[b] Non oportet inferre quæſtionem de libertate filiis quorum pater & mater quinque annis ante deceſſerũt in libertate. Communem enim habet tutelam defunctorum ſtatum non retractari poſt quinquennium mortis eorum: nec oportet hanc publicam tutelam euerti, etiam ſi ſint pupilli qui agunt, ſed negari eis retractationem, ſi præterit tempus quinquennii, pupillis non habentibus tutores.

[c] Præſcriptio quinquennii quæ ſtatum defunctorum tuetur, non euertitur etiam ſi ante mortem motum ſit iudicium, ſi probatum fuerit quod qui *agebat, longo tempore deſtitit ab actione. * veteri actione agit.

l. 3. Hermogenianvs. Quod [a] ſit melior ſtatus eorum qui deceſ-
ſerunt, etiam poſt quinque annos licet adhuc agere, vt ſi is qui deceſſit
l. vlt. in ſeruitute, dicitur eſſe liber. Callistratvs. [b] Ne fiat quæſtio
de ſtatu poſt quinquennium, etiam ſi moueatur lis pecuniaria. Qvæ-
l. 1. C. Ne dam [c] mulier quæ vixerat vt ingenua, deceſſit: & poſt quinquennium
de ſtatu def. poſt mortis, acceſſit quidam alius [d] dicens ſe eſſe [e] patronum. Dicit conſtitu-
quinq. qr. tio, quod cum poſt quinquennium mortis eius agat, opponitur ei tem-
l. 2. poris præſcriptio. [f] Qvidam fuit cuiuſdam hæres, & dicebat quidam
eum eſſe ſuum ſeruum, dicens matrem eius fuiſſe ſeruam: deceſſerat au-
tem eius mater ante quinque annos. Dicit conſtitutio quod cum mater
deceſſerit ante quinque annos, lis [g] non recte mouetur: quoniam euenit
vt quæratur de ſtatu [h] matris. [i] Scripta eſt conſtitutio ad mulierem
l. 3. cum qua agebatur de bonis ſui mariti, & dicit: Si viuo marito inchoata
erat quæſtio de ſtatu eius, etiam ſi ille deceſſerit, nihilominus in iudicio
agitur de ſtatu, vt oſtendatur ad quem bona pertineant de quibus mo-
uetur actio: hoc enim mouetur apud iudicem qui iudicat de bonis.
l. 4. Habebat quidam fratrem, dicebat autem quendam quoque a-
lium eſſe ſuum ſeruum. Decedens frater eius ſcripſit hæredem illum qui
dicebatur ſeruus, [& ille habebat hæreditatem:] & poſtea ipſe quoq; de-
ceſſit, ſcriptis quibuſdam quos voluit hæredibus, aliis autem relictis li-
bertatibus: & adiit ille Imperatorem dicens: Meus erat ſeruus, & non re-
cte fuit ſcriptus hæres cum libertate cũ fratre meo: & nunc peto vt den-
tur mihi eius bona, & vt ab eo manumiſſi ſint ſerui mei. [Et reſcripſit
conſtitutio, quod ſi vt ciuis Romanus vixerit & præterierit quinquen-
nium, poſt mortem eius de eo non poteſt agi.]

Digitized by Google

a Eorum qui ante quinquennium deceſſerunt, honeſtiorem ſtatum quam qui erat tempore mortis, probare nemo prohibetur. Idcirco ſi quis in ſeruitutis habitu deceſſerit, licet etiam poſt quinquennium volenti probare ſtatum eius liberum.

b Ante omnes Imperatores Nerua Imperator ſtatuit, poſt quinquennium mortis cuiuſque non retractari eius ſtatum. Diuus quoque Claudius reſcripſit cuidam Claudiano, ſi cauſa pecuniaria faciat præiudicium quæſtioni de ſtatu eius qui deceſſit ante quinque annos, ceſſare etiam cauſam pecuniariam, ne fiat præiudicium iis qui deceſſerunt.

c THEOD. Is aduerſus quem cum adhuc viueret, nō actum fuit de ſuo ſtatu[ſi moriatur]poſt quinq; annos de ſtatu eius non quæritur. Similiter dicit 4 & 6.& 7. conſtit. huius tit. Idē eſt etiam ſi poſt quinquennium ex quo mortua eſt mater cuiuſpiā, quęſitum eſt de eius ſtatu, ex 2. conſtitut. ſimiliter huius tit. Id autem quod dictum eſt, intellige ſi is qui deceſſit, erat in poſſeſſione libertatis, & viuens non fuit exhibitum negocium, vt innuit hæc prima conſtit. & vt oſtendit 2. conſtit. 22. tit. huius lib. 7. aut ſi fuit quidem interpellatus, apud incompetentem autem iudicem mota eſt quæſtio iuxta 7. conſtit præſentis tit. Memento autem 13. conſtit. 16. tit. huius lib. 7. Et excipe eum qui deceſſit in fuga. Etenim poſt quinque annos quæritur de eius ſtatu, vt dicit 8. conſtit huius tit. & 1. conſtit 22 tit. lib propoſiti. Et hæc quidem ſic ſe habent. Memento autem 13. conſtit. 16. tit. huius lib quæ dixit quod etiam ſi poſt quinque annos mortis non quæritur de ſtatu, bona tamen ſerui defuncti vendicantur à domino eius. Similiter * autem dicit etiā tertia conſtit. huius tit. Nota ergo legem, & lege 22. tit qui deinceps ſequitur.

l. 1. C de lon. temp præ. ca. quæ pro lib. * Imo non ſimiliter vt l pſe explica. l. principaliter quæ ex §. 1. huius tit. potius explicanda eſt.

Τὸ κατ' πόδας. Aditus competens Iudex cauſam præſcriptionis examinabit, & ſi Domitię patronū, qui ciuis Romanus vſque ad mortem vixit, quinque annos antequam lis bonorum mulieris moueretur, deceſſiſſe proponitur, tanquam libertæ ſtatus, ex eius qui manumiſit perſona non retractabitur.

d THALEL. Qui enim nunc agit aduerſus libertam, dicebat defunctum prius fuiſſe ſuum ſeruum, & prohibet conſtit quæri de ſtatu libertæ: quoniam ea viuente neceſſe eſt etiam quæri de eo qui deceſſit, ſeruus ne eſſet an liber. Hoc autem non poteſt procedere in iis qui deceſſerunt ante quinquennium.

e THALEL. Eius quæ nunc agit & dicit ſe eſſe libertam, cum ea autem agitur quod ancilla fuerit eius qui nunc deceſſit: ille autem fuit ſeruus eius qui nunc agit.

f Τὸ κατ' πόδας. Si is qui te hæredem fecit, propter matris ſtatū ſeruus dicitur, & mater ante quinque annos litis motæ deceſſit, locus erit præſcriptioni, cum de ſtatu quæri non poſſit, niſi de matris ſtatu retractetur. Hæc ita, ſi quandiu vixit, ſine inquiſitione tanquam ciuis Romana egit.

g THALEL. Nota quod tunc eſt locus iuri conſtitutionis, quando in vita non fuit de ſtatu interpellatio.

h THALEL. Nota regulam quod neceſſe eſt omnino in quæſtione de ſtatu de matre quæri.

i Τὸ κατ' πόδας. Quamuis defunctus ſit maritus quondam tuus cui quæſtio ſtatus inferebatur, cauſa tamen etiam poſt obitum eius propter emolumentum ſucceſſionis durat. hanc enim apud illum qui de hæreditate vel ſingulis rebus iudicaturus eſt, decidi oportet.

k THALEL. Neceſſe eſt illo dicente bona ad ſe pertinere, quæri an bona eſſent ſerui. Aduerte autem quomodo poſuerit cum eo fuiſſe actum in vita propter præcedentem conſtitutionem: quoniam oportet quinquennium præteriiſſe, nullo de ſtatu interpellato.

l Τὸ κατ' πόδας. Si is quem ſeruum tuum fuiſſe, & à fratre tuo liberum atque hæredem ſcriptum eſſe proponis, vt ciuis Romanus vixit: nec intra quinquennium poſt mortem eius ſtatus quæſtionem mouere cœpiſti: intelligis neque hæredibus ab eo ſcriptis, neque iis quos liberos eſſe voluit, controuerſiam te contra formam Senatuſconſulti facere poſſe. Quod ſi priuſquam id temporis ſpatium excederet, agere cœpiſti, & peculium eius more iudiciorum petere, & aduerſus manumiſſos ordinata lite, ſecundum formam iuris mouere non prohiberis.

m THALEL. S.C. eſt quo cauetur ne poſt quinquennium quæratur de ſtatu defuncti, quoniam cum dicunt ſe liberos & in ſeruitutem vendicantur, oportet ordinari iudicium de ſtatu.

[a] ETIAM poſt quinquennium recte quæritur, an filiorum recte factæ ſint [b] emancipationes, an non. [c] DICIT conſtitutio, proponens quod dictum eſt in præcedentibus conſtitutionibus: quod & ciuitati & [d] pupillis opponitur hæc quinque annorum præſcriptio. Sin autem aliquo modo dubitatur, attendimus poſteriora tempora, hoc eſt quę erant morti magis propinqua. SI PATER tuus velut ingenuus vixit, nec ſtatus controuerſiam quaſi fiſci ſeruus eſſet, apud Præſidem prouinciæ qui ſuper hac quæſtione ſolet iudicare, ſed apud curatorem [e] ciuitatis non competentem iudicem paſſus eſt, poſtq; eius mortem quinquennium effluxit: ſtatus ex præſcriptione quæ defertur ex ſenatuſcōſulto, eſt tutus. [f] QVINQVENNII præſcriptio, cum ſeruus in fuga deceſſerit, non habet locum.

Margin: l. 5. — l. 6. — Τὸ κατ' πόδας. l. 7. — l. vlt.

a THEOD.

Digitized by Google

a THEOD. Etiam poſt quinquennium recte agitur de emancipatione quæ non recte proceſſit. Lege 1. conſt. 49. tit. 8. lib. quæ dicit, quod emancipatus propter ingratitudinem reuocatur in poteſtatem. [l.1. C. de ingrat. liber.]

Τὸ κατ' πόδας. Quod eſt conſtitutum, poſt quinquennium de ſtatu defunctorum quæſtionem incipere non poſſe, ad caſum emancipationis, iure necne perfecta ſit, minime pertinet.

b THAL. Nunquid ergo quod habetur tit. 7. primi lib. τῶν πρώτων 25. cap. quod non reuocatur emancipatio poſt mortem filiorum, intelligimus quando pater paſſus eſt, vtpote quod filii videbantur emancipati? Quid vero quod ſæpe nō aderant, vt de iis recte quæreretur, cum eo quod nos non aduerſamur illi capiti. l. poſt mortē. ff. de nuptiis.

c Τὸ κατ' πόδας. Si mater tua quaſi ingenua communi opinione vixit, & quinquennium à die mortis exceſſit, potes ciuitatem & pupillos, ſi tibi ſtatus quæſtionem mouere tentarint, nota præſcriptione repellere. An autem vt ingenua vſq; ad mortem vixerit, in iudicio quæreretur. Quod ſi dubitatio interuenerit, poſteriora tempora ſpectari oportet.

d Nunquid ergo præſcriptio quæ his perſonis opponitur, multo magis etiam cuilibet homini recte opponitur?

e THAL. De hoc † procuratore ciuitatis dictum eſt in libro primo τῶν πρώτων in vltimo cap. quod eius aſſeſſor, non intelligitur aſſeſſor, cum nec ſi eat peregre, accipiat ſalarium: ſed etiam in ſua patria conſideat. † leg. curatore.

f Τὸ κατ' πόδας. Exactio rerum peculiarium ſerui tui, ſi nullo iure præcedente corpora poſſideantur ab aliquo, nulla temporis præſcriptione mutilabitur. Neque enim Senatuſconſultum, quod de non retractandis defunctorum ſtatibus ſancitum eſt, interuenit, ſi defunctus in fugam conuerſus & latitans deceſſit. Nulla temporis præſcriptione.

THAL. Hoc dicit reſpiciens ad quinquennii præſcriptionem, & decem vel viginti annorum. Nam conſtat 30. annorum præſcriptionem excludere eum qui velit mouere ſpecialem in rem.

Titulus XII.

† nihil hac de re agitur hoc titulo.

De colluſione conuicta, & de iis qui manumittunt in eccleſia †.

περὶ σ μπαιγνίας ἀπελεγχομένης & περὶ τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ ἐλευθερούντων. f. συμπαιγνίας.

LIBER XL. ff. TIT. XVI.

l. 1. ff. de colluſ. detegenda. SI,[a] colludente domino ſeruus liber fuerit iudicatus, vt ipſe deinceps eſſe poſſit Senatorius: qui conuicit colluſionem, eum habebit ſeruum. DETEGIT

l. 2. in pr. & §. 1. autem quis colluſionem intra quinque annos continuos, qui numerantur à ſententia vſque ad litis

§. 2. conteſtationem, ¶ niſi ætas huius ſerui, aut aliqua

§. 3. alia cauſa inquiſitionem differat ad eius pubertatem. ¶ Aliud eſt

§. vlt. de eo qui ex liberto proclamat ad ingenuitatem. ¶ Porro autem extraneus quoque, ſed qui poteſt pro alio poſtulare, recte probat col-

l. 3. luſionem. SI [b] non fuerit iuſtus contradictor ei qui ingenuus pro-

l. 4. nunciatus eſt: ne valet quidem ſententia. SI [c] libertus per colluſionem fuit iudicatus ingenuus, poſt eius rei probationem exiſtima-

l. vlt. in pr. tur libertus †. SENTENTIA * de colluſione, ſemel propter col-

§. 1. luſionem retractatur. SI [d] plures velint probare colluſionem, ex moribus & ætate, & eo quod vniuſcuiuſque intereſt, quis debeat vincere ſtatuit Præſes.

† πρὶν δὲ ἐλεγχθῇ, ὡς εὐγενὴς λογίζεται, priuſquã vero id delegatur quaſi ingenuus accipitur.

* videtur legendum περὶ τῆς εὐγενείας non περὶ τῆς συμπαιγνίας.

NE aliquorum dominorum in ſuos ſeruos indulgentia polluatur, & inquinetur maximus ordo † ingenuorum, patientibus dominis ſuos ſeruos proclamare ad ingenuitatem, & ingenuos pronunciari, propterea factum eſt Senatuſconſultum tempore Domitiani, quo cautum eſt, vt ſi quis probarit per colluſionem domini ſeruum pronunciatum eſſe ingenuum, ſi ſeruus eius qui probauit, is qui per colluſionem fuit probatus ingenuus. Hoc autem, nempe retractare ſen-

† τῶν εὐγενῶν ἀνδρῶν

Digitized by Google

tentiam latam de ingenuitate, intra quinque annos ſolum conceſſit diuus Marcus, continuos ſcilicet, niſi ætas illius cuius arguitur colluſio, efficiat vt cauſa differatur in tempus pubertatis, vel aliqua alia cauſa det dilationem. Tunc enim non currit tempus quinquennii: in quibus autem ſeruatur hoc tempus quinquennii, non ad perficiendam retractationem eſt præfinitum, ſed ad inchoandum de ea iudicium. Aliud eſt, quando quis ſe ex liberto aſſerit ingenuum. Ei enim quinquennii tempus non opponitur. Soli autem ii qui ſunt bonæ exiſtimationis, & poſſunt pro omnibus poſtulare, poſſunt retractare ſententiam de ingenuitate, etiam ſi ſint omnino extranei.

b Quando quis non habens iuſtum contradictorem, pronunciatus fuerit ingenuus, perinde eſt inutilis ſententia, ac ſi nihil fuiſſet omnino iudicatum, hoc enim cautum fuit conſtitutionibus.

c Si libertus per colluſionem pronunciatus fuerit ingenuus, poſtea autem probata fuerit colluſio: incipit deinceps eſſe vt libertus, interim autem priuſquam conuincatur colluſio, poſt ſententiam latam de ingenuitate, quaſi ingenuus agit in ciuitate.

d De ingenuitate latam ſententiam ſemel ſolum licet retractare, non etiam iterum.

e Cum plures ſimul volunt retractare latam de ingenuitate ſententiam, cauſa cognita examinantur omnium mores & ætas, & ex comparatione ille præfertur, cuius [magis] intereſt retractari ſententiam.

Titulus XIII.

De libertatibus quæ fideicommiſſæ relinquuntur, & pretio ſeruorum.

Περὶ τῶν ἐν πιστ. καταλιμπανομένων ἐλευθεριῶν καὶ τιμῆς δούλων.

Liber VII. ff. Tit. IV.

Præter miſſa fuit 1. conſt.

SI [a] quis cuipiam fuerit legatus in codicillis & ab eo manumiſſus, poſtea autem falſi apparuerint codicilli, libertas quidem ſemel data non reuocatur, poteſt autem hæres ab eo pro pretio exigere [b] 20. aureos. SI [c] libertas fuerit mulieri relicta ſub conditione, & illa pepererit pendente conditione, ſeruos parit. Sed ſi poſt mortem [d] pepererit, parit liberos. [e] SI mulier quæpiam cui relicta eſt libertas certa lege aut ſub conditione, ex voluntate domini égit [f] in libertate, vt quæ videatur libera [g], parit liberos. SI [h] certa lege aut ſub conditione libertas relicta fuit ſeruo alieno, ſi lucratus quidem fuit dominus eius aliquid ex teſtamento, cogitur eum vendere. Sed ſi non eſt lucratus, poteſt eum non vendere. Sed ne quidem amittitur libertas, ſed permanet, forte enim quandocunque volet vendere ſeruum.

l. 1. C. de fideicommiſſ. lib. — l. 3. — l. 4. — l. 6.

Prætermiſſa eſt 5. conſt.

EX falſis codicillis data libertas non reuocatur quidem: dat autem hæredi manumiſſus 20. aureos pro ſui pretio Si velis autem ſcire quanti ſit vniuſcuiuſque ſerui æſtimatio, lege 1. conſt 7. tit. huius libri, & ſcies.

Τὸ κατὰ πόδας. Si codicilli in quibus auunculo defunctæ legatus eſſe videris, falſi pronunciati ſunt: tamen ſi ante motam criminis quæſtionem iuſtam libertatem es à legatario conſecutus, ſecundus euentus non abolet ita datam libertatem. Plane ſecundum Adriani conſtitutionem datur hæredi 20. aureorum repetitio. Ante motam.

Thalel. Nam ſi poſtquam cœpit moueri quæſtio, fuit manumiſſa, ei non competiit libertas.

b Thal. Tale quid etiam didiciſti in actione de inofficioſo, quod libertate quandoque non reuocata, repetuntur viginti aurei à manumiſſo pro ſui pretio.

c Theodor. Ancilla manumiſſa ſub conditione fideicommiſſaria, parit ſeruos donec extiterit conditio, niſi ex mora hæredis non extitit. Dicit autem quarta conſtitut. huius tit. Si ea vixerit vt libera, ex voluntate eius qui illi debet præſtare libertatem, parit liberos. Similiter lib. 6. tit. 35. conſtit. 11. Memento autem 7 quoque conſtitut. 57. tit. dicti lib. 6. [l. 7. C. de ſuis & legit. lib.]

l pen. C. de iis quib. vt indign.

Τὸ κατὰ πόδας. Cum libertatem mulieribus ſub conditione datam proponis, quid dubium eſt eos

eſt eos qui ex his ante impletam conditionem naſcuntur, ſeruos naſci, & pertinere ad hæredes iure dominii? Illis enim datum eſt auxilium qui nati ſunt poſt moram dandæ libertatis, vt liberi nati ingenui quoque videantur.

[Thal. Hoc didiciſti etiam in [illegible] quod poſt moram libertatis natus liber naſcitur.]

d Τὸ κ῀ πόδας. Si voluntate domini in libertate eſt morata cui fideicommiſſaria libertas relicta fuit, ſecundum Senatuſconſultum & conſtitutiones ad id pertinentes, ciuis Romana facta ingenuos peperit. Sed ſi nunquam ab ea libertas petita eſt, ſibimet imputabit cur geniti ex ea ſerui ſunt.

e Thal. Nota quod qui fideicommiſſariam debet libertatem, ſi ſeruo ſolummodo permiſerit degere in libertate, viſus eſt eum manumittere.

f Eivsdem. Hæc intellige de maiore 25. annis. Nam ſi ſit minor, vt quæ videatur ipſa moram pati, eſt libera.

g Theod. Qui lucrum habet ex teſtamento, cogitur vendere ſeruum ſuum vt manumittatur ex iuſſu teſtatoris. Sin autẽ nolit eum vendere vt qui lucrum non habeat, non admittitur quæ ſeruo datur libertas: ſed expectat hæres ſi quando venditus fuerit ſeruus: & eum manumittet. Memento 2. conſt tit. 45. & 13. conſt. 50. tit lib. 6. [l ſi ea C. ad l. Falcid.]

Τὸ κ῀ πόδας. Deberi etiam alienæ ancillæ fideicommiſſariam libertatem placuit: nec deficit hoc debitum, ſi interim domina, ſi modo nihil ex iudicio eius qui quæve reliquit libertatem, percepetit. [noluerit vendere] quia poteſt tempore procedente, quandocunque occaſio redimendæ ancillæ fuerit, præſtari libertas.

l. 7. [a] Qvi fuit alicui relictus, & ab eo iuſſus eſt manumitti, manumiſſus
l. 8. fit libertus eius [b] qui manumiſit. [c] Qvidam vxorem ſuam & filium ſuum inſtituit hæredes, & ſeruo reliquit libertatem, dicens: Si placuerit vxori meæ. Illa repudiauit hæreditatem, & tota rediit ad filium, ſic quo-
l. 10. que ea non aduerſante libertati, dicimus eam deberi ſeruo. Si [d] cui fuerit relicta libertas, quando fuerit quiſpiam 20. annos natus, ſi ille deceſſerit ante [e] 25. annum, quærimus quando ſi vixiſſet, perueniſſet ad
l. 9. hanc ætatem, & tunc ſeruus fit liber. [f] Sive quis ſeruum ſuum ſine libertate tutorem ſuis liberis reliquerit, ſiue alienum, videtur ei libertatem relinquere, niſi aperte oſtenſum fuerit eum aliud ſenſiſſe. Tunc enim tutelæ datio efficitur inutilis.

a Theod Qui ex fideicommiſſo manumittitur, fit libertus eius qui ipſo facto præſtat libertatem. Dicit enim 11. conſtit. huius tit quod qui manumittitur ex fideicommiſſo, opus habet facto manumiſſionis. Dicit itaque 15. conſt. eiuſdem tit. quod ſi is qui fuit rogatus ex fideicommiſſo manumittere, nolit præſtare libertatem, per Præſidem recte manumittitur is qui debet manumitti, nec fit libertus. Memento 1. conſt. 13. tit. lib 6. [l. 1. C. de bon poſſ. contra tab]

Τὸ κ῀ πόδας. Hi quibus per fideicommiſſum in vltima voluntate relinquitur, eorum liberti efficiuntur defuncti.

b Thal. Hoc eſt hæredum, non Orcini. Nam qui habent directam libertatem, illorum fiunt liberti à quibus manumittuntur.

c Theod Competit fideicommiſſaria libertas etiam vno hærede repudiante, à cuius pendebat voluntate. Hoc intellige ſi hæres data opera repudiauit, conuenienter 1. conſt. huius tit. Aut pone quod cum competeret actio de inofficioſo, hæres nõ adiit, & rurſus competierunt fideicommiſſariæ libertates, ex 13 conſt. 28. tit lib 3. Lege autem 6. conſt. 11. tit. huius lib. l. cum dotibus. C de inoffic. teſtam.

Τὸ κ῀ πόδας. Cum proponas fideicommiſſariam libertatem ita tibi datam ſi vxori teſtatoris placuiſſet, licet ea non adeunte hæreditatem, pertinere cœperit ad filium ſolida hæreditas, non aduerſante tamen vxore teſtatoris potes petere libertatem

Thal. Vide quomodo non dixit conſtit. Ea conſentiente, ſed Ea non aduerſante. Nam ſi ſolum non aduerſetur, videtur conſentire.

d Τὸ κ῀ πόδας. Fideicommiſſaria libertas ita tibi relicta, cum teſtatoris filius ad annum viceſimumquintum peruenerit, non intercidit licet hæredem intra præſtitutam ætatem deceſſiſſe proponas, tempore quippe quo ſi viueret, præfinitam ætatem impleturus foret, ſpem libertatis non intercidere placuit veteribus. [l. 8. C. de teſtam manum.]

e Nota quod aliud dixit ſuperius de libertate relicta quando puella nuberet, nempe nos non quærere ea mortua, quando ſi vixiſſet erat nuptura: ſed quærere contractum matrimonii, hic autem etiam poſt mortem dixit quempiam fieri liberum.

f Theod. Siue ſeruum proprium, ſiue alienum, ſiuerit eſſe tutorem ſuorum filiorum, videtur ei fideicommiſſariam libertatem relinquere. Lege 35. conſt. 16. tit. huius libri: nec videatur tibi repugnare, [l. non idcirco. C. de liberal. cauſa.]

Τὸ κ῀ πόδας. Et ſi non adſcripta libertate teſtator ſeruum ſuum tutorem filiis ſuis dederit, receptum eſt & libertatis & pupillorum fauore, vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eum videatur. Et ſi non ſuum proprium ſeruum, ſed alienum, conditionem eius ſciens, tutorem adſcripſerit,

Digitized by Google

ſimiliter fideicommiſſariam libertatem datam (niſi aliud euidenter defunctum ſenſiſſe appareat) ſapientibus placuit, vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eum videatur.

THALEL. In Inſtit. dixit directam libertatem competere, hîc autem fideicommiſſariam. Sed non eſt contrarium. Neque enim hîc ſuſtulit directam libertatem. Poteſt ergo vtraque competere.

[a] QVI relictus fuit vt manumitteretur ab hærede, opus habet facto L. 11.
[b] hæredis: & ſi hæres quidem apparet, cogitur. Si latitat, pronunciat Prę-
ſes illum eſſe liberum. Ex eo [c] quod teſtator dixit in teſtamento, Il- L. 12.
lum tibi commendo, non [d] videtur ei fuiſſe relicta libertas. SI [e] quis L. 13.
habens ancillam, vxori ſuæ eam donauerit, & relicto ei legato, iuſſerit hæredes eius eam manumittere: cogitur vxor [f] accipiens legatum da-
re ancillam, vt hæredes eam manumittant. [g] CVIPIAM qui in L. 14.
ventre geſtatur, poteſt relinqui libertas, vt ſimul atque natus fuerit qui geſtatur, aut quæ geſtatur in vtero, ſtatim ei præſtetur libertas, etiam ſi
mater adhuc ſeruiat. [h] QVI certa lege aut ſub conditione fuit digna- L. 15.
tus libertate, etiam ſi latitauerit qui eam debet, perinde eſt manumiſſus ex ſententia, ac ſi iam ex inde ſine conditione ea honoratus fuiſſet à te-
ſtatore: & non fit libertus hæredum. SI [i] quis decedens rogauerit hæ- L. 16.
redem, vnum ex filiis ancillæ ſuæ manumittere, quem ille elegerit, & deceſſerit nullo electo, omnes ſimul fiunt liberi. Idem autem dicimus, ſi cum legaſſet ancillam certa lege vel ſub conditione ei relicta libertate, rogauit legatarium quem velit manumittere, ille autem deceſſit nullo electo vel manumiſſo.

a Τὸ κατὰ πόδας. Si ſeruus fuiſti, ac tibi per fideicommiſſum libertas relicta fuit, vides ſine facto te ad libertatem peruenire non potuiſſe. Quamobrem ſi verbis precariis cum eſſes ſeruus libertatem accepiſti, debet Præſes prouinciæ te adeuntem admittere, vt cauſa cognita ſi inuenerit quempiam tibi debere libertatem, ad eam pręſtandam compellat eum qui debet. Si autem latitat: contra latitantem pronunciata ſententia tibi proſpiciet.

b THAL. Hoc quoque didiciſti in Inſtit. quod quicunque habet libertatem fideicommiſſariã, opus habet facto hæredis ad hoc vt ab eo manumittatur.

c Τὸ κατὰ πόδας. Ex verbo, Commendo, in teſtamento vel codicillis, non videri fideicommiſſariam libertatem relictam eſſe auctoritate iuris declaratur.

d THAL. Hæc intellige, niſi probetur quod voluerit eum fieri liberum. Hoc autem dicit propter conſtitutionem quæ dicit lib. 6. quod omne verbum per quod defuncti ſignificatur voluntas, eſt validum ad fideicommiſſum. [l. 2. C. communia de legatis]

e Τὸ κατὰ πόδας. Si donatam ante matrimonium vxori ſuæ, poſtea ei legato relicto, teſtamento manumitti, ſeu codicillis verbis precariis ab hæredibus voluit: tam eos ad redemptionem & manumiſſionem, quam eam quæ in capiendis relictis defuncti conſenſit iudicio, teneri tibique fideicommiſſariam debere libertatem non ambigitur.

f THAL. Hoc tibi dixit etiam ſuperius. Dictum eſt autem etiam in Inſtit. quod qui aliquid accepit ex voluntate defuncti, cogitur eius implere voluntatem.

g THAL. Iis etiam qui geſtantur in vtero, relinquitur libertas fideicommiſſaria, & omnes qui naſcuntur fiunt liberi, etiam ſi ſint multi: quoniam in dubiis ſeruatur id quod eſt benignius. Legiſti autem in 1. conſtit. 48. tit. 6. lib. quod quis recte relinquit libertatem etiam ſuo poſthumo.

h Τὸ κατὰ πόδας. Cum inter veteres dubitabatur, an fideicommiſſaria libertas poſſit relinqui ſeruo qui adhuc in ventre portatur, & homo fieri ſperatur: nos veterem contentionem decidentes, fauore libertatis cenſemus & fideicommiſſariam libertatem & directam valere, ſiue in maſculo, ſiue in fœmina, qui quæve adhuc geſtatur in vtero [materno,] vt cum libertate ſolem reſpiciat, etſi mater ſua quæ eſt adhuc in ſeruitute, eum vel eam pepererit. Sin autem plures nati vel natæ ſint: ſiue vnius fecit mentionem, ſiue *pluraliter nuncupauit, nihilominus omnes ad libertatem † à primis veniant *incunabulis: propterea quod in dubiis ſenſibus [melius eſt,] & maxime in libertate, eius fauore, humaniorem amplectimur ſententiam, [vt cum libertate ſolem reſpiciat.]

* plures. † … * natalibus.

THALEL. Nota quod liber naſcitur, nec opus habet qui natus eſt, vt ab hærede ei præſtetur libertas. Quoniam autem omnia quæ de poſthumis dicuntur, ſunt conditionalia, nempe ſub hac conditione, Si nati fuerint, ideo dixi quod nati fiunt liberi.

Τὸ κατὰ πόδας. Seruum vel ancillam, cum fideicommiſſaria libertas ei relicta ſit, ſancimus ſi mora à debitore facta fuerit, ex ſententia Præſidis eos eripi in libertatem, [&] nullo facto aut voluntate ab hærede requiſita: ſed talem habere eos libertatem, quaſi ab ipſo teſtatore directam liberta-

tem,

tem fuerint conſecuti: cum ſit valde impium atque abſurdum, hæredes teſtatoris differre voluntatem, maxime cum ad libertatem reſpiciunt.

THALEL. Fiunt ergo liberti Orcini, vt qui viſi ſint directam libertatem conſequi à teſtatore.

ſ THEOD. Si quis fuerit rogatus quem velit ex quibuſdam ſeruis manumittere, etiam ſi deceſſerit nemine manumiſſo, omnes fiunt liberi. Memento etiam diuiſionis quę dicta fuit in 1. conſtit. huius tit. 6.

Τὸ κατὰ πόδας. Si quis in teſtamento ſuo rogauerit ſnum hæredem, ex filiis ancillæ ſuæ quam nomijiauerit, vnum quem elegerit ad libertatem perducere, & cum ancilla vnum vel plures pepererit, hæres neque dum ſupereſt, in libertatem aliquem adduxerit, vel cum deliberat quis ex eis ad libertatem perducendus eſt, ab hac luce fuerit ſubtractus: dubitabatur ab antiquis, vtrumne omnes, an quidam, an nemo ex iis ad libertatem perueniat. Sed veteris quidem iuris altercatio, multum ſibi ſuper huiuſmodi caſibus diſſonauit. Nos autem hæredis caſtigantes malignitatem, ſi non voluntatem teſtatoris adimpleuerit, & mox cum potuerit, non elegerit vnum ex filiis ancillæ, & eum manumiſerit, ſancimus compelli non ſolum eum, ſed etiam hæredes vel ſucceſſores eius, omnes filios ancillæ in libertatem perducere. Neque enim hoc contrarium eſt ſententiæ teſtatoris. Cum enim omnino quendam ex iis liberum eſſe diſpoſuerit, & non ad certum corpus, ſed ad omnes reſpexerit: ſi non pareatur eius voluntati ſine dubio ex ſententia teilatoris omnes ad libertatem peruenient: eique ſimile eſſe ſtatuimus, ſi non ab hærede, ſed à legatario teſtator rogauerit libertatem imponi. Sic enim iuſto timore hæredes & legatarii perterriti, & voluntatem teſtatoris implere cupiunt, & ſibi non ex omnium libertate quardam afferri patiuntur iacturam. Quod ſi reclamauerint, ſibi tale damnum imputabunt, non ex noſtra lege, ſed ex ſua lugentes inſtantia.

THALEL. Nota quod ſiue deceſſerit nullo electo, ſiue adhuc viuus, & cum poſſet manumittere, non manumiſerit, incidit in hanc conſtitutionem & ipſe & hæredes eius.

l. vlt. [a] QVIDAM cuidam ſeruum legauit, & rogauit legatarium vt eum manumitteret. Hæres autem non dedit ſeruum, ſed in eum actum eſt, & ex ſententia ſoluit æſtimationem. Quærebatur ergo an hic ſeruus fiat liber, & quis eum debet manumittere. Iubemus ergo, vt ſi poſt litem de ſeruo conteſtatam duorum menſium [b] tempus effluxerit, is ſtatim fiat liber: hærede legatario [c] ſoluente in quadruplum expenſas quas fecit in lite de ſeruo, iure [d] patronatus integro ſeruato legatario.

a Τὸ κατὰ πόδας. Quando quidam ſeruum ſuum ita legauit, vt legatarius libertatem ei imponat, & hæres ad huiuſmodi legatum improbe verſatus, ſeruum dare legatario dedignatus eſt, vt & lite vexetur, & iudex non in ipſum ſeruum, ſed in eius æſtimationem litis condemnationem proferat: veteris iuris interpretes dubitabant, ne quod obſtaculum libertati ex hac cauſa procedat: & ſi placuerit eandem deberi libertatem, à quo danda ſit, vtrum ab hærede, an à legatario: & ſi hæres imponat libertatem, an legatarius quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detinear, ſiue in totum, ſiue ex parte, ſiue etiam nihil. Talem itaque altercationem reſecantes, miramur quare iudex qui propoſitus eſt in prædicta cauſa, non omnimodo condemnationem in ſeruum, ſed in æſtimationem eius fecerit: cum ipſius defectus etiam huiuſmodi præbuit altercationi occaſionem. Vnde ſi talis quæſtio emerſerit, nullum quidem iudicem ita eſſe ſtultum putamus, vt huiuſmodi proferat condemnationem. Sed ſi legatarius immineat quatenus ei ſeruus reſtituatur, & poſt litem conteſtatam duorum menſium ſpatium effluxerit: ſtatuimus illico ad libertatem eripi ſeruum, & illum quidem liberum eſſe, hæredem autem pro ſuo indeuoto propoſito, in omnes expenſas quas legatarius in lite fecit, in quadruplum ei condemnari, iure patronatus integro legatario ſeruando. Quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter tenere.

THALEL. Dicebant quod hærede ſeruum manumittente, non debet etiam legatarius quod accepit occaſione huius ſerui firmiter habere. Nullum quidem iudicem ita eſſe ſtultum putamus.

THAL. Nota quod conſtit. vocat ſtultitiam fieri condemnationem in pecuniam, cum de ipſo corpore quæratur neceſſario.

b THAL. Nota tempus definitum conſtitutioni.

c THAL. Nota hanc quadruplationem. neque enim dicta fuit in Inſtit.

d THAL. Ipſe eſt ergo patronus liberti.

Titulus XIV.

περὶ τοῦ πάντα τὸν καθ᾽ ὁνδήποτε τρόπον ἀπελευθερούμενον ῥωμαῖον νομίζεσθαι. Καὶ περὶ ἐλευθερίας κοινῶν δούλων καὶ τιμῆς δούλων.

Quod quicunque quouis modo ſit liber, Romanus intelligitur, & de manumiſſione communium ſeruorum, & de pretio ſeruorum.

Liber vii. ff. Tit. vi.

QVi[a] quomodocunque legitime fiunt liberi, Romani intelliguntur. Quouis facto quiſpiam in ſcriptis & ſine ſcriptis manumittatur in Eccleſiis. Qui in Eccleſia apud Epiſcopum eſt manumiſſus, eſto ciuis Romanus. Clerici autem etiam quibuslibet verbis in extrema voluntate manumittantur. L.vn. C. de Latina libert. tollenda.

QVi quomodocunque legitime manumittuntur, Romani intelliguntur. Scias enim Nouellam dicere, non differre eum qui manumittitur, ab eo qui ab initio erat liber, quod attinet ad ingenuitatem. Seruus ægrotus, niſi eius curam gerat dominus, fit liber. Memento 4. Conſtit. 4. tit. lib. 6. & lege 5. Conſtit. 34. tit. huius lib. 7. & 22. & 123. Nouellam. [a] Theod.

Thal. Cum inueniſſet conſtit. multas cauſas ex quibus fiunt Latini, elegit ex eis cauſas aliquas, ex quibus iuſſit eos qui fiunt liberi, fieri Romanos: alias autem omnes cauſas dimiſit, vt ex eis manerent ſerui ii qui manumittuntur. Sunt autem hæ cauſæ. Olim per epiſtolam fiebat Latinus, nunc autem Romanus. olim inter amicos fiebat Latinus, nunc autem Romanus: & ſi quis etiam ægrotum ſeruum olim abieciſſet, faciebat Latinum: nunc autem ex hac quoque cauſa fit Romanus. Quod ſi quis etiam vendiderit ancillam hac lege ne proſtitueretur: ſin autem proſtituerit, ab eo tollatur, & eius venditor conuentione vſus ſit & eam abduxerit, & ipſe proſtituerit, illa fit libera, ſed antiquitus quidē Latina, hodie autem Romana. Quod ſi etiam ſerui habentes † lanam albam antecedant reliquias, olim fiebant Latini, nunc vero fiunt Romani. Quod ſi quis etiam dum manumittit apud Prætorem aut in teſtamento, adiecerit, quod ſpecialiter manumittit vt faciat Latinum, Latinum faciebat. Hodie autem etiā ſi hoc dixerit, eſt Romanus qui manumittitur. Quod ſi quis etiam in teſtamēto reliquerit ſeruo libertatem ſub conditione, & ante conditionem hæres eum manumiſit, olim fiebat Latinus, nunc autem Romanus. Et ſi defecerit quidem conditio, eſt libertus hæredis. Sin autē extiterit conditio quæ eſt in teſtamento, eſt libertus teſtatoris & eius filiorum. Quod ſi quis etiam de ſtatu ſuo litigans, ſeruus fuit pronunciatus, & poſtea dedit quiſpiam pro eo æſtimationem domino cuius fuit pronunciatus, fiebat Latinus, nunc autem Romanus, & nullius libertus. Et ſi quis ancillam ſuam libero homini in matrimonio collocauerit, & eam dotauerit, eam prius faciebat Latinam, nunc autem Romanam. Similiter & ſi quis ſeruum ſuum apud acta vocauit filium, is autem fiebat Latinus, nunc autem Romanus. Et ſi quis inſtrumenta emptionis dederit ſeruo ſuo aut ea deleuerit, aut aliquo alio modo ea corruperit, antiquitus fiebat Latinus, nunc autem Romanus. His ergo modis adductis, ex quibus olim quidem fiebant Latini, nunc autem Romani, omnes alii modi qui olim faciebant Latinos, nunc non faciant liberos: ſed qui manumittuntur vno ex illis modis, maneant ſerui. Huius autem conſtit. ſic habet.

† ἱμάτιον. f. ἱμάτιον λευκὸν vestem albā solebant funere Orcini liberti. Cuiac. ex Tertull.

Τὶ κῇ πλάτ. Cum dedititii liberti iam ſublati ſint, quapropter imperfecta Latinorū libertas incertis veſtigiis titubans, & quaſi per ſatyram inducta, adhuc manet: & non inutilis quidem pars eius diminuitur: quod autem ex ipſa rationabile eſt, hoc in ius perfectum deducitur. Cum Latinorum liberti ad imitationem antiquæ Latinitatis quæ miſſa fuit in colonias, videantur eſſe introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ niſi bellum acceſſit ciuile, eſt valde ſtultum ipſa origine rei ſublata, rei relinqui imaginem. Cum igitur multis modis & pene innumerabilibus Latinorum introducta eſt conditio, & leges diuerſæ & Senatuſconſulta introducta ſunt, & ex his differentiæ maximæ exortæ ſunt, tam ex lege Iulia quam ex Largiano Senatuſcōſulto, nec non ex edicto Traiani, quorum plenæ quidem fuerunt noſtræ leges, non autem in rebus eorum fuerat experimentum, ſtudioſiſſimum nobis viſum eſt, hæc quidem omnia & Latinam libertatem tollere, certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem Latina competebat libertas, in præſenti autem Romana defertur conditio, vt his præſenti lege enumeratis, & ciuibus Romanis naſcentibus, cæteri omnes modi ex quibus Latinorum nomen inducebatur, penitus conquieſcant, & non Latinos faciant,

ciant,ſed veluti pro nullis reputentur. Quis enim patiatur talem eſſe libertatem,ex qua ipſo tem-
pore mortis in eandem perſonam ſimul & libertas & ſeruitus cõcurrant. & qui quaſi liber egit,eri-
§. 1. piatur non ſolum in mortẽ,ſed etiam in ſeruitutem? ¶ Sancimus itaq; ſi quis per epiſtolam ſeruum
ſuum in libertatem perducere maluerit,licere ei hoc facere quinq; teſtibus adhibitis,qui poſt eius
literas,ſiue in ſubſcriptione poſitas, ſiue per totum textum effuſas, ſuas literas ſubijcientes, fidem
perpetuam poſſint chartæ præbere:& ſi hoc fecerit,ſiue per ſe ſcribendo, ſiue per tabulariũ ,liber-
tas ſeruo competat,quaſi ex imitatione codicilli delata:ita tamen vt ipſo patrono viuente,& liber-
§. 2. tatem & ciuitatem Romanam habeat ¶ Sed & ſi quis inter amicos libertatem dare ſeruo ſuo velit,
liceat ei ſimiliter quinque teſtibus adhibitis ſuam explanare voluntatem, & quod liberum eum eſ-
ſe voluerit dicere,& hoc ſiue in actis fuerit teſtificatus,ſiue teſtium voces deductæ ſint ad atteſta-
tionem,& literas tam publicarum perſonarum quã teſtium habeant: ſimili modo ſerui ad ciuitatẽ
§. 3. Romanam perducantur,quaſi ex codicillis ſimiliter libertatem adipiſcẽtes. ¶ Sed ſcimus hoc etiã
eſſe in antiqua Latinitate à diuo Claudio introductum, quod ſi quis ſeruũ ſuum infirmitate peri-
clitantem à ſua domo publice eiecerit, neq; ipſe eius curam gerens,neque alii eum commendans,
cum erat ei libera facultas, ſi non ipſe ad eius curam ſufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo
poterat modo eum adiuuare,huiuſmodi ſeruus in libertate Latina antea verſabatur: & quem ille
moriturum antea reliquit, eius bona cum moriebatur accipiebat Talis itaque ſeruus libertate ne-
ceſſario à domino etiam nolens reipſa donatus, fiat illico ciuis Romanus, & nec aditus in iura pa-
tronatus quondam domino reſeruetur.Quem enim à ſua domo ſuaq; familia publice repulit, neq;
ipſe eius curam gerens, neque alii commendans, neque eum in venerabilem xenonem mittens,
neque conſueta ei præbens ſalaria, maneat ab eo eiuſque ſubſtantia penitus ſegregatus, tam in o-
§. 4. mni tempore vitæ eius quam etiam cum moritur, quinetiam poſtquam iam deceſſit. ¶ Similique
modo ſi quis ancillam ſuam ſub hac conditione vendiderit ne proſtituatur:nouus autem dominus
impia mercatione eam proſtituendam eſſe tentauerit, vel ſi primus dominus † iniectionem ma- † χειρὸς
nus in tali alienatione ſibi reſeruauerit,& cum ad eum fuerit reuerſa, ipſe ancillam proſtituerit: il- ἐπιβολήν.
lico in libertatem Romanam eripiatur, & quicunque eam proſtituerit, ab omni iure patronatus
repellatur. Quicunque enim eſt adeo degener & impius vt talem exerceat mercationem,quomo-
§. 5. do dignus eſt vel ancillam vel libertam habere? ¶ Sed & qui domini funus† pileum geſtãtes præce- † [illegible]
dunt,in ipſo lecto ſtantes, *tabernaculum ventilare videntur:ſi hoc ex voluntate fiat vel teſtatoris * [illegible]
vel hæredis,fiunt ſtatim ciues Romani. Et ne quis vana liberalitate ſe decipere concedatur, vt po-
pulus quidem eum quaſi humanum reſpiciat, multos pileum geſtantes in funere procedẽtes aſpi-
ciens: omnibus autem deceptis maneant illi in priſtina ſeruitute, publico teſtimonio defraudati.
§. 6. Fiunt itaque & hi ciues Romani,iure patronatus patronis integro conſeruato. ¶ Illo proculdubio
obſeruando,vt ſi quis ſiue in teſtamento ſiue apud Prætorem quendam manumiſerit,licet hoc di-
xerit vel ſcripſerit quod vult eum eſſe Latinũ, ſuperuacua adiectio Latinitatis aboleatur, & fiat ci-
uis Romanus, ne modi qui ab antiqua obſeruatione in ciuitatem Romanam homines perduce-
§. 7. bant,per priuatorum voluntates diminui videantur. ¶ Sed & ſi ſub cõditione quis libertatem ſer-
uo ſuo reliquerit,& adhuc pendente conditione extraneus hæres libertatem ei reliquerit, non vt
prius Latinus, ſed ciuis fiat Romanus. Et ſi quidem conditio defecerit, ipſius hæredis qui liberta-
tem impoſuit maneat libertus. Sin autem fuerit adimpleta conditio:ne eripiatur liberis forſitan &
cognatis ius patronatus[habentibus] *Orcinus libertus videatur,& ad eum iura patronatus per- * χαρωνίτης.
§. 8. ueniant, cui leges concedunt. ¶ Illud etiam nobis viſum eſt acerbius, quod putabat antiquitas, ſi in
liberali iudicio ſuperatus fuerit ſeruus à domino,deinde ſerui pretium ab aliquo ei ſolutum eſt, in
Latinitate eum remorari. Quemadmodum enim rationabile eſt,& pretio eum perfrui,& mortis
liberti tempore denuo eum in ſeruitutem trahere: cum non ſint ambo caſus ſibi conſentanei? Et
in præſenti igitur caſu libertas Romana ei accedat, iure patronatus minime ei ſubnixo: quia ipſe
§. 9. quodammodo ſibi libertus inuenitur. ¶ Sed & ſi quis homini libero ſuam ancillam in matrimoniũ
collocauerit,& dotem pro ea conſcripſerit (quod ſolet in liberis ſolum perſonis procedere) ancilla
non Latina, ſed ciuis efficiatur Romana. Si enim hoc,quod frequentiſſime in ciues Romanas, &
maxime in nobiles Romanas fieri ſolet,id eſt,dotalis inſtrumẽti conſcriptio, etiam in hac perſona
§. 10. adhibita eſt: neceſſarium eſt conſentaneum effectum huius ſcripturæ obſeruari. ¶ Similique
modo ſi dominus in actis quendam ſeruum filium ſuum profeſſus ſit: voci eius quantum ad libe-
ram conditionẽ credendum eſt. Si enim ipſe tali affectione fuerit inductus: vt etiam filium ſuum
ſeruum nominare non dedignetur, & hoc non ſecreto,neq; inter ſolos amicos,ſed etiam actis in-
teruenientibus,& quaſi in iudicii figura profeſſus fuerit: quomodo poteſt eum ſeruum iterum ſal-
tem morientem habere? Sed perducatur & ipſe in ciuitatem Romanam,vera liberalitate & nõ fal-
§. 11. ſo ſermone domini ſui ſuſtentatus. ¶ Ille quoq; nouiſſimus antiquæ Latinitatis modus in ciuitatẽ
Romanam tranſlatus eligendus eſt,ſi quis inſtrumenta ex quibus ſeruus oſtenditur, vel dedit ſer-
uo,vel corrupit. Sed ne furandi occaſio ſeruis forſitan detur, & ſua malignitate in libertatem per-
ueniant: talis modus certa & indubitata probatione manifeſtetur, vt teſtibus præſentibus non mi-
nus quinq; dominus inſtrumenta vel det famulo ſuo, vel deleat,aut alio modo corrumpat. & ex eo
igitur modo ciuitatem Romanam ei competere cenſemus, ſaluo iure patronatus tam in hac ſpecie
§. 12. quam in cæteris:niſi vbi ſpecialiter hoc patronis denegauimus. ¶ His tantummodo caſibus ex o-
mni Latinitate antiqua electis: cæteri omnes modi qui in libris prudentum vel conſtitutionibus
enumerati ſunt, penitus conquieſcãt: nec Latini ab eis procedant, ſed maneant vt dictum eſt, ſerui
in ſua conditione, nec tali remedio abuti concedantur. Et ne in poſterum aliquod ius Latinæ liber-
tatis noſtris legibus incurrat, Lex Iulia taceat, Largiano Senatuſconſulto ceſſante. Sileat edictum

diui Traiani quod ea ſequebatur, & ſiqua alia lex vel Senatuſconſultum, vel etiam conſtitutio loquitur de Latinis, ea inefficax quantum ad eam partem remaneat: Et triplex antea via libertatis quæ multiplices introducebat ambages, vno directo tramite diſcat ambulare. Quod ſi aliqua lex vel conſtitutio libertatis faciat mentionem, non autem latinitatis, ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur. ¶ Sed ſi quidem liberti iam mortui ſunt, & bona eorum quaſi latinorum, iis quorum intererat aſſignata ſunt, vel adhuc viuunt, nihil ex hac lege innouetur: ſed maneant apud eos iure antiquo, firmiter detenta & vindicanda. In futuris autem libertis præſens conſtit. locum ſibi vendicet. Tabernaculum ventilare videntur. §.vlt.

THALEL. Nota legem. eſt enim ex iis quæ non facile cognoſcuntur, quod quicunque ex voluntate teſtatoris vel heredis facit quod dictũ eſt in conſtitutione, fit liber. Quomodo poteſt eum ſeruum iterum ſaltem morientem habere.

THAL. Latinis libertis decedentibus illi ſuccedebant, qui, ſi non fuiſſent facti liberi, futuri erant eorum domini: hoc ergo tacite ſignificat conſtitutio. Lex Iulia taceat.

THAL. Olim miſerunt Romani Coloniam in Latium pari ſecum honore: & qui miſſi fuerãt, præſtabant omnibus qui erant in prouinciis ad quas miſſi fuerant, ſolis autem cedebant Romanis, vtpote ſuis conditoribus. Cum ergo inueniſſet lex Iulia mediam hanc appellationem, eam impoſuit his libertis. Propterea autem illi miſſi ſunt in Latium, quoniam Romani illinc aſſidue bellis impetebantur: fuerunt autem poſtea quoque occaſiones belli ciuilis. Largiano Senatuſconſulto ceſſante. ſileat † dictum diui Traiani.

† legendum Traiani.

THAL. Largianum Senatuſconſultum & edictum † Adriani dicebant aliqua de libertis latinis: nunc autem ſunt ſublata. Si lex autem vel conſtitutio libertatis faciat mentionem, non autem latinitatis.

THALEL. Non hoc dicit quod ſi lex fecerit mentionem latinæ libertatis, facit latinum: ſed quod ſi fecit mentionem latinæ libertatis, quærimus, an ſit connumerata inter vndecim modos cauſa libertatis, vt ille fiat ciuis Romanis. Si autem ſolum meminit libertatis, videtur dicere Romanam ciuitatem.

Lib. 7. C. tit. 7. IVBET [a] conſtitutio in omni libertate, ſeu à milite data, ſeu à priuato, ſeu viuus qui ſeruum communem manumiſerit, ſeu decedens, ſeu dimidium, ſeu tertiam partem, ſeu quancunque partem habet ſerui: ſeu ſunt duo, ſeu plures ſocii: [b] neceſſe eos habere ſuas partes [c] vendere aut ipſi ſocio volenti manumittere, aut [d] eius hæredi. Liceat autem ipſum quoque ſeruum cum libertate inſtituere [e] hæredem, vt ipſe det ſuam æſtimationem. ¶ Sin autem ſocii recuſarint vendere ſuam partem & accipere æſtimationem, fiat ille liber, ne pretio quidem dato. ¶ Eius autem peculium habeant omnes ſocii pro parte dominii, habente poteſtatem eo qui manumittit, cõcedendi ſuam partem peculii ei qui manumittitur, iure patroni competente illi ſoli qui manumiſit. ¶ Sin autem ſeruus obnoxius reddendis rationibus, Prætor præſtituit tempus intra quod debet ſeruus ſubire rationes, & præſtare ſi quid debet, & manumitti. ¶ Sit autem pretium ſerui, ſeu maſculi, ſeu fœminæ, ſi ſit quidem nulla arte præditus, 20. ſolidorum: ſi videlicet eſt maior decem annis. Sed ſi eſt minor, decem ſolidorum.

L.1.§.1.C. de cõmu. ſeruo manumiſſ. — §.2. — §.3. — §.4. — §.5.

a THEOD. Recte manumittit vnuſquiſque ſeruum communem, dans ſocio pretium ſerui pro rata partis quæ ad eum pertinet niſi velit etiam ſocius manumittere partem ad eum competentẽ. Memento 2 conſt. 38. lib. 3. & lege 2. conſt. huius tit. quæ dicit ſimiliter: nec te lateat 1. conſtit. 10. tit. huius lib. Peculium ſerui communis qui manumittitur, ſeruatur pro rata ſuis dominis. Sed ſcias quod qui ſeruum manumittit poteſt ei concedere partem quæ ad ſe pertinet ex peculio. Memento 1. conſtit. 27. tit. lib. 6. & lege 1. conſt. 23. tit huius lib. 7.

THAL. Didicimus etiam in Inſtit. quod olim ſi quis ſocius manumiſerat ſeruum communem, accedebat alii ſocio pars dominii eius. Cum autem dicat regula hoc dictum eſſe de Romana ciuitate, habebant milites priuilegium quacunque à ſe data libertate faciendi ciues Romanos. [Atq; ita toti ſocio accreſcebant. Inueniebatur] enim quod pro eis ſiebat aduerſus eorum dominium: & de eo dubitabant iuriſconſulti. Et Marcianus quidem adducebat conſtit. quæ dicit, † Ne cogatur hæres militis emere alteram partem, & ſeruum perfecte manumittere. Inuẽta eſt autem alia quoque conſtitutio quæ iubebat ſocium cogi vendere ſuam partem libertate ſeruo impoſita, pretio à Prætore definito. & huius ſententiæ erant Vlpianus & Marcellus.

† vt ne. ſed videretur de ſola negatio.

b THAL. Quoniam veteres dicebant de ſola libertate quæ relinquitur in teſtamento, dicit hæc conſtit. etiam de libertate quæ præſtatur à viuis.

c THALEL. Vt res ſit apertior, adiecerunt hi iuriſperiti etiam à quibus imponitur neceſſitas vendendi.

d THAL.

d THAL. Nam ſi lucrifeciſſet, erat citra controuerſiam quod cogebatur vendere. Amplius autem dicit conſtitutio, quod etiam ſi non lucrifecerit, cogitur vendere.

e EIVSD. Recte elegit hæredem, dicens ſe ſubiungere cum ſeruus fuit ſcriptus hæres cum libertate. Nam cum ſemel dixiſſet de ſocio, inueniebatur ſuperflue dixiſſe de hærede. Nam ipſe quoque eſt ſocius.

¶ Sin autem ſcit artem, præter notarium,[a] vſq; ad 30. ſolidos. ¶ Sed ſi eſt notarius, vel medicus: Notarius quidem vſque ad quinquaginta ſolidos: Medicus autem ad ſexaginta ſolidos. ¶ Sin autem ſint ſerui eunuchi maiores decem annis nulla arte prȩditi, quinquaginta ſolidorum. Sed ſi ſciant artem, ſeptuaginta ſolidorum. Sin autem minores 10. annis, triginta ſolidorum. ¶ Si autem recuſarint ſocii pretium accipere, dicentes ſe velle manumittere, omnes quidem ſimul manumittent, peculio apud eos manente pro parte dominii, iure patronatus æque competente omnibus[b] manumiſſoribus. DVO[c] aut plures habebant ſeruum communem: ſed vnus ex iis ipſi ſeruo proprio legauit ſuam partem quam in eo habuit. Eum igitur nos ſenſum huius legati crebra inueſtigatione aggredientes, duplicem eſſe intelligimus. Aut enim exiſtimauit teſtator liberum fieri poſſe ex hac parte ſeruum, qui huiuſmodi legatum ei reliquit: aut ſi[d] hoc minime cogitauit, affectu ſocii fecit vt ei acquiratur: hȩredes autem ſuos eundem ſeruum habere[e] minime voluit, vt ſit manifeſtum, à ſuo patrimonio penitus eſſe alienatum. In tali itaque comparatione, nos qui fautores libertatis ſumus, ſic ambiguam teſtatoris interpretamur voluntatem, tanquam ſi voluerit eum libertate in ſua parte donare: & cum iam de communibus ſeruis manumittendis ſtatuimus quid in huiuſmodi caſibus fieri oporteat: ex illius ſanctionis tenore & huiuſmodi ſpecies ſit definita. Fiat itaque liber, ex alia quidem parte ſecundum eius voluntatem: ex altera autem parte ex noſtra definitione, pretio ſecundum prædictæ conſtitutionis tenorem vel ſociis ab[f] hærede præſtando, vel ſi accipere noluerint, tam offerẽdo, quam conſignando, &[g] periculo eorum deponendo: cum ſatis abundeque imperiale eſt, humaniorem ſententiam pro durioribus ſequi.

a THAL. Nota quod non dixit omnino 30. ſed vſque ad 30. Quamobrem quod eſt amplius quidem ſuſtulit: quod eſt autem minoris pretii non ſuſtulit. Hoc autem vbique dixit de pretio.

b THAL. Nota quod voluit conſtitutio eos eſſe ex æquo patronos, & non ex parte dominii. eſt autem magis conſentaneum dicere quod ius patronatus habent pro parte dominii. Illud autem æqualiter dixit conſtitutio * at omnes cognoſcantur patroni.

c THALEL. Dictum eſt à veteribus, quod ſeruus communis eſt in parte quidem proprius, in parte autem alienus. Propterea & tanquam proprius recte legatur: & tanquam alienus recte accipit legatum ſine libertate & ſocio ſcilicet acquirit. Seruus enim ex teſtamento acquiſitus, nihil poterat acquirere ex eodem teſtamento, hoc antẽ accidit in hæredibus. Nam cum factus eſſet [hæres] ex teſtamẽto & ſerui acquiſiiſſet dominium, nihil poterat per ipſum lucrifacere. Quærebatur ergo, ſi defunctus partem dominii quam habebat in ipſo ſeruo, ei legauit, an valet legatum. Dicit ergo conſtit. quod qui ſeruo reliquit ratione legati partem dominii quam in eo habebat, exiſtimans ſe ratione huius legati ei relinquere libertatem, ſic legauit: aut voluit ſuum ſocium lucrari dimidium dominii ſerui. [adeo vt hæredes ſuos omnino committere noluerit dimidium dominii ſerui.] Iubet ergo conſtit. eum fieri liberum, iuxta id quod dictum eſt in præcedenti conſtit. nempe æſtimatione data ſociis, aut ſi nolint accipere, eis oblata & obſignata.

d THAL. Hoc eſt, dominii partem legauit ſeruo, adeo vt quod ad partẽ eius attinet, non ſit ſeruus, ſed ex ſententia conſtitutionis ipſe ſit omnino ſocii.

e EIVSD. Non hoc dicimus, quod [exiſtimauerit] cum eſſet ex parte dominus, poſſe manumittere: erat autem hoc conſtitutioni conſentaneum, ſed exiſtimauit ſeruum poſſe eſſe liberum pro dimidia parte, pro dimidia ſeruum.

f THAL. Nota quis det pretium.

g EIVSDEM. Ii qui cauſa fuerunt vt deponerentur pecuniæ, ipſi merito periculum ſubeunt.

Digitized by Google

Titulus XV.

De manumiſsione ſerui dati pignori.

LIBER VII. ff. TIT. VIII.

[illegible] male [illegible]

VIR mancipiorum [a] dotalium ſit dominus: & ideo poteſt ea manumittere ſi ſit [b] ſoluendo: ſed ſi ea [c] pignori dedit vxori, tanquam in ſpecialem hypothecam data mancipia: ea nolente non poteſt amplius ea manumittere. [d] POTEST quis ſuum ſeruum manumittere, licet ſit debitor fiſci, & ideo fiſco competit in eius bonis ius [e] tacitæ hypothecæ: & ſolum quærimus num in fraudem fiſci vult mancipium manumittere. [f] GENERALIS hypotheca non impedit. Non poteſt autem quiſpiam ſeruum manumittere ſpecialiter datum, etiam ſi forte [g] eum non tradiderit. SI [h] creditor conſenſerit libertati, oppigneratum mancipium recte manumittitur. SI [i] creditoribus ſatisfactum fuerit, ancillæ quæ pignori obligatæ à debitore manumiſſæ erãt, liberæ fiunt. Nam ipſe manumiſſor ſi fraudem feciſſe creditoribus vt reuocet libertates, audeat dicere, audiri [k] non debet, nec hæredes eius. SI [l] tutor mancipia pecuniis pupillorum empta manumiſerit, ſunt mancipia iure pignoris pupillo [m] obligata, & ideo non poſſunt fieri libera. [n] Dotalia quoque mancipia, [o] & quæcunque emuntur pecuniis dotalibus, ſunt in dominio mariti, & ab eo poſſunt manumitti, ſi ſit ſoluendo.

(Right margin: l. 1. C. de ſeru. pign. dato manumiſſ. — l. 2. — l. 3. — l. 4. — l. 5. — l. 6. — l. vlt.)

a THEOD. ETiam ſi maritus ſit dominus dotalium ſeruorũ, non poteſt tamen eos manumittere, ſi eos vxori ſuæ pignori dederit, * generaliter ſcilicet & nõ ſpecialiter propter 3. conſtit. huius tit. Sciendũ enim eſt quod niſi eos dediſſet pignori, eos recte manumitteret ex hac conſtitutione, & ex 7. conſtit. huius tit. Memento autem 3. conſtit 12. tit lib 5.

(* Sic & noſtrũ exemplar vt dicunt tamen legẽ ſum. ſpecialiter ſi nõ generaliter.)

Τὸ κατὰ πόδας Licet dotale mancipium vir qui ſoluendo eſt, poſſit manumittere: tamen ſi te pignori quoque datum mulieri apparuerit, inuita ea non poſſe libertatem aſſequi non ambigitur.

b THALEL. Hæc dixit Quoniam non eſt ſoluendo mulieri competit actio in rem in bonis: & cum competat actio in rem, non poteſt ille manumittere.

c EIVSDEM. Forte maritus cum mutuo accepiſſet ab vxore, mancipium ei dedit pignori, & de cætero tanquam datum pignori non poteſt eum manumittere.

d THEOD. Qui debet fiſco, ſuum ſeruum recte manumittit, ſed non in fraudem eius. Dicit enim v. conſtit. huius tit quod nullus manumittit in fraudem creditoris, niſi ei ſatisfecerit. Memento 5. conſtit. 2. tit. huius lib. 7. & 1. conſtit. 27. tit. 6. lib. & lege 1. & 4. conſtit. 11. tit. huius lib.

Τὸ κατὰ πόδας. Libertas à debitore fiſci ſeruo data qui pignori non eſt ex conuentione ſpeciali, ſed tantum priuilegio fiſci obligatus: non aliter infirmatur, quam ſi hoc fraudis conſilio effectum fuerit probatum.

e THALEL. Iam ſæpe d dicimus, quod fiſcus ſimul atque contraxit, habet tacitam hypothecam in bonis ſui debitoris Hoc autem dicit etiam hæc conſtit. Dictum eſt autem etiam primo tit. lib. 20 Dig. quod inuecta & illata tacite obligantur pro penſione domus locatæ, & poteſt quiſpiam ſeruum qui tacite obligatur pro penſione domus locatæ manumittere.

f THEOD. Qui generaliter pignori dedit ſuos ſeruos recte manumittit. Nam ſi ſpecialiter dedit pignori, non poteſt eos manumittere, niſi creditor conſenſerit manumiſſioni conuenienter 4. conſtit. huius tit. Dicit enim 1. conſtit. 25. tit. lib 8 quod creditor tacens in ſerui manumiſſione, eam non reuocat.

Τὸ κατὰ πόδας. Ab eo qui bona ſua pignori obligauit, quæ habet, quæque habiturus eſſet, poſſe ſer-

ſe ſeruis libertatem dari, certiſſimum eſt. Non idem eſt in iis ſeruis qui pignoris iure ſpecialiter traditi vel obligati ſunt.

g Thal. Hoc eſt, pignori quidem dedit ſeruos, ſed non eos tradidit, & tamen vtpote quod valeat pignus, non competit libertas. Didiciſti iam lib. 20. quod & venditio & quæuis alienatio pignoris eſt valida ſi conſentiat creditor.

i Thalel. Si debitor ſatisfecerit creditoribus, licet confeſſus ſit quod in fraudem creditorum manumiſit mancipia, poteſt tamen ea manumittere.

k Thalel Nota, quod ſi ſemel ſatisfactum fuerit creditoribus, non credimus manumiſiſſe mancipia in fraudem eorum.

l Theodor. Mancipia empta pecuniis pupillaribus, pupillo * non ſunt obligata, nec ea manumittit tutor. Lege lib. 8. tit. 13. conſtit. 17. & tit. 17. conſtit. 17. & memento eorum quæ dicta ſunt in 60. & 61. [62.] tit. lib. 5. De alienatione rerum pupillarium. Lege 5. conſtitut. 11. tit huius lib.

Τὸ κατὰ πόδας. Si tutor tuus pecuniis tuis ſeruos emptos manumiſit: quoniam huiuſcemodi ſerui, ſicut cæteræ res pupillaribus pecuniis emptæ, iure pignoris ex conſtitutione Diuorum parentum meorum, obligati ſunt: fauore pupillorum liberi facti non ſunt.

m Thal. Scias quod cæteræ quoque res omnes tutoris ſunt tacite obligatæ pupillo, non eæ ſolum quas emit pecunia pupilli [Et] nota quando tacita hypotheca impeditur libertas.

n Τὸ κατὰ πόδας. Siue cum nupſiſſes, mancipia in dotem dediſti, ſiue poſt datam dotem ex pecuniis dotis maritus tuus quædam cõparauit: iuris rationibus dominia eorum ad eum peruenerunt, ideoque fruſtra quæſtionem de ſtatu manumiſſorum conatis inferre, qui facto illius qui emit, vel in dotem accepit, ex hoc iure poſſunt manumitti.

o Thalel. Didiciſti iam etiam in 3. tit. lib. 20. quod quæcunque emuntur pecuniis dotalibus, dotalia eſſe intelliguntur.

Titulus XVI.

De iis qui non manumittuntur à dominis.

Liber vii. Cod. Tit. x.

l. 1. C. de his qui à non dom. má. ſunt. SI [a] quis alienum ſeruum manumiſerit, ſi dominus eius elegerit accipere [b] quod ſua intereſt, recte eligit. Si
l. 2. [c] quis cum alicuius mandato ſeruum emiſſet: eum manumiſerit, non poteſt qui mandauit vt emeretur, petere eius dominium.
l. 3. Qui [d] vendidit hæreditatem, res autem nondum tradidit, eſt eorum dominus, & [e] ideo
l. 4. poteſt manumittere ſeruos hæreditarios. Si [f] quis cuipiam donauerit ſerui miniſterium, non poteſt ille [g] eum manumittere, [ſicut neque
l. 5. is qui vſumfructum habet.] [h] Qui donauit mancipium, non poteſt
l. 6. amplius id manumittere. Quidam habens filios emancipatos minores 20. annis, ex eorum voluntate manumiſit ſeruum qui ad eos per-
l. vlt. tinebat. dicit conſtitutio inutilem eſſe [i] manumiſſionem. Si qui [k] non erat dominus, alienum ſeruum manumiſerit apud Prætorem: poteſt dominus reuocare eius libertatem, nulla pœna affecto eo qui manumiſit. Si autem eum manumiſerit apud Principem, tunc ille quidem ſeruum [l] trahit in ſeruitutem, hic autem cogitur dare duos alios ſeruos [m] ſimiles ei qui fuit manumiſſus, ætate, ſexu, moribus, & arte, & alios tres rurſus ſimiles fiſco. Tunc autem punitur qui manumiſit, quando ſeruum ſcilicet manumiſit ignorante domino. Si enim eo vidente & tacente illum manumiſit quandocunque, ſi aduerſus manumiſſum de ſtatu agat, ille ei opponit [n] præſcriptionem dicens, At ſi non paſſus eſt quod fiebat, & eum excludit.

Digitized by Google

a THEOD. SI quis alienum ſeruum manumiſerit, & eius dominus acceptam habuerit libertatem, pretium recte ab eo petitur, ſi vult ſcilicet. Inuito enim domino non manumittit quiſquam alienum ſeruum, vt dicit 7. huius tit. conſtit. etiam ſi ſit eius pater, vt vult 7. conſtit. eiuſdem tit. Excipe tamen id quod dictum eſt de ſociis in 1. conſtit. tit. huius libri.

Τὸ κ. πόδας. Et qui ſeruos alienos manumiſit, vt pretium dominis ſi hoc elegerint ſoluat, quanti ſua intereſt, ſæpe reſcriptum eſt.

b THALEL. Nota quod pretium vocat conſtitutio, quod mox vocat quod intereſt.

c Τὸ κ. πόδας. Feliciſſima quam te mandante ſeruos emiſſe dicis, ſi dominium ſerui quem manumiſit, nondum ad ſe tranſtulerat: fruſtra petis, vt denegata libertate eius quem manumiſſum dicis, poſſeſſio tibi tradatur.

d THEOD. Qui vendidit hæreditatem, & res eius nondum tradidit, recte manumittit ſeruos hæreditarios: & nota quod niſi venditor rem à ſe venditã tradiderit, manet eius dominus: & ideo etiam manumittit, poſt traditionem enim non poteſt manumittere. Hoc didiciſti lib. 4. tit. xlix. conſtit. 11. Similiter autem dicit etiam 1. conſtit. huius tit. non ſolum in venditore, ſed etiam in eo qui ſeruum alii emit eius mandato. Nam is quoque ſi nondum tradiderit ei qui mandauerat, ſeruũ recte manumittit.

Τὸ κ. πόδας. Qui hæreditatem vendidit, antequam res hæreditarias traderet dominus earum perſeuerauit: & ideo manumittendo libertatem ſeruo hæreditario præſtitit.

e THALEL. Manifeſtum eſt quod tenetur actione ex empto, vt qui in re vendita dolum fecerit.

f THEOD. Non manumittit quis ſeruum quem habet ad miniſterium vel vſum. Idem vidiſti lib 3. tit. 33 conſt. 9 vbi dictum eſt quod nec alio quidem modo hunc ſeruum alienat quiſpiã.

g THALEL. Hoc intelligit conuenienter 1. conſtit. vbi dominus ſerui non eligit accipere quod intereſt.

h THEOD. Non poteſt quis manumittere ſeruum quem iam donauit: ſed nec vendere, vt didiciſti lib. 4. tit. 57. conſt. 1. ſed neque dat pignori, vt habetur in lib. 8 tit 15 conſt. 6.

Τὸ κ. πόδας. Si tradita ſunt ex donatione mancipia, ius manumittendi non habuit.

THALEL. Si enim ſolum promiſit, cum ſit adhuc domina, recte manumittit.

THALEL. Hoc recte dixit. Qui enim accepit donationem, poteſt manumittere.

i THALEL. Neque recte manumittit quiſpiam alienum, nec valuit illorum conſenſus qui non poſſunt manumittere.

k THEOD. Alienum ſeruum non manumittit quiſpiam ignorante ſeu inuito eius domino, neque apud Prætorem, neque apud Imperatorem. Quinetiam qui hoc facit apud Imperatorem, dat domino quidem ſerui duos ſeruos ſimiles: fiſco autem tres alios ſeruos ſimiliter. Et nota.

Τὸ κ. πόδας. Si à non domino libertas data ſit mancipio alieno. ſi quidem ab illis iudicibus quibus eſt ius dandi, ſine vllo metu pœnæ facilis, diſſolutio eſt. Si vero iubentibus nobis quicquam lege actum eſſe doceatur, & non dominus vt alienum mancipium manumitteretur, petiiſſe probetur: tunc eodem qui in conſpectu noſtro libertatem à non domino accepiſſe mõſtratur, ei protinus ad cuius dominium pertinet reſtituto, is qui mancipium alienum fallendo principis conſcientiam manumiſit, mancipia duo cogatur domino eius dare eiuſdem ſexus, ætatis, atque artis cuius conſtiterit eſſe manumiſſum & alia tria fiſco eadem ratione ſimilia Quæ mulcta non ſemper exigetur, ſed potius conquieſcet. ſi forte manumiſſus inferentem ſibi quæſtionem ſtatus, obiecta legitima præſcriptione potuerit excludere: cum ſibi amiſſi mancipii damna debeat imputare is qui in perniciem ſuam geſta taciturnitate firmauit.

l THALEL. Aduerte quod conſtit. iuſſit eum qui manumiſit reſtituere mancipium.

m THALEL. Nota quod oporter hæc duo quæ dantur mancipia eſſe in omnibus ſimilia ei qui ſuit manumiſſus.

n THALEL. Lex vocat præſcriptionem quæ dicit, At ſi non vidiſti quæ fiebant & ſiluiſti.

Titulus XVII.

Περὶ τῶν δυναμένων ἐλευθερῶσ.

De iis qui non poſſunt manumitti.

LIBER VII. ff. TIT. XII.

QVI [a] condemnatus fuit à Præſide eſſe perpetuo in vinculis, non poteſt manumitti. Sin autem fuit condemnatus eſſe in vinculis ad tempus, non poteſt in illo [b] tempore manumitti. Ii ergo, vt qui [c] non ſint liberi, nec capiunt ea quæ ſunt eis relicta in teſtamento. Poſtquam autem

L. 1. C. qui non poſſ. ad libert. peruenire

Digitized by Google

autem ſunt liberati à pœna, poſſunt & manumitti, & capere ea quæ ſunt
L. 2. eis relicta. SI [d] quis dixerit in teſtamento, Hunc ſeruũ nolo manumitti, non poteſt [e] fieri liber. Sed ſi dixerit vt qui vellet ipſum [f] ſeruire ſuis filiis, tunc illis mortuis poteſt manumitti. Sed ſi vt qui vellet eos punire hoc iuſſerit, ne ſi ii quidem deceſſerint, poſſunt hi fieri liberi.

a THEOD. NON manumittit quis quempiam eo tempore quo à Prçſide condemnatus fuit eſſe in vinculis. Scias autem lib. 9. tit. 8. conſt. 6. haberi quod etiam qui tyrannidem inuaſit, non poteſt manumittere: & qui non legitime manumittitur in teſtamento, nec ea quidem capit quæ ipſi ſunt in eo relicta. Memento eorum quæ dicta ſunt tit. 1. huius lib. 7.

Τὸ κατὰ πόδας. Cum pater meus conſtituerit, à Præſidibus prouinciarum, vel qui coercendorum maleficiorum poteſtatem habent, in perpetua vincula damnatos, ad libertatem perduci non poſſe: hi qui intra tempora pœnæ liberi & hæredes eſſe iuſſi ſunt, aut legatum fideicommiſſumve acceperunt: neq; libertatem adipiſci, neq; quicquam eorum quæ eis data ſunt, poſſunt. Quod ſi pœnæ tempus compleuerint: iam omni vinculo exoluti, & quaſi ad priſtinam & ſimplicem ſeruitutis conditionem redacti, & libertatem, & ſi qua teſtamentis dominorum illo tempore defunctorum acceperunt, ſine vlla quæſtione pœnæ præteritæ conſequantur.

b THAL. Quoniam dixit conſtit. eos qui in perpetua vincula ſunt damnati, omnino non manumitti, is quoq; qui fuit damnatus ad vincula temporaria, intra illa tempora non manumittitur.

c THAL. Nota alium quoq; qui ne cum libertate quidem poteſt hæres inſtitui, & adde eum qui fuit ſuſpectus de adulterio dominæ, qui nec ipſe poteſt manumitti.

d Τὸ κατὰ πόδας. Is quidem qui in teſtamento vetitus eſt manumitti, ad libertatem non poteſt peruenire. Sed in propoſito intereſt, vtrumne eos quos cum filio educatos eſſe teſtator expreſſit, propter familiare miniſterium & vſum filiorum neceſſarium, & venire & manumitti vetuerit, an quaſi malis pœnas meritas irrogauit. Nam priore caſu, morte eius cui conſulebatur, obſequii neceſſitate finita, libertas poteſt peruenire. In hoc autem ſecundo id quod pœnæ cauſa in ſeruos ſtatutum eſt, neceſſe eſt vires ſuas obtinere, cum diuis parentibus meis placuerit huiuſmodi teſtatorum leges perpetuam ſeruitutem malis ſeruis irrogare, vt nec per ſuppoſitum emptorem ad libertatem perduci poſſint.

THAL. Nota, dictionem, quod ſi non eſſet emptor ſuppoſitus, ſed ab affectione remotus, poſſet vendere & manumittere.

e THALEL. Nunc generalem regulam dicit conſt. quod qui fuit prohibitus manumitti in teſtamento, non poteſt amplius eſſe liber. Deinde dicit diſtinctionem quæ eſt in caſu propoſito.

f THALEL. Hoc dicit conſulens filio, vt qui vellet cum eo eſſe ſeruos qui erant cum ipſo verſati.

Titulus XVIIII.

Quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt.

ἐὰν ὧν αἰτιῶν οἱ δοῦλοι ἔπαθλον. f. ἐπ' ἄθλον λαμβάνουσι τὴν ἐλευθερίαν.

LIBER VII. COD. TIT. XIII.

L. 1. C. Pro quib. cauſ. ſerui pro præm. lib. accip. SERVVS [a] qui domini* cædem aperuerit, fit liber: vtpote quod pro [b] præmiis indicationis ei detur libertas, [c] Præſide pronunciante eum eſſe liberum.

* σφαγὴν.

L. 2. [d] SERVI qui eos conuincunt qui falſam monetam cudunt, fiũt liberi. Domini autem eorum precium à fiſco accipiũt.
L. 3. [e] SI ſeruus raptum virginis [g] indicauerit, fiat liber: aut
L. ult. ſi iam remiſſum [h] probauerit. SI militem qui ordines deſeruit, ſeruus indicauerit, ſeruus fiat liber.

a THEOD. QVI domini ſui cædem indicat, libertatem conſequatur, tanquam præmium. Similiter dicit 2. huius tit. conſt. de ſeruis qui eos deferunt qui cudunt falſam monetam, nam ii quoque liberi fiunt lege lib. 9. tit. 24. conſtit. 2. Similiter autem didiciſti lib. 1. tit. 3. conſt. 54. & tit. 10. conſtit. 2. quod Chriſtianus ſeruiens Hebræo, fit liber. Memento autem etiam 1. conſtit. tit. 57. lib. 4. quæ idem dicit de ſeruo donato ea lege vt manumitteretur. [ſciendum vero quod ait Nou. vt ſeruus qui caſtratur liber fiat.]

Q

Digitized by Google

b THALEL. Præmio affici, pro eo quod eſt, præmiis dignari. Hoc autem vult dicere, quod oportet ſeruos præmio prouocare ad cædem dominorum vindicandam.

c Non ergo ex eo quod accuſauit, ſed ex ſententia Præſidis fit hic liber.

d Τὸ κ. πόδας. Serui qui monetarios adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes in publicum detulerint, ciuitate Romana donentur, vt eorum domini precium à fiſco accipiant.

e THAL. Hæc intellige ſi extraneos aliquos detulerint. Nam ſi ipſos dominos dixerint facere falſam monetam, non poſſunt illi eorum pretium accipere. Nam quod ſerui poſſint dominos deferre de falſa moneta, dictum eſt etiam lib. 1. De iudiciis.

f Τὸ κ. πόδας. Si quis ſeruus raptus virginis facinus diſſimulatione prætetitum, & pactione remiſſum detulerit in publicum: libertate donetur.

THAL. Nota dictionem, quod non dixit de quouis raptu, ſed ſolum de raptu virginis. Si ergo rapta fuerit alia mulier, non eſt locus conſtit.

g EIVSDEM. Nota quod etiam in huiuſmodi criminibus fit pactio: ipſe autem qui pactus fuit, excluditur.

Titulus XIX.

Communia de manumiſſionibus.

LIBER VII. COD. TIT. XV.

SI diuiſus [a] fuerit ſeruus in proprietatem & vſum, & l. 1. in pr.
qui habet proprietatem, manumiſerit: ſi quidem tan- C. cōmunia de ma-
quam volens gratificari ei qui habet vſum, eo quoque numiſſ.
aſſentiente qui habet vſum, perfecta eſt libertas. Sin autem eo non aſſentiente, quod ad omnes quidem attinet, eſt liber, & libertus domini: ſed nulla afficitur iniuria qui habet vſum: ſed adhuc manet & acquirens ſeruus ex rebus ſuis aut operis, & ſubiectus ei qui habet vſum ad ſeruitutem. Sed ſi qui habet vſum, manumiſerit: ſi quidem tanquam volens gratificari domino, fit ille perfectus dominus. Sin autem tanquam ſeruo gratias agens, & ab onere vſus eum volens liberare, nihilo quidem ſecius videatur eſſe ſub ratione vſus: ſed ille non habeat poteſtatem tanquam vſum habens eo vtendi, cum eum ſemel manumiſerit. Hæc autem dicimus quandiu is erat vſui ſubiiciendus. Nam ſi vſus interierit iis modis quibus ſolet interire, fit plene ſeruus domini. ¶ Licet autem parentibus, §. 1.
per filios ſuos, ſiue ſint in poteſtate, ſiue emancipati, ſeruum ſuum manumittere. [b] IVBET conſtitutio non amplius quæri ætates eorum qui l. 2.
manumittuntur, ſed eos fieri Romanos. [c] SI quis habeat ancillam in l vlt.
ſua conſuetudine, non habens vxorem, & cum ea manſerit vſq; ad mortem: ſiue ex ea habens filios, ſiue non, & de ea nihil [d] dixerit in ſuo teſtamento, illa fit libera.

a THEOD. PROPRIETARIVS ſeruum recte manumittit, conſentiente vſufructuario. Sin autem rurſus non conſenſerit, recte manumittit. Sed is qui eſt manumiſſus, manet ſeruiens vſufructuario, donec extinctus fuerit vſusfructus. Memento 9. conſtit. 33 tit. lib. 1. quæ dicit vſufructuarium non poſſe manumittere.

Τὸ κ. πόδας. Sancimus, ſi proprietarius ſeruo cuius vſusfructus ad alium pertinebat [libertatem impoſuit,] non ſecundum antiquam obſeruationem [&] libertatem cadere, & eum ſine domino eſſe intelligi, nec inueniri perſonam cui res ad ſe venientes acquirat. Sed ſi tam proprietarius quam vſufructuarius libertatem ei conſentientes impoſuerint, pleno iure liberum eum effici: & ſi quid poſtea ſibi acquiſierit, hoc in bonis ſuis habere. Sin autem proprietarius libertatem impoſuerit, vſufructuario minime conſentiente, fit quidem ille liber qui libertatem à proprietario accepit, inter libertos proprietarii connumeratus: & ſi quid in medio poſſidet,

ſidet, hoc ſibi habeat, & ſuæ poſteritati relinquat ſaluo patronatus iure per omnia iura cuſtodiendo, niſi & hoc ei legib. fuerit remiſſum. Ipſe tamen libertus quaſi ſeruus apud vſufructuariũ remaneat, donec vſufructuarius viuit, vel vſusfructus legitimo modo eſt ablatus. Etenim ſi finem vſusfructus quocunque modo acceperit, tunc facultas ei tribuitur quo maluerit degere modo. Si vero adhuc ſuperſtite vſufructuario ab hac luce fuerit libertus exemptus: hæreditas eius viam ſequatur legitimam. Sin autem vſufructuarius tantummodo libertatem impoſuerit: ſi quidem hoc modo vt cedat vſumfructum proprietario, pleniſſimum ius habeat in ſeruo proprietarius, & omnia ei ſeruus acquirat, ſecundum ea quæ generaliter in ſeruis & dominis ſunt conſtituta. Sin vero gratias agendo vſufructuarius eum ab vſufructu liberauerit, & libertate donauerit, tunc maneat quidem ſeruus proprietario ſuo adnexus: ſed non neceſſitas ei imponatur, donec vſufructuarius, vel vſusfructus conſtare poſſunt, obſeruare proprietarium, & quædam miniſteria ei adimplere. Sed noſtri iudices eum in quiete tueantur: poſt vſufructuarii autem mortem, vel vſusfructus quocunq; modo interemptionem, tunc ſeruiat quidem domino, & omnia quæ in medio ad eum peruenerunt, domino ſuo acquirat: & ſit ex noſtra conſtitutione hæc ſeparatio inter ſeruos & liberos, & non ſecundum ius antiquum idem ſeruus remaneat, & nullum reſpiciat dominum. Illud quoque huic legi adiicimus, vt expulſa antiqua perſonarum differentia, liceat parentibus tam maſculis quam fœmninis filiis vel filiabus in poteſtate exiſtentibus vel emancipatis, cuiuſcunq; gradus mandatum imponere, vt ſeruum in libertatem perducant, ſiue apud iudicem, ſiue in ſacris Eccleſiis, ſiue ſecundum alium quem mandator voluerit legitimum modum. Cum enim & in ſucceſſionibus & in aliis pene omnibus nulla eſt inter filios differentia, oportet hoc obſeruari & in præſenti caſu, maxime pro libertate quam & fouere & tueri Romanis legibus, & maxime noſtro numini eſt peculiare.

THAL. Cadere, hoc eſt, interire. Dicebant enim veteres ipſum ſeruum manere ſine domino: adeo, vt nos neſciremus cuinam oporteat acquirere. Saluo patronatus iure per omnia iura cuſtodiendo.

THALEL. Didiciſti enim in 6. tit. in vnica tit conſtit. multos eſſe modos in quibus qui manumiſit non habet ius patronatus. Donec vſufructuarius viuit, vel vſusfructus legitimo modo eſt ablatus. [THALEL. Forte & viuo vſufructuario interiit vſusfructus veluti illo capitis diminutionem paſſo.] Quæ generaliter in ſeruis & dominis ſunt conſtituta.

THALEL. Clarum eſt quod dicit de libertis, non autem de ingenuis. Sin vero gratias agendo.

THALEL. Gratias agendo, hoc eſt, †gratificando ſeruo cuius habuit vſumfructum, voluit eum manumittere, vt qui vellet eum liberare ab vſufructu. Eum ab vſufructu liberauerit, & libertate donauerit. † εὐχαριστῶν.

THAL. Manumiſſum liberauit. Donec vſufructuarius vel vſusfructus conſtare poſſunt.

THALEL. Idem rurſus dicit, quoniam contingit etiam viuo vſufructuario extingui vſumfructum. Sed noſtri magiſtratus.

THAL. Iudices eſt enim inferius dictura conſtit. ſi pater iuſſerit filium manumittere ſeruum apud iudices. Clarum eſt ergo quod hic quoque dicit de iudicibus. Domino acquirat.

THAL. Quæ ex re vſufructuarii vel ex operis ſuis ſunt acquiſita, acquirit proprietario. Et ſit ex noſtra conſtitutione hæc ſeparatio inter ſeruos & liberos.

THAL. Vt hic quidem, vt qui ſit plene ſeruus omnia acquirat, ſuperius autem manumiſſus à proprietario ei non acquirat, niſi ex re vel ſuis operis: hæc enim etiam liberi homines quos bona fide poſſidemus, nobis acquirunt. Vt expulſa antiqua perſonarum differentia.

THAL Veteres dicebant, quod per filium quidem qui eſt in poteſtate pater manumittit: per emancipatum autem non manumittit. Et in aliis pene omnibus.

THAL. Recte dixit illud pene: quoniam qui ſunt in poteſtate quidem præteriti omnino infirmant teſtamentum: emancipati autem habent contra tabulas.

b THEOD. Recte manumittitur ſeruus cuiuſcunque ſit ætatis. Hoc quidem in eo qui manumittitur. Didiciſti autem in 5. conſtit. 4. tit. huius lib. quod minor annis lege præſtitutis non manumittit.

Τὸ κατὰ πόδας. Si quis ſeruo ſuo libertatem impoſuerit, ſiue in Eccleſia, ſiue ad quodcunque tribunal, [ſiue apud eum qui libertatem imponere legibus habet licentiam,] ſiue in teſtamento, vel alio vltimo elogio, directam vel fideicommiſſariam: nullo coarctetur modo eorum qui ad libertatem veniunt ætatem requirere. Neque enim eum tantummodo ciuitatem Romanam adipiſci volumus, qui eſt maior 30. annis: ſed quemadmodum in libertatibus Eccleſiaſticis non eſt huius ætatis differentia, ita in omnibus libertatibus quæ à dominis imponuntur, ſiue in extremis diſpoſitionibus, ſiue per iudices, vel alio legitimo modo, hoc obſeruari ſancimus, vt ſint omnes ciues Romani conſtituti: augendam enim magis ciuitatem noſtram quam minuendam eſſe cenſemus. Siue per iudices.

THAL. Forte apud præfectum vrbis vel iuridicum. Ii enim faciunt emancipationes, multo autem magis etiam manumiſſiones. Vel alio legitimo modo.

THAL. Didiciſti iam etiam in prima conſtit. 6. tit modos manumiſſionum qui fiunt non apud magiſtratum, vt quando quis ſeruum ſuum ægrotantem neglexerit, aut ſuam ancillam dotauerit. Hi ergo modi, quia ſunt legitimi, faciunt libertatem.

c THEOD. Qui non habet vxorem, ſi ancillam habeat concubinam, & cum ea manet in eadem voluntate vſque ad mortem, non ſolum poſt mortem eius illa manumittitur, ſed etiam

Digitized by Google

quod ex ea naſcitur, cenſetur eſſe liberum. Quæſtio. Et quomodo dicit 29. conſtit ſequentis 16. tit. quod ancilla non fit libera ex eo quod ea ſit concubina ſui domini?

Theod. Ne putes iura eſſe contraria: ſed intellige 29. conſtit. ſecundum diſtinctionem propoſitæ 3. conſtitut & dic quod non fit aliqua mulier libera ex eo quod ipſa ſit concubina, niſi eius dominus non habens vxorem perſeueret in eadem voluntate vſq; ad mortem, vt in ea dictum eſt. Lege enim etiam 78. Nouellam, & ſcies quod qui habet vxorem legitimam, non poteſt habere concubinam. Similiter lib. 5. tit. 26. conſt. 51. Memento autem 4 quoq; conſt. 4. tit. lib. 6. Quæſtio. Quid ergo, ſi habens vxorem, habuit concubinam?

Theod. Is omnino incidit in ſolutionem matrimonii, quæ aduerſus eum fertur, ſi in eadem ciuitate in qua erat vxor eius, habuit concubinam. hoc enim dicit Nouella.

Τὸ κ῀ πόδας. Si quis ſine vxore exiſtens, ancillam ſuam ſub nomine habeat concubinæ, & in eadem vſque ad mortem ſuam conſuetudine permanſerit, & forſitan liberos ex ea ſuſtulerit, ſancimus omnimodo non concedi hęredibus defuncti, eandem vel liberos eius, ſi etiam liberos habuerit, in ſeruitutem deducere: ſed poſt mortem domini ſub certo modo eripiatur in libertatem vna cum ſobole ſua, ſi eam etiam forſitan habuerit. Ipſi etenim domino dum ſupereſt, damus poteſtatem, quomodo voluerit vti tam ancilla ſua, quam etiam ex ea progenita ſobole, & in ſuo vltimo elogio quicquid voluerit ex ea diſponere, id eſt, quaſi ſeruos eos aliis legare, ſiue in ſeruitute hæredum nomine relinquere. Sin autem taciturnitate eos præterierit, tunc poſt mortem eius ad libertatem eripiantur: vt ſit mors domini libertatum eorum exordium. Omnibus enim vxores habentibus, concubinas vel libertas vel ancillas habere, nec antiqua iura, nec noſtra concedunt.

d Thalel. Hoc tacite ſignificat. Quando dominus de ea nihil dixerit, eſto libera. eſt enim hic modus eius manumiſſionis.

Titulus XX.

De liberali cauſa.

περὶ ἐλευθερι. f. ἐλευθέρου πράγματος.

Liber VII. Cod. Tit. XVI.

Qvidam [a] cum ſuos vendidiſſet filios, poſtea acceſſit rogans vt ſua euerteretur venditio: & ad eum reſcribit conſtitutio dicens, Rem quidem feciſti inhoneſtam, confitens te tuos [b] vendidiſſe filios: ſed adi magiſtratum, petens vt de eorum ſtatu tractetur. l. 1. C. de liber. cauſ. [c] Qvidam cum de ſeruis in iudicio egiſſet & viciſſet, in eum poſtea agebatur de ſtatu eorum, cum quidam dixiſſent eos eſſe liberos. Dicit conſtitut. quod viciſſe in cauſa vendicationis eorum, nullum eſt præiudicium in [d] cauſa de ſtatu. l. 2. Si [e] liber homo cum aliena ancilla habeat conſuetudinem, licet ei denunciatum fuerit vt abſtineat, ipſe tamen non fit ſeruus domini ancillæ. l. 3. Si [f] de ſtatu motum fuerit iudicium, & fuerit quidam liber pronunciatus: licet abſit qui eum vendicat in ſeruitutem, tamen non [g] reuocatur ſententia. Sed ſi ſecuta fuerit appellatio, quæritur in iudicio appellationis an recte lata fuerit prima [h] ſententia. l. 4.

a Theod. Non vendit quis proprium filium, ſed ſi ſeruum eum dicit quæritur de ſtatu eius apud Præſidem. Similiter dicit conſtitutio 39. huius tit. de eo qui dicit filium ſeruum. nam & 37. conſtitutio huius tit. dicit quod vendens proprium filium tenetur, vna cum emptore vt plagiarius, idem extat lib 3. tit. 15. conſtit 2. & lib. 9. tit. 20. conſtit. 13. in omni qui ſciens liberum vendit. quod vero dicitur neminem vendere ſuum filium, intellige niſi naturalis ſit pater iuxta 12. conſtit. huius tit. & iuxta 27 conſtitut. 57. tit. 4. lib ſi pauper ſit iuxta 2. conſtit. 43. tit. 4. dicti lib. ne vero te lateat 1. conſtit. 41. tit. 4. lib. & 7. conſt. 17. tit 8. lib quæ ait patrẽ non poſſe filium vendere. 10. vero conſtit. 47. tit. eiuſdem lib. 8. non debere patrem filio vel ſeruo]

[Τὸ κ῀ πόδας. Rem inhoneſtam & illicitam confiteris, quia proponis filios ingenuos in ſeruitutem venundatos, quia factum tuum filiis tuis obeſſe non debet, adi competentem iudicem ſi vis vt cauſa agatur.]

Thal.

THAL. Nota quod nec ex iis quidem quæ facit pater dicimus lædi filios, ſicut nec ex iis quæ faciunt filii, patrem lædi concedimus.

b THEOD. Iudicio de ſtatu non affert præiudicium actio in rem. Lege 2. & 3. conſtit. 19. tit. huius libri.

Τὸ κατὰ πόδας. Si hi quos ſeruos tuos eſſe dicis, liberi eſſe à diuerſa parte dicantur, de ſtatu eorum more ſolito quæri oportet. Nec enim ſententia lata de proprietate, opponi poteſt cauſæ qua agitur de ſtatu libertatis.

c THALEL. Nota regulam, hoc autem fit propter id quod in multis locis ſcriptum eſt, quod quæſtio de ſtatu nullum patitur præiudicium ex alio iudicio.

d THEOD. Liber coiens cum ancilla non fit ſeruus, etiam ſi ab eius domino fuerit illi denunciatum ne cum ea inueniretur. Memento 9. conſt. 49. tit. lib. 6. quę dicit quod dominus non ſuccedit libero homini qui cum ancilla eius coiit.

e THAL. Hodie nec ſi mulier quidem capta amore ſerui alieni, ſuſceperit denunciationes quę ſunt ex Claudiano, redigitur in ſeruitutem, vt didiciſti in 3. Inſtit.

f Τὸ κατὰ πόδας. Si is quem in ſeruitutem petebas liber, quanuis abſente te, cauſa cognita pronunciatus eſt, ſecunda in ſeruitutem petitio eius tibi dari non debet. Sed ſi poſtea quam cognouiſti, de ſententia iudicis appellauiſti, an ſecundum legem lata ſit, in auditorio quæretur.

g THAL. Iam didiciſti in lib. 1 de iudiciis, quod etiam ſi quis cauſam deſerat, ex vna parte debet Iudex ſuſcipere cauſæ cognitionem, & ſic pronunciare.

h THAL. Vide ergo quod appellationis tempus non eſt continuum, ſed expectat ſcientiam eius qui debet prouocare.

THALEL. Pro eo quod eſt iure ſententia lata, dixit, an ſecundum legem lata ſit ſententia.

l. 5. [a] QVI ex ſeruitute proclamat in libertatem, grauatur onere proba-
tionum. Non obſtat autem ei quod dicit is qui emit, ſe emiſſe [b] à fi-
l. 6. ſco, etiamſi erat maior 20. annis tempore venditionis. QVOD [c] di-
xerit quiſpiam ſe eſſe ſeruum cum eſſet liber, hoc non lædit eum in ſta-
l. 7. tu. SI [d] quis fuerit ab aliquo manumiſſus, non vtique ab eo patitur
quæſtionem ſtatus. Quod [e] ſi etiam fuerit inutiliter ab eo manumiſſus,
aduerſus eum non agunt hæredes eius. Adita enim hæreditate aſſenſi
l. 8. ſunt voluntati defuncti. SI [f] ſeruus cum domino pactus fuerit vt ali-
quid acciperet & eum manumitteret, à Præſide cogitur dominus hoc
facere.

a THEOD. Etiam ſi à fiſco venditus fuerit ingenuus, poteſt proclamare in libertatem. Hoc autem intellige, niſi fuerit venditus ad pretium participandum, vt eſt in 1 Conſt. 18. tit. huius lib. 7. [lege & 1. conſt. 17. huius lib. 7.] Qui proclamat ad libertatem, ei incumbit onus probandi. Memento 7. conſtit. 14. tit huius libri. [Hoc intellige ſi in poſſeſſione ſeruitutis eſt iuxta 21. conſtit. huius tit.] Nam ſi eſt in poſſeſſione libertatis, tunc ei qui agit, incumbit onus probandi, ex 10. conſtit. 9. tit lib. 4.

Τὸ κατὰ πόδας. Non ideo minus ad libertatem proclamare poteſt ea quam ancillam tuam eſſe dicis, quod eam vendente fiſco comparaſti. Sed nec hoc ad præſcriptionem opitulatur, quod venditionis tempore maior 20. annis fuerit, cum ætatis allegatio non alias poſſit præſcriptionem aduerſus ciuem Romanum accommodare, quam ſi participandi pretii gratia conſenſum ſeruituti dediſſe probetur. Probationis ſane onus, cum ex ſeruitute in libertatem aſſeritur, ad ſe recipit. Quę ſi affirmationem ſuam non impleat, inconcuſſum poſſeſſionis ius obtinebis. Conſenſum ſeruituti dediſſe probetur.

THAL. Nota regulam, quod nunquam nocet conſenſus eius qui fuit venditus, niſi quando conſenſit ad pretium participandum. Illud autem Conſenſum intellige imperſonaliter, pro eo quod eſt factus conſenſus, ſicut & itum, id eſt, iter factum: & quæcunque ſunt imperſonalia. Si affirmationem ſuam non impleat.

THALEL. Hoc dictum eſt etiam in tit. de probationibus lib. 22. quod actore non implente ſuas probationes, reus abſoluitur.

b THALEL. Nota quod ei etiam qui emit à fiſco, poteſt interpellari negocium. Nam conſtitutio [ſecunda] quæ ſita eſt in tit. 37. lib. 8. dedit indemnitatem emptoribus cum quibus agitur de proprietate aut hypotheca rerum, non autem de ſtatu.

c THEOD Etiam ſi ſe ſeruum dixerit liber, non fit ſeruus etiam ſi hoc fecerit apud acta, ex 22. conſtit. huius tit. Dicit autem 10. conſt. huius tit. quod etiam ſi liber pactus ſit ſe actum alicuius adminiſtraturum, in ſtatu ſuo fit ei præiudicium. Lege autem 39. conſtit. huius tit. ſimiliter. Sed ne te lateat 22. conſt. 48 tit. lib. 11. quæ dicit quod liber qui ſe apud acta dicit aſcriptitium, confirmat ſuum ſtatum. hoc ergo ſolum excipe.

Τὸ κατὰ πόδας. Nec ſi volens ſcripſiſſes ſeruum te eſſe, non liberum, præiudicium iuri tuo aliquod comparaſſes: quanto magis cum eam ſcripturam dare compulſum te eſſe teſtaris?

d Nota quod nec is qui ſua ſponte ſe dicit eſſe ſeruum, in ſuo ſtatu patitur præiudicium.

e THEOD. Etiam ſi quis iure quempiam manumiſerit, nec ipſe, nec eius hæredes eum redigunt in ſeruitutem. Nam vt dicit 20. conſtit. huius tit. A domino ſemel data libertas non reuocatur, etiam ſi (vt ſubiungit 34. conſtit. eiuſdem tit.) dominus pecunias acceperit à ſeruo vt eum manumitteret. Memento autem 1. quoque conſt. 1. tit. huius lib. 7.

Τὸ κατ' πόδας. Si ab eo cuius ſeruus fuiſti, manumiſſus es: fruſtra libertatis controuerſiam ſuſtines, maxime ab hærede eius qui te manumiſit, cum & ſi iure libertas non proceſſerit, reſpectu tamen aditæ hæreditatis voluntatem defuncti ſuo conſenſu firmare debet.

THAL. Nota quod etiam quæ inutiliter facta ſunt à teſtatore, habent tamen eius voluntatem, debet hæres confirmare.

f THEOD. Qui cum domino ſuo paciſcitur vt aliquid accipiat, & eum manumittat, à Præſide cogitur implere †placitum: & vt oſtendit 33. conſt. huius tit. non reuocat poſtea libertatem. Similiter lib. 4. tit. 6. conſt. 9.

† τὸ ἀξίωμα.

Τὸ κατ' πόδας. Cum affirmes placuiſſe quondam domino tuo, vt pro te & pro filia tua dato nummo certæ quantitatis vos manumitteret, & te tantummodo liberauit, aditus Rector prouinciæ, hortabitur eum, ſalua reuerentia, quam Patrono liberti ſolent exhibere, placito ſuo ſtare. Hortabitur eum.

THALEL. Vſa eſt conſtit. dictione conuenienti. Quoniam enim ab eo petitur vt ſeruũ ſuum manumittat, propterea dixit quod eum hortabitur, non vt qui quærat effectum à ſua pendere voluntate, ſed vt qui velit ei ſeruare honorem conuenientem.

[a] SVPPLICAVIT quidam aduerſus quendam, dicens eum eſſe eius ſeruum tanquam ex ancilla natum. Dicebat autem eius quoque [b] appellationem. Dicit ergo conſtitutio. Tu ipſe dicens eius appellationem, qua ſola dicuntur liberi, oſtendis non eſſe ſeruum: ſed potius obnoxium ſeruili contumeliæ. l. 9.

SI [c] liber vel cum aliquo pactus ſit ſe eſſe ſeruum, vel quod tanquam ſeruus res eius adminiſtrabit, non fit ſeruus. l. 10.

SI [d] ſeruus geſſerit honorem ciuilem, non fit ex eo ingenuus: ſed oportet eum probare ſuam ingenuitatem. l. 11.

SI [e] quis emerit liberum, eum non poſſidet ſeruum. Sed ſi dominus eius qui eum habuit ex ancilla filium, eum vendiderit, [f] is non fit liber. l. 12.

SI [g] quis deceſſerit, non poteſt amplius fieri vt de eius ſtatu principalis [h] quæſtio moueatur. Niſi quis dicens ſe fuiſſe eius dominum, eius bona tanquam peculium detineat, & eius occaſione quæratur de ſtatu eius. l. 13.

QVI vendicatur in ſeruitutem, poſtquam de eius ſtatu cœperit moueri iudicium, [i] degit tanquam liber interim dum iudicium agitatur. l. 14.

NEC [k] quod prætermiſſa quidem fuit natalium deſcriptio, id liberum facit ſeruum, [nec quod prolata ſit præſcriptio id ſeruum facit liberum,] ſed oportet quæri veritatem. l. 15.

a Τὸ κατ' πόδας. Cum precum tuarũ conceptio, licet eum contra quem ſupplicas, ex ancilla tua natum eſſe expreſſerit, tamen * appellationi nomen proprium quo liberi duntaxat nuncupantur, addiderit, & non ſeruum eſſe ſed ſeruili macula aſperſum enunciauerit: contra eum qui ſeruus nõ eſt, ſupplicaſſe te comprehenditur.

* cognomini. χρηματισμόν. Theophilus tantum prænomen interpretatur inſt. de leg.

b THAL. Sic conſtrue. Nomen quo liberi duntaxat. Et hoc recte dixit. Seruus enim non habet appellationem. Et non ſeruum eſſe, ſed ſeruili macula aſperſum.

THAL. Macula aſperſum. Dixit enim natum eſſe ex ancilla.

c Τὸ κατ' πόδας. Liberos priuatis pactis, vel actus quem adminiſtrauerint ratione, non poſſe mutata conditione ſeruos fieri, certi iuris eſt.

THAL. Non hoc dixit ad è contrario ſignificandam diſtinctionem, quia non eſt aliqua pactio publica quæ poſſit liberos redigere in ſeruitutem. Sed verum dixit conſtit.

EIVSDEM. Sic conſtrue vel ratione actus & reliqua per medium.

d THEOD. Quod quiſpiam honorem geſſerit, id non facit eum ingenuum. Dicit enim 18. conſtit. huius tit. quod nec ſi auus quidam cuiuſpiam geſſerit magiſtratum, id illi præbet ingenuitatem. Oſtendit autem 38. conſtit. huius tit. quod etiam ſi quis fuerit Limenarcha, non cenſetur ingenuus. Subiungit autem 41. quoq; conſt propoſiti ſimiliter tit. quod etiam ſi tanquam ad decurionem ad ſeruum ſcribat is qui eſt aduerſus eum actutus, non ei prodeſt quod attinet ad ingenuitatem. Memento autem 10. & 13. & 14. & 17. conſtit. 9. tit. lib. 4.

Τὸ κατ' πόδας. Non mutant ſerui ſtatum, ſi ad ciuiles honores illicite atque improbe aſpirauerint. Vnde ſi ſtatus moueatur quæſtio, intelligere vobis licet, nihil prodeſſe poſſe quod pater veſter ciuiles

ciuiles honores geſſit. Solemniter ergo, ordinatis apud præſidem prouinciæ, de ſtatu veſtro cognoſcetur. Non mutant ſerui ſtatum.

THALEL. Hæc eſt conſtructio. † Non mutant honores ſerui ſtatum. & tunc rurſus, Si ad ciuiles honores, &c. De ſtatu veſtro cognoſcetur.

† in [illegible]

THAL. Scilicet quod eſt ordinarium in iudicio de ſtatu.

e Τὸ κατὰ πόδας. Si liberum te natum aliquis comparauerit, ſtatum retines quem antea habuiſti. Si vero ex ancilla natum naturalis pater idemque dominus vendidit, ac poſt emptori pretium ſoluiſti: non idcirco libertatem conſecutus es.

f THAL. Hoc dixit etiam ſuperius in præcedenti tit. & 3. conſt. quod licet ei qui cum ancilla habuit conſuetudinem, donec eſt ſuperſtes, de ancilla quod vult facere, & de eius ſobole.

g THEOD. Poſt mortem alicuius non agitur aduerſus hæredes de ſtatu eius: ſed recte vendicat eius dominus tanquam peculium bona ab ipſo relicta. Similiter dicit 3. conſt. 21. tit. huius lib. Lege etiam 1. conſtit. dicti tit. & lib. quæ dicit quod cum præterierit quinquennium, non quæritur de ſtatu defuncti.

Τὸ κατὰ πόδας. Principaliter de ſtatu defuncti agi non poteſt. Si vero ex peculio quondam eius quæ tu bona reliquiſſe dicis res vendicentur, vel eius filiis moueatur ſtatus quæſtio, hæc omnia, vt ſolitum eſt, præſidali cognitione decidi debent.

h THAL. Quidam ſæpe teſtimonium dixerat in teſtamento, & poſt mortem eius dicebat quiſpiam. Probo quod tempore teſtamenti ſciebatur eum eſſe ſeruum, adeo vt ſit teſtamentum inutile, & de eo ſolo erat quæſtio, nempe Seruuſne erat an non. Hoc autem quæri prohibet conſtit.

i THAL. Is ergo & procuratorem dare poteſt tanquam liber: & procurator dari poteſt.

k THEOD. Non fit quiſpiam ſeruus propterea quod habeatur, aut non habeatur natalium eius deſcriptio. Oportet enim in ſtatu conſiderare veritatem. Didiciſti autem lib. 4. tit. 19. conſt. 14. quod non conſiſtit cognatio ex falſa deſcriptione.

Τὸ κατὰ πόδας. Nec omiſſa deſcriptio probationem generis excludit: nec falſa ſimulatio veritatem minuit. Cum itaque ad examinationem veritatis, omnis quæ ſecundum leges adhibetur, debeat admitti probatio, aditus Præſes prouinciæ, ſolemnibus ordinatis. prout iuris ratio patitur, cauſam liberalem inter vos decidi prouidebit. Iis quæ ſunt ſolita ordinatis.

THALEL. Quæ dicturus eſt in tit. ſeq. Deſcriptio natalium

THAL. Sæpe enim notatur quando nati ſunt aliqui. Dicit ergo. Ne hoc quidem ſi fiat, ſeruitutis inducit probationem.

L.16. [a] RESCRIPTA fuit conſtitutio ad quandam mulierem dicens, Si
miniſterium exhibuiſti, & ignorans tradita fuiſti in dotem [vt ſerua,] &
L.17. maxime cum eſſes minor 20. annis: nihil obſtat libertati. NIHIL [b] ve-
tat quo minus ſi ſint plures fratres, aliqui quidem de ſtatu conueniantur: alii autem vt qui ſint ingenui, non vexentur. Forte enim & ſi nati ſunt ingenui [omnes,] poſtea autem euenerunt cauſæ aliquæ quæ eos [c] redegerunt in ſeruitutem, ipſo fratre adhuc manente ingenuo: nihil
L.18. vetat quo minus ſtatus eorum ſit ſeparatus. [d] QVÆREBAT quidam bona alicuius accipere, dicens eum fuiſſe ſeruum ſuum. Hæredes autem eius oſtendebant quod poſt illius mortem rem quandam [e] conduxerant ab eo qui vendicabat in ſeruitutem. Dicit conſtitutio quod hoc nec
L.19. libertatis nec ſeruitutis eſt probatio. [f] QVIDAM quendam manu-
miſit, hic autem à quodam vendicabatur in ſeruitutem: & qui eum manumiſit, acceſſit rogans vt probaret eum eſſe liberum. Dicit conſtitutio quod oportet primum moueri iudicium de eius ſeruitute, vt tunc aduerſus eum litigans probet ſe eſſe liberum, & poſtea [hic] oſtendat ſe eſſe [g] patronum. Si enim vicerit is qui vendicat in ſeruitutem, hic inuenitur alienum ſeruum manumiſiſſe. Sed ſi aſſentitur, inquit, is qui eſt à te manumiſſus, vt fiat ſeruus eius qui ipſum vendicat in ſeruitutem, potes eum etiam [h] inuitum vendicare, dicens eum eſſe liberum, vt à te manumiſſum.

a Τὸ κατὰ πόδας. Si miniſterium quaſi libera præbuiſti, ac te neſciente quaſi ancilla in dotem data, conſcriptum inſtrumentum eſt: nihil hæc libertati tuæ nocere potuerunt, maxime cum te minorem ætate fuiſſe commemores. & placuerit minores 20. annis nulla ratione mutare ſtatum, ac pro liberis ſeruos fieri, ne inconſulte libertatem amittant, quam aliis propter ætatis rationem ſine conſilio præſtare non poſſunt. Et placuerit minores 20. annis nulla ratione mutare ſtatum.

Digitized by Google

† Noſtrum exemplar ἐν τοῖς παρ-ξίμοις f. voluit dicere in proximis.

Thal. Hanc rationem didiciſti iam etiam † in παρείμοις, quod non oportet minores 20. annis quodlibet facientes de ſtatu iniuriam pati.

Thalel. Sæpe cuipiam mercede inſeruierat.

Eiusdem. Hoc ipſum fuiſſet ſeruatum & ſi non fuiſſet minor 20. annis: multo autem magis cum ſit minor.

b Theod. Poteſt aliquibus fratribus de ſtatu fieri controuerſia, in cæteros autem non fieri Dicit enim 27. conſtit huius tit. quod aliquorum fratrum colluſio non lædit alios. Didiciſti autem lib. 4. tit. 19. conſtit. 17. quod non prodeſt cupiam ad ingenuitatem, quod in fratrem eius non mota ſit de ſtatu controuerſia. Memento autem 22. conſtit. prædicti xix. tit. eiuſdem lib. 4. quæ dicit in ſtatu non lædi filios, etiam ſi mater eorum ſeruierit. Nota ergo quod nemo cuipiam prodeſt aut nocet circa ſtatum.

Τὸ κατ. πόδας. Multis rationibus natalibus ingenuis fratribus natis, poſt delictis vel caſibus aliquibus inuentis, vniuſcuiuſque ſtatus cauſæ ſeparantur. Nihil itaque prohibet eundem & tibi nō mouere quæſtionem, & eos quos fratres tuos aſſeueras, in ſeruitutem vendicare ſiue retinere. Igitur ad demonſtrandam fratrum tuorum libertatem aliæ ſunt probationes neceſſariæ. Nā quod tibi non mouetur quæſtio libertatis, non idoneam conſtat habere probationem.

c Thalel. Forte ſe vendiderunt ad pretium participandum. Propterea autem non dixit, Facti ſunt ſerui pœnæ, quoniam eſt conſtit. poſt pium hunc codicem edita, quæ iubet ingenuum non fieri ſeruum pœnæ. Dixit autem eos natos eſſe ingenuos.

[Eiusdem. Iunge ibidem & incipe ab Igitur.]

d Τὸ κατ. πόδας. Ad probationem ingenuitatis ab eo contra cuius hæredes poſtulas, facta tibi locatio non ſufficit, nec tamen hoc ſolum ad ſeruitutis vinculum argumentem eſt idoneum.

e Thalel. Hæredes ſcilicet ab eo conduxerant. Nam non dixiſſet, Facta locatio non ſufficit. niſi quod etiam ſi ei locauerant hæredes poſſunt inter ſe inuicem iis verbis vti, hanc pręſcribāt hæredes. Si ſciuiſſes te aduerſus nos habere controuerſiam, non ſuſtinuiſſes nobiſcum cōtrahere.

f Τὸ κατ. πόδας. Principaliter cauſam eius dé quo ſupplicas, eſſe quam tuam perſpicimus. Nam cū eum ad libertatem perduxiſſe fatearis, illius intereſt magis ſolenniter ſuum tueri ſtatum, & conſequenter tua etiam agetur cauſa. Nam ſi ab eo contra quem fundis preces, ſeruus dicatur, eique libertas ex manumiſſione tua vindicetur, probatio originis ſeruitutis, & beneficium manumiſſionis libertatem ei tribuens, tuum etiam ius patronatus tuetur. Si vero conſentiat ſeruituti: tunc iure conceſſo adito præſide prouinciæ, eum inuitum etiam defendere poteris.

g Thalel. Eius qui vendicatur in ſeruitutem, magis intereſt agere de ſua libertate, quam tua agere de libertate eius.

Thalel. Quoniā ab initio erat tuus ſeruus, & à te fuit manumiſſus, vt tu eſſes eius patronus.

h Eiusdem. In iudicio de ſtatu licet volenti & inuitum defendere, conſtitutio enim hoc demonſtrans dicit Iure conceſſo.

Si [a] dominus ſemel ſeruum manumiſerit, non poteſt amplius [b] re- l.10
uocare libertatem. Sed nec ſi naturaliter cum ſeruo ſuo [c] contraxerit: ex
eo videtur eum facere liberum. Qui [d] ex ſeruitute proclamat in liber- l.11
tatem, ei incumbit onus probandi. Si quis autem liberum trahit in ſeruitutem, ipſe rurſus hoc probat. Sed ſi per dolum eſt in libertate is qui vendicatur in ſeruitutem, adhuc videtur eſſe in ſeruitute. neque enim
debet dolus eius ei prodeſſe. [e] Parentes oſtendit partus, non con- l.12
feſſio. Ideo ſi quis natus fuerit ex ancilla, & factus liber confeſſus ſit
quod ſit ex alia ancilla natus, non lęditur circa ſuam libertatem. [g] Qui l.13
in teſtamento iam ex hinc fuit manumiſſus, vni ex filiis defuncti, vel ſecundum defuncti vel contra eius voluntatem inſeruiens, non debet
ab aliis filiis eius vendicari in ſeruitutem, Si [h] quæ mulier rogata fuerit l.14
apud acta, & ſe dixerit ancillam, non excluditur à ſua libertate. [i] † Nec quod non facta fuerint inſtrumēta, ſi fuerit ſeruus re vera manumiſſus, id eum lædit.

† neque quod facta ſint inſtrumenta & perierint ei nocet.

a Τὸ κατ. πόδας. Sicut ſemel præſtitam libertatem reuocari non licet: ſic per ea quæ non manumittendi cauſa domini cum ſeruis propriis agunt, nihil ſibi detrahunt.

b Thalel. Hæc intellige, niſi probet ingratum eum qui fuit manumiſſus, nam eius reuocat libertatem.

c Eiusdem. Seruo forte dedit mutuo, aut cum eo fecit alium contractum, naturaliter ſcilicet, non ex lege.

d Τὸ κατ. πόδας. Eam quæ in poſſeſſione libertatis non ſine dolo malo reperitur ei quæ eſt in ſeruitute ſimile habere præiudicium, edicto perpetuo cauetur Sed ſi eſt controuerſia, vtrum ex ſeruitute in libertatem, an ex libertate in ſeruitutem: ſui conceptione manifeſte probatur, nec ancillæ dolus quicquam iuris proprii aufert dominis.

Thalel.

Digitized by Google

Thalel. Simile habere præiudicium. Omnes quæ de ſtatu mouentur controuerſiæ, appellantur præiudicia. Dicit ergo ſimiliter agi in eam quæ eſt in ſeruitute, vt in eam quæ dolo eſt in libertate. Si eſt controuerſia:

Thalel. Hæc verba ſunt edicti, vbi dixit Prætor, ſi eſt controuerſia, quid fieri oportet.

e Theod. Probantur parentes ex partu, & non ex eo quod ipſi fecerint aliquam confeſſionem. Legiſti autem lib. 4. tit. 9. conſtit. 14. quod ex nudo conſenſu parentum non conſiſtit cognatio. Memento 8. & 10 conſtit. tit 14. & lege 1. & 2. conſtit. 22. tit. huius lib.

Τὸ κατ. πόδας. Aſcendentes, natales non confeſſio aſſignat. Quapropter ſi ex ſerua nata poſt ad libertatem manumiſſa perueniſti, te tanquam ex alia ancilla natam, [*ſeruam profeſſa] hanc manumiſſione quæſitam libertatem, huiuſmodi ſimulatione vel errore amittere minime potuiſti, cũ ſerui naſcantur ratione certa, non confeſſione conſtituantur. Vel errore. * ſeruam

Thalel. Quando per errorem, cum ſerui naſcantur hi ſoli qui naſcuntur ex ancilla. Vel ſimulatione.

f Thalel. Quando ſciens fecit hanc confeſſionem. Thal. Celauit quis matrem ſuam, ita vt non eſſet manifeſtum an hæc ſit manumiſſa. Dicebat enim qui eam vendicauit in ſeruitutem, Huius filia eſt ea quæ fuit manumiſſa, tu autem es filia alterius.

g Τὸ κατ. πόδας. Si tibi in teſtamento directa libertas à domino relicta eſt, & ex eo ſucceſſerunt ſcripti, non idcirco quod ſecundum eius voluntatem, vel contra, de filiis vni præſtas obſequium, cæteræ filiæ tuam reſcindere poſſunt libertatem. Et ex eo ſucceſſerunt ſcripti.

Thal. Ei ſucceſſerunt eius filiæ ſcriptæ hæredes: & nota quod ſub filiis comprehenduntur etiam filiæ. Cum enim prius dixiſſet ſcriptis, ſubiunxit, filiis, hoc eſt non hoc iubente teſtatore. Tuam reſcindere poſſunt libertatem.

Thal. Nota quod nemo accuſans propter obſequium, poteſt reuocare libertatem.

h Thal. Hoc ergo amplius habet hæc conſtitutio, quod non lædat apud acta depoſitio.

i Theod. Etiam ſi non facta fuerint inſtrumenta de manumiſſione, aut etiam ſi facta fuerint, perierint: non reuocatur data libertas. Scias quod 16. conſtit huius tit dicit quod inſtrumenta quæ facta ſunt de manumiſſione, debent reponi apud eum qui manumittitur. Memento autem 4. conſtit. 9. tit. & conſtit. 21. tit. lib. 4. ex quibus è contrario didiciſti quod non priuatur quiſpiam ſeruo ſuo, etiamſi amiſſa ſint eius emptionis inſtrumenta.

l. 26. [a] Neqve quod facta ſint inſtrumenta & perierint, ei nocet. Si [b] factum ſit inſtrumentum manumiſſionis, patronus id debet dare [c] manumiſſo.
l. 27. [d] Qvidam fuit vendicatus in ſeruitutem, & vicit: & deceſſit duobus relictis hæredibus: & aduerſus vnum ex eius hæredibus actum rurſus fuit de ſtatu: & cum [e] colluſiſſet, fuit victus. Dicit ergo conſtitutio quod hoc non læſit alterum hæredem, aut nomen ſubſtantiæ defuncti potuit [f] mutare in nomen peculii.
l. 28. Qvi [g] dicit auum eius geſſiſſe magiſtratum, nepoti nihil prodeſt ad ingenuitatem: ſiue erat paternus auus, ſiue [h] maternus. * Quærimus enim non ex qua cauſa [i] mater eius ancilla facta, tunc eum peperit. Lib. 12. de r. c. 40. * deeſſe videtur aliquid.
l. 30. Non [k] poteſt patronus ſuum libertum reuocare in ſeruitutem, hoc ſolum dicens quod eum non honorauit. Præterm. 29. conſt.
l. 31. [l] Qvi vendicabitur in ſeruitutem, & pronunciatus fuit liber, poteſt etiam de [m] iniuria poſtea vel de calumnia agere aduerſus eos qui eum vendicarunt in ſeruitutem.
l. 32. Poteſt etiam in eos agere de bonis quæ rapuerunt. Qvod is qui manumiſit, de manumiſſo ſcripſerit tanquam de filio, id neque quicquam addit datæ libertati, neque datæ quicquam detrahit. Licet accepta pecunia dominus ſeruum ſuum manumiſerit, non poteſt tamen poſtea reuocare libertatem.

a Τὸ κατ. πόδας. Sicut inſtrumenta prætermiſſa manumiſſionis recte factæ, nullum afferunt præſtitæ libertati † defectum: ita ſi ſeruum ad libertatem perduxiſti, inſtrumentorum amiſſio nihil ei obſtat. † ἰκάσιμα.

b Thal. Nota conſtit. quod nec ſolum factum eſſe inſtrumentum, præbet libertatem, [neque factum non eſſe, vel periiſſe reſcindit libertatem.]

Τὸ κατ. πόδας. Sicut datam libertatem manumiſſis adimere patronus non poteſt, ita manumiſſionis inſtrumentum præſtare cogitur.

c Liberto ſæpe opus eſt inſtrumento ad hoc vt quouis tempore ſuam [prompte] oſtendat manumiſſionem.

d Τὸ κατ.

Digitized by Google

d Τὸ κατὰ πόδας. Arrianus,ſi mota quæſtione à Leonide, liber fuit pronunciatus, in ſeruitutem à victo iterum non recte petitus eſt. Cohæres etiam tibi ab Arriano datus, colludens cum eo ſiue hæredibus ipſius qui ſtatus ei mouerat quæſtionem, nihil tibi obfuit,nec ea quæ in confeſſione inter eos venerunt, ſtatum veritatis vel nomen ſubſtantiæ defuncti mutare potuerunt. Si mota quæſtione à Leonide.

THALEL. Ab ipſo Leonida, qui ſemel egit & fuit victus. Cohæres etiam tibi ab Arriano datus.

THALEL. Ab eo Arriano qui ſtatus mouerat quæſtionem. [THALEL. Ad illud retulit heredes ipſius qui mouit ſtatus quæſtionem.]

e THALEL. Forte hæres qui colluſit; fecit cum eis tranſactionem.in qua confeſſus eſt defunctum eſſe ſeruum.

f EIVSDEM. Subſtantia defuncti vocatur hæreditas. Subſtantia autem ſerui dicitur peculium.hoc ergo dicit quod non mutarunt nomen ſubſtantiæ.

g Τὸ κατὰ πόδας. Aui paterni magiſtratu functi dignitas, ad libertatis probationem nihil nepoti prodeſt, ſiquidem liberali cauſa, matris non patris quæritur conditio.Sed nec materni aui ſola ſufficit:cum licet auia quoque libera probari poſſit, multis tamen ex cauſis ſtatus mutari conſueuit.

h THALEL. Ad illud,Conditio retulit,ſed nec materni aui ſola conditio ſufficit.

i EIVSDEM. Forte ſeipſam vendidit mater ad pretium participandum, & peperit ſeruum,ipſa quoque facta ancilla.

k THEOD. Nemo redigitur in ſeruitutem ex eo quod non honorauit ſuum patronum.Nota quod dicit nudum honorem. Nam ſi libertus patronum contempſerit, grauiter punitur[& in ſeruitutem redigitur]ex 7.conſtit.6.tit lib.6.Ne videantur ergo contrariæ conſtituitur.Solum enim obſequiū & non ſeruile miniſteriū debet libertus patrono,vt dicit 6.conſt.eiuſdē 6 tit.lib.6.

THALEL. Hoc dicit etiam 23.huius tit.conſt.quod non redigitur quiſpiam in ſeruitutem ex hac ſola cauſa.

l Τὸ κατὰ πόδας. Si tibi ſeruitutis improbe moueatur quæſtio:ſolennibus ordinatis,de calumnia vel iniuria, prout vindictæ viam elegeris, facta conteſtatione: poſteaquam ſeruus non eſſe fueris pronunciatus,aduerſus eam ſententi m poſtulare potes:tūc demum etiam de iis quæ direpta probaueris,reſtitutionem,cum pro libertate fuerit pronuntiatum,petito. Facta conteſtatione.

† [illegible] μαρτυρίας. * διαμαρτυρίας. f. διαμαρτυρίας.

THAL. Proteſtatione,& nota quod ſi tacuerit,videtur neglexiſſe iniuriā:& non agit amplius. Cum pro libertate fuerit pronunciatum,petito

THALEL Quoniam dicunt,A ſeruo noſtro aduerſus nos agi non poteſt:cum fuerit pronunciatus liber,tunc poteſt aduerſus eos agere.

m THALEL. Eſt ergo in eius poteſtate,an tanquam iniuria affectus,an tanquam calumnia appetitus,velit de eis vindicari.

THEOD. Si quis ſeruum quem manumiſit vocat filium:quod ad ſtatum attinet, nihil ei prodeſt.Memento 1.conſt & lege 29 conſt huius tit.in quibus è contrario dictum eſt, quod etiam ſi quis filium ſuum vocauerit ſeruum,non lædit eum in ſtatu. Ne te autem lateat 115 nouella, quæ dicit quod ſi quis naturalem ſuum filium dixerit in teſtamento filium, aut in codicillis, facit eum germanum ac legitimum. THALEL. Nota quod non poteſt dominus,filium,ſuum ſeruū nominans,iuuare eius ſtatum.

[a] LIBERA quæ fuit alicuius concubina,non ideo fit ancilla. [b] SI l.34&35.
quis tanquam tutor adminiſtrarit res pupilli, poteſt ab eo conueniri tāquam ſeruus:hoc enim nihil lædit actionem. [c] NEC quæ pacta eſt vt l.36.
eſſet libera,eſt autē ſerua,ex pacto fit libera. nec quæ eſt libera cum ſuis filiis,pacta eſt autem vt eſſet ancilla, ex pacto læditur. [d] Si quis ſuum fi- l.37
lium vendiderit ſuo genero,qui proxima neceſſitudine erat coniunctus, ille quidem eſt ingenuus: aduerſus [e] duos autem recte agitur tanquam plagiarios Neque enim poteſt gener dicere ſe ignoraſſe eum eſſe liberū.
QVOD [f] fuerit quiſpiam limenarcha nemine contradicente,id nō pro- l.38.
bat eum ingenuum. [g] SI parentes de filiis tanquam de ſeruis profeſſi l.39.
fuerint,ſtatum eorum non lædunt. [h] ETIAM in controuerſiis de ſta l.40
tu,vna [i] parte abſente,cauſam oportet examinari:& ea cognita, [k] iudicē pronuntiare. [l] QVIDAM de ſtatu litigans proferebat epiſtolas eius l.41
quæ aduerſus eum agebat, in quibus ſcribebat tanquam ad Decurionē. Dicit ergo conſtitutio,has epiſtolas ei non prodeſſe ad libertatem, cum ſeruus probetur. SI [m] qua mulier cum qua de ſtatu agebatur, peperit: l.vlt.
vt quæſtioni de ſtatu id quod naſcitur pareat neceſſe eſt. Sed ſi iam pe-
pererit

Digitized by Google

pererit quando ei de ſtatu mouebatur controuerſia: oportet etiã eos qui nati ſunt, proprio nomine [l] trahi in ſeruitutem, nihil præiudicii patientes ex eo quod mater ſit conuicta.

a Theod. Mulier libera ſi fuerit alicuius concubina, non ideo fit ancilla. Scias autem quod 29. conſtit. huius tit. dicit etiam ſi ancilla aliqua fuerit concubina, non fit libera: niſi dominus eius perſeuerarit eam habere tanquam vxorem vſque ad mortem, ex 3. conſtit. 15. tit. huius lib. 7. Scias autem quod 22. Nouella dicit, quod ſi quis fuerit coniunctus ancillæ domino eius ſciente, illa ancilla fit libera.

b Theod. Etiam pupillus recte agit de ſtatu aduerſus ſuum tutorem. Τὸ κτ᾽ πόδας. Non idcirco minus quod pupilli res velut tutor adminiſtraſſe dicitur, ex eius perſona ſeruitutis pati quæſtionem poteſt.

Thalel. Non fuerat reuera datus tutor. Nam libertas quoque ei viſa eſſet relinqui: ſed tanquam tutor res eius adminiſtrabat, & poſtea aduerſus eum actum eſt de ſtatu, iſque ad ſuam defenſionem afferebat quod fuiſſet tutor.

c Τὸ κτ᾽ πόδας. Poſt certi temporis miniſterium ancillam, liberam eam eſſe cum ea paciſcendo, conuentionis obtemperandi legi domina nullam habet neceſſitatem. Vtque hoc verum eſt: ita è contrario, ſi filios ſuos libera cum eis exiſtens, in miniſterium tibi tradere promiſiſſe probetur, parere placitis non compellitur. Si filios ſuos libera cum eis exiſtens, in miniſterium tibi tradere promiſiſſe probetur.

Thalel. Forte promiſit tanquam ſeruos eos tradere in miniſterium. Nam ſi promiſit eos dare mercede miniſtraturos, tenetur: vtpote quod conſiſtat in faciendo.

Thal. Sic conſtrue, obtemperandi legi conuentionis, nullam neceſſitatem habet domina.

d Τὸ κτ᾽ πόδας. Si filium tuum liberũ genero vendidiſti, qui tam proxima neceſſitudine coniunctus, eius conditionis † mutationem ſimulare non poteſt: vtriſque ſociis criminis accuſator deeſt. † ἀνακλῶ.

e Thal. Quoniam in eos competit publicum crimen Fauianum, eum merito vocauit accuſatorem qui debet eos arguere.

f Τὸ κτ᾽ πόδας. Non idcirco minus quod te Limenarcha creato nemo contradixit, ciuitatis nomine tibi creato ſtatus quæſtio moueri poteſt Nemo contradixit.

Thal. Ille rurſus dicebat, Propterea quod ciuitas mihi tanquam libero mandauit, Limenarchæ munus, factus ſum liber. Hanc eius defenſionem repellit conſtitutio.

g Thal. Hoc didiciſti etiam in lib. 1. τῶν πρώτων, quod non læditur ſtatus filiorum ex inſtrumento quod male factum eſt à parentibus.

h Theod. Poteſt Iudex de libertate aut ingenuitate ferre ſententiam etiam vna parte abſente. Memento 5. conſtit. 14. tit. huius lib. 7. Τὸ κτ᾽ πόδας. Iuxta edicti noſtri conſequentiam, etiam in negotiis de libertate, ſiue ea de ingenuitate moueantur, abſente nihilominus vna parte cauſam agitari, & ex iuris ratione ſententiam proferri nihil vetat.

i Thal. Didiciſti etiam in 4. conſtit. huius tit. quod etiam vno abſente cauſa agitatur.

Eivsdem. Didiciſti hoc etiam lib. 1. de iudiciis, quod etiam vna parte abſente oportet nihilo ſecius præſidem ſtare à veritate.

Τὸ κτ᾽ πόδας. Iubemus omnes epiſtolas actricis quas ad Ælium tanquam Decurionem fecerat, inanes ac vacuas eſſe, & ad irritum vocari, ac de ingenuitate eiuſdẽ Ælii quæri, nec mulieri obeſſe quod ad eum tanquam Decurionem ac * principalem ſcripſerit, vel id quod idem ſe finxerit Decurionem vel principalem, cum non ſolum teſtium profeſſione & cognationis eius iugum ſeruile cognoſcit, verumetiam voce propria eiuſdem Ælii apud aliud iudicium oſtenſum ſit, quod conditionis ſeruilis videretur. Tanquam ad Decurionem ac principalem ſcripſerit. * πρωτεύοντα. f. πρωτεύοντα.

Thalel. Sæpe Decurionem, hîc autem principalem. Vel id quod idẽ ſe vinxerit Decurionem vel principalem.

Thal. Cum eſſet ſeruus, finxit ſe Decurionem vel principalem, [ſi qua iugum ſeruile cognoſcit. Thalel. Ad illud cognatio retulit, ſi qua cognatio iugum ſeruile agnoſcit.]

k Τὸ κτ᾽ πόδας. Placuit eos qui naſcuntur, matrum ſtatibus vti, vt ex quarum mox viſceribus exeant. Ante vero litem nati, ſuo nomine omnes in quæſtionem vocentur, quoniam hos ſolos qui in lite nati erunt, qualemcunque matrum fortunam complecti oportet, & aut iuſtis tradi dominis, aut libertate cum lucis auctoribus frui, vt ex quarum mox viſceribus exeant.

Thal. Mox vel poſtea, hoc eſt poſtquam cœptum fuit iudicium. Et aut iuſtis tradi dominis. Thal. Eos tradi à iudice. Neque enim dici poteſt hodie tradi ab adſertore, cum in ſeq. tit. ſublati ſint adſertores.

l Thal. Non amplius per matrem videntur ipſi quoque trahi in ſeruitutem: ſed oportet ipſos trahi proprio nomine.

Digitized by Google

Titulus XXI.

περὶ ἐλευθέρου δοθέντος ὑπὲρ δούλου δικάσασθ.

De libero homine dato vt pro ſeruo litiget.

Liber VII. C. Tit. XVII.

IVBET [a] conſtitutio, & eum qui ex ſeruitute procla- L.1.in pr. C.de aſſertione tollenda.
mat ad libertatem, & eum qui ex libertate trahitur in
ſeruitutem, per ſe [b] litigare. Si autem ex libertate trahi-
tur in ſeruitutem, & dare defenſorem, & primam quæ
Defenſorem συνήγορον.
de [d] ſtatu profertur valere ſententiam, niſi ſecuta fue-
rit [e] appellatio: non amplius autem [poſt appellationẽ]
moueri iudicium de ſtatu, niſi rurſus facta fuerit ſecunda appellatio. ¶ Si §. 1.
quis autem [ex] ſeruitute dicit ſe eſſe liberum: peculium eius reponatur.
¶ Quilibet autem de [f] ſtatu litigans, ſi poteſt, dabit fideiuſſorem. Sed ſi §. 2.
non poteſt, iurabit: ſcientes quod ſi edictis vocati [g] annum abfuerint,
omnino contra eos tanquam contra ſeruos fertur ſententia. ¶ Quicun- §. vlt.
que autem de ſeruitute intentat actionem in duobus iudiciis, cum ipſe
qui vendicatur in ſeruitutem, non dederit cauſam duplicis actionis,
[[h] etiamſi dominus fuerit] priuetur ſuo iure. Etiam poſt mortẽ liberi L.2. ſeu vlt.
venditi agitur aduerſus venditorẽ: eiq; incumbit onus probandi [i] quod
ſeruum vendidit & non liberum. Si autem non: reddat quod debet.

a Theod. QVi proclamat ad libertatem, & per ſe & per procuratorem recte litigat & nec lata de eius ſtatu ſententia reſcinditur, niſi ſecuta fuerit appellatio. lege 4. conſtit. 19. tit. huius lib. 7. & ſcias quod dicit 11. conſt. 62. tit. huius dicti lib. 7. quod quis recte accuſat etiam per procuratorem. Idem didiciſti lib. 7. tit. 12. conſt. 2.

b Τὸ κατ' πόδας. Lites quæ de ſerui ſtatu mouentur, ad benigniorem tam examinationem quam exitum transferimus: iubentes ſi quis vel adhuc ſeruiens liberum ſe eſſe dixerit, vel in libertate agens ad ſeruitutem deuenerit: aſſertoris difficultatem in vtroque caſu ceſſare, ipſumque per ſe ad intentionem eius qui dominum ſe aſſerit, reſpondere: & ſi ex libertate ad ſeruitutem ducitur, etiam procuratorem dari minime prohiberi, quod iis qui ex ſeruitute ad libertatem proſiluerint, penitus interdicimus: illis legibus quæ dudu * & ſecunda & tertia vice adſertorias lites examinari præcipiebant, in poſterum conquieſcentibus: cum ſit iuſtum primam ſentẽtiam in ſuis manere viribus, cum prouocatio nulla oblata fuerit. qua porrecta ad ſimilitudinem aliorum negotiorum, Iudex ad quem res ex prouocatione defertur, eam examinet: cuius & ipſius iudicium ad ſecundam inquiſitionem minime deducatur occaſione legum quæ ſuper adſertoriis litibus poſitæ ſunt. Præterea de peculio eorum vel aliis rebus aut cauſis veterem defenſoris obſeruationem tollimus: præcipientes illorum ſolum peculia, qui ex poſſeſſione ſeruitutis de libera conditione litigant, aliaſque res quæ vendicantur, in tuto pro diſpoſitione iudicis collocari. Omnes vero qui pro libertate periclitantur, ſiquidem poſſunt fideiuſſorem dare, cum exigi. Sin vero reuera datio eius impoſſibilis ei ſit, hocque iudici manifeſte oſtenſum ſit, iuratoriæ cautioni committi. Scientes quod ſi poſt eam abfuerint, & edictis citati, in abſentia nihilominus per annum vnum durauerint, omni modo ſeruituti obnoxii erunt, & eius dominio qui litem eis intulit, ſine vlla dubitatione aſſignabuntur. Illos enim ſcire volumus qui aliquem ad ſeruitutem vocant, quod ſi poſt primam accuſationem in quocunque iudicio, vel ex diuina iuſſione factam, & admonitionẽ ei oblatam, qui ſeruus eſſe dicitur, in alio iudicio eum accuſauerint: præterquam ſi eius occaſionẽ ipſe qui ſeruus eſſe dicitur, præſtiterit, & ſi domini ſint, ſuo iure priuabuntur.

* In Reginæ exemplari ἐν τῇ τρίτῃ ἢ ἐν τῇ τετάρτῃ. Mentio hoc ſit & quaterque clamitatis.

c Thalel. Olim cuilibet de ſtatu litiganti non permittebatur cauſam per ſe agere, ne inueniretur ſeruus litigans aduerſus ſuum dominum: ſed oportebat eum dare aſſertorem qui dicebatur: hoc eſt, hominem quẽdam liberum, qui debebat litigare aduerſus dominum eius. Difficultatem ergo inueniendi aſſertorem tollit conſt.

d Eivsdem. Hoc eſt, vtimur præſumptione dicentes eum fuiſſe ſeruum vſque in hodiernũ diem, nec debere per ſe litigare: in alio autem non dicimus. Ecce enim qui ex libertate vendicatur in ſeruitutem, poteſt dare procuratorem. Qui autem ex ſeruitute proclamat in libertatem, nõ poteſt dare procuratorem.

e Thal.

Digitized by Google

e THAL. Olim obſeruabatur vt ſi quis de ſtatu litigans victus eſſet, iterum ſecundo & tertio litigaret: hodie autem ſicut in aliis rebus, iubet conſtit. vt † ſi non data fuerit appellatio, valeat prima ſententia. THAL. Nam ſi aduerſus eum data fuerit appellatio, oportet retro examinari ſententiam. † Male autem Latini putant ſemel tantum appellandū.

f THAL. Antiquitus eum qui ſeruum defendebat, oportebat eſſe obnoxium dandæ pro eo cautioni. Igitur hoc quoque tollit conſtitutio.

g EIVSD. Iudice non examinante iuſtane de cauſa an iniuſta abſuiſſent.

h EIVSD. Hoc eſt, Et ſi non malam cauſam defendebat, à iure excidit. [Nota autem quod de iis tantum dicit qui ex libertate vidicantur in ſeruiturem.]

i THEOD. Etiam poſt mortem liberi venditi, agitur aduerſus venditorem, & ei incumbit onus probandi quod ſeruum non autem liberum vendiderit. Memento 2. conſtit. tit. lib. 3. & lege lib. 8. tit. 44. conſtit. 21. & 25.

THAL. Nota quod venditorem grauauit onere probandi, non autem eum qui aduerſus ipſum agit: & merito factum confirmat ac tuetur venditor, dicens ſe ſeruum vendidiſſe.

Titulus XXII.

De ordine cognitionum.

περὶ τάξεως δικῶν.

LIBER VII. COD. TIT. XIX.

l. 1. C. de Ordine cognitionum. QVI [a] dicit ſibi deberi cum de ſtatu aduerſus eum agatur, debet prius probari quod ſit liber, & tunc petere ea quæ ſibi debentur. l. 2. SI [b] quis agat aduerſus quempiam dicens eum nec hæredem eſſe ſcriptum, ſed ſuum quoque eſſe ſeruum: oportet primum quæri de libertate. Si autem agat de hæreditate: oportet quidem ordinari [c] iudicium de ſtatu, tunc autem agi de hæreditate. [Et ſufficit ei qui trahitur in ſeruitutem ſi probauerit ſe hæredem ſcriptum: ſequitur enim & tacita libertas ex eo.] l. 3. [d] QVOTIES ab aliquo in quempiam intenditur crimen, ab alio autem agitur de ſtatu: oportet primum quæri de ſtatu, vt ſciamus vtrum de crimine debeat quæri tanquam aduerſus [e] ancillam, an tanquam aduerſus liberam.

a THEOD. SI aduerſus quempiam actum fuerit de ſtatu, non petit ea quæ debentur, niſi prius probatus fuerit eius ſtatus. Similiter dicit 4. & 5. conſtit. huius tit.

Τὸ κατὰ πόδας. Cum & ipſe confitearis ſtatus te controuerſiam pati: qua ratione poſtulas, priuſquam ſtatus tuus fuerit probatus accuſandi tibi tribui poteſtatem contra eum qui te ſeruum eſſe contendit? Cum igitur, vt doces, ſtatui generis confidis, ex iure ordinario adi Præſidem, qui de libertate cauſa prius cognita, ex euentu quid de crimine ſtatuere debeat, non dubitatur. Accuſandi tibi.

THAL. Accuſandi. Is enim forte dicebat ſe ab eo paſſum eſſe rapinam: & quærebat in eum agere lege Iulia de vi priuata, hoc enim oſtendit etiam finis conſtit. qui ſic habet, Ipſe iudicat quid debeat dicere de crimine.

b THEOD. De controuerſia libertatis quæritur ante actionem de hæreditate Dicit 3. conſtit. huius tit quod agitatur etiam ante crimina. Lege enim lib. quoque 9. tit. 9. conſtit. 25. Scias autem quod 6. etiam conſtit huius tit. dicit quod etiam de ea agitur antequam agatur Quorum bonorum. Similiter dicit 7. conſtit. huius tit. faciens differentiam inter eum qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis, & eum qui degit vt liber. Memento [vero] 2. conſt. 16 tit. huius lib. 7.

Τὸ κατὰ πόδας. Si de hæreditate & libertate cōtrouerſia eſt. prius agi cauſa libertatis debet Sed ſi de hæreditate agetur, ordinanda quidem eſt cauſa libertatis: ſed ſufficit ei qui libertate vtitur, ad victoriam de hæreditate pro eo lata ſententia.

THAL. Conſtabat quidem eum eſſe ſeruum hæreditatis, ſed alius quidem dicebat quod cum in inutili teſtamento ſcriptus fuiſſet hæres, nec libertas ei competiit, nec hæreditas, ipſe autem dicebat contrarium.

c EIVSD. Si volo principaliter in eum agere de hæreditate, oportet prius ordinari iudicium de ſtatu, interim autem agi de hæreditate. Ei autem ſufficit ad victoriam probatum eſſe quod ſcri-

Digitized by Google

ptus ſit hæres, habet autem ex eo tacite libertatem conſequentem. Sed ſi victus fuit litigans de hæreditate, tunc nihilominus agit de libertate.

d Τὸ κ. πόδας. Si crimen aliquod inferatur ei quam ingenuam eſſe dicis: ante de ſtatu libertatis ordine agi debet, cognitionem ſuſcipiente Præſide, quoniam neceſſe eſt prius oſtendi, ſi crimen probatum fuerit, vtrum vt in liberam & ingenuam, an vt in ancillam quæri oporteat.

e THALEL. Iam etiam in πρώτοις in lib 2. didiciſti, quod alias grauius punimus ſeruos, alias leuius liberos.

[a] QVIDAM intendebat actionem, & ab eo aduerſus quem intendebatur actio, [b] dicebatur eſſe ſeruus. Dicit ergo conſtitutio, quod ſi te quidem dixerit eſſe ſeruum ſuum, agetur de ſtatu iudicium: & ſi liber fueris pronunciatus, non prohibeberis agere contra eum. Sin autem te dicit eſſe ſeruum, non proprium, ſed alienum: ceſſat quidem de ſtatu iudicium. Sed iudex criminis debet [c] examinare ſiſne liber, an non: quærens conſiſtatne iudicium, an non. QVI [d] vendicatur in ſeruitutem, & dicit quædam deberi, debet prius ſtatum ſuum probare, & poſtea agere de iis quæ ſibi debentur. [e] MOVEBAT quidam aduerſus quoſdam iudicium de rapina, dicens eos eſſe etiam ſeruos proprios. Dicit conſtitutio quod oportet prius quæri de eorum conditione, & ita de rapina. Nam ſi [f] probatum fuerit eos eſſe ſeruos, non amplius in eos agitur de rapina, ſed traduntur domino. SI [g] quidam qui Petri dicebatur eſſe ſeruus, accuſabat Petrum vt qui multa ex iis rebus quæ ad ipſum [h] pertinebant [i] rapuiſſet: ille autem cui de reſtitutione rerum raptarum interpellatur, dicebat, Es meus ſeruus, & non potes [omnino] mecum agere in iudicio: Cum ergo probatum fuerit te eſſe liberum, & res eſſe tuas, & me eas rapuiſſe, tunc ea accipies quæ dicis me rapuiſſe. Sed ille rurſus qui dicebatur ſeruus, dicebat: Da interim res meas, & tunc age mecum de ſtatu, & tibi reſpondebo. Dicit ergo conſtitutio, Dic mihi, Hic qui dicitur eſſe ſeruus, & paſſus eſt rapinam, eſt in poſſeſſione ſeruitutis, an in poſſeſſione libertatis? Si cum ſit quidem in poſſeſſione ſeruitutis, proclamat ad libertatem, & accuſat eum qui poſſidet, vt qui rapuerit quædam quæ ad ipſum pertinent, tanquam liberum [exiſtentem:] decidatur primum cauſa ſtatus, & tunc cum probatum fuerit eum eſſe liberum, de rebus raptis intentet ſecundum leges actionem. Sed ſi eſt in poſſeſſione libertatis: interim quidem res ei [l] dentur, ſeu reſpondeat de rapina: & tunc iudicium moueat de libertate. Non vult autem conſtitutio Petrum abſolute dare ea quæ rapuit, ſed accepta prius ſatiſdatione, quod res ſaluas conſeruabit & integras. Sin autem non det fideiuſſores: tunc res dentur *ſequeſtro, vt illas ei qui vicerit reſtituat. Accipiat autem ille ex rebus ſequeſtratis quantum iudex pro eius alimento decreuerit, & pro ſumptibus litis. Si iam autem [m] motum ſit iudicium de rapina rerum & lata ſit ſententia, & ille nolens ſatisfacere ſententiæ, fingat ſe de ſtatu agere: cogitur exhinc res ei reddere, & tunc de ſtatu litigare.

L. 4.

L. 5.

L. 6.

L. vlt.

* ἐν μεσεγγύῳ.

a Τὸ κ. πόδας. Si ſtatus controuerſiam patiaris: lite prius de libertate finita, ſi pro te pronunciata fuerit ſententia, agere etiam aduerſus eum qui ſe dominum tuum eſſe contendit, non prohibeberis. Quod ſi ideo te ab accuſatione expellit, quaſi ſeruum non proprium, ſed alienum: ceſſat quidem quæſtio libertatis, cauſæ autem examinatio apud eum qui iudicat oſtendet, vtrumne accuſatio induci debeat propter ſtatum perſonæ, an euaneſcat.

b THAL. Eo in quem agebatur dicente eum qui agebat eſſe ſeruum proprium: hoc enim pater † ex eo quod infertur, Sed ſi non dicit te ſeruum eſſe proprium.

† ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου.

c EIVSD. Quoniam enim non dicit ſe dominum, non oportet inter vtroſque moueri de ſtatu iudicium: ſed iudicem examinare cauſa ne ſit admittenda an non.

d Τὸ κ.

Digitized by Google

d Τὸ κατὰ πόδας. Cum ſtatus quæſtionem tibi moueri, & te debita velle petere commemores: eſt ordinarium ſolemnibus prius interpoſitis, ſi hoc iuris admiſerit ratio, cauſam de libertate apud Præſidem prouinciæ decidi, vt ſi ſis liber, aut non eſſe ſeruus fueris pronunciatus: tunc tibi iure debita reſtitui iubeat; cum hoc incerto, vtrumne tibi exiſtenti libero, an domino tuo, ſi ſeruum te ſententia declarauerit, debeatur, ad ſolutionem vrgeri debitorem tuum non conueniat.

THAL. Fortaſſe erat vnus ex iis qui ſunt prohibiti proclamare ad libertatem, & ideo dixit conſtit. Si lex permittat, prius proclama ad libertatem.

THALEL. Potes quidem dicere quod ipſe debitor dicebat eum eſſe dominum. Sed vt ſequaris verba cõſtitutionis, pone caſum quod debitor non dicebat ſe dominum, ſed eum dicebat eſſe ſeruum, vt ipſe eſſet debitor domini ſui.

e Τὸ κατὰ πόδας. Si res tuas raptas vel amotas eſſe dicis ab iis quos ſeruos tuos eſſe contendis, hiq; in libertatem proclamauerint, cauſa de libertate prius aduerſus eos, & tunc de damno dato & rebus amotis lis apud Præſidem prouinciæ conteſtanda eſt, vt ſi quidem liberi vel ſerui non eſſe pronuncientur: tunc de damno dato & amotis rebus procedere poſſit adhibita probatione condemnatio. Si vero ſecus: quæſtio rerum amotarum euaneſcat. [Et] de rebus amotis.

THAL. † Res amotæ proprie appellantur quando vxor res mariti rapit. Vt ſi quidem liberi vel ſerui non eſſe pronuncientur. †Amotarum, ereptarum. † [illegible] (f. [illegible]) [illegible].

THAL. Nota. hoc enim tibi dixit [& prior] conſtitutio, quod perinde eſt dicere eos aduerſus quos agitur eſſe liberos, ac dicere non eſſe ſeruos.

f [EIVSD. Aliter hoc eſt ſi pronunciati fuerint ſerui. perge ibidem.]

g THAL. Id eſt, Si pronunciatum fuerit eos eſſe ſeruos, nam inter dominum & ſeruum non conſiſtit iudicium.

h Τὸ κατὰ πόδας. Si quando ſtatus cauſa mota fuerit, aut à parte eius qui dicitur eſſe ſeruus, de rebus raptis: vtrum de poſſeſſione ſeruitutis in libertatem ſit reclamandum, [putet] an vero ex poſſeſſione libertatis in ſeruitutem trahatur, conſideratur. Ac ſi eum de obſequiis ſeruilibus libertatem conſtiterit petere, ante decidi ſtatus conuenit cauſam, atque ita præberi direptarum rerum, ſi res exegerit, audientiam. Quod ſi ei qui ad ſeruitutem vocatur, quicquam direptum eſſe dicitur: vniuerſa quæ conſtiterit ablata, ita demum reddi conuenit ei qui ſeruus eſſe dicitur, ſi modo ſaluam rem futuram per idoneos fideiuſſores promiſerit. Nam ſi tales fideiuſſores non poſſunt dari: tunc ea, nempe quæ fuere rapta, de quibus in iudicio quæritur, [conuenit] ſequeſtrari in eum diem quo controuerſia finietur: ita tamen vt ex his rebus ſi qua alia facultas eſſe non poterit, tantum litis ſumptibus & alimoniæ hominis ſuppeditetur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatum. Cum autem necdum lite de ſtatu mota, res ab aliquo direptæ ſint, & ſententia de reſtituenda poſſeſſione rerum lata, ille ne huic ſententiæ ſatisfieret, de ſtatu controuerſiam mouit: neceſſe habet etiam ſine ſatisdatione eaſdem res reddere, & tunc cauſam de libertate ſecundum iuris ordinem exercere.

Ex ipſis rebus quæ ad ipſum pertinebāt rapuiſſet. Nota quod conſtitutio locum habet ſolum in rapina de qua etiam loquitur. Quamobrem cum is qui vendicatur in ſeruitutem, non dicit ſe paſſum eſſe rapinam, ſed forte petit debitum, vtitur ſuperioribus conſtitutionibus.

[k THAL. † Sic conſtare præberi audientiam.

l THAL. Vt interim donetur res ei qui apparet eorum dominus.]

m EIVSDEM. Hic ius aliud dicit conſtit. nempe quod ſi iam lata fuerit ſententia vt res reſtituantur, ille autem vt effugiat ſententiam, præoccupat mouere de ſtatu controuerſiam, interim vniuerſas res reſtituit. † [illegible] (f. [illegible]) [illegible] ἀκρόασιν.

Titulus XXIII.

De colluſione detecta.

Περὶ [illegible]

LIBER VII. COD. TIT. XX.

L. 1. C. de colluſ. deteg. CVM [a] acceſſiſſet filius dicens de matre ſua, quod à ſeruo ſuo viriata, inter eam & ſeruum ſuum moto iudicio, qui dixit ſe fuiſſe ingenuum, redemptumque eſſe ſeruum, colluſit matrem, & viſus eſt ille eſſe ingenuus. Reſcribit conſtitutio eum [b] manſiſſe ſeruum. Nam & ſi ille, inquit, [c] conſenſit colluſioni, te filium ex eo non læſit ingenuitas. IVBET [d] Senatuſconſultum,

l. 2.

Digitized by Google

factis conuentionibus inter libertum, & eum qui ſe dicit patronum, libertos nunquam transferri ad ingenuitatem: eum autem qui hoc fecit, [e] puniri perdentem iura patroni, & eum qui id conuincit, pro [f] præmio illum accipere in ſuum libertum.

a Theod. QVi cum eſſet ſeruus, & cum domina ſtupri habuiſſet conſuetudinem, ne per ipſius quidem colluſionem cenſetur eſſe liber: ſed etiam vt ſcriptum eſt lib. 9. tit. 11. conſtit. 1. is viuus vritur. Non ergo quod colluſio nec in ſtatu alicui prodeſt, ſed nec nocet, vt vult 27. conſt. 16. tit. huius lib. 7.

Τὸ κατὰ πόδας. Cum ſeruum matris tuæ, & in ſtupro violaſſe dominam ſuam, & turpis coniunctionis maculam, excogitatę ingenuitatis colluſione, & fictæ captiuitatis prætextu apud competentem iudicem obtegere voluiſſe proponas, & nec libertatem ei matrem tuam dediſſe, ſed in ſolam ingenuitatem eum nudæ affirmationis mendacio producere conatam aſſeueres: ſeruum eſſe palam eſt, quando etiam diui Pii conſtitutio facta de captiuitate, quam non interceſſiſſe dicis ingenuum feciſſe non videatur, nec † adſeueratio conſenſus tui ingenuitatis ius tribuere potuerit. († διαβεβαίωσις, affirmatio.)

b Thalel. Nam quoniam eſt ſeruus, & non fuit manumiſſus, manſit ſeruus.

c Eivsdem. Ille affirmabat hunc quoque filium aſſenſum eſſe colluſioni. Dicit ergo conſtit. quod nec * tuus quidem colluſioni conſenſus potuit illum facere ingenuum. (* colluſio ma.)

[Thal. Cum vel illud ad ſeniores retulerit, quando docet hoc & illud factum.]

[*d* Theod. Nullus per conuentionem libertinitate liberatur. Sed & qui cum eo paciſcitur patronus excidit iure patronatus. lege vero in 6. lib. tit. 4. conſtit. 4. quod qui per colluſioné ſuum libertinum ingenuum dicit, excludit iure patronatus.

Τὸ κατὰ πόδας. Libertini ſtatus conſtitutis pactis non licere ſtatum commutare, † SC. Ninniano pœna ſtatura contra colluſionem & præmio diligenti promiſſo manifeſto ſtatim declaratur.] († τὸ τῶν Νιννιανῶν δόγματι ἐγκείμενον ἐπιτίμιον. Credo leg. Nonian vt referas ad Nonium Aſprenatem Coſ. temp. Domitiani.)

e Thalel. Pœnam vocat, quod ipſe excidat à iure patroni.

f Eivsdem. Præmium vocat, quod is qui conuicit, habeat ius patroni.

Titulus XXIV.

De longi temporis præſcriptione quæ pro libertate opponitur, & de peculio eius cui data eſt libertas.

(περὶ μακρᾶς χρόνου παραγραφῆς τῆς ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀντιτιθεμένης, καὶ περὶ πεκουλίου τοῦ ἐλευθερωθέντος.)

Liber VII. Cod. Tit. XXII.

SI [a] quis bona fide in libertate egerit viginti annos, aut [b] amplius: non poteſt ei amplius de ſtatu exhiberi negocium. [c] Sed ſi cum eſſet in fuga, ad viginti annos egerit tanquam liber: nihil præiudicii paſſa eſt eius ſeruitus. (l. 1. C de longi tēp. pſcript. q pro lib. &c.) [d] Ivbet conſtitutio quod qui tempore viginti annorum egit in libertate abſque interpellatione, non amplius in eum recte agatur. (l. 2.) [e] Ivbet conſtitutio, etiam ſi ſexaginta annos quis maneat ſeruiens, ipſum non pati præiudicium conditionis. (l. 3.) [f] Dicit conſtitutio ius quod ſitum eſt etiam in inſtitutionibus, quod qui ab aliquo quidem viuo fuit manumiſſus, ſi ei non fuerit ademptum peculium, id habet tacite. Qui autem fuit ab aliquo manumiſſus in teſtamento, ſi non ſpecialiter ei datum fuerit peculium: non id habet, ſed manet apud hæredem. (Eiuſdem tit. lib. 7. tit. 23. cap. 1.) (l Vn. C. de pecul. eius qui lib. meruit.)

a Theod. QVi 20. annos egit tanquam liber, aduerſus eum de ſtatu non agitur, niſi eſſet in fuga, aut niſi ex 2. huius tit. conſtit. de eo factum ei eſſet negocium. Lege autem 4. conſtitut. 59. tit. huius lib. quæ dicit generaliter, quod poſt 40 annos aduerſus neminem de ſtatu agitur. * Excipe tamen adſcriptitium & curialem. Nam et ſcribitur lib. 10, tit. 48. conſtitut. 23. ii lapſu temporis nunquam liberantur à ſua conditione. Sed (* Curialis vel a ſcriptitia conditio non quā præſcribitur.)

ne. Sed ne exiſtimes iura eſſe contraria, ſed quod hic quidem dictum eſt, de ſolo ſeruo intellige: quæ autem illic ſita ſunt, tractant de iis qui ſubiiciuntur conditioni libertatis, & de adſcriptitiis. Sic enim expoſuit excellens ille Patricius.

Τὸ κατὰ πόδας. Mala fide morato in libertate diu prodeſſe non poteſt longi temporis præſcriptio. Vnde cum conſidearis, fuga te ab eo cuius te meminiſti receſſiſſe: intelligis te ex hoc ſolo fine dolo malo in poſſeſſione libertatis non eſſe.

b Thal. Nota quod illud Diu, ſignificat tempus plus quam 20. annorum. De hoc autẽ tempore dicturus eſt in ſeq. conſt.

c Eivsdem. Quoniam hoc eſt Senatuſconſulti, ſufficit ad tempus repellendum.

d Τὸ κατὰ πόδας. Præſtat firmam defenſionem libertatis ex iuſto initio longo tempore obtenta poſſeſſio. fauor enim libertati debitus, & ſalubris ratio ſuaſit, vt his qui bona fide in poſſeſſione libertatis per viginti annorum ſpatium ſine interpellatione morati eſſent, præſcriptio aduerſus inquietudinem ſtatus eorum prodeſſe debet, vt & liberi & ciues Romani fiant.

Thalel. Quoniam hodie non eſt alia libertas, hoc recte dixit conſtit. Attende autem quomodo ipſa quoque quæſiit bonam fidem, ſicut & quæ præceſſit.

e Theod. Si ſexaginta annis ſeruierit liber, non redigitur in ſeruitutem. Memento eorum quæ dicta ſunt in 14. & 16. tit. huius lib. Τὸ κατὰ πόδας. Solam temporis longinquitatem, etiam ſi ſexaginta annorum curriculum præteriit, ius libertatis minime mutilare oportere, eſt conſentaneum æquitati.

Thal. Nam ſi ſe vendidiſſet ad pretium participandum, factus eſſet ſeruus.

f Theod. Ei qui manumittitur ab aliquo viuente, ſimul quoque peculium videtur manumitti, niſi fuerit ademptum. Ei enim qui manumittitur in teſtamento, non ſimul etiam manumittitur peculium ex præſumptione, niſi expreſſe hoc dixerit teſtator. Memento 5 conſtit. 14. tit. lib. 4. & 1. conſtit. 7. tit. huius lib. 7.

Τὸ κατὰ πόδας. Longe diuerſam cauſam eorum qui à ſuperſtitibus manumittuntur, & illorum quibus in teſtamento libertas relinquitur, diſſimulare non debebas, cum in priore quidem caſu conceſſum tacite peculium, ſi non ſit ademptum. Secundo autem niſi ſpecialiter fuerit datum, penes hæredes manere iuris ſit euidentiſſimi.

Thalel. Totum hoc ius [conſtitutionis] tibi dictum eſt .. Inſtit. tit. De legatis.

Titulus XXV.

De muliere ingenua à ſeruo amata, aut ab adſcriptitio.

Περὶ γυναικὸς εὐγενοῦς. (ſ. ἐρῶν) ἐρωμένης δούλου ἢ ἐναπογράφου.

LIBER VII. COD. TIT. XXIV.

L. vn. in pr. C. de SC. Claud. tollendo.

CVM in noſtris temporibus in quibus multos labores pro ſubiectorum libertate ſuſtinuimus, valde eſſe impium credidimus, quaſdam mulieres libertate ſua fraudari, & quod ab hoſtium ferocitate contra naturalem libertatem inductum eſt, hoc ex libidine ſæuiſſimorum hominum inferri, nempe vt quæ eſt libera conſtituta, vel ſemel decepta, vel infelici cupidine capta: vel alio quocunque modo, contra natalium ſuorum ingenuitatem deducatur in ſeruitutem, & ſit peſſimum dedecus cognationis ſuæ fulgori, vt quæ forſitan dedecoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimeſcat forſitan cognatis ſuis inferiorem.

v. Quod &c.

¶ Quod & in liberis obſeruari oportet. Quæ enim ſemel libertate eſt potita, per tale dedecus in ſeruitutem deduci, religio temporum meorum nullo patitur modo.

v. vlt.

¶ Sed ne ſerui vel adſcriptitii putent ſibi impunitum eſſe tale conamen, quod maxime in adſcriptitiorum coniunctionibus eſt* cauendum, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiuſmodi hominum conditio diminuatur: ſancimus ſi quid tale fuerit à ſeruo vel ab adſcriptitio perpetratum, habere,

* εὐλαβητέον.

liberam poteſtatem dominum eius, ſiue per ſe, ſiue per præſidem prouinciæ, ſeruum vel adſcriptitium caſtigatione competenti corrigere, & abſtrahere à muliere tali. Quod ſi neglexerit, ſciat in ſuum damnum huiuſmodi deſidiam reuerſuram.

a THEOD. ETIAM ſi libera à ſeruo aut ab agricola fuerit amata, non fit ſerua, neq; amittit bona ſua Memento 1. conſt. 20. tit. huius lib. 7. & ſcias quod 1. conſtit. 11. tit. lib. 9. dicit quod mulier quæ nupſit ſuo ſeruo, capitali ſupplicio punitur.

THAL. Iam tibi dictum eſt etiam 3. lib. Inſtit. quod olim ſi mulier à ſeruo [alieno] amata, tribus acceptis denunciationibus non receſſiſſet, ipſa fiebat ſerua, & omnia eius bona pertinebant ad eum qui fiebat eius dominus. Nota autem quod hoc Senatuſconſultum fuit ſublatum propter multas rationes quæ ſunt in conſtitutione.

b THAL. Quoniam accidebat in ſeruis, vt cum qui naſcebantur forte ex muliere, eſſent liberi, alii emerentur: eſt autem hoc durum procedere in adſcriptitiis: propterea maxime dicit conſtit. hoc in adſcriptitiis eſſe durius ac grauius.

Titulus XXVI.

Ne liberti de cætero opus habeant iure aureorum annulorum & reſtitutionis natalium: & de iis qui naſcuntur ex libera & adſcriptitio.

ὅτι τοὺς ἀπελευθέρους τοῦ λοιποῦ μὴ δεῖσθαι δικαίου χρυσῶν δακτυλίων καὶ παλιγγενεσίας καὶ ἀνάπτυχα (f. ἀναπτυχάρου) πεποιημένου.

NOVELLA LXXVIII. CONSTIT. I.

STATVIMVS, a vt ſi quis ſeruo ſuo manumiſſo aut ancilla, eos fecerit ciues Romanos, neque enim licet aliter: ex hac lege ſciat, quod qui accepit libertatem, protinus quoque conſequens eſt habiturus ius aureorum annulorum, & reſtitutorum natalium: neque hoc amplius neceſſario petet ab Imperatore: neque vlla opus habebit curioſitate: ſed cum vi libertatis hæc omnia concurrent. c. 1.

¶ Illud quoque præterea præcipimus, ne poſt hanc noſtram legem vlla in re lædantur iura patronatus quæ nos conſtituimus, in quibus omnino perſonis ea reſeruauimus: niſi ab iis quoq; libertum liberauerit is qui donauit libertatem, aut per fideicommiſſum hoc reliquerit, aut in ipſa manumiſſione hoc adiecerit. Nam ſi hoc quoque dederit, omnino abſoluatur is qui manumittitur à iure patronatus, quoniam hoc ille mandauit. Habeant igitur hæc omnia qui ſunt dignati libertate: exhibeant tamen etiam poſt hanc noſtram conſtitutionem iis qui eos ad hunc honorem perducunt, omnem reuerentiam, & quod vocatur obſequium, & à legibus recte inductum honorem. Quinetiam à manibus abſtineant aut inſidiis, aut aliis, ex quibus liberti tale quid facientes, ſecundum de his ſcriptas leges ſubeunt reuocationem in ſeruitutem, & priori reſtituuntur conditioni. Si enim nullum omnino in eum qui donauit, eſſe ingratum conceſſimus, etiam ſi ſit ex nobiliſſimis & maxime ingenuis: ſed in legibus iam à nobis ſcriptis donationes irritas pronuntiauimus, & in iis quæ quotidie iubentur à nobis: quomodo ſuſtinuerimus vt manumiſſor qui perinde ac pater ſe gerit in libertum, ab illo quicquam improbi patiatur, aut atroces forte & indecētes iniurias, aut plagas, aut magnum c. 2.

& in-

Digitized by Google

& intolerandum aliquod damnum accipiat? Quin ſi quid horum ſe legitimis probationibus paſſum arguat is qui libertatem dedit, aut etiam eius filii, poſt dictas probationes, libertum priſtinæ conditioni reſtituemus: à nominum quidem curioſitate, & damno quod ex eis prouenit, omnes liberantes: quod iuſtum autem eſt & æquum, & quod decet legiſlatorem, Deoque eſt gratum, tam liberto quam rurſus domino vndique conſeruantes.

§. 1. ¶ Quamobrem ſint quidem liberti etiam ingenui, ſiue qui iam ante manumiſſi ſunt, ſiquidem expreſſis verbis hoc eis fuit conceſſum: ſiue qui poſt hanc noſtram legem in libertorum numerum perueniunt: viuant autem tanquam iam facti ingenui: & reddant honorem debitum manumiſſoribus: ne ipſi rurſus & à libertate, & ab ingenuitate excidant, tanquam beneficii immemores, ingratique conuicti, & à lege condemnati. Erunt enim hi perpetuo liberi & ingenui, ſi manumiſſoribus eorumque filiis minime perturbatam liberamque ſui reuerentiam & honorem, acceptique beneficii memorem animum conſeruauerint. Quibus quidem obſeruatis, nunquam in priſtinam relabentur conditionem.

a Theod. QVOMODO is qui manumittitur, cenſeatur ciuis Romanus, & ius habeat aurei annuli, & reſtitutorum natalium: ſed ſubiiciatur iuri patronatus, niſi id expreſſe fuerit remiſſum ab eo qui manumiſit (volens enim patronus remittit ei qui manumittitur, iura patronatus) dicit 3. & 4. conſtit. 4. tit. 6. lib. Cod. Si vis autem ſcire de iure patronatus & ſucceſſione, lege ſupradictum 6. tit. & 7. tit. eiuſdem lib. 6 & ſcies. Si vis autem diſcere de manumiſſionibus, lege 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. tit. lib. 7. Cod & ſcies.

Nou. 119. c. 2. a SANCIMVS adoleſcentibus, eo tempore quo eis licet teſtari de aliis ſuis facultatibus, dari etiam poteſtatem ſuos ſeruos manumittendi in extremis voluntatibus: nullum his impedimentum afferente ætate: ſed ceſſante lege quæ prius prohibebat.

Nou. 162. c. 2. b SANCIMVS vt ſi quis ex libera & adſcriptitio natus ſit, maneat quidem liber, & nullo modo maternam amittat ingenuitatem. Oſtendit autem quæ eſt à nobis facta conſtitutio, quod vult tales permanere prędiorum incolas, & cultores agrorum, vt qui illic nati ſunt: hoc enim ſibi vult coloni appellatio. Non damus ergo eis poteſtatem prædium quidem deſerendi, alio autem ſe recipiendi: ſed ſi omnino quidem nati fuerint aliqui in aliquo prædio; ſiquidem ex matre adſcriptitia, eſt euidens quod adſcriptitii ſunt omnino futuri. Sed ſi ex libera, manent quidem liberi, & quæ ab eis ſunt acquiſita, penes eos erunt, neque fiet peculium dominorum, è prædio tamen non egredientur, ſed hoc excolent: neque erit in eorum poteſtate, vt hoc quidem deſerant, alia vero aliena obeant, niſi fuerint domini propriæ alicuius poſſeſſionis, quæ ipſos in ea ſatis occupatos tenere poſſit, neque permittat vt alia prædia colant: inque illam tranſmigrent. Alioqui ſancimus vt omnibus modis in prædio maneant, liberi quidem conſtituti, ſed ab incolatu detenti. Et hoc quidem ita ſit cõſtitutum. Coloni, pr[illegible], id eſt, mercenarii.

c. 3. ¶ Sed nec alienum nobis viſum eſt, illud quæſitum dignum cenſere noſtra diiudicatione. Nam ſi mulier adſcriptitia cum aliquo adſcriptitio qui ad alterum pertinet, coniugium ineat, quæſitum eſt de prole, ſi filii ex ipſis naſcantur, vtrum ad dominum viri, an ad dominum mulieris prolem pertinere conueniat. Sancimus igitur, ſi tale quid fiat, & inter ſe conuenerint diuerſorum dominorum adſcriptitii, quandoquidem de

Digitized by Google

conditione non eſt controuerſia, cum venter liber non exiſtat, ſint quidem nati adſcriptitii: non tamen matri totum dabimus, neque eius domino. Sed ſi vnus quidem natus fuerit filius, venter ſationi præferatur: & quod natum eſt, ſit domini matris. Sin vero duo forte filii: ambo inter ipſos electione facta ductis ſortibus. Si vero impar filiorum numerus: id quod redundat, maternus ſinus retineat: vt ſi tres exiſtant, duo quidem ſint matris, vnus autem patris. Et rurſus ſi quinque, tres quidem ex natis, ſint domini matris: duo autem patris. & eodem incremento procedat numerus: quod æqualiter quidē poteſt diuidi, ex ęquo diſtribuens, quod vero redundat, (quod eſt etiam gratioſius) hoc matri tribuens. Oportet enim eam maiore ſtudio proſequi, quæ & in partu laborauit & peperit, & aluit: quam eum qui obiter voluptati dans operam, filium generauit.

a THEODO. Adoleſcentes qui poſſunt teſtari, recte etiam relinquunt libertates. lege lib. 6. Cod. tit. 24. conſt. 4. vbi dictum eſt quod maior 14. annis, & non minor, recte teſtatur.

b THEOD. Qui ex matre & patre adſcriptitiis naſcuntur, ſunt adſcriptitii, & patrem ſequūtur, niſi parentes eorum ſint † aduerſorum dominorum. Tunc enim patri & matri diſtribuuntur, matre habente electionem, & quod redundat in ipſis filiis. Memento enim 156. Nouellæ, & lege lib. 1. Cod. tit. 48. conſt. 23.

† diuerſorum

FINIS LIB. XLVIII.

Imperialium conſtitutionum.

SEQVVN-

SEQVVNTVR TIT. DIG. COD. ET AVTHENTICORVM QVI IN SEQENTI

opere continentur.

De arris ſponſalitiis lib.5. Cod.tit.1. ſed eſt imperfectus.
De ritu nuptiarum. Dig.23.tit.2. ſed deſunt in principio aliquot capita.
De nuptiis. Cod.lib.5.tit.4.
De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem ſeu curatorem filia. Cod.lib.5.tit.6.
Nouella 22. De iis qui nuptias iterant.
Inſt. De nuptiis.lib.1.tit.10.
Nouellæ 117.cap.4.
Nouella 107.cap.6.
Nouellæ 89.cap.8.
Nouellæ 117.cap.2. Nouella 12.
Nouellæ 117. Nouellæ 134.cap.13.
De diuortiis & repudiis Dig.24.tit.2.
De repudiis. Cod.5.tit.17.
Nouellæ 27.cap.9.
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Dig.24.tit.3.
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Cod.5.tit.18.
De actione rerum amotarum Dig.25.tit.2. ſed in principio deſunt aliquot capita.
De actione rerum amotarum. Cod.5.tit.21.
Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur. Cod.eiuſd.lib.tit.22.
Nouellæ 22.cap.20. De lucris matrimonialibus.
Nouellæ 117.cap.3. Nouellæ 53.cap.vlt.
Nouellæ 91.cap.1.
Nouella 22. De viris & mulieribus qui ſecundum contrahunt matrimonium.
De ſecundis nuptiis. Cod.5.tit.9.
De donationibus ante nuptias. Cod.5.tit.3.
Si ſecundo nupſerit mulier cui maritus vſumfructum reliquit. Cod.5.tit.10.
Nouellæ 39. De reſtitutione rerum dotalium, & de ea quæ peperit vndecimo menſe poſt mortem (mariti.
De iure dotium Dig.23.3. Sed in principio deſunt aliquot capita.
De Dotis promiſſione. Cod.5.tit.11.
De iure dotium. Cod.5.tit.12.
De rei vxoriæ actione. Cod.5.tit.13.
De augmento dotis & donationis ante nuptias & earum priuilegiis. Nouella 97.
De tempore non numeratæ dotalis pecuniæ.
Vt donatio propter nuptias ſpecialis contractus ſit. Nouella 119.
De pactis dotalibus. Dig.23.4. ſed in principio deſunt aliquot capita.
De pactis conuentis tam ſuper dote &c. Cod.5.tit.14.
De dote cauta non numerata. Cod.5.tit.15.
De fundo dotali. Dig.23.tit.5.
De fundo dotali. Cod.5.tit.23.
Nouella 61. Vt res immobiles donationis ante nuptias, nec pignori obligari, &c.

Digitized by Google

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, SIVE IMPERIALIVM CONSTITVTIONVM LIBER XXVIII. TIT. II.

LIBER V. CODICIS. TIT. I.

De arris ſponſalitiis.

Idē dicit tādem lib. 11. tit. 1. cap. 76. lib. 53. cap. 18. Ad legem Rhodiam, & lib 19. tit 3. cap. 1. lege etiā 18. Nouellam Domini Leonis. Quære cap vltimū ſeq. tit. Quære etiam cap. 4. & tit. 3. cap. 7. & tit. 3. cap. 13. & Thalelæi illic interpretationem cap. 16. & noſtrū illic ſcholiū, quod oſtendit ſuſſe quidem ei propoſitum celebrare nuptias, & ſic deceſſiſſe. Quære lib 10 tit 4. cap. 9. them 3. † Reſtituet ſimplū quod apud eam eſſe apparet, non oportet enim eam lucrum percipere ex damno alterius. Sed ſi res fuerit cōſumpta, propter damnum nō aſtringetur mulier.

ARRÆ [a] hæc eſt natura, vt ſi is quidem qui arram accepit, recuſauerit (matrimonium): duplum reddat quod accepit. Sed ſi is qui dedit: arram amittat. Τὸ κτ' πόδας. ARRIS autem ſponſaliorum nomine datis, ſi interea (antequam factæ ſint nuptiæ) [b] ſponſus vel ſponſa deceſſerit: quæ [c] data ſunt (pro arra) iubemus reſtitui: (ei qui dedit) niſi cauſam vt nuptię non celebrarētur, defuncta perſona iam præbuit. SI [d] mulier quæ eſt ſui iuris, & adultæ ætatis, arris acceptis recuſarit matrimonium, duplas [e] reddat arras. Quod ſi etiam cum eſſet minor, veniam petiit [f] ætatis, & arras accepit: rurſus reddat duplum. Sinautem eſt minor, & ipſa ætatis veniam non petiit, ipſum rurſus ſimplum quod accepit † reſtituet. ¶ Quod ſi etiam pater puellæ vel mater arras [g] accepit pro filia, cum [h] eſſent plenæ ætatis, ipſi quoque teneantur in duplum, ſi quidem cum poſſent procedere nuptiæ, id facere recuſent. Quod ſi etiam conſiſtere non poſſit matrimonium, ipſæ arræ reddantur ſimplæ. Sed ſi non erat eiuſmodi matrimonium, vt [i] non poſſet conſiſtere, propter iuſtam autem cauſam [k] recuſant, ſi ſciebant quidem & ante.

l. 3. C. de Spōſalib. & arris ſponſal. &c.

l. 5. in pr.

v. patrem.

SI *a* vnus ex ſponſis deceſſerit nullo impedimento allato nuptiis: data arra integra redditur. Nam vt dicit quinta conſtit. huius & 6. conſtit. 3. tit. libri propoſiti. Si is qui deceſſit, matrimonio impedimentum attulit: arrarum, quod ad ipſum attinet, damnum patitur. Lege etiam tertiam conſtit. dicti tertii tit huius libri.

b Forte enim vir iam dedit cauſam ne fierent nuptiæ, & cum amittendis arris tunc obnoxius tunc deceſſit. Ne hinc autem inducaris vt dicas hæc quoque eſſe in donatione: alia enim in illis ſeruatur diſtinctio, etiamſi aliqui confundunt vtrunque caput, & acceſſionē exiſtimant ſponſi quod ſponſæ datur oſculum: & ſi vis ſcire, lege ſequ. tit. cap. vltimum. eſt enim tit Cod.

c Aliud in donatione: vide vltimum cap. ſeq. tit. 18 nouella Imperatoris Domini Leonis Philoſophi, facile contemni arbitrata arræ in ſimplum amiſſionem, aut contra in duplum: & quæ tunc ſeruabatur magis ſecuta conſuetudinem, ſic decernit circa finem. Sic ergo & ex hac quæ nunc fit iuſſione, pro lege obſeruabitur quod eſt à conſuetudine confirmatum & obſeruatum hucuſq; & pœna ab eo exigetur qui ſpōſalia quęrit multare. Videtur ergo illa ſtatuere vt pœna poti. exigatur.

d Si maior 25 annis puella ſui iuris conſtituta, arris acceptis nuptias recuſauerit, eas reddit duplas. Idem etiam in puella minore 25 annis, quæ petiit veniam ætatis. Maiores 25 annis ſi impedimentum attulerint nuptiis filiæ ſuæ vel neptis duplas reddūt arras quas pro ipſis acceperunt. niſi matrimonium non poſſet conſiſtere aut nefariæ eſſent nuptiæ, aut iuſta cauſa extiterit: vtputa prodigus, aut alienæ religionis, aut ad coeundum impotens fuit propoſitus. Lege autem 5. quoque conſtit 3. tit. huius lib.

e Duplas reddat arras: hodie enim in quadruplo non redduntur arræ, ſed in duplo. Hoc autem non ſolum obſeruatur matrimoniis, ſed etiam in emptione & venditione: vt didiciſti lib. 4. tit 21. conſtit.

Digitized by Google

conſtit. 7. Nam ſi eſſet in poteſtate, pater teneretur in duplum, vt dicit conſtit. in iis quæ conſequuntur.

f Τὸ κατὰ πόδας habet, In competenti iudicio comprobatam: dicitque idipſum interpretans Thalelæus. Didiciſti enim ſecundo lib. Cod. in 44. tit. 2. conſtitut quod oportet poſt petitionem reſcriptum quoque inſinuare,& quædam alia facere. Qui autem petiit veniam ætatis, eſt in omnibus ſimilis ei qui eſt maior, præterquam ſi immobilia vendere oporteat, aut dare pignori. Tunc enim opus eſt decreto, vt lib. 10. tit. 25. c. 3.

g Sic didicimus in libro de dotibus quod etiā per perſonas intermedias fieri poſſunt ſponſalia.

h Nota quod in patre & matre non meminit veniæ ętatis, ſed voluit eos omnino eſſe ætatis legitimæ, quanquam potuit euenire: fieri enim poterat vt mulier quæ nupſerat 13. annos nata,& vir qui vxorem duxerat 15. annos natus, haberent ex hoc matrimonio filium 8. annos natum,& eſſet pater quidem natus 23. annos, mater autem 21. & iam petita venia ætatis ipſi accepiſſent arram pro filio ſuo aut filia:& tamen huius non meminit conſtitutio.

i Forte enim eſt ſcenicus eſt autem ſenatoris filia quæ eſt ei nuptura.

k Propter turpem forte eius aut profuſam ac luxurioſam conuerſationem: aut religionis ac dogmatis differētiam, aut propterea quod vt vir coniunctionem inire non poteſt ex qua ſit ſpes prolis. Hæc in Deſunt 7. folia.

DE RITV NVPTIARVM.

ſuo ſcilicet iure priuſquam duo menſes præterierint. poſt duos menſes quando etiam olim dabat inſcriptiones, nunc enim

l. 24. §. 1. ff. de ritu nupt. SIVE [a] iure mariti, ſiue [b] iure [c] extranei maritus [d] accuſauit vxorem ad- Dig. li. 21 tit. 2 c. 34 th. 1. Quære tit. 7. c. 2. circa medium,& lib. tit. 37. c. 39. the. 2. & 40. the. 2. Quære tit. 1. c. 13. & tit. 5 c. 24. & 29 & them. 2. & 16. & 22. & 20. the 1. & 2. & 26.

& ante duos & poſt duos menſes maritus dat inſcriptiones. vno & eodem reputato matrimonio.

ulterii: poteſt poſt condonationem eam rurſus accipere. FILIVSFAMI-

non habet enim miles ſpeciale priuilegium in matrimonio

l. 35. Quære tit. 5. c. 15. & lib. 37 tit 7. c. 39. lias miles non poteſt vxorem ducere ſine [e] conſenſu patris. PAVLVS. Neque tutor [f] nec curator poteſt eam cuius tutelam aliquan

ſi hoc autem fecerit, punitur etiam tan-

l. 36. do geſſit aut curam gerit, in matrimonium [g] accipere: niſi pater adhuc

quam adulter, vt lib 7. tit. 37. cap 2.

ſuperſtes eam † ipſi deſpondit, aut etiam aliter deſtinauit, aut etiam in ſuo teſtamento meminit vt ea forte Petro nuberet, & accidit vt Petrus fieret tutor aut curator puellæ, cui voluntatem ſeruans patris, puella cō-

ſicut nec filius eius videlicet libertus

l. 37. Quære tit. 5. c. 9. iuncta fuit matrimonio. IDEM. Libertus curatoris non poteſt in

ne patronum reueritus cum ſinat, nec petat vt reddat rationes.

matrimonium accipere eam cuius curam gerit eius patronus.

Quære c. 44. & lib. 13. tit. 1. c. 32. the. 2. & ſeq tit cap. 61. them. 1. & c. 8. & 10. & huius tit cap. 44. 46.

† Ipſi deſpondit, tutori ſcilicet aut curatori: tunc enim tutor eã accipiet patris voluntati paruit.

a Vir quidem poteſt intra duos menſes accuſare vxorem adulterii, poſt duos menſes autē poteſt extranei iure eam accuſare intra tempus aliquod definitum. An iure autē mariti, an iure extranei eam accuſet maritus, hæc eſt differentia, quod cum iure mariti quidem accuſat, non requiritur vt deponat inſcriptiones. Hoc quoque ſcias quod maritus non poteſt vxorem accuſare adulterii, niſi prius repudio ſoluerit quod cum ea conſtabat matrimonium. Hoc autem dic ante Nouellam conſtitutionem Domini Leonis. Cum ergo hæc didiceris, veni ad propoſitum. Maritus cum repudio ſoluiſſet matrimonium,& vxorem accuſaſſet adulterii, deſtitit ab accuſatione vſus abolitione: & vult eam rurſus accipere in matrimonium. Dicit Papinianus eum poſſe rurſus ipſi coniungi matrimonio, ſeu iure mariti ſeu iure extranei aduerſus eam inſtituit accuſationem.

ENANT. CXXXIV. autem Nouella dicit quod etiam poſt condonationem poteſt maritus intra duos annos accipere vxorem,& eſt contraria propter additionem.

b Adulterii accuſationem mouent hę perſonæ, maritus, pater, frater, patruus & auunculus. Patrem autem intellige patrem vxoris,& lege lib. 60. tit. 35. c. 15. them. 2. Leonis in noſtro 60. quod præter ſuperius dictas perſonas nemo poteſt mouere. Computantur autem menſes à miſſione repudii, & 3. Leonis, quod etiam qui accuſat iure mariti, calumniæ periculo ſubiicitur, & 4. quod dicit, Si maritus cum ſit præſes, non poſſit accuſare: mulieris pater impeditur, nec eis currunt 60. dies.

c CXVII. Nouella videtur dicere non eſſe differentiam inter maritum & extraneum accuſantem adulterii, ſed eum quoq; inſcribi priuſquam accuſet, adiectum enim habet aduerbium prius.

d * Nota aduerſus eos qui dicunt non eſſe contraria inter inſerta in repugnatione. Nam 134. Nouella etiam poſt condonationem permittit marito recipere vxorem, ſed intra biennium. * Idem falſo dicunt de Iuſtin. tit.

e Non ſolum in matrimonio, ſed etiam in concubinatu à milite ſummum ius exigitur. Dictū eſt enim lib 48. tit 5. cap. 11. them. 2. quod miles qui in concubinatu habuit filiam ſororis, exauthoratur & deportatur. Generaliter autem dictum eſt lib. 46. tit. 7. c. 39. quod præterquam in teſtamentis ignorantiæ militum non ignoſcitur.

ENANTIOPH. De milite lege lib. 5. tit. 4 cap. 21. quod videtur contrarium. Dicit enim quod abſque qualibet matrimonium ſolennitate omnes milites vxores ducunt, ingenuas tamen mulieres, nempe etiam ſi non facta ſit mulieri donatio antenuptialis, aut reliqui contractus matri-

Digitized by Google

moniales, vt dicit ſequens 22. conſtit. Nota quando poteſt tutor aut curator eam accipere vxorem cuius curam gerit.

f Lege 66. conſtit. huius tit. vt ſcias quod nec filius aut nepos tutoris poteſt etiam ſine dictis cauſis eam vxorem ducere cuius pater aut auus tutelam geſſit. hoc enim dicit Paulus in 9. cap.

g INNOM. Similiter cap. lix lviii. lxiii. lxv. lxvi. Recte autem tutor vxorem ducit eius cuius tutelam gerit, quo caſu etiam recte pupillum adoptat, vt lib 1. tit. 7. cap. 23. & lib. 5. Cod tit. lviii. conſtit. lx. & tit. lxii. conſtit. xix.

Quære huius tit. cap 25 th. 2 & c. 44 & 45 IDEM. [a] Qui in prouincia [b] adminiſtrat [c] officium [d] non poteſt eam l. 38.
ducere vxorem quæ in ea eſt nata, vel ibi habet [e] domicilium: ſpon-
postquam ſcilicet eius ſponſus depoſuerit officium
ſare [f] autem non prohibetur, & ſi mulier poſt depoſitum officium no-
ei coniungi matrimonio — ſimplas — ſcilicet ante officium
luerit nubere, ſolum reddit arras. ¶ eam autem quæ prius [g] fuerat de- §. 1.
Quære tit. 1. c. vlt. vel tit. 5 c 20. the. vlt. ſpōſa, poteſt accipere: nec fit dos caduca ſeu inualida, ſed valida ¶ Qui in §. vlt.
prouincia adminiſtrat officium, etiamſi ipſe non poteſt vxorem ducere
tempore officii, ſuas tamen filias aliis [h] collocare in matrimonium, &
filiabus
dotem pro eis dare non [i] prohibetur.

a Concubinam autem habere poteſt ex eadem prouincia, vt in fine lib 25.

b INNOM. Lege tit. 1. cap. 16. & huius tit. cap. lxii lxiiii. & lib. 5. Cod. tit. quæ contrarium dicunt iis quæ hic dicuntur de arris, & tit. 4. cap. 6. in quibus dicit. Eadem etiam in filiis Præſidis & domeſticis aſſeſſoribus, ſiquidem ipſis ſtudium præſtitit.

c CYR. Ne putes hoc caput eſſe contrarium vltimo cap. primi tit. Nam illud quidem tractat de Præſide: hoc autem de eo qui ſolum adminiſtrat officium, is autem ſubiicitur Præſidi, & ideo arræ reuertuntur.

d Quære tit. 1. & vltimum. & huius tit. cap lxvi. & xxix. & tit. v. cap. vii.

e Tempore quo adminiſtrat officium.

f In tempore officii.

g Quæ deſponſa fuit ante officium.

h ENANTIOPH. Contrarium in maſculo, cap. lvi. Ratio autem eſt, quoniā non ita ſolet vir ſocerum reuereri ſicut nurus. Adiectio.

i Filio quidem ducenti vxorem ne conſentire quidem conceſſum eſt, vt dicit Mattianus in 7. ca Excipe eū qui militat in ſua patria. Is enim poteſt accipere ex ſua ciuitate, vt dicit Paul cap. in lx.

l. 45 in pr.
Quære tit 5. c. 21 Hęc ſunt ſublata à Nouel 78. vt etiā c. 20. VLPIANVS. [a] Dicit lex, libertam quæ iam nupſit patrono, non Quære lib. 22 tit. 1. cap vlt. quod eſt Nouell 78. Nam ea manumiſſa. Ab eo ſcilicet qui emit & eius ipſe quoq; ſit hæres, vt lib. 45. tit. 1. c. 16.
poſſe inuito patrono alteri nubere. Patronum autem eum quoq; opor-
in hoc caſu — ſuis nummis
Quære lib. 7. tit. 8. cap 10. quod habet diſtinctionē. tet intelligere, qui eam [b] emit ea lege vt manumitteret: nam ea manu-
miſſa cenſetur liberta eius qui emit. Hęc, [c] cum poſitum fuerit patronum
ſuis nummis vt dictum eſt, nam ſi alienis, non videtur patronus.
Quære lib. 22 tit. 5. lib. 49. tit 1. c 14. & lib 22 tit 5. c. 50. & lib. 29. tit. 2. c. vlt. emiſſe, & manumiſiſſe. ¶ Si quis autem de aliqua [d] iurauerit ſe eſſe eius §. 1.
alteri
patronum, hoc [e] ius non habuerit, vt [f] non poſſit liberta eo inuito nube-
hac lege ſcilicet vt manumitteret.
re. ¶ Sicut nec ille qui non ſuis [g] nummis emit ancillam. ¶ Quid autem §. 2. & 3. Sed nec is qui iuſſu teſtatoris ancillam manumiſit.
quæ ex peculio caſtrenſi ad ſe pertinet
ſi miles qui eſt in poteſtate, peculiarem ſuam ancillam manumiſit, po-
teſt ne ius quod dictum eſt in ea habere, vt ea quæ ipſi nupſit, non poſ-
ſit poſtea eo inuito alteri nubere? Dicit lex. Tūc miles qui eſt in poteſta-
ſuam
Quære c. 48 tit. 1. c 28. te, poteſt hoc ius habere in libertam, quando ex [h] quæſito à ſe [i] peculio
Quære lib. 49 tit. 1 cap. 8 & lib. 48 tit 7. c. 50. them. 2. eam habuit emptam. Miles enim quam ex quæſito à ſe peculio habuit
eius
ancillam manumittens, ex conſtitutionibus reputatur eſſe patronus, &
etſi ſit in eius poteſtate
pater eius non poteſt in ea habere ius patroni.

a In lege quæ dicit libertam quæ iam nupſit patrono, non poſſe inuito patrono alii nubere. patronum illum quoque oportet intelligere qui ea lege emit vt manumitteret.

b Pone eum emiſſe ſuis nummis & manumiſiſſe. Nam ſi non emit ſuis nummis, non habet hoc ius,

ius, vt ipſe ſtatim infert Vlpianus. Nota autem caſum, nec putes eſſe contrarium quod habetur in c.50. huius tit. Illic enim expoſui differentiam.

c INNOM. Lege lib. 6. Cod. tit. 4. conſt. 1. De eo qui ſuis nummis, & de eo qui eſt in poteſtate lib. 40. tit. 1. c. 2 & de eo qui iurauit, lib. 37. tit. 14. & de filiofamilias milite, eundem lib. & tit. c. 2. Lege autem huius quoque tituli c. 49. & lib. 24. tit. 2. c. 11. & lib. 25. tit. 7. c. 1. & lib. 38. tit. 1. c. 13. & tit. 16. c. 6.

d INNOM. De his lege finem 4. tit. lib. 6. Cod. Dicit enim eſſe aliquos qui lege aliqua exiſtimati ſunt patroni etſi non manumiſerint, qui non ſunt proprie patroni, etiamſi eis debeatur reuerentia.

e EIVSD. Ad hoc autem ne poſſit in ius vocari non petita à Iudice venia, patronus exiſtimatur. Lege lib. 7. tit. 20. c. 20. the. 2. quod dicit, Patronus eſt qui manumiſit, & qui colluſionem detexit, & qui ſententia fuit pronunciatus, etſi re vera non erat, & qui ſe eſſe iurauit, ſicut non eſt patronus, quem iurauit libertus ſe non eſſe libertum. Lege etiam lib. 49 tit. 1. cap. vltimum quod dicit in fine. Quicunque autem non eſt re vera patronus, videtur autem eſſe legibus, vt qui iurauit ſe eſſe patronũ, non eſt autem re vera, vel qui detexit colluſionem patroni & liberti, ii honorem ſolum habeant, non autem lucrum percipiant ex bonis libertorum.

f Vt non poſſit liberta alteri nubere eo inuito.

g In ſumma enim qui ſuis nummis eſt emptus, liber eſt ab omni iure patroni, etiam iure veteri, vt relatum eſt lib. 6. C. tit. 4. c. 4. Sed nec qui ex cauſa fideicommiſſi ancillam manumiſit, quoniam ex neceſſitate & non ſua ſponte ei libertatem videtur impoſuiſſe, eum poſſe hoc ius habere dicit Marcellus c. 50.

h Filius enim qui eſt in poteſtate, ancillam quæ eſt ex peculio non caſtrenſi, non poteſt inuito patre manumittere, eam autem omnino manumittit voluntate patris, alias enim neque poteſt, neque habet in ea ius patroni: ſed eius pater habet qui conſenſit libertati. vt didiciſti ex lib. 40. Dig. tit. 1. c. 22. ex lib. Papiniani De definitionibus. Et ergo quod eſt hic opponitur & ab eo diſtinguitur. Hoc ipſum autem dicit etiam Licinius in 41. c. huius tit.

i Nam ſi eſt ex peculio paganico, non poteſt eam manumittere abſq; voluntate patris. Quando autem conſentiente patre eam manumiſerit, fit illius libertus, vt lib 48. tit. 1. c. 8.

& non etiam nupſit

§. 4. ¶ Quæ patroni fuit tantum [a] deſponſa, etiam ad eum inuitum miſ-

ſecure

§. 5. ſo repudio, alteri [b] coniungitur. ¶ Inuitum autem dicimus eum [c] qui non

non eum qui non expreſſe contradicit ſolutioni ſponſalium.

[d] conſentit. Cum ergo non alias lex concedat diſſolui matrimonium quod contractum eſt inter patronum & libertam, niſi patronus ſpecialiter conſenſerit ſolutioni matrimonii: ſi liberta miſerit diuortium furioſo [e] patrono, nihil facit omnino, neque ſe liberat à neceſſitate [f] legis,

inuito patrono

ad hoc vt poſſit deinceps alteri nubere. Hoc autem dico, etiamſi non furioſo patrono, ſed abſenti & ignoranti à liberta miſſum eſſet diuortiũ. Nam propter honorẽ qui patronis debetur à libertis, rectius eſſe viſum

& ideo nec expreſſe contradicit

eſt inuitum reputari, nõ ſolum qui diſſentit diuortio miſſo à liberta, ſed etiam qui non ſpecialiter conſentit eius nuncio.

Quære tit. 1. c. 15. tit. 1 ... c. 9. Hoc & ea quę nupſit, & propter honorẽ patroni.

Hoc fuit conſtitutum propter honorẽ patroni. Quære tit. 7. c. 10 cuius eſt initium, Furioſæ matrimonium. Furioſus enim & prodigus nullam habet voluntatem, vt lib. 2. tit. 3. c. 40.

a Hoc caput legis, quod dicit nõ poſſe libertam inuito patrono nubere, loquitur de ea quę iam nupſit patrono, nõ de ea quæ eſt ei ſolum deſponſa. Et ideo quæ eſt deſponſa patrono, & quæ cum eo intercesserunt diſſoluit ſponſalia, poteſt ſecure alteri nubere. Ad ea quæ dicta ſunt oportet illa quoque verba legis attendere. Dicit enim lex inuito patrono alteri non nubere eam quæ ſemel ei coniuncta fuit matrimonio. Inuitum autem oportet intelligere, eum qui non ſpecialiter conſenſit ſolutioni matrimonii contracti cum ſua liberta, & quæ deinceps ſequuntur, vt ſitum eſt in Baſilico.

b Nota ergo quod quæ deſponſa eſt patrono, poteſt vel eo inuito ſoluere ſponſalia, & alteri nubere. Hoc autem intellige, niſi eam ab initio ideo manumiſerit.

c INNOM. In repetitione dotis, quæ non expreſſe contradicit filiam conſentire admiſit, dicens. Vnde & furioſa & inſipiens, quæ non poteſt contradicere, videtur conſentire. lib. 24. tit. 3. cap. 2.

d EIVSD. Etiam ſine ſpeciali conſenſu licet inuenire eius voluntatem declarari, vt lib. 24. tit. 2. c. poſtremo.

e Hoc eſt ſpeciale patroni priuilegium. In eius enim matrimonio quod non eſt contractũ cum patrono, ſola repudii miſſio ſoluit matrimonium etiam ſi repudium nondum acceperit is ad quem miſſum eſt, vt aperte dictum eſt 5. lib. Cod. 17. tit. lib. c. 6.

f Quod ea non poſſit deinceps alteri nubere eo inuito, liberta ſcilicet, poſtquam præterit tempus luctus. Ne hoc ergo leuiter prætereatis.

Digitized by Google

Quære c. 46. & tit. 5. c. 55. & tit. 7. c. 3. them. vlt.

¶ [a]Si patronus factus ſit [b] captiuus, non poteſt liberta deinceps alterũ §. vlt.
contrahere [c] matrimonium. Lex enim dicit, etiam poſt captiuitatem
ſeruari matrimonium inter libertam & patronum, propter honorẽ qui
turpi & vituperando

Quære c. 46. Quære Inſtit. 1. tit. 2. c. vlt.

debetur patrono. Aliud eſt ſi non per captiuitatẽ, [d] ſed alio modo contigerit patronum redigi in ſeruitutem: vt ſi ad partem pretii ſui accipiendam ſeipſum vendidit, & factus eſt ſeruus. Tunc enim abſque vlla dubitatione ſoluitur matrimonium inter eum & libertam. PAVLVS. In [e] nefariis nuptiis neque dos eſſe videtur quæ ſunt tradita, & l. 52.
ideo quicquid ex traditis ratione dotis accepit maritus, ei aufertur, li-
ex agris ſibi datis ratione dotis.

Quære 6. tit. huius lib. & lib. 40 tit 57. c. 57. th. 1. lib. 3. &c. Eiuſdem lib. & tit. c. 62. Dos non eſſe videtur, nam ſi inueniatur nõ conſiſtere matrimoniũ quod ſit contra legem non videtur conſiſtere.

cet [f] fructus perceperit. PAVLVS. Qui in ſua prouincia militant, vxo l. 65. in pr.
quæ vetat ducere vxorem in
rẽ ex eadẽ prouincia accipientes, non videntur facere cõtra legẽ, quod ẽt
prouincia in qua exercet quis officium
prohibetur quibuſdã [g] conſtitutionibus. TRYPH. Si qui fuit [h] tutor l. 67. §. 3.
vel curator, adoptauerit eius maritum cuius tutelam geſſit aut curam,
mariti eius cuius tutela geritur vt quæ reputetur ſuſpecta, propterea quod qui adoptauit non ſit redditurus rationem geſtæ tutelæ
aut eius patronum, eſt inualida adoptio: non ſoluitur tamen matrimoniũ, ſicut ſoluitur quando quis ſuũ generũ adoptauerit. ¶ Si minor annis §. 5. ſeu pen.
poſtquam ad pubertatem peruenit & nupſit
mulier non recepta ratione à tutore, deceſſerit relicta filia hærede: poſſũ
ego qui fui tutor aut curator defunctæ, eam filio meo collocare in ma-
tutelæ rationis quæ à me debetur nomine eius cuius geſſi tutelam
trimonium, eſt enim de cætero debitum ſimplex hæreditarium.

Quære c. 26. them. 1. & 2. I o ſem lib. & tit ff c. 45 th. 1. Lege tit. 1. c. 69 Similiter 5. lib. C tit. 4. conſt. 6. Quære c. 42. & 49.

a Nota quando etiam cum ſeruo conſiſtit matrimonium. Dic autẽ hoc fieri propter honorem patroni. Scias autem quod hodie etiam in ingenuis, 28. earum quæ ſcripta ſunt poſt Codicem, vult vt ſi maritus fuerit captiuus, maneat eius vxor in eodem ſtatu, quandiu ſcilicet eſt ſuperſtes. Sin autem dubitatur, nunc poſt quinquennium liceat ei nubere & dotem ſuam non amittere. Eadem etiam ſtatuit de marito, ſi vxor fuerit captiua. Memento etiam eorum quæ dicta ſunt ab Vlpiano in 24. ff. c. 2. tit. 2. c. 6. Conuenit enim iis quæ dicta ſunt, & dicit quod etiam ſi paganus fuerit captiuus, videtur eſſe ſuperſtes vxori quæ ei fuit coniuncta ante captiuitatem. Atqui omnis ſeruitus, ſicut & ipſa captiuitas ſoluit matrimonium, vt dicit Paulus in eodem lib. & tit. cap. 1.

b INNOMIN. In aliis captiuitas ſoluit matrimonium, vt lib. 24. tit. 2. cap. 1. quod quidem oportet intelligere ſi ſummum ius ſpectetur, propter ea quæ ſunt in eo adſcripta. Poteſt autem eo mortuo.

c INNOM. XXIX. Nouella Imperatoris Domini Leonis Philoſophi, ſic dicit circa finem. Si quis ergo viſus fuerit mente infelix & libertatem ſeruitute commutans ſeipſum vendiderit, iubemus non conſiſtere: ſed euerti & reſcindi actionem, & ipſo ſuæ libertatis proditore & eo qui cum eo ſe maligne gerit, plagis impoſitis corpori caſtigatis: & in ſuo ſtatu libertatis conſeruamus mancipium amentiæ.

d EIVSD. Lege 6. tit huius lib. qui dicit de nefariis nuptiis. De prohibitis autem propter ætatem, lege c. 8. tit. 1. lib. 24. quod dicit. Si vnus ex iis qui ſunt coniuncti matrimonio, nondum peruenit ad ætatem eorum qui debent contrahere matrimonium, niſi factum fuerit diuortium, non redditur quod datum eſt in dotem ſicut nec ſponſæ quandiu conſiſtere poſſunt ſponſalia, dos redditur. Lege etiam 5. cap. 8. tit. eiuſdem lib. quod dicit. Si mulier pecuniam patruo aut priuigno aut ſocero in dotem tradiderit, & non nupſerit, eam recipit, quandoquidem non propter turpitudinem data eſt, ſed propter matrimonium, nec habet locum regula quæ dicit. Vbi eſt turpitudo dantis & accipiẽtis, ceſſat repetitio, & quod in pari delicto potior eſt qui poſſidet. Lege etiam 81. τῶν ...

d EIVSDEM. Quænam ſint illicitæ & nefariæ nuptiæ dicit c. 37. 38. huius tit. & lib. 5. C. tit. 5. Inſtit. 1. tit. 10. & Nouella de nefariis nuptiis, quæ etiam pœnas conſtituit quibus mulier ſubiicitur. Si autem non natura, ſed lege prohibitæ ſunt nuptiæ, aliud eſt conſtitutum. Dictum eſt enim lib. 12. tit. 1. cap 8. quod ſi vnus ex iis qui ſunt coniuncti matrimonio, nondum peruenit ad ætatem contrahendi matrimonii, ſi non factum fuerit diuortium, non repetitur quod datum eſt in dotem, ſicut nec ſponſa quandiu conſiſtunt ſponſalia. Nam quod datum eſt in dotem, quandiu dos eſſe poteſt, non redditur. Matrimonium autem contrahunt puberes, nempe maſculus quidem qui impleuit annum 14. fœmina autem 12. vt Inſtit. 8. tit. 10. & lib. 5. tit. 12. cap. 14. Dicit etiam lib. 12. tit. 7. cap. 5. quod ſi mulier nuptura patruo aut ſocero aut priuigno dotem tradiderit & non nupſerit, repetit. non enim propter turpitudinem data eſt, ſed propter matrimonium.

nium. Quære locum non habet regula quæ dicit, Quando eſt turpitudo dantis & accipientis, ceſſat repetitio, & quod in pari delicto eſt potior qui poſſidet. Caſus autem admirabilis in impubere quæ nubit, ſitus eſt lib. 27. tit. 6. c. 11. Dicit enim quod ſi quis filiam ſuam quam habebat in poteſtate, cum eſſet impubes collocarit in matrimonium, ei quidem ignoſcitur. Si autem dotem habens deceſſerit impubes, retinet maritus quæcunque erat lucrifacturus ſi conſtitiſſet matrimonium.

f Hoc dicit quod fiſco non applicantur, ſi non ſit ſecutum matrimonium, quæ data ſunt in dotem, ſed reuertuntur cum fructibus qui ſunt ex eis percepti.

INNOM. Fiſco enim applicantur. Lege Nouellam De nefariis nuptiis, & 5. lib. Cod. tit. 5. cap. 4. huius tit. c. 60. Sed ſi ſecutum non fuerit matrimonium, repetitur quod datum eſt in dotem: vt lib. 12. tit. 7. cap. 5. lege etiam lib. 48. tit. 5. c. 36. 38. Hoc autem dicit conſtit. 5. lib. Cod. tit. 4. quæ eſt 6. tit. conſtit.

g NICÆNI. Lege lib. 33. tit. 1. c. 32. quod dicit, Qui ſui priuigni tutelam gerit, recte petit vt eum adoptet Lege etiam quæ illic ſcripta ſunt. Lege etiam 15. eius caput quod dicit, Si eum qui eſt ſui iuris adoptauero: omnia eius bona mihi tacite acquiruntur, ſi quidem ſunt eius qui acquiritur: & filii qui ſunt in eius poteſtate, eum ſequuntur. Didiciſti in 17. cap. huius tit. quod quæ per filiam acceſſit fraternitas ſoluit matrimonium. Si quis enim generum vel nurum adoptauerit, ſoluit ſuæ filiæ aut ſui filii matrimoniũ. Cum ergo hoc didiceris, accede ad propoſitũ. Filius Titii, quandã cuius primus quidam tutelam geſſerat duxit vxorem. Sed cum proceſſiſſet matrimonium, primus tutor puellæ in adoptionem accepit Titium; ſecum ſcilicet attrahens filium, qui acceperat in matrimonium eam cuius ipſe tutelam geſſerat. Quæritur ergo an per hanc adoptionem ſoluatur coniugium quod contractũ fuit inter eam cuius tutelam geſſerat, & ipſius filium, ſicut ſoluitur cum gener adoptatur. Didicimus enim quod quę per adoptionem acceſſit fraternitas, ſoluit matrimoniũ: & pater nurus ſuum generũ accipiens in adoptionem, non ſinit amplius conſtare matrimonium. Nunquid ergo propter dictam adoptionem ſoluitur matrimonium quod fuit inter eam, cuius primus tutelam geſſerat, & filium Titii, an potius non impeditur adoptio propter matrimonium? quod magis eſt dicendum: etiamſi Curator maritum eius, cuius nunc ab eo cura geritur, acceperit in adoptionem. Nam in primo caſu finita tutela, & alicui extraneo, non autem tutori aut eius cognatis nupta puella, non conuenit, inquit Tryphoninus, dicere impediri adoptionem quæ facta eſt in puellæ tutorem qui fuit olim, & eius maritum, tanquam ideo interponatur adoptio, vt impediatur ratio reddendæ tutelæ. Hanc cauſam prohibitionis nuptiarum Diui quoque Marci continet conſtitutio. Cauſam autem dico adoptionem quæ non fuit permiſſa propter matrimonium. Propter adoptionem autem Curatoris qui maritum eius cuius curam gerit, accepit in adoptionem, multo magis debemus prohibere adoptionem. Diſce rationem. Nam ſi finita, vt dictum eſt, tutela, & nupta puella, prohibemus cũ qui fuit aliquando eius tutor, accipere in adoptionem eum qui ipſi coniunctus fuit matrimonio, idque cum non ſit valde probabilis ratio prohibitionis, vt dicit Tryphoninus, quomodo non multo magis Curatorem, & qui bona adhuc adminiſtrat, conuenit prohibere ne adoptet eum qui puellæ coniunctus eſt matrimonio? Nunquid ergo idem etiam dicimus in Curatore? STEPHANVS. Si quis ſuæ nurui poſtea datus ſit Curator, manet quidem in ſuo ſtatu matrimonium, quoniam ab initio lege omnino conſtitit. Debet autem ſe ſeparare ab adminiſtratione bonorum puellæ, aliuſque ab eo dari curator qui ab eo poſſit accipere rationes bonorum, quæ vt eſt conſentaneum, ab eo fuerunt adminiſtrata. Ita fuit relatum 5. lib. Cod. tit. 6 cap. 3.

h Quidam Titius fuit tutor aut etiam curator cuiuſdam Mæuiæ, tutelæ autem aut curæ nondũ redditis rationibus deceſſit Mæuia, filia ſua relicta hærede. Quæritur ergo nunquid Titius poſſit ſuo filio Mæuiæ filiam coniungere matrimonio. Dicit Tryphoninus, Maxime. Nam licet filia Mæuiæ tutelæ aut curæ rationes exigat à Titio, eas tamen non debet primarie, ſed iure hæreditario: & ſic ſimplex, vt ita dicam, ponitur debitum. Nam ſi in hoc caſu induxerimus prohibitionem matrimonii, reſtat vt dicamus non poſſe quempiam accipere vxorem, aut in matrimonium collocare filio, etiamſi non ex tutela aut cura, ſed ex aliqua alia cauſa ſit eius debitor.

impuberis

L. 1. C. de nuptiis. ᵃQVANDO de ᵇ puellæ matrimonio ambigunt mater & cognati & lib. 5. C tit. 4.

filii ſiue non aperte

l. 2. tutor, debet Præſes de eo decernere. SI in matrimonio conſenſit Hic intellige conſenſum, non cõtradicere, vt c. 28.

contradixit ſeu ſubſcripſerit

pater: matrimonio nihil repugnat quod ipſe non ſubſignauerit in do-

quando ſcilicet cognouit matrimonium

l. 5. tali inſtrumento. PATER ᵈ qui matrimonio filii non contradicit, videtur

matrimonio in quo non expreſſe contradixit ſuus

l. 6. conſentire, & nepotem qui ex eo naſcitur, cogitur alere. SI contra Quære eiuſd. tit. c. 6.

cui ſcilicet præeſt

ᵉ conſtitutiones Præſes ex prouincia dixerit vxorem ᶠ conſentientem: Quære 1. tit. c. 2.

quandiu præeſt eius maritus poſt depoſitum officium

interim quidem eſt inualidum matrimonium. Sed ſi poſtea conten- Quære c. 11.

ergo qui antea nati ſunt, ſunt illegitimi

ta fuerit ᵍ mulier contracto cum eo matrimonio: qui poſtea naſcuntur Quære cap. penult.

Digitized by Google

postquam exceſſit ex ephebis — non eſt enim neceſſe vt in matrimonio
Quære c. 11. filii, ſunt legitimi. Cvm nubit puella, non opus eſt conſenſu [b] cura- l. 8.
conſentiat curator
Quære tit. 1. c. 8. eiuſdem tit. c. 18. toris aut cognatorum, ſed ſola eius voluntate. Si pater filiam no- l. 11.
non ſinens eam degere cum marito
lentem à marito diſcedere ipſe detineat: debet Præſes prouinciæ pa-
id eſt tradat
trem cogere vt eam adducat ad maritum.

a Theod. Si mater pupillæ, vel cognati, & tutor eius diſſentiant cuinam debeat puella coniungi matrimonio, Præſes debet decernere. Et nota quod dixi tutorem. Nam ſi puella habet curatorem, ſufficit eius conſenſus, vt oſtendit 8. huius tit. conſtit. & maritum accipit quem eligit: ſed rurſus iudicio Præſidis. vt vult 15. conſtit. huius tit. Similiter 18. eiuſdem tit. Lege etiam 9. conſtit. 37. tit. huius lib. 5.

b Thalel. Intellige de pupilla, vt locum habeat tutoris inquiſitio: non vt cum ſit impubes nubat, ſed de eo qui eam eſt ducturus poſtquam peruenerit ad pubertatem, tanquam ſi eſſet pubes. De eo diſces in 18. cap. huius tit. In ipſa 18. conſtit. huius tit. diſces quod debet Præſes examinare, num cognati puellæ de induſtria procurent vt ea damnum accipiat in matrimonio, vt ſi ea ſine liberis decedat, ipſi ſuccedant.

c Theod. Ad liberorum matrimonium conſtituendum ſufficit patris eorum conſenſus, etiam ſi dotali inſtrumento non ſubſcripſerit. Dicit autem 5. quoque conſtit. huius tit. quod videtur pater conſentire matrimonio, ſi modo non contradicat. Vnde etiam ex eo natum filium debet alere. Lege 7. & 12. & 13. & 16. & 18. & 22. conſt. huius tit. Neq; enim poſſumus dicere, Non obſignauit. Inſtrumentum enim dotale non obſignatur.

d Τὸ κατὰ πόδας. Si, vt proponis, pater quondam mariti tui, in cuius fuit poteſtate, cognitis nuptiis veſtris non contradixit: vereri non debes ne nepotem ſuum non agnoſcat.

e Theod. Non coniungitur matrimonio mulieri quæ eſt ex prouincia, ex qua quis officium adminiſtrat. Nam qui hoc facit, decem libris auri multatur, & ex prouincia eiicitur, vt dicit 1. conſtit. 60. tit. huius lib. Memento autem 1. conſt. 20. tit. huius lib.

f Num ad contrariam inferendam diſtinctionem ius dictum eſt? Nam in libro ſingulari De dotibus in 2. tit. generaliter enunciatum eſt non validum eſſe matrimonium.

g Τὸ κατὰ πόδας ſic habet, poſtea conceptos liberos natosque. Dicitq; Thalelæus. Nota: Significat enim quod ſi nati ſint priuſquam depoſuerit officium, videntur eſſe nati ex nuptiis illegitimis.

h Eſt enim curatoris officium bona adminiſtrare, non autem conſentire matrimoniis.

i Pater inuitam filiam ne abducat à marito. Memento 36. conſtit. 28. tit. lib. 3. & lege 4. & 5. conſtit. 16. tit. huius lib.

Thalel. Nota quod ſi nolit filia, pater non poteſt ſoluere matrimonium.

Neqve ſine nuptiis facta inſtrumenta matrimonii, ſemper ſatis ſunt l. 13.
quod factæ ſint nuptiæ
ad probationem, cum veritas [a] habeat contrarium: neque [b] ſi non fa-
Quære c. 52. cta fuerint inſtrumẽta, legitime contractum matrimonium eſt irritum:
conuentionis ſcilicet matrimonialis.
nam etiam ſi pereat [c] ſcriptura, cætera nuptiarum indicia non ſunt irrita.
à patre — cum ea cum qua non vult
Nemo [d] inuitus cogitur matrimonium contrahere, aut quod iam ſol- l. 14.
& non furioſus
uit renouare. Filius. n. familias ſanę mentis, non cogitur inuitus vxorem
etiam contradicens cum videt fieri matrimonium.
ducere, ſed ẽt quam vult accipit vxorẽ: ita [e] tamẽ vt pater cõſentiat matri-
Quære c. 28. monio. Si [f] pater filiam expoſuit, qui eam autẽ ſuſtulit, & aluit, vult eam l. 16.
filio ſuo cõiungere matrimonio, debet pater cõſentire: aut ſi cõtradicit,
ab eo qui ipſam aluit
debet dare ſumptus qui facti ſunt in filiã. Pvella [g] minor 20. an. quæ eſt l. 19.
eius
ſui iuris, ſecundo [h] nuptura, nubat de ſentẽtia patris. Sed ſi deceſſit pater,
nubat — eius — cognati
Eiuſdem tit. c. 18. de ſententia [i] cognatorum. Sed ſi inter ſe [k] contendant, Præſes eligat
cognatorum — genere, vita, & exiſtimatione
meliorem ſententiam, vt ſi ſint pares duo competitores, quem volunt
cognati, & quem eligit mulier, præfertur iudicium mulieris. Sed ſi ſuſpicio eſt aduerſus cognatos, vt qui de induſtria ſtudeant ne nubat puella,

vt ipſi

Digitized by Google

ſi puella decedat ſine liberis
vt ipſi tanquam non exiſtentibus filiis ſuccedant: tunc illorum cognato-
vt qui citra vllam animi perturbationem conſulant quod eſt puellæ
rum admittendũ eſt iudicium, ad quos ab inteſtato nõ ſperatur peruen-
conducibile mulier
C.l.10. tura hæreditas ſi innupta decedat. SI ſui iuris eſt puella minoris ætatis, non ſolum credimus voluntati patris, ſed etiam ipſius puellę requirimus
ſiue conſenſum in matrimonio conſenſum
arbitrium. Sed ſi pater non eſt ſuperſtes, matris & cognatorum & puellæ. Si vero matre quoque eſt orbata, & agit ſub curatore, & dubitetur cuinam potiſſimum ſit puella iungenda, & puella erubeſcens nolit dicere quemnam potiſſimum eligat: tunc cognatis præſentibus[l] iudicet
& exponat optimum ex competitoribus.
magiſtratus.

a Veritas quidem ita habet, quod non factæ ſunt nuptiæ, inſtrumentum autem meminit tanquam contracti matrimonii.

b Hoc intellige in perſonis quæ non ſunt ſenatoriæ. Nam in ſenatoribus non eſt validum matrimonium abſque inſtrumentis.

c Ita didicimus in 1. tit. hypothecariæ, & in tit. De fide inſtrum. lib. 22.

d Nemo inuitus ſuæ vxori coniungitur. Lege 5. conſtit. 7 tit huius lib.

e Creditur autem pater conſentire, quando non contradicit videns fieri nuptias.

f Τὸ κατ᾽ πόδας habet, Alimentorum ſolutioni in hoc ſolo caſu debet parere. Id autem exponens Thalelæus dicit. In 8. enim libro huius Codicis, tit. 51. eſt conſtitutio quæ vult vt qui ſuſtulit expoſitos, in eos factos ſumptus non accipiat.

g Viceſima conſtit. dicit de ſententia matris & cognatorum, & puellæ.

h Ex hoc eſt perſpicuum quod patri non poteſt repugnare, niſi vt habetur in lib. ſingulari De dotibus, moribus indignum aut ignominioſum nolit ſibi coniungere matrimonio. In mulieribus ergo pleni ætatis non eſt locus conſenſui.

i Sic dixit tibi etiam in prima conſtit. Nota quod de ſententia cognatorum debet contrahi matrimonium puellæ minoris.

k Communi ergo ſententia & patrem & ipſam conſentire oportet in matrimonium. 18. itaq; conſtitutio debet potius ſecundum hanc intelligi.

l Nam ſi vellet dicere, cum ſint omnes honeſti competitores, præferretur eius voluntas. Nota autem quod hæc conſtit. nonnihil immutat 18. tit. conſtit maxime autem eam interpretatur. Nam cum illa dixiſſet non nupturam minorem quæ eſt ſui iuris ſine conſenſu, potuiſſet quiſpiam dicere. Imo vero hoc dicimus tanquam in iis quæ ſunt in poteſtate. Sed hęc conſtitutio illam interpretans, dicit ea quæ ſunt ſita in Baſilico.

C.l.14. QVOTIES contigerit fieri mentionem matrimonii, aut in teſtamento, verbi cauſa, Do vel lego Titio in tempus matrimonii, aut volo ei domum extrui tempore matrimonii, aut volo eum non ſoluere debitum ſi contraxerit matrimonium: & vt ſemel dicam, quoties facta fuerit mẽtio matrimonii, non credimus eum dicere de tempore quo quis poteſt contrahere matrimonium, videlicet in maſculis quidem quando exceſſerit annum quartumdecimũ, in fœminis autem quando exceſſerit duodecimum: ſed de ipſo[a] contractum matrimonii putamus re vera dicere.

C.l.15. IVBET conſtitutio & dementis &[b] furioſi liberos, tam maſculos quam fœminas, contrahere matrimonium etiam non conſentientibus patri- Quære tit. 5. c. 25. 11.
amentis vel furioſi
bus, neceſſe habentibus patris curatoribus dare dotes & donationes antenuptiales, in regia[c] quidem ciuitate iudicio Præfecti vrbis, in prouinciis autem iudicio Præſidum aut Epiſcoporum, ſimul iudicantium & exiſtimationem perſonæ quæ eſt coniungenda filiæ aut filio furioſi, in faciẽdo de hac re iudicio præſentibus & patris curatoribus, & iis qui ſunt in genere inſignes, qualibet quæ in his fit examinatione abſq; damno procedente. Abſq; damno, nempe quod nullo damno affici debeat furioſus iungendus matrimonio.

a Hoc eſt, quod re vera contractum ſit matrimonium.

b THEOD. Liberi furioſi contrahunt ſine conſenſu patris: pro eis aut dotem aut antenuptialem donationem dant eorum curatores æſtimatione facta præſentibus cognatis à præfecto vrbis vel Præſide vel Epiſcopo. Memento 28. conſtit. 1. lib. & lege 29. conſtitut. 57. tit. huius lib.

S 3

Digitized by Google

v. Quod autem hîc dictum eſt de cognatis, intellige de proximis ſecundum 18. conſtit. huius tit.

c Thal. Veteres omnes, furioſi quidem filiæ permittebant nubere etiam patre non conſentiente: quærebant autem de filio furioſi. Et Vlpianus quidem retulit conſtitutionem quæ dicebat quod dementis liberi poſſunt contrahere matrimonium etiam eo non conſentiente. Quærebatur autem an idem obſeruetur etiam in furioſo: & de eo dicit conſtitutio ea quæ habentur in Baſilico.

Ex τῶν κατὰ πόδας. Ita tamen, vt nulla ex hac cauſa oriatur, vel in hac regia ciuitate, vel in prouinciis, iactura ſubſtantia furioſi vel mente capti, ſed omnia gratis procedant, ne tale hominum infortunium, etiam expenſarum additamento grauetur.

Lege totum rubricam C. lib. 5 tit. 6.

Qvi manumiſit [postea] [a] ſuam collectaneam [ancillam patris], poteſt eam ducere vxorem. C.l.16.
Permittit conſtitutio maiorem 60. annis coniungi matrimonio minori quinquaginta. C.l.17. Mater pupillæ poteſt nubere tutori ſuæ filiæ. l.2.C.de interdicto matr. int. pupil. & tut. &c.

Quære c. 67. ...

Qvidam habẽs filium ſui iuris, cum nurum ei adduxiſſet, cõſtante matrimonio, iam filiis ex nuru natis, nominatus fuit curator ſuæ nurui. Eius autem filius ſponſæ maritus, veritus ne forte matrimonium non poſſet conſiſtere propter curã patris, ſupplicauit Imperatori. Is vero reſcripſit valere quidem matrimonium, ſed patrem oportere deſiſtere à curatione, & alio [b] conſtituto [c] patrem ei reddere rationem. C.l.3.

Quære c. 36.

[d] Cvrator poteſt ſuam filiam locare in matrimonium ei cuius curam gerit. C.l.5.

Si [e] ea cuius tutela eſt ab aliquo geſta, & rationes acceperit [ratione petita à ſuo tutore] adminiſtrationis, & exceſſerit annum 25. & definitus annus [f] [poſt redditas rationes] præterierit: poteſt eam ducere filius eius qui fuit tutor. Quod ſi etiam pater puellæ decedens hoc petierit, vt coniungatur puella filio tutoris: valet hoc quoque [quod factum eſt iuſſu patris puellæ] matrimoniũ. C.l.6.

Eiuſdem tit. cap. 8.

Qvi non eſt re vera tutor aut curator, etiamſi vſus ſit nomine tutoris aut curatoris, & adminiſtrauerit, aut etiam nudus fuerit [ex ſe] adminiſtrator tanquam rerum alienarum, ne [g] prohibeatur in matrimoniũ vel ſuum, vel ſui filii, illam accipere cuius bona adminiſtrauit. C.l.8. ſen vlt.

De interdicto matrimonio inter pupillã & tutorem

a Qui ſuam manumiſit alumnam, poteſt eam ducere in matrimoniũ. Qui autem ſuſcepit quẽpiam ex ſancto baptiſmate, non poteſt eam poſteà ducere vxorem, vt quæ facta ſit eius filia. Atque in his quidem conſiſtit caput. Vt iuſq; autem quæ in eo continentur ſententiæ cauſas reddit τὰ κατὰ πόδας. Et ad primam quidem illa infert. Si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ: nihil impium nec legibus contrarium in tali copula ſpectamus, quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimemus. Neq; enim homo ſic impius inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ habuit, eam poſtea ſuo filio collocet in matrimonio. Sed hoc credimus, vt qui eam ab initio non vt filiam educauit, & libertate donauit, & dignam eſſe poſtea ſuo putauit matrimonio. Primæ ergo parti conſtitutionis affert hanc rationem τὰ κατὰ πόδας. ſecundæ autem illam, Quoniam nihil aliud ſic poteſt inducere paternam affectionem, & iuſtam nuptiarum prohibitionem, quam huiuſmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulantur.

b Thal. Vide quomodo conſtit. inducit ius conſentaneum ei quod habetur in libro ſingulari De dotibus. Dicit enim quod nec emancipatus quidem filius curatoris poteſt eam ducere cuius pater curam geſſit. Hic enim propterea dixit valere matrimonium, quoniam fuerunt primum ſibi inuicem coniuncti, & natus fuit filius, & tunc fuit ſocer conſtitutus curator.

c Nota nouum genus excuſationis poſt adminiſtrationem, quod fuerit ſocer nurus.

d Thal. Curator poteſt filiam ſuam coniungere matrimonio ei cuius curam gerit, filio autẽ ſuo non poteſt coniungere eam cuius curam gerit, abſque iuſſu Imperatoris, fit enim infamis, vt dicit 17. conſtit. huius tit. Niſi non ſit re vera curator ſecundum 8. conſtit. tit propoſiti.

e Thal. Hoc didicimus de tutoribus & præſide qui ſuam elocat filiam in prouincia cui præeſt vt in libro ſingulari De dotibus. Ratio autem eſt, quoniam non ita ſolet maritus reuereri ſocerum ſicut nurus. Duo autem requirit conſtitutio, & redditionem rationum, & tempus.

f Olim quidem annus, ſecundum iura autem poſteriora quatuor.

g Non enim videtur re vera curator aut tutor ſeipſum conſtituiſſe.

Quære cap. 41. ... & 40 & tit. 7. cap. 1.

Qvod [a] autem à legum ſeueritate prius introductum fuerat, nos benigna conceſſione ſoluimus. Si quis enim vel vir vel mulier ſententia iudiciali in metallum dari iuſſus fuerit, cuiuſmodi nunc eſt id quod eſt in Proconneſo & in Gypſo quæ vocatur: ex iis quidem quæ ſunt à vete- Nou. 22. c.8. de iis qui nupt. iterant. &c.

ribus

Digitized by Google

ribus conſtituta inducebatur ex pœna ſeruitus: ſoluebatur autem matrimonium, pœna habente ſibi ſeruientem eum qui fuerat condemnatus. Nos autem hoc remittimus: neque quenquam ex iis qui ab initio bene natus fuerat, à pœna ſeruum fieri concedimus. Non enim liberam conditionẽ nos in ſtatum ſeruilem mutauerimus, qui eorum qui prius ſeruiebant, ſtudemus eſſe liberatores Maneat ergo matrimonium hic à tali ſententia nihil leſum, conſiſtens quemadmodum inter perſonas liberas.

Eiuſdem Nou.c.11. SI quis [b] ancillam ſuam tanquam liberam elocauit, ille autem cum eſſet liber, & credidiſſet ei qui dabat, eam accepit, forte etiam factis inſtrumentis dotalibus, vel non factis quidem, ſed arbitrio eius re geſta: non fuerit æquum vt hoc non conſiſtat matrimonium, ſed vt tacita libertas ſequatur, ſiue viro ſiue fœminæ. Et ſi hoc factum fuerit à domino, ſancimus vt is vel ea rapiatur ad ingenuitatem, & res iudicetur tanquam in liberis & ingenuis. Si vero ipſe quidem non conciliarit matrimonium alterutrius perſonæ dominus, ſed quod factum quidem fuit ſciebat, & de induſtria celabat, vt alteri coniunctorum negotium poſtea cõſueret: punimus eã (ſi aperte probata fuerit) malitiã, & dominium eis adimimus qui tam malignum ceperunt conſiliũ, ſitq; rurſus hoc quoque matrimoniũ, perinde atq; ſi ab initio cõſenſiſſet qui poſſidebat. Et ille quidem excidat à dominio, rurſus autem ad ingenuitatem rapiatur ſerua perſona, eodem eueniente effectu, ſi vel conſenſerit, vel maligne ſe geſſerit qui poſſidebat, cum ſit perſpicuũ, quod qui ex his nati ſunt matrimoniis, ex hac noſtra lege futuri ſint liberi & ingenui.

a THEOD. In metallum condemnatio neque ſeruum pœnæ facit eum qui damnatur, nec ſoluit matrimonium. Lege lib. 5. C. tit. 16. c. 24. & tit 17 c 1. & lib. 9. tit. 47. c 9.

b Dominus ſeruum coniungens alicui perſonæ liberæ, & conſentiens eiuſmodi nuptiis, aut cum ſciret maligne tacens, neque ſoluere poteſt matrimonium, ſed & illius quoque dominio excidit. Lege lib. 1. Cod. tit. 20. c. 4.

Eiuſdem Nou.c.12. ET multo [a] magis hæc obſeruentur, ſi ſeruum iam vel ancillam aut ægrotantes amandauerit, aut eos neglexerit, & dominii eorũ animum abiecerit. Illi enim vt qui iam facti ſint liberi, & ex titulo eorum quorum cura geſta nõ eſt, ſui ſint, non aliorum, moleſtia non afficientur ab iis qui eos poſſidere iam olim odio habuerunt. [b] DEPORTATIO autem aut exterminatio nõ ſoluit coniugia. hoc enim prius quoq; viſum eſt res humaniſſima diuiniſſimo Conſtantino, & à nobis ſuſceptum: præſentem autem legem non attingit. Quamobrem nec dicendi ſunt effectus rei quidem quæ manet in ſuo ordine. EST autem [c] aliud quoque à nobis inuentum non minus pium quam elegans, in quo miſſis libellis repudii matrimonia adhuc manent. Filiorum enim familias improbitatem in patrẽ, arcentes, quoniam inuenimus quoſdam ex filiis de induſtria mittere libellos repudii, & mittere ſuis vxoribus, vel etiam contra, cum nulla omnino ſubeſſet iuſta cauſa ſoluendi matrimonii, vt parentes ſui eſſent ſubiecti exolutioni dotis aut donationis antenuptialis tanquam ſoluto matrimonio, & ipſi quidẽ clanculum inter ſe cohabitabant, parentes autem damno affecti abibant, pro ſua in li-

Eiuſdem Nou.c.13. Quæſt c.45.

Eiuſdem Nou.c.19.

Marginal glosses: Bene natus τὸ γεγονὼς, id eſt, ingenuum. — Odio habuerunt μεμιϲήκασι. Holoander legeret, μεμισήκασι. — ἀποϲτερήσεως ἢ ὑπερορίας. Hunc locum nõ recte vertit Holoander. — Interlinear glosses: pœnæ in quam damnatus fuerat in perpetuum; domini ancillæ; ancillæ, ſiue ſcilicet eſt maſculus qui ſic traditus fuit ſeruus, ſiue fœmina; abſque controuerſia; ſeruum; vt qui dolo malo non contradixerit; ſeruum; qui habiti ſunt pro derelicto; deportationis, ſ. amiſſio in metallum, & ignis & aquæ interdictio; valida.

Digitized by Google

beros benignitate hanc habentes remunerationem : legem ſcripſimus quæ vult vt neque filiifamilias nec emancipati, nec maſculi nec fœminæ poſſint ſoluere matrimonia in fraudem ſuorum patrum aut matrum qui dotes dederunt, aut antenuptiales donationes, aut ſoli acceperunt,

videlicet ipſis quoque conſentientibus.

aut cum liberis, ſed quemadmodum in conſtituendis matrimoniis expectamus patrum conſenſum: ita nec concedimus diſſolui matrimonia

Lege l'e 1 ca. 8. de ſponſal.

à filiis, parentibus eorum neſcientibus

in fraudem parentum præter illorum ſententiam. Sed & ſi miſſus fuerit

parentes

libellus repudii, in eos competere exactionem pœnæ non concedimus,

parentes ſiue ſuis filiabus — dotes aut eum ſine ſolis filiis

ſiue ipſi ea dederunt aut acceperunt. Neque enim rationem habuerit, vt pater quidem præter filii voluntatem non poſſit ſoluere matrimoniũ: filiis autem permittatur, qui forte ſunt etiam ætate minores, & nec ſciũt quid ſit conducibile, præter patrum voluntatem ſoluere matrimonium, & ita patres iniuria afficere. Et hoc quidem recte prior conſtituit ſapientiſſimus Marcus: Diocletianus autem eum eſt ſecutus. Nos autem

Quære lib 16 ... cap 68. Inſtit. lib. 1. tit. 10.

ſimiliter ſuſcepimus. LEGITIMA matrimonia inter ſe Romani contrahunt, quando quæ de matrimoniis ſunt legibus conſtitura ſeruauerint. pr. tit. Inſtit. de nupt.

Oportet autem maſculos quidem eſſe puberes: fœminas autem viripotentes, hoc eſt, illos quidem exceſſiſſe annum quartumdecimum : has autem eſſe maiores annis xxv. Hæc autem dicimus, ſiue ſint ſui iuris ſiue in poteſtate qui conueniunt ad matrimonium. Sed in iis qui ſunt in poteſtate, aliud quoque requirimus, nempe conſenſum parentum in quorum ſunt poteſtate qui coniunguntur. Nam vt hoc fiat, & ciuilis & naturalis ratio exigit.

a Qui ſuum ſeruum pro derelicto habuit, ab eius dominio excidit. Is enim fit liber. Lege lib. 6. Cod tit. cap. 4 & lib. 7. tit. 7. cap 4. & tit. 54. cap 6. & tit. 54. cap. 4. & nouell. cxxiii.

b Deportatio quæ tenet locum aquæ & ignis interdictionis non ſoluit matrimonium. Lege 5. Cod tit. 17. cap. 14. & 27. & lib. 9 tit. xlvii. conſtit. 9. Hæc ſunt quidem Theodori Nouellæ autem latifundium ſic habet, Deportatio quidem in quam tranſit vetus ignis & aquæ interdictio.

c Neque filiusfamilias neque emancipatus ſua coniugia ſoluant in damnum parentum: præter illorum voluntatem & conſenſum. Lege lib. 5. Cod. tit. 17. cap. 17.

præterquam in illuſtribus

* NVPTIAS mutua facit affectio, dotaliũ inſtrumentorũ non ſemper opus habens acceſſione. OPORTET ergo eos qui ſunt magnis ornati dignitatibus, vſque ad Protoſpatharios, non alias [b] coire matrimonia, niſi dotalia inſtrumenta conſcripſerint. Niſi ſi quis antequam tales adipiſcatur dignitates, ex affectione ſola duxit vxorem. Hæc enim matri-

Nou. 117. Vt liceat matri &c. c. 3. c. 4.

Quære tit. 16 cap ...

ſine inſtrumentis

monia quæ ante adeptam contracta ſunt dignitatem, etiam poſt dignitatem iubemus eſſe legitima, & qui ex eis nati ſunt filios eſſe legitimos. poſtquam vero ſunt aliqui talibus ornati dignitatibus, non aliter ducere

quod non contrahatur matrimonium à dignitate prædictis abſque inſtrumentis

vxores quam cũ inſtrumentis dotalibus. Hanc vero exactã iuris ſubtilitatem noſtræ reipublicæ ſubiectis barbaris remittimus, etiamſi ſint id genus ornati dignitatibus, vt vel ſola affectione poſſint ipſi volentes contrahere matrimonium: reliqui autem omnes, præter eos qui magnis, vt dictum eſt, ſunt ornati dignitatibus, cuiuſcunque ſint dignitatis aut mi-

litiæ

Digitized by Google

litiæ aut profeſſionis, ſi velint quidem aut poſſint, nó prohibemus cum
dotalibus inſtrumentis ducere vxores. Sed ſi hoc non obſeruauerint, vt
nuda ſcilicet ſine inſtrumentis
& quæ ex ſola affectione probantur matrimonia firma ſint ac ſtabilia
ſancimus, & qui ex eis naſcuntur, filios iubemus eſſe legitimos. LEGEM
c.6. poſt princ. autem per quam mulierum coniugia, quas lex ipſa appellauit viles, cum Nou. 107. c. 14. Dicit 7. conſt. 5. & 15. tit. 1. lib. Cod. quæ quidem non eſt admiſſa.
aliquibus dignitate ornatis prohibentur, nullo modo omnino ſeruari
concedimus: ſed damus poteſtatem volentibus, etiamſi quibuſuis ma-
quæ ſunt viles
gnis honeſtentur dignitatibus, id genus mulieres cum dotalibus inſtru-
mentis ſibi coniungendi. Cæteri autem præter eos qui ſunt magnis or- Quære tit. 5. c. 41. lib. 2.
viles ſcilicet & infames
nati dignitatibus, poteſtatem habeant id genus mulieres accipiẽdi, ſiue
velint ſcriptis inſtrumentis, ſiue ſola affectione matrimonii, ſi modo
legitimum & non nefarium.
ſint liberi, & cum quibus licet celebrare matrimonium.

a Qui ſunt dignitate præditi vſque ad illuſtres, non poſſunt accipere vxores indotatas, niſi ea ducta fuerit ante dignitatem. Qui autem non ſunt dignitate præditi Romani, & vectigales barbari, etiamſi ſint dignitate præditi, vt volunt ducunt vxores indotatas, ne opus quidem habentes obſeruatione quæ fit apud defenſores Eccleſiæ. Memento 74. Nouel.

b Nota quod cum Nouellæ latifundium habeat, vſque ad illuſtres, qui tranſtulerunt, pro Illuſtri poſuerunt Spatharium. Quære lib 23. tit. 3. c. 67. & inuenies quod Comes domeſticorum eſt illuſtris. In 4. autem tit. 1. Inſtit. dicit Theophilus, quod ſunt illuſtres qui ex officiis ſunt Protoſpatharii & qui ſunt eis ſuperiores, ſecundum Conſtitutionem Zenonis, quæ cum ſit 16. 20. tit. lib. 4. Cod. aſſumpta in lib. 21. Baſilici tit. 1. c 35. Nouella 122. ſectione 2.

Nou. 89. cap. 8. v. ſi quis igitur. *SI quis autem dotalia conſcripſerit inſtrumenta ad mulierem ab Quære cap. 19.
id eſt, ingenuam
initio liberam vel libertinam, cum qua tamẽ licet omnino cohabitare,
ante confectionem inſtrumentorum — ex alia ſcilicet
concubinæ loco cum eo habentem conſuetudinem, cum vel iã eſſet pa-
vxore — legitimorum
ter filiorum legitimorũ, vel eiuſmodi filiorum nondum factus eſſet
cum concubina — ex concubina
pater, legitimum eſſe matrimoniũ, & filios tam qui prius ſuſcepti fue-
concubinæ — viro habenti concubinam
runt, quam qui adhuc erant in vtero, ei eſſe germanos ac legitimos
poſt confecta inſtrumenta
ſancimus: & licet ei non nati ſint poſtea filii, aut etiam nati deceſſerint,
per poſtea confecta inſtrumenta
nihilo ſecius germana eſt ac legitima prior proles. Eius enim in filios
abſque inſtrumentis — poſtea
ſic natos affectio, quæ etiam ad dotale inſtrumentum incitauit, ea de-
qui nati ſunt ſcilicet poſt confecta inſtrumenta
dit etiam ſecundis filiis occaſionem vt poſtea eſſent legitimi. Eſſet ita-
vt fierent legitimi
que abſurdum, ſi bona occaſio quam inuenerunt qui poſtea nati ſunt
abſque inſtrumentis — qui nati ſunt ante inſtrumenta. Nam propter ſuam
filii, acceptam ex prioribus, non etiam daret prioribus, vt eſſent & le-
in eos affectionem in animum induxit pater conficere inſtrumentum, & ſic qui poſtea nati ſunt facti ſunt legitimi.
gitimi, & calumniis non vexati in ſucceſſionibus patrum, cum ſit euidens quod recentiores quidem filii, à lege facti ſint legitimi, quæ hoc
& ideo dat filiis vt ſint legitimi
inſtrumentum dotale reueretur: hoc autem inſtrumentum initium habuit & occaſionem à priori coniunctione. Quocirca vtrorumq; vnum fecimus ordinẽ: & quæ deinceps oriebantur calumnias pluribus ſuſtulimus conſtitutionibus, illud dicentes, quod etiamſi pater poſtea filios
poſtquam procreauerit filios
non ſuſceperit, dotalia tamen inſtrumenta confecerit, etiam ſic habebit

Digitized by Google

qui ei nati ſunt ante inſtrumenta

nihilominus filios legitimos. Nam vt ei quidem naſcerentur alii filii, in fortunæ forte poteſtate & arbitrio ſitum fuit, quemadmodũ & vt nati eriperentur: affectionis autem declarationẽ, quæ iis qui prius nati ſunt, ante dotalia, inquam inſtrumẽta, præbuit ingenuitatem, nihil eſt quod poſſit omnino auferre ¶ Hoc quoq; multo magis ex probabilibus adiicitur rationibus, quod ſi ante inſtrumenta quidem in vtero geſtabatur filius, natus eſt autem poſt inſtrumẽtum, ipſe ſibi naſcatur adiutor, qui v. Inſuper etiam.

natis ſcilicet ante inſtrumenta, multo autem magis poſthumis.

etiam hoc poteſt facere iis qui eum præceſſerunt. Inuenta quoque eſt à nobis quædam ratio quæ vim habet regulæ, pulcherrime omnia quæ de ſtatu naſcentium dici poſſunt explicans. Nam cum diſſenſio eſſet tempuſne cõceptionis an natiuitatis ſit attendendũ, ſtatuimus non cõceptionis ſed natiuitatis tempus eſſe conſiderandum, propter filiorum vtilitatem, adeo vt ſi contigerit excogitari quoſdam eiuſmodi caſus, in quibus eſt [b] conducibilius tempus conceptionis quam tempus natiuitatis, iuſſimus illud magis valere quod nato futurum eſt vtilius.

a Dotalium inſtrumentorum confectio facit legitimos, non ſolum filios qui iam ſunt, ſed etiã qui naſcentur. Similiter dicit 19. nouella & 74. lege lib. 2. Cod. tit 27. conſt. 5. & lib. 6. & 7. & 10. Quod naſcitur, ſequitur id quod eſt ſibi vtile, nempe vel tempore conceptionis vel tempore part*.

b Vtilius tempus conceptionis, vt quando forte inuenitur liberta filium concepiſſe, deinde propter ſuam in patronum ingratitudinem reuocata fuit in ſeruitutem ante partum, & pariet filium in ſeruitute.

Præterea autem illud quoque ſtatuendum eſſe animaduertimus, Nou. 117. c. 2.
quod ſi quis habens filium vel filiam ex muliere libera cum qua poteſt conſiſtere matrimonium, dixerit in inſtrumento vel publico, vel propria manu ſcripto, & quod fide dignorum teſtium habet ſubſcriptionẽ, aut in teſtamento, aut apud actorum monimenta, hunc vel hanc eſſe

nam ſi hoc adiectum ſit, legitimos eſſe permittitur. id eſt legitimi.

filium ſuum aut filiam, & non adiecerit naturalem, ii filii ſint germani, & nulla ab eis requiratur probatio, ſed fruãtur omni iure quod germanis filiis noſtræ præbent leges, vtpote quod ipſe pater, vt dictum eſt,

ex hoc & ſolo patris teſtimonio

eos ſuos filios appellauerit. Hinc enim etiam cum matre eorum oſten-

etſi re vera non fuerit

ditur legitimum habuiſſe matrimonium: adeo vt ad faciendam fidem matrimonii ab ea nulla alia requiratur probatio. Sed & ſi pater ex eadẽ vxore plures habens filios, vni ex iis, quouis modo ex iis qui dicti ſunt, dederit teſtimonium, ſufficiat aliis quoque qui ex ea nati ſunt, ad iura legitimorum, quod vni à patre datum eſt teſtimonium.

a Qui naturales habet filios, ſi in teſtamento aut in actorum confectione eorum quempiã vocauerit filium, eos omnes facit filios legitimos, & ſignificat eſſe legitimum matris eorũ matrimonium: neque ab eo exigitur vlla alia probatio, vt dicit 74. nouella, & nouella 89.

TITVLVS QVINTVS.

De nuptiis prohibitis.

Inſtit. 3. tit. 2. Quære legitimi can tit. 1. c. 3 ex epiſtola magni Baſilii ad Diodorum, & tit. 13. eiuſdem legitimi canonis.

COgnatio eſt nomen generale. Diuiditur autem in tria, in aſcendentes & deſcendentes, & eos qui ſunt ex trãſuerſo. Et aſcendentes quidem ſunt, qui nos genuerũt: vt pater, mater, auus, auia, proauus, proauia, & qui ſunt eis adhuc ſuperiores. Deſcendẽtes autem, qui ex nobis nati Inſtit. de gradib. cognationũ.

Digitized by Google

nepotis filius,

nati ſunt, vt filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & qui ſunt his adhuc inferiores. Ex tranſuerſo autem qui neq; nos genuerunt, nec ex nobis nati ſunt, eiuſdem autem generationis & radicis cuius nos fuere participes: vt frater, ſoror, patruus, amita, conſobrinus, conſobrina, patruelis, & qui ex eis deducuntur. Quæ eſt autem ex tranſuerſo cognatio, in duo diuiditur, nempe in eos qui per genus maſculinum, & per genus fœmininum nobis coiunguntur. Quilibet autem ordo cognationis habet varios & diuerſos gradus. Sed in aſcendentibus quidē & deſcendentibus eſt quædam ſimplex & facilis graduum cōprehenſio. Vnaquæque enim harum perſonarum gradum efficit: & vt ſemel dicam, quot ſunt generationes, tot ſunt gradus. Eſt autem difficilior, & quæ non bene comprehenditur graduum inuentio in iis qui ſunt ex tranſuerſo. Oportet enim nos non ſtatim currere ad perſonam quæ eſt ex tranſuerſo: ſed prius aſcendere ad aſcendentes, donec perueneri mus ad illam quæ eſt cauſa generationis ex tranſuerſo. Deinde cum hoc inuenerimus, deſcendere ad eam quæ quæritur quæ eſt ex tranſuerſo, &

eorum qui ſunt ex tranſuerſo

ſic enumerare omnes generationes quę colliguntur, tam in aſcenſu quā

qui ſunt ex tranſuerſo

in deſcenſu. Vnamquanq; enim generationem in proprio eorū gradu faciunt numerum. Et in deſcendentibus quidem eſt hoc facile: vt, Fi-

ipſum — pater enim & filius eſt vna generatio

lius meus quoti eſt gradus? Ego genui. Ecce vna generatio effecit vnum gradum. Eſt ergo mihi primi gradus. Nepos quoti? Ego genui filium. Filius nepotem. Ecce duæ generationes duos gradus efficiunt. eſt ergo nepos ſecundi gradus. Idem etiam deinceps in pronepote & abnepote. Similiter etiam in aſcendentibus. Pater quoti eſt gradus? Me genuit pater. Ecce vna generatio vnum gradum effecit. Eſt ergo mihi primi gradus. Auus quoti? Me genuit pater, patrem auus. Ecce duæ generationes effecerunt duos gradus. Eſt ergo auus ſecundi gradus. Idem etiam in matre & auia, & omnibus aſcendentibus maſculis aut fœminis. In iis autem qui ſunt ex tranſuerſo, vt dictum eſt, oportet aſcendere ad perſonā quæ eſt cauſa cognationis, enumerando generationes: & rurſus deſcendere ſupputando generationes, donec venerimus ad perſonam de qua eſt quæſtio. Si quis enim interrogauerit, Frater quoti eſt gradus? Dic, ſecundi. Aſcendis enim ad patrem. Ecce vna generatio à patre ad te, vnū gradum effecit. Deinde quoniam inueniſti perſonam quæ eſt cauſa generationis, deſcēde ad fratrem, hîc adiiciens alterā generationem. Ecce duæ generationes effecerunt duos gradus. Recte ergo dictum eſt quod frater eſt ſecundi gradus. Rurſus ſi quis te roget, Patruus quoti eſt gradus? dic, Tertii. Neceſſe eſt enim aſcendere ad tuum patrem, & dicere, Me genuit pater, patrem auus. Ecce duæ generationes effecerunt tres gradus. Eſt ergo patruus tertii gradus. Sic ergo, hanc attendens regulam, potes comprehendere gradus eorum qui deinceps ſequuntur.

§. 1. Inſtit. de nupt. PROHIBITÆ nuptiæ ſic cognoſcuntur. In aſcendētibus & deſcendentib. (Inſtit. lib. [illegible] tit. 10.) in infinitum prohibentur nuptiæ, etiamſi non ſint ex legitimis matrimoniis. Non poteſt enim quis ſuam accipere filiam, aut neptē, aut matrem, ſiue ſint filiæ naturales, ſiue adoptiuæ, licet per emancipationem

ſoluta ſit adoptio. E[illegible] c[illegible]m quæ nunc eſt, pudore afficeretur, quæ o-
qui fuit aliquando pater h[illegible] [illegible]optiui.
lim fuit patris aut aui [illegible] [illegible]pellatio. ¶ Porro autem inter eas quoq; perſo- §. 2.
etiam in [illegible] adoptiuis. Adoptio enim imitatur naturam.
nas quæ ſunt ex tranſ[illegible]ſo, eſt quædam prohibitio. [a] ¶ Fratris enim §. 3.
mei aut ſororis meæ fi[illegible]n non licet accipere. Sed nec eorum neptem.
¶ Similiter nec filiam patrui aut amitæ, hoc eſt patruelem. Sed nec filius §. 4.
meus eorum neptem, q[illegible] dicuntur ἀνεξάδελφοι. ¶ Sed nec patris mei §. 5.
Etiam ſi ſint adoptiuæ, Hoc non eſt in Inſtitut. Quære c. 2. aut matris meæ amitam, etiam ſi ſint adoptiuæ, quoniam obtinent lo-
cum matrum. Et quom[illegible]do contigit amitam eſſe adoptiuam? vt, verbi
cauſa, Auus† maternus habens filium patrē meū, accepit puellam quan- † patern᷒
dam in adoptionem. Et p[illegible]ter quidem meus vocabat ipſam ſororem
adoptiuam, ego autem amitam. Similiter nec magnam amitam poſ-
ſum accipere: hoc eſt, aui ſ[illegible]orem, etiamſi ſit adoptiua, quoniam te-
net locum auiæ. ¶ Sunt autem alii quoque qui non procedunt, non §. 6.
propter ius cognationis, ſed propter affinitatem. Eſt autem affinitas,
neceſſitudo perſonarum, quæ nobis copulata eſt ex nuptiis extra co-
gnationem: vt, verbi cauſa, non poſſum accipere priuignam meam
aut nurum. Et priuigna quidem eſt, ex alio ſuſcepta vxoris meæ filia,
aut neptis aut proneptis. Nurus autem eſt, filii mei & nepotis & pro-
nepotis. Oportet autem addere hoc verbum Aliquando, & dicere,
Non poſſum accipere in matrimonium eam quæ fuit aliquando nurus
mea, aut quæ fuit aliquando priuigna. Adiicientes enim illud Aliquan-
do, oſtendimus non exiſtere perſonas quæ fuerunt cauſæ affinitatis:
& propter reuerentiam affinitatis abſtinemus à coniunctione. Si dixe-
ro, eam quæ fuit aliquando mea nurus: oſtendi deceſſiſſe meum filium,
eius autem maritum. Si dixero, eam quæ aliquando fuit mea priuigna,
oſtendi deceſſiſſe quidem eius matrem, meam autem vxorem. Nam
nam multo magis non poſſum
ſi illa quidem eſt adhuc nurus, hæc vero priuigna, maiori ratione pro-
eam accipere viuo eiuſq; marito
hibeor eam ducere. Inuenitur enim vir vel duas habens vxores, vel mu-
lier habens duos maritos. ¶ Neque ſocrum meam aut nouercam, §. 7.
quoniam ſunt loco matrum. ¶ Neque filiam [b] mulieris quæ fuit à me §. 9.
ſeparata, ex alio viro ſuſceptam poſt ſeparationem. Patris aut fratris
mei ſponſam non poſſum accipere, licet non fuerint eorum vxores.
vel ex ſolis ſponſalibus
Nam illa quidem nouercæ, hæc vero ſponſæ locum obtinet. PAV- l. 14 in pr. ff. de ritu nupt.
l. lib. 23. Dig. tit. 2. Quære c. 4. LVS. Adoptiuus filius, etiam ſi fuerit emancipatus, eam quæ patris
adoptiui vxor fuit, non poteſt ducere. ¶ Neque eius vxorem, adopti- §. 1.
uus pater qui eum emancipauit, etiam ſi ſoluta fuerit adoptio, etiam ſi
ad genus eorum non attineat. Nam illa quidem nouercæ locum ha-
bet: hæc vero nurus. ¶ Etenim pater naturalis non accipit filiam ſuam §. 2. v. vnde.
natam ex meretrice. Ius enim naturale, & id quod decet, ſpectantur
Nam in matrimoniis ſeruare etiam oportet ſeruiles cognationes. Non tamen in hæreditate. Quæ enim acquirunt ſerui, acquirunt dominis. in matrimoniis. ¶ Eadem etiam ſeruare oportet in ſeruili [c] cogna- §. 2. in pr. & §. 3.
tione & affinitate.

a Nunquid autem nepos meus poteſt accipere ſuam neptem? Sed nec proneptem, vt c. 5. Lege de eo ſynodum quæ eſt in fine libri. Nota, & diſces ex ea.

b Hoc eſt, licet proprie non ſit mea nouerca, vtpote quod inter eam & patrem noſtrum non fuerit matrimonium.

c In matrimoniis ſeruiles quoque cognationes oportet attendere. Non poteſt ergo libertus

matrem

matrem ſimul cum eo manumiſſam vxorem ducere, non ſororem, non filiam ſororis. Et contra, non poteſt libertus filiam quæ ei nata fuit tempore ſeruituris, ſimul cum eo manumiſſam accipere in matrimonium, etiam ſi dubitetur an ipſe ſit eius pater. Quod autem definitum eſt in ſeruilibus cognationibus, ſeruandum eſt etiam in ſeruilibus affinitatibus: vt, verbi gratia, non poteſt libertus eam quæ in ſeruitute nupſit patri eius, & nunc eſt manumiſſa, accipere in matrimonium: eſt enim ei veluti loco nouercæ. & contra non poteſt libertus, ancillam quæ nupſit filio ſuo, & nunc eſt manumiſſa, vxorem ducere: eſt enim ei loco nurus. Eodem modo non poteſt libertus matrem illius puellæ cum qua cum eſſet adhuc ſeruus habuit conſuetudinem, accipere in matrimonium, quoniam eſt ei loco ſocrus. Seruantur enim etiam in ſeruitutibus iura affinitatis, de quibus nulla eſt dubitatio. Sed ſi dubitetur, certius eſt & honeſtius huiuſmodi nuptiis abſtinere. Diximus quod oportet abſtiuere à nuptiis nouercæ & priuignæ & ſocrus & nurus. lubenter ergo ſcirem quam oporteat vocare nouercam, quam priuignam, & quam nurum. Sic enim ſcirem certius quas non poſſumus accipere in matrimonium. Nonnulli quidem exiſtimabant nouercam eſſe ſolam vxoré patris, & priuignam filiam vxorem ſuſceptam ex alio viro. Hæc quidem, vt dixi, nonnulli: ſed quod attinet ad cauſam matrimonii, verius hoc & rectius videtur, ne eam quidem quæ fuit aui, poſſe accipi. Etenim filius quidem adoptiuus neque patris naturalis vxorem, neque adoptiui poteſt accipere in matrimonium. Si autem pater meus habuit multas vxores diuerſis temporibus, nullam earum accipio in matrimonium.

secunda
§.4.verſ. ¶ Non ſolum patris mei, ſed etiam aui & proaui vxor dicitur nouer- Nota regulã propter adoptionem.
Quidam. ca: & eas prohibeor accipere. Et ſi pater meus habuit plures, nullã ex his
filius
accipio: & adoptiuus, neque adoptiui neque naturalis vxorem accipit.
v. Itaque. ¶ [a] Socrus eſt mater & auia & proauia vxoris meæ: & nullam ex iis acci- Lege c. 39.
v. Nurus. pio. ¶ Et nurus [b] dicitur filii vxor & nepotis, ¶ & priuigna dicitur ex De priuigna dictum eſt li.
v. vlt. viro 38. tit. 10. c.
alio filia: neque vllam earum accipio, neque [c] matrem eius quæ fuit a- 10.
& ſolum ſponſa
l.15. Eiuſ. tit. liquando ſponſa mea, fuit enim ſocrus. PAPINIANVS. [d] Neque
eam quæ fuit aliquando mei priuigni. Neque nouerca accipit eum qui
l.39. fuit maritus eius priuignæ. PAVLVS. Sororis meæ proneptem Lege c. 51.
non poſſum ducere vxorem, habeo enim in eam locum parentum.
l.40. POMPONIVS. Neque priuignæ meæ filiã accipio. MODESTINVS. Similiter c. 14.
l.42. In matrimoniis non ſolum quod eſt permiſſum, ſed quod eſt decorum
& honeſtum & natura iuſtum quærimus. Non eſt validum matrimo- Vt cap. 38.
nium filiæ aut neptis eius qui eſt dignitate præditus, cum liberto [e] aut
eſt enim probroſum & indecorum eiuſmodi matrimonium.
. . in fin. ſcenico aut filio ſcenici. SORORЕМ ex fornicatione ſuſceptam ne- Quære c. 2. 3. & tit. 10. due. 6. 10.
mo accipit.

a INNOM. De appellatione ſoceri legiſti lib. 3. tit. 1. c. 2. & lib. 22. tit. 5. c. 14. & lib. 39. tit. 10. c. 6. 8. & lib. 50. tit. 16. c. 146.

b EIVSD. De appellatione ſocrus, lege lib. 2. tit. 8. c. 2. & lib. 3. tit. 1. c. 3. & lib. 37. tit. 7. c. 20. & lib. 38. tit. 10. c. 6. 8. & lib 50. tit. 16. c. 50.

c Hinc dici poteſt, quod nec conſobrinam eius quæ fuit aliquando ſponſa mea, fuit enim mea conſobrina. Num ergo propriam conſobrinam non accipio? Neque ergo conſobrinam vxoris, nec ſponſæ. Nam cum natura, vt dicit magnus Baſilius, olim diſcreuerit generis appellationes, turpe eſt conſobrinam appellari vxorem.

d Duxi vxorem quæ habebat filium ex prioribus nuptiis. Is eſt meus priuignus etiam ſi duxerit vxorem, eius vxor non eſt mea nurus. Nunquid ergo poſſum eam ducere, poſtquam fuerit ſolutũ cum priuigno matrimonium? Quæſtio autem eſt, Quoniam nurum quæ fuit non poſſum ducere, hæc autem non fuit nurus. Sed etſi non fuerit nurus, debeo tamen abſtinere ab iis nuptiis. Quod ſi ego quoque h[illegible]bens filiam ex prioribus nuptiis duxero vxorem, filia mea eſt priuigna meæ vxoris. & ſi matrim[illegible]nio coniuncta fuerit alicui mea filia, etſi vxor mea non ſit ei ſocrus, melius faciet abſtinens à nu[illegible]is cum ea contrahendis.

e ENANT[illegible]PH. Quod de libertis dicitur, eſt ſublatum, vt didicimus in abrogatione 16. c. primi tit. ex 4[illegible] Nouella. De differentia autẽ cognatorum lineæ maſculinæ & fœmininæ ex 118. Nouella, vt in inſcriptione 25. cap. 7. tit. lib. 1. cognouimus. Cum autem iure veteri vtrunque eſſet prohibitum, & illuſtres coniungi probroſis vxoribus, & honeſtæ exiſtimationis fœminas coniungi viris obſcuris, 117. Nouella de vilibus quidem mulieribus remiſit: de viris autem malæ exiſtimationis ſilentio præteriit, hoc forte conſilio, quod ſint mulieres faciles & ſimplices, & facile labantur.

l.55. in pr. §. 1. CAIVS. Neq; pater adoptiuus, filii adoptiui filiam aut neptem. ¶ Ne-

Digitized by Google

que filius adoptiuus, adoptiui patris matrem, aut eius ſororem, aut ex filio neptem. PAPINIANVS. Liberta quæ nupſit ſuo patrono, poſt l.62. §.1.

propter reuerentiam quam debet patrono

mortem eius non nubit eius liberto: Ne quis poſſit dicere quod adhuc
Quære tit. 4. c.45. viuo patrono in eam admiſit adulterium. ¶ Etiam ſi tutor curatori red- §.vlt.
Quære tit. 4. c.36. diderit rationes, eam cuius curam geſſit, non poteſt accipere, donec fuerit 20. annos nata, & reſtitutionis quadriennale [b] tempus præterierit,
Quære tit. 4. c.36. licet alteri matrimonio coniuncta habuerit libertos. [c]NEQVE pater tu- l.67. §.2.
toris, neque frater eius qui eſt cum eo in poteſtate, poteſt ducere

cuius tutelam geſſit frater. ne accipiat eam cuius curam gerit.

pupillã. ¶ Ventris [d] quoq; curator, ſeu bonorum, ſubiicitur prohibitioni. §.4.

vt curator ventris

Debet enim reddere rationes. Neque refert multum an parum auri adminiſtrauerit. QVI adulterii in mulierẽ admiſſi fuit accuſatus, non pot- l.26. ff. eiuſd. tit.
Quære ll. 21. tit. 2 cap 11. Qui non lugentur, vt tranſfugæ, ii qui ſibi mortem conſciuerunt, & cæteri id genus. eſt eam ducere vxorem. Quæ tempore luctus peperit, poteſt ſtatim nubere. Virorum qui lugentur, & eorum qui non lugentur, vxores, tem-

propter confuſionem ſeminis, vt dictum eſt.

pore luctus prohibentur nubere.

a Eouſque inter aſcendentes & deſcendentes prohibitæ ſunt nuptiæ in infinitum, vt nec neptẽ adoptiuam poſſit quis vxorem ducere. Non dico conſtante adoptione, imo nec ſoluta quidem adoptione. Non poſſum matrem patris mei adoptiui, aut matertetam, aut neptem ex filio accipere in vxorem. Hæc autem dico conſtante adhuc adoptione. Iam autem ſoluta adoptione, citra controuerſiam inter me & eam quæ dicta eſt, permiſſum eſt matrimoniũ. Nam poſtquam per emancipationem ſoluta fuit adoptio, videor eſſe extraneus.

b INNOMIN. Lege cap. 12. & 17. De matre autem patris adoptiui dictum eſt lib. 1. tit. 7. cap. 23.

EIVSD. Lege lib. 28. tit. 2. c. 21. the. 3. lege huius tit. c. 65. & lib. 48. tit. 7. Marciani. Lib. 5. Cod. tit. 6. c. 5. Quanquam hic dici poteſt, quod propter curam quam gerit filiorum virum non reuerebitur, nec prodet rationes.

c Quæſtio. Quid ergo, præter leges tutor aut curator duxit eam cujus tutelam geſſit aut curam? Non ſolum non conſiſtit quod factum eſt, & matrimonium non eſt matrimonium, ſed etiam poteſt accuſari vt adulter, quando intra 26. annum eam vxorem duxit tutor aut curator. Sic dicit Marcianus in lib. 48 ff. tit. 5. c. 7. Lege etiam cap. quod deinceps ſequitur.

d Deceſſit quidam relicta ſorore & vxore, poſt eius mortem vxor quæ ſe vterum ferre aſſerebat, miſſa eſt à Prætore in poſſeſſionem ventris nomine. Data ſunt autem curatori eius qui dicebatur geſtari in vtero ſeu defuncti bona. His autem ſic geſtis, apparuit mulierem temere petiiſſe bonorum poſſeſſionem ventris nomine, adeo vt deinceps citra controuerſiam, defuncti quidem ſoror vocaretur ad hæreditatem, à cura autem deſiſteret qui datus fuerat curator bonis. Hic ergo qui fuit olim curator, nondum redditis curæ rationibus non poteſt defuncti ſororem accipere in matrimonium. Nam is quoque citra controuerſiam debet reddere rationes. Prohibeatur ergo is quoque ducere vxorem defuncti Nec nos omnino moueat, quod breuiſſimo tempore, & vix nouem menſium, adminiſtrauerit bona defuncti. Nam in tutore & curatore nihil refert multone an minimo tempore tutelam aut curam geſſerit, ſed ſeu multo ſeu minimo tempore tutor fuit aut curator, ſubiicitur ſenatuſconſulti prohibitioni, nec poteſt eam cuius tutelam aut curam geſſit, vxorem ducere.

INNOM. De curatore ventris tractat tit. 9 lib. 37. De curatore autem bonorum tit. 10. lib. 27.

QVI rapuit virginem aut viduam, non poteſt eam ducere, ne patre l. vn §. vlt. nec. C de rapt. virg. ſeu vid.
quidem conſentiente, & delictum remittente. QVI autem ſuſcepit aliquam ex diuino baptiſmate, non poteſt eam poſtea ducere vxorem, vt l. 26. v Ea. C. de nup.

ſpiritalis

Quære c. 8. Quære c. 35. tit. 8. the. 3. quo ad poſtquam ſoluta eſt adoptio, accipi ſororẽ adoptiuam. Nota regula. Similiter lib. 50. tit. 17. c. 193. Lib. 23. ff. a le. 2. c. 10 Similiter c. 14 quæ facta ſit eius filia, neque eius matrem aut filiam. Sed nec filius eius: quoniam nihil æque poteſt inducere paternam affectionem, & iuſtam nuptiarum prohibitionem, vt hoc ius: per quod Deo intercedente, animæ eorum coniunguntur. IN matrimoniis conſiderantur ſeruiles co- l. 14. §. 2. ff de ritu nupt.
gnationes. Si enim manumiſſi fuerint, filius non accipit matrem, aut ſororem, aut ſororis filiam, etiamſi dubitetur ſitne pater. Etenim pater naturalis non accipit ſuam filiam natam in fornicatione. Ius enim naturale decorumque & honeſtum ſpectatur in matrimoniis. ¶ Eadem §.3.

etiam

Digitized by Google

Solutionis autem nuptiarum regulam ſibi ſemper propono Nouellam. etiam de ſeruili cognatione. Non accipit enim vxorem filius eam quæ nata eſt ex coniunctione patris ſui: neque matrem eius quæ fuit ei con- Aliud dicit 78. Nouella in c. 3. vt vide diſtin 1. tit. c. 16.

eſt rationi conſentaneum, vtpote quod

l. 16. §. 1. iuncta. Senatoris filia non rite nubit liberto. S i nepos [a] quidem vxorem

poſſit patri parere filium futurum in poteſtate: nam etſi ipſa eſt in poteſtate patris: qui tamẽ ex ea naſcitur non eſt in eius poteſtate.

Lege etiam 2. tit. eiuſdem lib. 14. c. 4. ducit, pater quoque eius conſentit. Sed ſi neptis, ſufficit aui conſenſus.

tolerabilis — nondum factum

§. vlt. ¶ Furor [b] impedit matrimoniũ, non etiam recte [c] contractum [d] diſſoluit. Furor autem intolerabilis diſſoluit matrimonium.

l. 28. PATRONUS [f] inuitam libertam non poteſt ducere, niſi eam manumiſerit

l. 32. vt duceret. LIBERTUS [g] qui adoptatur [h] ab ingenuo, habet iura ingenui- Similiter de ſponſalibus. tit. 1. c. 8.

patris adoptiui — non poteſt ducere vxorem ſenatoris.

tatis in eius familia: prohibetur autẽ à nuptiis eorum qui ſunt dignitate Quære lib. 31. tit. 1. c. 8.

l. 33. præditi. FILIVSfamilias [i] miles non ducit vxorem ſine voluntate [k] pa- Quære tit. 4. c. 45 th. 59.

l. 7. C. de nuptiis. tris. S i ſemel ſolutum fuerit matrimonium, cum [l] puella ſit in poteſta- Quære c. 42. them. 2.

te, & poſtea coniuncta fuerit primo viro, patre ei nõ conſentiente, non Lib. 5. Cod. tit. 4. Similiter lib. 1. tit. 9. Papiniani.

quam prius dedit filiæ

valet matrimonium ſed poteſt pater dotem repetere.

a INNOM. Ne ei inuito ſuus hæres agnaſcatur. Aufer cap. 3. ſita eſt enim regula Inſtit. 1. tit. 11.

b Furor quidem exiſtens impedit ne contrahatur matrimonium, quoniam opus habet vt contractui conſentiat in nuptiis. Superueniens autem furor non lædit matrimonium iam rite contractum.

c EIVSD. Nec concubinatum diſſoluit furor, vt lib. 25. tit. 7. c. 7.

d EIVSD. Siue vnus ſiue ambo correpti ſunt furore, poſtquam coniuncti fuerint matrimonio. Nihil enim eorum quæ recte geſta ſunt infirmat furor ſuperueniens, vt Inſtit. 2. & lib. 1. tit. 6. c. 5. Lege etiam quæ in eo ſcripta ſunt, & c. 20. 5. tit. eiuſdem lib.

e EIVSD. Similiter in ſponſalibus tit. 1. c. 8. Lege etiam lib. 29. tit. 3. c. 27. ante duo themata, nempe c. 17. Quære c. 4 . them. 2. Scias autem quod hodie ex conſtit. domini, aut eorum annulorum & reſtitutorum natalium ius eum ſequitur.

f Nam ſi matrimonii cauſa, id eſt, vt eam duceret vxorem eam manumiſit ne omnino quidem fit libera niſi intra ſex menſes nupſerit patrono, vt didiciſti lib. 1. Inſtit. & lib. 4 . ff. tit. 9. c. 20. vbi amplius dicit Modeſtinus, quod ſi manumiſſa matrimonii cauſa, alteri & non ei qui manumiſit nupſerit, non fit libera, licet intra ſex menſes poſtquam ea nupſit extraneo, is qui manumiſit eam duxerit vxorem.

g Nota nouum modum per quem libertus iura ingenui conſequitur, etiamſi non conſequatur in omnibus. Pone autem quod patri ſuo naturali ſe dedit in adoptionem. Nullus enim alius præter patrem naturalem & patronum poteſt libertum accipere in adoptionem, vt didiciſti in lib. 1. Baſilici tit. 7 c. 15 & 46. Memento eorum quæ dicta ſunt in 5. tit. eiuſdem lib. c. 27.

h INNOM. De hac adoptione lege lib. 1. tit. 5. cap. 27. & eiuſdem lib. tit 7. cap. 15. thema vltimum.

i ENANT. De milite lege lib 5. Cod. tit. 4. cap. 21. qui videtur contrarius. Dicit enim omnes milites contrahere matrimonium abſque aliqua ſolennitate, modo cum ingenuis mulieribus: hoc eſt, etſi non fiat donatio antenuptialis, aut pompa nuptiarum, aut inſtrumenta, vt dicit ſequens 22. conſtit.

k INNOM. Non ſolum in matrimonio ſed etiam in concubinatu à milite exigitur exacta iuris obſeruatio. Dictum eſt enim lib 48 tit. 1. c 11 them. 1. quod miles qui ſororis ſuæ filiam habet concubinam, exauthoratur & deportatur Dictum eſt autem lib. 26 tit. 7. c. 39. quod militum ignorãtiæ non ignoſcitur præterquam in teſtamentis.

l THEOD. Filiafamilias opus habet patris ſui conſenſu ſi vult priori ſuo viro coniungi Dicit autem 16. conſt. huius tit. quod etiamſi ſuam filiam expoſuerit, debet conſentire eius matrimonio. Quod maius eſt autem dicit 8. conſtit eiuſdem tit. quod etiam ſi ſit filia ſui iuris, ſed minor ætate, opus habet omnino conſenſu patris. Sed ſciendum eſt quod quando emancipata opus habet conſenſu patris, nihilominus ipſa quoque debet conſentire ſuo matrimonio, vt dicit rurſus 20. conſti. eiuſdem tit. Lege autem 12. & 14 conſt. eiuſdem tit. Scias autem extra hæc quod maior 25. annis filia recte cogit ſuum patrem eam collocare in matrimonium ſecundum Nouellam.

THAL. Hoc didiciſti in lib. ſingulari De dotibus, quod etiam ſi renouauerit idem matrimonium, opus eſt conſenſu patris.

Τὸ κατὰ πόδας. Si, vt proponis poſt querelam de marito à filia ad te delatam diſſolutum eſt matrimonium, nec te conſentiente ad eundem regreſſa eſt, eſt illegitimũ matrimonium, ceſſante patris voluntate in cuius erat poteſtate. Atque ideo non pœnitente filia, petitionem dotis repetere non prohiberis Pœnitente, hoc eſt, non contradicente repetitioni dotis Nota autem quod non dixit, Non conſentiente Nam ſi non contradicit, videtur conſentire. Quod ſi contradicit, debet diſcerni vter dicit validiora, pater ne qui quærit repetere, an puella quæ prohibet repetitionem, eſt autem præſidis huius rei iudicium, vt dictum eſt in lib. ſingulari De dotibus.

adhuc viuus.
Quære tit. 4. c. 36 Cap. 45. the. 6. TVTOR aut [a] curator non ducit vxorem [b] adultam, niſi pater ipſam l. 56. ff. de ritu nupt.
tutori aut curatori · accipiet eam cuius curam gerit ipſe patronus.
deſponderit, aut in teſtamento iuſſerit, neque libertus curatoris. SE- l. 44. §. vl.
ſpectatur enim in nuptiis etiam ingenuitas.
Abrogata eſt à Nouella 22. NATOR non ducit eam quæ prohibetur nubere alteri ingenuo.
qui non eſt dignitate præditus, propterea enim accepit ſuam libertatem
Similiter lib. 42. 48. ETIAMSI patronus factus ſit [c] captiuus, non poteſt liberta alteri nubere. l. 45. §. vlt.
vt qui ſeipſum vendiderit ad pretium participandum,
Lege etiam 2. the. Sed ſi patronus fuerit alter redactus in ſeruitutem, ſoluitur matrimo-
ancillam meam vt eam accipiat vxorem
Cap. 61 Quære c. 14. nium. ETIAMSI per filium meum manumiſero cauſa matrimonii, non l. 51. in pr.
qui propter hoc ipſum iuſſi eam manumitti.
poteſt eam alias [d] ducere, niſi renuntiauero eius matrimonio.

Deſunt 6. folia.

a Nec tutor nec curator poteſt eam cuius tutelam olim geſſit, aut curam gerit, niſi pater cum eſſet ſuperſtes, eam deſpondit, vel alias deſtinauit, vel etiam in ſuo teſtamento meminit, vt ea forte nuberet primo, & accidit vt primus fieret tutor aut curator puellæ, cui ſecuta voluntatem patris puella coniuncta fuit matrimonio. Nota quando tutor & curator poſſit accipere vxorem cuius ab eo cura geritur. Lege 62. cap. huius tit. ſciens quod nec filius aut nepos tutoris poteſt ſine cauſis prædictis ducere eam cuius pater aut auus geſſit tutelam. Hoc enim dicit Paulus cap. 59.

b INNOM. Similiter c. 54. 59. 63. 65. 66. matrem autem eius cuius curam gerit, recte ducit tutor: quo caſu recte quoque adoptat pupillam, vt lib. 1. tit. 2. cap. 32. & lib. 5. Cod. tit. 58. c. 3. conſtit. 19.

c INNOM. In aliis captiuitas ſoluit matrimonium, vt lib. 24. tit. 2. c. 1. quod quidem ſubtiliter eſt intelligendum propter ea quæ in eo ſunt adſcripta.

d Nam ea quæ iuſſu patris fuit manumiſſa à filiofamilias, inquit Iulianus, perinde eſſe videtur ac ſi pater ipſe primitus manumiſiſſet. Quod ſi etiam propterea alius libertatem ei impoſuerit, vel emancipatus inquam, nihil vetat quo minus patronus eam accipiat vxorem. Quamobrem ſicut dictum eſt in Inſtit. 1. tit. 6. Quæ matrimonii cauſa fuit manumiſſa, non recte efficitur libera niſi intra ſex menſes.

LEGES quæ de nefariis nuptiis antea latæ ſunt ab Imperatoribus, Nou. 12. in pr.
non eſſe perfectas exiſtimamus, quæ eos quidem qui nefaria cõtrahunt matrimonia, dimittunt impunitos: quæ ex eis autem proceſſit prolem, etſi crimini non affinem, priuant bonis paternis, perinde ac ſi neceſſe ſit eos quidem qui peccant, eſſe inſontes, & crimini non affines: inſontes autem puniri tanquam qui peccent. DE cætero ergo ſtatuimus, vt ſi c. 1.
quis nefarias & naturæ cõtrarias (quas lex vocat inceſtas, nefarias & damnatas) contraxerit nuptias, ſi non habeat quidem filios natos ex prioribus legitimis & reprehenſioni non affinib. nuptiis, ſtatim quidem ſuorum bonorum ei immineat ablatio, & eorum quoq; quæ ratione dotis ei fruenda data ſunt. Omnia autem fiſco aſſignentur. Cur enim cum ei liceat legitimum celebrare matrimonium, mauult illegitimum, & ſemina quidem confundit, genera autem iniuria afficit, impia autem facit & nefaria, & ea concupiſcit quæ repelluntur etiam à multis animantibus ratione carentibus? Et ſit quidem ei pœna, non ſolum publicatio, ſed etiã cinguli ablatio, & exilium, & ſi quidem ſit vilis perſona, corporis quoq; caſtigatio, vt diſcat eſſe temperans, & manere intra terminos naturæ, non autẽ voluptatibus ſe explere, & amoris terminos tranſilire, & datas à natura nobis leges inſolenter tranſgredi. muliere quoque, ſi cum legem ſciret, eam quidẽ neglexerit, ſe autem nefariis tradiderit nuptiis, idem ſubeunte ſupplicium. ATQVE ſi ſint quidẽ forte filii aut nepotes, c. 2.
aut etiã vlteriores ex priorib. nuptiis in quas non cadit reprehenſio, illi protinus paternam accipient ſucceſſionem, vt qui pœna quidem patris facti ſint ſui iuris, eum autem ſimul & alant, & alia præbeant neceſſaria,

nam

Digitized by Google

cap. 3. ſeu penult. nam etſi eſt legum tranſgreſſor eſt impius, & tamen pater. E t hoc quidem ſit tempore conſecuturo, quod fluit poſt hanc noſtram conſtitutionem: quod quidem nullam afferet moleſtiam, ſi caſtus ſit ac temperans. licet enim ſi nihil peccauerint, huic legi non ſubiici. Quod autem iam præteriit, neq; à pœna omnino abſoluimus, nec acerbæ indignationi penitus ſubiicimus. Sed ſi nefarium quidem contractum ſit matrimonium, ſi id quidem quoquo modo fuerit prius diſſolutũ, ſit à pœna liberum. Sin autem hæc noſtra lex inuenerit quempiam cum id genus nuptiis, ei liceat ex quo omnibus fuit manifeſta, intra duos annos eam ſibi ſic coniunctam dimittere, ad eum non amplius reuerſuram, neque ſpecie quidem diſiunctam, re vera autem cum ea habentem conſuetudinem. Forte enim is priora quoq; excuſabit, ſola quarta parte bonorum eius ad fiſcum delata. Et filii quidem, quoniam eis tanquam culpę minime affinibus ignoſcimus, ſi ſint quidem ſoli, & non cum aliis filiis quoque legitimis, ex aliis matrimoniis quę reprehẽdi non poſſunt, nati ſunt, ne paterna priuentur ſucceſſione. Niſi iure eos odio habens pater, propter aliquam aliam offenſionem excluſerit à ſua ſucceſſione.

v. ſi vero. ¶ Sin autẽ aliquæ aliæ, & quæ legem non offendunt præceſſerint nuptiæ, & ex iis nati ſint filii: filiis quidem qui omnino culpa carent, & nulli ſunt affines reprehenſioni, relinquantur tres partes hæreditatis, niſi in aliquo alio offenderint, quod eos ex lege reddit indignos paterna ſucceſsione. Quartã filiis, qui ſunt quidem probroſi, ſed culpa tamẽ carent, liceat relinquere, & qui ipſi quoque in cæteris apparent in patrem nihil omnino admiſiſſe quod poſſit reprehendi ex paternis bonis quarta parte ſcilicet excepta quam fiſco dari iuſſimus. Eis autem concedimus, vt non ſolum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato, eo modo qui dictus eſt à nobis, parentum ſint hæredes, hoc ipſo obſeruato etiam ſi poſtquam priorem dimiſit vxorem quæ nefarie ei fuit coniuncta, aliam ex lege duxerit vxorẽ, natis eis filiis & ex priore, & poſtea ex legitima. Ita enim priora tẽpora vincemus humanitate, dote videlicet data mulieri quę diuertit. Sed ſi vxorẽ non dimiſerit intra duos annos, ex quo lex manifeſta euaſerit, ipſe & à bonis ſuis excidat, & mulier à dote, & dictæ pœnæ ſubiiciatur, & eiuſmodi filii nihil habebunt ex bonis paternis, ſed nec ex dote. Sed ſi ſint quidem ei filii nati ex prioribus quæ reprehenſioni non ſunt affines nuptiis: illi bona capient, excepta ſcilicet quarta parte quæ fiſco defertur, ſui ſcilicet iuris effecti, & patrem alentes, & alia quæ ei ad tuendam vitam ſufficiunt præbentes, ſicut prius diximus, hic quoque nefariæ mulieris dote ad fiſcum redacta. Si vero ei qui hæc fecit, nõ ſint filii ſuſcepti ex primis nuptiis in quas non cadit reprehenſio, tunc omnium eius bonorum fiſcus erit dominus. Hoc enim etiam in iis qui nefaria matrimonia poſtea contrahunt conſtituimus, in eodem loco omnino habentes eum qui nefariam mulierem non dimittit intra tempus quod diximus, & eum qui poſt hanc noſtram legem elegit nefarias & abominandas nuptias.

Interlinear glosses: ex illegitimo matrimonio (above "ignoſcimus"); forte ex ingratitudine (above "odio habens"); forte crimine maieſtatis (above "in aliquo alio"); patrem (above "Quartã"); nefarie ei coniuncta (above "vxorẽ"); aliis filiis (above "ex legitima"); nati ex nefariis nuptiis (above "eiuſmodi filii").

Digitized by Google

a Iuſta cauſa repudii eſt, quod mulier cognouerit inſidias quæ ſtruebantur aduerſus Imperatorem, & marito non ſignificauerit: & quod tacuerit quod vir cognoſceret, cum poſſet mulier etiam per alium ſignificare, quod mulier fuerit adulterata, ſi maritus accuſationem in eam mouerit. Tunc enim præter dotem, ex aliis quoque bonis mulieris accipit maritus quantum facit dictam partem dotis, ſi non ſint liberi: nam ſi ſunt liberi, ipſi dotem accipient, & omnia bona matris ſuæ quæ punitur. Sed ſi maritus qui accuſauit vxorem, non probauerit, ſed victus fuerit, ex eo ipſo aduerſus ſeipſum inducit cauſam repudii. Lege lib. 5. Cod. tit. 17. cap. 8. & lib. 9. tit. 9. conſtit. 12. 14. 27. 34. & memento 22. Nouellæ. Lege 140. Nouellam, Qui adulterium admiſit punitur. Eius † Vſum. autem vxor præter dotem ſuam, accipit etiam vſumfructum † donationis propter nuptias, ſeruandum tamen ſuis liberis, quibus quidem aſſignantur etiam omnia alia bona viri qui tunc commiſit adulterium, nempe patris eorum. Nam ſi non ſint ei filii, donationis propter nuptias etiam dominium accipit vxor: reliqua autem eius bona fiſco deferuntur. Lege lib. 9. Cod. tit. 9. conſtit. 4. 5. 6. & Nouellam 119.

Titulus VII.

De ſolutione matrimonii.

NOVELLA CXVII.

Quære c. 13. Nomocan.

QVONIAM in antiquis & noſtris legibus multas cauſas inuenimus ex quibus matrimoniorum facile fiunt Nou. 117. c. 8. in pr.
quæ olim indifferenter ſoluebant matrimonia
ſolutiones, ꝓpterea cēſuimus aliquas ex eis amputare,
quæ nobis viſæ ſunt indignę quæ ſoluerent matrimo-
cauſas
nia: & eas ſolū nominatim huic legi inſerere, pro quibus iure poteſt, ſiue vir ſiue fœmina tuto mittere libellum repudii, & vxoris dotem lucrari, ſeruato in ea dominio liberis ſuſceptis ex
ex iuſta cauſa ſoluto — dotis ſcilicet
eodē matrimonio, aut ſi non ſint liberi, frui etiam dominio. Has ergo eſſe ſtatuimus. ¶ Si contra maieſtatem imperatoriam cōſilium aliquos §. 1.
capere conſcia fuerit mulier, & marito ſuo non aperuerit. Si hoc autem
& hoc non renunciat Imperatori:
ab vxore renunciatum maritus tacuerit: liceat mulieri per quancunq;
quod ſciat aliquot conſilium inire aduerſus Imperatorem, & quod marito hoc aperuerit.
perſonam hoc renunciare Imperatoriæ maieſtati: adeo vt maritus ex
Quære ſequētis tit. c. 45. Cap. 12. Nouel. 131.
hac cauſa nullā inueniat occaſionem diuortii. ¶ Si maritus exiſtimet §. 2.
ſuā vxorem poſſe cōuinci adulterii: oportet maritum prius inſcribere v-
Quære li. 40. tit. 37. c. 67. — à marito
xorem aut adulterum: & ſi crimen adulterii aperte fuerit probatum, tūc
vxori à marito
miſſo libello repudii, iubemus illas pœnas infligi delinquentibus quas leges ſtatuunt, illis quoq; legitimas pœnas ſubeuntibus, qui huic impio
Quære huius lib. tit. 12. c. 3.
crimini interceſſores fuere, aut adminiſtri. Ex bonis autem adulteri, ſi
adulter — vxori adulteri
habeat vxorem, dotem & donationē ante nuptias ei ſeruari, aut * partē
* Partem cōſtitutā. Quartam ſcil. ſe partē bo. mariti quæ datur à lege vxori, quando non ſcripta fuerint inſtrumenta, nec dotem omnino afferat mulier.
noſtra lege conſtitutam, ſi inſtrumenta dotalia non ſint ſecuta. Reliqua
adulteri — ei adultero
autem eius bona, ſi ſint quidem aſcendentes aut deſcendentes, vſq; ad
ſeu trinepotum — aſcendentes & deſcēdentes
tertium gradum eos accipere per ordines & gradus. Si vero non ſint, iubemus eas † aſſignari fiſco. Mulierem autem adulteratam iis quas decet pœnis ſubiectam inijci in monaſterium. Et ſi intra biennium velit maritus quidem eam recipere: damus ei poteſtatem hoc faciendi, & cum
† Eas ſcilicet dotem vxoris adulteri quæ deceſſit, & ſimiliter reliqua bona adulteri.

cum ea habitandi, ex eo nullum timenti periculum, neque læſo matri-
bienii
monio † per ea quæ interceſſerunt. Sin autē prædictum tempus præter- † Poteſt enim maritus ſi vo-
antequam ſcilicet tranſierit tempus biennii — etiam inuſtam
ierit, vel maritus priuſquam receperit vxorem, iubemus eam tonderi, & lit deſpicere omnia quæ euenerunt, & rurſus ſuam
accipere habitum monaſticum, & habitare in monaſterio toto tempo- vxorem accipere.
tonſa adultera — eius filii
re vitæ. Et ſi habeat quidem deſcēdentes, accipiant ipſi duas partes bonorum eius diuiſas ſecundum ordinem legum: reliqua autem tertia pars detur monaſterio in quod cõiicitur. Sin autem non ſint deſcendentes, ſed aſcendentes, & inuenti fuerint non tuliſſe opem impio huic flagitio: accipiant ipſi quatuor vncias diuiſas ſecundum ordinem legis: Octo autem vnciæ dentur monaſterio in quo incluſa fuit ea mulier. Si vero nec deſcendentes habeat aut aſcendentes, aut etiam aſcendentes opē tulerunt huic impietati, omnes eius bona accipiat monaſterium: illo obſeruato, vt † per omnes caſus marito ſeruentur pacta quæ continentur in inſtrumentis matrimonialibus.

† Per omnes caſus, ſeu aſcendentes ſeu deſcendentes habeat adultera. Maritus enim debet omnino lucrari dotem quæ continetur in inſtrumento matrimonii. Quod autem inuenitur vltra dotem in eius bonis, illud debet diuidi aſcendentibus vel deſcendentibus.

§.3. ¶ Si quoquo modo mulier inſidiata fuerit vitæ ſui mariti, vel cū aliis Nouel. 117.
§.4. hoc facientibus conſcia eſſet, id non aperuerit. ¶ Si cum viris extraneis
§.5. nolente marito conuiuia agitet, aut ſimul lauetur. ¶ Si nolente marito
§.6. extra domum maneat, niſi forte apud ſuos parentes. ¶ Si ad equeſtria Memento in Nouellis.
ſpectacula aut venationes acceſſerit ſpectatura marito neſciente, aut et-
§.vlt. iam prohibente. ¶ Quod ſi contigerit vt quiſpiam ſine vlla ex prædictis cauſis ſuam vxorem expellat ex ſuis ædibus, adeo vt illa non habens parentes apud quos poſſit manere, neceſſe habeat noctu foris degere: iu-
quod foris cubet
bemus propter hanc cauſam marito nullā dari poteſtatem mulieri mit-
§.9. tendi libellum repudii, quoniam ipſe eſt eius rei cauſa. Cavsas autem pro quibus iure poteſt marito ab vxore mitti libellus repudii, & ex quib.
vxor — ſuam ex bonis mariti
poteſt etiam dotem accipere, & repetere donationem propter nuptias, ſimiliter filiis ſeruando in donatione dominio, aut ſi nō filii, vt ipſa quo-
donationis antenuptialis
§.1. que eius habeat dominium, has eſſe ſolas ſtatuimus. ¶ Si aduerſus imperatoriam maieſtatem aut ipſe conſilium ceperit, aut ſi iis qui conſilium ceperunt conſcius, Imperatori non aperuerit aut per ſe, aut per quan-
§.2. cunque perſonam. ¶ Aut ſi maritus quouis modo inſidiatus ſit vitę vxoris, aut cum alios hoc moliri ſciret, non aperuerit vxori, & ſecundum
inſidias quæ parabantur vxori
§.3. leges ſtuduerit vindicare. ¶ Aut ſi maritus inſidiās pudicitiæ vxoris, co-
§.4. natus ſit eam tradere aliis adulterandā. ¶ Aut ſi maritus de adulterio inſcripſerit vxorem, & nō probarit adulterium: liceat vxori, ſi velit, etiam pro hac cauſa mittere marito libellum repudii, & ſuam quidem dotem recipere, auferre autem etiam donationem antenuptialem: & pro ea calumniā, ſi filios quidem habeat ex eodem coniugio, ex aliis viri bonis * tantum capiat vxor iure dominii, quātum cognoſcitur eſſe pars tertia donationis antenuptialis. Nam ſi habeat liberos, iubemus omnia mariti bona ſeruari filiis, firmis manentibus iis quæ de donatione ante nuptias * Quæ ſuperſunt poſtquā ſatisfactum fuerit eius doti & donationi ante nuptias.

vt ea etiam aſſignetur vxori. vxori

aliis continentur legibus:Ita tamen, vt propter illatum crimen adulterii,& non probatum,maritus quoq; illis ſubiiciatur ſuppliciis, quæ ſubitura erat vxor,ſi id crimen fuiſſet probatum. ¶Si maritus in eadem do- §.vlt.

Memento 22 & 115 & 130. Nouellã. mo in qua habitat cum vxore, ea deſpecta inueniatur cum alia habitare in eadem domo, aut degere in eadem ciuitate : aut in alia domo cum alia muliere aſſidue manere conuincatur,& bis reprehenſus aut per ſuos parentes, aut per parentes vxoris, aut per aliquas alias perſonas fide dignas,non abſtinuerit ab ea intemperantia:liceat mulieri & pro hac cauſa diſſoluere matrimonium, & dotem quæ data eſt recipere, & donationem ante nuptias,& pro hac iniuria tertiam partē ęſtimationis quam efficit donatio ante nuptias, ex aliis eius bonis accipere: Ita tamen, vt ſi habeat liberos,conſequatur vxor ſolum vſumfructum rerum quas acceperit ex donatione ante nuptias, & multa tertiæ partis bonorum mariti dominio ſeruato filiis communibus. Nam ſi non habet filios ex eo-

cum vſufructu

Memento Nouellæ 22. dem coniugio, iubemus eam habere earum rerum dominium. Illud Nou. 22. c. 15. §. vlt.

ſuæ vxori

autē eſt obſeruandum,quod ſi maritus iure miſerit libellum repudii,obnoxia erit mulier & pœnis quæ nobis prius dictæ ſunt,& toto quinquēnio prohihebitur venire ad aliud coniugium,nec erit ante quinqueniū matrimonium à reprehenſione alienum,nec legitimum vocabitur ma-

ante quinquennium

trimonium.Sed quicunque vult accedat,& quod factum eſt accuſet tāquam admiſſum contra legem.SIN autem mulier iure miſerit libellum c. 16. eiuſdē Nou. repudii,& cauſa fuerit ſuperior, lucretur quidem lucra quæ prius dicta

propter confuſionem ſeminis

ſunt,erubeſcat autem priuſquam annus tranſierit,venire ad ſecundas nuptias. Quod quidem non eſt nobis in viro obſeruandum.Ei enim qui eiuſmodi lucra fuerit conſecutus, licet protinus contrahere matrimonium,quoniam de confuſione ſeminis nulla eſt iuſta ſuſpicio,quod quidem in mulieribus ante annum merito arcet coniunctionem:tantique momenti eſt quæ hinc fit prohibitio,vt etiamſi bona gratiā contigerit diſſolui matrimonium,tamen ſic quoque anno vno facta eſt mu-

Nouel. 117. lieribus ſecundarum nuptiarum prohibitio. QVOD autem à nobis eſt c. 11. ſupra dict. Nou. 117. conſtitutum de iis qui ſunt in expeditionibus,& in militiarū referuntur numerum,ſiue ſint milites,ſiue fœderati,ſiue ſcholares, ſiue vlli alii qui recenſentur in numero armatæ militiæ, pulchrius ac expreſſius deſcribendum eſſe duximus:iubemuſque vt quotcunque annis manſerint in expeditionibus,expectēt eorū vxores,etiamſi nec literas nec reſponſum à ſuis maritis acceperint.¶Si quis autem ex his mulieribus audierit ſuum v. ſi qua. maritū deceſſiſſe:ne tūc quidē permittimus vt ea veniat ad alias nuptias, niſi prius per ſe,vel per ſuos parentes, aut per quanuis aliam perſonam acceſſerit mulier ad priores & chartularios numeri in quo militabat eius maritus,& eos vel Tribunum, ſi adſit, interroget an re vera deceſſerit is qui cum ea cohabitauit, vt illi ſanctis propoſitis Euangeliis deponant an maritus re vera deceſſerit. Et poſtquam hæc fecerit, ſuſcepta actorum monimēta pro ſuo teſtimonio mulier accipiat.Et poſt hæc iu-

ſit quoque

bemus eam manere ſpatio vnius anni,vt poſtquam is præterierit,liceat

ei le-

Digitized by Google

v. ſi autē. ei legitimum contrahere matrimonium. ¶ Si vero contra hanc obſeruationē auſa fuerit mulier venire ad alterum matrimonium, & ipſa, & qui eam duxit in matrimonium, puniantur tanquam adulteri. Sin autem cum apud actorum monimenta cum iureiurādo depoſuiſſent, inuenti poſtea fuerint ficte depoſuiſſe: ipſi quidē priuati militia cogentur ſoluere pœnam decē librarum auri, ei quem falſo dixerunt deceſſiſſe: ſit

v. ſi vero. autē in eius poteſtate, ſi velit, ſuam vxorē recipere. ¶ Sin autē ſit ille ſcholaris de cuius obitu dubitatur, à primorib. ſcholæ & ab actuario (qui præeſt actorum monumentis): Si vero fœderatus, ab eius optione (electo), dictā depoſitionē accipiat vxor illius (qui dicitur deceſſiſſe), his obſeruatis etiam apud alios omnes qui in armatam referuntur militiam.

Lege lib. 5. C. tit. 17. c. 10. & memento 22. Nouellæ. Nouel. 24 cõſtit 4. c. 2. Quære primū lib. 4. c. 2 the. 2. 18. c. Nouella 125. quæ dicit retineri à marito donationem, quoniā videtur vxor prius deceſſiſſe. Quære huius quoq; lib 31. c. 77. in fine, quando valet donatio. Quære lib 4. c 9.

c. 12. DICTIS autem cauſis eas quoque nominatim addendas cenſuimus, ex quibus licet ſine pœna diſſoluere matrimonia. Diſſoluitur autem matrimonium ex occaſione quæ reprehendi non poteſt, quando pars alterutra monaſticam elegerit exercitationem, tranſiens ad viam quæ ducit ad meliora, & vitam quæ tranſigitur in caſtitate eligens. TVNC

Nou. 22. c. 5. enim iubemus licere & marito & vxori ad meliora tranſeuntibus, diſſoluere coniugiū, & recedere, aliqua parua portione relicta ei qui fuerit derelictus Nam quod lucrum fieri à morte conuenerunt qui contraxerunt, oportet hoc habere eū qui derelictus eſt ab altero, ſiue ſit maritus ſiue vxor. Nā is, quod attinet ad eū qui cohabitauit, videtur deceſſiſſe, vt

c. 6. qui alterū iter vitę pro altero elegerit. PORRO autē à neceſſaria quoq; & à ratione nō aliena occaſione diſſoluitur matrimoniū, quando quis non potuerit coire cū vxore, & facere ea quæ viris data ſunt à natura, ad tres annos vſq; à tēpore nuptiarum. Licet. n. vxori, aut ipſis parētibus, diſſoluere matrimonium, etiā ſi nolit is qui cohabitat. Et hîc quidē dos, ſi vlla omnino data fuit, ſequetur vxorem, & eam reddet maritus ſi acceperit.

Quære etiam 4 tit. c 13. in

c. 7. DONATIO autem propter nuptias ſeu ante nuptias, manet apud maritū domi nullo damno affectū. Quinetiā captiuitas eſt eiuſmodi, vt bona gratia (captiuitatis) diſſoluat matrimonium. Nā ſiue marito cōtigerit hoc infortuniū, muliere manente in ciuitate: ſiue rurſus mulier quidem abeat in captiuitatem, maritus autem maneat in ciuitate, accurata quidem & ſubtilis ratio diſſoluit matrimonium. Nam ſi ſemel ſuperuenerit captiuitas, fortunæ inæqualitas non ſinit alteri manere æqualitatem quæ exiſtit ex matrimonio. Verumenimuero hæc benignius conſiderantes, quandiu quidem eſt manifeſtum adhuc eſſe ſuperſtitē maritum aut vxorem, indiſſolubilia coniugia manere concedimus, nec ad ſecundas nuptias veniant vxores nec mariti niſi temere hoc velint videri facere, & ſubiici pœnis: maritus inquam exolutioni donationis antenuptialis: vxor vero dotis. Sed ſi fuerit incertum ſitne ſuperſtes an non perſona quæ venit ad hoſtes: tunc expectandū eſt quinquennium, ſeu marito, ſeu mulieri: poſt quod, ſiue ſit mors certa, ſiue incerta maneat, contrahere matrimonium licet ſine periculo. fuit enim hoc connumeratum ab iis † qui nos præceſſerunt, inter ſolutiones quæ fiunt bona gratia. Noſq; huic aſſentimur, adeo vt nec hic opus quidem ſit diuortio, ita inter ſe inuicem diſiunctis perſonis, nec vllus hinc lucrabitur, neque maritus dotem, neque vxor donationem antenuptialem, ſed vnuſquiſque manebit in ſuis.

& non ſuperfluas & indifferentes vt olim

¶ Omnes ergo dictas cauſas quæ hac noſtra lege continētur, ſolas iubemus ſufficere ad ſolutionem legitimorum matrimoniorum, & nullam aliam cauſam præter eas quæ nominatim huic legi ſunt inſertæ, poſſe ſoluere legitimum matrimonium. Nou.117. ſuprad. c. 12. v. memorat.

a Solutiones matrimonii quæ non puniuntur, ſunt hæ: Quod maritus non poſſit coire cum vxore quod factus ſit captiuus, quod monachus euaſerit. In quibus caſibus obſeruantur quæ iam dicta ſunt. Scias autem extra hæc quod caſus mortis in eis tractantur. De eo qui non poteſt coire lege lib. 5. Cod. tit. 17. cap. 10. Dicit enim hæc conſtit. quod ſi per tres annos non poſſit maritus coire cum vxore, licet vxori ſoluere matrimonium. ſed ſine damno, non accipere autem donationem ante nuptias, ſed ſolam dotem non innouatam, & nouel. 22. De monachatu autem lege 1 lib. Cod. tit. 3. conſtit. 53. & nouel. 123. De captiuitate autem lege lib. 5. Cod. tit. 3. conſtit. 11 quæ loquitur de ſponſalibus Sed memento 22. nouel. cap. 7.

† Quære cap. 6. tit. 4. cap. 45. thema vltimum. Quære tit. 8. cap. 68. Diuortium quidem in præſentibus, repudium autem in abſentibus, & nota differentiam. Proprie autem hæc eſt differentia, quod diuortium quidem proprie & ſolum dicitur de vxore, repudium autem & in vxore & in ſponſa, vt lib. 8. Dig cap. 101 & 94 Baſilici autem lib. 2. tit. 2. cap. 97. Diuortium autem dicitur ab eo quod eſt diſſentire, aut ſeparari à ſe inuicem, vt lib. 24. Dig. tit. 2. Baſilic. autem lib. 28. tit. 7. cap 12.

a QVONIAM quidam noſtram legem ſtudent tranſgredi, in qua ſpecialiter cauſas enumerauimus ex quib. mitti poſſunt libelli repudii aut à marito aut ab vxore: iubemus pręter has cauſas nullo modo licere mittere libellos repudii. aut quæ fiunt valere, aut ex conſenſu ſoluere ma- Nou.134. c.11. in pr.

præter dictas cauſas

trimonia, & ſibi inuicem peccata condonare ¶ Sed ſi pręter cauſas à nobis definitas auſi fuerint aliqui ſoluere matrimoniū, iubemus, ſi habeāt v.1.

ſine cauſa ſoluto filiis

quidē deſcēdentes, ſiue ex eodē ſiue ex alio matrimonio, eorū bona illis dari ſecundum legum ordinem, maritumque & vxorem coniici in monaſterium toto tempore vitæ: & ex bonis vniuſcuiuſq; quatuor vncias deputari monaſteriis in quæ coniiciuntur, marito ſcilicet ne vſumfructum quidem habente partis quæ datur liberis. ¶ Si autē non habeant v.2. deſcendentes, ſed inueniantur aſcendentes: accipiant ipſi tertiam partē bonorum niſi ſolutionis matrimonii impietati conſenſerint: duæ autē partes aſſignentur monaſteriis in quæ vnuſquiſq; iniicitur. ¶ Si vero nō v.3. ſint aſcendentes nec deſcendentes, aut etiamſi aſcendentes cōſenſerint ei quod factum eſt: iubemus omnia bona dari monaſteriis in quæ fuerunt coniecti: ne per hanc ſubtilitatem & Dei iudicium cōtemnatur, & lex noſtra tranſiliatur. ¶ Quinetiā eos qui ſunt adminiſtri matrimoniorum eiuſmodi ſolutionibus, aut componunt eiuſmodi nefarios contractus, corporalibus pœnis ſubiici iubemus, & mitti in exilium. ¶ Si ii au- v.4. v.5. tem qui ſunt aggreſſi ſoluere matrimonium, voluerint rurſus coniungi priuſquam iniiciantur in monaſteria: eis hoc facere concedimus, & dictas pœnas eis remittimus, & vt bona ſua poſſint habere concedimus, & ita inter ſe viuere, perinde ac ſi nihil eiuſmodi eſſet ab eis peccatum. ¶ Vno autē volēte reuocare matrimonium, niſi altera perſona conſen- v.6.

definitæ

ſerit, in eum qui non vult, valeant pœnæ. ¶ Hæc autem omnia iubemus v.7. obſeruari tam in regia vrbe quam in prouinciis per comitem priuatorū, & ſcholam palatii, & Præſides in prouinciis, eorumque comites, eis ſciētibus, quod ſi cum quid eiuſmodi peccatum fuerit, fuerint negligentes, & non hæc omnia obſeruauerint, ſubituri ſunt exilium, & bonorū publicationem. ¶ Hęc autem omnia iubemus obſeruare ſanctiſſimos quo v.vlt.

que

Digitized by Google

que qui ſunt in loco Epiſcopos, vt eorum cura traditæ perſonæ coniici-
antur in monaſteria, & ex eorum bonis tradantur monaſteriis ea quæ
Nou. 117. c. 13. in fi. ſunt à nobis definita. ET hęc quidem expreſſe diximus de matrimoniis
quæ ex iuſta vel iniuſta cauſa diſſoluuntur: & omnes dictos caſus iudi-
c. 14. cari & decidi ſtatuimus ex hac noſtra conſtitutione. SI quis autẽ vxo- Nouel 117. c. 12. Quære Nomocan. tit. 13. c. 4.
rem ſuam flagris aut lignis verberauerit abſque vlla ex iis cauſis quas iuſ-
ſimus ſufficere ad ſolutionem matrimonii: matrimonii quidẽ ſolutio-
quod ſcilicet flagris cæſa ſit vxor
nem ex eo fieri nolumus: maritum autem qui probatur abſque eiuſmo-
di cauſa flagris aut lignis verberaſſe ſuam vxorem, pro hac iniuria ex a-
poſt exceptam ſcilicet dotem ſuæ vxori
liis ſuis bonis tantum dare vxori, etiam conſtante matrimonio, quantũ
c. 15. in pr. facit tertiam partẽ donationis ante nuptias. HIS illud quoq; addimus,
quod ſi quis aliquem ſuſpectum habeat, quod velit, vt eſt veriſimile, il-
ludere vxoris ſuæ pudicitiæ, & tres [b] in ſcriptis ad eum miſerit denun-
tiationes quæ continent teſtimonia trium virorum fidẽ dignorum: &
poſt has tres ſcriptis mandatas proteſtationes inuenerit eum cum ſua v-
xore, ſiquidem in ſuis ædibus, vel vxoris, vel adulteri, vel in cauponis,
aut in ſuburbanis: licere marito illum ſuis manibus interficere, ex eo
forte in Eccleſia
v. ſi vero. nullum timenti periculum. ¶ Sed [c] ſi in alio loco eum inuenerit cum ſua
vxore colloquentem: non minus quam tribus fide dignis teſtibus cõuo-
catis, per quos poſſit probare quod eum inuenerit cum ſa vxore, trade-
v. illum. re magiſtratui, qui crimina examinat: ¶ illum autem re vera ſcientem,
poſt tres ſcriptis mandatas proteſtationes, eum eſſe inuẽtum ſimul cum
eius vxore, eum quidem vt qui ex hoc ſolo inciderit in crimen adulterii,
nulla alia probatione quæſita puniri, marito autem licere ſuam vt velit
vxorem accuſare, & ſecundum leges crimen perſequi.

a Si factum fuerit repudium propter aliquam cauſam quæ non continetur in cõſtitutionibus, male quidem fit, ſed valet. ſed amittit ſcilicet quæ data ſunt, is qui ſine iuſta cauſa repudiauit. Memento eorum quæ dicta ſunt in cap. 16. lib. Cod. & eorum quæ ſcripta ſunt in 22. & 117. Nouella. Ex conſenſu non ſoluitur matrimonium. Hoc tollit 140. Nouella. Nec maritus nec vxor poſſunt ſibi inuicem peccata cõdonare. Qui ſoluit matrimonium, cedat bonis ſuis deſcendentibus, & coniiciatur in monaſterium ipſe & vxor eius vſque ad mortem, & detur tertia pars bonorum vniuſcuiuſq; eorum monaſterio; nec habeat maritus vſumfructum datum filiis. Si autẽ non habeat deſcendentes ſed ſolum aſcendentes: ipſi quidem accipiant tertiam partem ſuorum bonorum, niſi ipſi quoque conſenſerint ſolutioni matrimonii, aliæ autem duæ partes dentur monaſterio. Sed ſi non ſint aſcendentes aut deſcendentes, tunc aſſignentur monaſterio omnia bona eius qui ſoluit matrimonium & qui ſunt adminiſtri huic ſolutioni matrimonii: & ſi ſunt tabelliones, mittuntur in exilium. Sed ſcias quod qui conſenſu ſoluerunt matrimonium, nondum coniecti in monaſteria, poſſunt ſibi inuicem coniungi ex pœnitentia, & nec pœnam quidem ſubeunt. Si autem vnus conſenſit reuocationi matrimonii, alius autem non conſenſit, tunc is qui non conſenſit, ſubiicitur dictis pœnis. Sciẽdum autem quod ſi ea quæ dicta ſunt non obſeruauerint Præſides & eorum cohortes, ſubiiciuntur exilio & bonorum publicationi. Curent autem Epiſcopi vt ex perſonæ dentur monaſteriis cum quantitate definita ex bonis eorum. Et ſcias quod hæc omnia quæ dicta ſunt, hodie non procedunt. Nam, vt prius dixi, iubet 140 Nouella ſine pœna ex conſenſu ſolui matrimonia.

b Qui poſt tres ſcriptas proteſtationes, adulterium in domo ſua aut in domo vxoris, aut in domo ipſius adulteri deprehendit aut in cauponis, aut in ſuburbanis, cum ſua vxore ſcilicet eum ſine periculo interficit. Nam ſi eum præterquam in dictis locis deprehenderit præſentibus tribus teſtibus tradat eum Præſidi. Sciendum eſt autem quod maritus qui miſit ad adulterum tres in ſcriptis proteſtationes. poteſt ſi vult accuſare vxorem, nec ab eo exigitur alia probatio. De adultero quidem interficiendo, lege lib. 9. tit. 9. conſt. 4. vbi dicit filios etiam hoc poſſe facere. De accuſanda autem adultera lege lib. 9. Cod. tit. 9. conſtit. 6. 17. 11. 14. 15. & 21.

c Qui in æde oratoria cum aliena vxore deprehẽditur, per Eccleſiæ defenſorem & Epiſcopum traditur Pręſidi, etiam ſi ſola ſit aduerſus eum ſuſpicio, & punitur tanquam adulter, nullo alio quęſito. Lege lib. 9. Cod. tit. 9. conſtit. 6. vbi dicit quod mulier accuſatur adulterii etiam ex ſuſpicione.

Digitized by Google

¶Quoniam autē nonnulli inueniūtur adeo impii, vt etiam in venerandis ædibus audeant ſe tam execrandis immiſcere flagitiis, & illic de peccatis inire conſilium, vbi qui Deum timent, ſoliti ſunt petere remiſſionem peccatorum: iubemus vt ſi quis eiuſmodi inuentus fuerit in locis ſanctis cum aliena vxore de qua eſt ſuſpicio, poſt tres proteſtationes, vt dictum eſt, loqui: licere eius marito vtranque perſonam tradere defenſori eccleſiæ, aut aliis clericis, vt eorum periculo ii ſeparatim cuſtodiantur, donec magiſtratus loci hoc ſciens mittat ad Epiſcopum ciuitatis, vt ipſi ii tradantur, ex legibus ſubituri ſupplicia, quæ vetant ne adulteri defendantur à ſanctis eccleſiis, ne hic quidem Iudice vllam quærēte probationē adulterii, niſi tres, vt ſuperius dictum eſt, denuntiationes. His enim tribus denuntiationibus probatis, illi omnibus modis puniātur vt adulteri. Neque enim huiuſmodi perſonæ ex eo loco debent habere ſecuritatem, quem ipſi per ſuum abominādum flagitium habuere deſpicatui. Nam ſi eos qui alibi mulieres rapiunt, & adulteria committunt, confugientes in ædes oratorias, ab ipſis defendi leges noſtræ non concedunt: quomodo illis qui in eadem eccleſia huiuſmodi ſtudēt perpetrare flagitia, concedemus vt vllum inueniant auxilium ex terminis eccleſiaſticis, ac non potius omnibus modis tradantur magiſtratibus & ſubeant ſupplicia, quibus digni ſunt qui audent ſancta loca polluere? Qui enim illic peccat, vbi petet ſalutem? ¶Generaliter autem ſtatuimus, vt ſi quis inuenerit ſuam vxorem, aut filiam, aut neptem, aut [illegible]rum, in ſanctis locis cum aliquo colloquentem, & ſuſpicetur turpi de cauſa eos hanc habere conſuetudinem, eos tradāt defenſori, aut aliis clericis ſanctiſſimę eccleſię, vt ii ſuo periculo vtraſque perſonas cuſtodiant, donec loci magiſtratus iis acceptis, ex legibus rem cōſiderauerit. †Dissoluitur cōiugiū diuortio vel morte, vel[a] 1 captiuitate, aut 2 alia ſeruitute quę accidit vni ex coniugibus.[b] Divortium ſic componitur: Res tuas age.

[Marginal notes: §. 1. — v. & generaliter. — † Hic tit. eſt. 17. lib. 5. Cod. — l. 1. ff. de diu. & repud. — 1 Captiuitate) Quære cap. 3. them. 4. — 2 Seruitute) Quære ca. vltimum & tit. 40. cap. 46. — l. 2. §. 1.]

[Interlinear glosses: quoniam nec eos inuenimus confugiſſe ad eccleſiam — auxilium — iuſto — antiquitus]

a Innom. Illud Capti[illegible]tate, ſummo iure dictum eſt, propter ſeruitutem quæ ſuperuenit. nam ex benignitate & æquitate valet matrimonium, vt vult conſtit. 6. cap. & nouella de nuptiis 117. & de diuerſis capitibu[illegible] nouella 118. quam etiam lege perfecte, tractantem de repudiis. In patrono autem captiuo manet validum matrimonium, vt lib. 23. tit. 2. conſtit. 44. In 8. autem cap. 15. tit. lib. 49. iure poſtliminii ſeu reuerſionis maritus non ſolum recipit vxorem, ſed ipſa quoque cum velit alii non nupta poſt tempus præſtitutum. Sed ſi ſine iuſta cauſa ad maritum non ſit reuerſa: ſubiicitur pœnis diuortii. In 12. autem cap. eiuſdem tit. quod vxor captiui non eſt eius vxor etiam ſi velit, & in eius domo maneat, & cap. 14. quod quando vxor conſenſerit reuertens ab hoſtibus, renouatur matrimonium. Quæ[illegible]uis cap. 13. 5. tit. lib. 48 aduerſus eam quę adulterata fuit apud hoſtes, dedit marito poſſe moue[illegible] accuſationem adulterii iure mariti.

Enantioph. Hoc abro[illegible]at 117. Nouella quæ dicit, Quoniam multas &c. Cauſas autem iure mittendi libelli repudii, in ab[illegible]tione 22. Nouellæ. Prohibuit autem etiam eam quæ fit conſenſu ſolutionem, dicta 117. Nouella: ſed abrogata fuit à nouella cxl. quæ eſt 2. Iuſtiniani. vt inuenies in abrogatione eiuſdem 117. Nouellæ, & illa à lege quæ eſt ad manum.

b In repudiis autem, hoc eſt, in renunciatione, hæc verba ſunt examinata. Conſidera autem quod ſit inutilis omnino expo[illegible]o capitum de repudio.

[Interlinear gloss: hæc olim]

¶Etiam in[a] ſolutione ſponſalium oportet mittere libellū repudii, & ſic componitur. ¶Nihil[b] intereſt an ipſi præſenti renūcietur, an abſenti per eū qui eſt in eius pote[illegible]ſtate, aut eū qui ipſum vel ipſam habet in poteſtate.[c] Divortium non eſt quod non eſt verum & propter perpetuam

[Marginal notes: §. 2. — Quære 1. tit. cap. 15. Lege it 21. tit. 1 tit. 17. & li. 5 Cod. — §. vlt. — l. 3. in pr.]

[Interlinear glosses: vt repudium matrimonii. — matrimonium vel ſponſalia,]

Digitized by Google

id eſt cum ea affectione vt non amplius vniantur.

v. itaque. tuam diuiſionem. ¶ Vnde quæ per [d] calorē miſit libellum repudii, & bre-

L. 4. ui eſt reuerſa, ne videtur quidē diuertiſſe. FVRIOSÆ matrimoniū manet Quære tit. 1. c. 9. lib. 38. tit. 3 c. 21.

propterea quod eſt validū matrimonium: nam ſi non eſſet, ne opus quidem eſſet repudio.

firmum [e] ac validum: & ei recte mittitur [f] repudium. eſt enim ignoranti Quære Nomocan. tit. 14 c. vlt.

eius

ſimilis. Ipſa autem non mittit, neque eius curator: pater autem [g] poteſt Quære c. 15. Lege tit. 3. c. 59

L. 5. mittere repudium. SI [h] filia quæ eſt ſui iuris diuerterit, vt eius maritus Quære eiuſd. lib tit 4 c. 52.

dotem ſuam

lucretur, & pater damno afficiatur, qui ea decedente in matrimonio, Quære tit. 4. c. 50 & huius tit c. 11. 14.

poterat dotem à ſe datam recipere: patri datur auxilium, & dotem per- Lege lib. 5. C. tit. 17. c. 5. &

inde exigit ac ſi filia deceſſiſſet in [i] matrimonio. vltimum.

a Etiam ad ſponſalium diſſolutionem oportet mittere repudium In hoc autem repudio probata ſunt hæc verba, Sponſalibus tuis non vtor.

b CYRIL. Repudium etiam abſenti mittitur per eum qui eſt in poteſtate eius, vel per eum qui ipſum vel ipſam habet in poteſtate

c THEOD. Diuortium illud verum creditur, quod fit ex affectione, & ad hoc vt ipſi in perpetuum à ſe inuicem ſeparentur. Si quid enim calore vel ira fit aut dicitur, non prius eſt firmum ac ratum, quam ex eo quod ipſi perſeuerauerint in eadē voluntate, probatum fuerit id factum eſſe ex pura voluntate & conſilio. Ideoque per calorem miſſo repudio, ſi paulo poſt vxor reuerſa eſt ad maritum, eſt eius vxor, & conſtat neque factum fuiſſe diuortium. Quæſitum eſt autem an mulier furioſa poſſit marito mittere repudium, aut maritus eius furioſus aduerſus eam vti repudio. Et ſcripſit Iulianus ei quidem recte mitti repudium: eſt enim ignoranti ſimilis: ipſam autem non poſſe mittere repudium propter ſuam ignorantiam, neque curatorem eius, patrem autem recte mittere repudium. Non tractaſſet autem Iulianus de repudio, niſi ſciuiſſet etiam poſt furorem mulieris conſtare inter eam & maritum matrimonium. & ego quidem aſſentior eius ſententiæ.

CYRILLI. Quod calore miſſum eſt repudium, niſi perſeuerauerit diſſenſio pro nullo eſt. Furioſæ mittitur repudium. ipſa autem non mittit nec curator eius pater autem eius mittit. Valet autem matrimonium alioqui non eſſet opus repudio.

d ENANT. Hæc oſtendunt etiam ſine cauſa mitti libellum repudii. Quod quidem eſt abrogatum à Nouella 117. & 134. Similiter lib. 23. tit 2. c. 16. & lib. 1. tit. 6 c. 8.

e INNOM. Lege tit. 3. c. 22 Semper autem ſequere Nouellam De repudiis.

f ENANT. Hoc eſt abrogatum, vt tit. 1. c. 32. them. 16.

g INNOM. Si pater autem eſt furioſus: ipſa mittit libellum repudii, & dos, ea conſentiente, recte ſoluitur curatori patris aut contra, vt lib. 46. tit. 3. c. 56. Pomponii. Lege huius lib. tit. 1. c. 32. in quo dicit conſentientibus coniugibus non ſolui matrimonium patre volente repudium. Lege etiam lib. Cod. tit. 17. conſtit. 5. & poſtremam.

h DOROTHEI. Si filia quæ eſt in poteſtate, vt quæ marito bene velit, vt ipſe lucretur dotē, & damno afficiatur pater eius quæ dotem è domo dedit, cū ipſa decederet, miſit marito repudium: poteſt nihilominus pater dotem repetere, ſi filia deceſſerit in matrimonio quod contraxit cum marito. Oportet enim nos opem ferre patri, ne perdat dotem quam dedit. Non minus enim patri quam marito ſuccurrere iubet Prætor, quando vxor ei mittit mortis cauſa repudium. Et ideo patri eſt concedendum vt dotem perinde repetat, ac ſi conſtante matrimonio eius filia deceſſiſſet.

CYRILLVS. Si emancipata miſerit repudium, vt maritus profectitiam dotem lucrifaciat: eam pater repetit tanquam ſi ea prius deceſſiſſet.

INNOM. In hoc ſolo caſu recipit pater dotem filiæ emancipatæ, vt lib. 21. tit. 2. c. 71.

L. 7. [a] SI eum qui diuortii libellum miſit pœnituerit, & qui eum ferebat Quære 24 lib. ff c. 4. & de vicariis. 1 90. Nouella.

ad quem miſſus eſt libel-

pœnitentiam ignorans, eum tradiderit: manet coniugium. Niſi is qui

lus diuortii perinde ac ſi

accepit, cognita pœnitentia velit ipſe ſoluere matrimonium. tunc enim

ipſe miſiſſet repudium.

L. 8. per ipſum ſoluitur. [b] QVI alienam vxorem ex itinere in domum

ſuam duxit, & illinc miſit libellum diuortii ad eius maritum, relegatur

L. 9. in triennium. [c] NON eſt ratum diuortium, niſi adhibiti fuerint ſeptem

teſtes ſcilicet

ciues Romani puberes, inter quos nō eſt libertus eius qui facit diuortiū,

aut patris eius aut aui, aut proaui, aut aliorum aſcendētium vel deſcen-

liberti enim non ſubſcribunt. ſi eum vxor amet. volente etiam

L. 1. C. de dentium libertus. MARITI [d] quidem deportatio [e] nō diſſoluit matrimo- Lib. 5 C. tit. 17.

repud. & vxore. Si nolit autem, ſoluitur, & dotem accipit.

iudic. &c. nium, ſed abſurdum eſt mulierem manere indotatam. [f] Poteſt itaque Quære huius lib. tit. 4. c. 20.

V

Digitized by Google

Conſtit. 5. Quære c. 6. & c. 7. eſfectum.

eam exigens. — hoc eſt, à morte
ſuam dotem recipere.[g] DEDIT quis[h] doté pro muliere, & in caſum mor- L. 3
eius ſtipulatus fuit reuocationem
tis eſt ſtipulatus. Mulier autem cum vellet extinguere cōditionem ſti-
ſimulate & per colluſionem
pulationis, imaginarie miſit marito libellū diuortii, vt infirma ac inuali-
rurſus — vt accie
da fieret conditio eius qui dotauerat, & deinde poſtea nuberet eidē per-
piat dotem quam dedit
ſonæ, extraneo rurſus excluſo. Iubet ergo conſtitutio hoc diuortium nō
id eſt, falſa ac ficta, vt
lædere extraneum, ſed dotem ei reſtitui opera Pręſidis. Imaginaria enim
quæ fiunt per dolum ac colluſionem
inquit diuortia, ſiue in ſponſalibus fiant ſiue in matrimoniis, nullius ſunt momenti.

a THEOD. Si cum quidam dediſſet libellum repudii cuidam eum portaturo, eum pœnituerit, & is qui portabat, ignorans eius pœnitentiam, libellum tradiderit: dicimus non ſolui matrimonium, niſi perſona quæ accepit repudium, cum cognouiſſet eum pœnituiſſe qui miſerat, velit ipſa diſſoluere matrimonium. Tunc enim ex cauſa & ſententia eius qui accepit, diſſoluitur matrimonium: & ipſe creditur mittere repudium.

CYRILLI. Miſi per te repudium, me pœnituit: ignorans id tradidiſti, manet matrimonium. Sin autem mulier cum cognouiſſet, voluerit ſoluere matrimonium, ipſa fit cauſa repudii.

b DOROTHEI. Cum quis in via inueniſſet vxorem cuiuſpiam traxit eam in domum ſuam, & effecit vt ea è domo ſua mitteret libellum repudii. Cum hoc reſciuiſſet Adrianus, ad tres annos relegauit eum qui hoc fecerat.

c DOROT. Nullum eſt ratum repudium, niſi ſubſcribatur à ſeptem teſtibus Romanis & puberibus, præter libertum eius qui mittit repudium: ſiue ipſe eum manumiſerit, ſiue pater eius, aut auus, aut proauus, aut aliquis alius eius aſcendentium aut deſcendentium.

d Τὸ κατ' πόδας. Deportatione vel aquæ & ignis interdictione non ſoluitur matrimonium, ſi caſus in quem maritus incidit, non mutet vxoris affectionem. Ideoq; actio dotis ipſo iure non competit, ſed indotatam eam eſſe, cuius laudandum propoſitum eſt, nec ratio æquitatis, nec exempla permittunt.

e Non diſſoluit autem, ſi velit mulier etiam poſt eius caſum cum eo habitare. hoc enim addit τὸ κατ' πόδας.

f Poteſt ergo mouere & repetere. etenim ſi ſit pauper maritus, mulier dotem recte repetit: vt habet conſtit. 29. tit. 12. huius lib. multo magis cum eius bona ſunt publicata.

g THEOD. Etiam ſi marito interdictum fuerit aqua & igni, non ſoluitur quod cum eius vxore contractum eſt matrimonium, niſi illa voluerit. Similiter dicit 24. conſt. 16. tit. huius lib. de viro qui fuit deportatus, dicens quod tantum abeſt vt ſoluatur matrimonium, etiam ſi maritus fuerit deportatus, vt etiam quæ ab eo donata ſunt vxori, non ſint rata niſi prius deceſſerit. Didiciſti autem ex 27. conſtit. dicti 17. tit. quod etiam ſi vnus ex iis qui ſunt inuicem coniuncti, deceſſerit, non ſoluitur quod inter eos intercedit matrimonium. Vnde rurſus quæ ab aliquo ex iis facta eſt donatio non eſt valida, niſi qui donauit, prius fuerit mortuus. Lege Nouellam 22. quæ dicit, quod non ſolum deportatio, ſed nec in metallum damnatio, nec ſeruitus pœnæ ſoluit matrimonium.

h THEOD. Mulieris calliditas non lædit eum qui dat pro ea dotem, in ea reddenda. Memento 3. conſtit. 3. tit. lib. propoſiti.

Quære tit. 1. c. 6. & huius tit. 7. lib. 7. Lege quod deinceps ſequitur.

[a] NON poteſt mater mittere libellum repudii marito ſuæ filiæ. [b]PA- L. 4
ter qui ſemel conſenſit matrimonio, non poteſt, filia ei [c] non conſen- L. 5
tiente, id diſſoluere niſi ex magna & iuſta cauſa. Si autem ea conſentiē-
te diſſolutum fuerit matrimonium: non [d] poteſt cogere eam reuerti ad

Eiuſdem tit. c. 12. Quære c. 7. tit. 6.

maritum. ¶ Si vero filia eſt ſui iuris: nulla ratione poteſt pater diſſoluere v. emancip.
eius [e]matrimonium. [f]VVLT conſtitutio, neque filiosfamilias, neque e- L. 12 ſ. u. vlt.
mancipatos, neque maſculos, neque fœminas poſſe ſua diſſoluere ma-
ad circunſcribendos parentes
trimonia in fraudem ſuorum patrum aut matrum, qui dotes aut donationes ante nuptias dederunt aut acceperunt. ſed quemadmodum in contrahendo matrimonio expectamus conſenſum parentum; ita filiorum non diſſolui matrimonia contra eorum voluntatem. Quod ſi etiā contra parentum voluntatem miſſus fuerit libellus repudii, nō competere aduerſus eos exactionem dotis aut donationis antenuptialis, etiam

ſi ipſi

Digitized by Google

ſi ipſi ea dederint aut acceperint. ſed ipſum filium aut filiam qui ſine cauſa miſerunt libellum repudii, ſubiici ei perſecutioni. Abſurdum eſt enim, patrem quidem contra filii voluntatem non poſſe ſoluere matrimonium: permiſſum autem eſſe filiis qui forte ſunt minores 25. annis, & nec ſciunt quidem quid ſit conducibile, aut ſunt peſſimo animo in parentes, contra eorum voluntatem ſoluere ſuum matrimonium.

a Iis quæ dictum eſt, adiectum eſt in integra. Vnde etiam ſi iterum coniuncti fuerint, non poteſt in ſecundis nuptiis locum habere ſtipulatio.

b Mater quidem omnino non diſſoluit matrimonium filiæ. Pater autem non diſſoluit matrimonium emancipatæ. Eius enim quæ eſt in poteſtate recte diſſoluit ſi eſt iuſta cauſa: vt dicit 5. conſtit. huius tit. Memento 18. & 20. conſt. tit. 18. lib. 1. & lege lib. 6. tit. 2. cap. Sciendum eſt autem quod 12 conſtit. huius tit. oſtendit quod nec parentes ſine conſenſu filiorum, neque filii citra conſenſum ſuorum parentum, etiam ſi ſint emancipati, diſſoluunt matrimonium, ſi pro illis dederunt parentes. Iubet enim 22. Nouella filios non ſoluere ſuum matrimonium ſine conſenſu parentum: quoniam in damnum ſuorum parentum fit ſolutio.

c Non poteſt pater cogere filiam ſuam nolentem reconciliari marito. Memento 14. conſt. 4. tit. huius lib.

d Conſentiendi quidem vel non, ab initio pater habet poteſtatem. Vbi autem ſemel conſenſerit, non poteſt diſſoluere matrimonium, niſi iuſta cauſa effecerit vt hoc fiat. Atqui inuita ſæpe cogitur nubere, niſi ſponſus ſit turpis vt didicimus in 1. tit. lib. ſingularis De dotibus.

e Sic nec cum magna quidem & iuſta cauſa mittit pater libellum repudii.

f Sæpenumero filiifamilias cum ſuis vxoribus machinantes quæ ſunt in fraudem ſuorum parentum, eis mittebant repudium, cum nullam haberent iuſtam cauſam vt à patribus eorum exigeretur & dos quam acceperant, & donatio antenuptialis quam pro eis dederant. Manebant autem ipſi, etiam ſoluto matrimonio, cum vxoribus ſuis clanculum conuenientes. Præſens itaque conſtitutio neque filiosfamilias, neque emancipatos, & cætera vt in Baſilico.

Nou. 22. c. 9. [a] Si iudicis autem ſententia libertum & libertam, aut eorum filios

propter ingrati animi crimen in ſuum dominum

redegerit in ſeruitutem: ab initio quidem conſiſtit matrimonium. Quę autem poſtea extitit ſeruitus, eos à ſe inuicem ſeparat, perinde atque ſi mors fuiſſet ſecuta. Nam qui nos præceſſerunt, dicunt eam quæ ſuper-

v. idcirco. uenit ſeruitutem, nõ multum abeſſe à morte. ¶ Quamobrem hinc accipiat vnuſquiſque quod ſuum eſt: pactum autem quod factum eſt in ca-

reliqua parte bonorum eius qui redactus eſt in ſeruitutem.

ſum mortis, ſolum deueniat ad liberos, reliquo deueniente ad eum qui

c. 10. redegit in ſeruitutem. [b] Si quis autem ſtatim ab initio exiſtimatus fuerit coniungi perſonæ liberæ, deinde pronunciatum fuerit illum eſſe ſeruum: non dicimus ſolui matrimoniũ: ſed ipſum ab initio ne fuiſſe quidem matrimoniũ propter cauſam quę nobis dicta eſt ab initio, inæqua-

huiuſmodi

litatis conditionis. Quamobrẽ non eſt lucrum ex matrimonio ſpectandum, neq; aliquid eiuſmodi, ſed ſola eorum quæ oportet, per cõpeten-

ſolius dotis

v. hæc autem. tes actiones redditio. ¶ Hæc autem definimus, & id dicimus nõ eſſe matrimonium, ſi ſola conditionis incertitudo rem tueatur, nec probetur domini conſenſus, nec vlla eius calliditas aut negligentia.

a Liberti iure in ſeruitutem redacti, ſoluunt matrimonium, & deinceps ex eo manet caſus in mortem collatus. reliqua autem competunt domino eius qui redactus fuit in ſeruitutem. Et ſcias quod qui redigitur in ſeruitutem, videtur decedere. lege lib. 1. Cod. tit. 14. conſt. 21.

b Qui ſerulli perſonæ tanquam liberæ coniungitur, non contrahit matrimonium: ſed etiã vendicantur ea quæ data ſunt propter matrimonium lege lib. 1. C. tit. 18. cap. 3. Dominus coniungens ſeruum ſuum alicui perſonæ liberæ, tanquam liberum, aut conſentiens eiuſmodi nuptiis, aut cum ſciret malitioſe tacens, non poteſt ſoluere matrimonium, quin etiam amittit quod in eum habet dominium. lege lib. 2. Cod. tit. 19. & 20. cap. 3.

Digitized by Google

Titulus VIII.

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

LIBER XXIV. ff. TIT. III.

Quære lib. 16. lib 60 tit. 52. c. 19 th. 2. Quære etiam lib 26. tit. 5. c. 40. Quære etiam tit. 16. c. 79. Similiter lib. 23. th. 4. c. 2.

PRÆCIPVA [a] & vtilis eſt cauſa dotis ad ſobolem ſuſcipiendam, & conducẽs reipublicæ. SOLVTO matrimonio L. 1. ff. Sol. matr. dos quemad. pet.
ſed ſi eſt in poteſtate, ad vtroſque reuertitur, nempe ad ipſam &
dos redditur vxori quę eſt ſui iuris. neque enim cogitur l. 2. in pr.
patrem o us. dotis redditionem *quando ſcilicet vterque pater & filia ei communiter*
maritus eam alii promittere: niſi ſi nihil ex eo lædatur.
promiſerint. alteri dotem reddere *id eſt. profectitia.*
¶ Sed ſi eſt in poteſtate, & dos data fuit [b] à patre: eſt §. 1.
communis eius [c] & patris: nec poteſt contra eius voluntatẽ [d] pater per ſe
forte procuratorem.
[e] repetere, aut per vllum alium. Et illi debet maritus promittere, cui v-
nihil ex eo læſa quod pater promiſerit alicui
terq; promittet. Nã ſi pater ſolus promiſerit: in maritũ agit filia quãdo-
alii reddi dotem à marito. *aduerſus generum ſcilicet*
Quære lib. 22. c. 1. & eiuſd. lib. tit. 1. c. 86. Quære c. 7. 4. tit. lib. 23.
cunq; facta ſui iuris. Sed ſi ſola ꝓmiſerit filia: ſeruatur patri actio. Si vero
vt quæ non poſſit agere contra ſuum maritum.
fuerit ſui iuris: læditur ex ſtipulatione facta alteri eius voluntate.

a DOROTHEI.

DOTIS cauſa ſemper & vbique eſt præcipua. Nam & publice intereſt dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas, ad ſobolem procreandam, replendamq; liberis ciuitatem, ſit maxime vtile. Soluto autem matrimonio, oportet mulieri ſuã reddi dotem, nec cogitur maritus alicui alii eam ſtipulari, niſi ſi nihil ex hoc lædatur. Nam ſi aliquod incommodum ex hoc habet ſuſpectum: non debet cogi alicui alii dotem promittere, quam vxori. Hæc dico quando mulier eſt ſui iuris. Nam ſi eſt in poteſtate & profectitiam dotem ei dedit pater: tunc eſt dos vtriuſque communis. Non aliter certe poteſt pater eam dotem repetere, aut per ſe aut per procuratorem, quam filia ei conſentiente. Iure ergo nec ſtipulari poteſt pater dotem non conſentiente ei filia. Sed nec à marito alteri promitti poteſt, niſi vterque ei communiter promiſerit. Nam ſi cum ſolus pater iuſſiſſet, alicui promiſerit non amittit de dote actionem, quandocunque ſui iuris filia fuerit facta. Contra autem ſi voluntate ſolius filiæ alicui dotem promiſerit maritus: integram aduerſus eum actionem habet eius ſocer. Nunquid autem poteſt mouere actionem, an etiam ex voluntate filiæ debet mouere? Et puto & ipſum ſolum poſſe mouere actionem. & ei conſentiente filia, recte agit. Quod ſi ſui iuris fuerit facta filia patri tunc opponitur iuſſu filiæ maritum dotem alii promiſiſſe.

CYRILLI. Dos eſt vtilis ad ſobolem procreandam. Vxori dos reddatur ſoluto matrimonio: neque cogitur maritus alicui alii promittere ab initio ſi ſe in aliquo lædi putat. Si pater dotem pro filia dederit dos eſt communis: nec eam pater repetit ſine voluntate filiæ, neque eam iubet alii promitti. Alioqui quandocunque ſui iuris facta filia, actionem mouet & eam exigit. Si vero ipſa ſine patre iuſſerit alii promitti, neque ſoli actionem mouenti patri nocetur, neque cum ipſa ſed ei, ſi fuerit ſui iuris.

b ANONYMI. Quænam ſit dos profectitia, & quæ aduentitia, didiciſti in principio tit. 3. lib. 23. Eſt autem etiam receptitia, de qua tractat liber 39. tit. 6. c. 3.

c EIVSD. Cum in hoc & in 9. capite tradiderit regulam quomodo reddatur profectitia, neque in hoc tit. neque in 15. aut 18. 5. lib. Cod. docuit quomodo reddatur aduentitia & exiſtimo quod in peculio debitorum.

d EIVSD. In tempore litis conteſtationis oportet eam conſentire, & non ante, vt lib 22. lege etiam cap. 3.

e EIVSD. Si autem pater ſoluerit ſocero ignorante filia, & non ratum habuerit, mouet condictionem indebiti, vt qui non ſit liberatus: vt lib 46 tit. 3. c. 34 them. 4.

Quære c. 31. Lege lib. 9 tit 59 & lib 50. tit. 8. c. 5. & lib. 50 tit. 17. c. 3.

¶ [a] Videtur patri repetenti cõſentire filia quæ ſcit, & non aperte contradicit. Vnde etiam [b] furioſa & demens, vt quæ non poſſit contradice- §. 2.
& tunc recte poteſt pater etiam ſolus repetere ſuo iure & filiæ ſuæ furioſæ. *furioſa aut amens*
re, videtur conſentire. Non ita etiam abſens. vbi enim ſapit, ſcire eam

exigi-

Digitized by Google

poteſt contradicere. non habet enim firmam rationem. Ipſa enim ſi adfuiſſet, forte contradixiſſet. cautionem quod filia ratum ſit habitura.
exigimus, & nō contradicere. In abſente ergo [c] dat pater ſatiſdationem.
l. 3. [d] QVANDO patris & filiæ dos eſt cōmunis, opus eſt vtriuſque volunta-
quando ſcilicet dos ſtipulata repetitur. dotis poſt condemnationem. dotem à ſuo marito
te, nō ſolum in repetitione, ſed etiam in ſolutione. Sed ſi acceperit qui-
ipſa dos rurſus ab ipſa ad patrem non poteſt enim amplius pater aut filia
dem filia, pecunia autem ad patrem peruenerit: vtrique tollitur de dote
petere dotem: hæc quidem vt quæ à marito accepetit: ille vero, vt qui eam rurſus acceperit à filia.
l. 4. actio. [e] SI pater cum ſine conſenſu filiæ dotem exegiſſet, pro ea alteri
maritus
viro dederit: habet primus aduerſus eam repetentem doli præſcriptio- Similiter cap. 37.
omnium enim ſuperiorum annorum redditus lucratus maritus prædii dota-
l. 5. nem. [f] VLTIMI anni in quo factum eſt quouis modo diuortiū, fructus
lis marito & vxori pro rata temporis quo conſtitit matrimonium.
diuiduntur: [g] tempus autem numeratur non ab initio matrimonii, neq; Tempus numeratur) id eſt, principium temporis.
à conſtitutione dotis, ſed ex quo prædium fuit traditum marito.

a DOROTHEI. Patri mouenti actionem conſentire creditur filia, non ſolū ſi ei mouenti aperte conſentiat, ſed etiam ſi patri filia non contradicat, videtur ipſa ei conſentire. Et ſcribit Iulianus lib. 48. ff. videri patrem mouere actionem ex voluntate filiæ, ſi filia ſit furioſa. Nam quoniam non poteſt propter inſaniam ei contradicere, ei creditur conſentire. Sed ſi ſapit quidem, abeſt autem filia, tunc non creditur patri conſentire. Oportet itaque eum promittere, filiam actionem ratam eſſe habituram. Vbi enim ſapit filia, eam id quod agitur ſcire exigimus & quieſcere, vt per hoc videatur non contradicere.

CYRILLI. Conſentire videtur filia, ſi ſcit & non contradicit. Quamobrem furioſa ſemper videtur conſentire: non ita etiam abſens. In ea enim datur cautio eam ratam habituram.

b ENANT. Atqui dictum eſt lib. 50. tit. 16. cap. 3. quod qui poteſt velle poteſt etiam nolle. Eſt ergo hoc ſpeciale exceptum à regula generali. Et in 44. cap them. 2 inuitum dixit eſſe furioſum, vt qui non conſentiat. In lib. autem 50. tit. 17. c. 40. dicit quod furioſus & prodigus nullam habent voluntatem.

c INNOM. Sed ſi non dederit, habet quæ dicta ſunt c. 22.

d THEOD. Non ſolum in repetitione dotis, ſed etiam in eius ſolutione, expectat pater conſenſum filiæ. Vtriuſque enim voluntas requiritur etiam in ſolutione, & neuter eorum poteſt alteri nocere, ſi ſolus dotem promiſerit. Sed ſi filia, dote accepta, eam patri dederit, vtrique actio tollitur.

CYRILLI. Neque vni ſoli ſolui poteſt. Si enim filiæ ſolutum fuerit, & pecunia ad patrem peruenerit, extinguitur actio: quemadmodum ſi pater dotem acceperit, & ſecundo marito eam dederit, & agat filia, repellitur doli exceptione.

e Si pater cum non ex voluntate filiæ dotem exegiſſet, quam pro ea dederat, eandem dotem ſecundo eius marito dederit, & mortuo patre filia cum primo marito de dote agat: repellitur doli exceptione.

f DOROTHEI. Quoniam vltimi temporis quo ſoluitur matrimonium, fructus rerum dotalium diuiduntur marito & vxori pro rata temporis quo cōſtitit matrimonium: videamus de huius anni diuiſione, computeturne annus à die nuptiarum, vt ſic comprehendamus vltimum annum matrimonii, an ex quo die fundus dotalis traditus fuit marito. Et ad id quod dictum eſt, placuit maritum retinere fructus fundorum dotalium: neque nos diem attendere quo dos fuit promiſſa, neque diem nuptiarum, ſed traditionem dotalis fundi. Sed ſi marito traditus fuit ante nuptias: ex die nuptiarum ad eundem diem anni ſequentis anni computamus. Et ſic deinceps donec factum fuerit repudium, anni conſiderantur. Quando autem fundus traditur ante nuptias, & ex eis accipiuntur fructus ante nuptias, oportet eos quoque reddi mulieri, tanquam ipſos quoque datos in dotem. Illi autem creduntur eſſe fructus, qui iis deductis quæ ſunt impenſa in agro colendo, ſuperſunt. Oportet enim prius impenſam deducere, & tunc quod ſupereſt purū credere eſſe fructum. Quid enim? vno die ante vindemiam dedit mulier fundum in dotem: & cum maritus eum vindemiaſſet, repudio ſoluit matrimonium, cum vno ſolo menſe habitaſſet cum muliere. Hic enim non ſolum vndecim partes fructuum reddit maritus vxori: ſed omnes etiam impenſæ prius deducuntur, quas mulier fecit in agro colendo, priuſquam fructus diuidantur, & tunc diuiduntur fructus in duodecim partes. Quod ſi maritus quoque aliquid eo anno impendit, concurrunt ſumptus qui facti ſunt ab vtroque, hoc eſt, inter ſe inuicem pro rata compenſantur. Si autem multis annis conſtitit matrimonium: neceſſe eſt in huius anni fructibus computari impenſas quas fecit mulier in agro colendo priuſquam eum pro dote traderet.

CYRILLI. Anni in quo factum eſt diuortium, fructus diuiduntur. numeratur autem ex menſe in quo fundus fuit traditus. Sed ſi traditus fuit ante nuptias à die nuptiarum. Fructus enim percepti ante matrimonium, augent dotem. Fructus intelliguntur poſt impenſas. Impenſa autem quam fecit mulier ante matrimonium, vel maritus poſt matrimonium, compenſatur.

g INNOM. Recte fit conuentio, vt non perceptos fructus lucretur mulier vt lib. 23. tit. 4 c. 31.

Digitized by Google

SI vero traditus fuit ante nuptias: ex die nuptiarum vſque ad eundem diem deinceps ſequentis anni computatur annus, & ſic deinceps. Fru- l. 6

à marito

† Similiter li. 23. tit 5. c. 8. cum diſtinctione.

* De impenſis lege vltimum & penultimũ the. 7 ca. & totum decimum.

† Et ſic poſt impenſas impletas fructus computatur.

* Quære cap. 29 ti. 1. c. 78. them. 1. circa medium & c. vlt. eiuſdem lib. & tit. the. 10. quod eſt in ipſo medio τῶν κατὰ πόδας, & Thalelæi expoſitione a, & ti 3 eiuſdem li. c 10.

ctus autẽ percepti ante nuptias, † quaſi facti dotis, [a] reſtituuntur poſt ſolutionẽ matrimonii: augent enim dotem. [b] FRuctus eſt qui poſt * impẽ- l. 7

neceſſarias impenſas fecerint in fundo — Lege lib. 25. tit. 1. c. 3.

ſam ſupereſt. Siue enim maritus, ſiue mulier, aut vtrique impenderint,

viro & mulieri

† implentur. * ¶ Diuortio [c] facto fructus diuiduntur, tã qui percepti ſunt §. 1 ante locationem, quam qui poſt locationem, habita ratione temporis matrimonii. Si enim quatuor menſibus conſtitit matrimonium: tertiã

duas autem partes mulier

partem accipit maritus. ¶ Si vero cum fundũ vindemiaſſet mulier, eum §. 2 ſtatim dederit in dotem, & eum locauerit maritus in principio Martii, & ſolutum fuerit matrimonium in principio Aprilis: non ſolum acci-

vir — vnius menſis ſcilicet — etiamſi ſuperioribus menſibus, qui fuerunt ſcilicet poſt vindemiam

pit duodecimam partem mercedis, ſed pro rata totius temporis in quo

ſcilicet vſque ad Martium, fundus ſine reddituſ fuerit apud maritum

erat fundus dotalis, retinet ex mercede. ¶ Sin autẽ locationi reſtãt men- §. 3

Debet vir etiam ex reddituſ-

ſes, forte poſt mẽſem matrimonio ſoluto ante vindemiam: eorum quo-

bus quos percepit prius æſtate, mulieri reſtituere pro rata, & fructus ex vindemiæ fructibus qui ſperantur, pro rata petere.

que merces computatur cum ſpe vindemiæ ¶ Fructus autem qui ante §. 4 matrimonium percepti ſunt à muliere, non diuiduntur.

ENANTIOPH. Hæc omnia intellige de non æſtimatis. Æſtimatorum enim fructus lucratur maritus etiam poſt ſolutionem matrimonii, & ſubiicitur ſoli rerum æſtimationi. vt lib. 3. Cod. tit. 12 c. 13.

b INNOM. Similiter in fine cap 36. 3. tit. 5. lib. Quænam autem impenſæ fiant in agro colendo, videmus in hoc cap.

c DOROTHEI. Papinianus quidem lib. 11. Quæſtionum, dicebat diuortio facto fructus cõputari non ex die locationis fundi, ſed habita ratione præcedentis temporis quo mulier cum viro fuit in matrimonio. neq; enim ſi vindemiæ tempore fundus in dotem datus ſit, cumque vir ex calendis Nouembris locauit & vltimo die Ianuarii factum eſt diuortium, debet vir & lucrari fructus vindemiæ, & auferre quartam partem fructuum anni futuri: quoniam poſt fundi locationem inter ſe cohabitarunt Nouembri, Decembri, Ianuario. Nam hac ratione ſi in tempore vindemiæ alio die repudium miſerit lucratur integros fructus vindemiæ: quod eſt abſurdum. Itaque ſi in fine menſis Ianuarii factum ſit repudium, oportet horum etiam trium menſium fructus, & vindemiæ fructus confundi. & ex his omnibus tertiam quidem partem manere apud virum, duas autem partes dari mulieri. E contrario autem idem obſeruamus ſi mulier cum fundum ſuum vindemiaſſet, ſtatim viro dederit, & vir ex calendis Martiis eum locauerit, non ſolum duodecimam partem fructus ab eo qui fundum conduxit lucratur maritus ſed pro modo temporis omniũ menſium quo dotale prædium fuit, ex mercede quæ debebatur portionem retinet. Quod ſi aliqui menſes ex anno quo factum eſt diuortium ſunt debiti colono, etiam duas partes locationis, ſoluto matrimonio ante vindemias, viro computamus: & nihilominus horum etiam menſium æſtimationem cum ſpe futuræ vindemiæ. Ex his ergo omnibus oſtenſum eſt, quod illi fructus quos accepit mulier antequam nuberet, non veniunt in computationem fructuum vltimi anni.

Videtur Dorotheus non intellexiſſe Papinianum, & pro meſſes, legiſſe menſes.

CYRILLI. Octobri dedít mihi fundum mulier: habui 18. ex vindemia: locaui eum mẽſe Nouembri 60. nummis. Solutum eſt matrimonium in fine Ianuarii. non accipio fructus vindemiæ & trium menſium, ſed cum eis quatuor menſes. Sed ſi mihi dederit fundum poſt vindemiam, ex quo datus fuit vſque ad diuortium retineo fructus: & etiam ſi diu poſt fuit locatus, ſi poſt meſſem ante vindemias ſolutum fuerit matrimonium, & ego meſſis fructus reputo, & ipſa vindemiarum fructus perceptos ante matrimonium non computat mulier.

¶ [a] Poteſt maritus ex fructibus quos percepit poſt diuortium, retinere §. 5.

ſeu de rata temporis

ea quæ [b] donauit vxori, ſed & quæ ipſa amouit. ¶ [c] Quod de anno dictum §. 6

vt qui bis quandoque ſ[..]cantur

eſt, poteſt dici etiam in ſex menſibus, quando bis in anno fructus ca-

Similiter poteſt conſiderari proportio.

† Sylua cædua) ſeu in magnis arboribus quæ comparantur ad opus, quæ quidem pul-

piuntur, vt in locis forte irriguis: ¶ & in multis annis, vt in † ſylua cædua §. 7 in triẽnio ¶ Quod ſi etiam qui locauit, pactus eſt vt poſt quinquẽnium §. 8 aliquid daret ſupra mercedem, eam etiam quantitatem diuidimus pro

rata

Digitized by Google

ſeu de partu pecorum,
§.9. & 10 rata quinquennii. ¶Eadem etiam dicimus de fructu gregis dotalis, & in
quam ſunt exciſæ in monte deponuntur vt diminuant humilitatem.
ſolum
operis. Nam quæ locatæ ſunt ante diuortium, viro competunt. Quę au-
rurſus ſolum
tem poſtea, mulieri.

a Dorot. Poteſt maritus ex fructibus quos accepit vltimo anno poſt repudium ex dotalibus ſuis agris, compenſare, & retinere: & ſi quid vxori ſuæ donauit in matrimonio, & ſi quid ei eripuit mulier.

b Innom. Lege lib. 23. tit. 4. c. 5. & 20. & huius lib. tit. 1. finem 19. c. & 66.

c Dorothei. Quod de anno dictum eſt, poteſt dici etiam de ſex menſibus, ſi ſingulis ſex mẽſibus dotalium rerum fructus percipiuntur. Quod quidem accidit in locis irriguis, in quibus ſexto quoque menſe fructus colliguntur. Poteſt etiam hoc ipſum dici in annis pluribus. Quod quidem accidit in ſyluis quæ cæduntur. vbi cum ſylua ſæpe cædatur poſt quinque aut decem annos, tunc redditus colligitur. Quod ſi etiam dotalium prædiorum facta eſt eiuſmodi locatio, vt præter annuam mercedem quinto quoque anno aliquid amplius præſtetur: in eo quod eſt amplius, quod præſtatur quinto quoq; anno, pro rata quinquennii facimus lucri diuiſionem inter virum & mulierem. Nec ſolum de agris, hæc quæ dicuntur de fructibus, ſed etiam de grege dato in dotem eadem dicimus, vt lana ouium & fœtus earum diuidatur pro rata temporis inter virum & mulierem. Quid enim? Maritus & gregis fœtum accepit, & oues totondit paucis diebus poſt matrimonium: & poſtquam & fœtus accepit, & oues totondit, vult oues nudas reddere. Nam hic quoq; fructum gregis diuidimus pro rata totius temporis quo geritur cura gregis, non autem illorum dierum in quibus oues pariunt, aut in quibus tondentur. In operis quoque ſeruorum totius anni habemus rationem. Quid enim? Si maritus eos ad annum locauit, temporis quod fuit ante diuortium operæ pertinent ad maritum: temporis autem quod currit poſt diuortium, operæ pertinent ad mulierem. In penſionibus quoque ædium eadem dicimus quæ dicta ſunt de fructibus.

ea enim reputantur tan-
§.11 ¶[a] Quæcunque dicta ſunt de fructibus agrorum, ea ſeruantur etiam
quam fructus.
§.12 in domorum penſionibus. ¶Si[b] maritus ex fundo dotali arbores cecide-
ligna ſubtilia & farmentoſa
rit: ſi ex ſylua quidem quæ cæditur, aut quæ in vlnis feruntur: ſunt fru-
ſed frugiferæ, vt oleæ, & ficus
ctus, & pro rata diuiduntur. Sed ſi non ſint eiuſmodi: vir tenetur, vt
arbores
qui fundum læſerit. Quod ſi etiam vi [c] ventorum deiectæ fuerint, red-
ditur earum æſtimatio, non enim pro fructu reputantur: ſicut nec the-
ſolum enim dimidium theſauri vir accipiet, reliquum autem mulier.
ſaurus qui inuenitur in fundo dotali. Dimidium autem [d] theſauri red-
§.13 dit, vt qui in alieno inuenerit. ¶Si [e] maritus inuenerit lapidicinã, & fun-
dum fructuoſum fecerit, lapis quidem cæſus & non acceptus, eſt
viri ad eum pertinens ab vxore facto diuortio
eius tanquam fructus. impenſam autem non accipit, niſi marmor erat
§.14 ex iis quæ creſcebãt, ſicut eſt in Gallia. ¶ Sed ſi cretæ aut argenti, aut al-
nec pro eis accipiet maritus impenſas ab vxore.
terius materiæ aut arenæ [f] fodinam inuenerit, reputatur [g] in fructum.

a Innom. Domorum quoque penſiones ſunt fructus, vt lib. 22. tit. 1. conſt. 34.

b Dorothei. Si fundum viro vxor in dotem dederit, is autem ex fundo arbores ceciderit, ſi in fructum quidem computantur quæ cæſa ſunt, in redditu enim erat ſylua cædua: pro rata anni debet maritus partem earum reſtituere. Ego autem exiſtimo, ſi arbores erant ex iis quæ cædi conſueuerant. erant .n. forte ſteriles, & ſolitæ erãt cædi, & erant quæ cæſa ſunt quæ vlnis colligimus, ea marito in fructus reputari. Sed ſi quæ cæſa ſunt, non erant huiuſmodi: tunc maritus, vt qui fundum læſerit, & eum fecerit deteriorem, à ſua vxore conuenitur. Sed & ſi vi tempeſtatis & ventorũ ceciderint arbores, eas reddit, aut earum pretium. Quemadmodum & ſi theſaurus fuiſſet in fundo inuentus non tanquam fructum eum lucratur maritus: ſed dimidiam partem reddit vxori, ſicut etiam dat qui inuenit theſaurum in agro alieno. Sic lucratur maritus theſaurum inuentum in agro dotali, quomodo qui inuenit in agro alieno. Nota autem quod in 10. lib. Cod. tit. 15. tractat, quod qui in fundo alieno de induſtria inuenit theſaurum, non lucratur dimidium: fit enim totum domini agri Qui autem eum forte fortuna inuenit, ex æquo cum diuidit. Vide ergo ne ſic ſit etiam in dotali fundo: & ſi forte fortuna quidem maritus inuenit theſaurum, ſit communis eius & vxoris. Sin autem de induſtria & arte adhibita: forte eſt ſolius vxoris.

Cyrilli. Si arbores maritus è fundo ceciderit, ſi erant quidem ex iis quæ cæduntur: ea

Digitized by Google

reputantur in fructibus Sin minus:tenetur,vt qui fundum fecerit deteriorem. Sinautem ceciderunt vi tempeſtatis:ſunt mulieris.

c INNOM. Ita etiam in vſufructuario Legiſti lib.7.tit.1.cap.19. Lege etiam principium 12. & cap.59.eiuſdem tit.

d INNOM. Quid ſit theſaurus, didiciſti lib. 41. tit. 1. cap. 31. & lib.10. Cod. tit.15. conſtit.1. quam lege,& lib.6.tit.1 conſt.67.& lib. 10.tit.2.cap.22.& tit.4.c.15.& lib.41.tit.2.cap.24.them. 2.& cap.45.them 1.eiuſdem lib.41.cap.31.63.& lib.48.tit.12.cap.5.& lib.49.tit.14.cap.3.& Inſtit.2.tit.30.

e DOROTHEI. Si vir in fundo dotali lapidicinas marmoreas inuenerit & agrum fructuoſum fecerit,ſi marmor ex eo exciderit,& id nondum exportauerit:eſt quidem dominus cæſi marmoris:ab vxore autem non poteſt impenſas repetere: quoniam in fructu non creditur eſſe marmor quod accipitur ex lapidicinis:niſi talis ſit petra vt naſcatur & creſcat: cuiuſmodi ſunt petræ in Gallia & in Aſia Sed ſi cretam vel arenam effoderit ex agro dotali, aut argenti inuenerit fodinas, aut auri,aut vllius alterius materiæ:hæc omnia computantur in fructibus agri.

CYRILLI. Si marmor in agro inuenero aut excidero,eſt meum:impenſam autem non repeto.Non eſt enim lapis in fructu niſi creſcere cõſueuerit. Fodina cretæ vel auri vel argenti, eſt fructus:& dat impenſas. Mulier nolente marito,marmora non retinet,quoniam ſunt mariti.Quære cap.8.& lib.29.tit.1.cap 32.lege cap.quod deinceps ſequitur:& lib.23.tit.5.cap.vltimum.

f INNOM. Poteſt enim etiam priuatus habere fodinas cretæ & argẽti & ſimilium, vt lib. 27. tit.9.cap.7. *g* EIVSDEM. Videtur,inquiunt,eſſe contrarium quod eſt lib.23 cap.35.& tit. 5.cap.18.Num autem non eſt hoc illis contrarium,quoniam egregium hic accipit lucrum, lapidicinæ inuentionem.

Deſunt multa.

ex bonis mulieris

¶. Maritus nonnunquam nihil retinens,a muliere accipit cautionẽ. §. 15.

agrum,quærens impenſas in meliorationibus.

Ecce enim:1 ſtantibus fructibus agrum reſtituit. Nonnunquam retinet

fructus tempore computato à matrimonio vſque

& non reddit. Forte enim non plus accepit quam ei 2 competeret pro

ad diuortium agrum impenſas reputans ex eo quod ſupereſt. quæ dicimus inter maritum & vxorem

portione. Nonnunquam reddit, ſi amplius acceperit. Eadem dicimus

mulieris mulieris hæredem ſoceri mulieris ſimiliter. actio a muliere

etiam quando inter ſocerum aut hæredem mariti aut ſoceri mouetur.

¶Impenſa eſt,quæ fit ad fructus percipiendos,ad arandum & ſeminan- § vlt.

dotalium

dum,& ad curam gerendam ædificiorũ,& [b] ſeruorum [c] ægritudinem,ſi fructus ex eis percipiatur. Si maritus 3 totius anni fructũ percipiat, non accipit impenſas:prius enim ſatisfit ex ipſis [d] fructibus:niſi nouum extruxerit ædificium, aut vetus omnino collapſum erexerit, aut noualia fecerit.eiuſmodi enim impẽſæ, vt quæ in res neceſſarias aut vtiles fiant,

Similiter de impenſis lib. 41 tit.3.ca. 12.

ſpecialiter à patre.

[e] repetuntur.

a DOROTHEI. Nonnunquam mulier cauet marito de fructibus, nec maritus aliquid ex eis retinet.Ecce enim.Stantibus fructibus ſolutũ eſt matrimonium, & cum fructibus fundũ recipit mulier præbens cautionem. Nonnunquam autem maritus retinet omnes fructus, nec ex iis aliquid reſtituit mulieri Quid enim ſi nihil amplius iis quæ accepit,faciebat proportio temporis quo conſtitit matrimonium? Quæcunque autem diximus tractantes de fructibus inter virum & mulierem,eadem dicimus ſi inter ſocerum & mulierem res agitetur,aut agatur cum hærede mariti & ſoceri. Quoniã autẽ ſuperius diximus debere de fructibus deduci impẽſas quę ſupra eos factę ſũt: illa propter fructus videntur eſſe impenſa quæ in arando agro & ſerendo impenduntur: & quæcunque in tutelam & munitionẽ ædificiorũ agri.& quę in ægrũ ſeruũ curandũ Cũ enim ex ſeruis & ædificiis poſſint fructus percipi,merito ea deducimus quæ impenduntur in ſeruos & ædificia. Quando autẽ maritus lucratur fructus totius anni, nõ poteſt petere impenſas huius anni,quoniã per ipſos fructus ſatisfit eorũ impenſis. Sed & ſi in agro ædificia neceſſario extruxerit, aut vetera ædificia quæ non culpa eius perierant renouauerit,recte petuntur impenſæ quæ in ea factæ ſunt, etiamſi lucretur eorum fructus. Sed & ſi in noualia impenderit, eas quoque impenſas recte exigit præter lucrum fructuum.Sunt enim neceſſariæ aut vtiles,pariuntque marito actionem.

Noualia, id eſt rura paſtina.

CYRILLI. Mulier nonnunquam cauet marito de fructibus, & agrum poſſidet, ſi ſtantibus fructibus mulier agrum acceperit. Sed ſi non accepit amplius quam ad eum pertineat, maritus nihil præſtat:ſi accepit,præſtat. Eadem etiam in ſocero & hæredibus à quibus dos repetitur. Impẽſæ quas facere oportet,ſunt,arare,ſerere,conſeruare. In ſeruum aut domum laborantem ac imbecillam impendere ſi ſunt in fructu. Eas autem non repetit ſi totius anni fructus acceperit. Sed ſi villam extruxerit,aut manſionem fecerit:eam impenſam repetit.

1 Et nondum ablatis à terra:& tunc merito petit ſibi caueri, quod poſtquam fructus fuerint ablati à terra,dabit ei mulier fructum qui ad eum pertinet,pro portione temporis quo factum eſt diuortium.

2 A tem-

a A tempore matrimonii: ſed accepit id quod ad ipſum pertinebat.

b INNOM. De impenſa facta in ſeruorum ægritudinem, quod ſit neceſſaria, dictum eſt lib. 25. tit. 1. c. 48. the. 2.

c Serui enim dotales forte erant artifices, & mulier exigit eorum operas. Neceſſario enim debet petere maritus, ſi quid impendit in eorum ægritudinem.

3 Hoc eſt, ſi totius temporis redditu fruatur maritus, & ſic factum eſt diuortium, non debet petere impenſas in agro colendo factas, vt qui eas debeat computare ex redditibus.

d INNOM. Lege principium cap. & cap. 42. & lib. qui deinceps ſequitur. tit. 1. c. 3. & 10. & 2. them. cap. ſequentis.

e INNOM. Actione mandati, aut negotiorum geſtorum: vt lib. 2. C. tit. 13.

etiamſi poſtea ſint inuentæ — vt ſcilicet potius lucrifaciat mulier

l. 8 [a] LVCRVM lapicidinarum pertinet ad maritum, niſi in tradenda dote Lege lib. 2. tit. 3. c. 3.

§ 1 contrarium conuenerit. ¶ Si [b] ſatio non recte ſucceſſerit: eius impen-

in agro colendo

l. 9 ſa deducitur ex vindemiis, eſt enim vnus fructus totius anni. [c] SI Quære c. 9. the. 1.

quem maritus ei reſtituit — etiamſi in dotalibus exigitur vt maritus

in recipiendo fundo mulier moram fecerit: ex dolo ſolo, non [d] etiam

nec dolum admittat, nec negligentiam — poſt diuortium, retinens impenſas quæ factæ ſunt in agro colendo

ex negligentia tenetur maritus: reddit autem fructus qui ad ſe peruene-

integre

l. 10. in pr. runt. SI [e] mulier deceſſerit captiua: pater eius accipit dotem quæ ab eo Quære lib. 26 tit. 5. c. 72. th. 1.

vt quæ eſſet captiua.

§. 1 data eſt, etiam ſi ſui iuris deceſſerit. ¶ Si [f] maritus ſuam vxorem occide-

dos — ſi mulier ſcilicet occiderit maritum.

rit, non lucratur dotem: ſed redditur eius hæredibus. Idem etiam è con-

eſſe alienam — in dotem — a marito nec dicit ei maritus, Res quam

l. 11 trario. SI [g] alienam rem ſciens mulier dederit: ei redditur poſt diuor-

pridis eſt aliena nec eam debeo tibi dote:

l. 12 tium, cum portione fructuum. † IN [h] quantum [i] facere poteſt, maritus, † Excipe actionem rerū amotarum vt tit. 11. c. 22. circa finem.

is enim in totum condemnatur

l. 13 non * etiam hæres eius condemnatur. [k] PRIVILegium enim eſt per- * Niſi ſit filiusfamilias vt c. 19. Quære c. 55. & 71.

ſonale. Id ipſum autem habet etiam † defenſor. † Defenſor ſolus, non etiam hæres & procurator. Neque enim condemnatur in ſolidum, ſicut nec maritus. Si hi enim detrimento aliquo afficiatur, agnoſcit principalis. Et ideo ei fauetur, vt qui condemnetur in quantum facere poteſt.

a DOROTHEI. Si fundus datus fuerit in dotem qui habet lapidicinam, lucrum lapidum qui ex eiſi fuerint, pertinet ad maritum. Hoc enim animo dat omnino in dotem hunc fundum mulier, vt vtilitatem quæ accipitur ex lapidibus, maritus omnino lucretur: niſi dum daret fundum in dotem, aperte prædixit mulier, ſe nolle eum habere lucrum ex lapicidina.

b EIVSD. Si in agro ſeminando impenderit maritus, & ſatio non bene ſucceſſerit, nec fuerint fructus: poteſt ex vindemiis deducere impenſas quæ in ſerendo factæ ſunt. Eſt enim vnus totius anni redditus qui colligitur ex omnibus fructibus.

c EIVSD. Si ſoluto matrimonio maritus quidem velit reddere dotem: mulier autem differat eam accipere: non amplius in rebus dotalibus præſtat maritus negligentiã, ſed ſolum dolum. Nam niſi hoc dixerimus, inuenitur lædi maritus propter moram mulieris: hoc eſt, cogitur ſemper maritus agrum eius colere. Quotquot autem fructus receperit mulier poſt diuortium, etiam ſi moram fecerit maritus, debet reddere.

d INNOM. Nam in dote debet præſtare dolũ & culpam: vt c. 18. c. 2. Quod ſi poſt diuortium maritus moram fecerit, tenetur præſtare detrimentum: vt c. 25. the. 2.

e Si mulier à patre dotata fuerit abducta captiua ab hoſtibus, & apud eos deceſſerit, quæ ad dotem pertinent omnia ita tractamus, vt ſi deceſſiſſet in matrimonio: vt etiam ſi non eſſet filia in poteſtate patris, ipſa tamen dos ad eum reuertatur. hoc enim eueniſſet ſi deceſſiſſet in matrimonio.

f Si vir vxorem ſuam occiderit, cogitur omnem eius dotem reſtituere hæredibus eius. eſt enim iniquum, ex eo quod ſcelus admittit maritus occidens vxorem, eum lucrifacere dotem in caſum mortis.

INNOM. Et qui ab alio occiſam non vindicat, dote priuatur: vt lib. 39. tit. 9. cap. 11. lege etiam quæ in eo adſcripta ſunt.

g Si rem alienam mulier ſciens in dotem dederit, ei perinde redditur ac ſi ſua eſſet: & fructus rei alienæ redduntur mulieri pro portione vltimi anni.

h Etiamſi maritus cum quo de dote agit mulier, condemnatur pro modo ſuarum facultatum, hæres tamen eius condemnatur in ſolidum. Maritus enim non condemnatur in ſolidum, ſed aliquid retinet pro tuenda vita, & pro indumentis neceſſariis. Hæres autem poſt mortem illius condemnatur in ſolidum. Hoc enim priuilegium datum perſonæ mariti, cum eius perſona extinguitur. Defenſor autem condemnatur eodem modo quo maritus. Sufficienter enim videtur maritum defendere, ſi tantum vxori præſtet, quantum ipſe maritus erat daturus ſi ab ipſa vxore conueniretur.

i ENANTIOPH. De reliquis autem dat cautionem: vt lib. 5. Cod. tit. 13. lege finem 4. tit. lib. Inſtit. de iis qui condemnantur in quantum facere poſſunt. Defenſor autem & qui defendit reum

Digitized by Google

alterius, ſi de dote conueniantur, eo quidem viuente condemnantur in id quod ipſe facere poteſt: poſt eius autem mortem, in ſolidũ: vt lib. 42. tit. 1. c. 20. Lege etiã lib. 3. tit. 3. c. 51. & li. 23. tit. 3. cap. 54 Qui condemnatur inquantum facere poteſt, non exigitur ab eo quantum habet, ne mendicet: vt lib. 50. tit. 17. ca. 171.

k Priuilegia enim perſonalia neque ad procuratores in rem ſuam, neque ad hæredes tranſeunt: vt lib. 26. tit. 7. cap. 41.

& non in id quod facere
QVOD ſi[a] etiam pactus fuerit maritus vt condemnetur in ſolidum: L. 14. in pr.
poteſt, in reddenda dote. quod ſit iniquum. Quid enim ſi maritus antea erat pauper, poſtea autem euaſit diues?
non valet pactum. [b] IN tempore autem ſententiæ ſpectatur quantum L. 15. in pr.
& non in id quod facere poteſt maritus mulieris.
l. rei iudicatæ D. ſol. matr. poſſit facere maritus. ¶[c] Etiam ſi hæres condemnatur in ſolidum, vtitur §. 1.
quibus vteretur maritus ſi viueret
tamen [d] compenſationibus, quæ ad pecuniariam cauſam pertinent, ad-
hæres
uerſus mulierẽ: & eatenus obligatur, vt propter res 1 donatas, vel furto
quas fecit maritus in res dotales.
2 ſublatas, aut propter impenſas. De malis autem moribus eam perſequi
vtens actione.
non poteſt. ¶[e] Pater quoque mariti, in id quod facere poteſt condem- §. vlt.
natur nurui. SOCER enim obtinet locum parentis. [f] PATER quoque L. 16. & 17.
à qua ſtipulatus eſt reddi dotem ſuo à qua petitur vt det dotem quam promiſit. mariti vt condem
mulieris, ſi cõueniatur à genero ¶ & vxor: perinde [g] acſi eſſet ſocia, habet §. 1.
netur in id quod facere poteſt ad reddendam dotem in ſolidum.
exceptionem, licet obligetur ciuiliter.

a Illud docte quæſiuit Pomponius, ſi pactus ſit maritus ne in quantum facere poſſit condemnetur, ſed in ſolidum, valeatne pactum: & negat valere. Hoc autem mihi quoque verum eſſe videtur. Nam contra bonos mores, & receptam in maritum reuerentiam, hoc pactum eſſe creditur. Tempore autem ſententiæ ſpectamus, quantum maritus poſſit ſoluere.

CYRILLI. Hæres mariti in ſolidum conuenitur, licet maritus in id quod facere poteſt. Affert rationem, quod perſonale ſit hoc legis auxilium. & deſinit cum perſona Contra in defenſore. Non poteſt maritus paciſci vt ab eo exigatur in ſolidum: id eſt, quantum continẽt eius bona.

b ENANTIOPH. In nouellis autem, tempore litis conteſtatæ. vt lib. 3. tit. 5. c 36. lib. 4. tit 34. In donationibus quoque coniugum attendimus litis conteſtationem: vt 1. tit. huius lib. cap. 7. Lege etiam quæ dicta ſunt de impubere lib 46. tit. 5. cap 7.

c DOROTHEI. Hæres mariti condemnatur quidem in ſolidum: poteſt autem compenſare etiam cum muliere dotem repetente, omnia quæcunque ſpectant ad cauſam pecuniariam, & eo minus ſoluere: vt propter ea quæ ipſi donata ſunt à marito adhuc ſuperſtite: & propter ea quę ſurripuit mulier: & propter ea quæ ſunt impenſa in res dotales mores autem eius non poteſt punire hæres mariti. Præterquam autem de moribus vniuerſas habet compenſationes.

d INNOM. Lege cap 7. quod ex fructibus facit compenſationem. lege lib. 5. Cod. tit. 13. conſtit. 1 quæ non dat marito repetitionem pro iis quæ ſunt donata. aut furto ſurrepta. Lege eiuſdem lib. tit 21 conſtit. quæ admittit compenſationem, ſicut etiam 6. tit. 51. lib. 4. & 5. c. tit. 2. lib. 25. lege eiuſdem tit cap. 8. & 21.

l. mulier ch. de fundo D. ad l. Iul. de adul. ENANTIOPH. Atqui dicit lib. 48 tit. 5. conſtit. 11. quod etiam poſt mortem mariti mulier recte accuſatur adulterii. lege lib 9. Cod. tit. 9. cap. 35. Scriptum eſt autem in 5. lib. Cod. tit. 17. cap. 11 quod ſunt abolita quæ ante eam legem dicta ſunt de moribus Dictum eſt autem etiam de malis moribus lib. 23 tit. 4. cap 5. & 20. Quod autem accuſetur adulterii poſt mortem mariti, dictum eſt lib. 59. tit 10. cap. 13 & tit. 9. cap. 8. & lib. 40. tit 9. cap. 14. 1. Contendens vt computentur quæ ei à marito ipſius ſunt donata, vt qui forte non perſeuerauerit in donatione quæ ei facta eſt in eius vita 2 Furto ſublatas, id eſt res amotas. Pecuniariter enim ei permittitur eiuſmodi intentare actiones: non etiam actiones quæ infamant, poteſt hæres mariti mouere aduerſus mulierem.

e DOROTHEI. Socer quoque à nuru de dote conuentus, condemnatur in id quod facere poteſt quia patris locum obtinet in nurum. Si à patre qui dotem promiſit pro filia, gener petat dotem: pro modo ſuarum facultatum condemnatur. Quod ſi etiam à muliere petatur dos quam promiſit, ei quoque fertur auxilium per exceptionem, vt non condemnetur in plus quam facere poteſt: quemadmodum ſi ſocietatem iniiſſet cum ſuo marito, condemnanda erat pro modo ſuarum facultatum. Quod ſi etiam ius dotis ignorans iudex maritum condemnat in ſolidum, datur ei doli exceptio, vt non ſoluat amplius quam facere poteſt.

f ENANTIOPH. Si conſtante matrimonio mouet actionem gener aduerſus ſocerum: ſoluto enim matrimonio mouet in ſolidum. tit. 1. cap 22. In penultimo autem capite tertii tit. lib. 23. cap. 83. affert diſtinctionem.

g INNOM. Quomodo ſocii, hæredes, & fideiuſſores, & eorum defenſores, & patronus cõdemnentur in id quod facere poſſunt, dictũ eſt lib. 17 conſt. 33. 38. & li. 42 tit. 1. c. 6. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 30. 40. 49. 41. 50. 51. 52.

¶ Si

Digitized by Google

aduerſus ipſam ſententiam vt ipſo iure ſubuerſam. & condemnatus a creditoribus patris ſui

§. 1 ¶ [a] Si cum iudex legem ignoraſſet, maritus in ſolidum fuerit cōdem-
l. 18 natus: habet doli exceptionem. VXORIS quoq; filii qui patri ſuccedūt,
§. 1 condemnantur in id quod facere poſſunt. ¶ In dotem quidem præſtat maritus dolum & negligentiam. Quando autem quærimus an poſſit

cum dolo fore aliquas res eius tranſtulerit.

ſatisfacere, [b] ex dolo eum obligari dicimus, non etiam ex culpa. In rebus † enim ſuis non exigitur negligentia. Dolum autem quærimus, vbi vt

dolum

damno mulierem afficeret, inops factus eſt, * non vllum alium. Quod

ſi dolo facte factus eſt inops in fraudem vxoris

ſi etiam dolo corrumpit perditve rem dotalem: etiam ſi ſit inops, con-

re. dotalis

v. cæterū. demnatur. ¶ Vbi autem ſine dolo & negligentia eius perierit, mulieri cedit actiones, veluti furti & damni.

Quære c. 9. & 14. lib. 6. c. 47. tit. 53. lib. 1. & vltimum: vt lib. 9. tit. 1 c. 17. 26.

† Quære lib. 9. tit. 18. c. 6. & tit. 1. eiuſd. lib. 9. c. 72 tit. 1. & lib. 25. tit. 5. c. 6.

* Lege lib. 21. tit. 3. c. 18. & ſubiicitur iuramento in lite, vt & c. 25

a Quæſtio. Atqui quomodo dicimus ſententiam tanquam contra leges latam ipſo iure irritam? vt lib. 49. tit. 8. & lib. 64. Reſp. Tunc dicimus ſententiam eſſe irritam, quando aperte ex ipſa lectione conuincitur iniquitas, vt in titulis quos diximus, & tit. 1. eiuſdem tit. 49. c. 19. Hic autem pone Iudicem ſimplicius tuliſſe ſententiam, & legem ignorātem condemnaſſe in ſolidum, vt eſt textus in lib 42. tit. 1. cap. 32. Dici autem poteſt neque ſententiam eſſe omnino contra legem, quoniam obligatur in ſolidum, vt lib. 5. Et ideo ſi acquirat, obligatur, vt lib. . Cod. tit. 1 . Propterea ergo quod ſummo iure fuit condemnatus, habet exceptionem. de eo autem quod reſtat, præſtat cautionem, quod ſi diues euaſerit, dabit. Nec mihi dixeris, Quid prodeſt condemnari in id quod facere poſſunt, cum cogantur cauere, quod ſi ad meliorem fortunam peruenerint, dabunt reliquum? Prodeſt enim cum debitum maneat in eodem ſtatu, nec augeatur poſt quatuor menſes per vſuras rei iudicatæ quæ ſunt centeſimæ: vt lib. 7. tit. 54. conſt. 1. 2. 3.

b Licet in cuſtodia rerum dotalium non ſolum vt dolum, ſed etiam vt negligentiam præſtet maritus exigitur: tamen quando quærimus de eius inopia, dolus eius ſolus examinatur. Nam in rerum ſuarum adminiſtratione abſurdum eſt enim accuſari negligentię. Quanquam vt illum ſolum dolum præſtet exigitur, quem de induſtria propter mulierem adhibuit vt non poſſit ei ſoluere dotem: non autem quilibet dolus eum condemnat. Dicebat autem Ophilius, Si dolo mariti perit res dotalis, alioqui autem ſit inops, quanuis nihil dolo fecerit vt fieret inops, eum tamen rei dotalis quæ periit nomine in qua dolum fecit, perinde cōdemnari, ac ſi dolum ideo feciſſet, vt non poſſet integram dotem ſoluere mulieri. Sed ſi in amiſſione rerum dotalium neque dolum fecerit, neque negligentiam admiſerit maritus, nihil aliud exigitur niſi vt cedat mulieri actiones quas habet: propterea quod bona ſint diminuta, vt actionem furti aduerſus eos qui ipſas ſunt ſuffurati, & Aquiliā aduerſus eos qui damnum dederunt.

CYRIL. In cauſis dotalibus exigitur vt maritus dolum præſtet. Si dolo deſierit eſſe ſoluendo, vel rem corruperit aut perdiderit dotalem, in ſolidum dos repetitur. Si nec dolum nec culpam admiſerit in rem dotalem, exigitur vt cedat actiones, veluti actionem furti, vel Aquilam.

INNOM. Hoc dictum eſt generaliter de omnibus qui condemnantur in id quod facere poſſunt: vt lib. 17. tit. 2 c. 63. 68.

cum diuortio ſoluiſſet matrimonium.

l. 19 [1] SI poſt diuortium de dote egerit mulier, & [1] reuerſa fuerit ad matrimonium: extinguitur [2] iudicium, & manent omnia in ſtatu [3] priſtino.
l. 20 DOS [a] mulieri [b] recte ſoluitur etiam conſtante matrimonio, vt ſoluat ſuis creditoribus, aut agros emat fertiliores, aut prouideat filiis ſuſceptis ex alio matrimonio. Aut [c] fratribus, aut parentibus egentibus, aut vt

quod dictum eſt de ea quæ eſt ſui iuris.

l. 21 eos redimat ex captiuitate. Idem etiam de filiafamilias. QVOD ſi etiam

ex voluntate mulieris. eius mulieris

maritus mulieris cognatos redemerit, vel dederit mulieri vt cognatum

id mulier in dotem ſuam,

liberaret à vinculis aut latronibus, reputat, ſiue totam dotē dederit, ſiue

pater vxoris aduerſus ſuum generum voluntate mulieris

partem. Et multo magis, ſocer agens reputat quæ in ipſum impēſa ſunt

genero ſuo,

à marito, aut à filia cum dediſſet maritus. Quemadmodum etiam ſi poſt

reputat, ſupple quæ à marito expenſa ſunt in patrem eius.

mortem patris agat filia. Doli enim exceptio ineſt actioni de dote, ſicut & reliquis bonæ fidei iudiciis.

Agit actione de dote, vt dos ipſi reddatur.

Digitized by Google

1 Lege c.42.in fine,& them.6. 16.

2 Iudicium de dote,etiamſi litem fuerat conteſtata. Oportet autem intelligere ſecundum Nouel.117 & 134.

3 In quo erant antequam mitteretur repudium. Poſſuntne autem hæc fieri in dote æſtimata, an non?

d DOROTHEI. Etiam ſi in vniuerſum conſtante matrimonio dos non recte ſoluitur mulieri,tamen ſi vt quæ debet reddantur,aut vt emat idonea prædia,dos ei fuerit reddita,aut vt ipſa alat egentes filios ex alio viro ſuſceptos, aut fratres aut parentes, aut vt ipſa eas perſonas redimat ab hoſtibus, recte & iuſte ei dos ſoluitur. Quod ius etiam obſeruatur ſi mulieri quæ eſt in poteſtate patris dos fuerit ſoluta. Sed & ſi cognati mulieris capti erant ab hoſtibus, & ad eos redimēdos mulieri dotem dederit maritus,aut in vincula coniecti erant cognati mulieris reputat ei maritus quęcunque pro hac cauſa ei ſoluit, & ſiue pars aliqua ſoluta eſt mulieri, in parte dos tollitur: ſiue tota dos ea de cauſa data eſt mulieri,tota de dote actio conſumitur. Multo autē magis eadem dicimus, ſi ſocer agit aduerſus generum. Oportet enim tunc quoque haberi rationem impenſarum quæ factæ ſunt,ſiue gener ipſe expendit pro dictis cauſis,ſiue eius filia,cum à marito accepiſſet in patrem conſumpſit. Quod ſi etiam conſumptum ſit in patrem,ipſe autem non agit de dote,ſed poſt mortem eius filia: ſic quoque marito reputamus quæcunq; ſoluit. Cum enim doli exceptio inſit actioni de dote, ſicut etiam omnibus bonæ fidei actionibus, poſſumus dicere illas tales impenſas ineſſe actioni de dote,& maxime ſi factæ ſint ex voluntate filiæ.

b ENANT. Idem etiam de filiafamilias Lege c. 21.in fine,& lib.23.tit.3. c.74.the.2.

c INNOM. Hoc ſimiliter dictum eſt lib.22.tit.1.c.5.quod in actionibus bonæ fidei nihil exigitur contra bonos mores. Lege etiam lib.39.tit.6.c.41.lib.30 c.84 Quod in bonæ fidei actionibus ineſt doli exceptio. Et lib.44.tit.4.c.2. Quod in omnibus exceptionibus quæ ſpectant ad factum, doli competit exceptio. Lege etiam finem 6.c.1.tit lib.19. Dicit autem tertium quoque caput 5. tit.lib.12. Quod pacti exceptio eſt vnita actionibus bonæ fidei. Dicit autem cap. quoque 47.tit 1. lib.18.quod dolus impedit ne conſiſtant actiones bonæ fidei.

Lege c. 56. & lib.23.tit.4 c.10.& eiuſd. lib. tit. 3.c. 19.

a SIVE [1] pater,ſiue quis alius tradens dotem, pepigerit à ſola morte, vel ſolo diuortio: ex caſu de quo non conuenit,dos mulieri competit. l 22.in pr.

à marito

¶ Si filiafamilias, poſt diuortium, citra patris voluntatem dotē acceperit,& eam conſumpſerit: agit pater aduerſus maritū ea & viua, & mortua,niſi ei cum non eſſet prodiga, ex iuſta cauſa ſoluerit: tunc enim perit actio, & nec hæredes patris agunt,nec mulier. §.1.

patri aduerſus generum. — cum ipſe mulieri dotem iuſte dederit.

Nouationem vocat hic μετάθεσιν id eſt, tranſpoſitionem Lege finem 2. cap.

¶ Si decepta [2] acceperit per tranſpoſitionem debitorem egentem pro dote: ſalua eſt ei actio *b* de dote. §.2.

ſoluto matrimonio — ſua — aduerſus maritum

¶ Si abſente *c* filia pater dotem repetierit, non data cautione pro filia: filia non habet actionem, ſi per hæreditatem aut legatum tantum à patre lucrifecit. §.3.

à genero ſuo — quod ratum ſit habitura, — Sed ſi à patre nihil lucrifecit mulier, poteſt agere aduerſus maritum. — vt qui ſit forte relegatus

¶ SI *d* pater cōdemnatus non poteſt venire in *e* locum in quo dos *f* repetitur: ſatisfit filiæ danti pro patre cautionem. §.4.

ab iis qui tenent bona patris — quod pater rem ratam ſit habiturus

¶ In litis *g* conteſtatione oportet filiam conſentire. Siue ergo ante litis conteſtationem mutauerit voluntatem: ſiue facta *h* ſit ſui iuris, non recte agit pater. §.5.

filia — nolens forte petere dotem

¶ Si pater eſt adeo turpis,vt timendum ſit ne dotem acceptā conſumat,ei *i* denegatur actio: & iudex ei conſulit & filiæ. §.6.

prodigus — de dote. — ad hoc vt dos vendicetur.

a DOROTHEI. Si pater vel extraneus dotem dantes pro muliere,in vnum ſolum caſum pepigerint,vel diuortii,vel mortis: manet in alterum caſum mulieri de dote actio.

CYRILLI. Pacto caſus diuortii non eſt locus in morte nec contra. Lege lib. 23.tit.3.c.74.the.2.

1 Vt, verbi cauſa, pater vel extraneus cum dotem dediſſet pro muliere, pepigit vt ſi moreretur, dos ad eum reuerteretur. Cum ergo factum eſſet diuortium, & non deceſſiſſet, non poteſt mulier dotem repetere: quemadmodum ſi contra conueniſſet, vt facto diuortio, & non morte dos reuerteretur.

2 Pro marito dotem ſibi ſtipulans.

b ENANT. Hoc propter deceptionem. Didiciſti lib.17. tit.1. c. 26. quod qui creditori ſuum delegat debitorem, videtur ſoluiſſe, etiam ſi delegatus non erat ſoluendo. Lege etiam penult. the. cap.42. tertii tit. lib.22.

c CYRIL. Si pater qui dotem communem repetiit, non cauerit quod filia rem ratam ſit habitura, relinquit autem filiæ quantum dos continet: non agitur aduerſus maritum.

d DORO-

Digitized by Google

d DOROTHEI. Si dotem quidem oportet Romæ repeti, ab aliqua autem condemnatione impediatur pater Romam venire: oportet filiæ ſatisfieri ſoli de dote agenti, ita tamen vt caueat patrem rem ratam habiturum.

e A quibus locis arceantur relegati, docet tit. 22. lib. 48.

f INNOM. In domicilio mariti, non autem vbi factum eſt inſtrumentum, dotem repetit. Non eſt enim contractus, vt lib. 5. tit. 1. cap. 65. Vxor autem legati quæ Romæ ab eo diuertit, illic ab eo exigit, vt cap. 42. eiuſdem tit.

g In eo loco oportet filiam conſentire patri de dote agenti, in quo litem conteſtatur. vnde ſi ante litis conteſtationem dicat filia ſe patri conſentire, tempore autem litis conteſtatæ ducta pœnitentia, non amplius velit ei conſentire, aut etiam ſui iuris facta ſit, fruſtra deinceps agit pater.

h INNOM. Emancipatę enim competit repetitio, vt lib. 5. Cod. tit. 13. lege etiam huius tit. ca. 44.

i EIVSDEM. Sola filia agente. Nam etiam in actione iniuriarum ex hac cauſa præfertur patri filius ad agendum, vt lib. 47. tit 10. cap. 17. Nam cùm pater eſt prodigus, filius mouet actionem iniuriarum, quę erat ei & patri communis. Poterat enim etiam pater cum filio intentare actionem de iniuria facta filio.

celans ſuam voluntatem

a SI lateat filia ne patri conſentiat, datur ei actio, ſed cauſa cognita.

filia cùm ſit verecunda, & ideo latet vt per hoc patri contradicat.

† Quid enim ſi honeſtè per abſentiam contradicit. Sed ſi eſt eiuſmodi vt

dignus ſcilicet qui euincat & recipiat dotem,

debeat ei conſentire: admittit eum Prætor. forte enim eſt grauis & honeſtus, filia verò leuis, vel admodum iuuenis, vel coniuncta marito qui

post contractum matrimonium

§. 7. eſt indignus. ¶ Si *b* vnus ex coniugibus ſit furore correptus, *c* ipſe quidē

furor ipſe tolerabilis.

non poteſt mittere repudium. Si ſit autem furor tolerabilis, ſiue ſit perpetuus, ſiue ex interuallis: non debet is qui eſt compos mentis, mittere furioſo nuncium diuortii. Quòd ſi mittat, videtur matrimonium eius culpa diſſolui. ¶ Sed ſi furor eſt deſperatus, nec eſt ſpes recuperandæ ſanitatis: licet propter metum qui hinc affertur, & propter procreandæ ſobolis cupiditatem, mittere repudium, & ſoluitur matrimonium nulla

maritus propter furorem vxoris — furioſam

§. 8. parte læſa. ¶ Sinautem nō ſoluit matrimoniū, ſed deſpicit vxorē, nullam eius curam gerens, & dote abutitur: licet curatori & eius cognatis adire competentem iudicem, & cogere maritum *d* eam alere, & eius medicandæ curam gerere, & nihil prætermittere eorum quę decēt maritū, prò quantitate dotis. Sed ſi dotem diſſipat, ſequeſtratur, vt hinc vxor

serui

& familia quod par eſt habeat ſolatium, ſeruatis ſcilicet pactis quæ facta fuerunt ab initio.

† Tunc ipſius quoque nihil conſenſu opus habemus Lege cap. 37.

v. ſin autem.

Lege cap. 24.

Prætermiſſt § 9.

a Si ſe abſcondat filia ne patri cogatur conſentire, oportet quidem ſoli patri concedi actionem, ſed cum cauſæ cognitione. Quid enim ſi filia, cùm ſit honeſta & verecunda, ideo lateat, vt per hoc quòd latet, videatur patri contradicere? Cur non dicimus patri negari actionem? Sed ſi pater eſt honeſtus, cui omnimodo decet filiam conſentire, eſt enim vitæ honeſtiſſimæ. filia autem leuis, vel admodum iuuenis, vel nimium affecta in maritum indignum eius conſuetudine, oportet Prætorem patri potius acquieſcere & conſentire, & ei dare actionem.

b Si maritus vel vxor conſtante matrimonio furere cœperit: conſtat quidem quòd perſona quę furore detinetur, non poteſt mittere repudium, vt quæ ſit omni ſenſu priuata. An autē ab illa perſona quæ eſt compos mentis, furioſæ perſonæ mitti poſſit repudium, quæſitum eſt. Et ſi eſt quidem furor ad tempus, vel perpetuus quidem, ſed tolerabilis tamen iis qui appropinquant non citra periculum licet furioſæ perſonæ mittere repudium. Sciendum eſt enim, quòd ſi perſona quæ eſt compos mentis, miſerit repudium: videtur eius culpa ſolutum eſſe matrimonium, & ſubiicitur pœnis quæ ſunt conſtitutæ aduerſus eos qui temere mittunt repudium. Quid enim eſt tam humanum quàm fortuitorum caſuum mariti vxorem, & maritum vxoris eſſe participem? Sinautem tantus eſt furor, & ita ferox & pernicioſus, vt ferè nullam ſpem habeat ſanitatis, eſt autem & terribilis iis qui miniſtrant furioſo: & altera compos mentis perſona, vel propter ſæuitiam furoris, vel quia liberos non habet, vult ex altero vel altera ſobolem procreare, & furioſæ perſonæ mittere libellum repudii: habeat compos mentis perſona poteſtatem mittendi repudium furioſæ perſonæ: nec ex eo vlli damno ſubiiciatur: ſed nec perſona furioſi: ſed vtraque perſona ſeruata indemni, diſſoluatur matrimonium. Sinautem in ſæuiſſimo furore muliere conſtituta, diſſoluere quidem non vult maritus matrimonium, ſpernit autem mulierem & eius infelicitatē, & nullam eius curam gerit, ſed dote eius abutitur, Ideo non mittens repudium, ne dos ab eo

Sequeſtratur μεσεγγυᾶται.

X

Digitized by Google

repetatur, poteſtatem habeat & curator mulieris & eius cognati, adeundi iudicem competentem, vt cogatur maritus gerere curam vxoris, ita vt & ei alendę & medendę prouideat, & nihil prętermittat eorum quæ à marito sũt præſtãda vxori, habita ratione dotis. Quod ſi etiã dote profuſe ſit vſus, & non vt decet virum frugi, tunc dos ſequeſtretur, vt ex ea conueniens habeat ſolatium & vxor furioſa, & eius familia. Seruatis quidem certe de dote pactis quæ facta ſunt in principio matrimonii, & expectantibus alterius perſonæ mortem vel ſanitatem.

c Neq; curator, vt tit. 2. huius lib cap. 4.

Certas autem repudii cauſas dicit Nouella 150 præter quas ſi quis miſerit repudium, incidit in pœnas quę in ea cõtinẽt. Pater autẽ furioſę poterat antea mittere repudiũ, vt in eodẽ 4. cap. lib. 2.

d INNOM. Maritus enim ſuſtinet onera matrimonii & vxoris filiorum: vt lib. 10. tit. 2. cap. 20. the. 2. & cap. 46. & lib. 23. cap. 57. them. 2.

¶ [a] Si mulieris pater ſit furioſus: agit curator patris, ea [b] conſentiente. §. 10.
Sed ſi non eſt copia curatoris: agit filia, dans pro patre cautionem. ¶ Idẽ §. 11. §. 12.
Quære cap 5. & vltimum. etiam de patre captiuo, agit enim filia. ¶ Aduerſus [c] patrẽ de dote agitur, ſiue ipſe acceperit, ſiue eius [d] voluntate ali⁹ qui eſt in eius poteſtate, vel non. Si autem maritus eſt in poteſtate patris, & pater eius acceperit, vel voluntate eius filius: agitur aduerſ⁹ ſocerum, & non aduerſus maritum
Lege ca. 25. niſi patri ſucceſſerit. Sed ſi filius acceperit non iuſſu patris agitur aduerſus patrem actione de peculio, vel actione de iis quæ ſunt conſumpta
Quære d. 7. c. p. vltimum. & lib. 23. tit. 4. ca. 3. in rebus eius. ¶ Si cum [e] exiſtimaſſet mulier ſeruum eſſe liberum, ei dotem dederit: habet priuilegium, & præfertur iis qui habent actionem de §. vlt.
Quære cap. 25. them 1. & cap. 51. peculio, non etiam [f] domino in iis quæ ei debentur, niſi in his tantum (tunc enim præfertur mulier) (erant enim omnia dotalia.) rebus quæ datæ ſunt in dotem, & iis quæ ex eis emptæ ſunt. [g] Si quid autem impenſum eſt in dotem, ſeruatur per doli exceptionem. [h] ETIAM l. 23.
conſtante matrimonio agit mulier de dote, ex quo viri bona [i] cœperint l. 24. in pr.
non ſufficere ad [k] eius quantitatem.

a Hæc quidem dicta ſunt de viro & muliere furioſis. Sed ſi ſoluto matrimonio, mulieris pater eſt furioſus: tunc ab eius curatore voluntate filiæ dos exigatur. Sed ſi furioſus pater non habet curatorem, ſola agat filia cauens patrem rem ratam habiturum. Idem autem fieri oportet & ſi pater ſit captiuus. Nam tunc quoque oportet filiam agere de dote.

b INNOM. Recte ſoluitur curatori ea ipſi conſentiente, & curatore ipſi conſentiente, vt lib. 46. tit. 3. cap. 65.

c Hinc videamus aduerſus quem competit dotis exactio. Et aduerſus ipſum quidem maritum competere eſt manifeſtũ, ſiue ipſi dos data ſit, ſiue alicui alii eius voluntate, vel eius poteſtati ſubiecto aut non ſubiecto. Si maritus autem eſt in poteſtate patris, & dos data eſt eius patri: aduerſus ſocerum videlicet mulieri competit repetitio dotis. Si filio autem qui eſt in poteſtate dos data eſt ſi iuſſu quidem patris, indiſtincte tenetur pater. Quod ſi non iuſſu patris filiofamilias dos fuerit credita: datur quidem aduerſus patrem eius actio, vtpote quod ipſe videatur habere dotem, propterea quod habet peculium. Condemnatur autem ſolum pro modo peculii, & ſi quid ex dote verſum fuit in rem patris. Sin autem ſocero ſuo dotem dedit mulier: non poteſt agere aduerſus maritum, niſi fuerit hæres patris.

d INN. Tenetur enim maritus, etiamſi alii eius iuſſu dos data ſit. vt lib. 13. tit. 3. cap. 20. & 7.

e INNOM. Lege lib. 15. tit. 1. cap. 52. & lib. 16. tit. 3. conſtit. 60. them. 3.

f INNOM. Nõ ſuperat enim priuilegium Domini: vt lib. 15. tit. 1. cap. 52

g Si quid autem impenſum fuit in dotem mulieris, & impenſam non reddit mulier, per doli exceptionem poteſt impenſam ſeruare dominus mariti eius.

h Si conſtante matrimonio, & viro redacto ad inopiã, velit mulier repeterę dotem ſuam: quod nam principium damus mulieri repetitionis dotis? & conſtat tunc competere ipſam dotis exactionem, quando euidentiſſime probatur non ſufficere mariti facultates ad ſeruãdam dotem.

ENANTIOPH. Lege lib. 13. tit. 6. cap. 5. th. 3. & lib 5. Cod. tit. 12. cap. 29. quæ dat ei repetitionem non ſolum dotis, ſed etiam donationis ante nuptias, vt non poſſint alienari nec ſubiici caſibus. Lege etiam nouellam 91. quæ habet de collatione dotis, & cogit filiamfamilias admonere patrem vt agat ſi ſit inops maritus. interdũ dos quoq; ſequeſtratur, vt cap. 22. cap. penult. Ab eo ergo tẽpore tẽpus ei currit, vt lib. 5: Cod. tit. 12. cap. 30. Lege hui⁹ tit lib 22. duob. them. ante finem.

¶ [a] Si à patre maritus fuerit exhæredatus: ſimul atque adita fuerit eius
hæreditas, [b] competit mulieri dotis exactio ¶ Si [c] mulieri dare oportet fi- §. 1.
deiuſſores de ſolutione dotis [d] certo tempore, nec poteſt maritus dare §. 2.
fideiuſſores: [e] illico fit condemnatio dato ei lucro [f] medii temporis: nec

poteſt

poteſt mulier hoc recuſare. Sed ſi cum poſſit, non det fideiiuſſores: non
§. 3. retinet lucrum medii temporis. ¶ Siue autem mariti ſiue vxoris peri-
§. 4. culo erat dos, redditur [g] tempore definito. ¶ Si [h] vir voluntate mu- Quære cap. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. & lib. 31. tit. 1. cap. 7. 8. vlt. & cap. 28.
lieris ſeruos dotales [i] manumiſerit: ſi quidem ei donare voluit: nec de iis
quæ ab eo donata ſunt libertatis cauſa tenetur. Sed ſi eius geſſit nego-
mulieri — vt patronus ſcilicet
tium: cauet ſe ei redditurum quicquid ex liberti bonis habuerit vel ex
§. 5 obligatione. ¶ Si maritus [k] fuit valde ſæuus in ſeruos dotales: [l] tenetur,
etiam ſi talis erat in ſuos: quanuis in dote ea exigitur diligentia quæ in
rebus propriis.

a Si ex hæredato marito & ideo redacto ad inopiam, velit mulier agere: clarum eſt quod cum primum hæredes patris adierint, ei competit dotis exactio.

b Innom. Lege cap. 60. & lib. 10. tit. 2. cap. 20 th. 2 & conſtit. 46. & lib. 33. tit. 4. cap. 1. them. 3. & conſt. 7.

c Si mulieri dare oportet fideiuſſores, de dote ei reddenda intra tempus conſtitutione definitum, nempe dotis mobilibus intra annum nec poſſit maritus dare hos fideiuſſores: tunc ei deducimus lucrum temporis, & in reſiduum illico condemnatur. Sed ſi cum dare poſſet fideiuſſores, noluit: condemnatur in ſolidum, nulla deductione facta lucri quod prouenit ex tempore. Eſt ergo officium iudicis, vel dantem fideiuſſores maritum abſoluere, aut ei computare commodum temporis, & eum condemnare in reſiduum. Neque enim eſt mulier ferenda quæ dicit, Malo expectare tempus hodie definitum ſolutioni mobilium dotis, quam marito meo reputare commodum temporis. Omnis autem dos, ſiue ſit periculo mariti, ſiue vxoris, ſoluitur tempore legitimo, immobilia quidem illico, mobilia autem anno poſt ſolutum matrimonium.

Innom. Scis ex iis quæ dicta ſunt lib. 5. tit. 1. cap 41. & tit. 3. cap. 16. quod in iudiciis quæ conſtat eſſe bonæ fidei, is qui debet in diem, vel ſub conditione, non condemnatur ante tempus ad ſolutionem, ſed ad dandam cautionem ex iuſta cauſa.

Eiusdem. Soluto matrimonio, immobilia quidem ſtatim reſtituuntur: mobilia autem & incorporea poſt annũ, vt lib. 5. Cod. tit. 13. Is autem aduerſus quem agitur de re mobili, ſi eſt ſuſpectus, dat fideiuſſores: vt lib. 2. tit. 8. cap. 7.

d Enantioph. Soluto matrimonio, propter ea quæ dicta ſunt lib. 5. Cod tit. 20. lege etiam lib. 23. tit. 3. cap. 56. & lib. 44. tit. 1. cap. 7. Et ſine eius cõſenſu poteſt ſeruos dotales manumittere, vt lib. 5. Cod. tit. 12. cap. 3. Qui autem laborat inopia, & ſi creditores non habeat, prohibetur: vt lib. 40. tit. 1. cap. 21.

e Innom. De eo qui propter inopiam aut contumaciam non cauet in collatione, lege lib. 37. tit.   cap.   them.

g Eiusdem. Hoc eſt, immobilia quidem illico, mobilia autem & incorporea poſt annum, vt lib. 5. Cod. tit. 13.

h Si maritus voluntate vxoris dotales ſeruos manumiſerit: ſi marito quidem donans, ei permiſerit manumittere nec de ipſis ſeruis, nec de operis quas ei præſtiterunt liberti, tenetur vxori. Sed ſi non vt donans, ſed vt cum eo contrahens, ei mandauit vt dotales ſeruos manumitteret: officio iudicis exigitur à marito vt caueat mulieri ſe ei redditurum quidquid ex bonis liberti aut ex operis eius lucri fecerit.

i Innom. Lege cap 61. 62. 63. 64. 65. & th penultimum 7. cap. & 7. 8. 9. tit. 1. & lib. 38. tit. 10. cap. 14.

k Si maritus inuentus fuerit ſæuus in ſeruos dotales: nũquid de eo tenetur mulieri? Et ſi in ſuos quidem fuit mitis, in dotales autem ſeruos ſæuus apparuerit, conſtat eum teneri. Si vero & in ſuos ſeruos fuit ſæuus, ſic quoque dicimus eſſe puniendam eius immoderatam ſæuitiam, hoc eſt, agendum eſſe in eos qui læſit ſeruos dotales. Quanuis enim dicimus, quod mulier in rebus dotalibus, tantam à marito exigit diligentiam, quanta in ſuis vtitur: tamen qui vehementer in ſuos ſæuiens eſt dignus reprehenſione, in alienos debet etiam puniri. Hoc ergo obſeruetur etiam in dotalibus.

l Innom. Hoc ſecundum rationem generalem quæ dicta eſt, lib. 14. tit. 6. cap. 5. in quo dictũ eſt etiam de dote quod dolus & culpa præſtatur.

§. 6. ¶ [a] Si me prohibente vxor mea rem commodauerit, & res perierit:
computo eius pretium. Sed ſi non prohibui, cõcedit ei iudex modicum
de ea ipſa reddenda, vel eo quod intereſt.
§. vlt. tempus cauẽti. ¶ Si [b] bona mulieris pro parte ſint publicata: habet ad re-
liquam partem dotis exactionem. Si autem poſt litem conteſtatam pu-
l. 25 in pr. blicata ſit pro parte dos, fit quoq; in parte condemnatio. SI [c] præter iuſ- Quære cap. 22. the penult. Lege l. penult. 21. cap.
ſum patris dotem acceperit filius qui eſt in poteſtate: locus eſt [d] aduerſus
patrẽ actioni de peculio, & locupletius videtur eſſe peculium, [e] propter

Digitized by Google

ea quæ à filio impenſa ſunt vel donata, vel ab vxore ſurrepta. ¶ In [d] danda dote maritus cauet de dolo & negligentia. Sed ſi dolum admiſit in eo quod non poſſit reſtituere: ſubiicitur mulieris iuramento in litem. Nobis enim inuitis non debet alius res noſtras retinere. ¶ Si poſt [e] diuortium moram fecerit maritus, tenetur propter dotis diminutionem. §.1 §.2

¶ De fugitiuis cauet maritus, ſe eos viri boni arbitratu quæſiturum, & eos reſtituturum. §.3

[a] Si mulier rem mariti alicui extraneo commodauerit, & perierit: quæritur an agens de dote huius rei pretium reputet. Et ſi à marito quidem prohibita eam commodauerit: oportet omnino ab hac dote deduci pretium eius rei. Sed ſi non fuit à marito prohibita rem commodare: debet arbitratu iudicis ei dari modicus terminus, caventi ſe intra tempus definitum rem reſtituturam, vel id quod intereſt.

INNOM. Sed ſi vxori meæ commendauero margaritas non perforatas: illa autem eas perforauerit me vel inuito vel neſciente, tenetur mihi lege Aquilia, vt tit. 9. cap 27. 4. th. ante finem.

[b] INNOM. De dote quæ publicatur vel quam lucratur maritus, lege lib. 44. tit. 20. cap. 3. 4. 5. & huius tit. cap. 35. 31.

[c] Si filiofamilias dos data ſit præter voluntatem patris: de peculio quidem agitur aduerſus patrem. Si autem acciderit vt filius impenderet in res vxoris, vel vxori ſuæ donaret, vel vt res peculii ei ſurriperet vxor: eo ipſo quod poſſit pater ex perſona filii vel impenſarum vel rerum donatarum aut ſurreptarum rationem opponere mulieri, creditur filii maius eſſe peculium. & in totum quod eſt in peculio, nurui condemnatur pater eius, cum etiam ſic quoque plus quam peculium ſit debitum mulieri. Oportet maritum vxori dare cautionem de dolo & negligentia. Sed ſi per dolũ non fuerit ei facultas reddendi, ei condemnari quantum iurauerit mulier: quia non oportet nobis inuitis res noſtras retineri ab aliis.

CIRILLI. Si filiusfamilias dotem acceperit iniuſſu patris, agitur de peculio. Sed ſi vel impenderit filius, vel donauerit mulieri, vel illa amouerit: ea ab illa repetita augent peculium, & rurſus ei dantur.

1 Agitur aduerſus patrem etiam ex dolo eius, vt ſi forte rem fecerit deteriorem, vel rem habeat, & non reſtituat: & condemnatur quanti res eſt. Quod quidem eſt etiam in pignore; & in omnibus bonæ fidei actionibus, vt lib. 15. tit. 1. cap. 36. Bonæ fidei eſt actio de dote ex ſtipulatu, vt lib. 5. Cod tit. 14.

2 Deducuntur quæ debentur patri & filiis eius qui ſunt in poteſtate: vt cap. 53.

[d] Maritus reddens dotem cauet de dolo & culpa. Si autem propter dolum non poſſit reſtituere: ſubiicitur iuramento in litem.

INNOM. Etiam in actione rerum amotarum dedit iuramentum in litem propter computationem lib. 25. tit. 2. cap 9.

[e] Si cum poſt diuortium diſtuliſſet maritus reddere dotem, factæ ſint res deteriores: in hoc damnum condemnatur mulieri. Si autem fugerint ſerui dotales: debet maritus cauere, quod boni viri arbitratu eos vbique quæret, & ei reſtituet.

¶ [a] Si vir in quinquennium locauerit fundum, & poſt primum annum ſolutum fuerit matrimonium: maritus non reſtituit fundum, niſi à muliere acceperit cautionem, [b] quod ei ſatis fiet de iis in quibus, vt eſt veriſimile, cõdemnabitur propter quatuor [c] annos poſteriores. Ipſe autem cauet, quod quicquid acceperit extra primum annum, ei reddet. §.vlt.

Quære lib. 23. tit. 3. ca. 8 SI [d] cum maritus [e] moram feciſſet, noluerit vxor poſtea accipere, & ſeruus deceſſerit: non debet maritus pretium eius. [f] QVÆ muliere de dote L.16 L.17

Lege initium cap. 15. agente obſeruantur, ea obſeruantur etiã in eius [g] hærede. [h] FACERE poſſe videtur maritus etiam in iis quæ impendit pro muliere, vel mandato eius dedit. ſed ſi forte nondum dedit, vt qui promiſerit ſub conditione, L.18

Quære lib. 9. tit. 8. cap 29. tit. 1. cap. 18. & tit. 5. eiuſdem lib. 29. & cap 7. & quæ in eo ſcripta ſunt, lege lib. 25. tit. 4. cap. 7. nondum videtur poſſe facere. SI [i] ante matrimonium quidem dat pater dotem: poteſt etiam poſt tempus vſq; ad matrimonium, ſtipulari contra voluntatem filiæ. Sed ſi non dat ante matrimonium, [k] ſtatim ſtipulatur. Poſtea enim non conſentientem non lædit filiam, etiamſi ſit in eius poteſtate. ¶ Si [l] pro muliere dotem tradens, pepigero, matrimonio quomodocunque ſoluto mihi reddi, & maritus ſoluerit vxori: nihilominus mihi obligatur. L.19. in pr. §.1

a INNOM.

Digitized by Google

a INNOM. De vſufructuario qui locauit in quinquennium, & interim deceſſit, lege libr. 39 tit. 2. cap 9. them. 2.

b Ne forte mulier eiiciat colonum, & maritus ex eo damno afficiatur.

c INNOM. Dictum eſt in fine primi cap. 4. tit. lib. 33. quod ſi maritus fundum dotalem locauerit, & dotem vxori legauerit, cauet hæredi quod concedet colono fructus percipere, recipiens mercedem.

d Si cum de reddenda dote marito exhibitum fuiſſet negotium, in reddendo ſeruo moram fecerit: poſtea autem eum offerente marito mulier accipere noluerit, & tunc deceſſit ſeruus: non oportet maritum aut eius hæredes pro eo condemnari. Nam cum poſtea obtulerit, ſoluit moram, & non debet de cætero damno affici.

e INNOM. De mora quæ fit à duobus, lege in venditione lib. 18. tit. 6. cap. 17.

f Si poſt diuortium mortua muliere, hæredes eius agant de dote cum viro aut patre eius: eadem iura dicimus interuenire in reſtitutione dotis, quæ obſeruantur ipſa agente de dote.

INNOM. Hoc ſecundum rationem generalem, vt lib. 50. tit. 17. cap. 44.

g ENANTIOPH. Niſi quod hæredes non habent priuilegia dotis. vt lib. 7. Cod. tit. 74. 90. autem nouella ea dat ſolis filiis. Et in alienatione prædii dotalis dicit lib. 23. tit. 5. cap. 13. quod hæres mulieris habet idem auxilium quod mulier. Atqui dicit cap. 3. eiuſdem tit, quod tunc fundus non alienatur: quando mulieri dotis actio competit, aut eſt competitura. Merito autem dicit eadem hic obſeruari in muliere & eius hærede. Videtur enim eſſe eadem perſona teſtatoris & hæredis: ſicut etiã dicit quę de dato iureiurando à teſtatore de modo ſuarũ facultatũ tractat 28. nouella.

h Si mariti bona fiſco deferantur, non ſolum videtur maritus facere poſſe in iis quæ poſſidet: ſed etiam in iis in quibus eſt mulier obligata. forte enim in eam impendit, aut eius mandato dedit. Sed ſi nihil adhuc expendit pro muliere, forte enim pro ipſa promiſit ſub conditione: non videtur poſſe facere in iis quæ nondum expendit propter mulierem.

CYRILLI. Facere poſſe videtur maritus in iis quæ debet pure, non in iis quæ ſub condicione.

i Quando pater tradens dotem, ſibi ſtipulatur receptionem, tunc proprie poſſidet propter eam actionem. quando ſimul atque tradiderit, fuerit ſtipulatus. Sed interpoſito tempore non aliter ſtipulari poteſt eius receptionem, quam filia ei conſentiente, quamuis ſit in eius poteſtate. Non poteſt enim facere deteriorem filiæ in dote conditionem, niſi ea conſenſerit. Sed hæc quidem quando poſt matrimonium tradit dotem. Sed ſi tradidit poſt matrimonium, poteſt & in traditione & poſt tempus traditionis, ſed non contra voluntatem filiæ, ſtipulari dotis receptionem.

CYRILLI. Pater tradens dotem, ex interuallo eam ſibi ſtipulari filia non conſentiente non poteſt, niſi ſic proceſſerit matrimonium. Ex continenti ſunt quæ fiunt in principio contractus. Ex interuallo autem, quæ non fiunt ab initio contractus, ſed poſtea.

k INNOM. Ex continenti, hoc eſt, ſtatim, illico, intra tres dies continuos ſignificat: vt lib. 2. Cod. tit. 9. cap. 3. & lib. 3. tit. 1. cap. 18.

l Si quis pro muliere dotem tradiderit, conuenerit que vt quoque modo ſoluto matrimonio ei dos ſoluatur, poſtea autem maritus mulieri dotem tradiderit: nihilominus habet aduerſus maritum exactionem is qui dedit dotem.

l. 30 [a] NVPTA non prohibetur à priore marito dotem perſequi. Si [b] maritus per [c] negligentiam dotem non petierit à ſocero, aut alio hærede qui
l. 31. in pr. promiſit: ſufficit [d] eos liberari. SI [e] mariti bona fuerint pro parte publi- Lege ſuam cap. 24.
§. 1 cata: fiſcus ſatisfaciet creditoribus, inter quos vxor quoq; eſt. ¶ Si [f] ducenta numiſmata promiſero pro filia mea, & pactus fuero ne centum peterentur: ſi ſoluto quidem matrimonio egero, ſola centum ſunt in dote. Sed ſi cum deceſſero, agatur aduerſus meum hęredē, ducenta ſunt
(ad exigendam dotem — lite conteſtata)
§. 2 in dote. ¶ Si voluntate filiæ datus fuerit à patre procurator, & vicerit,
(actionē rei iudicatæ tantum dat quantum)
& pater deceſſerit: non eius hæredes, ſed filia habet auxilium [g] à ſenten-
(accepit,)
§. 3 tia. ¶ Si [h] pater meus accepta dote vxoris meæ, me ex parte hæredem ſcripſerit ſub conditione, & [i] hęredes mei dotem dederint vxori pro ſuis portionibus: eo minus do. neque enim de eo habeo actionem aduerſus
§ vlt. hęredes. ¶ Si [k] non habita ratione fructuum vltimi anni, mulier fundum acceperit: agit rurſus de dote: quemadmodum quando [l] partum ancillarum non acceperit, aut [m] hæreditates aut legata quæ ſoluto matrimonio marito acquiſita fuerant per ſeruos dotales.

Non ſolum quæ ſoluto matrimonio acquiruntur à ſeruis dotalibus, pertinent ad mulierem, ſed etiã quæ in matrimonio.

a CYRILLI. Si extraneus dans dotem, receptionem ſibi reſeruauerit: omnino non recte maritus eam rurſus ſoluit. Si mulier ſoluto primo matrimonio, ſecundo viro nupſerit, à priore viro dote nondum recepta: non impeditur quo minus nupta alteri, à priore marito dotem exigat.

b Si pater dotem promiſerit pro filia, aut forte pro quauis muliere, & culpa viri non fuerit petita: id fit periculo viri qui in eo fuit negligens. Sed ſi aut in matrimonio decedens filia, aut facta ſui iuris eum qui dotem pro ea promiſerat ſcripſerit hæredem, nihil aliud debet maritus niſi ſoluere de dote obligationem, & liberare ab omni obligatione eum qui dotem promiſerat.

c INNOM. Lege lib. 23. tit. 3. cap. 36. & huius tit. cap. 39. th. 1. & penultimum 66.

d EIVSDEM. Et ipſa ſi fuerit hæres eius qui dotem promiſit & non dedit, non habet aduerſus maritum actionem, vt lib. 23. tit. 3. cap. 42. in fine, & huius tit. cap. 66. in fine.

e Si pars bonorum mariti fuerit publicata: cogitur fiſcus pro parte publicationis reſpondere creditoribus eius. Merito ergo mulieri quoq; cogitur pro dote reſpondere.

f Pater cum pro dote filiæ ſuæ promiſiſſet ducenta numiſmata, pactus eſt ne amplius quam centum à ſe peterentur. ſi ſoluto quidem in vita eius matrimonio, de dote agat aduerſus generum: centum de quibus conuenit ne peterentur, ne videntur quidem eſſe in dote. Quod ſi mortuo patre, maritus aduerſus hæredes egerit de ducentis: ducenta creduntur eſſe in dote erat enim pactum perſonale, vt ab eo ſolo ſuperſtite centum non exigerentur: & ideo id non prodeſt eius hæredi: ſed ab eo exiguntur integra ducenta.

CYRILL. Si pater qui pro dote promiſit ducenta pactus ſit ne centum peterentur: ab hærede eius exiguntur ducenta. Sed ſi viuo patre ſolutum fuerit matrimonium, ſola centum.

g ENANTIOPH. In 8. cap. 3 tit. lib. 3. dicit quod ad exigendam dotem, eſt ſuperfluum filium ſimul cum patre dare procuratorem, dat enim voluntate filiæ. Sed ſi pater abeſt, aut eſt vitæ ſuſpectæ: ipſa habet actionem, & dat procuratorem. In decimo autem cap. tit. 20. lib. 48. dicit quod ſi ſoluto filii matrimonio pater fuerit damnatus bonorum publicatione: ſi poſtquam filia quidem ei conſenſit in exactione dotis: fiſcus eam exigit à marito. Sed ſi fuit damnatus, priuſquam ei conſentiret: ipſa habet exactionem.

h Pater pro filio ſuo accepit dotem: & decedens eum ex parte hæredem ſcripſit ſub conditione. pendente autem conditione hæredes filii pro ſua portione mulieri dotem reddiderunt. Si pro hac dote mulieris conueniatur maritus à ſua vxore: tanto minus ei ſoluit, quantum mulieri dederunt eius cohæredes. Neque enim habet de cætero filius actionem aduerſus ſuos cohæredes, qui ſemel dotem reddiderunt mulieri.

INNOM. Lege thema penult. cap. 22. & th. 2. cap. 17. tit. 3. lib. 23.

i EIVSDEM. Soluto matrimonio: ſic enim ponitur lib. 33. tit. 4. cap. 7. & lib. 10. tit. 2. cap. 46.

k Si fundum quidem dotalem mulier receperit, fructus autem vltimi anni qui fuit poſt tempus diuortii, non reputauerit: nihilominus poteſt agere de dote, vt quæ eam non perfecte acceperit. In augmentum enim dotis hi quoque fructus reputantur: quemadmodum ſi dotis ancillas accepiſſet, non autẽ partus earum: aut ſuos quidem ſeruos accepit, per eos autem marito acquiſitas poſt diuortium hæreditates aut legata non accepiſſet. Rurſus enim agit de dote abſque impedimento.

l INNOM. De ratione habenda didiciſti cap. 7. th. 2. partus enim ſeruorum dotalium non pertinet ad maritum, ſed ad mulierem, vt lib. 26. tit. 6. cap. 11.

m INNOM. Neque in matrimonio adiens dotalis ſeruus acquirit marito hæreditatem. non eſt enim extranea hæreditas. Solæ enim operæ pertinent ad maritum conſtante matrimonio; ſoluto autem, ad vxorem, vt lib. 41. tit. 2. cap. 52. Oportet autem quærere affectionem. propter quam vxorem aut maritum ſcripſit hæredem, vt lib. 23. tit. 3. conſtit. 66. Quomodo autem adit vel repudiat, dictum eſt lib. 58. huius tit. lege etiam cap. 32. 1. tit. lib. 23.

[a] SI prior maritus, tanquam debitor, ſecundo dotem promiſerit: nõ L.32
plus quam poteſt facere, eſt in dote.[b] MVLier quæ dotem promiſerat ef- L.33
fecit vt ego ſtipularer redditionem: & cum non ſoluiſſet, deceſſit marito hęrede inſtituto. ſi adierit eius hęreditatem, videtur dotem accepiſſe: & mihi obligatur ſicut aliis creditoribus, licet non ſit ſoluendo hęreditas.
SI [c] dico eam quæ fecit diuortium, eſſe in mea poteſtate, ea vero L.34
negat: non poſſum agere de dote, niſi probauero eam eſſe in mea poteſtate.
[d] ETIAMſi dos fuerit [e] publicata, maritus fiſco condemnatur in id L.36
quod facere poteſt. [f] VOLVNTATE filiæ videtur pater dotem accipere, L.37
niſi iuſtam habeat contradictionem: maxime ſi poſtea eam [g] magis dotauit.
SI [h] ſit pronuntiatum vtrunq; coniugem cauſam dediſſe repudii: L.39
non habent quod agant in ſe inuicem. paria enim delicta mutuo compenſantur.
SI [i] pater poſt datam dotem & contractum matrimonium, L.40
contra voluntatem filiæ, pepigerit ſe dotem accepturum à diuortio, & extiterit conditio: ea quidem viua non recte agit. Sed ſi deceſſerit ſine filiis: non prohibetur agere.

a Si prior maritus mulieris, quæ ex dote debuit mulieri, ſecundo marito dare promiſit vt debitor mulieris: ſi de iis conueniatur, condemnatur pro modo bonorum ſuorum.

Digitized by Google

Cyrilli. Si mulier priorem maritum pro dote ſecundo aſſignauerit: in eum agitur in id quod facere poteſt.

b Innom. Facto autem inuentario, pro eius modo ſolum ſatisfacit, vt lib. 6. Cod. tit. 30. conſtit. 22.

c Mulier diuortio ſoluit matrimonium. Quidam autē dicēs ſe eam habere in poteſtate, quærit eius dotem accipere. Illa autem dicit ſe eſſe ſui iuris, & vult agere de dote. Quæſitum eſt ergo quid iudicem facere oporteat. Reſpondit Africanus, quod qui ſe dicit patrem, niſi probauerit filiam eſſe in ſua poteſtate, & ei de actione conſentire, non poteſt agere de dote.

Enantioph. Sufficit mihi probare eam eſſe natam ex vxore mea legitima. Nam qui ſunt eiuſmodi, ſunt in poteſtate patris, vt Inſtit. 1. tit. 9. & lib. 1. tit. 6. cap. 8. Reſtat ergo vt probetur eam eſſe ſui iuris. lege etiam tit 7. eiuſdem primi lib. cap. 25.

Innom. De huiuſmodi quæſtionibus an quis ſit in poteſtate, lege lib 37. tit. 10. cap. 8. & lib. 35. tit. 30 cap. 4. lib. 3. Cod. tit. 31. conſtit. 6 & lib. 8. tit. 20. conſtit. 1.

d Ne propter delictum mulieris maritus afficiatur iniuria, niſi condemnetur in id quod facere poteſt.

e Lege finem cap. 44. & 27. & 31. Quando autem muliere damnata capitis dos publicatur, & quando eam maritus lucretur, diſce ex lib. 42. tit. 20. cap. 3. 4. 5.

f Si filia non habeat iuſtam cauſam contradicendi patri: recte ea etiam inuita dos eſt patri ſoluta, maxime ſi poſtea ampliorem dotem pro ea dederit.

Innom. Ea enim inuita non exigit. vt tit. 2. cap 11. Hoc fuit abrogatum à nouella 17. vt dicit in 12. cap. Sed ſi maritus à muliere diuertere voluerit, & aliud repudiū miſerit, & quæ ſequuntur.

g Eiusdem. Illud magis dictum eſt intenſiue, vt dictum eſt cap. 4. Lege etiam de conſenſu eius quæ non vult, cap. 22.

h Viro atque vxore ſe inuicem de malis moribus accuſantibus, & de eo quod eorum culpa miſſum ſit repudium, pronuntiatum eſt vtrunque dediſſe cauſam repudii. Dicit Papinianus, Quoniam legem contempſerunt, & dederunt cauſam repudii, neutrum eorum iniuria affici. Vtriuſque enim delicta cum ſint paria, mutua compenſatione diſſoluuntur.

Innom. Similiter lib. 2. tit. 3. cap. 3. & lib 4 tit 3. cap. 36 & lib. 25. tit. 2. cap. 7. Lege etiam cap. 47. huius tit. lib. 22. Dig.

i Pater poſt datam dotem & nuptias contractas contra filiæ ſuæ voluntatem, ſtipulatus eſt diuortio facto ſibi reddi dotem. Si extiterit cōditio ſtipulationis, hoc eſt, ſi miſſum fuerit repudium, & deceſſerit filia eius ſine liberis: non impeditur quo minus moueat actionem ex ſtipulatu. Viua autem filia ſi aggrediatur agere, repellitur exceptione, niſi male ſit ſtipulatus poſt contractas nuptias contra voluntatem filiæ.

l. 40. [a] Si pater ignorans filiam diuertiſſe, ſoluerit dotem quā promiſit: nō
l. 42. in pr. ideo per [b] condictionem indebiti, ſed per actionē de dote repetit quod
(facta ſui iuris deportatione patris)
datū eſt. Si pater [c] dote tradita fuerit deportatus: filia habet exactionem.
(cum ei competi. ſſet exactio dotis)
Idem ſi condemnatus fuit poſt diuortium. ¶ Si [d] quæ nupſerat pro- Lege lib. 41. ti. 3. ca. 29.
§. 1. nuntiata ſit ſerua: non reddit maritus fructus antea perceptos & in eam Quære ſi nec [illegible] tit. 17.
abſumptos ex dote quæ bona fide ei data fuerat. Quæ autem neceſſario vel vtiliter in prædia conſumpſerat, accipit poſt computatos fru-
§. 2. ctus. ¶ Gener [e] à quo exiguntur vſuræ dotis, computat eas quæ ſibi debi-
§. vlt. tæ erant à ſocero: niſi forte non ipſe, ſed ſocer aluit vxorem. ¶ Si [f] extraneus dote data ſtipulatus fuerit redditionem, & poſt diuortium mulier reuerſa fuerit ad maritum: nō ſoluitur actio ex ſtipulatu, neque maritus abſoluitur per iudicem.

a Enantioph. Pone quod gener miſit repudium. Didiciſti enim quod repudium quod mittitur à filiis contra voluntatem parentum, non ſoluit matrimonium, vt tit. 2. cap. 5. & lib. 5. Cod. tit 17 & vlt. quod dicit etiam nouella de matrimoniis.

b Innom. Cauſam propter quam dixit non competere condictionem indebiti, didiciſti lib. 19. duobus thematibus ante finem.

c Si is qui dotauit filiam, deportatus fuerit: ſoli filiæ competit dotis exactio poſtea ſoluto matrimonio. Quod ſi etiam poſt diuortium, & poſtquam patri competierat vt qui voluntate filiæ litem erat conteſtatus: rurſus ſoli filiæ competit dotis exactio.

d Mulier quæ agebat in libertate, dedit agros in dotem. & cum maritus eos accepiſſet bona fide, fructus percepit & abſumſit in onera matrimonii, cum nondum mulieri mota eſſet controuerſia ſtatus. Poſtea autem probatum fuit eam eſſe ſeruam. Dicit Papinianus à marito non exigi fructus quos bona fide perceptos abſumpſit in mulierem. Sed ſi hic maritus fecit impenſas neceſſarias aut vtiles in res mulieris: ſibi prius reputat fructus quos accepit ex dote, & ſuperfluum eorum quæ abſumpſit, ei ſeruatur, ſi aduerſus eum agat dominus mulieris.

Cyrilli. Qui ab ancilla agrum accepit in dotem, fructus quos bona fide percepit & in eam abſumpſit, priuſquam ei moueretur controuerſia ſtatus, ab eo non repetuntur. Retinet autẽ impenſas quoq; neceſſarias & vtiles.

Innom. Lege lib. 23. tit. 3. cap. 9. tribus them. ante finem, & finem 22. cap. huius tit. & de impenſis cap. 7.

e Cyrilli. Socero dotis vſuras exigenti ex ſtipulatu, compenſat gener vſuras quę ſunt ab eo debitæ, vt qui tarde dotem dederit ſi ipſe aluit vxorem.

Dorothei. Pater dat dotem pro filia, verbi cauſa mille nummos: quorum quingentos quidem dedit genero, & ab eo ſtipulatus eſt vſuras ſoluto matrimonio, ſi in matrimonio deceſſerit aut diuerterit eius filia: quingentos autem & eorum vſuras promiſit. Si ſoluto matrimonio venerit ſocer exigens vſuram quingentorum nummorum qui dati ſunt: poteſt gener in compẽſationem ei opponere vſuras aliorum quingentorum nũmorum quos promiſit ſocer, quãdo ſuis ſumptibus aluit ſuam vxorem. Nam ſi ſocer aluit ſuam filiam: non poſſunt ab eo exigi vſuræ quingentorum nummorum. Neque enim debet, cum aluerit filiam, dare vſuras dotis. Sed nec ei opponitur in compẽſationem inualida vſurarum ſtipulatio. Ipſe ergo ſolus à genero recte exigit vſuras quingentorum nummorum quos dedit.

Innom. Lege lib. 23. tit. 5. cap. 7. them. 2.

f Innom. Si cũm mulier ſoluiſſet matrimonium, extraneus qui dotem dederat aduerſus maritum de ea litem eſt conteſtatus, mulier autem poſtea reuerſa eſt ad maritum, neque ipſo iure tollitur de dote iudicium; nec officio iudicis vir abſoluitur.

Cyrilli. Si dotem dedero pro muliere, mihi reſeruans redditionem, & ſolutum fuerit matrimonium, mihi competit redditio, nec extinguitur renouato matrimonio.

Innom. Lege cap. 19 & lib. 23. tit. 3. cap. 7. Quære cap. 54. lib. 29. tit. 1. cap. 65. & lib. 25. tit. 5. cap. 28. them. 2.

a In id quod facere poteſt condemnatus maritus, & habens debitores, cogitur vſque ad quantitatem aduerſus eos[b] cedere actiones. L.43. Si[c] pater puellæ fuerit hæres generi, & filiam emancipauerit: ipſa aduer- 144.
ſus eum agit de dote. Sed ſi filiam non emancipauerit: agit aduerſus hæredes. ¶ Si[d] cum pro filia mea dotem promiſiſſem, pactũ fecero ne à me §.1
viuo exigeretur, & culpa mariti ſolutum fuerit matrimonium, & alios inſtituero hæredes exhæredata filia: neceſſe habet gener meus exigere dotem ab hæredibus & præſtare filię, aut cedere actiones. Quod ſi etiam eam ex parte fecero hæredem: eadem dicimus in iis quæ competunt aliis partibus. Avvs[e] maternus, dote tradita pro nepte quæ erat in pote- L.45
ſtate patris, pactũ fecit vt à diuortio dos nepti aut ſibi redderetur. Poſt mortem eius ſolutum fuit matrimonium. Nepti quidẽ recte ſoluitur: vt
Lege lib. 5. Cod. tit. 14. cap. 7. quãdo quis ſtipulatur ſibi dari aut Petro. Actionem autem, ſi[f] rigor iuris ſpectetur, non habet aduerſus auum maternum:[g] fauore autem nuptiarum & affectione perſonarum habet vtilem.

a Dorothei. Si maritus dotis nomine cõdemnatus fuerit in id quod facere poteſt, in bonis autẽ habeat actiones: debet mulieri cedere actiones: verũ pro dotis quãtitate, & non vlterius.

b Innom. Sed ſi non ceſſerit, recte agit ad ſolutionem. 15. tit. 2. lib. Cod.

c Cyrilli. Si ſocer fuerit hæres generi, & deceſſerit: ab eius hæredibus dotem repetit filia. Sin autem fuerit emancipata etiam ab ipſo patre.

Innom. Emancipatæ enim competit repetitio: vt lib. 5. Cod. tit. 13. Lege huius tit. cap. 22. them. 7. Sed ſi non ex voluntate filiæ fuerit exacta: non computantur in bonis patris, vt l. b. 35. tit. 2. cap. 14.

d Promiſit in dotem filiæ dare centum nummos, & pactum fecit cum ſuo genero, vt à ſe viuo dos nunquam exigeretur: & accidit vt culpa mariti ſolueretur matrimonium. Decedens autem hic pater mulieris, alios ſcripſit hæredes exhæredata filia. Quæritur an ab hæredibus ſoceri poſſit maritus dotem exigere, vt quam vxor eius ab eo ſit exactura. Reſpondet Paulus, Cum filia, aliis à patre eius inſtitutis hæredibus ipſa ad recuperandam dotem habeat actionem: neceſſe habet maritus ab hæredibus ſoceri dotem exigere, & mulieri ſoluere, aut ei aduerſus eos cedere actiones. nec poſſunt ſoceri hæredes aduerſus generum vlla vti exceptione tanquam dolo faciat. Dolo enim non videtur facere exigens, quoniam non ſocero cum quo pactum fecit, ſed filiæ debet reddere. Nam ſi hoc ita eſſet, & ſi poſt mortem patris mulier miſiſſet repudium, cum maritus eius nondum dotem exegiſſet, excluderetur maritus ab actione aduerſus hæredes ſoceri. Quod quidem non admittimus. Sed & ſi ex parte hæres fuerit ipſa filia patri ſuo: oportet maritum pro portione dotem exigere ab hæredibus, & eam mulieri reddere, aut ei aduerſus ipſos cedere actiones.

Innom. Huiuſmodi enim pactum eſt perſonale, vt lib. 21. them. 2. lege etiam 7.

e Quidam

e Quidam habens neptem ex filia quæ erat in poteſtate patris, dedit certam quantitatem marito eius in dotem,& in inſtrumento dotis inſertum eſt hoc pactum & ſtipulatio,vt ſi inter virum & mulierem fieret diuortium ſine culpa mulieris, vniuerſa dos redderetur ipſi mulieri aut auo eius materno. Quæro ergo cum is qui neptem ſuam dotauit,repente deceſſerit: poſtea autem mulier ſine ſua culpa repudium miſerit viuo adhuc patre in cuius erat poteſtate, cuinam competat, & an omnino competat ex pacto ſeu ex ſtipulatione actio: vtrum hæredi aui materni qui eam dotauerat,an nepti quæ dotata fuerat. Reſpondet Paulus. In perſona quidem neptis inutilem eſſe ſtipulationem quoniam auus maternus ei dari eſt ſtipulatus. Cum autem ſit inutilis in neptis perſonam concepta ſtipulatio,hæredi eius qui fuit ſtipulatus,quandocunque ſoluto matrimonio actio competere videtur. Sed etſi hæc ita ſe habeant, recte dicimus maritum poſſe mulieri ſoluere dotem, quamuis actio ei directo non competat,ac ſi ſibi aut illi dari dotem auus eſſet ſtipulatus. Permittendum eſt ergo nepti, ne lucro fraudetur ex aui conuentione, vt vtilem habeat actionem aduerſus maritum ſuum fauore dotis,& propter affectionem perſonarum. Nam quoniam eſt auus qui pactus eſt pro nepte,ad hanc legem decurrimus.

CYRILLVS. Si auus maternus tradens dotem pro ſua nepte, ſtipulatus ſit eam reddi vel nepti à repudio, vel ſibi, poſt mortem eius ſoluto matrimonio, ex æquitate competit nepti actio ex ſtipulatu.

INNOM. In ſumma enim ſi ſtipulatus fueris dari mihi aut Titio: ſolutionem quidem accipere poteſt Titius,ſed non agere: vt Inſtit. 3.tit. 19. Non ſemper autem recte ſoluitur Titio: vt lib. 45. tit. 5.cap. 28 & cap. 57. Vlpiani. Lege etiam cap. 51.

g EIVSDEM. Fauetur enim dotibus: vt lib. 23. tit. 3. Vnde etiam in dubiis pro dote reſpondemus: vt cap. 71. eiuſdem tit.

l.46 a SI pro dote vxori meæ legauero, & non potuerit capere quæ ſunt

quando ante litem ab eo conteſtatam mulier de dote egerit.

l.47 legata: habet actionẽ de dote. SI [b] cum maritus deduxiſſet, mulier adulterata fuerit, nihil ex dote retinet. Quomodo enim reprobat mores quos corrupit, aut corruptos probauit? Rectè autem dicit quiſpiam [c] lenonẽ

in dote

l.48 non [d] poſſe accuſare vxorem. SI [e] conuentum fuerit vt dos nomine li-

nomine enim liberorum continentur etiam nepotes.

berorum maneat apud maritum: retinetur etiam nomine nepotum.

l.49.in pr. SI mulieri quæ nubit promiſeris dare decẽ nummos: & ea mihi in dotem dederit eam ſchedulam: & ſine dolo malo & culpa nihil à te potu-

vt quod ipſe mandauerit vt peteret mulier.

§.1 ero exigere: nec dotis nec mandati actione teneor: ¶ Si [f] fundum dotalem æſtimatũ, ſine mariti dolo & negligentia, antiquior euicerit creditor: maritus non dat ęſtimationem, etiã ſi ſocer dederit, & non fuerit

l.50 eius hęres filia. g CONVENIT vt res dotis ęſtimatę redderentur, habita ratione augmenti & diminutionis earum: earum vero quę non apparerent, daretur æſtimatio. ſi aliqua vendidit maritus contra voluntatem mulieris, & nec ratam habuit venditionem, & apparent, debet maritus eà prę̨ſtare perinde atque ſi non eſſent æſtimatę.

a DOROTHEI. Qui promiſerat reddere dotem vxori, eam legauit in teſtamento: ita tamen ne dotem peteret ab hæredibus: ſed accidit vt vxor non poſſet capere ea quæ in vniuerſitate ei legata fuerant. Et placuit dotis actionem ei competere aduerſus hæredes mariti. & ſi pro dote legauero vxori meæ quædam quæ non poterat capere, dotem exigit.

b DOROTHEI. Qui ſuæ vxoris fuit leno, neque dotem lucratur, nec accuſat adulterii.

c INNOM. In 2. cap. 5. tit. lib. 48. dicit quod adulter non recte opponit marito, quod eo lenone adulterauit. neque poſtquam fuit accuſatus, poteſt tanquam lenonem mutuo accuſare. Iudex autem poteſt aduerſus eum definire tanquam aduerſus lenonem, etiam ſine accuſatore. Qui autem accuſatur adulterii, etiamſi marito non opponit de lenocinio, ſe tamen non alleuat: neque maritum pœnis ſubiicit. Lege autem cap. 13. eiuſdem tit. quod ſi maritus impudice viuens, vxori occaſionem dederit impudicæ vitæ, poteſt eum iudex condemnare: hoc autem mulierem non eximit à crimine.

d ENANTIOPH. Atqui dicit liber 48. tit. 5. cap. 2. quod mulier quæ à marito accuſatur adulterii, non poteſt ei opponere quod lenocinio eius ſit adulterata. Eiuſmodi autem oppoſitio eam quidem non liberat à condemnatione: maritum autem grauat. Solutio. Illic intellige eam oppoſitionem factam fuiſſe poſt litem conteſtatam, & non poſſe ſoluere iam conſtitutam accuſationem: hic autem fuiſſe factam ante litem conteſtatam, nec concedere vt initium accipiat accuſatio. Lege etiam libr. 9. Codic. titul. 27. & inuenies ſimilia iis quæ hic dicta ſunt de dote.

Digitized by Google

1 Lege c.41.in fine,& them.6. 16.

2 Iudicium de dote,etiamſi litem fuerat conteſtata.Oportet autem intelligere ſecundum Nouel.117.& 134.

3 In quo erant antequam mitteretur repudium. Poſſuntne autem hæc fieri in dote æſtimata, an non?

a DOROTHEI. Etiam ſi in vniuerſum conſtante matrimonio dos non recte ſoluitur mulieri,tamen ſi vt quæ debet reddantur,aut vt emat idonea prædia,dos ei fuerit reddita,aut vt ipſa alat egentes filios ex alio viro ſuſceptos, aut fratres aut parentes, aut vt ipſa eas perſonas redimat ab hoſtibus, recte & iuſte ei dos ſoluitur. Quod ius etiam obſeruatur ſi mulieri quæ eſt in poteſtate patris dos fuerit ſoluta. Sed & ſi cognati mulieris capti erant ab hoſtibus, & ad eos redimẽdos mulieri dotem dederit maritus,aut in vincula coniecti erant cognati mulieris reputat ei maritus quęcunque pro hac cauſa ei ſoluit, & ſiue pars aliqua ſoluta eſt mulieri, in parte dos tollitur:ſiue tota dos ea de cauſa data eſt mulieri,tota de dote actio conſumitur. Multo autẽ magis eadem dicimus, ſi ſocer agit aduerſus generum. Oportet enim tunc quoque haberi rationem impenſarum quæ factæ ſunt,ſiue gener ipſe expendit pro dictis cauſis,ſiue eius filia,cum à marito accepiſſet in patrem conſumpſit. Quod ſi etiam conſumptum ſit in patrem,ipſe autem non agit de dote,ſed poſt mortem eius filia: ſic quoque marito reputamus quæcunq; ſoluit. Cum enim doli exceptio inſit actioni de dote, ſicut etiam omnibus bonæ fidei actionibus, poſſumus dicere illas tales impenſas ineſſe actioni de dote,& maxime ſi factæ ſint ex voluntate filiæ.

b ENANT. Idem etiam de filiafamilias Lege c. 21.in fine,& lib.23.tit.3. c.74.the.2.

c INNOM. Hoc ſimiliter dictum eſt lib.22.tit.1.c.5.quod in actionibus bonæ fidei nihil exigitur contra bonos mores. Lege etiam lib.39.tit.6.c.41.lib.30 c.83 Quod in bonæ fidei actionibus ineſt doli exceptio. Et lib.44.tit.4.c.2. Quod in omnibus exceptionibus quæ ſpectant ad factum, doli competit exceptio.Lege etiam finem 6.c.1.tit lib.19. Dicit autem tertium quoque caput 5. tit.lib.12. Quod pacti exceptio eſt vnita actionibus bonæ fidei. Dicit autem cap. quoque 47.tit 1. lib.18.quod dolus impedit ne conſiſtant actiones bonæ fidei.

Lege c. 16. & lib.23.tit.4 c.10.& eiuſd. lib. tit. 3.c. 19.

[a] SIVE [1] pater,ſiue quis alius tradens dotem, pepigerit à ſola morte, vel ſolo diuortio: ex caſu de quo non conuenit,dos mulieri competit. 122.in pr.

(à marito)

¶ Si filiafamilias, poſt diuortium, citra patris voluntatem dotẽ acceperit,& eam conſumpſerit: agit pater aduerſus maritũ ea & viua, & mortua,niſi ei cum non eſſet prodiga, ex iuſta cauſa ſoluerit: tunc enim perit actio, & nec hæredes patris agunt,nec mulier. §. 1.

(patri aduerſus generum.) (cum ipſe mulieri dotem iuſte dederit.)

Nouationem vocat hic [illegible] id eſt, tranſpoſitionem Lege finem 2. cap.

¶ Si decepta [2] acceperit per tranſpoſitionem debitorem egentem pro dote: ſalua eſt ei actio [b] de dote. §. 2.

(ſoluto matrimonio) (ſua) (aduerſus maritum) (à genero ſuo) (quod ratum ſit habitura,)

¶ Si abſente [c] filia pater dotem repetierit, non data cautione pro filia: filia non habet actionem, ſi per hæreditatem aut legatum tantum à patre lucrifecit. §. 3.

(Sed ſi a patre nihil lucrifecit mulier, poteſt agere aduerſus maritum.) (vt qui ſit forte te legatus)

¶ S I [d] pater cõdemnatus non poteſt venire in [e] locum in quo dos [f] repetitur: ſatisfit filiæ danti pro patre cautionem. §. 4.

(ab iis qui tenent bona patris) (quod pater rem ratam ſit habiturus)

¶ In litis [g] conteſtatione oportet filiam conſentire. Siue ergo ante litis conteſtationem mutauerit voluntatem: ſiue facta [h] ſit ſui iuris, non recte agit pater. §. 5.

(filia) (nolens forte petere dotem) (prodigus)

¶ Si pater eſt adeo turpis, vt timendum ſit ne dotem acceptã conſumat, ei [i] denegatur actio: & iudex ei conſulit & filiæ. §. 6.

(de dote.) (ad hoc vt dos vendicetur.)

a DOROTHEI. Si pater vel extraneus dotem dantes pro muliere, in vnum ſolum caſum pepigerint, vel diuortii, vel mortis: manet in alterum caſum mulieri de dote actio.

CYRILLI. Pacto caſus diuortii non eſt locus in morte nec contra. Lege lib. 23.tit.3.c.74.the.2.

1 Vt, verbi cauſa, pater vel extraneus cum dotem dediſſet pro muliere, pepigit vt ſi moreretur, dos ad eum reuerteretur. Cum ergo factum eſſet diuortium, & non deceſſiſſet, non poteſt mulier dotem repetere: quemadmodum ſi contra conueniſſet, vt facto diuortio, & non morte dos reuerteretur.

2 Pro marito dotem ſibi ſtipulans.

b ENANT. Hoc propter deceptionem. Didiciſti lib.17. tit. 1. c. 26. quod qui creditori ſuum delegat debitorem, videtur ſoluiſſe, etiam ſi delegatus non erat ſoluendo. Lege etiam penult. the. cap.41. tertii tit. lib.22.

c CYRIL. Si pater qui dotem communem repetiit, non cauerit quod filia rem ratam ſit habitura, relinquit autem filiæ quantum dos continet: non agitur aduerſus maritum.

d DORO-

Digitized by Google

d DOROTHEI. Si dotem quidem oportet Romæ repeti, ab aliqua autem condemnatione impediatur pater Romam venire: oportet filiæ ſatisfieri ſoli de dote agenti, ita tamen vt caueat patrem rem ratam habiturum.

e A quibus locis arceantur relegati, docet tit. 22. lib. 48.

f INNOM. In domicilio mariti, non autem vbi factum eſt inſtrumentum, dotem repetit. Non eſt enim contractus, vt lib. 5. tit. 1. cap. 65. Vxor autem legati quæ Romæ ab eo diuertit, illic ab eo exigit, vt cap. 42. eiuſdem tit.

g In eo loco oportet filiam conſentire patri de dote agenti, in quo litem conteſtatur. vnde ſi ante litis conteſtationem dicat filia ſe patri conſentire, tempore autem litis conteſtatæ ducta pœnitentia, non amplius velit ei conſentire, aut etiam ſui iuris facta ſit, fruſtra deinceps agit pater.

h INNOM. Emancipatæ enim competit repetitio, vt lib. 5. Cod. tit. 13. lege etiam huius tit. ca. 44.

i EIVSDEM. Sola filia agente. Nam etiam in actione iniuriarum ex hac cauſa præfertur patri filios ad agendum, vt lib. 47. tit. 10. cap. 17. Nam cùm pater eſt prodigus, filius mouet actionem iniuriarum, quæ erat ei & patri communis. Poterat enim etiam pater cum filio intentare actionem de iniuria facta filio.

celans ſuam voluntatem

[a] SI lateat filia ne patri conſentiat, datur ei actio, ſed cauſa cognita.

filia cùm ſit verecunda, & ideo latet vt per hoc patri contradicat.

† Quid enim ſi honeſtè per abſentiam contradicit. Sed ſi eſt eiuſmodi vt

dignus ſcilicet qui exigat & recipiat dotem,

debeat ei conſentire: admittit eum Prætor. forte enim eſt grauis & honeſtus, filia verò leuis, vel admodum iuuenis, vel coniuncta marito qui

post contractum matrimonium

§. 7. eſt indignus. ¶ Si [b] vnus ex coniugibus ſit furore correptus, [c] ipſe quidẽ

furor ipſe tolerabilis.

non poteſt mittere repudium. Si ſit autem furor tolerabilis, ſiue ſit perpetuus, ſiue ex interuallis: non debet is qui eſt compos mentis, mittere furioſo nuncium diuortii. Quòd ſi mittat, videtur matrimonium eius culpa diſſolui. ¶ Sed ſi furor eſt deſperatus, nec eſt ſpes recuperandæ ſanitatis: licet propter metum qui hinc affertur, & propter procreandæ ſobolis cupiditatem, mittere repudium, & ſoluitur matrimonium nulla

maritus propter furorem vxoris — furioſam

§. 8. parte læſa. ¶ Sinautem nõ ſoluit matrimonium, ſed deſpicit vxorẽ, nullam eius curam gerens, & dote abutitur: licet curatori & eius cognatis adire competentem iudicem, & cogere maritum [d] eam alere, & eius medicandæ curam gerere, & nihil prætermittere eorum quę decẽt maritũ, pro quantitate dotis. Sed ſi dotem diſſipat, ſequeſtratur, vt hinc vxor

ſerui

& familia quod par eſt habeat ſolatium, ſeruatis ſcilicet pactis quæ facta fuerunt ab initio.

v. ſin autem.

Præterm. eſt § 9.

† Tunc ipſius quoque filii conſenſu opus habemus Lege cap. 37.

Lege cap. 24.

a Si ſe abſcondat filia ne patri cogatur conſentire, oportet quidem ſoli patri concedi actionem, ſed cum cauſæ cognitione. Quid enim ſi filia, cùm ſit honeſta & verecunda, ideo lateat, vt per hoc quòd latet, videatur patri contradicere? Cur non dicimus patri negari actionem? Sed ſi pater eſt honeſtus, cui omni modo decet filiam conſentire, eſt enim vitæ honeſtiſſimæ. filia autem leuis, vel admodum iuuenis, vel nimium affecta in maritum indignum eius conſuetudine, oportet Prætorem patri potius acquieſcere & conſentire, & ei dare actionem.

b Si maritus vel vxor conſtante matrimonio furere cœperit: conſtat quidem quòd perſona quę furore detinetur, non poteſt mittere repudium, vt quæ ſit omni ſenſu priuata. An autẽ ab illa perſona quæ eſt compos mentis, furioſæ perſonæ mitti poſſit repudium, quæſitum eſt. Et ſi eſt quidem furor ad tempus, vel perpetuus quidem, ſed tolerabilis tamen iis qui appropinquant non citra periculum licet furioſæ perſonæ mittere repudium. Sciendum eſt enim, quòd ſi perſona quæ eſt compos mentis, miſerit repudium: videtur eius culpa ſolutum eſſe matrimonium, & ſubiicitur pœnis quæ ſunt conſtitutæ aduerſus eos qui temere mittunt repudium. Quid enim eſt tam humanum quàm fortuitorum caſuum mariti vxorem, & maritum vxoris eſſe participem? Sinautem tantus eſt furor, & ita ferox & perniciosus, vt ferè nullam ſpem habeat ſanitatis, eſt autem & terribilis iis qui miniſtrant furioſo: & altera compos mentis perſona, vel propter ſæuitiam furoris, vel quia liberos non habet, vult ex altero vel altera ſobolem procreare, & furioſæ perſonæ mittere libellum repudii: habeat compos mentis perſona poteſtatem mittendi repudium furioſæ perſonæ: nec ex eo vlli damno ſubiiciatur: ſed nec perſona furioſi: ſed vtraque perſona ſeruata indemni, diſſoluatur matrimonium. Sinautem in ſæuiſſimo furore muliere conſtituta, diſſoluere quidem non vult maritus matrimonium, ſpernit autem mulierem & eius infelicitatẽ, & nullam eius curam gerit, ſed dote eius abutitur, Ideo non mittens repudium, ne dos ab eo

Sequeſtratur μεσιτεύεται.

Digitized by Google

repetatur, poteſtatem habeat & curator mulieris & eius cognati, adeundi iudicem competentem, vt cogatur maritus gerere curam vxoris, ita vt & ei alendę & medendę prouideat, & nihil prętermittat eorum quæ à marito sũt præſtáda vxori, habita ratione dotis. Quod ſi etiã dote profuſe ſit vſus, & non vt decet virum frugi, tunc dos ſequeſtretur, vt ex ea conueniens habeat ſolatium & vxor furioſa, & eius familia. Seruatis quidem certe de dote pactis quæ facta ſunt in principio matrimonii, & expectantibus alterius perſonæ mortem vel ſanitatem. [illegible]

c Neq; curator, vt tit. 2. huius lib cap. 4.

Certas autem repudii cauſas dicit Nouella 150 præter quas ſi quis miſerit repudium, incidit in pœnas quę in ea cõtinẽt. Pater autẽ furioſę poterat antea mittere repudiũ, vt in eodẽ 4 cap. lib. 2.

d INNOM. Maritus enim ſuſtinet onera matrimonii & vxoris filiorum: vt lib. 10. tit. 2. cap. 20. the. 2. & cap. 46. & lib. 23. cap. 57. them. 2.

¶ [a] Si mulieris pater ſit furioſus: agit curator patris, ea [b] conſentiente. §. 10.
Sed ſi non eſt copia curatoris: agit filia, dans pro patre cautionem. ¶ Idẽ §. 11. §. 12.
etiam de patre captiuo, agit enim filia. ¶ Aduerſus [c] patrẽ de dote agitur, ſiue ipſe acceperit, ſiue eius [d] voluntate ali⁹ qui eſt in eius poteſtate, vel non. Si autem maritus eſt in poteſtate patris, & pater eius acceperit, vel voluntate eius filius: agitur aduerſ⁹ ſocerum, & non aduerſus maritum niſi patri ſucceſſerit. Sed ſi filius acceperit non iuſſu patris agitur aduerſus patrem actione de peculio, vel actione de iis, quæ ſunt conſumpta in rebus eius. ¶ Si cum [e] exiſtimaſſet mulier ſeruum eſſe liberum, ei dotem dederit: habet priuilegium, & præfertur iis qui habent actionem de peculio, non etiam [f] domino in iis quæ ei debentur, niſi in his tantum rebus quæ datæ ſunt in dotem, & iis quæ ex eis emptæ ſunt. [g] Si quid autem impenſum eſt in dotem, ſeruatur per doli exceptionem. [h] ETIAM conſtante matrimonio agit mulier de dote, ex quo viri bona [i] cœperint non ſufficere ad [k] eius quantitatem. §. vlt. l. 23. l. 24. in pr.

Margin: Quære cap 5. & vltimum. — Lege ea. 31. — Quære ti. 7. c. p. vltimum. & lib. 24. tit. 4. ca. 1. Quære cap. 25. them 1. & cap. 51.

Interlinear glosses: tunc enim præfertur mulier — erant enim omnia dotalia.

a Hæc quidem dicta ſunt de viro & muliere furioſis. Sed ſi ſoluto matrimonio, mulieris pater eſt furioſus: tunc ab eius curatore voluntate filiæ dos exigatur. Sed ſi furioſus pater non habet curatorem, ſola agat filia cauens patrem rem ratam habiturum. Idem autem fieri oportet & ſi pater ſit captiuus. Nam tunc quoque oportet filiam agere de dote.

b INNOM. Recte ſoluitur curatori ea ipſi conſentiente, & curatore ipſi conſentiente, vt lib. 46. tit. 3. cap 65.

c Hinc videamus aduerſus quem competit dotis exactio. Et aduerſus ipſum quidem maritum competere eſt manifeſtũ, ſiue ipſi dos data ſit, ſiue alicui alii eius voluntate, vel eius poteſtati ſubiecto aut non ſubiecto. Si maritus autem eſt in poteſtate patris, & dos data eſt eius patri: aduerſus ſocerum videlicet mulieri competit repetitio dotis. Si filio autem qui eſt in poteſtate dos data eſt ſi iuſſu quidem patris, indiſtincte tenetur pater. Quod ſi non iuſſu patris filiofamilias dos fuerit credita: datur quidem aduerſus patrem eius actio, vtpote quod ipſe videatur habere dotem, propterea quod habet peculium. Condemnatur autem ſolum pro modo peculii, & ſi quid ex dote verſum fuit in rem patris. Sin autem ſocero ſuo dotem dedit mulier: non poteſt agere aduerſus maritum, niſi fuerit hæres patris.

d INN. Tenetur enim maritus, etiamſi alii eius iuſſu dos data ſit. vt lib. 13. tit. 3. cap. 20. & 7.

e INNOM. Lege lib. 15. tit. 1. cap. 52. & lib. 16. tit. 3. conſtit. 60. them. 3.

f INNOM. Nõ ſuperat enim priuilegium Domini: vt lib. 15. tit. 1. cap. 52

g Si quid autem impenſum fuit in dotem mulieris, & impenſam non reddit mulier, per doli exceptionem poteſt impenſam ſeruare dominus mariti eius.

h Si conſtante matrimonio, & viro redacto ad inopiã, velit mulier repetere dotem ſuam: quod nam principium damus mulieri repetitionis dotis? & conſtat tunc competere ipſam dotis exactionem, quando euidentiſſime probatur non ſufficere mariti facultates ad ſeruãdam dotem.

ENANTIOPH. Lege lib. 13. tit. 6. cap. 5. th. 3. & lib 5. Cod. tit. 12. cap. 29. quæ dat ei repetitionem non ſolum dotis, ſed etiam donationis ante nuptias, vt non poſſint alienari nec ſubiici caſibus. Lege etiam nouellam 91. quæ habet de collatione dotis, & cogit filiamfamilias admonere patrem vt agat ſi ſit inops maritus. interdũ dos quoq; ſequeſtratur, vt cap. 22. cap. penult. Ab eo ergo tẽpore tẽpus ei currit, vt lib. 5. Cod. tit. 12. cap. 30. Lege hui⁹ tit lib 21. duob. them. ante finem.

¶ [a] Si à patre maritus fuerit exhæredatus: ſimul atque adita fuerit eius hæreditas, [b] competit mulieri dotis exactio ¶ Si [c] mulieri dare oportet fideiuſſores de ſolutione dotis [d] certo tempore, nec poteſt maritus dare fideiuſſores: [e] illico fit condemnatio dato ei lucro [f] medii temporis: nec §. 1. §. 2.

poteſt

Digitized by Google

poteſt mulier hoc recuſare. Sed ſi cum poſſit, non det fideiuſſores: non
§.3. retinet lucrum medii temporis. ¶ Siue autem mariti ſiue vxoris peri-
§.4. culo erat dos, redditur [g] tempore definito. ¶ Si [h] vir voluntate mu- Quære cap. 58.59.60.61. 62.63.64. & lib.31.tit.1. cap.7.8.vlt.& cap.28.
lieris ſeruos dotales [i] manumiſerit: ſi quidem ei donare voluit: nec de iis
quæ ab eo donata ſunt libertatis cauſa tenetur. Sed ſi eius geſſit nego-
mulieri vt patronus ſcilicet
tium: cauet ſe ei redditurum quicquid ex liberti bonis habuerit vel ex
§.5 obligatione. ¶ Si maritus [k] fuit valde ſæuus in ſeruos dotales: [l] tenetur,
etiam ſi talis erat in ſuos: quanuis in dote ea exigitur diligentia quæ in
rebus propriis.

a Si ex hæredato marito & ideo redacto ad inopiam, velit mulier agere: clarum eſt quod cum primum hæredes patris adierint, ei competit dotis exactio.

b INNOM. Lege cap.60. & lib.10.tit.2.cap.20 th.2 & conſtit.46. & lib.33.tit.4.cap.1.them. 3. & conſt.7.

c Si mulieri dare oportet fideiuſſores, de dote ei reddenda intra tempus conſtitutione definitum, nempe dotis mobilibus intra annum, nec poſſit maritus dare hos fideiuſſores: tunc ei deducimus lucrum temporis, & in reſiduum illico condemnatur. Sed ſi cum dare poſſet fideiuſſores, nolit: condemnatur in ſolidum, nulla deductione facta lucri quod prouenit ex tempore. Eſt ergo officium iudicis, vel dantem fideiuſſores maritum abſoluere, aut ei computare commodum temporis, & eum condemnare in reſiduum. Neque enim eſt mulier ferenda quæ dicit, Malo expectare tempus hodie definitum ſolutioni mobilium dotis, quam marito meo teputare commodum temporis. Omnis autem dos, ſiue ſit periculo mariti, ſiue vxoris, ſoluitur tempore legitimo, immobilia quidem illico, mobilia autem anno poſt ſolutum matrimonium.

INNOM. Scis ex iis quæ dicta ſunt lib. 5.tit.1.cap 41. & tit.3.cap.16. quod in iudiciis quæ conſtat eſſe bonæ fidei, is qui debet in diem, vel ſub conditione, non condemnatur ante tempus ad ſolutionem, ſed ad dandam cautionem ex iuſta cauſa.

EIVSDEM. Soluto matrimonio, immobilia quidem ſtatim reſtituuntur: mobilia autem & incorporea poſt annũ, vt lib.5. Cod. tit.13. Is autem aduerſus quem agitur de re mobili, ſi eſt ſuſpectus, dat fideiuſſores: vt lib.2.tit.8. cap.7.

d ENANTIOPH. Soluto matrimonio, propter ea quæ dicta ſunt lib.5. Cod tit.20. lege etiam lib.21.tit.3.cap.56. & lib.44.tit.1.cap.7. Et ſine eius cõſenſu poteſt ſeruos dotales manumittere, vt lib.5. Cod.tit.12.cap.3. Qui autem laborat inopia, & ſi creditores non habeat, prohibetur: vt lib.40.tit.1.cap.21.

e INNOM. De eo qui propter inopiam aut contumaciam non cauet in collatione, lege lib. 37.tit. cap. them.

g EIVSDEM. Hoc eſt, immobilia quidem illico, mobilia autem & incorporea poſt annum, vt lib 5. Cod.tit.13.

h Si maritus voluntate vxoris dotales ſeruos manumiſerit: ſi marito quidem donans, ei permiſerit manumittere nec de ipſis ſeruis, nec de operis quas ei pręſtiterunt liberti, tenetur vxori. Sed ſi non vt donans, ſed vt cum eo contrahens, ei mandauit vt dotales ſeruos manumitteret: officio iudicis exigitur à marito vt caueat mulieri ſe ei redditurum quidquid ex bonis liberti aut ex operis eius lucri fecerit.

i INNOM. Lege cap 61.62.63.64.65. & th penultimum 7. cap. & 7.8.9. tit. 1. & lib. 38. tit.10.cap.14.

k Si maritus inuentus fuerit ſæuus in ſeruos dotales: nũquid de eo tenetur mulieri? Et ſi in ſuos quidem fuit mitis, in dotales autem ſeruos ſæuus apparuerit, conſtat eum teneri. Si vero & in ſuos ſeruos fuit ſæuus, ſic quoque dicimus eſſe puniendam eius immoderatam ſæuitiam, hoc eſt, agendum eſſe in eos qui læſit ſeruos dotales. Quanuis enim dicimus, quod mulier in rebus dotalibus, tantam à marito exigit diligentiam, quanta in ſuis vtitur: tamen qui vehementer in ſuos ſæuiens eſt dignus reprehenſione, in alienos debet etiam puniri. Hoc ergo obſeruetur etiam in dotalibus.

l INNOM. Hoc ſecundum rationem generalem quæ dicta eſt, lib 14.tit.6.cap.5. in quo dictũ eſt etiam de dote quod dolus & culpa præſtatur.

§.6. ¶ [a] Si me prohibente vxor mea rem commodauerit, & res perierit:
computo eius pretium. Sed ſi non prohibui, cõcedit ei iudex modicum
de ea ipſa reddenda, vel eo quod intereſt.
§.vlt. tempus cauẽti. ¶ Si [b] bona mulieris pro parte ſint publicata: habet ad re-
liquam partem do[c]tis exactionem. Si autem poſt litem conteſtatam pu-
l.25 in pr. blicata ſit pro parte dos, fit quoq; in parte condemnatio. SI [c] præter iuſ- Quære cap. 12. the penult Lege 8. penult. at. cap.
ſum patris dotem acceperit filius qui eſt in poteſtate: locus eſt [d] aduerſus
patrẽ actioni de peculio, & locupletius videtur eſſe peculium, [e] propter

ea quæ à filio impenſa ſunt vel donata, vel ab vxore ſurrepta. ¶ In [a] danda dote maritus cauet de dolo & negligentia. Sed ſi dolum admiſit in eo quod non poſſit reſtituere: ſubiicitur mulieris iuramento in litem. Nobis enim inuitis non debet alius res noſtras retinere. ¶ Si poſt [e] diuortium moram fecerit maritus, tenetur propter dotis diminutionem. §.1 §.2

¶ De fugitiuis cauet maritus, ſe eos viri boni arbitratu quæſiturum, & eos reſtituturum. §.3

a Si mulier rem mariti alicui extraneo commodauerit, & perierit: quæritur an agens de dote huius rei pretium reputet. Et ſi à marito quidem prohibita eam commodauerit: oportet omnino ab hac dote deduci pretium eius rei. Sed ſi non fuit à marito prohibita rem commodare: debet arbitratu iudicis ei dari modicus terminus, caventi ſe intra tempus definitum rem reſtituturam, vel id quod intereſt.

INNOM. Sed ſi vxori meæ commendauero margaritas non perforatas: illa autem eas perforauerit me vel inuito vel neſciente, tenetur mihi lege Aquilia, vt tit. 9. cap 27. 4. th. ante finem.

b INNOM. De dote quæ publicatur vel quam lucratur maritus, lege lib. 44. tit. 20. cap. 3. 4. 5. & huius tit. cap. 35. 31.

c Si filiofamilias dos data ſit præter voluntatem patris: de peculio quidem agitur aduerſus patrem. Si autem acciderit vt filius impenderet in res vxoris, vel vxori ſuæ donaret, vel vt res peculii ei ſurriperet vxor: eo ipſo quod poſſit pater ex perſona filii vel impenſarum vel rerum donatarum aut ſurreptarum rationem opponere mulieri, creditur filii maius eſſe peculium. & in totum quod eſt in peculio, nurui condemnatur pater eius, cum etiam ſic quoque plus quam peculium ſit debitum mulieri. Oportet maritum vxori dare cautionem de dolo & negligentia. Sed ſi per dolũ non fuerit ei facultas reddendi, ei condemnari quantum iurauerit mulier: quia non oportet nobis inuitis res noſtras retineri ab aliis.

CYRILLI. Si filiusfamilias dotem acceperit iniuſſu patris, agitur de peculio. Sed ſi vel impenderit filius, vel donauerit mulieri, vel illa amouerit: ea ab illa repetita augent peculium, & rurſus ei dantur.

1 Agitur aduerſus patrem etiam ex dolo eius, vt ſi forte rem fecerit deteriorem, vel rem habeat, & non reſtituat: & condemnatur quanti res eſt. Quod quidem eſt etiam in pignore; & in omnibus bonæ fidei actionibus, vt lib. 15. tit. 1. cap. 36. Bonæ fidei eſt actio de dote ex ſtipulatu, vt lib. 5. Cod tit. 14.

2 Deducuntur quæ debentur patri & filiis eius qui ſunt in poteſtate: vt cap. 53.

d Maritus reddens dotem cauet de dolo & culpa. Si autem propter dolum non poſſit reſtituere: ſubiicitur iuramento in litem.

INNOM. Etiam in actione rerum amotarum dedit iuramentum in litem propter computationem lib. 25. tit. 2. cap 9.

e Si cum poſt diuortium diſtuliſſet maritus reddere dotem, factæ ſint res deteriores: in hoc damnum condemnatur mulieri. Si autem fugerint ſerui dotales: debet maritus cauere, quod boni viri arbitratu eos vbique quæret, & ei reſtituet.

¶ [a] Si vir in quinquennium locauerit fundum, & poſt primum annum ſolutum fuerit matrimonium: maritus non reſtituit fundum, niſi à muliere acceperit cautionem, [b] quod ei ſatis fiet de iis in quibus, vt eſt veriſimile, cõdemnabitur propter quatuor [c] annos poſteriores. Ipſe autem cauet, quod quicquid acceperit extra primum annum, ei reddet. §.vlt.

Quære lib. 23. tit. 3. ca. 8 SI [d] cum maritus [e] moram feciſſet, noluerit vxor poſtea accipere, & ſeruus deceſſerit: non debet maritus pretium eius. [f] QVÆ muliere de dote agente obſeruantur, ea obſeruantur etiã in eius [g] hærede. [h] FACERE poſſe videtur maritus etiam in iis quæ impendit pro muliere, vel mandato eius dedit. ſed ſi forte nondum dedit, vt qui promiſerit ſub conditione, nondum videtur poſſe facere. SI [i] ante matrimonium quidem dat pater dotem: poteſt etiam poſt tempus vſq; ad matrimonium, ſtipulari contra voluntatem filiæ. Sed ſi non dat ante matrimonium, [k] ſtatim ſtipulatur. Poſtea enim non conſentientem non lædit filiam, etiamſi ſit in eius poteſtate. ¶ Si [l] pro muliere dotem tradens, pepigero, matrimonio quomodocunque ſoluto mihi reddi, & maritus ſoluerit vxori: nihilominus mihi obligatur. L.26 L.27 L.28.

Lege initium cap. 15.

Quære lib. 9. tit 8 cap 29. tit. 1. cap. 18. & tit. 5. euſdem lib. 29. & cap 7. & quæ in eo ſcripta ſunt, lege lib. 25. tit. 4 cap. 7.

L.29. in pr. §.1

a INNOM.

Digitized by Google

a INNOM. De vſufructuario qui locauit in quinquennium, & interim deceſſit, lege libr. 39. tit. 2. cap 9. them. 2.

b Ne forte mulier eiiciat colonum, & maritus ex eo damno afficiatur.

c INNOM. Dictum eſt in fine primi cap. 4. tit. lib. 33. quod ſi maritus fundum dotalem locauerit, & dotem vxori legauerit, cauet hæredi quod concedet colono fructus percipere, recipiens mercedem.

d Si cum de reddenda dote marito exhibitum fuiſſet negotium, in reddendo ſeruo moram fecerit: poſtea autem eum offerente marito mulier accipere noluerit, & tunc deceſſit ſeruus: non oportet maritum aut eius hæredes pro eo condemnari. Nam cum poſtea obtulerit, ſoluit moram, & non debet de cætero damno affici.

e INNOM. De mora quæ fit à duobus, lege in venditione lib. 18. tit. 6. cap. 17.

f Si poſt diuortium mortua muliere, hæredes eius agant de dote cum viro aut patre eius: eadem iura dicimus interuenire in reſtitutione dotis, quæ obſeruantur ipſa agente de dote.

INNOM. Hoc ſecundum rationem generalem, vt lib. 50. tit. 17. cap. 44.

g ENANTIOPH. Niſi quod hæredes non habent priuilegia dotis, vt lib. 7. Cod. tit. 74. 90. autem nouella ea dat ſolis filiis. Et in alienatione prædii dotalis dicit lib. 23. tit. 5. cap. 13. quod hæres mulieris habet idem auxilium quod mulier. Atqui dicit cap. 3. eiuſdem tit, quod tunc fundus non alienatur: quando mulieri dotis actio competit, aut eſt competitura. Merito autem dicit eadem hic obſeruari in muliere & eius hærede. Videtur enim eſſe eadem perſona teſtatoris & hæredis: ſicut etiã dicit quę de dato iureiurando à teſtatore de modo ſuarũ facultatũ tractat 28. nouella.

h Si mariti bona fiſco deferantur, non ſolum videtur maritus facere poſſe in iis quæ poſſidet: ſed etiam in iis in quibus eſt mulier obligata. forte enim in eam impendit, aut eius mandato dedit. Sed ſi nihil adhuc expendit pro muliere, forte enim pro ipſa promiſit ſub conditione: non videtur poſſe facere in iis quæ nondum expendit propter mulierem.

CYRILLI. Facere poſſe videtur maritus in iis quæ debet pure, non in iis quæ ſub condicione.

i Quando pater tradens dotem, ſibi ſtipulatur receptionem, tunc proprie poſſidet propter eam actionem. quando ſimul atque tradiderit, fuerit ſtipulatus. Sed interpoſito tempore non aliter ſtipulari poteſt eius receptionem, quam filia ei conſentiente, quamuis ſit in eius poteſtate. Non poteſt enim facere deteriorem filiæ in dote conditionem, niſi ea conſenſerit. Sed hæc quidem quando poſt matrimonium tradit dotem. Sed ſi tradidit poſt matrimonium, poteſt & in traditione & poſt tempus traditionis, ſed non contra voluntatem filiæ, ſtipulari dotis receptionem.

CYRILLI. Pater tradens dotem, ex interuallo eam ſibi ſtipulari filia non conſentiente non poteſt, niſi ſic proceſſerit matrimonium. Ex continenti ſunt quæ fiunt in principio contractus. Ex interuallo autem, quæ non fiunt ab initio contractus, ſed poſtea.

k INNOM. Ex continenti, hoc eſt, ſtatim, illico, intra tres dies continuos ſignificat: vt lib. 2. Cod. tit. 9. cap. 3. & lib. 3. tit. 1. cap. 18.

l Si quis pro muliere dotem tradiderit, conueneritque vt quoque modo ſoluto matrimonio ei dos ſoluatur, poſtea autem maritus mulieri dotem tradiderit: nihilominus habet aduerſus maritum exactionem is qui dedit dotem.

l. 30 [a] NVPTA non prohibetur à priore marito dotem perſequi. Si [b] maritus per [c] negligentiam dotem non petierit à ſocero, aut alio hærede qui
l. 31. in pr. promiſit: ſufficit [d] eos liberari. SI [e] mariti bona fuerint pro parte publi- Lege [illegible] cap. 24.
§. 1 cata: fiſcus ſatisfaciet creditoribus, inter quos vxor quoq; eſt. ¶ Si [f] ducenta numiſmata promiſero pro filia mea, & pactus fuero ne centum peterentur: ſi ſoluto quidem matrimonio egero, ſola centum ſunt in dote. Sed ſi cum deceſſero, agatur aduerſus meum hęredẽ, ducenta ſunt
(ad exigendam dotem) (lite conteſtata)
§. 2 in dote. ¶ Si voluntate filiæ datus fuerit à patre procurator, & vicerit, (actionē rei iudicatæ tantum dat quantum accepit,)
& pater deceſſerit: non eius hæredes, ſed filia habet auxilium [g] à ſenten-
§. 3 tia. ¶ Si [h] pater meus accepta dote vxoris meæ, me ex parte hæredem ſcripſerit ſub conditione, & [i] hęredes mei dotem dederint vxori pro ſuis portionibus: eo minus do. neque enim de eo habeo actionem aduerſus
§. ult. hęredes. ¶ Si [k] non habita ratione fructuum vltimi anni, mulier fundum accęperit: agit rurſus de dote: quemadmodum quando [l] partum ancillarum non acceperit, aut [m] hæreditates aut legata quæ ſoluto matrimonio marito acquiſita fuerant per ſeruos dotales.

Non ſolum quæ ſoluto matrimonio acquiruntur à ſeruis dotalibus, pertinent ad mulierem, ſed etiã quæ in matrimonio.

a CYRILLI. Si extraneus dans dotem, receptionem ſibi reſeruauerit: omnino non recte maritus eam rurſus ſoluit. Si mulier ſoluto primo matrimonio, ſecundo viro nupſerit, à priore viro dote nondum receptã: non impeditur quo minus nupta alteri, à priore marito dotem exigat.

b Si pater dotem promiſerit pro filia, aut forte pro quauis muliere, & culpa viri non fuerit petita: id fit periculo viri qui in eo fuit negligens. Sed ſi aut in matrimonio decedens filia, aut facta ſui iuris eum qui dotem pro ea promiſerat ſcripſerit hæredem, nihil aliud debet maritus niſi ſoluere de dote obligationem, & liberare ab omni obligatione eum qui dotem promiſerat.

c INNOM. Lege lib. 23. tit. 3. cap. 36. & huius tit. cap. 39. th. 1. & penultimum 66.

d EIVSDEM. Et ipſa ſi fuerit hæres eius qui dotem promiſit & non dedit, non habet aduerſus maritum actionem, vt lib. 23. tit. 3. cap. 42. in fine, & huius tit. cap. 66. in fine.

e Si pars bonorum mariti fuerit publicata: cogitur fiſcus pro parte publicationis reſpondere creditoribus eius Merito ergo mulieri quoq; cogitur pro dote reſpondere.

f Pater cum pro dote filiæ ſuæ promiſiſſet ducenta numiſmata, pactus eſt ne amplius quam centum à ſe peterentur. ſi ſoluto quidem in vita eius matrimonio, de dote agat aduerſus generum: centum de quibus conuenit ne peterentur, ne videntur quidem eſſe in dote. Quod ſi mortuo patre, maritus aduerſus hæredes egerit de ducentis: ducenta creduntur eſſe in dote erat enim pactum perſonale, vt ab eo ſolo ſuperſtite centum non exigerentur: & ideo id non prodeſt eius hæredi: ſed ab eo exiguntur integra ducenta.

CYRILL. Si pater qui pro dote promiſit ducenta pactus ſit ne centum peterentur: ab hærede eius exiguntur ducenta. Sed ſi viuo patre ſolutum fuerit matrimonium, ſola centum.

g ENANTIOPH. In 8. cap. 3 tit. lib. 3. dicit quod ad exigendam dotem, eſt ſuperfluum filium ſimul cum patre dare procuratorem, dat enim voluntate filiæ. Sed ſi pater abeſt, aut eſt vitæ ſuſpectæ: ipſa habet actionem, & dat procuratorem. In decimo autem cap. tit. 20. lib. 48. dicit quod ſi ſoluto filii matrimonio pater fuerit damnatus bonorum publicatione: ſi poſtquam filia quidem ei conſenſit in exactione dotis: fiſcus eam exigit à marito. Sed ſi fuit damnatus, priuſquam ei conſentiret: ipſa habet exactionem.

h Pater pro filio ſuo accepit dotem: & decedens eum ex parte hæredem ſcripſit ſub conditione. pendente autem conditione hæredes filii pro ſua portione mulieri dotem reddiderunt. Si pro hac dote mulieris conueniatur maritus à ſua vxore: tanto minus ei ſoluit, quantum mulieri dederant eius cohæredes. Neque enim habet de cætero filius actionem aduerſus ſuos cohæredes, qui ſemel dotem reddiderunt mulieri.

INNOM. Lege thema penult. cap. 22. & th. 2. cap. 57. tit. 3. lib. 23.

i EIVSDEM. Soluto matrimonio: ſic enim ponitur lib. 33, tit. 4. cap. 7. & lib. 10. tit. 2. cap. 46.

k Si fundum quidem dotalem mulier receperit, fructus autem vltimi anni qui fuit poſt tempus diuortii, non reputauerit: nihilominus poteſt agere de dote, vt quæ eam non perfecte acceperit. In augmentum enim dotis hi quoque fructus reputantur: quemadmodum ſi dotis ancillas accepiſſet, non autē partus earum: aut ſuos quidem ſeruos accepit, per eos autem marito acquiſitas poſt diuortium hæreditates aut legata non accepiſſet. Rurſus enim agit de dote abſque impedimento.

l INNOM. De ratione habenda didiciſti cap. 7. th. 2. partus enim ſeruorum dotalium non pertinet ad maritum, ſed ad mulierem, vt lib. 26 tit. 6. cap. 11.

m INNOM. Neque in matrimonio adiens dotalis ſeruus acquirit marito hæreditatem. non eſt enim extranea hæreditas. Solæ enim operæ pertinent ad maritum conſtante matrimonio; ſoluto autem, ad vxorem, vt lib. 41. tit. 2. cap 52. Oportet autem quærere affectionem. propter quam vxorem aut maritum ſcripſit hæredem, vt lib. 23. tit. 3. conſtit. 66. Quomodo autem adit vel repudiat, dictum eſt lib. 58. huius tit. lege etiam cap. 32. 1. tit. lib. 23.

[a] SI prior maritus, tanquam debitor, ſecundo dotem promiſerit: nō l.32
plus quam poteſt facere, eſt in dote. [b] MVLier quæ dotem promiſerat ef- l.33
fecit vt ego ſtipularer redditionem: & cum non ſoluiſſet, deceſſit ma-
rito hęrede inſtituto. ſi adierit eius hęreditatem, videtur dotem accepiſ-
ſe: & mihi obligatur ſicut aliis creditoribus, licet non ſit ſoluendo hęre-
ditas. SI [c] dico eam quæ fecit diuortium, eſſe in mea poteſtate, ea vero l.34
negat: non poſſum agere de dote, niſi probauero eam eſſe in mea pote-
ſtate. [d] ETIAMſi dos fuerit [e] publicata, maritus fiſco condemnatur in id l.36
quod facere poteſt. [f] VOLVNTATE filiæ videtur pater dotem accipere, l.37
niſi iuſtam habeat contradictionem: maxime ſi poſtea eam [g] magis do-
tauit. SI [h] ſit pronuntiatum vtrunq; coniugem cauſam dediſſe repudii: l.39
non habent quod agant in ſe inuicem. paria enim delicta mutuo com-
penſantur. SI [i] pater poſt datam dotem & contractum matrimonium, l.40
contra voluntatem filiæ, pepigerit ſe dotem accepturum à diuortio, &
extiterit conditio: ea quidem viua non recte agit. Sed ſi deceſſerit ſine
filiis: non prohibetur agere.

a Si prior maritus mulieris, quæ ex dote debuit mulieri, ſecundo marito dare promiſit vt debitor mulieris: ſi de iis conueniatur, condemnatur pro modo bonorum ſuorum.

CYRILLI. Si mulier priorem maritum pro dote ſecundo aſſignauerit: in eum agitur in id quod facere poteſt.

b INNOM. Facto autem inuentario, pro eius modo ſolum ſatisfacit, vt lib. 6. Cod. tit. 30. conſtit. 22.

c Mulier diuortio ſoluit matrimonium. Quidam autẽ dicẽs ſe eam habere in poteſtate, quærit eius dotem accipere. Illa autem dicit ſe eſſe ſui iuris, & vult agere de dote. Quæſitum eſt ergo quid iudicem facere oporteat. Reſpondit Africanus, quod qui ſe dicit patrem, niſi probauerit filiam eſſe in ſua poteſtate, & ei de actione conſentire, non poteſt agere de dote.

ENANTIOPH. Sufficit mihi probare eam eſſe natam ex vxore mea legitima. Nam qui ſunt eiuſmodi, ſunt in poteſtate patris, vt Inſtit. 1. tit. 9. & lib. 1. tit. 6. cap. 8. Reſtat ergo vt probetur eam eſſe ſui iuris. lege etiam tit 7. eiuſdem primi lib. cap. 25.

INNOM. De huiuſmodi quæſtionibus an quis ſit in poteſtate, lege lib 37. tit. 10. cap. 8. & lib. 35. tit. 30 cap. 4. lib. 3. Cod. tit. 31. conſtit. 6. & lib. 8. tit. 20. conſtit. 1.

d Ne propter delictum mulieris maritus afficiatur iniuria, niſi condemnetur in id quod facere poteſt.

e Lege finem cap. 44. & 27. & 31. Quando autem muliere damnata capitis dos publicatur, & quando eam maritus lucretur, diſce ex lib. 42. tit. 20. cap. 3. 4. 5.

f Si filia non habeat iuſtam cauſam contradicendi patri: recte ea etiam inuita dos eſt patri ſoluta, maxime ſi poſtea ampliorem dotem pro ea dederit.

INNOM. Ea enim inuita non exigit. vt tit. 2. cap 11. Hoc fuit abrogatum à nouella 17. vt dicit in 12. cap. Sed ſi maritus à muliere diuertere voluerit, & aliud repudiũ miſerit, & quæ ſequuntur.

g EIVSDEM. Illud magis dictum eſt intenſiùe, vt dictum eſt cap. 4. Lege etiam de conſenſu eius quæ non vult, cap. 22.

h Viro atque vxore ſe inuicem de malis moribus accuſantibus, & de eo quod eorum culpa miſſum ſit repudium, pronuntiatum eſt vtrunque dediſſe cauſam repudii. Dicit Papinianus, Quoniam legem contempſerunt, & dederunt cauſam repudii, neutrum eorum iniuria affici. Vtriuſque enim delicta cum ſint paria, mutua compenſatione diſſoluuntur.

INNOM. Similiter lib. 2. tit. 3. cap. 3. & lib 4 tit 3. cap. 36 & lib. 25. tit. 2. cap. 7. Lege etiam cap. 47. huius tit. lib. 22. Dig.

i Pater poſt datam dotem & nuptias contractas contra filiæ ſuæ voluntatem, ſtipulatus eſt diuortio facto ſibi reddi dotem. Si extiterit cõditio ſtipulationis, hoc eſt, ſi miſſum fuerit repudium, & deceſſerit filia eius ſine liberis: non impeditur quo minus moueat actionem ex ſtipulatu. Viua autem filia ſi aggrediatur agere, repellitur exceptione, niſi male ſit ſtipulatus poſt contractas nuptias contra voluntatem filiæ.

L. 40. [a] SI pater ignorans filiam diuertiſſe, ſoluerit dotem quã promiſit: nõ
L. 42. in pr. ideo per [b] condictionem indebiti, ſed per actionẽ de dote repetit quod datũ eſt. SI pater [c] dote tradita fuerit deportatus: filia habet exactionem (facta ſui iuris deportatione patris; cum ei competiiſſet exactio dotis). Idem ſi condemnatus fuit poſt diuortium. ¶ Si [d] quæ nupſerat pronuntiata ſit ſerua: non reddit maritus fructus antea perceptos & in eam (Lege lib. 21. ti. 3. ca. 29. Quære ſi necess. tit. 17.)
§. 1. abſumptos ex dote quæ bona fide ei data fuerat. Quæ autem neceſſario vel vtiliter in prædia conſumpſerat, accipit poſt computatos fructus.
§. 2. ¶ Gener [e] à quo exiguntur vſuræ dotis, computat eas quæ ſibi debitæ erant à ſocero: niſi forte non ipſe, ſed ſocer aluit vxorem.
§. ult. ¶ Si [f] extraneus dote data ſtipulatus fuerit redditionem, & poſt diuortium mulier reuerſa fuerit ad maritum: nõ ſoluitur actio ex ſtipulatu, neque maritus abſoluitur per iudicem.

a ENANTIOPH. Pone quod gener miſit repudium. Didiciſti enim quod repudium quod mittitur à filiis contra voluntatem parentum, non ſoluit matrimonium, vt tit. 2. cap. 5. & lib. 5. Cod. tit 17 & vlt. quod dicit etiam nouella de matrimoniis.

b INNOM. Cauſam propter quam dixit non competere condictionem indebiti, didiciſti lib. 19. duobus thematibus ante finem.

c Si is qui dotauit filiam, deportatus fuerit: ſoli filiæ competit dotis exactio poſtea ſoluto matrimonio. Quod ſi etiam poſt diuortium, & poſtquam patri competierat vt qui voluntate filiæ litem erat conteſtatus: rurſus ſoli filiæ competit dotis exactio.

d Mulier quæ agebat in libertate, dedit agros in dotem. & cum maritus eos accepiſſet bona fide, fructus percepit & abſumſit in onera matrimonii, cum nondum mulieri mota eſſet controuerſia ſtatus. Poſtea autem probatum fuit eam eſſe ſeruam. Dicit Papinianus à marito non exigi fructus quos bona fide perceptos abſumpſit in mulierem. Sed ſi hic maritus fecit impenſas neceſſarias aut vtiles in res mulieris: ſibi prius reputat fructus quos accepit ex dote, & ſuperfluum eorum quæ abſumpſit, ei ſeruatur, ſi aduerſus eum agat dominus mulieris.

Digitized by Google

Cyrilli. Qui ab ancilla agrum accepit in dotem, fructus quos bona fide percepit & in eam abſumpſit, priuſquam ei moueretur controuerſia ſtatus, ab eo non repetuntur. Retinet autē impenſas quoq; neceſſarias & vtiles.

Innom. Lege lib. 23. tit. 3. cap. 9. tribus them. ante finem, & finem 22. cap. huius tit. & de impenſis cap. 7.

e Cyrilli. Socero dotis vſuras exigenti ex ſtipulatu, compenſat gener vſuras quę ſunt ab eo debitæ, vt qui tarde dotem dederit ſi ipſe aluit vxorem.

Dorothei. Pater dat dotem pro filia, verbi cauſa mille nummos: quorum quingentos quidem dedit genero, & ab eo ſtipulatus eſt vſuras ſoluto matrimonio, ſi in matrimonio deceſſerit aut diuerterit eius filia: quingentos autem & eorum vſuras promiſit. Si ſoluto matrimonio venerit ſocer exigens vſuram quingentorum nummorum qui dati ſunt: poteſt gener in compēſationem ei opponere vſuras aliorum quingentorum nūmorum quos promiſit ſocer, quādo ſuis ſumptibus aluit ſuām vxorem. Nam ſi ſocer aluit ſuam filiam: non poſſunt ab eo exigi vſuræ quingentorum nummorum. Neque enim debet, cum aluerit filiam, dare vſuras dotis. Sed nec ei opponitur in compēſationem inualida vſurarum ſtipulatio. Ipſe ergo ſolus à genero rectè exigit vſuras quingentorum nummorum quos dedit.

Innom. Lege lib. 23. tit. 5. cap. 7. them. 2.

f Innom. Si cūm mulier ſoluiſſet matrimonium, extraneus qui dotem dederat aduerſus maritum de ea litem eſt conteſtatus, mulier autem poſtea reuerſa eſt ad maritum; neque ipſo iure tollitur de dote iudicium; nec officio iudicis vir abſoluitur.

Cyrilli. Si dotem dedero pro muliere, mihi reſeruans redditionem, & ſolutum fuerit matrimonium, mihi competit redditio, nec extinguitur renouato matrimonio.

Innom. Lege cap. 19 & lib. 23. tit 3. cap. 7. Quære cap. 54. lib. 29. tit. 1. cap. 65. & lib. 25. tit. 5. cap. 28. them. 2.

[a] In id quod facere poteſt condemnatus maritus, & habens debitores, cogitur vſque ad quantitatem aduerſus eos[b] cedere actiones. L.43.
Si [c] pater puellæ fuerit hæres generi, & filiam emancipauerit: ipſa aduerſus eum agit de dote. Sed ſi filiam non emancipauerit: agit aduerſus hæredes. ¶ Si[d] cum pro filia mea dotem promiſiſſem, pactū fecero ne à me viuo exigeretur, & culpa mariti ſolutum fuerit matrimonium, & alios inſtituero hæredes exhæredata filia: neceſſe habet gener meus exigere dotem ab hæredibus & præſtare filię, aut cedere actiones. Quod ſi etiam eam ex parte fecero hæredem: eadem dicimus in iis quæ competunt aliis partibus. L.44. §.1 §.2
Avus[e] maternus, dote tradita pro nepte quæ erat in poteſtate patris, pactū fecit vt à diuortio dos nepti aut ſibi redderetur. Poſt mortem eius ſolutum fuit matrimonium. Nepti quidē rectè ſoluitur: vt quādo quis ſtipulatur ſibi dari aut Petro. Actionem autem, ſi[f] rigor iuris ſpectetur, non habet aduerſus auum maternum:[g] fauore autem nuptiarum & affectionē perſonarum habet vtilem. L.45. (Lege lib. 5. Cod. tit. 14 cap. 7)

a Dorothei. Si maritus dotis nomine cōdemnatus fuerit in id quod facere poteſt, in bonis autē habeat actiones: debet mulieri cedere actiones: verū pro dotis quātitate, & non vlteri⁹.

b Innom. Sed ſi non ceſſerit, rectè agit ad ſolutionem. 15. tit. 2. lib. Cod.

c Cyrilli. Si ſocer fuerit hæres generi, & deceſſerit: ab eius hæredibus dotem repetit filia. Sin autem fuerit emancipata: etiam ab ipſo patre.

Innom. Emancipatæ enim competit repetitio: vt lib 5. Cod. tit. 13. Lege huius tit. cap. 21. them. 7. Sed ſi non ex voluntate filiæ fuerit exacta: non computantur in bonis patris, vt lib. 35. tit. 2. cap. 14.

d Promiſit in dotem filiæ dare centum nummos, & pactum fecit cum ſuo genero, vt à ſe viuo dos nunquam exigeretur: & accidit vt culpa mariti ſolueretur matrimonium. Decedens autem hic pater mulieris, alios ſcripſit hæredes exhæredata filia. Quæritur an ab hæredibus ſoceri poſſit maritus dotem exigere, vt quam vxor eius ab eo ſit exactura. Reſpondet Paulus, Cum filia, aliis à patre eius inſtitutis hæredibus ipſa ad recuperandam dotem habeat actionem: neceſſe habet maritus ab hæredibus ſoceri dotem exigere, & mulieri ſoluere, aut ei aduerſus eos cedere actiones. nec poſſunt ſoceri hæredes aduerſus generum vlla vti exceptione tanquam dolo faciat. Dolo enim non videtur facere exigens, quoniam non ſocero cum quo pactum fecit, ſed filiæ debet reddere. Nam ſi hoc ita eſſet, & ſi poſt mortem patris mulier miſiſſet repudium, cum maritus ei⁹ nondum dotem exegiſſet, excluderetur maritus ab actione aduerſus hæredes ſoceri. Quod quidem non admittimus. Sed & ſi ex parte hæres fuerit ipſa filia patri ſuo: oportet maritum pro portione dotem exigere ab hæredibus, & eam mulieri reddere, aut ei aduerſus ipſos cedere actiones.

Innom. Huiuſmodi enim pactum eſt perſonale, vt lib. 2. them. 2. lege etiam 7.

e Quidam

Digitized by Google

e Quidam habens neptem ex filia quæ erat in poteſtate patris, dedit certam quantitatem marito eius in dotem, & in inſtrumento dotis inſertum eſt hoc pactum & ſtipulatio, vt ſi inter virum & mulierem fieret diuortium ſine culpa mulieris, vniuerſa dos redderetur ipſi mulieri aut auo eius materno. Quæro ergo cùm is qui neptem ſuam dotauit, repente deceſſerit: poſtea autem mulier ſine ſua culpâ repudium miſerit viuo adhuc patre in cuius erat poteſtate, cuinam competat, & an omnino competat ex pacto ſeu ex ſtipulatione actio: vtrùm hæredi aui materni qui eam dotauerat, an nepti quæ dotata fuerat. Reſpondet Paulus. In perſona quidem neptis inutilem eſſe ſtipulationem quoniam auus maternus ei dari eſt ſtipulatus. Cum autem ſit inutilis in neptis perſonam concepta ſtipulatio, hæredi eius qui fuit ſtipulatus, quandocunque ſoluto matrimonio actio competere videtur. Sed etſi hæc ita ſe habeant, rectè dicimus maritum poſſe mulieri ſoluere dotem, quamuis actio ei directo non competat, ac ſi ſibi aut illi dari dotem auus eſſet ſtipulatus. Permittendum eſt ergo nepti, ne lucro fraudetur ex aui conuentione, vt vtilem habeat actionem aduerſus maritum ſuum fauore dotis, & propter affectionem perſonarum. Nam quoniam eſt auus qui pactus eſt pro nepte, ad hanc legem decurrimus.

CYRILLVS. Si auus maternus tradens dotem pro ſua nepte, ſtipulatus ſit eam reddi vel nepti à repudio, vel ſibi, poſt mortem eius ſoluto matrimonio, ex æquitate competit nepti actio ex ſtipulatu.

INNOM. In ſumma enim ſi ſtipulatus fueris dari mihi aut Titio: ſolutionem quidem accipere poteſt Titius, ſed non agere: vt Inſtit. 3. tit. 19. Non ſemper autem recte ſoluitur Titio: vt lib. 45. tit. 5. cap. 28. & cap. 57. Vlpiani. Lege etiam cap. 51.

g EIVSDEM. Fauetur enim dotibus: vt lib. 23. tit. 3. Vnde etiam in dubiis pro dote reſpondemus: vt cap. 71. eiuſdem tit.

L.46 *a* SI pro dote vxori meæ legauero, & non potuerit capere quæ ſunt
quando ante litem ab eo conteſtatam mulier de dote egerit.
L.47 legata: habet actionẽ de dote. SI *b* cum maritus deduxiſſet, mulier adul-
terata fuerit, nihil ex dote retinet. Quomodo enim reprobat mores quos
corrupit, aut corruptos probauit? Rectè autem dicit quiſpiam *c* lenonẽ
in dote
L.48 non *d* poſſe accuſare vxorem. SI *e* conuentum fuerit vt dos nomine li-
nomine enim liberorum continentur etiam nepotes.
berorum maneat apud maritum: retinetur etiam nomine nepotum.
L.49.in pr. SI mulieri quæ nubit promiſeris dare decẽ nummos: & ea mihi in do-
tem dederit eam ſchedulam: & ſine dolo malo & culpa nihil à te potu-
vt quod ipſe mandauerit vt peteret mulier.
§.1 ero exigere: nec dotis nec mandati actione teneor: ¶ Si *f* fundum do-
talem æſtimatũ, ſine mariti dolo & negligentia, antiquior euicerit cre-
ditor: maritus non dat ęſtimationem, etiã ſi ſocer dederit, & non fuerit
L.50 eius hęres filia. *a* CONVENIT vt res dotis ęſtimatę redderentur, habita
ratione augmenti & diminutionis earum: earum vero quę non appare-
rent, daretur æſtimatio. ſi aliqua vendidit maritus contra voluntatem
mulieris, & nec ratam habuit venditionem, & apparent, debet maritus
eà pręſtare perinde atque ſi non eſſent æſtimatę.

a DOROTHEI. Qui promiſerat reddere dotem vxori, eam legauit in teſtamento: ita tamen ne dotem peteret ab hæredibus: ſed accidit vt vxor non poſſet capere ea quæ in vniuerſitate ei legata fuerant. Et placuit dotis actionem ei competere aduerſus hæredes mariti. & ſi pro dote legauero vxori meæ quædam quæ non poterat capere, dotem exigit.

b DOROTHEI. Qui ſuæ vxoris fuit leno, neque dotem lucratur, nec accuſat adulterii.

c INNOM. In 2. cap. 5. tit. lib. 48. dicit quod adulter non recte opponit marito, quod eo lenone adulterauit. neque poſtquam fuit accuſatus, poteſt tanquam lenonem mutuo accuſare. Iudex autem poteſt aduerſus eum definire tanquam aduerſus lenonem, etiam ſine accuſatore. Qui autem accuſatur adulterii, etiamſi marito non opponit de lenocinio, ſe tamen non alleuat: neque maritum pœnis ſubiicit. Lege autem cap. 13. eiuſdem tit. quod ſi maritus impudice viuens, vxori occaſionem dederit impudicæ vitæ, poteſt eum iudex condemnare: hoc autem mulierem non eximit à crimine.

d ENANTIOPH. Atqui dicit liber 48. tit. 5. cap. 2. quod mulier quæ à marito accuſatur adulterii, non poteſt ei opponere quod lenocinio eius ſit adulterata. Eiuſmodi autem oppoſitio eam quidem non liberat à condemnatione: maritum autem grauat. Solutio. Illic intellige eam oppoſitionem factam fuiſſe poſt litem conteſtatam, & non poſſe ſoluere iam conſtitutam accuſationem: hic autem fuiſſe factam ante litem conteſtatam, nec concedere vt initium accipiat accuſatio. Lege etiam libr. 9. Codic. titul. 27. & inuenies ſimilia iis quæ hic dicta ſunt de dote.

Digitized by Google

e Innom. Liberorum enim appellatione continentur etiam nepotes: vt lib. 50. tit. 16. cap. 104. Continentur autem ii etiam qui nati ſunt in matrimonio antequam dos daretur aut augeretur: vt lib. 23. tit. 4. cap 24.

f Fundum æſtimatum maritus accepit in dotem: ſed creditor dote antiquior, hunc fundum tã-quam ſibi pignori datum euicit. Quæritur, an mulier petens huius fundi æſtimationem, repellatur aliqua exceptione. Dicebat enim mulier ſe ideo non teneri eo fundo euicto, quoniam pater eam dotauit, & non fuit eius hæres. Ad hanc ergo quæſtionem reſpondet Paulus, Si ſine mariti dolo & negligentia euictus fuit fundus dotalis, dotem repetenti mulieri opponi exceptionẽ. Eam enim accipere euicti agri pretium eſt apertè iniquiſſimum: dolus enim patris ipſi debet nocere, non autem marito. Cyrilli. Si euictus fuerit fundus tanquam pignori datus, quem æſtimatum pater in dotem dedit: non exigit pater à marito eius æſtimationem, nec ſi patris quidem fuerit hæres. Innom. Lege lib. 23. tit. 5. cap. 17. Vlpiani. & 53. Marciani. & lib. 19. tit. 1. cap. 42. th. 2.

g Dorothei. Æſtimatis rebus in dotem datis conuenit vt ex quacunque cauſa dos redderetur, ipſę res reſtituerentur, conſiderato augmento & diminutione quæ euenerat, boni viri arbitratu. Si vero inuentum eſſet res aliquas non extare: redderetur earum æſtimatio. Quæſitum eſt, cum res quædam dotales venditæ quidem fuerint à marito, extent autem: an oporteat ſecundum pactum mulierem eas recipere, & æſtimationem. Reſpondit Scæuola, res quæ extarent, ſi neque mulieris voluntate ſunt venditæ, neque ratum habuit, perinde reddi mulieri ac ſi non eſſent æſtimatæ.

[a] Etiam ſi vtẽte muliere res æſtimatę fiant deteriores, maritus damno afficitur.[b] Maritus qui dotem non accepit, ſi per errorem reddidit L.51 poſt diuortium,[c] recipit. Si[d] filius dotem acceperit: tenetur in id quod L.52 facere poteſt, non deducto alio debito: videtur autem poſſe facere vſq; L.53 ad quantitatem peculii, ſiue res dotales habeat, ſiue nõ. Tenetur autem pater actione de peculio, & deducit ea quæ ſibi debentur & filiis qui ſunt in poteſtate: licet ſi cum ipſo filio ageretur, ea non deducerentur. [e] Maritus & parens & ſocius condemnati in id quod facere poſſunt, L.54 non deducunt quæ debentur[f] aliis. Qui autem donauit, deducit.

Quære lib. 19. tit. 1. cap. 10.
Quære Baſilici lib. 23 tit. 1, c. 58 & huius lib. tit. 3. cap 1.
Quære ca 22. th penult.

a Cyrilli. Si conuenerit vt quæ æſtimata eſſent, ipſa redderentur: ſin minus ſalua eſſent, eorum ęſtimatio: & à marito ſint vendita contra voluntatem mulieris, redduntur: ſunt enim ſalua.

b Enantioph. Nè ponas ea eſſe ex iis quæ conſtant numero, pondere & menſura, propter id quod dictum eſt lib. 23. tit. 3. cap. 45.

c Innom. Lege lib. 23. tit. 3 cap. 70. th. 8. & tit. 4. cap. 32. & lib. 5. Cod. tit 12. conſt. 21.

d Si filiofamiliâs dos data eſt, tenetur actione de dote, pater autem eius de peculio. nec intereſt res in peculio habeat, an non: ſed condemnatur quatenus facere poteſt. Intelligitur autem facere poſſe vſque ad peculium quod eſt apud eum tempore condemnationis. Et ſi cum patre quidẽ agatur de peculio, deducitur ex peculio quod à filio ei debetur & perſonis quæ ſunt in eius poteſtate. At ſi agatur cum filio, non fit alterius debiti deductio dum computatur quantum habeat in peculio. In ſummæ enim pro modo ſuarum facultatum maritus dotis nomine condemnatur, neq; vllum eius debitum deducitur, ſicut conuenitur ſocius actione pro ſocio, vel patronus à liberto, vel parentes à filiis. At is qui conuenitur propter donationem, & condemnatur pro modo ſuarum facultatum, deductis omnibus quæ ab eo debentur, in id quod ſupereſt condemnatur.

Enantioph. In tertio cap. 5. tit. lib. 14. dicit, quod qui contraxit cum eſſet in poteſtate patris, in vniuerſum condemnatur in id quod facere poteſt: nec deducit quod debetur aliis qui cũ eo contraxerunt dum eſſet in poteſtate patris. eſt enim potior qui præuenit, niſi ſit quiſpiam priuilegiatus: is enim præfertur. Deducit autem quod debetur emancipatis qui cum eo contraxerunt.

Eiusdem. Lege cap. 22. th. penult. & principium 25. & 15. quod in tempore condemnationis conſideramus quantum facere poſſit. lege 1 th. cap. 22. primi tit. lib. 15.

Calocyrii sexti. Si caput quidem abſolute poſueris, vt oſtendit dictio in Baſilico, cap. eſt vtile: ſed ſi poſt diuortium, redditur inutile à nouella de nuptiis.

e Innom. De his lege lib. 42. tit. 1. cap. 19. Socius autem deducit quæ debentur ex eadem cauſa: vt lib. 17. tit. 2. cap 63.

f Innomin. Aliis, non iis quibus debetur ex donatione: vt lib. 39. tit. 39. tit. 5. cap. 2.

Quære ca. 40. th. vltimum.

[a] Maritus qui in æde dotali cauit de futura ruina, de indemnitate L.55 cautionem accipit à muliere, volente eas recipere poſt diuortium. Si L.56 [b] generaliter à te dotem fuero ſtipulatus, quando quomodocunque Maria tibi coniux eſſe deſierit: ſi vel in captiuitatem abducta vel deportata fuerit, confirmatur ſtipulatio. Quæ autem ex morte, non quæ (tanquam) ex diuortio (bona fide facto diuortio) conuenta ſunt, accipit. Si ſui[c] fundi vſumfructum mihi de- L.57

dorit

Digitized by Google

derit mulier:ſoluto matrimonio ei reſtituo vſumfructum cum proprietate, aut hæredi eius. Sin autem mea erat proprietas:ei quidem viuenti ſolum reſtituo vſumfructum, non ita autem eius hæredi. Sed ſi eſt aliena proprietas:cauet ſe conceſſurum vt vtatur fruatur:aut domino conſentiente conſtituitur in ea vſusfructus. Eſt autem veriſimile poſſe eum vſumfructum vendere mulieri. Quo caſu ſi moram fecerit maritus, tenetur etiam hæredi mulieris. Nam ſi moram non feciſſet, hæredi pretium reliquiſſet mulier.

a Si conſtante matrimonio cauerit maritus damni infecti pro ędibus dotalibus, & ſoluto matrimonio dotem repetat mulier: oportet eam cauere marito, quod ſi cum eo agatur damni infecti, eum ſeruabit indemnem & illæſum.

INNOM. Nam ſi non cauiſſet, vicinus earum dominium ſententia fuiſſet aſſecutus: vt lib. 23. tit. 7. cap. 1. Quod ſi etiam aliquid dederit, ne damni infecti committeretur ſtipulatio: impenſa eſt neceſſaria: vt lib. 55. tit. 1. conſtit. 1.

b Si quis ſic ſit à marito ſtipulatus Si quouis caſu Titia mea vxor eſſe deſierit, dabis mihi dotem: per hæc verba generalia, etiamſi mulier captiua effecta aut deportata fuerit, committetur ſtipulatio ei qui eſt ſtipulatus. Nam omnes hi caſus continentur hac ſtipulatione. In his autem caſibus dos repetitur à marito, non in caſum diuortii, ſed in caſum mortis.

CYRILL. Qui dotem quouis modo eſt ſtipulatus, ſi ſolutum fuerit matrimonium, etiamſi ab hoſtibus capta aut deportata fuerit mulier, exigit in caſum mortis.

INNOM. Nam ſummo iure ſoluitur matrimonium, vt tit 2. cap 1. lege etiam 6. cap.

ENANTIOPH. In captiuitate dicit tit. 2. cap. 6. vtrunque habere ius ſuum non diminutum, vtpote quod videatur matrimonium, ſecundum eam quæ illic eſt diſtinctionem, bona gratia diſſolui. Atqui dicit cap. 13. primi tit. huius lib. & lib. 5. Cod tit 17. conſtit 1 & nouella de nuptiis, deportatione non ſolui matrimonium.

c Si vſumfructum in dotem dederit mulier, & ſolutum fuerit matrimonium, & neque apud mulierem, neque apud maritum inuenta ſit fundi proprietas: nihil aliud debet niſi promittere mulieri, quod quandiu viuet, patietur eam vti frui, & eius hæredes. Sed cum hæc dixiſſet Marcellus in prima ſententia, ſubiunxit ſe dubitare an debeat maritus promittere etiam de hæredibus vxoris: & dicit ſe quærere quemadmodum datus ſit vſusfructus in dotem. Nam ſi quidem mulier cum ſolum haberet vſumfructum, eum dedit marito qui erat proprietarius: non poteſt mulier ſuis hæredibus ius relinquere in eo vſufructu. Debebatur enim ſolum vſusfructus, quem non poterat tranſmittere ad ſuos hæredes. Sed ſi cum eſſet domina fundi, vſumfructum eius dedit marito: tunc oportet ei à marito reſtitui vſumfructum. Nam ſi eum accepiſſet mulier: eum cum proprietate tranſmiſiſſet ad ſuos hæredes. Si vero mulier vendidit proprietatem poſtquam datus eſt vſusfructus, aut aliquis alius iuſſu mulieris ſui fundi vſumfructum viro eius dedit in dotem: inſpiciamus prius quemadmodum poſſit reſtitui hic vſusfructus. Et poſſumus dicere, quod per cautionem. Debet enim maritus diſcedere ab vſufructu, & eum cedere mulieri, quando ipſa vendidit proprietatem. Si autem dominus fundi pro muliere dedit vſumfructum: tunc oportet domino retinente proprietatem, vſumfructum cedere mulieri. Dominus autem proprietatis debet vſumfructum cedere mulieri, aut pro eo aliquid dare mulieri, ſi quidem de ea re inter eos conuenerit. Finge enim hoc ipſum quoque poſſe facere ex pacto mulierem, vendere ſcilicet vſumfructum proprietario. Quod quidem ſi eſt, mulieris quoque hæres agens, à marito exigit quod ſua intereſt. Nam ſi moram non feciſſet mulieri agenti de vſufructu, eum vendidiſſet, & pretium ad ſuum hæredem tranſmiſiſſet.

CYRILLI. Vſufructu dato in dotem, ſi factum ſit diuortium, ſi neuter quidem eorum habet proprietatem: maritus cauet mulieri, quod eam ſinet vti frui, & hæres eius quandiu viuet. Sed ſi ipſe habet proprietatem, ei ſoli præſtet vſumfructum. Sed ſi mulier eſt domina: ei cedat vſumfructum, & deinceps cum proprietate tranſmittat ad hæredem, niſi maritus moram fecerit. Sed ſi alienatus ſit fundus aut alius, cum ſit dominus, vſufructu ceſſit pro muliere: tunc eam frui omnino patiatur, & hæredes eius, aut perſuadeat dominum ei conſtituere vſumfructum, aut volente muliere eum cedat domino. Si facta eſt autem mora, pretium fructuum accepit hæres mulieris.

INNOM. Memento eorum quæ dicta ſunt lib. 23. tit. 5. cap. 79.

l. 58 [a] MARITVS non temere permittens ſeruo [b] hæredi inſtituto, repudiare aut ſuſcipere, debet de eo coram teſtibus vxorem interrogare. Et ſi permiſerit quidem vt repudiet: mariti iuſſu ſeruus repudiat. Sed ſi velit eſſe hæres: redditur ei ſeruus, vt cum adierit hæreditatem, reuertatur
l. 60 ad maritum. SI [c] PAter mulierem ſepelierit, continuo impenſam acci- Lege cap. 14. Quære cap. 14. them. 70. & lib 19. tit. 1. cap. 51.
l. 61 pit à marito: reſiduum autem dotis tempore ſtatuto. SI [d] MAritus do-

talem ſeruum vxore inuita manumiſerit, & ab eo hæres fuerit inſtitutus: partem quidem, quæ ei tanquam patrono competit, reſtituit: reliquam autem per actionem de dote, ſi modò vxor manumittenti contradicebat. Sed ſi eius [d] voluntate, tanquam ea donante, manumiſit: l.62.
nec tenetur quidem propter ea quæ ſunt ei impoſita cauſa libertatis.
Et [e] deſinit eſſe dotis. nam propterea quòd permiſit manumittere, ei donauit quod fit cauſa manumittendi. l.63.

[a] Seruus dotalis ſi fuerit hæres ab aliquo inſtitutus, mariti iuſſu vel adire vel repudiare debet hęreditatem. ſed nè maritus temere repudians, aut temere ſuſcipiens incognitam hæreditatem, vxori ſuæ obligetur, vt à quo actione de dote exigatur vel vt reddat hæreditatem, vel accuſetur quod eam repudiauerit: oportet eum interrogare mulierem coram teſtibus, vtrum velit hæreditatem acquiri, an repudiari. Et ſi dixerit mulier ſe velle eam repudiari, iuſſu mariti eam repudiet ſeruus dotalis. Quod ſi maluerit mulier eam acquiri, ei reddatur ſeruus dotalis ea conditione, vt cum iuſſu eius adierit, rurſus reddatur marito. Sic enim fit vt & maritus liberetur à ſolicitudine, & facit mulier id quod ſibi placet in hæreditate.

[b] Innom. Seruus dotalis quæ ex re aut ex operis ſuis acquirit, acquirit marito: vt lib. 5. Cod. tit. 13. Hæreditas autem non eſt ex operis, vt lib. 29. tit. 2. cap. 48. Lege etiam lib. 23. tit. 3. cap. 66. & huius tit. cap. 31. circa finem.

[c] Si filiafamilias in matrimonio deceſſerit, & pater eius ipſam ſepelierit: etiam ſi dotem quæ eſt in mobilibus, poſt annum debet ei reddere gener, impenſam tamen factam in eius ſepulturam, oportet eum continuo exigere: cætera autem dotis, tempore ſtatuto.

[d] Innom. Ne hoc abſolute intellexeris, ſed ſecundum caput 16. & 22. tit 7. lib. 11.
Dotalem ſeruum vir inuita vxore manumiſit. manumiſſus autem maritum hæredem inſtituit: dicit Papinianus: Partem quidem hęreditatis quæ ſibi debebatur tanquam patrono, eam oportet ipſum mulieri reſtituere lege Iulia. alteram autem partem per actionem de dote debet ipſe reddere mulieri, ſi modo ei ſeruum manumittenti mulier contradiceret. Sed ſi voluntate mulieris ſeruos dotales manumiſit, quoniam tanquam donare ei volens, paſſa eſt eos manumitti: nec quæ ex operis quidem eorum lucrifecit, debet reſtituere mulieri: ſed ſeruus à dote exceſſit, quia cum ei manumittendi cauſa liceret donare, manumittitur. Si vero tanquam negocium gerens mulieris, ea non inuita ſeruum manumiſit, debet ei reſtituere quicquid accepit à libertate. Si autem in ipſo miniſterio dedit operas, non in æſtimatione, is qui manumiſit: non eſt æquum vt pro hoc miniſterio maritus aliquid præſtet vxori. Sed ſi poſt manumiſſionem ei impoſuit has operas: cogitur pręſtare mulieri. Quòd ſi etiam liberti correum vel fideiuſſorem propter operas accepit maritus, etiã aduerſus ipſum obligationẽ debet cederi mulieri. Sed & ſi tanquam patronus lucratur partem hęreditatis liberti: ea quoque debet ei reddi. Sed ſi aliquo alio modo & non tanquam patronus liberto ſucceſſerit, hoc lucretur maritus. Non enim ſi quod beneficium marito confert libertus, hoc debetur vxori: ſed ſi quid iure patronatus accepit aut poteſt accipere. Si ergo ex maiori parte quam quæ ei tanquam patrono competebat, fuit hæres inſtitutus: quod eſt amplius, non præſtat mulieri. Sed ſi ei nihil debens tanquam patrono (forte enim habuit liberos, aut bona centum ſolidorum) eum hæredem inſtituit: ne ea quidem debet reſtituere mulieri: quoniam dicit lex Iulia, Maritum qui ſeruum dotalem manumiſerit, dare dotis nomine quicquid ad eum peruenit. Peruenisse autem dicimus, ſiue iam exegit, ſiue poteſt exigere, quia ei actio competiit. Lex autem adiecit, vt ſi dolo viri minus ad eum peruenit, ad id quoque teneatur. Si autem ſuum filium exhæredauit maritus, & accidit vt bona huius liberti ad eum deferantur: de his non tenetur hæres mariti. Quod enim neque ad ipſum patronum, neq; ad eius hæredem peruenit: quanam ratione id ab illo exigatur? Innom. Lege deinceps vſque ad cap. 66. & cap. 54 them. 3. & lib 38 cap. 3. & lib. 48. tit. cap. 14.

Enantioph. Poteſt enim manumittere, vt lib. 5. Cod. tit. 12. conſtit. 3. ſi modo ſit ſoluendo, non autem ſi laboret inopia, vt lib. 40. tit. 1. cap. 21.

[e] Innom. Recte enim ei donatur ad hoc vt manumittat, vt tit. 1. cap. 7. in fine. lege etiam huius tit. cap. 24.

Si autem negotium eius gerens, eius voluntate manumiſit: quicquid l.64. in pr.
ad eum peruenit aut peruenire potuit tanquam ad patronum, dat mu- & §. 5. in
lieri: ¶ non autem ſi quid alio iure habuit. Nam ſi ex maiori parte quam pr.
iure debeat, [a] hæres ſit inſtitutus, non dat id quod eſt amplius: quemad- §. 5. in fin.
modum ſi ſit inſtitutus cum nihil ei deberetur. ¶ Dat autem non ſolum §. 7.
quod peruenit, ſed etiam ſi quid dolo non peruenit, ¶ & quæ ſunt ei im- §. 1. & 3
poſita propter libertatem, ¶ & [b] actiones aduerſus reos ſibi datos & ex- §. 4.
promiſſores. ¶ Si autem exegit operas, non dat earum æſtimationem: §. 2.
¶ ſed ſi in filium patroni [c] exhæredatum bona liberti peruenerint, hęres §. 8.

Digitized by Google

§. 9 mariti nihil dat. ¶ Lex locuta eſt de viro & eius hærede, nõ aũt de ſocero
§. vlt. aut eius ſucceſſoribus.[d] Vbi autẽ lex deficit, ne datur quidẽ actio. ¶ Eſt in
l. 65. [e]poteſtate patroni vel præſtare bona liberti & hęreditatẽ, vel eorũ æſti-
mationem. Hæc actio etiam conſtante matrimonio mulieri competit. Quære cap. 9

a INNOM. Liberto forte habente liberos, vel cum bona eius eſſent infra cẽtum ſolidos. Tunc enim patrono nihil debetur: vt lib. 6. Cod. tit. 4. conſtit. 1. 4. & Inſtit. 3. tit. 7.

THEOD. Libertus qui habet bona quæ non accedunt ad ſummam C. ſolidorum, de iis vt vult diſponit: ſed ſi eius facultates ſuperant C. ſolidos, ſi habet quidem liberos & de rebus ſuis diſponat: non neceſſe habet ſuis patronis aut ſucceſſoribus eorum aliquid relinquere vſque ad quintum gradum: petunt enim bonorum poſſeſſionem contra tabulas aduerſus eius hæredes. Si autem ipſos patronos inſtituerit hæredes ex maiori parte quam quatuor vnciarum: non debet minuere legatis quatuor quæ eis debentur vncias: ſed oportet ſeruari Falcidiam in extraneis eius hæredibus. Si inteſtatus deceſſerit libertus non habens liberos: patroni omnia eius bona capiunt. Si autem reliquerit filios non accipient patroni pl' quam quatuor vncias ex eius bonis, idque ſi bona eorum ſuperant rurſus centum ſolidos. Nihil enim omnino accipit niſi ſecundum dictas diſtinctiones. Tu autem ſcias, quod hodie tres vnciæ dantur patronis pro quatuor vnciis. Si vnus ex ſucceſſoribus patroni, nolit eſſe hæres liberti: reliqui poſſunt ei ſuccedere. Filius patroni qui hæredi non ſuccedit vt ingratus, nec illius liberto ſuccedit. *b* ENANTIOPH. Lege lib. 38. tit. 16. cap. 3.

c INNOM. De patre qui filium hæredem inſtitutum à liberto in fraudem emancipat, lege lib. 38. tit. 2. cap. 50. & lib. 48. tit. 8 cap. 6. & lib. 5. tit. 5. cap. 12.

d INNOM. Recte dixit, vbi lex deficit. Si enim lex quidem vult aliquid dari, deficit autem actio: tunc competit in factum ſiue vtilis: vt lib. 19. tit. 5. cap. 11. Lege etiam huius tit. cap. 29. Et in lege Aquila quoties directa non habet locum, datur vtilis, vt in multis. cap. 2. tit. lib. 9

EIVSDEM. Dictum eſt enim lib. 49. tit. 7. cap. 27. quod quæ non ſecundum ſuam naturam conſiſtunt obligationes, nec per iudicem, nec per prætorem, nec per legem eis fertur auxilium.

e INNOM. Quoniam lex dixit, Quanta lucrifacta fuerit pecunia tantam det mulieri, oſtendit maritus æſtimationem hæreditatis aut bonorum liberti, non ipſam hæreditatem voluiſſe præſtari mulieri: ſed ſi maritus velit res ipſas reddere, benignius eſt vt ipſe accipiat. Hæc autẽ actio de ſeruis mulieris manumiſſis, etiam adhuc conſtante matrimonio aduerſus maritum competit.

l. 66 in pr. [a] In rebus dotalibus quæ non ſunt in nummis, dolũ & negligentiam Quære li. 29 tit. 1. cap. 42.
præſtat maritus. Quid enim ſi eius culpa facta ſit ſeditio, & perierint in Larifundium Dig habet intra annum.
§. 1 ea ſeditione? ¶ Si vxoris meæ ſeruis nummos dedero ad emẽda eis veſti- Lege tit. 1. ca. 29 them. vltimum.
menta, & empta fuerint, & poſt annum factum fuerit diuortium: qua- Lege cap. 31. them. 3.
lia inuenta fuerint veſtimenta mihi dantur. Idem eſt etiam ſi emptam
veſtem ego eis præbuerim: ſed ſi mihi non reddantur, eorum pretium
§. 2 in dotem computo. ¶ Facto diuortio filiofamilias iuſſit dotem dari pa-
tri ſuo, & ſoluta parte mortuus eſt pater: reliquũ datur filiæ: ſi nec[b] tranſ-
§. 3 latio nec tranſpoſitio facta eſt in patrem. ¶ Conuenit vt æſtimata dotis Quære Baſilici lib. 29. tit. 1. cap. 69. the. vltimum & huius tit. 64. & lib. 29 tit. 1. ca. 118. & tit. 5. eiuſdẽ li. 29. cap. 38. th. 1. & cap. vlt. th. 10.
Quære li. 29. tit. 1. cap. 10. 11. mancipia, eodem pretio mulieri redderẽtur, nec de partu dictum eſt ali-
quid: manet partus apud maritũ pro[c] periculo mancipiorum. ¶ Si mari-
§. 4 tus per errorem plus quam eſſet quantitas dotis prõmiſit, non ei nocet:
§. 5 ſiue per errorem, ſiue non, amplius ſtipulata eſt mulier. ¶ [d] Mulier cum
partem autem marito reliquiſſet:
poſt diuortium partem dotis exegiſſet: & alteri matrimonio coniuncta
& vidua facta eſſet, ad priorem virum rediit: & cum ei dotem dediſſet,
non fecit mentionem prioris reliquæ partis. ea videtur fuiſſe prioris do-
§. 6 tis: & poſt annum à ſoluto ſecundo matrimonio ei redditur. ¶ Si ſocero
conſtante matrimonio dotis
meo egenti, contra voluntatem [e]vxoris meæ fecero apocham: meo fit
exigente eam vxore
§. vlt. periculo. ¶ [f] Quatenus mulier facta eſt hæres eius qui pro ea promiſit
dotem, tranſit à marito ad eam periculũ. Neque enim æquum eſt vt qui
non poteſt ipſe exigere à muliere, damno afficiatur, illa vero lucretur.

a Quaſcunque res præter nummos maritus accipit in dotem; in eis debet nec dolum admittere, nec negligentiam. Hoc autem dixit Seruius, ſequens ſententiam Quintii Mutii. Quintus enim Mutius in Licinii Gracchi vxore pronunciauit res dotales quæ perierant in ſeditione in qua Gracchus eius maritus fuerat occiſus, debere præſtari eius vxori, quia culpa Licinii Gracchi facta fuerat ſeditio. INNOM. Lege ca. 18. & vltimũ, & lib. 23. tit. 3. c. 18.

Y

Digitized by Google

Enantioph. Nam quæ conſtant pondere numeto & menſura, ſunt omnino matiti periculo: vt lib. 23. tit. 3. cap. 46. 91. 10.

b Si nec maritum patri delegauit filia, neque ſtipulatus eſt pater totam dotem ſibi reddi.

Cyrilli. Si nec delegata fuit nec nouata.

c Hoc non eſt ex textu Dig. ſed acceptum eſt potius ex expoſitione Cyrilli. Sic enim habet textus. Dicit ergo Labeo partum manere totum apud matitum, quia ęſtimatorum mancipiotum partus pertinent ad maritum. Cyrillus autem ſic, ſi conuenerit vt æſtimata mancipia reddantur, ad maritum ſpectat & partus & periculum.

Pomponivs Rom. Memento etiam eius quod dictum eſt 10. cap. eiuſdem tit. Calliſtrati & lib. 5. Cod tit. 12 conſtit. 21. & tit. 18. conſtit. 11.

Innom. Lege lib. 23. tit. 3. cap. 65. & quæ in eo ſcripta ſunt. lege etiam cap. 19. & finem 41.

d Enantioph. In 1. cap. 3. tit. lib. 23. dedit ſine cauſa, adeo vt eſſet euidens non fuiſſe fundum ſecũdæ dotis: ſed illic dans nummos in dotem, aperte dixit ſe eos dare pro dote. & hæc eſt differentia caſuum.

e Innom. Lege ſequens thema, & cap. 30. th. 2. & cap. 33. & 49. ſed ſi iuſſu vxoris fecerit acceptilationem, locum habent ea quæ dicta ſunt lib. 23. cap. 37. 38. 39.

f Si quis marito dotem ſtipulatus ſit pro ſua filia, & poſtea muliere hærede inſtituta deceſſit: pro qua parte ſit mulier hæres eius qui dotem promiſit, in eam partem à periculo dotis liberatur maritus. Neque enim æquum eſt, quod non potuit maritus exigere à muliere, hoc cedere lucro mulietis, ex quo vir detrimentum accipit.

Innom. Lib. 23. tit. 3. in fine lib 22. lege etiam huius tit. cap. 1. l. vlt.

• Dotis reddendæ pars eſt etiam id quod debet reddi mulieri ex pe-
[dotalis]
culio ſerui, & præſtat maritus dolum & negligentiam in acquirendo
Lib. 1. Cod. tit. 18. & cuſtodiendo peculio: & fructus eius, quomodo cuiuslibet rei do- l. 1. C. matrim. quẽadmodũ dos pet.
talis, pertinent ad maritum. Si res [b] dotis fuerint æſtimatæ, facta au-
Quære cap. 83. them. 4. tem ſit conuentio vel ſtipulatio, vt ſoluto matrimonio, ſi res ei ſaluæ eſ-
ſent, redderentur: [c] ancillę quoq; [d] redduntur cum partu. [e] Qvidam l. 2
habens filiam, & eam in matrimonium collocans, pro ea dedit dotem. Decedens maritus huius puellæ, ſuum ſocerum, nempe patrem puellæ ſcripſit hæredem. Huius patris puellæ bona fuerunt publicata. acceſſit ad Imperatorem puella huius filia, ſupplicans vt à fiſco dotem exigeret. Quod quidem ei permittit conſtitutio ſic dicens, Quoniam viuus pater ſine tuo conſenſu dotem non poterat exigere, & ſi deceſſiſſet dote
Quære tit. 7. cap. vlt. non repetita, tibi competiiſſet actio: tu quoque eo mortuo dotem exi- l. 3
gis. Si [f] mulier quędam per [g] ignorantiam coniuncta fuit ſeruo, & dotem dedit. poteſt actione de peculio dotem quoque repetere, & ſi quid aliud ei debuit. eius autem filii, tanquam ex libera nati, ſunt ingenui.

a Enantioph. Lege cap. 18. them. 2. & cap. 66. th. 1. & lib. 23. tit. 3. cap. 18. Pauli, qui ſeruum ponit inæſtimatum, qui ſolum marito quidem acquirit ea quæ acquiruntur ex re & operis, reliqua autem acquitit vxori: vt lib. 5. Cod. tit. 13. In rebus enim æſtimatis eſt inſtar emptoris, vt multis quidem in locis dictum eſt: maxime autem conſtit. 10. 12. tit. 5. lib. Cod. & merito ei omnia acquiruntur, dũmodo conſtet matrimonium. Tunc enim confirmatur quæ fit æſtimatio: vt lib. 23. tit. 3. cap. 10. Callistrati. Sciendum eſt quod ſolutionem marrimoniorum hic quidem inducit largius. Oportet autem eam accipere ſecundum 113. & 117. nouellam.

b Theodori. Etiam partus ancillarum æſtimatarũ exiguntur ſoluto matrimonio, ſi placuerit vt res æſtimatæ redderentur, & non pretium earũ. Memento 1. & 25. conſt. 12. tit huius lib. 5.

c Nam & ſi ſint æſtimatæ, eæ ſunt nihiloſecius dotales, non earum æſtimatio: vt dictum eſt 7. cap. ante finem 3. tit. lib. 23. Vnde etiam ſi fuerint euictæ, nulla mouetur actio aduerſus mulierem, cum eas bona fide dederit. vt dictum eſt in eodem cap.

d Τὸ [illegible] habet, ex ſtipulatu. & dicit Thalelæus, Ex ſtipulatu qui fit in dote.

e Theod. Etiamſi publicata fuerint bona patris qui fuit hæres ſui generi, nihilominus filia eius à fiſco dotem exigit. lege lib. 9. tit. 49. cap. 9.

Thalel. Quoniam pater fuit hæres matiti qui etat debitor, inuentus nunc eſt ipſe veluti debitor ſuæ filiæ. & ideo ſi is deceſſerit, filia recte quærit dotem accipere. Habet enim debitum dotis præcipuum aliquid ſupra alia: quoniam alia quidem debita exigunt patres etiam filiis non conſentientibus: dotem autem non conſentiente filia pater non poteſt exigere.

f Theod. Quæ per ignorantiam ſetuo fuit coniuncta, ſi ab ea diuertetit, mouet aduerſus dominum actionem de peculio, ad eam dotem quam dedit ſeruo. Sciendum eſt autem quod quæ pro dote agit de peculio, exigit vniuerſum, vt oſtendit. 10. conſtit. huius tit. Extrinſecus autem ſcies

22. nouel-

Digitized by Google

22.nouellam dicere, quod qui ſciens ſuum ſeruum coniungit mulieri liberæ nec ſolum qui ſcit, ſed etiam qui paſſus eſt ſuum ſeruum coniunctum fuiſſe matrimonio mulieri liberæ, eum facit liberũ. Hoc autem accipe in ſeruo ſolum, non etiam in adſcriptitio. Nec contendit ſeruus aduerſus ſuum dominum, vt habetur in lib. 11.tit.8.conſtit.2. quod adſcriptitius nunquam poteſt liber fieri. Qui ex libera muliere quæ ſeruo nupſit naſcuntur filii, cenſentur ſpurii. Scias tamen quod ſunt liberi.

g Hoc non ponitur tanquam locum habeat id quod eſt à contrario ſenſu. Nam etſi ſciuiſſet, nihilominus habuiſſet condictionem ſine cauſa. Sed non erat credibile quod ſciens ſeruo dotem dederit. Quid ergo? Id quod eſt probabilius dixit conſtitutio.

14 [a] Dos quæ data fuit à patre, ſi filia in matrimonio deceſſerit, redditur patri.
15 SI [b] vxor eſt apud hoſtes, ſi eſt quidem adhuc ſuperſtes: non poteſt eius frater dotem repetere. Sed ſi deceſſit: frater, tanquam hęres, Quære tit. 6. cap. 3 them. vltimum.
16 recte eius dotem [c] accipit. [d] QVOTIES dotis accuſatur æſtimatio, vt quę fraude mariti facta ſit viliori pretio, accidit autem vt quod ad mulierem attinet, poſſideantur res æſtimatę: à liberis & hęredibus mulieris [e] opponitur viro doli exceptio. Sin autem maritus queritur de æſtimatione: veritate examinata, cogitur ſolum iuſtam præbere æſtimationem. Hæc quidem, ſi res ſint ſaluę: ſed ſi perierint, ſoluitur ſolum [f] pretium quod
17 eſt poſitum in inſtrumento dotali. [g] PATER dotem pro filia datam non poteſt repetere conſtante matrimonio, ne conſentiente quidem filia: ſoluto autem matrimonio, ea inuita non poteſt repetere.

a THEODORI. Si filiafamilias deceſſerit in matrimonio, recepit pater dotem quam pro ea dederat. Hoc autem eſt etiam in emancipata, ſi filios videlicet non reliquit, neque pactum præceſſit vt quæ ſuperſtes eſſet perſona, aliquid lucraretur ſi altera prior deceſſiſſet. Sciendum eſt enim quod dicit 14.conſtit. huius tit. quod ſi maritus deceſſerit conſtante matrimonio, coguntur hæredes eius reddere dotem quam acceperunt pro ſua filia: & vt didiciſti in tertia conſtit. 14. tit. huius lib. ſi facta fuerit conuentio, non poteſt quiſquam retinere aut lucrari partem ex ea. Lege etiam 7.conſtit. huius tit. Alia autem ratione, quod ſeruat pater filiæ quam pro ea dedit dotem, etiam ſi non laborarit inopia, vt dicit nouella.

THALEL. Hoc didicimus etiam in lib. ſingulari de dotibus.

b THEODORI. Cum fuerit cognitum mulierem captiuam deceſſiſſe, tunc eius quoque dos redditur. Memento 27.conſtit. 16.tit. huius lib.

c THALEL. Captiuitas non ſoluit matrimonium: vt dictum eſt tit.7. lib. 24. Imo vero, vt verius dicam, ſoluit matrimonium: ſed non fit dotis repetitio, dum illa ſperatur adhuc reuerſura niſi is qui eſt in ciuitate, miſerit repudium. Etenim ſi maritus factus fuerit captiuus, non poteſt vxor eius interim nubere, quandiu conſtat maritum viuere. Hæc omnia dicit vi. caput Iuliani quod ſitum eſt in lib. à me citato 24. Iis quæ dicta ſunt adiicitur in τῷ κατὰ πόδας. Dotis quoque repetitio ei iure competit, cum in ſtipulatum deducta ſit. Dicitque Thalelæus, olim quidem ſic dicebamus, Cum dos in ſtipulatum ſit deducta: nunc autem cum dos tacitam habeat ſtipulationem ex conſtitutione, non eſt neceſſe.

d THEODORI. Seu maritus ſeu vxor circumſcripta fuit in æſtimatione dotis: vxori ſeruatur vera quantitas. Memento 5.conſtit. 12. tit. huius lib. 5.

e Nam niſi dolo feciſſet, non accuſaretur. Ita didiciſti in 11. cap. 3. tit. lib. ſingularis de dotibus. In illo edicto fuſe & aperte dictum eſt ius huius conſtitutionis.

f In prius dicto à me capite allata quoque eſt ratio: quoniam æqui boni conſulere debet pro re quidlibet accipiens. Nam niſi ea fuiſſet æſtimata, damnum erat acceptura.

g THEODORI. Non poteſt pater repetere dotem quam dedit pro filia quæ eſt in ſua poteſtate, ſi adhuc conſiſtat eius matrimonium etiam ſi ipſa puella ei conſenſerit. Didiciſti enim lib. 3 tit. 32.conſtit.9. quod ipſa mulier non poteſt vendicare dotem ſuam: quoniam eius dominium pertinet ad maritum. Memento autem 20.& 21.conſtit. 12. tit. huius lib. 5. & lege τὸ quod deinceps ſequitur. Recte repetit pater dotem filiæ quæ eſt in ſua poteſtate, ſoluto eius matrimonio, ſi modo ipſa quoq; ei conſenſerit. Memento 6.& 7.& 8.conſt. 12.tit. & eius quod dictum fuit in prima cõſtit. 13.tit. huius lib. 5 nec obliuiſcaris 4.conſtit. huius tit.

THALELÆI. Pater poteſt, cum velit, adimere peculium filiorum qui ſunt in poteſtate: dotem autem repetere non poteſt inuita filia: oportet autem iudicem, ſi pater & filia inter ſe diſſideant, ſtatuere vtrum debeat patri permittere vel inuita filia repetere, an potius filiæ ſeruare actionem. Ponamus enim eam dicere patrem eſſe prodigum. Conſenſum autem in hoc caſu intellige qui eſt vtriuſq; communis. Hoc enim dictum eſt in 3.cap.3.tit. lib. 24. Dig.

18 HÆREDES quidem mariti, ſiue ſint ſoluendo, ſiue non, omnes tenentur in [a] ſolidum. Maritus autem, ſi ſit quidem ſoluendo, conuenitur ſolum in id quod facere poteſt. Sed ſi poſtea diues euaſerit, reddit reli-

quum. [b] MVLIER aduerſus hæredes mariti debet agere actione de dote. In rerum enim eſſe poſſeſſione, neque illis [c] conſentientibus, neque iudicis ſententia præcedente: non poteſt. l.9

Deſunt 6. folia.

a Idem eſſet ſi etiam mortua muliere pater eius aut eius hæredes egiſſent aduerſus maritum. nam is quoque condemnatur in id quod facere poteſt.

b THEODORI. Recte agit mulier aduerſus hęredes mariti, actione perſonali de dote quæ eſt ex ſtipulatu. In rerum autem dotalium non poteſt eſſe poſſeſſione ſine ſententia iudicis. Lege 1. conſt. 21. tit. huius lib. 5. & ſcias quod licet mulier ſit in poſſeſſione bonorum mariti, nō eſt tamen domina eorum, ſicut dictum eſt lib 7. tit. 52. cap. 50. Diſce autem extrinſecus, quod quædam formata leonis Epatchorum, vult mulierem poſſe eſſe in poſſeſſione rerum etiam ſine ſententia iudicis, dummodo faciat inuentarium. Excipe quod habetur in 21. conſt. 12. tit. huius quinti libri.

c Nam ſi ipſi conſentirent muliere poſſeſſionem ingrediente, viderentur ipſi dare poſſeſſionem veluti loco pignoris.

RERVM AMOTARVM.

Dig. 51. 25. tit. 2.

SI [a] BONA mariti delata ſint ad fiſcum: vxor actione rerum amotarum [b] conuenitur in ſimplum, licet alii in [c] quadruplum. [d] CONCVBINA, non actione rerum amotarum, ſed actione furti tenetur in quadruplum. ¶ [e] Diuortii cauſa dicimus rem amotam, non ſolum quam ſuffurata eſt mulier cum cogitaret de diuortio: ſed etiam quam ſuffurata eſt nupta, ſi, cum diſcederet, eam celauerit. de qua non tenetur in quadruplum, vt dicit primum caput huius tituli. ¶ Et in iis quæ perierunt, mouetur actio rerum amotarum, & [f] certi condictio. ¶ Et quæ ſuffurata eſt ea quæ marito fuerant data pignori, tenetur actione rerum amotarum. [g] HABET autem dominus quoque pignoris [h] certi condictionem: ſed vnus tantum agit. SI TEMPORE diuortii mulier fures in domum mariti induxerit: ſiue res ad eam peruenerint, ſiue non, tenetur. SI QVOD emi bona fide, vxor mea diuortii cauſa amouerit, aut [i] ei qui furabatur, opem tulerit: tenetur actione rerum amotarum.

l. 16. ff. de act. rer. amotar. l. 17 §. 1 §. 2 §. vlt. l. 18 l. 19 l. 20

a Si bona mariti fuerint publicata, à fiſco in ſimplum conuenitur eius vxor actione rerum amotarum: quanuis alius ſuffurans ex bonis publicatis, conueniatur in quadruplum.

CYRILL. Etiamſi fiſcus fuerit hæres mariti, is à muliere ſimplum exigit. Sed ſi alius fuerit ſuffuratus: exigitur quadruplum.

b ENANTIOPH. Nota ergo ex hoc dicto, quod actio rerum amotarum non eſt pœnalis. Quidam autem tractatores exponentes 2. conſt. 21. tit. lib. 5. Cod. dicebant eam non competere conſtante matrimonio, vt quæ eſſet pœnalis. Lege cap. 21. in fine, & cap. 25.

c INNOM. Qui fiſcum enim circunſcribunt, condemnantur in quadruplum. libr. 49. tit. 14. cap. 46. tit. 14. Quidam autem ſic. Si cuius cui furto ſurreptum eſt aliquid, fuerint publicata bona: dat fur fiſco quadruplum: in actione autem rerum amotarum ſimplum.

ENANTIOPH. Hic quidem indiſtincte definiit condemnari in quadruplum. In primo autem tit. 4. Inſtit. cum diſtinctione, manifeſtum quidem furem in quadruplum, non manifeſtum autem in duplum condemnauit. quod oportet etiam hic ſic intelligere.

d Si concubina res ſit ſuffurata ei cuius eſt concubina, tenetur furti. In ſumma enim vbicunque legitimum non conſiſtit matrimonium, illic competit furti actio aduerſus mulierem. Vnde ſi ſuo tutori mulier nupſerit, vel recte præſidi prouinciæ, cum eſſet ex eadem prouincia, contra leges nupſerit, vel quomodocunque non iure conſtiterit matrimonium, ceſſat aduerſus mulierem actio rerum amotarum, quoniam furti competit.

ENANTIOPH. Hoc de concubina quæ eſt ſuffurata. Sed quod ad concubinatum quidem attinet, is fuit ſublatus à ſancta eccleſia. Concubina autem, vt quæ ſuffurata fuit, furti tenetur.

e Non ſolum quæ aufert mulier conſilio diuortii, ea amouet diuortii cauſa, ſed ea etiam quæ abſtulit quidem tempore matrimonii, ea autem celauit quando ſoluit matrimonium, & pro iis tenetur actione rerum amotarum. Nec ſolum res quæ ſunt ſaluæ apud eos qui illas ſunt ſuffuratæ, veniunt in hanc actionem, ſed etiam quæ interierunt & ſunt extra rerum naturam. ſicut etiam condictione

Digitized by Google

dictione furtiua pro iis agitur. Sed & ſi res ab aliquo pignori datas marito mulier abſtulerit, pro iis tenetur actione rerum amotarum. tenetur autem domino quoq; pignorum condictione. non ita tamen vt ab vtriſque conueniatur ſed ab vno ſolo ex iis. Sed & ſi tempore diuortii fures in domum mariti induxerit, & per eos res eius ſit ſuffurata: etiamſi ipſa res non contrectauerit, tenetur tamen actione rerum amotarum. Sed & ſi res alienas maritus bona fide emerit, & cum earum nōdum factus eſſet dominus, eas vxor abſtulerit, vel alteri eas ſuffuranti opem tulerit, hæc autem fecerit cauſa diuortii tenetur actione rerum amotarum

f INNOM. Didiciſti enim lib. 12. tit. 1. cap. 9. quod ex omni cauſa competit certi condictio.

g INNOM. Eam quoq; habet creditor. Solus enim dominus & creditor habent in pignore furtiuam condictionem: vt lib. 13. tit 1. cap. 1. & 12.

h EIVSDEM. Et furti quoque vt lib 27. tit 2. cap. 10. 11. & cap. 28. huius tit. In ſimili caſu lege omnino finem 2. tit lib 6. Codicis.

i INNOM Quomodo autem intelligatur opem ferre furi conſilio & ſtudio, dictum eſt lib. 27. tit. 2 cap 50. & lib. 50 tit. 6. cap. 53.

marito miſerit repudium.

l. 21. in pr. [a] SI mulier cum de vita mariti deſperaſſet, ſuffurata ſit, & diuerterit: Lege finem cap. 22
maritus ſi [1] conualuerit, habebit in eam vtilem rerum amotarum actio-
dominæ
§. 1 nem. ¶ Si [2] ſeruus mulieris, diuortii cauſa, eius iuſſu marito aliquid abſtu- Quære cap 3 th. 1.
lerit: [3] neq; eſt fur, vt qui non propter lucrum ſuum contrectauerit: [4] nec
furtum facienti fert opē: vxor enim non furatur: quamuis ſeruus in [b] de- Quære ca. 16. & lib. 22 tit. 7. cap. 9. th. 2. & quæ adſcripta ſunt in 16.
lictis domino non debet obedire: mulier autem tenetur ſolum actione
§. 2 rerum amotarum. ¶ Si ſeruus dotalis marito ſit aliquid ſuffuratus: ſi qui-
totum ex furto damnum reſarcit marito.
dem mulier eum talem eſſe ſcierit, mulier in totum tenetur. Quod ſi Lege principium 6. cap.
tenetur dotali
§. 3 ignorauerit, condemnatur ad hoc vt dedat ſeruum. ¶ [c] Rerum amota-
§. 4 rum actio [d] ſtatim damnum exigit, ¶ & cōmodum quod maritus ami-
§. 5 ſit rebus furto ſublatis. etiam ſi poſtea dotis [e] exactio competat. ¶ Hæc
actio licet ex delicto naſcatur, habet tamen rei exactionem: & ideo non
furti condictio
eſt annua, ſicut nec quæ furtum repetit condictio. Hæc actio compe- In ſolidum condemnantur, quoniam pendet ex furto iudicium. Sed cautionē non exigit: vt cap. 10.
§. vlt. tit etiam hæredibus. ¶ In hac actione nec viro nec mulieri prodeſt [f] in-
l. 22 opia. [g] QVI dat litis æſtimationem, tenet locum emptoris. Vnde ſi
mulier conuenta dederit æſtimationem, habet [h] exceptionem aduerſus
maritum & hæredem eius vendicantem: & ſi exciderit, ad rem mouet
actionem.

a Mulier cum de vita mariti ſui deſperaret, vt qui graui morbi laboraret, ei res abſtulit, & diuortio ſoluit matrimonium, à morbo autem conualuit. placuit ei dari vtilem rerum amotarum: vtilem autem propterea, quod mulier vt quæ ſe eum ſepulturam ſperaſſet, ei res abſtulit. & non cōſilio diuortii. 1 Sed ſi non conualuerit, tenetur mulier actione ad exhibendum, & petitione hæreditatis: vt cap. 21. th. 2. 2 Si ſuo ſeruo iuſſerit mulier diuortii cauſa ſuffurari res mariti. 3 Neq; eſt fur qui non propter lucrum proprium videtur furtum facere: neq; in eum agitur furti. 4 Sed neq; creditur opem ferre dominæ ſuæ furtum facienti.

b ENANTIOPH. Ita didiciſti lib. 10. tit. 4 cap 2 quod etiam lege totum. habet enim pulcherrimam & ſubtiliſſimam diuiſionem. Dicit autem lib. 50 tit 17. cap. 156. quod in non atrocibus vel abominandis peccatis ignoſcitur ſeruis qui obtemperant dominis, vel iis qui ſunt vice dominorum. vt tutoribus & curatoribus. Lege etiam libr. 46. tit. 24. conſtit. 11. de nouatione: & libr. 41. tit. 7. cap. 20. de delictis, & 6. & de eo qui in teſtamento ſibi adſcribit libertatem iuſſu domini: vt lib. 48. tit 10. cap. 15. & lib. 9. Cod. tit. 23. conſtit. 3. & 6. Obtemperantibus autem quandoque non ignoſcitur: vt lib. 44. tit. 7. cap. 20. & de iniuria & cæde. lib. 47. tit. 10 cap. 17. & de vi. lib. 9. Cod. tit. 12 conſtit. 2. Et qui eſt ſcriptus hæres, poteſt non parere ei qui iubet adire: vt lib. 6. tit. 24. conſtit. 3.

c Rerum amotarum actio exigit vt damnum ſtatim recipiat qui eſt affectus iniuria, etiamſi poſtea ſit competitura dotis actio. Sed & ſi præter damnum rerum maritus aliquid aliud perdidit ex eo quod res eius fuerunt ſurreptæ, eius quoq; damni habetur ratio.

d INNOM Conſtante matrimonio: eo enim conſtante non mouetur, vt lib. 25.

e EIVSDEM. Poſt annum forte in mobilibus: vt lib 5. tit. 13.

f Nam in cauſis quidem pecuniariis inter ſe condemnantur in id quod facere poſſunt: in delictis autem, in ſolidum: vt lib. 42. tit. 1. cap. 20. & 22. 52.

Digitized by Google

g Si actionem rerum amotarum intendero aduerſus mulierem,& mihi ſoluerit litis æſtimationem, & poſtea rerum amotarum amiſerit poſſeſſionem:an actio danda ſit? Mouet me quia dolo apprehendit earum poſſeſſionem. Ad hanc quæſtionem reſpondet Iulianus,quod quicunque pro re aliqua offert litis æſtimationem,eius emptor eſſe creditur. Ideoque ſi mulier cum qua rerum amotarum actum eſt,ſoluerit litis æſtimationem,hanc rem poſtea vendicante marito vel eius hærede,habet aduerſus eum exceptionem. quod ſi amiſerit rei poſſeſſionem,datur ei in rem actio aduerſus eum qui ipſam detinet.

Innom. De euictione autem non cauet ei maritus: vt lib. 10. Vide autem quomodo dixerit eum qui dedit æſtimationem, eſſe inſtar emptoris, non autem inſtar domini: tunc enim fit dominus,quando adeſt & habet eius poſſeſſionem. Nam ſi abeſt, non dat,niſi ab eo qui agit, acceperit cautionem quod non ſtat per eum quo minus rem accipiat: vt lib.6. tit.1.cap.46. & lib. 13.tit.8. conſtit.5 lege etiam quæ illic ſcripta ſunt.

b Nam qui habet actionem,multo magis exceptionem: vt lib.43.tit.18.cap. & lib. 50. tit.17. cap. 156.

Quare est 11. them. 1.

cum maritus eſſet moriturus

¶ Si mortis cauſa mulier res ſuffurata fuerit,& maritus deceſſerit: exi- S.1

ad exhibendum

git hæres eius id quod eſt furto ſublatum,per actionem quæ petit exhi-

petitionem hæreditatis

beri ea quæ ſunt abſconſa, vel per actionem quæ petit res hæreditarias.

[a] Renovato matrimonio, & ſecundo facto diuortio,ſalua manet actio L.23 ob res ſurreptas propter primum diuortium,& propter impenſas, & ea quæ donata fuerunt in primo matrimonio. [b] Sive propria res viri, ſiue L.24

ab vxore — maritus aduerſus eam vendicationem — condictionem

dotalis ſurrepta fuerit: [c] habet & actionē in rem,& [d] pretii exactionem, & vtram vult eligit. Tunc locum habet rerum amotarum actio, quan- L.25 do diuortii cauſa res fuerit ſurrepta, & factum fuerit diuortium. Quæ enim ſurrepta fuerunt in matrimonio, maritus vendicat [e] per actio-

condictionem ex iniuſta cauſa

nem quæ repetit ea quæ ablata fuerunt ex iniuſta cauſa.

a Si cum eſſet ſoluendum primum matrimonium,mulier res ſurripuerit,cum priore autem ſuo marito renouauerit matrimonium,& ſecundo diuortio ſolutum fuerit matrimonium: propter res amotas cauſa prioris diuortii,ſicut etiam propter impēſas quę in dotem factę ſunt in matrimonio, & donationes factas in priore matrimonio,manent aduerſus mulierem validæ actiones.

b Siue res proprias mariti abſtulerit mulier, ſiue res eius dotales: poteſt maritus aduerſus eam habere rerum amotarum actionem & condictionem,& vtra velit ex iis actione vtitur. Et rerum quidem amotarum actio tunc locum habet,quando conſilio diuortii res ſurreptæ fuerint, & ſecutum fuerit diuortium. Sed ſi conſtante matrimonio cum nequaquam expectaret diuortium, res mariti mulier ſurripuerit: ceſſat quidem actio rerum amotarum:condictionem autem poteſt aduerſus eam mouere maritus. Nam quadam naturali ratione puto competere condictionem aduerſus omnes qui res alienas poſſident ex non iuſta cauſa

Cyrilli. Seu ſit res mariti propria ſeu dotalis, habet actionem in rem & condictionem: vtatur autem vna actione Conſtante matrimonio agitur condictione. Rerum amotarum actioni tunc eſt locus,quando & de diuortio cogitans ſuffurata fuerit & ſecutum fuerit diuortium.

c Innom. Inæſtimatæ enim maritus fit dominus: vt lib. 2 tit.8.& cap.15.& lib.50.tit.1.cap. 21.lege etiam lib 23.tit. conſtit.76.& quæ in eo ſcripta ſunt.

d Eiusdem. Dicit condictionem ad exhibendum,& condictionem ex iniuſta cauſa,& actionem rerum amotarum vt cap.27.& certi condictionem,vt cap.10. Rerum amotarum actio nihil eſt aliud quam condictio.

e Innom. Hoc propter rationem quæ dicta fuit in 2. conſt. 21.tit.lib. 5. quod conſtante matrimonio nec pœnalis actio competit, nec quæ irrogat infamiam: ſed propter damnum datur actio in factum. lege huius tit. cap.30. ſed dictum eſt in 26. cap.huius tit. quod rerum amotarum actio eſt condictio.& lib.44. tit. 7.cap. 36. quod infamia ceſſat in condictione: colligitur ergo rerum amotarum actionem non irrogare infamiam. Lege quæ adſcripta ſunt in eodem cap.36. Inuenis autem conſtante matrimonio moueri & pœnales, & quæ infamiam irrogant. Dictum eſt enim lib. 20.tit. 3. cap. 10. quod vxor agit mandati aduerſus maritum, & depoſiti: & in 13.tit. lib. 4. Cod. dedit marito actionem mandati aduerſus vxorem. vtraque autem irrogat infamiam: vt lib. 3.tit. 2.cap.1. Legis quoque Aquiliæ actio quæ eſt pœnalis, vt Inſtit. 4. tit.6. vt quæ habeat pœnam & rei perſecutionem, mouetur aduerſus vxorem etiam conſtante matrimonio: vt lib.9. tit.2. cap.57. & dici poteſt eam non moueri pœnaliter, neque duplari ex inficiatione, ſed fauore nuptiarum dari in ſimplum: ſicut dictum eſt de actione ſerui corrupti,lib.11.tit.3.cap.17.

condictio

Exactio. ἀπαίτησις.

[a] Rervm amotarum [b] actio eſt exactio. Rervm [c] amotarum actio L.26. L.27

non

L.28 non differtur ex eo quod mulier accuſata ſit adulterii. SI vxor tua ſit exactiua vel repetitiua.
etiamſi tu eam habere non poſſis
mihi ſuffurata id quod mihi commodaſti: habeo aduerſus eam furti a- Lege lib. 9. Cod. tit. 9. cap. 12.
L.29 ctionem in duplum. [d] RERVM amotarum actio æſtimatur in tempo- Lege cap. 18. & lib. 6 Cod. tit. 2. cap. vlt.
re ablationis. eſt enim furtum. Vnde nec à bonæ fidei poſſeſſore vſu do-
id eſt, meliores
minium acquiritur. Sed ſi cum maioris pretii factæ ſint, non reſtituũtur:
condictione furtiua
creſcit æſtimatio, ſicut in actione quæ exigit ſolum id quod eſt furto Ita didiciſti lib. 13. tit. 1. cap. 8.
l. vlt. ſublatum. SI SOLVTO matrimonio incepta fuerit rerum amotarum
l. 1, C. rerum amotarum. actio: extinguitur renouato matrimonio. SI [e] MARITVS conueniatur Lege cap. 25 cap. 5.
de dote: recte opponit mulieri computationem rerum quas ipſa [f] ſurri- Lib. 5. Cod. ti. 21.
L.2 puit. [g] SIVE maritus vxori diuortii cauſa res ſurripuerit, ſiue vxor mari- De actione rerum amotarum Cod.
to: eſt actio [h] rerum amotarum. Conſtante autem matrimonio [i] agitur
l. 3. ſeu vlt. in factum. ACTIO rerum amotarum mouetur aduerſus [k] hæredes mu-
lieris in id quod ad eos peruenit. Sed ſi res ſint ſaluæ: eſt aduerſus ipſos
l. vn. C. ne pro dote mul. bona quond. mar. add. ad ipſas res actio. NON debent mulieri pro dote aſſignari bona mariti, Eiuſdem lib. tit 22.
ſi hærede relicto deceſſerit. Sed ſi [l] nullo relicto hærede deceſſerit: tunc
ſecundum leges mulieri præſtatur indemnitas [m] quantum licet.

a INNOM. Quod ergo dictum eſt in 2. conſtit. 21. tit. lib. 5. intellige quod competit actio rerum amotarum. non mouetur autem niſi ſoluto matrimonio. Lege cap vltimum, & lib. 6. Cod. tit 2. Oſtendit enim conſtit. quod mouetur etiam conſtante matrimonio.

b EIVSDEM. Nota hoc, non irrogat ergo infamiam actio rerum amotarum. Nulla enim condictio irrogat infamiam, etiam ſi naſcatur ex cauſa quæ reddit infamem: vt dicit Vlpianus in lib. 44. tit. 7. cap. 36. Nota hoc propter 2. conſtit. tit. 21. lib. 5. Cod. Lege quæ adſcripta ſunt in ipſo cap 26.

c Etiam ſi mulier accuſetur adulterii, non impeditur aduerſus eam iudicium rerum amotarum.

d Si rerum à muliere ſurreptarum fiat æſtimatio: referimus æſtimationem ad tempus quo ſurripuit. Reuera enim furtum admittitur etiamſi mitius mulier caſtigetur. Vnde nec bona fide quiſpiam poſſidens ea quæ mulier ſurripuit. poteſt ea vſucapere, vt quæ facta ſint furtiua. Sed ſi res apud mulierem factæ meliores non reſtituantur, augetur earum æſtimatio, vt dictum eſt in condictione furtiua.

e THEODORI. Compenſat mulieri maritus in dotem, non ſolum quæ debentur, ſed etiam ea quæ ſunt ab ea furto ſurrepta. Lege ſequentem conſtit.

f Τὸ κείμενον habet, Quæ diuortii cauſa ſurripuit. Dicit ergo Thalelæus. Niſi enim ſpe diuortii mulier ea ſurripuerit, non eſt actio rerum amotarum, ſed in rem & ad exhibendum.

g THEODORI. Per actionem rerum amotarum exiguntur à muliere ea quæ marito ſurripuit mortis cauſa. Neque enim aduerſus eam agitur furti, vt ſcriptum eſt lib. 6. tit. 2. conſtit. 22. Sed ſciendum eſt quod ſi extent res furto ablatæ, poteſt maritus eas vendicare, vt dicit 3. conſtit. huius tit. Nec maritus, nec vxor conſtante matrimonio inter ſe mouent pœnalem. Si quid autem damni inter ſe inuicem acceperint: habent actionem in factum.

h Si ſoluto matrimonio res contrectat, in eum furti agitur, vt 3. cap. 2. tit. lib. 20. dictum eſt. Illud autem diuortii cauſa, ſic intellige, non ſolum ſi ſurripuerit tempore diuortii, ſed etiam ſi cum alias ſurripuiſſet, eas celet tempore diuortii, vt dictum eſt 17. cap. eiuſdem tit.

i Cum enim conſtante matrimonio ceſſet actio rerum amotarum, vt dictum eſt quinque cap. ante finem prius dicti à me tituli, ideo dedi in factum. Eſt autem etiam ſine cauſa condictio, vt dictum eſt ibidem.

k Didiciſti alias quoque multas actiones quibus conueniuntur hæredes in id ſolum quod lucrifecerunt.

l THEODORI. Si inopia laborarit maritus, aut deceſſerit nullo relicto hærede, non aſſignantur bona eius ſuæ vxori pro dote quam debet. Sed didicimus 29. & 30. conſt. 12. tit. huius lib. 5. quod mulier habet hypothecam in bonis mariti. Memento autem eorum quæ dixi tibi in 9. conſtit. 12. tit. huius lib.

m Nam ſi bona mariti non ſufficiunt ad ſatisfaciendum mulieri, pro modo bonorum cogitur accipere.

Digitized by Google

Titulus XII.

De lucris Matrimonialibus.

Novella xxii. Cap. xx.

SOLVTO ᵃ ergo matrimonio iis omnibus modis qui priꝰ dicti ſunt, beate quidem & feliciter ageretur cum vtroq; eorum qui contraxerant, ſi in priori cubili manerent, & natam ſobolem ſequentibus forte coniugiis moleſtia non afficerent. Et ſi hoc quidem fecerint, & in prioribus conſtiterint matrimoniis: ſua quidem habebunt, nempe dotē quidē mulier: antenuptialem aūt donationē maritus, nobis nihil curioſe perſcrutātibus, quod fit in ſecūdis nuptiis. Lucra aūt accipient, maritus quidē quæ ex dote, vxor aūt, q̄ ex antenuptiali donatione proueniūt. ᵇQuoniā autē mulieres quoq; quę ad ſecūdas nō veniūt nuptias, dignas eſſe cēſemus, q̄ in aliquo præferātur iis quæ ſecundo nubūt: ſancimus vt ſi quępiā amiſſo marito, ab aliis abſtinuerit nuptiis: ipſa quidē habeat vſumfructum donationis ante nuptias, ſicut etiā prius cōſtituimus: habeat aūt ipſa quoq; tātū proprietatis, quantū efficit quę eſt cū liberis proportio, vt pro ratione dominii ipſa quoq; videatur habere perſonā vnius filii. Hęc aūt obſeruari volumus non ſolū in matribus, ſed etiam in patribus & aliis aſcendentibus qui non veniunt ad ſecundas. ca. 10. §. 1 Nou. 127 cap. 3.

QVI matrimonium non ſecundo contrahunt, lucrorum matrimonialium plene habent proprietatem. Memento 2. nouellæ. Hoc abrogat nouella 98. ſed ſcias quod dictæ 98. nouellæ aliud adiicit nouella 127. Lege ergo duas conſtit. Hodie enim qui ſecundū cōtrahit matrimonium, vnius ſolum filii partem habet in proprietate. ᵃTheodori.

b Mater quæ non ſecundo nubit, & quilibet ex aſcendentibus qui non ſecundū contrahit matrimonium, præter vſumfructum lucrorum matrimonialiū, accipit etiam in proprietate partem vnius filii. Scias autem ante omnia, quod hoc procedit, morte & non diuortio ſoluto matrimonio. Ne putes autē quod propoſita conſtitutio tollat 108. Non dicit enim quod qui nō ſecundum contrahunt matrimoniū, non lucrantur vſumfructū lucrorum matrimonialium: ſed addit quod præter vſumfructū harum rerum, habent in proprietate partē vnius filii. In hoc enim differunt ab iis qui ſecundum contrahunt matrimoniū, quoniam illi quoq; habent vſumfructū lucrorum matrimonialium ſecundum 2. & 22. nouellam: hi autem præter vſumfructum, vt hic dictum eſt, habent etiam in proprietate partem vnius filii. Sed ſcias quod nō poteſt eam partē alienare. Nā quod maius eſt dicit 22 nouella, quod ſi exiſtant liberi, ne vſumfructum quidem alienant, propter id quod dictum eſt generaliter: Quæ lucrifacta fuerunt ſeruantur filiis Ne videatur ergo tibi contrariū quod dictum eſt in eadē 22. nouella, quod qui ſecundū matrimonium contrahunt, alienant quæ lucrati ſunt. Illic enim dicit eos habere omne dominium lucrorum matrimonialium. hoc autem tollit 98. nouella cui quidem conſentit 2. & hæc 127. nouella, quæ iubet eos habere vſumfructum lucrorum matrimonialium, & partem vnius filii in proprietate. Huc vſque eſt ex tertio cap. 127 nouellæ. quæ autem poſtea ſequuntur, ſunt deinceps ſequens 20. cap. 22. nouellæ.

ᵃ Erunt aūt hęc eis ꝓpria, in nullo fere differentia ab aliis eorum facultatibus: adeo vt & quandiu fuerint ſuperſtites, omnē in eis alienandi habeant poteſtatem: vt in aliis quę è domo ſua habuerunt ab initio. Sed & ſi decedant, licet ei etiā legatis eas res ad alios trāsferre. Nos etenim permiſimus huiuſmodi alienationes, ſcripta de iis cōſtitutione. ¶ Sed ſi filios quidē ex aliqua parte ſcripſerint hęredes, extraneos aūt ex altera, maneant aūt res eiuſmodi vel quędā ex iis nō alienatę: nō videntur eæ ideo eſſe alienatę, quoniā alius quoq; ſcriptus eſt hęres: ſed maneant hę quoq; filiis. Neq; enim ſi omnes filios ſcripſerint hęredes, ſed ex partib. inęqualibus, eas pro hęreditariis accipient portionibus, ſed pro ſuo numero eas ex ęquo diuident. Quemadmodū etiā ſi nullum ex iis hęredē ſcripſerint, ſed omnes extraneos, cum eis aliis modis fuerit ſatisfactū, eas accipient, §. 2

& ſi

& ſi non ſint hæredes parentis. Viſus eſt enim nobis ex præſumptione pater, eo quod nec viuus alienauerit, aut etiam expreſſe pignori dederit aliquid harum rerum, nec decedens expreſſe eas ad alium tranſtulerit, voluiſſe potius illas conſeruare filiis, vtpote quæ ex illorum cauſa ad eũ peruenerint, quam transferre ad extraneos: eæque dabuntur à noſtra lege filiis eximium munus, etiam ſi non ſint hæredes patris aut matris vel vtriuſque: & licet aliqui quidẽ ex iis ſint hæredes, aliqui vero repudient. hoc enim rectius nobis viſum eſt ſe habere quam priora. Quamobrem ſi eſt munus quod à lege ad eos defertur, nullo additamento nec conturbetur nec diminuatur: niſi cauſam ſuæ diminutionis ipſi dederint filii.
cap. 21. in pr. SI QVIS enim ex iis apparuerit ingratus, hoc munus damus aliis qui nihil fecerint huiuſmodi: vt & alios doceamus honorare parentes, & fratrum exemplum intueri. Vnde ſi tanta fuerit in filiis procreandis infœlicitas, vt omnes ſint ingrati, eæ veniant ad hæredes defuncti, vt quę ſint ex illius bonis, nequeuntibus filiis munus habere à patre qui eſt ab eis habitus contemptui. Quod quidem nos eis hac de cauſa non damus:
§. 1 ¶ ſed ſi ex filiis alii quidem ſint viui, alii vero deceſſerint quidem, ſed filios reliquerint: partem defuncti damus illius filiis, ſi ſint hæredes pa-
Nouellæ 53. ca. vlt. in pr. tris: alioqui ad fratres deducimus. QVONIAM ad humanitatem & clementiam lex omnis eſt à nobis accommodata, videmus autem quoſdam cum mulieribus habitare ſine dote, deinde decedere: & filios quidem à lege vocari ad paternam hęreditatem: mulieres autem, & ſi millies cohabitarint locum tenentes coniugis legitimæ, quia tamen neque facta eſt dos, neque antenuptialis donatio, nihil poſſe habere, ſed in extrema viuere inopia: propterea ergo ſancimus vt earum cura geratur: &
Nouellæ 117. c. 5 vt in ſucceſſione defuncti quartam partem accipiat mulier: ITA tamen Nouella 117. cap. 5.
vt ea non excedat quantitatem centum librarum auri: ſed ſi habeat quidem ad tres vſque filios ipſe maritus, ſiue ex ea, ſiue ex alio coniugio: accipiat quartam partem bonorum mariti. Sed ſi ſint plures filii, tantum capere iubemus mulierem, quantum competit vni ex filiis: ita ſcilicet vt ſolum vſumfructum habeat in his rebus mulier: proprietas autem ſeruetur illis filiis quos habuit ex eius matrimonio. Si vero hæc mulier ex eo non habeat filios, iubemus etiam iure dominii eam res habere quas ex mariti bonis ad eam venire per hanc legem iuſſimus. † Sed ſi † Nouel. 53. ſeu quod deinceps ſequitur.
aliquod legatum maritus ei reliquerit minus parte definita, cõpleatur:
§. 1. ſupra d. cap. vlt. Nouel. 63 ¶ Si vero res aliquas proprias aut in domo mariti, aut alibi habeat mulier repoſitas: harum exactionẽ & retentionem habeat omnibus modis imminutam, non valentibus huiuſmodi rebus pignori dari pro creditis
§. 2 mariti, niſi quatenus eſt illius iuris ex hac lege hæres. ¶ Hæc autem dici- Quære ſimi li. 13. tit. 4.
mus, ſi mulier, vt quæ dotem nõ fecerit, laboret inopia: adeo vt maritus quidem decedens ſit locuples, quæ autem eſt ſuperſtes egeat. Alioqui enim ſi aliunde fortaſſe fiat diues quæ dotem non attulit, non fuerit æquum grauare filios ſucceſſione eius qui cohabitauit: quoniam eſt alia lex noſtra, quæ dicit, eam quæ dotem non attulit, non poſſe res mariti ſuas facere per donationem ante nuptias: quod hic quoque obſeruari volumus: niſi ipſe maritus aut aliquod legatum aut aliquam facul- Facultatum [illegible]. Legit nõnulli [illegible].

Digitized by Google

tatum partem ei reliquerit: hoc enim fieri nullo modo inuidemus, vt per omnia concordes nobis ſeruentur leges. Maritum autem qui laborat inopia, & non reddit donationem propter nuptias, aliquid capere ex bonis vxoris omnibus modis prohibemus: niſi eius coniux ei aliquid voluerit donare aut relinquere.

a THEODORI. Si ii qui ſecundum contrahunt matrimonium, lucra matrimonialia non alienauerint, neque expreſſe ſuam vltimam expoſuerint voluntatem: ea accipiant filii qui eis nati ſunt ex eodem matrimonio, ex æquo, etiam ſi non fuerint eorum hæredes: niſi eos eſſe ingratos apparuerit. Pars enim ingrati filii accreſcit cæteris fratribus. Quod ſi omnes filii inuenti fuerint ingrati, tunc eorum pars accreſcit hæredibus ſuorum parentum, etiam ſi ſint extranei. Scias autem quod hic quoque nepotes ſubeunt perſonam ſui parentis, ſi patris ſui ſint hæredes. Et nota quod quæ dicta ſunt, obſeruantur etiam in indotatis qui lucrifaciunt quartam partem bonorum, vel quamcunq; partem ex caſibus: ipſi enim rectè paciſcuntur. Memento 2. nouellæ, & lege ſimiliter 98. nouellam. Nota quod inſtitutio non eſt alienatio. Contrarium dicit lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 8.

Titulus XIII.

NOVELLA XCI. CAP. I.

Præfatio.

QVIDAM [a] qui fuerat maritus prioris vxoris, & eam amiſerat, & ſecundę deinde fuerat coniunctus, & dotem ab vtraq; acceperat, & filios ex prima reliquerat, deceſſit ſecunda adhuc ſuperſtite. Volebat ergo vxor ſecunda dotem à ſe datam repetere, vtens à nobis dato priuilegio. Contradicebant qui ex prioribus nuptiis ſuſcepti erant filii, ipſi quoque dotem maternam prætendentes: & verſabatur in controuerſia, an priori vxore non ſuperſtite, admittendi ſint illius filii contra dotem ſecundam contendentes. Non enim aliis iam dedimus & damus hoc priuilegium, aut hæredibus aut creditoribus, ſed ſolis filiis. Atque multæ quidem in ea re fuerunt contentiones, dicente priori vxore, maritum prioris vxoris dotem conſumpſiſſe priuſquam veniret ad matrimonium quod cum ea contraxit: nec æquum eſſe vt ſuam quidem dotem, quoniam inuentum eſt maritum tantum reliquiſſe quantum ſecundæ doti ſolum ſufficit, ipſa amittat: illi autem dotem iam conſumptam accipiant. At filii proferebant hypothecas, nempe quod cum eſſent omnino bona defuncto, antiquiores ſunt hypothecæ defunctæ quam ſecundæ. CVM hæc ergo eſſent controuerſa, illud iam eſt & certum, & noſtris legibus conſtitutum, quod ſi aliquid quidẽ appareat ex rebus prioris aut ſecundæ, neceſſe eſt vt aut filii primæ aut ſecunda id habeat, aut ſi illa quoque deceſſerit, eius filii, vnuſquiſque prout rem ſibi competere oſtenderit. Hic enim in rem ſeu de dominio actio plane competit, & vnunquenque oportet habere quod ſuum eſt, nullo opus habentem priuilegio. Si vero alterutrius rerum nihil appareat, aut aliqua quidem appareant, aliqua vero deſint, ſiue ſint ſuperſtites mulieres, priori forte diuortio ſoluto matrimonio, & actione de dote mulieri competente, ſiue deceſſerunt, aut relictis liberis ambæ vel vna ex iis, potior ſit prior, & ex ea ſuſcepti filii, prętendentes dotem antiquiorem. Idem autem dici poteſt & de nepotibus & quæ deinceps ſequitur ſucceſſione, cuiuſcunq; ſint ſexus.

Cap. 1.

Quære cap. 29 tit. 1. cap. 110.

VT

VT cum eſt dotis exactio primæ & ſecundæ, vtpote quod maritus bis vxorem duxerit, præferatur prior vxor, aut liberi ſuſcepti ex priori matrimonio: & vt ſi cum voluerit mulier, aut is qui pro ea dotem conſcripſit, dare marito ea quę ſunt cōſcripta, maritus differat accipere: ab eo exigatur quæ ab ipſo fuit conſcripta donatio ante nuptias. Cum à quodam duæ dotes debentur, res quidem quæ ex eis extant, vendicantur ab iis qui ex eo nati ſunt, etiam ſi ſint ſecundæ dotis: ad ea autem quę non apparent, priorem locum habet prima dos quæ repetitur à muliere, & ab vtriſq; eius deſcendētibus. lege lib. 8. Cod. tit. 17. cap. 12. Et nota quod quæ matri in dote dantur priuilegia, tranſmittuntur etiam ad eius filios. Ita ergo eſt intelligendum etiam id quod dictum eſt 7. lib. Cod. tit. 74 conſt. 1.

[a] Quemadmodum enim ſi duo eſſent debita publica (fiſcalia), neceſſe eſſet vt antiquius eſſet potius poſteriore: & neceſſe eſt hic quoque priuilegia primæ doti dari priora, & ſic ſecundæ, & dotem non præferre doti, nec hypothecam hypothecæ: ſed quod eſt antiquius & maius tempore, manere ſuam vim habens & priuilegium. Hypothecarum enim tempora mutare aut tollere nullo modo volumus. Et hæc dicimus non ignorantes hęc alibi eſſe noſtris legibus conſtituta: ſed quoniam fuit apud nos omnino res agitata, & quaſdam quęſtiones habuit alieniores: propterea ad huius ferendę legis neceſſitatem deuenimus: non vt nunc primum aliquid ſtatuamus, ſed vt id apertius omnibus reddamus. (Cap. 2. ſeu vlt.) ILLVD [b] quoque quod antea obſcure lege conſtitutum, raro autem in iudiciis fuerat examinatum: exiſtimauimus oportere & aperta lege comprehendere, & in vſum tradere, & in iudicium deducere, reponendum ad commune auxilium. Si qui enim inter ſe coniuncti fuerint factis inſtrumentis dotis & donationis ante nuptias: deinde maritus quidem tradiderit donationem ante nuptias, mulier autem contulerit dotē, vel ipſa eam prębens, vel dante patre, aut aliquo extraneo, deinde apparuit toto tempore matrimonii dotem non fuiſſe datam coniugi, ſed illum ſuſtinuiſſe onera matrimonii: & morte ſolutum fuerit matrimonium: non fuerit plane iuſtum, vt mulier quæ dotem non dedit coniugi, accipiat donationem ante nuptias. Sed etſi non dederit in ſolidum, ab ea eatenus exigatur donatio, quatenus dotem dederit. Sumus enim amatores ęquitatis & iuſtitiæ: eamq; cum in aliis omnibus, tum in coniugiis ſeruari volumus. Quamobrem quæ nihil dedit, nihil omnino capiat. Quæ autem minus dedit quam promiſit, ſolummodo tantum accipiat quantū dedit. Eſt autem hæc quoq; pulchra huic legi acceſſio, quę multa quidem decernit eorum de quibus ſemper dubitabatur, nūc autem vix tandem deducta ſunt ad legem. Si debeat quidem mulier dotem, & dare quidē velit, vel ipſa forte, vel qui eam pro ipſa præbet, quicunque is fuerit, vel propinquus, vel extraneus, ita vt vel ab eo qui habet puellam in poteſtate, vel ab extraneo dos data ſit: maritus autem vel eius forte pater aut auus, eam noluerit accipere: pars autem mulieris proteſtatur & parata eſt eam accipere, vel maius etiam aliquid fecerit & obtulerit, & ſi res quidem fuerit mobilis, & ſigilla impreſſerit, & ſecundum legem depoſuerit, vel ex vna parte ad iudiciū ingreſſa roget vt hæc fiant, & quidam à iudice diſcedentes hæc renuntiarint parti mariti: & ſic quoque differre perrexerit: ne poſſit ſoluto matrimonio declinare ſolutionem donationis ante nuptias tanquam dote non data. Nam qui dare voluit, dum qui rogatus fuit vt acciperet, accipere recuſat, perinde eſt ac ſi de-

(Contulerit [illegible]. Holoander legit [illegible]. Quære lib. 29 tit. 5. cap. 10. & quæ in eo adſcripta ſunt.)

differ. Quemadmodum enim ſi mora facta dotem non dederit, ipſius donationis ante nuptias negationem introduximus: ita etiā ſi dare voluerit, & is qui accipit, de induſtria recuſat accipere, ei ſoluto matrimonio damus repetitionem donationis ante nuptias, licet culpa mariti dotem non attulerit.

a Si ſint duo fiſci debitores, præfertur antiquior. lege lib. 4. Cod. tit. 46. conſtit. 1. vbi dictum eſt quod cuiuis creditori præfertur fiſcus. Dicit enim 1. conſtit. 14. tit. lib. 8. quod fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis tributarii. Græce eſt [illegible].

b Si qui ſunt ex parte mulieris, voluerint præbere dotem promiſſam, noluerit autem maritus eam accipere vt ſibi ſatisfieret: eſt caſibus dotium obnoxius, perinde atque ſi de dote ei fuiſſet ſatisfactum. Contrarium autem habetur 5. lib. Cod. tit. 12. conſtit. 31. quod ſi quæ pro dote ſunt promiſſa, non data ſint marito intra biennium, eorum quoq; vſuras exigit ad tertiam vſq; partem centeſimæ. Mulier quæ non tradidit dotem quam promiſerat, dotem repetit. Hoc intellige ſi nihil omnino dederit. Nam vt didiciſti ex nouella 2. repetit quatenus ſoluit.

Titulus XIIII.

De viris & mulieribus qui ſecundum contrahunt matrimonium.

Novella XXII. Cap. XXI.

SI a qui prioribus nuptiis non contenti, ad ſecundas venerint: neceſſe eſt eos legi ſubiici, vt qui vel non habeāt filios ex prioribus, habeāt autem ex ſecundis, aut cōtra filios quidem non habeant ex ſecundis, patres autē ſint ex prioribus, vel ex vtriſq; filios non ſuſceperint, vel ſint patres ex vtriſq;. ¶ Si igitur ex prioribus ſine prole manſerint, aut etiam ex vtriſq; nuptiis: nihil eſt curioſe indagandū in ſecūdis: ſed viri quidē recedent omnino liberi ab omni obſeruatione. mulierib. autem hic vnus imminebit metus, ne ante annnum veniant ad ſecūdas nuptias: aut ſciant quod ſi hoc fecerint, & intempeſtiua matrimonia cō traxerint, pœnas dabūt, alias quidem, ſi nullos habeant liberos ex prioribus nuptiis, maiores autem ſi filii exiſtant. Nam ſi non eſt quidem proles, ſtatim ſequetur infamia: & dedecore omnino afficietur mulier propter præproperas nuptias: nec aliquid accipit eorum quæ ipſi relicta ſunt à priore coniugio, neq; antenuptiali fruetur donatione, neq; ex ſecundis nuptiis coniugi dabit vltra tertiam partem ſuorum bonorum. neq; externam ſentiet liberalitatem. neq; ab vllo extraneo omnino aliquid accipiet, non hęreditatem, non legatum, non mortis cauſa donationem: ſed hæc venient aut manebunt apud hæredes defuncti, aut etiā cohæredes eius, ſi quidem omnino hæres eſſe poterat, vtpote quod ipſa nullam penitus capiat vtilitatem. Sed & ſi alii ſcripti fuerint hæredes, ſiue etiam vocentur ab inteſtato, ad illos venient ea quæ ei relicta ſunt mulieri. Non enim fiſcus ea ſibi attribuet, ne forte videamur hæc caſtigantes, prouidere fiſci vtilitati. Sed ſic quidem quæ ei relicta ſunt extrinſecus, ad alios peruenient. quæ autem à priori coniuge, ei mulieri ablata venient ad decē perſonas cognationis mariti qui eas reliquit, quæ lege comprehenduntur. nempe aſcendētes, deſcendentes, & eos qui ſunt ex tranſ-

Cap. 12. in pr.

v. ſi igitur.

Ita didiciſti lib. 6. tit. 56. conſtit. 4.

Lib. 5. tit. 2. conſtit. 1 & lib. 5. tit. 9. conſtit. 1. 2. 3. tit. 9. conſtit 16

Fiſcus δημόσιον publicum.

Decem perſonæ ſunt filius filia. nepos, neptis, pater, mater, auus, auia. frater, ſoror.

tranſuerſo vſque ad ſecundum gradum, gradibus in ſuo ordine conſeruatis. Quæ ſi non extiterint, venient ad ærarium. ¶ Sed neque ſuorũ co-
§. 1. gnatorum ab inteſtato vlterius adibit hæreditatem: ſed ſolum ad tertium vſque gradum omni ex parte conſideratum ſiſtetur eius ſucceſſio. Qui vero ſunt remotiores, habebunt alios hæredes.

THEODORI.

QVÆ ante tempus luctus ſecundas nuptias cõtrahit mulier, fit infamis, nihil lucri faciens ex priori matrimonio, neque plus quam tertiam partem ſuorum bonorum valens date ſecundo marito. Intellige autem eam hoc poſſe facere, quando non habet filios ex primo marito. Nam ſi habeat filios: quod competit vni ex filiis, ex tertia parte prioris ſuæ dotis diuidens omnibus filiis ſuſceptis ex priori matrimonio, dat ſecundo marito in dotem: vt dictum eſt 5. lib. Cod. tit. 9. cap. 6. Lege 1. & 2. & 3. conſtit. prædicti tit. & lib. 6. tit. 56. conſtit. 9. Quæ ante tempus luctus finitum ſecundo nubit mulier, præter ea quæ dicta ſunt nihil poteſt à quauis perſona ex vlla capere liberalitate: ſed & quæ ei relicta fuerint à marito venient ad decem perſonas cognatorum mariti eius, aſcendentes inquam & deſcendentes & eos qui ſunt ex tranſuerſo vſque ad ſecundum gradum. Sed ſi nulla eſt ex dictis perſonis, fiſco applicantur. Non ſolum autem quod dictum eſt patitur ea quæ ſecundo nubit: ſed nec ſuccedit ſuis cognatis qui ſunt vltra tertium gradum.

Et quæ pręter alias quidem pœnas eſt ei impoſita, infamia inquam, ſi ex [a] prioribus quidem nuptiis nullos ſuſceperit filios, ſoluetur literis
v. Si vero iubentis imperatoris. ¶ Sed ſi exiſtant cuiuſcunque ſexus filii: licet quidem imperatori ſupplicare pro infamia, ſed ex reſcriptis nullam percipere vtilitatem. Sed ſi ab imperatore velit aliquid commodi conſequi, & aliis liberari pœnis, id poterit, filiis ſuſceptis ex priori matrimonio donans dimidiam partem ſuorum bonorum pure, abſq; vlla conditione, & nec vſumfructum quidem retinens: ſed omnium bonorum quæ habebat cum ad primas venit nuptias, dimidiam, vt prius diximus, partem cedens prius natis filiis: & eam ex ęquo diuident omnes filii. & ſi filios quidem habeant: tranſmittent ad ſuos filios. Oportet enim aliquid addere antiquis legibus. Sed ſi non habeant: defuncti defunctorumve partes pro proportione omnino accipient eorum fratres, matri non prælati in aliis bonis defuncti filii vel defunctorum. Sed ſi omnes obierint: habeat mater ſolatium ſuæ infelicitatis, quod ea recipiat, hanc ſcilicet dimidiam partem quam donauit filiis aut filiabus. Et hęc dicimus ſi inteſtati filii deceſſerint. Non enim in iis quæ ſemel fuerint eorum, prohibebimus quo minus faciant teſtamenta, aut ſuperſtites ea quomodo velint diſponant. Atqui ſunt quidem hę pœnæ quę ſunt impoſitę iis quæ nupſerunt ante finitum tempus luctus, & tres de his antea ſcriptas conſtitutiones, hac vna interpoſitione, hęc lex nobis protulit cum ea quæ conuenit additione.

Lege lib. Baſilici 45 tit. 1 cap. 13. & 32

Ab Imperatore ἐκ βασιλέως. Holoander legit ἐκ διατάξεως.

Græce eſt. ἢ προτιμώμενοι τῆς μητρὸς εἰς τὴν ἄλλην οὐσίαν] τοῦ τελευτήσαντος παιδὸς ἢ τῶν τελευτησάντων. Deeſt apud Holoandrũ.

[a] THEOD. Infamia eius quæ ſecundum contrahit matrimonium ante finitum annum luctus, ſi nullos quidem habeat filios, ſoluitur, Imperatoris literis hoc iubentibus. Sed ſi habeat filios, ne iuſſu quidem imperatoris, niſi ipſa mulier dimidium ſuorum bonorum pure donauerit filiis ex priori marito ſuſceptis, nec vſumfructum quidem huius dimidiæ partis retinens. Sciendum eſt autem, quod ſi deceſſerit vnus ex dictis eius filiis, hæredes eius ſunt ſui filii. Sed ſi non habet filios, ei ſuccedunt eius fratres in dicta parte dimidia eis donata ex bonis maternis. Sed ſi qui deceſſit ex filiis, nec filios habet nec fratres, ſed erat ſolus, & nondum deceſſit eius mater. tunc quæ ſecundo nupſit mulier, ei ſuccedet, videlicet in ſæpius dictam partem ab eo donatam vt ſoluet et notam infamiæ. Tu enim ſic intellige quod dicit hæc conſtitutio. nec dixeris, vt aliqui ſentiunt, quod ſi exiſtant alii filii, ſuccedit quæ ſecundo nupſit ante finitum annum luctus, ei qui ſolus remanſit ex filiis, in aliis vniuerſis eius bonis Lege lib. 6. conſtit. 1.

cap. 23. in pr. SED [a] ſi annum quidẽ expectauerit mulier, & ea ratione effugerit dictas pœnas, ad ſecundum autem venerit coniugium neglectis prioribus nuptiis: ſi non habeat quidem filios (rurſus enim dicatur) ex eo, nul-

Lib. 5. Cod. 9 conſtit. 1. & li. 6 tit. 56. conſtit. 4.

Digitized by Google

li eſt omnino obnoxia periculo. ¶ Sed ſi exiſtat proles, & lex viderit filios v. 1
contemptui habitos: tum eã priuat omni liberalitate quæ ad ipſam per-
uenit à marito, quod attinet ad partẽ dominii, ei ſolo relicto vſufructu.
Quære tẽpus in primo cap. 9 tit. ¶ Et hæc lege cõſtituantur & in donatione ante nuptias, & in omni alia v. 2
Quære li. 51. tit. 1. c. 10. liberalitate, ſiue in vita ab ea facta à marito, aut etiam ex teſtamẽto, aut
donatione cauſa mortis: ſiue ſit pars inſtitutionis, ſiue legatum. ¶ Et, vt v. 3
dicam generaliter, eam deficiet omnis modus proprietatis in iis quæ ad
eam venerunt à priori marito, & ea accipient filii, & penes eos ſtatim e-
rit proprietas eo tẽpore quo mater habitauit cum alio. ¶ Sintq; hæ com- v. 4
munes pœnæ mulieris & mariti. Nam ſi ille quoq; habẽs filios eis ſecun-
dam vxorem ſuperduxerit, non fruetur lucris quę proficiſcuntur ex do-
te ratione proprietatis: non aliam ab vxore acceptã liberalitatem firmã
habebit & ſtabilem, niſi quatenus dum viuit, ei licebit vti frui. Nam hic
quoq; filii, etſi ſint in poteſtate, erunt tamen eorum in proprietate do-
mini, vt quæ ad eos ſtatim accedant cum ſecunda vxoris coniunctione.
¶ Nec intereſt quod attinet ad dotẽ & donationem ante nuptias, an ipſi v. vlt.
eam pro ſe dederunt qui contraxere nuptias, an aliqui alii pro ipſis hoc
fecerunt, ſeu genere cõiuncti, ſeu extranei. & ſi [b] videatur donatio ante
nuptias quodammodo eſſe ſuſcepta in dotem, ID tamen quod eſt con- c. 24.
ſtitutũ de lucris quæ perueniunt ad eos qui contraxere nuptias, ſic quo-
que ratum erit & validum. Fietq; lex eorum adeo certa cuſtos, vt in iis
nullam alienationem nec hypothecam permittat parentibus: ſed & ſi
quid fecerint parentes, eorum bona ipſis ſtatim oppignerat. non vt qui
ſunt in poteſtate, prohibeant parentibus ne faciant quod velint. Lex e-
nim erubeſcit caſtigatores filios adhibere parentibus: ſed vt illi erube-
ſcant. Minatur autem iis qui accipiunt, quod acceptum nihil eis prode-
rit. Sciant autem ex hac lege, quod ſi ab id genus parentibus vllam fece-
rint emptionem, & ſi acceperint donationem, & ſi quid ex omnibus fe-
cerint: id quod fit, perinde erit ac ſi nihil factum eſſet aut ſcriptum. ¶ Ea v. vindicabunt.
enim omnino vendicabunt filii, eorumq; hæredes & ſucceſſores, ab a-
liorum hæredibus & ſucceſſoribus non alias excluſi, quam ſi triginta an-
norum tempus præterierit, & detentio fecerit dominos eos qui accepe-
runt, incipiente tempore currere filiis ex quo apparuerit eos eſſe vel fuiſ-
ſe ſui iuris: niſi ſi quis adhuc ætate impubes opem tulerit.

[a] THEOD. Parentes qui liberis ſuſceptis ſecundum contrahunt matrimonium, habent ſolum vſumfructum eorum quæ lucrantur ex primo matrimonio. Nam ſi eorum aliquid alienauerint, vendicatur: niſi triceſimus annus præterierit ex quo ſui iuris facti ſunt filii aut nepotes qui ea debebant vendicare. Lege lib. 5. C. tit. 9 c. 3. & 8. & lib. Cod. tit. 40. conſt. 11. Similiter autem legiſti etiam in 2. Nouella. Et ſcio quod hoc quoq; procedit in iis qui ſecundum non contraxere matrimonium. nam ipſi quoq; habent vſumfructum lucrorum matrimonialium. Lege 98. Nouellam. Cæterum qui ſecundas non contrahunt nuptias, habent præter vſumfructum vnius quoque filii partem in proprietate: vt oſtendit Nouella 127. In hoc ergo differunt ab iis qui ſecundum matrimonium contrahunt.

[b] SCHOLIVM Euſtathii magiſtri Romani. Erat olim hic mos in nuptiis, vt maritus ante matrimonium res donaret vxori, vxor vero eas res accipiens, marito traderet tanquam in dotem, cum aliis rebus quæ ab ipſo dabantur in dotem. Hoc eſt ergo quod dicit Nouella. Licet donatio ante nuptias videatur in dotem induci à muliere, & tanquam dos ſuſcipi à marito, filiis tamen ſeruetur à matre tanquam bona paterna. Hoc accepit Nouella à ſecundo lib. Cod. tit. 9. conſt. 6.

[a] VENIENT autem eiuſmodi lucra ad omnes filios ſuſceptos ex priori- c. 25
bus nuptiis: neque enim permittimus parentibus nõ recte introductam
in eos oſtendere electionem: neque vni quidem ex filiis dare, alterum
vero

vero habere contemptui. Omnes enim ſecundis nuptiis fuerunt ſimiliter ſpreti. Alioqui ſi cum omnium filiorum ſunt parentes ſimiliter hæredes: cur non ipſi quoque in omnes, quod ad id attinet, ſe ex æquo gerunt, ſed alios quidẽ eligunt, alios vero deſpiciunt? Quamobrem id ſinguli lucrentur pro portione: & ſi habeat filios, id ad eos tranſmittat. Illi vero hoc in aliis diuidant, ipſi quidem habita ratione ſui numeri, non autem excedentes partem patris.

a Theod. In lucris matrimonialibus non poſſunt parentes vnũ filium alteri præferre. Quinetiam filii quoque defuncti filii ſubeunt perſonam patris ſui. Memento 2. Nouellæ. & lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 5. quæ quidem fuit innouata ab ea quæ eſt propoſita. Dicit enim quod filiis vt vult diſtribuit lucra matrimonialia quæ ea lucratur perſona. l. generali. diuidendi. C. de ſecund. nupt.

cap. 16. in princ. a Qvoniam autem pronuntiauimus irritas quæ à parentibus factæ ſunt in his alienationes, oportet ſubtiliorem rei ordinem imponere. Nam ſi omnes quidem filii ſunt ſuperſtites qui nati ſunt ex prioribus nuptiis, & prius eis deceſſerit parens: irrita omnino manebit alienatio,
v. ſi vero. vt à nobis prius dictum eſt. ¶ Sed ſi omnes deceſſerint, & res eo rurſus redacta ſit vt nulli ſint filii, tunc ex euentu ratum erit ac validum quod eſt alienatum. Quis enim hoc euerterit, ſi non exiſtant filii quibus ſolis hoc ſeruauimus? Dicit id quod eſt in 2. Nou. Quære lib. 5. Baſilici tit. 2. c. 19.
v. ſed hic. ¶ Sed nos b nuper quædam ſubtilis & accurata ſubiit cogitatio, curioſe inquirens id quod eſt medium inter vtrunque caſum. Nam quoniam ſi omnes quidem filii exiſterent, prior autem deceſſiſſet is qui genuerat, nulla pars ei relicta fuerat ex iis quæ lucrifacta fuerant: ſi omnes autem deceſſiſſent, totum ad eam reuertebatur: ſtatuimus medium quendam ordinem rei excogitare: nempe vt ſi cum ſint plures filii, vnus deceſſerit: ſi habeat quidem filios, illis deferatur hæreditas, vt ſæpe diximus. Si autem non habeat filios, non omnino totum deueniat ad fratres, ſed quod habuiſſet genitor ex pacto ſi non fuiſſent filii, id ipſe lucretur: reliquum autẽ concedãt venire ad ſucceſſores filii, ſiue fuerint fratres, ſiue forte extranei: quod quidem maxime accidit in c matre, ſiue ſuas facultates diſpoſuerint, ſiue inteſtati deceſſerint. Et hoc nos noſtra lege ſcripſimus, cum id ipſi primi excogitaſſemus & inueniſſemus & benigne conſtituiſſemus, vt hic quoque ſiquando parens prius alienauerit quam veniat ad alias nuptias, deinde vnus ex filiis deceſſerit, eatenus ſolum rata ſint quæ ſunt alienata, quatenus reducuntur ad pactum ſi non ſint liberi. Nam quod attinet ad alias partes quæ veniunt ad hæredes filii, erit omnino irritum. Quamobrem ſi facta fuerit alienatio, res manebit in ſuſpenſo, vt quę mutetur cum caſibus qui deinceps accidũt, aut ab initio quidem perfecte irrita & inualida alienatione: aut perfecte valida, aut partim quidem valida, partim autem inualida. Lege 14. conſtit. 9. tit. lib. 5.

a Theod. Parentes poſſunt alienare ea quæ ſunt lucrifacta, ſi eorum filii prius deceſſerint, non habentes ſcilicet alios ſucceſſores. Nam ſi habent, alienant ſolum quod ad eos venit ex pacto, ſi non ſint filii. Memento 2. Nouellæ. Lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 3. & 5.

b Theod. Si vnus ex filiis deceſſerit ſine liberis parens quidem ſuperſtes qui ſecundum contraxit matrimonium accipit ſolum partem quę venit ex pacto, ſi non exiſtant filii: reliquum autem veniet ad ſucceſſores ipſius filii, ſiue ſint fratres, ſiue extranei. Memento 2. Nouellæ

c In patre enim, cum filius ſit in eius poteſtate, & ne de acquiſitis quidem bonis poſſit teſtari, non eſt hæres extraneus. Nota autem quod propterea quod mater non habet filios in poteſtate, vocatur perſona extranea. Sic autem intellige. ſi diuortio ſeiuncta ſit à marito: tunc enim viuens vocatur cum filiis ad hæreditatem filii defuncti, ſi maritus contrahat ſecundum matrimonium. Nam ſi factum non fuiſſet diuortium, omnino non ſolutum eſſet matrimonium, niſi ſola morte: ſed facto diuortio, merito quoque mater ſuccedit, vt quæ ſit ſuperſtes.

Digitized by Google

¶Porro autem in [a] iis lucris quæ accipiunt filii, parentibus ad ſecun- §. 1
das nuptias venientibus, non curioſe quærimus, vtrum filii ſint hæredes
aut parentis qui prius deceſſit, aut ſecundi decedentis: neque an aliqui
Lib. 5. C. tit 9. conſt. 6. c. 2. quidem ſint hæredes, aliqui vero non. Sed ſicut ante diximus, hoc eis
munus damus, ſiue ſint ſiue non ſint hæredes: idque ex æquo capient
ipſi quidem ſuperſtites, cum eis autem ipſi quoque filii defuncti, eius
qui genuit partem accipientes: ¶ſemper tamen ingratitudine ſicut pri- v. vbique.
Lib. 5. tit. 9. conſt. 8. us diximus, in hoc lucro filium impediente. Leges enim aduerſus ingra-
tos latas non tranſgredimur: ea ratione & parentes honorantes, & filios
deducẽtes ad pietatem. Sicut enim prohibuimus electionem, & omni-
bus ex æquo damus hæc munera: ita non tollimus ingratitudinẽ. ¶Ma- v. palam.
nifeſtũ eſt autem quod ingratum oportet intelligere, quem vel in v-
trunque parentum, vel in eum omnino qui poſterior deceſsit, aperte
Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 6. probatum fuerit fuiſſe talem. [b] OPTIME autem videtur nobis diui- c. 27. in pr.
næ memoriæ Leo conſideraſſe de donationibus quas faciunt qui con-
trahunt ſecunda matrimonia. Dicit enim quod ſi ex priori matrimo-
nio filios habeant parẽtes, deinde ad ſecundum aut etiam deinceps ve-
niant coniugium, non poſſunt patres nec in nouercam, vel vitricũ, vitæ
tempore vllam facere liberalitatem, aut in morte aliquid relinquere, ni-
ſi tantum quantum vnus filius aut filia, cum ſit ſolus, habet à parente.
Sed ſi ſint plures filii, & vnuſquiſque partem habeat æqualem: non plus
quam venit ad ſingulos, accipiet vitricus aut nouerca. ¶Sed ſi inæqualia v. ſiue c.
ſint ea quæ ſunt relicta: neceſſe eſt tantum ſolum venire ad nouercam
aut vitricum ex quacunque parentis liberalitate, quantum filius qui
minimum accipit ex illius bonis, aut ex vltima voluntate relictum, aut
in vita datum: quarta ſcilicet quæ nuper dabatur parte, nunc autem
tertia aut dimidia, ex noſtra lege omnino relicta filio: niſi rurſus ſcilicet
repugnet ratio ingratitudinis. ¶hoc ipſo etiam ſeruato in auo & auia & v. hoc idẽ.
proauo & proauia, & nepotibus maſculis aut fœminis ſimiliter: ſiue ſint
forte in poteſtate, ſiue ſui iuris, deſcendentes ex paterna aut materna li-
nea. ¶Cumque hoc definiiſſet, recte ſubiunxit, quod id quod eſt am- v. Et hoc.
plius quam relictũ ſit aut omnino datum, aut nouercæ aut vitrico, tan-
quam neque relictum neque ſcriptum, aut datum aut donatum, com-
petet filiis: & inter eos ſolos ex æquo diuidetur. Oportere enim filios et-
iam ſuſceptos ex ſecundis nuptiis eorũ eſſe participes, ſcriptum quidem
Lib. 5. C. tit. 9. conſtit. 9. eſt in quadam cõſtitutione: ſed nobis nunc nõ placet, ſed dari ſolis filiis
ex priori matrimonio ſuſceptis, propter quos etiam obſeruatũ eſt, nulla
ratione nec per ſubiectas quidem perſonas, nec ex vlla alia cauſa aſſumi
valente. Hoc autem quod eſt amplius, inter ſe diuident filii grati in
parentes, non ii quos probatur fuiſſe in eos ingratos, & eius ingratitu-
dinis reos quã leges exigunt. Iis enim qui ſunt eiuſmodi, etiam id quod
hinc percipitur commodum adimimus: ne ſi ea acquirendi ſpes eis o-
ſtenderetur, aduerſus parentes contenderent atque inſoleſcerent, & le-
ges naturæ contemnerent. Manifeſtum eſt autem, quod hic quoque ſi
quis ex his deceſſerit, quibus deferebatur id quod eſt amplius, ſi exiſtant
filii, id accipient filii defuncti, ſecundũ ſuum quidem numerum, habita
autem

Digitized by Google

c.18 autem ratione partis defuncti. QVONIAM autem legibus quæ hucvſq; latæ ſunt, eſt indiſtinctum quando oporteat cõſiderare id quod eſt amplius, an tempore dationis, an tempore ſolutionis matrimonii: nobis viſum eſt optimum obſeruare tempus mortis eius qui ſecundum contraxit matrimonium. Nam ſcribunt quidem homines etiam plura iis quæ habent. Quæ autem accidunt, etiam contraria euenta omnino efficiunt. Similiter lib. 1. Inſt. tit. 6. Quamobrem ne in his erremus, illud tempus eſt conſiderãdum, quo decedit is qui ſecundum contrahit matrimonium, & ex eo ſumenda eſt proportio: & ex eo id quod eſt amplius conſiderando, auferre oportet id quod exuperat, & attribuere filiis, non conſiderata datione aut ſcriptura quæ fuit ab initio, ſed euentu.

a THEOD. Quæ lucrifacta ſunt à parentibus occaſione matrimonii, eorum filii ex æquo capiunt, etiam ſi non ſint hæredes ſuorum parentum, niſi ſint ingrati. Hoc didiciſti etiam ſuperius. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. & 7.

b Perſona quæ habens filios ſecundas cõtrahit nuptias, nullo modo dat ex ſuis bonis in dotem aut donationem ante nuptias pluſquam partem quæ competit vni ex filiis qui habet minimam: habentibus ſcilicet ipſis filiis partem legitimam: repulſis tamen iis qui inter eos ſunt ingrati. Sciendum eſt autem quod bona eius qui conſcribit dotem aut donationem ante nuptias, conſiderãtur in morte eius qui prior deceſſit: ſed & quantitas eorum quæ tradit. Lege lib. 5. Cod. tit 9. conſtit. 6. 9. 10. Nec te lateat 13. conſtit eiuſdem tit. & lib. quæ diſtinguit quæſtionem. Lege etiam 18. conſtit.

c.29. in pr. SED[a] nec illud eſt nobis prætermittendum, quod recte habere ſtatuit piæ memoriæ Theodoſius minor, Lib. 5 c. tit. 9 conſt. 4. dicens quod ſi mulier ſuſceptis liberis ad ſecundum venerit matrimonium, & ex eo illi alii nati ſint filii, & deinde ſecundus quoque maritus deceſſerit, res quidem eius proprias accipient filii qui nati ſunt ex vtriſque matrimoniis, ſi mater deceſſerit inteſtata, ex æqua & ſimili diſtributione. Donationem autem ante nuptias ſui patris accipiet vtraque proles. & filii quidem primi matrimonii in ſolidum lucrabuntur illius donationem: qui ex ſecundis autem nati ſunt ſeminibus, in ſolidum quæ ex illo facta eſt fruentur liberalitate, etiamſi illa ad tertium non venerit matrimonium. Quid enim hoc proderit prioribus? Quid autem inuident priores filii ſecũdis, ſi nõ illi quoque tertiis nuptiis affecti ſunt iniuria? Et, vt ſemel dicam, vnaquęque proles accipiat ſui parentis donationẽ ante nuptias. & ſi omnino primi filii acceperint propter ſecundas nuptias, ſecũdi quoque eam omnino habeant, ſi quæ ſecundo nupſit, non peruenerit ad tertias nuptias, vt in hoc non videantur eſſe deteriori conditione quam fratres.

v. Ex rer. ¶ Ex rerũ autem conſequentiã, idem ſeruetur etiam in patribus qui ſecundum contrahunt matrimonium. Et filiis quidem natis ex priori matrimonio, propter ſecundas nuptias ſeruetur dos lucrifacta: ſecundis autem, quæ ex ſecundis, ſi pater non peruenerit ad tertias nuptias. §.1 ¶ Reliqua autem quæ in his lucrifecit pater ex ſecundis nuptiis, ex legato forte vel fideicommiſſo, nõ tamen ad tertias peruenerunt nuptias, eã commixta eorũ bonis & non à tertiis labefactata nuptiis, apud eos maneant immobilia, & ad ſuas tanquam proprias veniant ſucceſſiones, & à ſuperſtitibus quomodo velint adminiſtrentur.

c.30 QVoniam autem de lucris quæ finiunt in caſum per mortẽ ſolutionis, ex orationis conſequentia breuiter cõſtituimus: illud quoque addimus, quod quæcunq; lucrifecerint parentes diuortio ſoluto matrimonio, ſiue bona gratia, ſiue aliter miſſo repudio, ſiue occaſione dotis, ſiue

¶Porro autem in [a] iis lucris quæ accipiunt filii, parentibus ad ſecun- §. 1
das nuptias venientibus, non curioſe quærimus, vtrum filii ſint hæredes
aut parentis qui prius deceſſit, aut ſecundi decedentis: neque an aliqui
Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 6. c. 2. quidem ſint hæredes, aliqui vero non. Sed ſicut ante diximus, hoc eis
munus damus, ſiue ſint ſiue non ſint hæredes: idque ex æquo capient
ipſi quidem ſuperſtites, cum eis autem ipſi quoque filii defuncti, eius
qui genuit partem accipientes: ¶ſemper tamen ingratitudine ſicut pri- v. vbique.
1. lib. 5. tit. 9. conſt. 8. us diximus, in hoc lucro filium impediente. Leges enim aduerſus ingra-
tos latas non tranſgredimur: ea ratione & parentes honorantes, & filios
deducētes ad pietatem. Sicut enim prohibuimus electionem, & omni-
bus ex æquo damus hæc munera: ita non tollimus ingratitudinē. ¶Ma- v. palam.
nifeſtū eſt autem quod ingratum oportet intelligere, quem vel in v-
trunque parentum, vel in eum omnino qui poſterior deceſsit, aperte
Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 6. probatum fuerit fuiſſe talem. [b] OPTIME autem videtur nobis diui- c. 17. in pr.
næ memoriæ Leo conſideraſſe de donationibus quas faciunt qui con-
trahunt ſecunda matrimonia. Dicit enim quod ſi ex priori matrimo-
nio filios habeant parētes, deinde ad ſecundum aut etiam deinceps ve-
niant coniugium, non poſſunt patres nec in nouercam, vel vitricū, vitæ
tempore vllam facere liberalitatem, aut in morte aliquid relinquere, ni-
ſi tantum quantum vnus filius aut filia, cum ſit ſolus, habet à parente.
Sed ſi ſint plures filii, & vnuſquiſque partem habeat æqualem: non plus
quam venit ad ſingulos, accipiet vitricus aut nouerca. ¶Sed ſi inæqualia v. ſiue e.
ſint ea quæ ſunt relicta: neceſſe eſt tantum ſolum venire ad nouercam
aut vitricum ex quacunque parentis liberalitate, quantum filius qui
minimum accipit ex illius bonis, aut ex vltima voluntate relictum, aut
in vita datum: quarta ſcilicet quæ nuper dabatur parte, nunc autem
tertia aut dimidia, ex noſtra lege omnino relicta filio: niſi rurſus ſcilicet
repugnet ratio ingratitudinis. ¶hoc ipſo etiam ſeruato in auo & auia & v. hoc idē.
proauo & proauia, & nepotibus maſculis aut fœminis ſimiliter: ſiue ſint
forte in poteſtate, ſiue ſui iuris, deſcendentes ex paterna aut materna li-
nea. ¶ Cumque hoc definiiſſet, recte ſubiunxit, quod id quod eſt am- v. Et hoc.
plius quam relictū ſit aut omnino datum, aut nouercæ aut vitrico, tan-
quam neque relictum neque ſcriptum, aut datum aut donatum, com-
petet filiis: & inter eos ſolos ex æquo diuidetur. Oportere enim filios et-
iam ſuſceptos ex ſecundis nuptiis eorū eſſe participes, ſcriptum quidem
Lib. 5. C. tit. 9. conſtit. 9. eſt in quadam cōſtitutione: ſed nobis nunc nō placet, ſed dari ſolis filiis
ex priori matrimonio ſuſceptis, propter quos etiam obſeruatū eſt, nulla
ratione nec per ſubiectas quidem perſonas, nec ex vlla alia cauſa aſſumi
valente. Hoc autem quod eſt amplius, inter ſe diuident filii grati in
parentes, non ii quos probatur fuiſſe in eos ingratos, & eius ingratitu-
dinis reos quā leges exigunt. Iis enim qui ſunt eiuſmodi, etiam id quod
hinc percipitur commodum adimimus: ne ſi ea acquirendi ſpes eis o-
ſtenderetur, aduerſus parentes contenderent atque inſoleſcerent, & le-
ges naturæ contemnerent. Manifeſtum eſt autem, quod hic quoque ſi
quis ex his deceſſerit, quibus deferebatur id quod eſt amplius, ſi exiſtant
filii, id accipient filii defuncti, ſecundū ſuum quidem numerum, habita
autem

Digitized by Google

c.18 autem ratione partis defuncti. QVONIAM autem legibus quæ hucvſq; latæ ſunt, eſt indiſtinctum quando oporteat cõſiderare id quod eſt amplius, an tempore dationis, an tempore ſolutionis matrimonii: nobis viſum eſt optimum obſeruare tempus mortis eius qui ſecundum contraxit matrimonium. Nam ſcribunt quidem homines etiam plura iis quæ habent. Quæ autem accidunt, etiam contraria euenta omnino ef- Similiter lib. 1. Inſt. tit. 6.
ficiunt. Quamobrem ne in his erremus, illud tempus eſt conſiderãdum, quo decedit is qui ſecundum contrahit matrimonium, & ex eo ſumenda eſt proportio : & ex eo id quod eſt amplius conſiderando, auferre oportet id quod exuperat, & attribuere filiis, non conſiderata datione aut ſcriptura quæ fuit ab initio, ſed euentu.

a THEOD. Quæ lucrifacta ſunt à parentibus occaſione matrimonii, eorum filii ex æquo capiunt, etiam ſi non ſint hæredes ſuorum parentum, niſi ſint ingrati. Hoc didiciſti etiam ſuperius. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. & 7.

b Perſona quæ habens filios ſecundas cõtrahit nuptias, nullo modo dat ex ſuis bonis in dotem aut donationem ante nuptias pluſquam partem quæ competit vni ex filiis qui habet minimam: habentibus ſcilicet ipſis filiis partem legitimam : repulſis tamen iis qui inter eos ſunt ingrati. Sciendum eſt autem quod bona eius qui conſcribit dotem aut donationem ante nuptias, conſiderãtur in morte eius qui prior deceſſit: ſed & quantitas eorum quæ tradit. Lege lib. 5. Cod. tit 9. conſtit. 6. 9. 10. Nec te lateat 13. conſtit eiuſdem tit. & lib. quæ diſtinguit quæſtionem. Lege etiam 18. conſtit.

c.19. in pr. SED a nec illud eſt nobis prætermittendum, quod recte habere ſta- Lib. 5 c. de 9 conſt. 4.
tuit piæ memoriæ Theodoſius minor, dicens quod ſi mulier ſusceptis liberis ad ſecundum venerit matrimonium, & ex eo illi alii nati ſint filii, & deinde ſecundus quoque maritus deceſſerit, res quidem eius proprias accipient filii qui nati ſunt ex vtriſque matrimoniis, ſi mater deceſſerit inteſtata, ex æqua & ſimili diſtributione. Donationem autem ante nuptias ſui patris accipiet vtraque proles. & filii quidem primi matrimonii in ſolidum lucrabuntur illius donationem: qui ex ſecundis autem nati ſunt ſeminibus, in ſolidum quæ ex illo facta eſt fruentur liberalitate, etiamſi illa ad tertium non venerit matrimonium. Quid enim hoc proderit prioribus? Quid autem inuident priores filii ſecũdis, ſi nõ illi quoque tertiis nuptiis affecti ſunt iniuria? Et, vt ſemel dicam, vnaquęque proles accipiat ſui parentis donationẽ ante nuptias. & ſi omnino primi filii acceperint propter ſecundas nuptias, ſecũdi quoque eam omnino habeant, ſi quæ ſecundo nupſit, non peruenerit ad tertias nuptias, vt in hoc non videantur eſſe deteriori conditione quam fratres.

v. Ex rer. ¶ Ex rerũ autem conſequentiã, idem ſeruetur etiam in patribus qui ſecundum contrahunt matrimonium. Et filiis quidem natis ex priori matrimonio, propter ſecundas nuptias ſeruetur dos lucrifacta: ſecundis au-
§. 1 tem, quæ ex ſecundis, ſi pater non peruenerit ad tertias nuptias. ¶ Reliqua autem quæ in his lucrifecit pater ex ſecundis nuptiis, ex legato forte vel fideicommiſſo, nõ tamen ad tertias peruenerunt nuptias, eã commixta eorũ bonis & non à tertiis labefactata nuptiis, apud eos maneant immobilia, & ad ſuas tanquam proprias veniant ſucceſſiones, & à ſuperſtitibus quomodo velint adminiſtrentur.

c.30 QVoniam autem de lucris quæ finiunt in caſum per mortẽ ſolutionis, ex orationis conſequentia breuiter cõſtituimus: illud quoque addimus, quod quæcunq; lucrifecerint parentes diuortio ſoluto matrimonio, ſiue bona gratia, ſiue aliter miſſo repudio, ſiue occaſione dotis, ſiue

¶Porro autem in [a] iis lucris quæ accipiunt filii, parentibus ad ſecun- §. 1
das nuptias venientibus,non curioſe quærimus,vtrum filii ſint hæredes
aut parentis qui prius deceſſit, aut ſecundi decedentis : neque an aliqui
Lib. 5. C. tit. 9. const. 8. c. 2. quidem ſint hæredes, aliqui vero non. Sed ſicut ante diximus, hoc eis
munus damus, ſiue ſint ſiue non ſint hæredes : idque ex æquo capient
ipſi quidem ſuperſtites, cum eis autem ipſi quoque filii defuncti, eius
qui genuit partem accipientes: ¶ſemper tamen ingratitudine ſicut pri- v. vbique.
Lib. 5. tit. 9. conſt. 8. us diximus,in hoc lucro filium impediente. Leges enim aduerſus ingra-
tos latas non tranſgredimur: ea ratione & parentes honorantes,& filios
deducẽtes ad pietatem. Sicut enim prohibuimus electionem,& omni-
bus ex æquo damus hæc munera:ita non tollimus ingratitudinẽ. ¶Ma- v. palam.
nifeſtũ eſt autem quod ingratum oportet intelligere, quem vel in v-
trunque parentum, vel in eum omnino qui poſterior deceſsit, aperte
Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 6. probatum fuerit fuiſſe talem. [b] OPTIME autem videtur nobis diui- c. 27. in pr.
næ memoriæ Leo conſideraſſe de donationibus quas faciunt qui con-
trahunt ſecunda matrimonia. Dicit enim quod ſi ex priori matrimo-
nio filios habeant parẽtes, deinde ad ſecundum aut etiam deinceps ve-
niant coniugium,non poſſunt patres nec in nouercam,vel vitricũ, vitæ
tempore vllam facere liberalitatem,aut in morte aliquid relinquere,ni-
ſi tantum quantum vnus filius aut filia, cum ſit ſolus, habet à parente.
Sed ſi ſint plures filii,& vnuſquiſque partem habeat æqualem:non plus
quam venit ad ſingulos,accipiet vitricus aut nouerca. ¶Sed ſi inæqualia v. ſiue c.
ſint ea quæ ſunt relicta : neceſſe eſt tantum ſolum venire ad nouercam
aut vitricum ex quacunque parentis liberalitate, quantum filius qui
minimum accipit ex illius bonis, aut ex vltima voluntate relictum, aut
in vita datum : quarta ſcilicet quæ nuper dabatur parte, nunc autem
tertia aut dimidia, ex noſtra lege omnino relicta filio: niſi rurſus ſcilicet
repugnet ratio ingratitudinis. ¶hoc ipſo etiam ſeruato in auo & auia & v. hoc idẽ.
proauo & proauia,& nepotibus maſculis aut fœminis ſimiliter:ſiue ſint
forte in poteſtate,ſiue ſui iuris, deſcendentes ex paterna aut materna li-
nea. ¶ Cumque hoc definiiſſet,recte ſubiunxit, quod id quod eſt am- v. Et hoc.
plius quam relictũ ſit aut omnino datum, aut nouercæ aut vitrico, tanꝰ
quam neque relictum neque ſcriptum, aut datum aut donatum, com-
petet filiis:& inter eos ſolos ex æquo diuidetur. Oportere enim filios et-
iam ſuſceptos ex ſecundis nuptiis eorũ eſſe participes,ſcriptum quidem
Lib. 5. C. tit. 9. conſtit. 9. eſt in quadam cõſtitutione: ſed nobis nunc nõ placet, ſed dari ſolis filiis
ex priori matrimonio ſuſceptis,propter quos etiam obſeruatũ eſt, nulla
ratione nec per ſubiectas quidem perſonas, nec ex vlla alia cauſa aſſumi
valente. Hoc autem quod eſt amplius, inter ſe diuident filii grati in
parentes, non ii quos probatur fuiſſe in eos ingratos,& eius ingratitu-
dinis reos quã leges exigunt. Iis enim qui ſunt eiuſmodi, etiam id quod
hinc percipitur commodum adimimus : ne ſi ea acquirendi ſpes eis o-
ſtenderetur,aduerſus parentes contenderent atque inſoleſcerent, & le-
ges naturæ contemnerent. Manifeſtum eſt autem, quod hic quoque ſi
quis ex his deceſſerit,quibus deferebatur id quod eſt amplius,ſi exiſtant
filii, id accipient filii defuncti,ſecundũ ſuum quidem numerum,habita
autem

c.18 autem ratione partis defuncti. QVONIAM autem legibus quæ hucvſq; latæ ſunt, eſt indiſtinctum quando oporteat cõſiderare id quod eſt amplius, an tempore dationis, an tempore ſolutionis matrimonii: nobis viſum eſt optimum obſeruare tempus mortis eius qui ſecundum contraxit matrimonium. Nam ſcribunt quidem homines etiam plura iis quæ habent. Quæ autem accidunt, etiam contraria euenta omnino ef- Similiter lib. 1. Inſt. tit. 6.
ficiunt. Quamobrem ne in his erremus, illud tempus eſt conſiderãdum, quo decedit is qui ſecundum contrahit matrimonium, & ex eo ſumenda eſt proportio: & ex eo id quod eſt amplius conſiderando, auferre oportet id quod exuperat, & attribuere filiis, non conſiderata datione aut ſcriptura quæ fuit ab initio, ſed euentu.

a THEOD. Quæ lucrifacta ſunt à parentibus occaſione matrimonii, eorum filii ex æquo capiunt, etiam ſi non ſint hæredes ſuorum parentum, niſi ſint ingrati. Hoc didiciſti etiam ſuperius. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. & 7.

b Perſona quæ habens filios ſecundas cõtrahit nuptias, nullo modo dat ex ſuis bonis in dotem aut donationem ante nuptias pluſquam partem quæ competit vni ex filiis qui habet minimam: habentibus ſcilicet ipſis filiis partem legitimam: repulſis tamen iis qui inter eos ſunt ingrati. Sciendum eſt autem quod bona eius qui conſcribit dotem aut donationem ante nuptias, conſiderãtur in morte eius qui prior deceſſit: ſed & quantitas eorum quæ tradit. Lege lib. 5. Cod. tit 9. conſtit. 6. 9. 10. Nec te lateat 13. conſtit eiuſdem tit. & lib. quæ diſtinguit quæſtionem. Lege etiam 18. conſtit.

c.29. in pr. SED a nec illud eſt nobis prætermittendum, quod recte habere ſtatuit piæ memoriæ Theodoſius minor, dicens quod ſi mulier ſuſceptis Lib. 5 c. tit. 9 conſt. 4.
liberis ad ſecundum venerit matrimonium, & ex eo illi alii nati ſint filii, & deinde ſecundus quoque maritus deceſſerit, res quidem eius proprias accipient filii qui nati ſunt ex vtriſque matrimoniis, ſi mater deceſſerit inteſtata, ex æqua & ſimili diſtributione. Donationem autem ante nuptias ſui patris accipiet vtraque proles. & filii quidem primi matrimonii in ſolidum lucrabuntur illius donationem: qui ex ſecundis autem nati ſunt ſeminibus, in ſolidum quæ ex illo facta eſt fruentur liberalitate, etiamſi illa ad tertium non venerit matrimonium. Quid enim hoc proderit prioribus? Quid autem inuident priores filii ſecũdis, ſi nõ illi quoque tertiis nuptiis affecti ſunt iniuria? Et, vt ſemel dicam, vnaquæque proles accipiat ſui parentis donationẽ ante nuptias. & ſi omnino primi filii acceperint propter ſecundas nuptias, ſecũdi quoque eam omnino habeant, ſi quæ ſecundo nupſit, non peruenerit ad tertias nuptias, vt in hoc non videantur eſſe deteriori conditione quam fratres.

v. Exter. ¶ Ex rerũ autem conſequentiã, idem ſeruetur etiam in patribus qui ſecundum contrahunt matrimonium. Et filiis quidem natis ex priori matrimonio, propter ſecundas nuptias ſeruetur dos lucrifacta: ſecundis au-
§.1 tem, quæ ex ſecundis, ſi pater non peruenerit ad tertias nuptias. ¶ Reliqua autem quæ in his lucrifecit pater ex ſecundis nuptiis, ex legato forte vel fideicommiſſo, nõ tamen ad tertias peruenerunt nuptias, eã commixta eorũ bonis & non à tertiis labefactata nuptiis, apud eos maneant immobilia, & ad ſuas tanquam proprias veniant ſucceſſiones, & à ſuperſtitibus quomodo velint adminiſtrentur.

c.30 QVoniam autem de lucris quæ finiũt in caſum per mortẽ ſolutionis, ex orationis conſequentia breuiter cõſtituimus: illud quoque addimus, quod quæcunq; lucrifecerint parentes diuortio ſoluto matrimonio, ſiue bona gratia, ſiue aliter miſſo repudio, ſiue occaſione dotis, ſiue

Digitized by Google

¶Porro autem in [a] iis lucris quæ accipiunt filii, parentibus ad ſecundas nuptias venientibus, non curioſe quærimus, vtrum filii ſint hæredes aut parentis qui prius deceſſit, aut ſecundi decedentis: neque an aliqui quidem ſint hæredes, aliqui vero non. Sed ſicut ante diximus, hoc eis munus damus, ſiue ſint ſiue non ſint hæredes: idque ex æquo capient ipſi quidem ſuperſtites, cum eis autem ipſi quoque filii defuncti, eius qui genuit partem accipientes: ¶ſemper tamen ingratitudine ſicut prius diximus, in hoc lucro filium impediente. Leges enim aduerſus ingratos latas non tranſgredimur: ea ratione & parentes honorantes, & filios deducētes ad pietatem. Sicut enim prohibuimus electionem, & omnibus ex æquo damus hæc munera: ita non tollimus ingratitudinē. ¶Manifeſtū eſt autem quod ingratum oportet intelligere, quem vel in vtrunque parentum, vel in eum omnino qui poſterior deceſsit, aperte probatum fuerit fuiſſe talem. [b] OPTIME autem videtur nobis diuinæ memoriæ Leo conſideraſſe de donationibus quas faciunt qui contrahunt ſecunda matrimonia. Dicit enim quod ſi ex priori matrimonio filios habeant parētes, deinde ad ſecundum aut etiam deinceps veniant coniugium, non poſſunt patres nec in nouercam, vel vitricū, vitæ tempore vllam facere liberalitatem, aut in morte aliquid relinquere, niſi tantum quantum vnus filius aut filia, cum ſit ſolus, habet à parente. Sed ſi ſint plures filii, & vnuſquiſque partem habeat æqualem: non plus quam venit ad ſingulos, accipiet vitricus aut nouerca. ¶Sed ſi inæqualia ſint ea quæ ſunt relicta: neceſſe eſt tantum ſolum venire ad nouercam aut vitricum ex quacunque parentis liberalitate, quantum filius qui minimum accipit ex illius bonis, aut ex vltima voluntate relictum, aut in vita datum: quarta ſcilicet quæ nuper dabatur parte, nunc autem tertia aut dimidia, ex noſtra lege omnino relicta filio: niſi rurſus ſcilicet repugnet ratio ingratitudinis. ¶hoc ipſo etiam ſeruato in auo & auia & proauo & proauia, & nepotibus maſculis aut fœminis ſimiliter: ſiue ſint forte in poteſtate, ſiue ſui iuris, deſcendentes ex paterna aut materna linea. ¶ Cumque hoc definiiſſet, recte ſubiunxit, quod id quod eſt amplius quam relictū ſit aut omnino datum, aut nouercæ aut vitrico, tanquam neque relictum neque ſcriptum, aut datum aut donatum, competet filiis: & inter eos ſolos ex æquo diuidetur. Oportere enim filios etiam ſuſceptos ex ſecundis nuptiis eorū eſſe participes, ſcriptum quidem eſt in quadam cōſtitutione: ſed nobis nunc nō placet, ſed dari ſolis filiis ex priori matrimonio ſuſceptis, propter quos etiam obſeruatū eſt, nulla ratione nec per ſubiectas quidem perſonas, nec ex vlla alia cauſa aſſumi valente. Hoc autem quod eſt amplius, inter ſe diuident filii grati in parentes, non ii quos probatur fuiſſe in eos ingratos, & eius ingratitudinis reos quā leges exigunt. Iis enim qui ſunt eiuſmodi, etiam id quod hinc percipitur commodum adimimus: ne ſi ea acquirendi ſpes eis oſtenderetur, aduerſus parentes contenderent atque inſoleſcerent, & leges naturæ contemnerent. Manifeſtum eſt autem, quod hic quoque ſi quis ex his deceſſerit, quibus deferebatur id quod eſt amplius, ſi exiſtant filii, id accipient filii defuncti, ſecundū ſuum quidem numerum, habita autem

Margin notes: §. 1 — Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 8. c. 2. — v. vbique. — Lib. 5. tit. 9. conſt. 8. — v. palam. — Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 6. — c. 27. in pr. — v. ſiue e. — v. hoc idē. — v. Et hoc. — Lib. 5. C. tit. 9. conſtit. 9.

c.18 autem ratione partis defuncti. QVONIAM autem legibus quæ hucvſq; latæ ſunt, eſt indiſtinctum quando oporteat cōſiderare id quod eſt amplius, an tempore dationis, an tempore ſolutionis matrimonii: nobis viſum eſt optimum obſeruare tempus mortis eius qui ſecundum contraxit matrimonium. Nam ſcribunt quidem homines etiam plura iis quæ habent. Quæ autem accidunt, etiam contraria euenta omnino efficiunt. Quamobrem ne in his erremus, illud tempus eſt conſiderādum, quo decedit is qui ſecundum contrahit matrimonium, & ex eo ſumenda eſt proportio : & ex eo id quod eſt amplius conſiderando, auferre oportet id quod exuperat, & attribuere filiis, non conſiderata datione aut ſcriptura quæ fuit ab initio, ſed euentu. Similiter lib. 1. Inſt. tit. 6.

a THEOD. Quæ lucrifacta ſunt à parentibus occaſione matrimonii, eorum filii ex æquo capiunt, etiam ſi non ſint hæredes ſuorum parentum, niſi ſint ingrati. Hoc didiciſti etiam ſuperius. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. & 7.

b Perſona quæ habens filios ſecundas cōtrahit nuptias, nullo modo dat ex ſuis bonis in dotem aut donationem ante nuptias pluſquam partem quæ competit vni ex filiis qui habet minimam: habentibus ſcilicet ipſis filiis partem legitimam : repulſis tamen iis qui inter eos ſunt ingrati. Sciendum eſt autem quod bona eius qui conſcribit dotem aut donationem ante nuptias, conſiderātur in morte eius qui prior deceſſit: ſed & quantitas eorum quæ tradit. Lege lib. 5. Cod. tit 9. conſtit. 6. 9. 10. Nec te lateat 13. conſtit eiuſdem tit. & lib. quæ diſtinguit quæſtionem. Lege etiam 18. conſtit.

c.29. in pr. SED a nec illud eſt nobis prætermittendum, quod recte habere ſtatuit piæ memoriæ Theodoſius minor, dicens quod ſi mulier ſuſceptis liberis ad ſecundum venerit matrimonium, & ex eo illi alii nati ſint filii, & deinde ſecundus quoque maritus deceſſerit, res quidem eius proprias accipient filii qui nati ſunt ex vtriſque matrimoniis, ſi mater deceſſerit inteſtata, ex æqua & ſimili diſtributione. Donationem autem ante nuptias ſui patris accipiet vtraque proles. & filii quidem primi matrimonii in ſolidum lucrabuntur illius donationem: qui ex ſecundis autem nati ſunt ſeminibus, in ſolidum quæ ex illo facta eſt fruentur liberalitate, etiamſi illa ad tertium non venerit matrimonium. Quid enim hoc proderit prioribus? Quid autem inuident priores filii ſecūdis, ſi nō illi quoque tertiis nuptiis affecti ſunt iniuria? Et, vt ſemel dicam, vnaquęque proles accipiat ſui parentis donationē ante nuptias. & ſi omnino primi filii acceperint propter ſecundas nuptias, ſecūdi quoque eam omnino habeant, ſi quæ ſecundo nupſit, non peruenerit ad tertias nuptias, vt in hoc non videantur eſſe deteriori conditione quam fratres. Lib. 5. C. de 9 conſt. 4.

v. Ex rer. ¶ Ex rerū autem conſequentia, idem ſeruetur etiam in patribus qui ſecundum contrahunt matrimonium. Et filiis quidem natis ex priori matrimonio, propter ſecundas nuptias ſeruetur dos lucrifacta: ſecundis autem, quæ ex ſecundis, ſi pater non peruenerit ad tertias nuptias. ¶ Reliqua autem quæ in his lucrifecit pater ex ſecundis nuptiis, ex legato forte vel fideicommiſſo, nō tamen ad tertias peruenerunt nuptias, eā commixta eorū bonis & non à tertiis labefactata nuptiis, apud eos maneant immobilia, & ad ſuas tanquam proprias veniant ſucceſſiones, & à ſuperſtitibus quomodo velint adminiſtrentur.

§.1

c.30 QVoniam autem de lucris quæ finiunt in caſum per mortē ſolutionis, ex orationis conſequentia breuiter cōſtituimus: illud quoque addimus, quod quæcunq; lucrifecerint parentes diuortio ſoluto matrimonio, ſiue bona gratia, ſiue aliter miſſo repudio, ſiue occaſione dotis, ſiue

Digitized by Google

li eſt omnino obnoxia periculo. ¶ Sed ſi exiſtat proles, & lex viderit filios contemptui habitos: tum eã priuat omni liberalitate quæ ad ipſam peruenit à marito, quod attinet ad partẽ dominii, ei ſolo relicto vſufructu. v. 1
Quære tẽpus in primo cap. 9 tit. Quære li. 51. tit. 1. c. 10. ¶ Et hæc lege cõſtituantur & in donatione ante nuptias, & in omni alia liberalitate, ſiue in vita ab ea facta à marito, aut etiam ex teſtamẽto, aut donatione cauſa mortis: ſiue ſit pars inſtitutionis, ſiue legatum. ¶ Et, vt dicam generaliter, eam deficiet omnis modus proprietatis in iis quæ ad eam venerunt à priori marito, & ea accipient filii, & penes eos ſtatim erit proprietas eo tẽpore quo mater habitauit cum alio. ¶ Sintq; hæ communes pœnæ mulieris & mariti. Nam ſi ille quoq; habẽs filios eis ſecundam vxorem ſuperduxerit, non fruetur lucris quę proficiſcuntur ex dote ratione proprietatis: non aliam ab vxore acceptã liberalitatem firmã habebit & ſtabilem, niſi quatenus dum viuit, ei licebit vti frui. Nam hic quoq; filii, etſi ſint in poteſtate, erunt tamen eorum in proprietate domini, vt quæ ad eos ſtatim accedant cum ſecunda vxoris coniunctione. v. 2 v. 3 v. 4
¶ Nec intereſt quod attinet ad dotẽ & donationem ante nuptias, an ipſi eam pro ſe dederunt qui contraxere nuptias, an aliqui alii pro ipſis hoc fecerunt, ſeu genere cõiuncti, ſeu extranei. & ſi [b] videatur donatio ante nuptias quodammodo eſſe ſuſcepta in dotem, ID tamen quod eſt conſtitutũ de lucris quæ perueniunt ad eos qui contraxere nuptias, ſic quoque ratum erit & validum. Fietq; lex eorum adeo certa cuſtos, vt in iis nullam alienationem nec hypothecam permittat parentibus: ſed & ſi quid fecerint parentes, eorum bona ipſis ſtatim oppignerat. non vt qui ſunt in poteſtate, prohibeant parentibus ne faciant quod velint. Lex enim erubeſcit caſtigatores filios adhibere parentibus: ſed vt illi erubeſcant. Minatur autem iis qui accipiunt, quod acceptum nihil eis proderit. Sciant autem ex hac lege, quod ſi ab id genus parentibus vllam fecerint emptionem, & ſi acceperint donationem, & ſi quid ex omnibus fecerint: id quod fit, perinde erit ac ſi nihil factum eſſet aut ſcriptum. ¶ Ea enim omnino vendicabunt filii, eorumq; hæredes & ſucceſſores, ab aliorum hæredibus & ſucceſſoribus non alias excluſi, quam ſi triginta annorum tempus præterierit, & detentio fecerit dominos eos qui acceperunt, incipiente tempore currere filiis ex quo apparuerit eos eſſe vel fuiſſe ſui iuris: niſi ſi quis adhuc ætate impubes opem tulerit. v. vlt. c. 24. v. vindicabunt.

a THEOD. Parentes qui liberis ſuſceptis ſecundum contrahunt matrimonium, habent ſolum vſumfructum eorum quæ lucrantur ex primo matrimonio. Nam ſi eorum aliquid alienauerint, vendicatur: niſi triceſimus annus præterierit ex quo ſui iuris facti ſunt filii aut nepotes qu'eadebebant vendicare Lege lib. 5. C. tit. 9 c. 3. & 8. & lib. Cod. tit. 40. conſt. 11. Similiter autem legiſti etiam in 2. Nouella. Et ſcio quod hoc quoq; procedit in iis qui ſecundum non contraxere matrimonium. nam ipſi quoq; habent vſumfructum lucrorum matrimonialium. Lege 98. Nouellam. Cæterum qui ſecundas non contrahunt nuptias, habent præter vſumfructum vnius quoque filii partem in proprietate: vt oſtendit Nouella 127. In hoc ergo differunt ab iis qui ſecundum matrimonium contrahunt.

b SCHOLIVM Euſtathii magiſtri Romani. Erat olim hic mos in nuptiis, vt maritus ante matrimonium res donaret vxori, vxor vero eas res accipiens, marito traderet tanquam in dotem, cum aliis rebus quæ ab ipſo dabantur in dotem. Hoc eſt ergo quod dicit Nouella. Licet donatio ante nuptias videatur in dotem induci à muliere, & tanquam dos ſuſcipi à marito, filiis tamen ſeruetur à matre tanquam bona paterna. Hoc accepit Nouella à ſecundo lib. Cod. tit. 9. conſt. 6.

[a] VENIent autem eiuſmodi lucra ad omnes filios ſuſceptos ex prioribus nuptiis: neque enim permittimus parentibus nõ recte introductam in eos oſtendere electionem: neque vni quidem ex filiis dare, alterum vero c. 25

vero habere contemptui. Omnes enim ſecundis nuptiis fuerunt ſimiliter ſpreti. Alioqui ſi cum omnium filiorum ſunt parentes ſimiliter hæredes: cur non ipſi quoque in omnes, quod ad id attinet, ſe ex æquo gerunt, ſed alios quidē eligunt, alios vero deſpiciunt? Quamobrem id ſinguli lucrentur pro portione: & ſi habeat filios, id ad eos tranſmittat. Illi vero hoc in aliis diuidant, ipſi quidem habita ratione ſui numeri, non autem excedentes partem patris.

a Theod. In lucris matrimonialibus non poſſunt parentes vnū filium alteri præferre. Quinetiam filii quoque defuncti filii ſubeunt perſonam patris ſui. Memento 2. Nouellæ. & lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 5. quæ quidem fuit innouata ab ea quæ eſt propoſita. Dicit enim quod filiis vt vult diſtribuit lucra matrimonialia quæ ea lucratur perſona. L. generali. diuidendi. C. de ſecund. nupt.

cap. 16. in princ. [a] Qvoniam autem pronuntiauimus irritas quæ à parentibus factæ ſunt in his alienationes, oportet ſubtiliorem rei ordinem imponere. Nam ſi omnes quidem filii ſunt ſuperſtites qui nati ſunt ex prioribus nuptiis, & prius eis deceſſerit parens: irrita omnino manebit alienatio, vt à nobis prius dictum eſt.

v. ſi vero. ¶ Sed ſi omnes deceſſerint, & res eo rurſus redacta ſit vt nulli ſint filii, tunc ex euentu ratum erit ac validum quod eſt alienatum. Quis enim hoc euerterit, ſi non exiſtant filii quibus ſolis hoc ſeruauimus? Dicit id quod eſt in 2. Nou. Quære in 5. Baſi. tei. tit. 1. c. 19.

v. ſed hic. ¶ Sed nos [b] nuper quædam ſubtilis & accurata ſubiit cogitatio, curioſe inquirens id quod eſt medium inter vtrunque caſum. Nam quoniam ſi omnes quidem filii exiſterent, prior autem deceſſiſſet is qui genuerat, nulla pars ei relicta fuerat ex iis quæ lucrifacta fuerant: ſi omnes autem deceſſiſſent, totum ad eam reuertebatur: ſtatuimus medium quendam ordinem rei excogitare: nempe vt ſi cum ſint plures filii, vnus deceſſerit: ſi habeat quidem filios, illis deferatur hæreditas, vt ſæpe diximus. Si autem non habeat filios, non omnino totum deueniat ad fratres, ſed quod habuiſſet genitor ex pacto ſi non fuiſſent filii, id ipſe lucretur: reliquum autē concedāt venire ad ſucceſſores filii, ſiue fuerint fratres, ſiue forte extranei: quod quidem maxime accidit in [c] matre, ſiue ſuas facultates diſpoſuerint, ſiue inteſtati deceſſerint. Et hoc nos noſtra lege ſcripſimus, cum id ipſi primi excogitaſſemus & inueniſſemus & benigne conſtituiſſemus, vt hic quoque ſiquando parens prius alienauerit quam veniat ad alias nuptias, deinde vnus ex filiis deceſſerit, eatenus ſolum rata ſint quæ ſunt alienata, quatenus reducuntur ad pactum ſi non ſint liberi. Nam quod attinet ad alias partes quæ veniunt ad hæredes filii, erit omnino irritum. Quamobrem ſi facta fuerit alienatio, res manebit in ſuſpenſo, vt quę mutetur cum caſibus qui deinceps accidūt, aut ab initio quidem perfecte irrita & inualida alienatione: aut perfecte valida, aut partim quidem valida, partim autem inualida. Lege 14 contitu 9. tit. li. 5.

a Theod. Parentes poſſunt alienare ea quæ ſunt lucrifacta, ſi eorum filii prius deceſſerint, non habentes ſcilicet alios ſucceſſores. Nam ſi habent, alienant ſolum quod ad eos venit ex pacto, ſi non ſint filii. Memento 2. Nouellæ. Lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 3. & 5.

b Theod. Si vnus ex filiis deceſſerit ſine liberis parens quidem ſuperſtes qui ſecundum contraxit matrimonium accipit ſolum partem quę venit ex pacto, ſi non exiſtant filii: reliquum autem veniet ad ſucceſſores ipſius filii, ſiue ſint fratres, ſiue extranei. Memento 2. Nouellæ

c In patre enim, cum filius ſit in eius poteſtate, & ne de acquiſitis quidem bonis poſſit teſtari, non eſt hæres extraneus. Nota autem quod propterea quod mater non habet filios in poteſtate, vocatur perſona extranea. Sic autem intellige. ſi diuortio ſeiuncta ſit à marito: tunc enim viuens vocatur cum filiis ad hæreditatem filii defuncti, ſi maritus contrahat ſecundum matrimonium. Nam ſi factum non fuiſſet diuortium, omnino non ſolutum eſſet matrimonium, niſi ſola morte: ſed facto diuortio, merito quoque mater ſuccedit, vt quæ ſit ſuperſtes.

Digitized by Google

c.18 autem ratione partis defuncti. QVONIAM autem legibus quæ hucuſq; latæ ſunt, eſt indiſtinctum quando oporteat cõſiderare id quod eſt amplius, an tempore dationis, an tempore ſolutionis matrimonii: nobis viſum eſt optimum obſeruare tempus mortis eius qui ſecundum contraxit matrimonium. Nam ſcribunt quidem homines etiam plura iis quæ habent. Quæ autem accidunt, etiam contraria euenta omnino ef- Similiter lib. 1. Inſt. tit. 6.
ficiunt. Quamobrem ne in his erremus, illud tempus eſt conſiderãdum, quo decedit is qui ſecundum contrahit matrimonium, & ex eo ſumenda eſt proportio: & ex eo id quod eſt amplius conſiderando, auferre oportet id quod exuperat, & attribuere filiis, non conſiderata datione aut ſcriptura quæ fuit ab initio, ſed euentu.

a THEOD. Quæ lucrifacta ſunt à parentibus occaſione matrimonii, eorum filii ex æquo capiunt, etiam ſi non ſint hæredes ſuorum parentum, niſi ſint ingrati. Hoc didiciſti etiam ſuperius. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. & 7.

b Perſona quæ habens filios ſecundas cõtrahit nuptias, nullo modo dat ex ſuis bonis in dotem aut donationem ante nuptias pluſquam partem quæ competit vni ex filiis qui habet minimam: habentibus ſcilicet ipſis filiis partem legitimam: repulſis tamen iis qui inter eos ſunt ingrati. Sciendum eſt autem quod bona eius qui conſcribit dotem aut donationem ante nuptias, conſiderãtur in morte eius qui prior deceſſit: ſed & quantitas eorum quæ tradit. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. 9. 10. Nec te lateat 13. conſtit eiuſdem tit. & lib. quæ diſtinguit quæſtionem. Lege etiam 18. conſtit.

c.29. in pr. SED a nec illud eſt nobis prætermittendum, quod recte habere ſta- Lib. 5 C. tit. 9 conſt. 4.
tuit piæ memoriæ Theodoſius minor, dicens quod ſi mulier ſuſceptis liberis ad ſecundum venerit matrimonium, & ex eo illi alii nati ſint filii, & deinde ſecundus quoque maritus deceſſerit, res quidem eius proprias accipient filii qui nati ſunt ex vtriſque matrimoniis, ſi mater deceſſerit inteſtata, ex æqua & ſimili diſtributione. Donationem autem ante nuptias ſui patris accipiet vtraque proles. & filii quidem primi matrimonii in ſolidum lucrabuntur illius donationem: qui ex ſecundis autem nati ſunt ſeminibus, in ſolidum quæ ex illo facta eſt fruentur liberalitate, etiamſi illa ad tertium non venerit matrimonium. Quid enim hoc proderit prioribus? Quid autem inuident priores filii ſecũdis, ſi nõ illi quoque tertiis nuptiis affecti ſunt iniuria? Et, vt ſemel dicam, vnaquęque proles accipiat ſui parentis donationẽ ante nuptias. & ſi omnino primi filii acceperint propter ſecundas nuptias, ſecũdi quoque eam omnino habeant, ſi quæ ſecundo nupſit, non peruenerit ad tertias nuptias, vt in hoc non videantur eſſe deteriori conditione quam fratres.
v. Ex rer. ¶ Ex rerũ autem conſequentia, idem ſeruetur etiam in patribus qui ſecundum contrahunt matrimonium. Et filiis quidem natis ex priori matrimonio, propter ſecundas nuptias ſeruetur dos lucrifacta: ſecundis au-
§.1 tem, quæ ex ſecundis, ſi pater non peruenerit ad tertias nuptias. ¶ Reliqua autem quæ in his lucrifecit pater ex ſecundis nuptiis, ex legato forte vel fideicommiſſo, nõ tamen ad tertias peruenerunt nuptias, ea commixta eorũ bonis & non à tertiis labefactata nuptiis, apud eos maneant immobilia, & ad ſuas tanquam proprias veniant ſucceſſiones, & à ſuperſtitibus quomodo velint adminiſtrentur.

c.30 QVoniam autem de lucris quæ finiunt in caſum per mortẽ ſolutionis, ex orationis conſequentia breuiter cõſtituimus: illud quoque addimus, quod quæcunq; lucrifecerint parentes diuortio ſoluto matrimonio, ſiue bona gratia, ſiue aliter miſſo repudio, ſiue occaſione dotis, ſiue

donationis ante nuptias, ea inſtar lucrorum quæ ex morte procedunt, omnia ſeruentur filiis: ¶ nec refert cuius culpa diuortio ſolutum fuerit v. Et non matrimonium. ¶ Quomodocunq; enim res ſe habeat, in illis quoq; ſer- v. quocúque. uatur quod lucrifactum eſt filiis ſuſceptis ex illis matrimoniis ex quibus nati ſunt filii, ſiue primæ nuptiæ diuortio ſint ſolutæ, ſiue etiam ſecundæ, ſi non ſit conſecutum tertium matrimonium.

a Theod. Si ſint filii ex primis & ſecundis nuptiis, dotem quidem vtriuſque matrimonii ſoli accipiunt præcipuam qui ex eo matrimonio nati ſunt perſonę autem quæ ſecundo nupſit, ex æquo ſuccedunt omnes qui nati ſunt ex primo & ſecundo. Quod dictum eſt autem, locum habet etiam in omni ſolutione matrimonii, & indotatis. Lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 4.

Lib. 5. C. tit. 9. conſt. 19. De [a] dotium quidem vel donationum ante nuptias augmentis vel c. 31 diminutionibus, dictum eſt quidem aliquid in legibus anterioribus: à nobis autem id eſt effectum perfectius. ſiquidem etiam conſtante matrimonio donationes propter nuptias non ſolum augeri, ſed etiam ab initio dari iuſſimus: & quemadmodum augeri conceſſimus, ita etiam diminui, iis qui cõuenerunt volentibus, permiſimus. ¶ ſed hanc diminu- v. Sed hoc tionem, ſi ſecundæ factæ ſint nuptiæ, non permittemus. ne offendamus conſtitutionem Leonis piæ memoriæ, quando ſuſcepti fuerint filii ex Lib. 5. C. tit. 9. conſt 5. c. 19. & tit 6. conſt 9. priori matrimonio. Si enim immenſam dotem aut donationem ante nuptias dederit parens, aut aliquid aliud ſit elargitus, deinde cum animaduertiſſet quo lex tendat, id quod factum eſt contraxerit, & dotem diminuerit, vel donationem ante nuptias: non [b] lucrifacient filii id quod datum eſt, ſed liceat aut vitrico aut nouercæ lucrari, filiis in hoc nulla L. 1. 5. C. tit 10. conſt. 1. Népe 1 & 40. conſt. 1 1. tit. lib. 5. C. quæ propterea quod ſunt abrogatæ, non ſunt ſitæ in Baſilicis. affectis iniuria. Si autem [c] ſolum rerum vſumfructum vel maritus c. 32. vxori, vel vxor marito dederit in vltima voluntate: quæ ante nos quidẽ erat lex dicebat, quod ſi ad ſecundas venerit nuptias vel pater vel mater, relictum vſumfructum ſtatim amittit, ſicut etiam antea amittebant dominium: & is ſtatim reſtituebatur filiis. Si eſſent autem forte filii impuberes, etiam cum fructibus interim perceptis. hoc enim legi viſum eſt, nobis autem non valde placuit: ſed volumus, vt ſi datus ſit vſusfructus, vel ex liberalitate aut donationis factæ cauſa mortis, aut etiam inter viuos in iis quæ licet donare, relictus ſit, & qui accepit venerit ad ſecundas nuptias: ſic quoq; maneat vſusfructus donec fuerit ſuperſtes is qui habet eum vſumfructum: niſi is qui, vt dictum eſt, fecit donationem, vel eum reliquit, ſeu maſculus ſeu fœmina, expreſſe dixerit, ſe velle, ſi ad ſecundas venerit nuptias is qui accepit vſumfructum, vt is ſoluatur, & ad ſuã redeat proprietatem. Sed hęc quidem dicimus de iis quæ data ſunt ex liberalitate. Sed ſi in dotem aut in donationem ante nuptias rerum da- c. 33. tus fuerit vſusfructus: nihil omnino innouamus: ſed firma ſint ac valida quæ iam ſunt conſtituta, & maneant apud eos qui acceperunt quandiu ſunt ſuperſtites: etiam ſi millies contrarium voluerint defuncti. Lucrum enim quod à lege datum eſt, priuatus omnino non poteſt auferre.

a Theod. Conſtante matrimonio poſſunt augeri & minui quæ data ſunt, non etiam dari ab initio, niſi ſecundum matrimonium impediat diminutionem eorum quæ data ſunt, cum ſcilicet vni ex coniunctis matrimonio exiſtunt filii ſuſcepti ex prioribus nuptiis. Didiciſti enim, quod qui ſecundum contrahit matrimonium, habens filios ex priori, non dat plus quam id quod competit vni ex filiis ſuſceptis ex priori matrimonio. Lege lib. 5. C. tit. 3. conſtit. 19. vbi dicit poſſe augeri & minui quæ data ſunt conſtante matrimonio.

b Illud non lucrifacient, nec intellexeris enuntiatiue: ſed ſic, Si diminutio cenſeretur permiſſa exiſtentibus primis filius, circunſcriberentur filii, & nullum lucrum hinc ad eos rediret.

c Si

Digitized by Google

e Si alter coniugum alteri reliquerit alicuius rei vſumfructum, ne ſecundæ quidem nuptiæ eum ſoluunt, niſi is qui reliquit, dixerit vſumfructum ſolui ei quæ ſecundo nubit. Sed ſi fructus inuentus fuerit pars eorum quæ data ſunt in dotem aut donationem ante nuptias, tunc ne ſoluitur quidem: etiam ſi is qui reliquit, eum ſolui iuſſerit, quandiu eſt ſuperſtes ille cui competiit. Lege lib. 3. C. tit. 33 c. 6. & lib. 5. tit. 10. conſt. 1.

c. 34 [a] QVONIAM autem omnino fecimus mentionem legum quæ tractāt de vſufructu, bonum eſt illud quoque legi admiſcere, quod antea dictum eſt in quibuſdam conſtitutionibus, nempe quod omnium quę ad filium perueniunt, ſiue ex materna linea, ſiue ex filiorũ cauſa matrimoniali, ſiue aliunde: pater habet vſumfructum, etiā ſi venerit ad ſecundas nuptias. Eorum enim vſumfructum manere & non amitti quandiu vixerit, volunt etiam omnes quæ ante nos fuere leges, & in maternis & in
v. caſtrēſ. aliis omnibus. ¶ Caſtrenſium autem & quaſi caſtrenſium peculiorum
c. 35 excipiatur ratio, & quorundam aliorum. [b] MATER autem quæ filio ſuo ex ſuis bonis aliquid donauit, ſi venerit ad ſecundas nuptias, non poteſt prætextu ingratitudinis reuocare quod dictum eſt. Non enim videtur ſincera mente obiicere ingratitudinem, ſed de ſecundis nuptiis cogitās ad hunc prætextum venire præſumitur: niſi aperte probetur filium aut ipſi matris vitæ fuiſſe inſidiatum, aut impias manus in eam immiſiſſe, aut de auferendis omnibus eius bonis aduerſus eam aliquid egiſſe.

Lib. 35 tit. 2. conſt. 15 c. 9. Lib. 6. tit. 24. conſt. 6.

Lib. 11 de [illegible] cap. 11 c. 10 [illegible]

a THEOD. Eorum qui filiis quomodocunq; competunt ad acquiſitionem, vſus quidem pertinet ad patrem eorum, etiam ſi ſecundum contrahat matrimonium, exceptis caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus: dominium autem ſeruatur ipſis filiis. Lege lib. 6. C. tit. 61. conſtit. 6. 8. 11. & lib. 8. tit. 46. conſt. 1. b Mater quæ donat filio, ſi ſecundas contraxerit nuptias, non aufert ei quod donatum eſt, nec tanquam ab ingrato quidem: niſi ipſe aut vitæ aut bonis eius vniuerſis fuerit inſidiatus, aut eam verberauerit. Lege lib. 8. Cod. tit. 55. conſtit. 2. & 9.

c. 36 NON [a] concedimus mulieribus quæ ad ſecundum veniunt matrimonium, priorum coniugũ adhuc velle frui dignitatibus & priuilegiis: ſed ad quem poſt primũ venere matrimonium, illius diligant animam. Quæ enim eſt oblita priorum, ei priora rurſus nequaquam opem tule-
c. 38 rint. CVM [b] autem cuiuſdam imperatoris illud quoque inueniſſemus, dignum cenſuimus quod referremus in partem noſtrarum legũ: quod quoniam viſa eſt mater omnium fideliſſima ad educationem filiorum,
c. 39 hoc quoque dat ei lex, niſi venerit ad ſecundas nuptias. [c] DOTES autem quas acceperint mariti, non prompte dabunt vxoribus adhuc conſtante matrimonio, pręterquam ex cauſis quas lex enumerauit. Alioqui ſi quid fecerint eiuſmodi: eo ipſo id quod fit, videtur eſſe inſtar donationis. Et ſi deceſſerit mulier, à maritis qui eas intempeſtiue dederunt vxoribus, exigent vxorum hæredes, ipſi, & eorum hæredes, & in lucrum habebunt prout eſt conuentum. Et ſi mariti venerint ad ſecundas nuptias: ea nequaquam alienabilia ſeruabunt ſuis filiis. Hoc autem eſt generaliter conſtitutum. Sed ſi coniuges dotes non acceperint adhuc conſtante matrimonio: etiam poſt mortem vxorum ex lege eas acci-
c. 40 pient ab hæredibus, ſicut vult ſcriptura inſtrumenti dotalis. SI [d] autem filiorum ſuorum ſit tutrix mulier: clarum eſt quod ſi cum eſſent impuberes, iurauerit ſe ad ſecundas non venturam nuptias, deinde & priori cubili & promiſſis contemptis, venerit ad ſecundum maritum, non prius petitis & redditis rationibus, & quidquid hinc debet, exoluto: non ſolum lex concedit filiis vt eius bona habeat in hypothecam, ſed etiam eius qui eam duxit vxorem, in hypothecam bona deducat. Ipſaque re-

Digitized by Google

nuntiat ſucceſſioni filii qui decedit impubes, etiã ſi ex ſubſtitutione pater iuſſerit eam venire ad ſucceſſionem filii. Sed hæc quidem eſt lex quæ fuit ante nos. Nos autem miramur, ſi mulierem quæ fuit adeo impia, vt eo ipſo & promiſſa neglexerit, & ſic ad intempeſtiuum venerit matrimonium, trib⁹ maximis neglectui habitis, nempe veritate, & memoria defuncti, & filiorum amore, pœnis tam paruis ſubiecerunt: & eã quidem quæ ante annum luctus nupſit, & nec filiorum adhuc mater fuit, acerbe puniunt, licet filios non habeat, hoc propter ſolam facientes honeſtatẽ: mulierem autem adeo effuſam in libidinem non iiſdem pœnis ſubiiciunt, quas patiuntur quæ ante tempus luctus ad alterum declinarunt coniugium. Statuimus ergo vt quæ ſic de cætero audebunt mentiri mulieres, pręter præcedentes pœnas, eas quoque omnes ſubeãt quas prius diximus in mulierib⁹ quæ nupſerunt ante annum luctus, infamiam & reliqua omnia eis inferentes, & eis eandem quam illis dantes pœnarum ſolutionem: nempe vt & ſupplicent imperatori, & ſuorũ bonorum dimidiam partem dent filiis, ne vſufructu quidem apud eas manente: &, vt ſemel dicam, eam, propter intempeſtiuas nuptias, parem facimus ei quæ nupſit ante tempus luctus. Sed & ſi gerat tutelam filiorum naturalium, nam hoc quoq; ei dedimus, ſi tamen ad maritum venerit, & non fecerit ea quæ prius dicta ſunt, eiſdem ſubdatur pœnis. Curent autem, in prouinciis quidem præſides gentium, hic autem glorioſiſſimus Præfectus huius beatæ vrbis, ſimul cum Prætore, cui hæc pars eſt curæ, vt ſi mulier quæ gerit tutelã, velit venire ad nuptias: & pupillis pręficiatur tutor, & rationes accipiant, & quod pro adminiſtratione debet mater, id reddat.

Lib 5. tit 10. 35. conſtit. 2 & lib 6 Cod. tit 56. cõſtit. 3. & 6 tit 18. conſtit. 10.

a Theod. Quæ ſecundo nubit, amittit prioris ſui mariti dignitatem. Lege lib. 5. Cod. tit. 4. conſtit. 10. & lib. 12. tit. 1. conſtit. 13.

b Mater quæ vult & prætendit, educet ſuos filios, modo ne nubat ſecũdo. Hoc intellige ſi morte ſolutum fuerit matrimonium. lege lib 5. Cod. tit. 19. conſtit. 1. & 2. Nam ſi diuortio ſolutũ fuerit matrimonium, tunc filii manent apud eum qui non dedit cauſam ſolutioni. vt vult 117. nouella. lege autem 1. quoq; conſtit. prius dicti tit. 5. lib. Cod.

c Maritus conſtante matrimonio ne det dotem vxori ſine iuſta cauſa. Hoc enim faciens videtur ei donare: & dos rurſus ab eo exigitur cum fructib⁹ interea perceptis lege lib. 5. Cod. tit. 12. cõſtit. 29 & tit. 19. conſtit. 1. Poteſt maritus poſt mortem vxoris exigere dotem ſibi promiſſam, videlicet intra ſolos decem annos, vt dicit nouella 155.

d Dorothei. Mulier quæ gerit tutelam ſuorum filiorum, iuret ſe non iterum nupturam. Sed ſi venerit ad ſecundas nuptias, tutorem petat ſuis filiis, & redditis rationibus impleat quæ debet ex tutela. Scias autẽ quod id quod de iuramento dictum eſt, eſt abrogatum. Non enim iurat hodie mater ſe non ſecundo nupturam. Sed ſi ſecundo nupſerit, excidit à tutela. lege enim 118. nouellam, & 151. lege etiam lib. 5. Cod tit. 31 conſtit. 3. & 6 Mulier quæ filiorum ſuorum gerit tutelam, ſi nupſerit, tenetur pœnis conſtitutis aduerſus eam quæ nubit ante finitum tempus luctus: & bona eius dantur in hypothecam, & etiam bona ſecundi mariti, filiis ſuſceptis ex prioribus nuptiis & nec filio quidem ſuo impuberi ſuccedit. Eadem autem locum habent etiam ſi naturalium filiorum tutelam gerens mater iterum nupſerit. Lege 94. & 155. nouellam. lege autem lib. quoque 2. Cod tit. 34. conſt. 2. de ſucceſſione impuberis & lib. 5. Cod. tit. 31. conſt. 11. de naturalibus.

a Placet autem nobis Zenonis quoq; piæ memoriæ conſtitutio, quę vult vt ſi iuſſus ſit pater dare filio ſuo legatum in diem vel ſub conditione, de dandis legatis non alias exigatur cautio, quam ſi pater venerit ad ſecundas nuptias: ſit enim hæc quoq; pœna iis qui ſecundum contrahunt matrimonium. Sed b & ſi quis in religioſiſſimorum clericorum ſit numero, eorum, inquam, qui ſunt ſupra lectorem aut cãtorem, vxorem omnino duxerit: eum ex noſtra conſtitutione iuſſimus & volumus cap. 41. cap. 42.

excidere

Digitized by Google

excidere à ſacerdotio. Si vero cum eſſet lector, & vxorē duxiſſet, deinde propter inexcuſabilē aliquam neceſſitatem venerit ad ſecūdas nuptias, non amplius aſcendet ad maiora munera ſacerdotii: ſed illic manebit apud vxorē, vt qui profectui ad meliora illius ſtudium prętulerit. Sed & ſi cum eſſet priuatus, ad hypodiaconi vel diaconi vel presbyteri ordinē venire voluerit, deinde apparuerit eum habere vxorem quæ non ex virginitate ei fuit coniuncta, ſed quæ vel à viro diuerterat, vel alias non legitime cum eo ab initio conuenerat, vel etiam ipſe venerit ad ſecundas nuptias: non aſſequetur ſacerdotium. Sed & ſi clam ſit id conſecutus: omnino ab eo excidet. Quære c. 3. tit. 1. c. 31. 32.

a THEOD. A viro qui ſecundum contrahit matrimonium, exigit filius eius cautionem legatorum ſeruandorum cauſa. Si enim ſecundum non contraxerit matrimonium: non exigitur ab eo hæc cautio. lege lib. 6. C. tit. 54. conſt. 1. 2. 4.

b Clericus qui ſecundum contrahit matrimoniū, amittit clericatum. lege lib. 1. C. tit. 3. conſtit. 44. & 6. & Nouella 128. Lector qui ſecundum contrahit matrimonium, non promouetur ad ordinem. Lege Nouellam 123. Digamus non ordinatur, etſi viduam habet ſterilem. Quod ſi etiam ordinatus hoc fecerit, à clero excidit. lege lib. 1. C. tit. 3. conſt. 44. & Nouel. 123.

c. 43 QVOD autem ſequitur, res eſt quidem vetus, & quæ multas recepit correctiones, non ſolum ab aliis, ſed etiam à nobis, nondum tamen peruenit ad ſummam ſui rectitudinem, quam nunc perſequētes, præſentia ſtatuimus. Quę enim vocatur Iulia Miſcella, lex vetus prætexens ſtudiū liberorum procreationis, permittebat mulieribus, ſi maritus prohibeat, & pro eo aliquid relinquat ne veniat ad ſecundas nuptias, viro tamen nubere, & iurare quod hoc facit liberorum gratia, & id quod fuit relictum accipere. Et hanc quidem poteſtatem in annum dabat mulieribus: eo autem præterito ſi volebat accipere quod fuerat relictum, non alias licebat mulieribus hoc accipere, quam ſi darent cautionem, quod non eſſent venturæ ad ſecundas nuptias. Cæterum hanc adiectionem non inuenit ipſa Iulia Miſcella, ſed Quintus Mutius Scæuola hoc antea conſtituit, qui in omnibus quæ dicta ſunt de rerum prohibitionibus tales excogitauit cautiones. Nos ergo videntes multas nunc mulieres, deſiderio nuptiarum, non propter liberorum procreationem, ſed propter naturæ neceſſitatem, & iurare & nubere, & defunctorum trāſgredi voluntatem: ſtatuimus in primis eſſe medēdum parti diuiniori, & eis prohibere periurium, & non concedere vt ea ſubeant iuramenta, propter quæ eſt omnino propenſio ad periurium. Nam nec illi legi adiectum fuerat, oportere mulieres quæ carent liberis, hoc iurare iuramētum: ſed iis etiam quę habebant liberos, proponebatur iuſiurandum, quod Deo ſimul & animę defuncti erat moleſtum. Atqui in promptu quidem erat periurium: liberorum autem procreatio repoſita erat inter munera fortunæ. Quoniam ergo nos hoc lege ſanximus, eorum iuramētum tollentes, & eam permittentes acceptionem: animaduertimus quod in vtriſque rebus à nobis prætermiſſum eſt, oportere defuncti quoque animæ mederi. Quamobrem præſentem legem ferimus. Non enim volumus morientium voluntates, quæ nihil habent abſurdi, intercidere. Nam ſi diceremus quidem, oportere mulierē omnino cum maritus iuſſerit ne nubat, hoc ſeruare, haberet forte lex aliquid acerbitatis: nunc autē cum adſit ſecundum, vt ſi velit nubere, non capiat id quod eſt relictum, eſt extremæ abſurditatis, defuncti voluntatem deſpicere, quæ ſic periclita-

Lib. 55 tit. 7. c. 62. 72.

Lib. 35. tit. 1. c. 7. 12. 13.

Lib. 35. tit. 1. c. 7. 12. 73.

Lib. 6. tit. 40. c. 2.

Digitized by Google

nuntiat ſucceſſioni filii qui decedit impubes, etiã ſi ex ſubſtitutione pater iuſſerit eam venire ad ſucceſſionem filii. Sed hæc quidem eſt lex quæ fuit ante nos. Nos autem miramur, ſi mulierem quæ fuit adeo impia, vt eo ipſo & promiſſa neglexerit, & ſic ad intempeſtiuum venerit matrimonium, trib⁹ maximis neglectui habitis, nempe veritate, & memoria defuncti, & filiorum amore, pœnis tam paruis ſubiecerunt: & eã quidem quæ ante annum luctus nupſit, & nec filiorum adhuc mater fuit, acerbe puniunt, licet filios non habeat, hoc propter ſolam facientes honeſtatẽ: mulierem autem adeo effuſam in libidinem non iiſdem pœnis ſubiiciunt, quas patiuntur quæ ante tempus luctus ad alterum declinarunt coniugium. Statuimus ergo vt quæ ſic de cætero audebunt mentiri mulieres, pręter præcedentes pœnas, eas quoque omnes ſubeãt quas prius diximus in mulierib⁹ quæ nupſerunt ante annum luctus, infamiam & reliqua omnia eis inferentes, & eis eandem quam illis dantes pœnarum ſolutionem: nempe vt & ſupplicent imperatori, & ſuorũ bonorum dimidiam partem dent filiis, ne vſufructu quidem apud eas manente: &, vt ſemel dicam, eam, propter intempeſtiuas nuptias, parem facimus ei quæ nupſit ante tempus luctus. Sed & ſi gerat tutelam filiorum naturalium, nam hoc quoq; ei dedimus, ſi tamen ad maritum venerit, & non fecerit ea quæ prius dicta ſunt, eiſdem ſubdatur pœnis. Curent autem, in prouinciis quidem præſides gentium, hic autem glorioſiſſimus Præfectus huius beatæ vrbis, ſimul cum Prætore, cui hæc pars eſt curæ, vt ſi mulier quæ gerit tutelã, velit venire ad nuptias: & pupillis pręficiatur tutor, & rationes accipiant, & quod pro adminiſtratione debet mater, id reddat.

Lib 5. tit 10. 55. conſtit. 1 & lib 6 Cod. tit 56. cõſtit. 5. & 6 tit 18. conſtit. 10.

a THEOD. Quæ ſecundo nubit, amittit prioris ſui mariti dignitatem. Lege lib. 5. Cod. tit. 4. conſtit. 10. & lib. 12. tit. 1. conſtit. 13.

b Mater quæ vult & prætendit, educet ſuos filios, modo ne nubat ſecũdo. Hoc intellige ſi morte ſolutum fuerit matrimonium. lege lib 5. Cod. tit. 19. conſtit. 1. & 2. Nam ſi diuortio ſolutũ fuerit matrimonium, tunc filii manent apud eum qui non dedit cauſam ſolutioni. vt vult 117. nouella. lege autem 1. quoq; conſtit. prius dicti tit. 5. lib. Cod.

c Maritus conſtante matrimonio ne det dotem vxori ſine iuſta cauſa. Hoc enim faciens videtur ei donare: & dos rurſus ab eo exigitur cum fructib⁹ interea perceptis lege lib. 5. Cod. tit. 12. cõſtit. 29 & tit. 19. conſtit. 1. Poteſt maritus poſt mortem vxoris exigere dotem ſibi promiſſam, videlicet intra ſolos decem annos, vt dicit nouella 155.

d DOROTHEI. Mulier quæ gerit tutelam ſuorum filiorum, iuret ſe non iterum nupturam. Sed ſi venerit ad ſecundas nuptias, tutorem petat ſuis filiis, & redditis rationibus impleat quæ debet ex tutela. Scias autẽ quod id quod de iuramento dictum eſt, eſt abrogatum. Non enim iurat hodie mater ſe non ſecundo nupturam. Sed ſi ſecundo nupſerit, excidit à tutela. lege enim 118. nouellam. & 151. lege etiam lib. 5. Cod tit. 41 conſtit. 3. & 6 Mulier quæ filiorum ſuorum gerit tutelam, ſi nupſerit, tenetur pœnis conſtitutis aduerſus eam quæ nubit ante finitum tempus luctus: & bona eius dantur in hypothecam, & etiam bona ſecundi mariti, filiis ſuſceptis ex prioribus nuptiis & nec filio quidem ſuo impuberi ſuccedit. Eadem autem locum habent etiam ſi naturalium filiorum tutelam gerens mater iterum nupſerit. Lege 94. & 155. nouellam. lege autem lib. quoque 2. Cod tit. 34. conſt. 2. de ſucceſſione impuberis & lib. 5. Cod. tit. 31. conſt. 11. de naturalibus.

a Placet autem nobis Zenonis quoq; piæ memoriæ conſtitutio, quę vult vt ſi iuſſus ſit pater dare filio ſuo legatum in diem vel ſub conditione, de dandis legatis non alias exigatur cautio, quam ſi pater venerit ad ſecundas nuptias: ſit enim hæc quoq; pœna iis qui ſecundum contrahunt matrimonium. SED *b* & ſi quis in religioſiſſimorum clericorum ſit numero, eorum, inquam, qui ſunt ſupra lectorem aut cãtorem, vxorem omnino duxerit: eum ex noſtra conſtitutione iuſſimus & volumus excidere

cap. 41.

cap. 42.

excidere à ſacerdotio. Si vero cum eſſet lector, & vxorẽ duxiſſet, deinde
propter inexcuſabilẽ aliquam neceſſitatem venerit ad ſecũdas nuptias,
non amplius aſcendet ad maiora munera ſacerdotii: ſed illic manebit a-
pud vxorẽ, vt qui profectui ad meliora illius ſtudium prętulerit. Sed & Quære c. 5. tit. 1. c. 31. 32.
ſi cum eſſet priuatus, ad hypodiaconi vel diaconi vel presbyteri ordinẽ
venire voluerit, deinde apparuerit eum habere vxorem quæ non ex vir-
ginitate ei fuit coniuncta, ſed quæ vel à viro diuerterat, vel alias non le-
gitime cum eo ab initio conuenerat, vel etiam ipſe venerit ad ſecundas
nuptias: non aſſequetur ſacerdotium. Sed & ſi clam ſit id conſecutus: o-
mnino ab eo excidet.

a THEOD. A viro qui ſecundum contrahit matrimonium, exigit filius eius cautionem legatorum ſeruandorum cauſa. Si enim ſecundum non contraxerit matrimonium: non exigitur ab eo hæc cautio. lege lib. 6. C. tit. 54. conſt. 1. 2. 4.

b Clericus qui ſecundum contrahit matrimoniũ, amittit clericatum. lege lib. 1. C. tit. 3. conſtit. 44. & 6. & Nouella 128. Lector qui ſecundum contrahit matrimonium, non promouetur ad ordinem. Lege Nouellam 123. Digamus non ordinatur, etſi viduam habet ſterilem. Quod ſi etiam ordinatus hoc fecerit, à clero excidit. lege lib. 1. C. tit. 3. conſt. 44. & Nouel. 123.

c. 43 QVOD autem ſequitur, res eſt quidem vetus, & quæ multas recepit
correctiones, non ſolum ab aliis, ſed etiam à nobis, nondum tamen per-
uenit ad ſummam ſui rectitudinem, quam nunc perſequẽtes, præſentia
ſtatuimus. Quę enim vocatur Iulia Miſcella, lex vetus prætexens ſtudiũ
liberorum procreationis, permittebat mulieribus, ſi maritus prohibeat,
& pro eo aliquid relinquat ne veniat ad ſecundas nuptias, viro tamen
nubere, & iurare quod hoc facit liberorum gratia, & id quod fuit reli-
ctum accipere. Et hanc quidem poteſtatem in annum dabat mulieri- Lib. 35 tit. 2. c. 62. 72.
bus: eo autem præterito ſi volebat accipere quod fuerat relictum, non
alias licebat mulieribus hoc accipere, quam ſi darent cautionem, quod
non eſſent venturæ ad ſecundas nuptias. Cæterum hanc adiectionem Lib. 35. tit. 1. c. 7. 12. 15.
non inuenit ipſa Iulia Miſcella, ſed Quintus Mutius Scæuola hoc antea
conſtituit, qui in omnibus quæ dicta ſunt de rerum prohibitionibus ta-
les excogitauit cautiones. Nos ergo videntes multas nunc mulieres, de-
ſiderio nuptiarum, non propter liberorum procreationem, ſed propter Lib. 35. tit. 1. c. 7. 12. 73.
naturæ neceſſitatem, & iurare & nubere, & defunctorum trãſgredi vo-
luntatem: ſtatuimus in primis eſſe medẽdum parti diuiniori, & eis pro-
hibere periurium, & non concedere vt ea ſubeant iuramenta, propter
quæ eſt omnino propenſio ad periurium. Nam nec illi legi adiectum
fuerat, oportere mulieres quæ carent liberis, hoc iurare iuramẽtum: ſed
iis etiam quę habebant liberos, proponebatur iuſiurandum, quod Deo
ſimul & animę defuncti erat moleſtum. Atqui in promptu quidem erat
periurium: liberorum autem procreatio repoſita erat inter munera for-
tunæ. Quoniam ergo nos hoc lege ſanximus, eorum iuramẽtum tollen- Lib. 6. tit. 40. c. 2.
tes, & eam permittentes acceptionem: animaduertimus quod in vtriſ-
que rebus à nobis prætermiſſum eſt, oportere defuncti quoque animæ
mederi. Quamobrem præſentem legem ferimus. Non enim volumus
morientium voluntates, quæ nihil habent abſurdi, intercidere. Nam ſi
diceremus quidem, oportere mulierẽ omnino cum maritus iuſſerit ne
nubat, hoc ſeruare, haberet forte lex aliquid acerbitatis: nunc autẽ cum
adſit ſecundum, vt ſi velit nubere, non capiat id quod eſt relictum, eſt
extremæ abſurditatis, defuncti voluntatem deſpicere, quæ ſic periclita-

Digitized by Google

li eſt omnino obnoxia periculo. ¶ Sed ſi exiſtat proles, & lex viderit filios v. 1
contemptui habitos: tum eã priuat omni liberalitate quæ ad ipſam per-
uenit à marito, quod attinet ad partẽ dominii, ei ſolo relicto vſufructu.
Quære rẽpus in primo cap. 9 tit. Quære li. 51. tit. 1. c. 10. ¶ Et hæc lege cõſtituantur & in donatione ante nuptias, & in omni alia v. 2
liberalitate, ſiue in vita ab ea facta à marito, aut etiam ex teſtamẽto, aut
donatione cauſa mortis: ſiue ſit pars inſtitutionis, ſiue legatum. ¶ Et, vt v. 3
dicam generaliter, eam deficiet omnis modus proprietatis in iis quæ ad
eam venerunt à priori marito, & ea accipient filii, & penes eos ſtatim e-
rit proprietas eo tẽpore quo mater habitauit cum alio. ¶ Sintq; hæ com- v. 4
munes pœnæ mulieris & mariti. Nam ſi ille quoq; habẽs filios eis ſecun-
dam vxorem ſuperduxerit, non fruetur lucris quę proficiſcuntur ex do-
te ratione proprietatis: non aliam ab vxore acceptã liberalitatem firmã
habebit & ſtabilem, niſi quatenus dum viuit, ei licebit vti frui. Nam hic
quoq; filii, etſi ſint in poteſtate, erunt tamen eorum in proprietate do-
mini, vt quæ ad eos ſtatim accedant cum ſecunda vxoris coniunctione.
¶ Nec intereſt quod attinet ad dotẽ & donationem ante nuptias, an ipſi v. vlt.
eam pro ſe dederunt qui contraxere nuptias, an aliqui alii pro ipſis hoc
fecerunt, ſeu genere cõiuncti, ſeu extranei. & ſi [b] videatur donatio ante
nuptias quodammodo eſſe ſuſcepta in dotem. ID tamen quod eſt con- c. 24.
ſtitutũ de lucris quæ perueniunt ad eos qui contraxere nuptias, ſic quo-
que ratum erit & validum. Fietq; lex eorum adeo certa cuſtos, vt in iis
nullam alienationem nec hypothecam permittat parentibus: ſed & ſi
quid fecerint parentes, eorum bona ipſis ſtatim oppignerat. non vt qui
ſunt in poteſtate, prohibeant parentibus ne faciant quod velint. Lex e-
nim erubeſcit caſtigatores filios adhibere parentibus: ſed vt illi erube-
ſcant. Minatur autem iis qui accipiunt, quod acceptum nihil eis prode-
rit. Sciant autem ex hac lege, quod ſi ab id genus parentibus vllam fece-
rint emptionem, & ſi acceperint donationem, & ſi quid ex omnibus fe-
cerint: id quod fit, perinde erit ac ſi nihil factum eſſet aut ſcriptum. ¶ Ea v. vindicabunt.
enim omnino vendicabunt filii, eorumq; hæredes & ſucceſſores, ab a-
liorum hæredibus & ſucceſſoribus non alias excluſi, quam ſi triginta an-
norum tempus præterierit, & detentio fecerit dominos eos qui accepe-
runt, incipiente tempore currere filiis ex quo apparuerit eos eſſe vel fuiſ-
ſe ſui iuris: niſi ſi quis adhuc ætate impubes opem tulerit.

[a] THEOD. Parentes qui liberis ſuſceptis ſecundum contrahunt matrimonium, habent ſolum vſumfructum eorum quæ lucrantur ex primo matrimonio. Nam ſi eorum aliquid alienauerint, vendicatur: niſi triceſimus annus præterierit ex quo ſui iuris facti ſunt filii aut nepotes qui eadebebant vendicare. Lege lib. 5. C. tit. 9 c. 3. & 8. & lib. Cod. tit. 40. conſt. 11. Similiter autem legiſti etiam in 2. Nouella. Et ſcio quod hoc quoq; procedit in iis qui ſecundum non contraxere matrimonium. nam ipſi quoq; habent vſumfructum lucrorum matrimonialium. Lege 98. Nouellam. Cæterum qui ſecundas non contrahunt nuptias, habent præter vſumfructum vnius quoque filii partem in proprietate: vt oſtendit Nouella 127. In hoc ergo differunt ab iis qui ſecundum matrimonium contrahunt.

[b] SCHOLIVM Euſtathii magiſtri Romani. Erat olim hic mos in nuptiis, vt maritus ante matrimonium res donaret vxori, vxor vero eas res accipiens, marito traderet tanquam in dotem, cum aliis rebus quæ ab ipſo dabantur in dotem. Hoc eſt ergo quod dicit Nouella. Licet donatio ante nuptias videatur in dotem induci à muliere, & tanquam dos ſuſcipi à marito, filiis tamen ſeruetur à matre tanquam bona paterna. Hoc accepit Nouella à ſecundo lib. Cod. tit. 9. conſt. 6.

[a] VENient autem eiuſmodi lucra ad omnes filios ſuſceptos ex priori- c. 25
bus nuptiis: neque enim permittimus parentibus nõ recte introductam
in eos oſtendere electionem: neque vni quidem ex filiis dare, alterum
vero

Digitized by Google

vero habere contemptui. Omnes enim ſecundis nuptiis fuerunt ſimiliter ſpreti. Alioqui ſi cum omnium filiorum ſunt parentes ſimiliter hæredes: cur non ipſi quoque in omnes, quod ad id attinet, ſe ex æquo gerunt, ſed alios quidẽ eligunt, alios vero deſpiciunt? Quamobrem id ſinguli lucrentur pro portione: & ſi habeat filios, id ad eos tranſmittat. Illi vero hoc in aliis diuidant, ipſi quidem habita ratione ſui numeri, non autem excedentes partem patris.

a Theod. In lucris matrimonialibus non poſſunt parentes vnũ filium alteri præferre. Quinetiam filii quoque defuncti filii ſubeunt perſonam patris ſui. Memento 2. Nouellæ. & lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 5. quæ quidem fuit innouata ab ea quæ eſt propoſita. Dicit enim quod filiis vt vult diſtribuit lucra matrimonialia quæ ea lucratur perſona. l. generali. diuidendi. C. de ſecund. nupt.

cap. 26. in princ. a Qvoniam autem pronuntiauimus irritas quæ à parentibus factæ ſunt in his alienationes, oportet ſubtiliorem rei ordinem imponere. Nam ſi omnes quidem filii ſunt ſuperſtites qui nati ſunt ex prioribus nuptiis, & prius eis deceſſerit parens: irrita omnino manebit alienatio,
v. ſi vero. vt à nobis prius dictum eſt. ¶ Sed ſi omnes deceſſerint, & res eo rurſus redacta ſit vt nulli ſint filii, tunc ex euentu ratum erit ac validum quod eſt alienatum. Quis enim hoc euerterit, ſi non exiſtant filii quibus ſolis [Dicit id quod eſt in 2. Nou. Quære in 5. Baſilicõ tit. 2. c. 27.]
v. ſed hic. hoc ſeruauimus? ¶ Sed nos b nuper quædam ſubtilis & accurata ſubiit cogitatio, curioſe inquirens id quod eſt medium inter vtrunque caſum. Nam quoniam ſi omnes quidem filii exiſterent, prior autem deceſſiſſet is qui genuerat, nulla pars ei relicta fuerat ex iis quæ lucrifacta fuerant: ſi omnes autem deceſſiſſent, totum ad eam reuertebatur: ſtatuimus medium quendam ordinem rei excogitare: nempe vt ſi cum ſint plures filii, vnus deceſſerit: ſi habeat quidem filios, illis deferatur hæreditas, vt ſæpe diximus. Si autem non habeat filios, non omnino totum deueniat ad fratres, ſed quod habuiſſet genitor ex pacto ſi non fuiſſent filii, id ipſe lucretur: reliquum autẽ concedãt venire ad ſucceſſores filii, ſiue fuerint fratres, ſiue forte extranei: quod quidem maxime accidit in c matre, ſiue ſuas facultates diſpoſuerint, ſiue inteſtati deceſſerint. Et hoc nos noſtra lege ſcripſimus, cum id ipſi primi excogitaſſemus & inueniſſemus & benigne conſtituiſſemus, vt hic quoque ſiquando parens prius alienauerit quam veniat ad alias nuptias, deinde vnus ex filiis deceſſerit, eatenus ſolum rata ſint quæ ſunt alienata, quatenus reducuntur ad pactum ſi non ſint liberi. Nam quod attinet ad alias partes quæ veniunt ad hæredes filii, erit omnino irritum. Quamobrem ſi facta fuerit alienatio, res manebit in ſuſpenſo, vt quę mutetur cum caſibus qui deinceps accidũt, aut ab initio quidem perfecte irrita & inualida alienatione: aut perfecte valida, aut partim quidem valida, partim autem inualida. [Lege 14. conſtit. 9. tit. li. 5.]

a Theod. Parentes poſſunt alienare ea quæ ſunt lucrifacta, ſi eorum filii prius deceſſerint, non habentes ſcilicet alios ſucceſſores Nam ſi habent, alienant ſolum quod ad eos venit ex pacto, ſi non ſint filii Memento 2 Nouellæ. Lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 3. & 5.

b Theod. Si vnus ex filiis deceſſerit ſine liberis parens quidem ſuperſtes qui ſecundum contraxit matrimonium accipit ſolum partem quę venit ex pacto, ſi non exiſtant filii: reliquum autem veniet ad ſucceſſores ipſius filii, ſiue ſint fratres, ſiue extranei. Memento 2. Nouellæ

c In patre enim, cum filius ſit in eius poteſtate, & ne de acquiſitis quidem bonis poſſit teſtari, non eſt hæres extraneus. Nota autem quod propterea quod mater non habet filios in poteſtate, vocatur perſona extranea. Sic autem intellige. ſi diuortio ſeiuncta ſit à marito: tunc enim viuens vocatur cum filiis ad hæreditatem filii defuncti, ſi maritus contrahat ſecundum matrimonium. Nam ſi factum non fuiſſet diuortium, omnino non ſolutum eſſet matrimonium, niſi ſola morte: ſed facto diuortio, merito quoque mater ſuccedit, vt quæ ſit ſuperſtes.

Digitized by Google

c.18 autem ratione partis defuncti. QVONIAM autem legibus quæ hucuſq; latæ ſunt, eſt indiſtinctum quando oporteat cõſiderare id quod eſt amplius, an tempore dationis, an tempore ſolutionis matrimonii: nobis viſum eſt optimum obſeruare tempus mortis eius qui ſecundum contraxit matrimonium. Nam ſcribunt quidem homines etiam plura iis quæ habent. Quæ autem accidunt, etiam contraria euenta omnino efficiunt. Similiter lib. 1. Inſt. tit. 6. Quamobrem ne in his erremus, illud tempus eſt conſiderãdum, quo decedit is qui ſecundum contrahit matrimonium, & ex eo ſumenda eſt proportio: & ex eo id quod eſt amplius conſiderando, auferre oportet id quod exuperat, & attribuere filiis, non conſiderata datione aut ſcriptura quæ fuit ab initio, ſed euentu.

a THEOD. Quæ lucrifacta ſunt à parentibus occaſione matrimonii, eorum filii ex æquo capiunt, etiam ſi non ſint hæredes ſuorum parentum, niſi ſint ingrati. Hoc didiciſti etiam ſuperius. Lege lib. 5. Cod. tit. 9. conſtit. 6. & 7.

b Perſona quæ habens filios ſecundas cõtrahit nuptias, nullo modo dat ex ſuis bonis in dotem aut donationem ante nuptias pluſquam partem quæ competit vni ex filiis qui habet minimam: habentibus ſcilicet ipſis filiis partem legitimam: repulſis tamen iis qui inter eos ſunt ingrati. Sciendum eſt autem quod bona eius qui conſcribit dotem aut donationem ante nuptias, conſiderãtur in morte eius qui prior deceſſit: ſed & quantitas eorum quæ tradit. Lege lib. 5. Cod. tit 9. conſtit. 6. 9. 10. Nec te lateat 13. conſtit eiuſdem tit. & lib. quæ diſtinguit quæſtionem. Lege etiam 18. conſtit.

c.29. in pr. SED a nec illud eſt nobis prætermittendum, quod recte habere ſtatuit piæ memoriæ Theodoſius minor, dicens quod ſi mulier ſuſceptis Lib. 5 c. tit. 9 conſt. 4. liberis ad ſecundum venerit matrimonium, & ex eo illi alii nati ſint filii, & deinde ſecundus quoque maritus deceſſerit, res quidem eius proprias accipient filii qui nati ſunt ex vtriſque matrimoniis, ſi mater deceſſerit inteſtata, ex æqua & ſimili diſtributione. Donationem autem ante nuptias ſui patris accipiet vtraque proles. & filii quidem primi matrimonii in ſolidum lucrabuntur illius donationem: qui ex ſecundis autem nati ſunt ſeminibus, in ſolidum quæ ex illo facta eſt fruentur liberalitate, etiamſi illa ad tertium non venerit matrimonium. Quid enim hoc proderit prioribus? Quid autem inuident priores filii ſecũdis, ſi nõ illi quoque tertiis nuptiis affecti ſunt iniuria? Et, vt ſemel dicam, vnaquęque proles accipiat ſui parentis donationẽ ante nuptias. & ſi omnino primi filii acceperint propter ſecundas nuptias, ſecũdi quoque eam omnino habeant, ſi quæ ſecundo nupſit, non peruenerit ad tertias nuptias, vt in hoc non videantur eſſe deteriori conditione quam fratres.

v. Ex rer. ¶ Ex rerũ autem conſequentiã, idem ſeruetur etiam in patribus qui ſecundum contrahunt matrimonium. Et filiis quidem natis ex priori matrimonio, propter ſecundas nuptias ſeruetur dos lucrifacta: ſecundis autem, quæ ex ſecundis, ſi pater non peruenerit ad tertias nuptias. §.1 ¶ Reliqua autem quæ in his lucrifecit pater ex ſecundis nuptiis, ex legato forte vel fideicommiſſo, nõ tamen ad tertias peruenerunt nuptias, eã commixta eorũ bonis & non à tertiis labefactata nuptiis, apud eos maneant immobilia, & ad ſuas tanquam proprias veniant ſucceſſiones, & à ſuperſtitibus quomodo velint adminiſtrentur.

c.30 QVoniam autem de lucris quæ finiunt in caſum per mortẽ ſolutionis, ex orationis conſequentia breuiter cõſtituimus: illud quoque addimus, quod quæcunq; lucrifecerint parentes diuortio ſoluto matrimonio, ſiue bona gratia, ſiue aliter miſſo repudio, ſiue occaſione dotis, ſiue

Digitized by Google

donationis ante nuptias, ea inſtar lucrorum quæ ex morte procedunt, omnia ſeruentur filiis: ¶ nec refert cuius culpa diuortio ſolutum fuerit matrimonium. ¶ Quomodocunq; enim res ſe habeat, in illis quoq; ſeruatur quod lucrifactum eſt filiis ſuſceptis ex illis matrimoniis ex quibus nati ſunt filii, ſiue primæ nuptiæ diuortio ſint ſolutæ, ſiue etiam ſecundæ, ſi non ſit conſecutum tertium matrimonium. v. Et non v. quocunque.

a THEOD. Si ſint filii ex primis & ſecundis nuptiis, dotem quidem vtriuſque matrimonii ſoli accipiunt præcipuam qui ex eo matrimonio nati ſunt perſonę autem quæ ſecundo nupſit, ex æquo ſuccedunt omnes qui nati ſunt ex primo & ſecundo. Quod dictum eſt autem, locum habet etiam in omni ſolutione matrimonii, & indotatis. Lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 4.

Lib. 5. C. tit. 3. conſt. 19. DE [a] dotium quidem vel donationum ante nuptias augmentis vel diminutionibus, dictum eſt quidem aliquid in legibus anterioribus: à nobis autem id eſt effectum perfectius. ſiquidem etiam conſtante matrimonio donationes propter nuptias non ſolum augeri, ſed etiam ab initio dari iuſſimus: & quemadmodum augeri conceſſimus, ita etiam diminui, iis qui cōuenerunt volentibus, permiſimus. ¶ ſed hanc diminutionem, ſi ſecundæ factæ ſint nuptiæ, non permittemus. ne offendamus conſtitutionem Leonis piæ memoriæ, quando ſuſcepti fuerint filii ex priori matrimonio. Si enim immenſam dotem aut donationem ante nuptias dederit parens, aut aliquid aliud ſit elargitus, deinde cum animaduertiſſet quo lex tendat, id quod factum eſt contraxerit, & dotem diminuerit, vel donationem ante nuptias: non [b] lucrifacient filii id quod datum eſt, ſed liceat aut vitrico aut nouercæ lucrari; filiis in hoc nulla affectis iniuria. SI autem [c] ſolum rerum vſumfructum vel maritus vxori, vel vxor marito dederit in vltima voluntate: quæ ante nos quidē erat lex dicebat, quod ſi ad ſecundas venerit nuptias vel pater vel mater, relictum vſumfructum ſtatim amittit, ſicut etiam antea amittebant dominium: & is ſtatim reſtituebatur filiis. Si eſſent autem forte filii impuberes, etiam cum fructibus interim perceptis. hoc enim legi viſum eſt, nobis autem non valde placuit: ſed volumus, vt ſi datus ſit vſusfructus, vel ex liberalitate aut donationis factæ cauſa mortis, aut etiam inter viuos in iis quæ licet donare, relictus ſit, & qui accepit venerit ad ſecundas nuptias: ſic quoq; maneat vſusfructus donec fuerit ſuperſtes is qui habet cum vſumfructum: niſi is qui, vt dictum eſt, fecit donationem, vel eum reliquit, ſeu maſculus ſeu fœmina, expreſſe dixerit, ſe velle, ſi ad ſecundas venerit nuptias is qui accepit vſumfructum, vt is ſoluatur, & ad ſuā redeat proprietatem. Sed hęc quidem dicimus de iis quæ data ſunt ex liberalitate. SED ſi in dotem aut in donationem ante nuptias rerum datus fuerit vſusfructus: nihil omnino innouamus: ſed firma ſint ac valida quæ iam ſunt conſtituta, & maneant apud eos qui acceperunt quandiu ſunt ſuperſtites: etiam ſi millies contrarium voluerint defuncti. Lucrum enim quod à lege datum eſt, priuatus omnino non poteſt auferre.

c. 31 · v. Sed hoc · c. 32. · c. 33.

Lib. 5. C. tit. 3. conſt. 5. & 19. & tit. 6. conſt. 9.

l. 1. 5. C. tit. 10. conſt. 1. Nēpe 1 & 40. conſt. 15. tit. lib. 5. C. quæ propterea quod ſunt abrogatæ, non ſunt ſitæ in Baſilicis.

a THEOD. Conſtante matrimonio poſſunt augeri & minui quæ data ſunt, non etiam dari ab initio, niſi ſecundum matrimonium impediat diminutionem eorum quæ data ſunt, cum ſcilicet vni ex coniunctis matrimonio exiſtunt filii ſuſcepti ex prioribus nuptiis. Didiciſti enim, quod qui ſecundum contrahit matrimonium, habens filios ex priori, non dat plus quam id quod competit vni ex filiis ſuſceptis ex priori matrimonio. Lege lib. 5. C. tit. 3. conſtit. 19. vbi dicit poſſe augeri & minui quæ data ſunt conſtante matrimonio.

b Illud non lucrifacient, nec intellexeris enuntiatiue. ſed ſic. Si diminutio cenſeretur permiſſa exiſtentibus primis filiis, circunſcriberentur filii, & nullum lucrum hinc ad eos rediret.

Si

c Si alter coniugum alteri reliquerit alicuius rei vſumfructum, ne ſecundæ quidem nuptiæ eum ſoluunt, niſi is qui reliquit, dixerit vſumfructum ſolui ei quæ ſecundo nubit. Sed ſi fructus inuentus fuerit pars eorum quæ data ſunt in dotem aut donationem ante nuptias, tunc ne ſoluitur quidem: etiam ſi is qui reliquit, eum ſolui iuſſerit, quandiu eſt ſuperſtes ille cui competiit. Lege lib. 3. C. tit. 33 c. 6 & lib. 5. tit. 10. conſt. 1.

c. 34 [a] QVONIAM autem omnino fecimus mentionem legum quæ tractãt de vſufructu, bonum eſt illud quoque legi admiſcere, quod antea dictum eſt in quibuſdam conſtitutionibus, nempe quod omnium quę ad filium perueniunt, ſiue ex materna linea, ſiue ex filiorũ cauſa matrimoniali, ſiue aliunde: pater habet vſumfructum, etiã ſi venerit ad ſecundas nuptias. Eorum enim vſumfructum manere & non amitti quandiu vixerit, volunt etiam omnes quæ ante nos fuere leges, & in maternis & in
v. caſtrẽſ. aliis omnibus. ¶ Caſtrenſium autem & quaſi caſtrenſium peculiorum
c. 35 excipiatur ratio, & quorundam aliorum. [b] MATER autem quæ filio ſuo ex ſuis bonis aliquid donauit, ſi venerit ad ſecundas nuptias, non poteſt prætextu ingratitudinis reuocare quod dictum eſt. Non enim videtur ſincera mente obiicere ingratitudinem, ſed de ſecundis nuptiis cogitãs ad hunc prætextum venire præſumitur: niſi aperte probetur filium aut ipſi matris vitæ fuiſſe inſidiatum, aut impias manus in eam immiſiſſe, aut de auferendis omnibus eius bonis aduerſus eam aliquid egiſſe.

Lib 35 tit. 2. conſt. 15 c. 9. Lib 6. tit. 24. conſt. 6.

Lib 11 de [illegible] cap. 1. c. 10 [illegible]

a THEOD. Eorum qui filiis quomodocunq; competunt ad acquiſitionem, vſus quidem pertinet ad patrem eorum, etiam ſi ſecundum contrahat matrimonium, exceptis caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus: dominium autem ſeruatur ipſis filiis. Lege lib. 6. C. tit. 61. conſtit. 6. 8. 11. & lib. 8. tit. 46. conſt. 1. *b* Mater quæ donat filio, ſi ſecundas contraxerit nuptias, non aufert ei quod donatum eſt, nec tanquam ab ingrato quidem: niſi ipſe aut vitæ aut bonis eius vniuerſis fuerit inſidiatus, aut eam verberauerit. Lege lib. 8. Cod. tit. 55. conſtit. 2. & 9.

c. 36 NON [a] concedimus mulieribus quæ ad ſecundum veniunt matrimonium, priorum coniugũ adhuc velle frui dignitatibus & priuilegiis: ſed ad quem poſt primũ venere matrimonium, illius diligant animam. Quæ enim eſt oblita priorum, ei priora rurſus nequaquam opem tulec. 38 rint. CVM [b] autem cuiuſdam imperatoris illud quoque inueniſſemus, dignum cenſuimus quod referremus in partem noſtrarum legũ: quod quoniam viſa eſt mater omnium fideliſſima ad educationem filiorum,
c. 39 hoc quoque dat ei lex, niſi venerit ad ſecundas nuptias. [c] DOTES autem quas acceperint mariti, non prompte dabunt vxoribus adhuc conſtante matrimonio, prętèrquam ex cauſis quas lex enumerauit. Alioqui ſi quid fecerint eiuſmodi: eo ipſo id quod fit, videtur eſſe inſtar donationis. Et ſi deceſſerit mulier, à maritis qui eas intempeſtiue dederunt vxoribus, exigent vxorum hæredes, ipſi, & eorum hæredes, & in lucrum habebunt prout eſt conuentum. Et ſi mariti venerint ad ſecundas nuptias: ea nequaquam alienabilia ſeruabunt ſuis filiis. Hoc autem eſt generaliter conſtitutum. Sed ſi coniuges dotes non acceperint adhuc conſtante matrimonio: etiam poſt mortem vxorum ex lege eas acci-
c. 40 pient ab hæredibus, ſicut vult ſcriptura inſtrumenti dotalis. SI [d] autem filiorum ſuorum ſit tutrix mulier: clarum eſt quod ſi cum eſſent impuberes, iurauerit ſe ad ſecundas non venturam nuptias, deinde & priori cubili & promiſſis contemptis, venerit ad ſecundum maritum, non prius petitis & redditis rationibus, & quidquid hinc debet, exoluto: non ſolum lex concedit filiis vt eius bona habeat in hypothecam, ſed etiam eius qui eam duxit vxorem, in hypothecam bona deducat. Ipſaque ro-

Digitized by Google

excidere à ſacerdotio. Si vero cum eſſet lector, & vxorē duxiſſet, deinde propter inexcuſabilē aliquam neceſſitatem venerit ad ſecūdas nuptias, non amplius aſcendet ad maiora munera ſacerdotii: ſed illic manebit apud vxorē, vt qui profectui ad meliora illius ſtudium prętulerit. Sed & ſi cum eſſet priuatus, ad hypodiaconi vel diaconi vel presbyteri ordinē venire voluerit, deinde apparuerit eum habere vxorem quæ non ex virginitate ei fuit coniuncta, ſed quæ vel à viro diuerterat, vel alias non legitime cum eo ab initio conuenerat, vel etiam ipſe venerit ad ſecundas nuptias: non aſſequetur ſacerdotium. Sed & ſi clam ſit id conſecutus: omnino ab eo excidet. Quære c. 3. tit. 1. c. 31. 32.

a THEOD. A viro qui ſecundum contrahit matrimonium, exigit filius eius cautionem legatorum ſeruandorum cauſa. Si enim ſecundum non contraxerit matrimonium: non exigitur ab eo hæc cautio. lege lib. 6. C. tit. 54. conſt. 1. 2. 4.

b Clericus qui ſecundum contrahit matrimoniū, amittit clericatum. lege lib. 1. C. tit. 3. conſtit. 44. & 6. & Nouella 128. Lector qui ſecundum contrahit matrimonium, non promouetur ad ordinem. Lege Nouellam 123. Digamus non ordinatur, etſi viduam habet ſterilem. Quod ſi etiam ordinatus hoc fecerit, à clero excidit. lege lib. 1. C. tit. 3. conſt. 44. & Nouel. 123.

c. 43 QVOD autem ſequitur, res eſt quidem vetus, & quæ multas recepit correctiones, non ſolum ab aliis, ſed etiam à nobis, nondum tamen peruenit ad ſummam ſui rectitudinem, quam nunc perſequētes, præſentia ſtatuimus. Quę enim vocatur Iulia Miſcella, lex vetus prætexens ſtudiū liberorum procreationis, permittebat mulieribus, ſi maritus prohibeat, & pro eo aliquid relinquat ne veniat ad ſecundas nuptias, viro tamen nubere, & iurare quod hoc facit liberorum gratia, & id quod fuit relictum accipere. Et hanc quidem poteſtatem in annum dabat mulieribus: eo autem præterito ſi volebat accipere quod fuerat relictum, non alias licebat mulieribus hoc accipere, quam ſi darent cautionem, quod non eſſent venturæ ad ſecundas nuptias. Cæterum hanc adiectionem non inuenit ipſa Iulia Miſcella, ſed Quintus Mutius Scæuola hoc antea conſtituit, qui in omnibus quæ dicta ſunt de rerum prohibitionibus tales excogitauit cautiones. Nos ergo videntes multas nunc mulieres, deſiderio nuptiarum, non propter liberorum procreationem, ſed propter naturæ neceſſitatem, & iurare & nubere, & defunctorum trāſgredi voluntatem: ſtatuimus in primis eſſe medēdum parti diuiniori, & eis prohibere periurium, & non concedere vt ea ſubeant iuramenta, propter quæ eſt omnino propenſio ad periurium. Nam nec illi legi adiectum fuerat, oportere mulieres quæ carent liberis, hoc iurare iuramētum: ſed iis etiam quę habebant liberos, proponebatur iuſiurandum, quod Deo ſimul & animę defuncti erat moleſtum. Atqui in promptu quidem erat periurium: liberorum autem procreatio repoſita erat inter munera fortunæ. Quoniam ergo nos hoc lege ſanximus, eorum iuramētum tollentes, & eam permittentes acceptionem: animaduertimus quod in vtriſque rebus à nobis prætermiſſum eſt, oportere defuncti quoque animæ mederi. Quamobrem præſentem legem ferimus. Non enim volumus morientium voluntates, quæ nihil habent abſurdi, intercidere. Nam ſi diceremus quidem, oportere mulierē omnino cum maritus iuſſerit ne nubat, hoc ſeruare, haberet forte lex aliquid acerbitatis: nunc autē cum adſit ſecundum, vt ſi velit nubere, non capiat id quod eſt relictum, eſt extremæ abſurditatis, defuncti voluntatem deſpicere, quæ ſic periclita-

Lib. 35 tit. 1. c. 62. 72.

Lib. 35. tit. 1. c. 7. 12. 13.

Lib. 35. tit. 1. c. 7. 12. 73.

Lib. 6. tit. 40. c. 2.

Digitized by Google

tur, vt ei det libertatem & nubendi & accipiendi id quod eſt ᵃ relictum: & omnino moleſtia afficiendi priorem coniugem.

ᵃ Theod. Quæ à coniuge relinquuntur ne ſecundum contrahatur matrimonium, non exiguntur ante annum: niſi ſacerdotium ſecundas prohibuerit nuptias. Poſt annum enim ea accipit, cauens quod ſi ſecundum inierit matrimonium, ea reddet cum acceſſionibus. Sed ſi ſint quidem immobilia, iurat non diminutam eorum reſtitutionem, ſua bona pignori obligans, etſi tacite ſint obligata. Si ſunt autem mobilia, promittat reſtitutionem eorum cum fructibus, ſi ſit ſoluendo. Si ſint autem pecuniæ: reddat etiam earum quas accepit vſuras fœnerans. Sed ſi non eſt fœneratus, ſed iis vſus det tertiam partem vſuræ centeſimæ. Sed ſi non ſit ſoluendo: petatur etiam ab eo fideiuſſores. Quod ſi non ſit ei copia fideiuſſorum: iuret Sciendum eſt autem, quod ſi is ſecundum contraxerit matrimonium: ab eo vendicantur quæ ei relicta ſunt hac lege ne ſecundas nuptias cõtraheret. Et ſi ſint quidem pecuniæ, & fideiuſſores non habeat & facultates, dat tertiam partem vſuræ centeſimæ. Quæ autem dicta ſunt, locum habent non ſolum in iis qui inter ſe ſunt iuncti matrimonio, qui ſibi inuicem res aliquas legant ad hoc ne veniant ad ſecundas nuptias: ſed etiam in extraneis qui aliquibus legant ſub hac conditione. Scias autem quod in huiuſmodi legatis tractatur etiam de rebus fortuitis ſecũdum veteres de iis leges. Ne te lateat, quod qui relinquit eiuſmodi legatum, poteſt remittere dictam de eo cautionem. lege lib. 6. Cod. tit. 31. conſtit. 1, & 3 & tit. 46. conſtit. 4. & tit. 54. conſtit. 2. & 7. Et ſcias quod dicit nouella 183. quod quæ relicta ſunt alicui ſub conditione matrimonii vel liberorum procreationis, ſoluuntur, ſi ordinatus fuerit vel vitam ſuſceperit monaſticam.

Quamobrem ſancimus vt ſi quis prohibuerit vxorem venire ad al- cap. 44
terum coniugium, aut etiam vxor maritum (idem eſt enim vtrun- in pr.
que) alterum ex iis elegit, vel venire ad nuptias & renunciare acceptio-
ni: ſed ſi hoc nolit, ſed honorat defunctum, omnino abſtinere à
ſequentibus nuptiis. ¶ Sed ne res ſit in ſuſpenſo, & poſt multos forte an- §. 1
nos redeat exactio, propterea nobis recte habere viſum eſt rẽ definire:
& intra annum quidem non eſſe omnino petitionem eius quod fuit
relictum, niſi ſuperueniens ordo ſacerdotii alteri perſonæ det ſtatim ac-
ceptionem, vtpote quod non ſit amplius ſpes nuptiarum. ¶ Sed ſi cõti- §. 2
gerit anni tempus præterire, perſonæ concedimus vt capiat id quod eſt
relictum: ſed ne ſic quidem abſolute. Sed ſi res quidem ſit immobilis:
non alias eam capiat, niſi per iuſiurandum, bonis ſuis datis in hypothe-
cam, id quod etiam tacite damus ex hac lege, quod ſi venerit ad ſecun-
das nuptias, reddet id quod datum eſt quale accepit, reddens etiam fru-
ctus quos interim percepit. ¶ Si vero res ſit mobilis: ſi ſint quidẽ copioſę §. 3
facultates, perſonæ volenti accipere detur quod relictum eſt ſub eadem
cautione & iiſdem hypothecis. quod ſi ſit quidẽ aliquid aliud ex iis quæ
mouentur, tale reddet quale accepit, aut detrimẽtum reſarciet. ¶ Si ſint §. 4
autem pecuniæ: reddet etiam cum vſuris quas illinc accipere potuerit,
iureiurãdo hæredis eius qui eam † tradit. Si autem nõ eſt quidem fœne- † reddit
ratus, ſed ea vſus: reddat vſurã ex tertia centeſimæ. ¶ Sed ſi non ſit valde §. 5
diues: fideiuſſor quoque ab eo exigatur. Sed ſi non potuerit dare fide-
iuſſorem: tunc ſub iureiurando & hypotheca, vt dictum eſt, rerum ſua-
rum, capiat quod relictum eſt. ¶ Simul atq; autem venerit ad ſecundas §. 6
nuptias, id ab eo qui dedit vendicetur, apud quãcunque perſonam exti-
terit, tamquam quæ nec ei omnino dari viſa ſit. Quod quidem in omni
caſu redditionis, ſiue ſit mobilis ſiue immobilis res quæ eſt reddenda,
ſeruandum eſſe ſancimus ¶ Si autem aurum fuerit id quod eſt relictum, §. 7
non ſit autem ei copia fideiuſſoris, & nec ipſe dignus ſit cui credatur:
manebit quidem illud apud eum à quo eſt relictum. Is autem ipſi pen-
det vſuram ex tertia centeſimæ: quam tandiu ſoluet donec ille vel vene-
rit ad ſecundas nuptias, quo tempore ſolutarum quoque vſurarum red-
ditio

Digitized by Google

ditio habebit locum: vel fuerit manifeſtum eum non poſſe amplius venire ad nuptias, vel ſuſcepto ordine ſacerdotii: tūc enim ei dabit id quod relictum fuerit: vel morte. Id enim omnino accipient eius hæredes, ne

§. 8 datarum quidem vſurarum quicquam reddentes. ¶ Eandem autem inducimus obſeruationem & eandem conſiderationem, etiam ſi non ſibi inuicem coniuges reliquerint ſub ea conditione: ſed aliquis alius extraneus aut viro aut mulieri ſub hac conditione aliquid dari voluerit: fortuitis ſcilicet caſibus, in ſua natura, & iis quæ de eis ſunt legibus, conſideratis in dationibus & redditionibus. Hæc ergo ex iis quæ à nobis occaſione legis Miſcellæ factæ ſunt conſtitutionibus immutamus: alia autē ſint firma ac valida ſecundū decreta & caſus ſicut ea expoſuimus.

§. vlt. [a] ¶ Dictæ autem à nobis cautiones dentur, ſi inſtitutionis quidē ſit pars aut legatum, hæredibus vel ſubſtitutis, aut illis à quibus ea fuere relicta: ſed ſi donatio quidem cauſa mortis, omnino hæredibus. Si vero in ſolidum ſub hac conditione fuerit quis hæres inſtitutus: ſubſtitutis, ſi quidem ſint: aut omnino certe iis qui ab inteſtato vocantur ad hæreditatem, eas det cautiones: vt vndique lex habeat ſuam perfectionem, niſi forte hoc quoque permiſerit teſtator, dicens licere ei cui inſtitutionem vel ex parte vel in ſolidum reliquit: vel legatum vel donationem cauſa mortis, etiam accipere id quod fuit relictum, & nullam dare cautionē. Tunc enim ſequi oportet defuncti voluntatem: eſt enim nobis ſtudio ſeruare legitimas defunctorum voluntates.

[a] In lib. 35. tit. 1. conſt 8. nihil dixit de danda cautione ab hæredibus inſtitutis in ſolidum.

THEODORI. Dotis quidem rerum immobilium vſumfructū habet mulier etiā ſecundum cōtrahens matrimonium: & ſi filii eius prius deceſſerint, lucratur etiam dominium in caſum non exiſtentium liberorum: mobilium autem accipit vſuram tertiæ centeſimæ. Si dos autem eſt in mobilibus & immobilibus: res eligat mulier cum cautione reſtitutionis, aut vſuram. Quod vult enim faciat. Memento 2. Nouellæ, & lege lib. 5. C. tit. 9. conſt. 3. 4 5. & 11.

c. 45 QVONIAM autem paulo ante dicebamus de bonorum cuſtodia, & piæ memoriȩ Leonis ſcimus hanc eſſe conſtitutionē in ſecundis nuptiis, quod ſi mulier quæ ad eas venerit, non potuerit dare cautionem fideiuſſoribus, quod res reſtituet filiis, accipiat tertiam partem centeſimæ: nos rem adhuc pulchrius ordinauimus, iis quæ ab illo de hac re ſunt cō-

§. 1 ſtituta conuenientem inferentes ſubdiuiſionem. ¶ Sancimus ergo vt Lib. 5. tit. 9. conſt. 6. C.

quod paulo ante à nobis dictum eſt in aliqua conſtitutione: vt ſi in antenuptiali donatione res dederit quiſpiam: ſi ſint quidem omnia immobilia, eorum vſusfructus maneat apud matrem quæ venit ad ſecundas nuptias: & ipſa ea eligat & non recuſet, nec à filiis vſuram eligat pro eorum æſtimatione, ſed eorum curam gerat quantum lex concedit iis qui ſunt domini vſusfructus, & ea conſeruet ſecundum leges filiis ſuperſtitibus: aut ſi omnes deceſſerint, ſecūdum noſtram legē, eo quidem quod relictum eſt in caſum ſi non exiſtant liberi, matri: reliquo autem, filio-

§. 2 rum hȩredibus cōſeruato. ¶ Si autē vniuerſa forte donatio ante nuptias ſit in pecuniis aut aliis rebus mobilibus, tertiam vſuræ partem accipiens mater, cum iam conſtituta cautione, à filiis aurum non exigat: niſi mariti copioſæ fuerint facultates, & habeat aurum & argentum & veſtem, & ſi quid matri fuerat adſcriptum. Tunc enim matri damus optionem,

Digitized by Google

ſi velit accipere res æſtimatas, & dare quæ fideiuſſione ſit cautionem, hoc eſt, fide dignos fideiuſſores, quod eas res ſeruabit ſeu earum æſtimationem filiis ſuſceptis ex priori matrimonio: aut etiam dictam ſoluet vſuram, ex vſura, inquam, centeſimæ, ſecundum priores leges & ſecundum noſtram. ¶ Sin autem res ſint commixtæ, & donatio partim quidē cōſiſtat in pecuniis, partim autē in rebus immobilibus: immobilia quidem omnino maneant apud patrem, vt illinc habeat alimētum. In mobilibus autem ea ſeruentur quæ antea conſtituimus, ſi donationis ante nuptias omnia conſiſterent in mobilibus: prouidente vxore ne ſit negligens in immobilibus, nec ea diminuat, ſed qualia accepit reddat.

Ea 22. Nouella ſita eſt in lib. 18. tit. 14.

§. vlt.

HINC nos vocat alius tractatus, nempe de ſucceſſione filiorum, quam acceperint quæ ſecundas nuptias contraxerunt. Atque iam quidem de his à nobis ſcripta fuit lex reſcripta ad Hermogenem quondam magiſtrum diuinarum noſtrarum conſtitutionum, quę edita fuit in conſulatu glorioſiſſimi Beliſarii, qui fuit decimoſeptimo Calendas Aprilis: qua ſanximus vt matres nullo negotio vocentur ad hæreditatem filii qui nō reliquit filios, cum eius qui deceſſit fratribus: atque adeo cum vſufructu firmam quoque ac ſtabilem habeat proprietatem, ſiue ante ſiue poſt aditam hæreditatem ſecundas contraxerunt nuptias, ex illa ſublatis legibus quæ de his dicebant contraria. Hanc noſtram legem ſtatuimus nunc quoque manere ratam & validam in iis ſolis quæ iam venerunt ad ſecundas nuptias, & ſucceſſerunt aliquibus ex ſuis filiis, firmamque ac ſtabilem conſeruari etiam in tempore quod fuit ab initio: ſiue ante nuptias ſiue poſt nuptias contigerit eis deferri hæreditatem filii. ¶ In iis autem quæ poſtea veniunt ad ſecundum maritum, hæc lex nobis in præſentia decernat & conſtituat.

cap. 46. in princ.

Nouella 2.

Lib. 5. tit. 9. conſtit. 11. & lib. 6. tit. 56. conſt. 6.

v. de his.

[a] Neceſſe eſt ergo vt filius qui decedit, ſiue ſit maſculus ſiue fœmina, aut teſtatus decedat, aut inteſtatus. Cum ergo dixerimus de teſtamentis, veniemus conſequenter ad ſucceſſionem ab inteſtato. ¶ Si ergo filius legitime teſtatus, matri bona reliquerit, vel eorum partem aliquam: illa eam accipiat propter ſcripturam. Defunctorum enim volūtates ſemper ſeruari volumus: habeatque id quod relictum eſt, & in proprietate, & in vſufructu. Quemadmodum enim licebat relinquere alicui extraneo, & hæredi nihil nocuiſſent ſecundæ illius nuptiæ: ita etiam qui aut quæ matri reliquerit, ſiue inſtitutionem, ſiue legatum, recte relinquat, & in proprietate, & in vſufructu: ſiue ſit [b] ex rebus extrinſecus ei aduenientibus, ſiue ex paternis, fratribus nihil valentibus ad hoc contradicere. ¶ Si autem filius deceſſerit inteſtatus, cum mater iam veniſſet ad ſecundas nuptias, aut etiam poſtea veniat: vocetur quidem ipſa quoque cum fratribus filii, aut etiam cum filiis fratris, perſonaliter ſcilicet poſt noſtram conſtitutionem, ab inteſtato ad illius ſucceſſionem. Sed quæcunque quidem ad filium ex bonis paternis peruenerunt, eorum ſolum habeat vſumfructum, ſi omnino ad ſecundas aut ante aut poſt venerit nuptias: Ad reliqua autem omnia bona, quę extrinſecus habebat filius prętcr patris ſucceſſionem, veniat ſecundum noſtram quam ſtatim dicemus vocationem, quæ ipſa quoque indiget aliqua correctione. Et hæc dici-

§. 1

§. 2

dicimus in rebus quæ ſunt extra donationem ante nuptias. Nam quæ de illis à nobis ſunt conſtituta, & præterea à Leonis piæ memoriæ conſtitutione, integra conſeruamus, in quibus mater ſolum habebit vſumfructũ.

§. 3 ¶ ſed hæc in aliis bonis ſtatuimus, & futuro deinceps tẽpori tradimus, quæ poſt donationẽ ante nuptias à patre venerunt ad filium, vel ex aliis cauſis, tam in iis quæ ex teſtamento quam quæ ab inteſtato fiunt vocationibus. Lege quę eſt aduerſus filios ingratos, ex omni parte etiam ſeruata in his bonis, quando veræ probantur cauſæ ingratitudinis: aliis omnibus quæ dicta ſunt de ſucceſſione parentum in filios, aut filiorum

§. vlt. in parentes, conſeruatis integris. ¶ Hic autem conſideramus ingratitudinem, non ſolum in matrem, ſicut prius dictũ eſt à nobis, ſed etiam in

l. 47. in pr. ipſum fratrem qui deceſſit. Qvoniam autẽ ſcimus fratribus multas eſſe inter ſe contentiones, illum quidem, vt qui ſit ingratus in fratrem, non ſinimus eſſe huius lucri participem, qui vel fratri mortem ſit machinatus, vel in eum criminalem intentarit accuſationem, vel ſtuduerit ei inferre bonorum ablationem. Illius enim pars veniat ad cæteros fratres, & ad filios fratris, & matrem. Et hæc lex lata ſit in ſucceſſionibus filiorum, quibus matres ſuccedunt filiis, eam quæ à nobis facta eſt inducens ſubdiuiſionem mulieribus quæ in futurum ſunt viro ſecundo coniungendæ. Iis enim quæ iam ad ſecundum peruenerunt coniugium, & legis cuius meminimus aſſecutæ ſunt beneficium, liceat ea quæ ad ipſas venerunt ex filiorum ſucceſſione, ſiue ex teſtamentis, ſiue ab inteſtato, firmiter habere & in proprietate & in vſufructu, alienareque & diſponere, & quomodo velint tranſmittere, hac lege nullum eis impedimentum vllo tempore afferente.

Deſunt duo folia.

a Theod. Mater quæ ſecundum contrahit matrimonium, capit ea quæ ſibi relicta ſunt in teſtamento à ſuo filio. Didiciſti enim in Nouella 2. quod ea cogetur partem relinquere legitimam. Similiter dictum eſt in vxore lib. 6. Cod tit. 40. conſt. 2.

b Theod. Si quis deceſſerit inteſtatus relicta matre quæ ſecundo nupſit, & fratribus: paternorum quidem eius bonorum ſeu dotium mater habeat vſumfructum: quoniam ea decedente earum quoque rerum vſusfructus competit relictis filiis ſecundum Nouellam 102. Sed ſi filii prius deceſſerint, ex dote accipit dominium earum rerum quæ ad eam veniunt caſu quo non exiſtant filii. Quod ergo hic dictum eſt ius, locum habet ſi viuentibus filiis mater ſecundo nupſerit. Habet enim ſolum vſumfructum dotis: vt dicit prædicta 2. Nouella. Lege autem hoc quoque quod ſequitur caput præſentis conſtitutionis. Habet ergo, vt dictum eſt, mulier quæ ſecundo nupſit, vſumfructum dotis: ad reliqua autem bona primi eius mariti vocatur cum fratribus eius, ſcilicet in capita, hic quoque obſeruatis legibus de ingratitudine. Sciendum eſt autem quod frater intelligitur ingratus qui inſidiatur vitæ aut bonis fratris ſui: & qui eum accuſat capitis. Huius enim partis frater eſt hæres cum ſuis fratribus, reliquæ autem mater. Memento 2. Nouellæ: & nota quod de ingratitudine agitur etiam ab inteſtato.

PROOEMIVM.

Nou. 39 HVMANÆ naturæ fluxus & varietas, quæ paulatim adhibito indiget auxilio, non alias ad id quod recte habet reduci potuerit, etiam ſi quis gubernans ad prima ſua deduxerit principia, niſi partem quæ inſurgit frangens & diſſoluens, ad tranquillitatem & perturbationis vacuitatem & id quod decet legem redegerit. Quod quidem cum nunc eueniſſet, effecit vt lege opus haberemus. Scimus enim quod nuper erat diſſenſio de reſtitutionibus, & ſiquando contigiſſet eos qui erant grauati, hypothecas aliquas pignori obligaſſe, res erat valde perturbata, an oporteret etiam res reſtitui iuſſas adduci in periculum, an ſolummodo res eius qui grauatus fuit reſtitutione. Et circa ipſam verborum differentiam magna erat quæſtio, an teſtator ſtatuerit res quæ superſunt in morte eius qui grauatus eſt reſtitutione, debere reſtitui: an iuſſerit abſolute reſtitui id quod eſt relictum poſt retentionem legitimæ: & introducebantur fideicommiſſi perſecutiones, & ex inopia in rem miſſiones, multique illi & varii & pene inſolubiles circuitus dictæ in rem miſſionis: & quod nos nuper his remedium afferentes, legem ſcripſimus: & quæ deinceps ſequuntur vt habetur in Baſilico.

Digitized by Google

Titulus XV.

De reſtitutione rerum dotalium, & de ea quæ peperit vndecimo menſe poſt mortem mariti.

NOVELLA XXXIX. LIB. COD. TIT. XLIII. CONSTIT. VLTIMA.

SCIMVS nos nuper legem ſcripſiſſe, omnino prohibentes ne res quæ ſunt grauatæ reſtitutione, alienentur, aut dentur pignori, ſed cum ſua cauſa ambulent, & apud quem fuiſſent firmiter valideq; non maneãt, ſed reuertantur ad eum cui iuſſæ ſunt dari: ¶ factaque lex iam eſt vetuſta, & in iudiciis fuit perpetuo cõprobata: ſed, ſicut prius diximus, tempus quod ſua natura omnia ferre ſolet, erat oſtenſurum legi opus eſſe neceſſaria aliqua exceptione. Ad nos enim acceſſerunt viri & mulieres ex his iniuria affecti. Defuncto enim marito relicta quadam quæ mota fuerat controuerſia, vxor quidẽ dotem exigebat, & donationis ante nuptias ſiue propter nuptias partem, quam ei dabat mors mariti. Frater autem defuncti altera ex parte res retinebat: & patris prætendebat voluntatem, & res mulieri auferebat, dicens fratrem quidem ſuum eas conſumpſiſſe, ſe autem res paternas videre apud mulierem quas pater iuſſit ei reſtitui ſi filii non exiſterent, ſeque eas omnino apprehenſurum, donec legi noſtræ per omnia ſatisfieret: ſed iure lamentabatur mulier, & dicebat non æquum eſſe vt maritus veluti ex fraude eſſet dominus vniuerſæ dotis: & ſi mulieri quidem contigiſſet decedere priorem, vt lucrum haberet ex pacto. cum autem maritus deceſſerit, ipſa ignorans ſubſtitutionem, in periculum veniat ne pereat: ſed huic rei data eſt forma, quam ſe recte habere exiſtimauimus. ¶ Rurſus autẽ alius extitit ſupplex, qui dicebat patrem vxoris iuſſiſſe bona reſtituere aliis ſuis filiis, minimam autem partem apud eam manere: ſeq; in magno verſari periculo: ſi quidem ſuæ quidem periclitantur facultates, & de dote reſtituenda, & de eo in ſolidum præſtando, de quo conuẽnit in inſtrumentis matrimonii ob donationem ante nuptias: ſibi autem nihil eorum liceat conſequi propter bonorum ablationem ex reſtitutione. Hæc nos merito mouerunt, & melius exiſtimauimus noſtram legem corrigere, quam periclitantes ſubditos deſpicere, & maxime in matrimoniis, quibus nihil eſt hominibus vtilius, vt quæ ſola poſſint homines procreare. PROPTEREA hanc legem ferimus, alia quidem omnia prius à nobis factæ conſtitutionis rata & firma manere volentes, hoc autem ſolum innouantes, vt ſi quis decætero faciat ſuorum bonorum reſtitutionem, primum quidẽ filio ſeruet legitimam portionẽ: non quartam, hoc enim correximus, eius nimiam damnantes egeſtatem, ſed tertiam omnino partem aut dimidiã, pro numero liberorum. Deinde

Nou. 39. poſt pr.

v. & facta.

v. rurſus.

c. 1

in reli-

in reliqua quoque bonorum parte, in qua non ſufficit portio legitima ad dandam dotem & donationem ante nuptias, honeſte & pro perſonarum qualitate commoderatam, ex reſtitutione etiam detrahatur, quantum parti legitimæ adiectum, facit dotem aut donationem ante nuptias. Sancimus enim vt eo modo ex reſtitutione omnino eximantur inſtrumenta matrimonialia, & quæ propter ea factæ ſunt alienationes aut hypothecæ. Et ſi perſona viri vel mulieris grauata fuerit hac reſtitutione: ſic quoque liceat donationem ante nuptias aut propter nuptias quæ vocatur dare, nihil, quod ad eas res attinet, efficiente illa reſtitutione. & ſi mulier grauetur reſtitutione, nihil impediat quo minus dotem reſtituat. Nam quæ omnibus communiter conferunt, præferimus iis quæ priuatim conducunt aliquibus: & erit hoc priuilegium dationib. matrimonialibus, & quæ ex iis oriuntur repetitionibus. Si enim qui nos præceſſerunt, ex generalibus hypothecis multa exceperunt per præſumptionem, licet non eſſent nobis adeo neceſſaria: quomodo non nos quoq; maiori & honeſtiori ratione adducti, excipiemus lucra matrimonialia? Lege lib. 10. tit. 1. c. 6. Quære li. 25. tit 2. c. 6. 7. 8. 9.

§. 1 ¶ Hæc autem omnia futuro tempori largimur, & reſtitutionibus futuris poſtquam hæc lex facta fuerit. Neque enim illud damnum fieri concedimus, vt ſi qua mulier quæ paruam habet dotem, deinde cum legem noſtram didicerit, aut ſi quis vir qui fecit modicam donationem ante nuptias, in fraudem legis voluerit facere augmentum dotis aut donationis ante nuptias, id trahat ad inſidiandum reſtitutionibus. Hanc enim tollimus circunſcriptionem, nihil commodi habere concedentes iis qui faciunt augmenta, quod attinet ad damnum afferendum reſtitutionibus.

THEOD. Qui rogauit quempiam vt ſuam hæreditatem alii reſtitueret, ex ea legitimam partem ſeruet ſuis filiis lege conſtit. ſitas in tit. 28.4.lib. C & tit 3.4.6.7.8 conſtit. tit. 29.6 lib. Cod. Qui hereditatem rogatus fuit reſtituere poteſt ex ea deducere contractus matrimoniales eius qui rogauit eum vt reſtitueret: quinetiam ea quæ debentur ex donatione ante nuptias vel ex dote ab eo qui rogauit reſtituere, deducit: non poteſt tamen ea augere in fraudem reſtitutionis, lege conſtit. ſitas in tit. 49 6. lib. Cod. & Nouellam 118 poſt dotem & donationem ante nuptias agitur de Falcidia lege lib. 6 C. tit. 50. conſt. 6. & 14. Qui rogatus fuit reſtituere hæreditatem, poteſt matrimoniales facere dationes ex rebus reſtitutis. lege conſtit ſitas in tit. 49.6.lib. Cod.

c. 2 Atque legis quidem noſtræ hoc erit caput: SECundum autem de mulieribus, quæ poſt primas nuptias ad ſecunda properarunt coniugia, & antequam exceſſiſſet annus, quem lugubrem leges vocant: quas puniebant tres imperatorum qui nos præceſſerunt, conſtitutiones, & nos qui nuper de eis legem ſcripſimus cum quibuſdam correctionibus, & quæ de iis ſunt conſtituta, in breuem quandam partem legum noſtrarũ admiſimus: ſed nunc occurrit quiddam impudentiſſimum, quod nollemus noſtris eueniſſe temporibus: quamobrem merito nobis viſum eſt dignum correctione. Lege lib. 5. C. tit. 9. Mulier enim in domum mariti deducta eum amiſit, eo, vt videtur, adhuc ſuperſtite in animo habẽs impudice viuere. Anno enim nondũ elapſo, in vndecimi menſis fine peperit: adeo vt dici nõ poſſet infantem natum eſſe ex defuncto: neque enim fœtus in tam longum tempus eſſet prolatus. Et quoniam hæc quoque eſt vna de pœnis eorum qui nuptias intempeſtiuas contrahunt, vt vxor ſtatim excidat à donatione ante nuptias quæ data fuit à marito, adeo vt & ipſam ſtatim amittat, & nec vſumfructũ quidem habeat: merito filii, qui admirabili

Digitized by Google

partu matris affecti erant iniuria, æquum eſſe cenſebant vt ipſi acciperet patris donationem ante nuptias, contendebantq́; mulierem non debere lucrari à marito quem tam cito habuiſſet contemptui. Illa autem (ſed quæ dixit, dicere erubeſcimus) dicebat ſe eſſe indignam quæ ab ea excideret, quoniam ſciebat legem loqui de legitimis nuptiis: ſibi autem præter primum nullum fuiſſe matrimonium: ſed hunc partum naturalis fuiſſe cupiditatis, dum aliud ageret. Sed quod ipſa quidem vel decies mille aliis ſit obnoxia caſtigationibus, eſt certiſſimum, vt quæ admiſerit adulterium. Et ab illis quidem pœnis eam non abſoluimus: interim autem, (filiorum enim defuncti habemus rationem) donationis ante nuptias amiſſionis pœnam illi imponimus etiam in hoc caſu, quam lex conſtituit iis quæ veniunt ad legitimas nuptias intra annum luctus. Si enim lex illas non reliquit impunitas, etiamſi legitimum [a] contraxerint matrimonium, quod forte timuerit ne mala aliqua contra ſecundum coniugem oriretur ſuſpicio, quoniam tam cito, &c.

Deſunt tria folia.

a Theod. Quæ peperit vndecimo menſe poſt mortem mariti, committit ſtuprum, & amittit vſumfructum donationis ante nuptias: & ſi habuit filios ex marito, eſt obnoxia iiſdem pœnis quibus punitur quæ contrahit ante tempus luctus lege lib. 9. Cod tit. 9.

Dig. 23. tit. 3. ¶ Licet enim ipſo iure priori debito maritus non ſit liberatus, habet tamen [a] exceptionem. Modestinvs. Si mulier quæ ſoluerat matrimonium, reuerſa ſit ad maritum priuſquam moueret actionem de dote: non [b] poteſt eam mouere quandiu conſtat matrimonium. [c] Vlpianvs. Si [d] mulier quidem moram fecerit in traditione rei æſtimatæ, & ea perierit: non habet de ea actionem. Sed ſi per [e] eam non ſteterit, accipit pretium ac ſi tradidiſſet. Quod enim euenit, mariti tanquam emptoris eſt periculo. Vlpianvs. Si [f] euictum fuerit id quod eſt æſtimatum, mouet maritus actionem aduerſus mulierem † de rerum ademptione: & ſi [g] duplum * ab ea acceperit, reddit ei ſoluto matrimonio per actionem de dote: neque enim eſt [h] ſimplex venditio, ſed cauſa dotis: & ſufficit maritum damno non affici, non etiam [i] lucrari.

L. 12 §. vlt. ff. de iure dotium.
L. 13
L. 14
L. 15
L. 16

† Innom. Actionem ex empto. Quære c. 52 75. & vltimam in eo adſcriptionem.
* Pone enim quod eius voluntate fuit pronunciatum, ſiquidē eſt euicta.

Sed habet exceptionem. Ne exiſtimes nihil prodeſſe mulieri, quod de dote nunc habeat ſtipulationem pro priori actione. De dote enim actio ex ſtipulatu eſt etiam bona fide, vt didiciſti in tit. 4. inſtit. & vt dictum eſt lib. 5. Cod. tit. 13. conſtit. 1. & habet etiam tacitam hypothecam, & præfertur creditoribus antiquioribus, vt hoc etiam relatum eſt lib. 8. Cod. tit. 17. conſt. vltima.

a Pactum enim ipſo iure non tollit actionem, præterquam ex quibuſdam certis cauſis: vt in tit. de pactis.

b Nihil enim eſt conſecutum eorum quæ ſoluunt obligationem: neque eſt ſoluta nouatione: vt in fine tertii Inſtit. Mulier enim pacta debitum eſſe marito in dotem, viſa eſt cum eo eo paciſci ſe aduerſus eum priorem non eſſe moturum actionem. Et merito, nam ex hoc pacto poteſt opponere exceptionem, ſi conueniatur ex priori obligatione.

c Repellitur enim doli exceptione. Hoc autem intellige ſiue ſit vnum & idem matrimonium, ſiue aliud & aliud, vt ſciri poteſt ex iis quæ dicit Paulus in cap. 30. Lege etiam cap. 40. huius tit. Ne te autem prætereat quod ſitum eſt in principio cap. 58.

Innom. Lege cap. 31. 41. 64. & tit. 4. cap. 29. & lib. 24. tit. 3. cap. 19. & huius lib. tit. 2. cap. 32. & lib. 24. tit. 3. cap. 19. & finem 42. 64. them 6.

d Si rem æſtimatam mulier in dotem dederit, & poſt dationem factam in inſtrumento dotis moram fecerit in rei traditione, & contigerit eam interire aut alias perdi: non poteſt de ea mouere actionem de ſtipulatu. Quod ſi per eam non ſteterit quo minus res traderetur: eius æſtimationem perinde exiget ac ſi eam tradidiſſet. Quæ enim eueniunt poſt venditionem, ſunt periculo emptoris. Maritus autem eſt inſtar emptoris, vt didiciſti ſuperius. Hoc intellige quando conſtante matrimonio mulier rem dedit. Si enim cum nondum proceſſiſſet matrimonium: etiamſi moram non fecerit, ſic quoque eſt rei amiſſio. Quæ enim ante matrimonium fit rerum æſtimatio, conditionalem conſtituit venditionem, quæ tum demum confirmatur, cum proceſſerit matri-

matrimonium: adeo vt quæ eueniunt ante matrimonium, ſint periculo mulieris, vt in 11. cap. huius tit.

e INNOM. Scias quod quæ eueniunt poſt contractam venditionem, ſunt periculo emptoris. Hoc autem ita eſſe intellige, niſi venditoris culpa res læſa ſit. Debet enim venditor in re vendita præſtare cuſtodiam, vt dicit Neratius in lib. 8. de rebus creditis, tit. 3. c.

CYRILLI. Res æſtimata, ſi moram traditioni fecerit mulier poſt nuptias, eſt eius periculo. Sin minus, mariti.

f CYRILLI. Quoties res æſtimata in dotem datur, re euicta poteſt maritus mouere actionẽ † ex empto aduerſus ſuam vxorem, & quicquid actione ex empto mota acceperit, hoc ſoluto matrimonio præſtare debet mulieri de dote agenti ex ſtipulatu. Propterea ſi re, vt dictum eſt, euicta duplum forte ſit conſecutus: hoc merito reuertitur ad mulierem ſoluto matrimonio. Conſiſtit enim venditio re æſtimata data in dotem, & eſt maritus inſtar emptoris. Cæterum non eſt ſimplex harum rerum venditio, ſed dotis cauſa: nec debet maritus lucrari ex damno vxoris. Sufficit enim maritum indemnem conſeruari, non etiam lucrum ſentire, & aliquid lucrari.

† Quæ mouetur ab emptore rẽ emptam vendicante. Actio autẽ ex vendito à venditore vendicante pretium rei venditæ.

g INNOM. De euictione rei æſtimatæ lege lib 19. tit. 1. cap. 52. them. 2. & lib. 21. tit 2. c. 22. 23. 24. 71. 73. 76. & huius tit. cap. 53. 70. & lib. 24. tit. 6. cap. 49. Lege etiam c. 35. 53. & lib. 5. Cod. tit. 12. c. 10.

LEO. Peſſima adſcriptio. Damnũ ergo patitur. Pone enim quod eius intereſt rem nõ eſſe euictam, pretium non reſtituit duplum.

h Nota in textu quod in rebus æſtimatis mouet actionem ex empto aduerſus mulierem maritus, vt qui, vt iam didiciſti, ſit in his inſtar emptoris. Hoc ipſum autem dictum eſt etiam lib. 5. C. tit. 12. in 5. & maxime in 10. conſtit. Sed ſi res ſint inæſtimatæ mouet aduerſus eum qui promiſit, actionem ex ſtipulatu, vt traditum fuit in cap. 34. In textu Dig. adiectum eſt forte, quod explicans Stephanus dicit. Neque enim neceſſe habet mulier duplum promittere de euictione rerum dotalium: vt dicit Marcellus in c. 52. huius tit. Pone ergo ergo eam promiſiſſe ſua ſponte: & lege omnino illic ſitam adſcriptionem. In 11. c. dixit Vlpianus veram venditionem.

i Adiectum eſt in textu Dig. Ex damno mulieris. Nam quæ acquiruntur ex alluuione, & aliis acquirendi modis ex rebus æſtimatis, quoniam damno non afficitur mulier ſi lucrifaciat maritus, ea quæ illo modo acquiruntur, merito lucratur inſtar emptoris: vt fuit tibi traditum in 10. cap.

l. 17. in pr. IN [a] rebus dotalibus debet maritus prȩſtare dolum & negligentiam, ſicut in ſuis [b] rebus.

§. 1 ¶ Si [c] nuptiæ non ſint factæ: non dotalium rerum æſtimationem, ſed res accipit mulier.

l. 18 S I [d] accepero mancipia ea lege vt ſoluto matrimonio ea reddam ſub eadem æſtimatione: ſunt meo periculo, & partus eorum apud me manet.

a In rebus dotalibus oportet maritum non ſolum ex dolo teneri, ſed etiam ex culpa: quia ſua cauſa dotem accipit, hoc eſt, lucratur dotem accipiens: nec ſolum debet præſtare dolum & negligentiam, ſed etiam diligentiam, qualem in ſuis rebus exhibet. Nota propter id quod habetur in dicto Iaboleni lib. 24. tit. 3. c. 66.

ENANT. Lege lib. 24. tit. 3. c. 18. them. 2.

b INNOM. Lege lib. 1. tit. 6. c. 5. Adiectum eſt in latifundio Dig. Habet enim lucrum dotem accipiens, & rationem interpretans Seruius dicit. Hoc dicit Paulus volens oſtendere, quod iure à marito in rebus dotalibus exigitur vt non ſolum dolum præſtet, ſed etiam culpam, & vt talem adhibeat diligentiam qualem in ſuis rebus adhibet: quoniam non ſolum ei ſed etiam vxori prodeſt dotis datio. Si enim ſoli prodeſſet marito & non vxori, tunc in rebus dotalibus à marito ſumma exigeretur diligentia. Scias enim quod quando prodeſt alteri tantum contrahentium, tũc ab eo qui contrahit, ſumma exigitur diligentia. Quando autem quod fit vtrique prodeſt, tunc ab eo qui rem accepit exigitur vt præſtet dolum & culpam: vt ſcire potes in 5. cap. commodati. Nota autem qualis diligentia à marito exigitur in rebus dotalibus. Dotales autem dico res inæſtimatas. In rebus enim æſtimatis fortuitum ad eum ſpectat periculum, vt qui videatur eſſe emptor: vt didiciſti in 10. c. huius tit.

c Si res æſtimata data fuerit in dotẽ, & contigerit nuptias non procedere: videamus quid reddi oporteat, vtrum rem ipſam an rei æſtimationem. Hoc cum quæſiuiſſet Paulus, dicit quod quando res æſtimata data eſt in dotem ante nuptias, hoc videtur conueniſſe cum marito, vt ita demum rata ſit æſtimatio, ſi nuptiæ ſucceſſerint. Solæ enim nuptiæ & non aliqua alia cauſa effecerit vt fieret hic contractus. Rem itaque potius reddi oportet quam æſtimationem.

INNOM. Nam poſt matrimonium reuera eſt emptio, ante matrimonium autem, ſub conditione, vt cap. 15.

d Si maritus mancipia ęſtimata acceperit in dotem, & conuenerit vt eadem mancipia tantidem æſtimata redderet ſoluto matrimonio: dicit Labeo maritum lucrari partum eorum quoniam mancipia ſunt eius periculo.

ENANT. Lege cap. 11. & lib 5. Cod. tit. 18. conſtit. 1. Dicit enim quod partus ancillarum æſtimatarum repetuntur ſoluto matrimonio, ſi placuerit vt res æſtimatæ redderentur ſi extent, & non earum pretium. Nec tibi videatur repugnare propter illud ſi extent. Qui dat enim mulieri periculum, ei quoque fœtus dare videtur legislator. Additur in textu Dig. Quia & mancipia tuo periculo fuerunt. Dicit Stephanus: licet enim æſtimata ſint mancipia, & ſine dubio partum eorum debeat maritus lucrari, vt qui ſit inſtar emptoris: quoniam tamen pactum conuentum

Digitized by Google

factum ;eſt eum ipſa redditurum mancipia ſoluto matrimonio, & viſa eſt mutari natura contractũs, ita vt videretur mancipia propemodum eſſe inæſtimata, & veriſimile eſt dicturos aliquos quod in non æſtimatis partum debet lucrari mulier: hanc quæſtionem decidens Labeo, dicit quod etiamſi videantur eſſe inæſtimata: tamen quoniam maritus eorum ſubit periculum, vt qui pactum conuentum fecerit ſe redditurum mancipia eiuſdem æſtimationis, æquum eſt vt eorum quoque partum lucretur. Lege quod dictum eſt à Labeone lib. 24. tit. 3. c. 66. them. 4.

VLPIANVS. [a] Maritus de dote obligatur, etiam ſi alii iuſſu l. 19
mariti detur. VLPIANVS. [b] Inualide promittit mulier dotem l. 20
poſt [c] mortem: inuenitur enim ſtipulatio conferri in id tempus quo
non [d] eſt matrimonium. Quæ autem promiſit, recte paciſcitur ne à
ſe exigatur. IDEM. [e] Dotis ſtipulatio tacitam habet conditionem, l. 21
ſi factum fuerit matrimonium. Quare deficit, ſi mittatur nuncius re-
pudii. PAVLVS. Et non renouatur, licet ei poſtea nupſerit. VLPIA- l. 22
Lege tit. 2. c. 92. NVS. Quemadmodum autem in ſtipulatione non neceſſario adiici- l. 23
tur, ita nec in traditione.

a Quidam ita fuit ſtipulatus, Mulier, promittis mihi dare tot nummos in dotem cum morieris? Scribit Iulianus valere hanc ſtipulationem: quia & ſi mulier pure dare dotem ab initio promiſerit. cum ea autem pactus ſit maritus vt ab ea viua dos non exigeretur, valet pactum Hæc quidem Iulianus. Paulus autem, Admitto, inquit, exemplum ô Iuliane. Aliud eſt enim dote iam conſtitutâ per pactum differre exactionem: & aliud dotem quidem ab initio non eſſe conſtitutam: eius autem conſtitutionem conferri in illud tempus in quo ſoluendum eſt matrimonium quod contractum eſt cum eo qui eſt ſtipulatus. Id autem videtur Ariſtoni, Neratio & Pomponio.

b INNOM. Neque vſusfructus mihi valide legatur, cum moriar. Nam & ſi haberem, interiret: vt lib. 7. tit. 1 c. 51. & lib. 33. tit. 2. c. 5.

c Quare ſi contra in tempus mortis ſuæ contulerit maritus ſtipulationem dotis: quoniã eo decedente ſoluendum erat matrimonium, ea quoque eſt inutilis ſtipulatio. Lege 76. c. huius tit. nec tibi videatur eſſe contrarium 11. c. huius tit.

d Ante nuptias promiſit quiſpiam dare dotem, & ſtipulationi nõ adiecit conditionem, Si proceſſerint nuptiæ, & tunc de dote promiſſa poſſe maritũ agere, quando ſecutæ fuerint nuptiæ. licet pronuntiata non fuerit hæc conditio, tacite tamen videtur ineſſe: & ideo ſi ſponſalia ſoluta fuerint repudio, videtur etiam deficere conditio quæ ineſt ſtipulationi. deficiente autem conditione, conſtat etiã ſimul deficere ſtipulationem. Vſque adeo autem repudio ſolutis ſponſalibus, ſtipulationis deficit conditio, vt ſi poſtquam diuortio ſoluta fuerint ſponſalia, nupſerit, eidem manet vxor: & ita eſt inualida ſtipulatio. Quoniam ergo ſtipulationi dotis non eſt neceſſaria adiectio conditionis, non eſt neceſſe vt quæ ſic promiſit, Promitto dare mille nummos, adiciat ſtipulationi, & dicat, Promitto dare mille nummos ſi ſecutæ ſint nuptiæ. Eius enim extra hanc adiectionem tacitã conditionem videtur habere ſtipulatio. Idem etiã eſſe dicimus in rebus datis in dotem. Quemadmodum enim nuptiis non ſecutis eſt inutilis ſtipulatio etiamſi quæ promiſit, ſpecialiter dictam adiecit conditionem, nempe ſi ſecutæ fuerint nuptiæ: ita etiam traditio rerum eſt inutilis, ſi non ſecutæ fuerint nuptiæ, etiamſi mulier dictam adiecit conditionem, quando ei qui ipſam deſpondit res tradidit. Ne erres autem, vt nonnulli, & dicas, quod quemadmodum ſtipulatio tacitam videtur habere conditionem ſi ſecutæ ſint nuptiæ, ita etiam traditio rerum tacitam videtur habere conditionẽ ſi ſucceſſerint nuptiæ: & tunc fit maritus rerum dominus quando ſecutæ fuerint nuptiæ. Hoc enim ſic habet. Vbi enim nihil conuenit ſpecialiter, fit quidem maritus illico rerum dominus, quãdo ſcilicet nõ aliquis alius, ſed ipſa mulier dedit dotem. Eas autem reddit ſi nuptiæ non ſequantur, vt prius docuit Calliſtratus in 9. & 10. c. huius tit. Ne ergo erres ſed ita vt dixi, legem tradas.

POMPONIVS. Si [a] filia quæ eſt in poteſtate, [b] habens ſibi permiſ- l. 24
ſam peculii adminiſtrationem, ex eo dederit dotem marito, & poſtea
† Hoc eſt, filia familias adhuc habente liberam peculii adminiſtrationem. ſolutum fuerit matrimoniũ, peculium in [c] eodem ſtatu † manente: dos ei
recte ſoluitur, quaſi à quolibet peculiari debitore. SI [d] mulier cui à me l. 25
[e] debebatur ſeruus, pacta ſit vt ego decem nummos pro eo haberem in
dotem: liberor à ſeruo, & decem erunt mihi in dotem. Res enim pro re
[f] ſolui poteſt: & conuentione dos permutatur. MODESTINVS. Etiam l. 26
[g] conſtante matrimonio, ſi mulieri ſit vtile, & ex pecunia in rem, & ex
[h] re in pecuniam. VLPIANVS. Et ſit fundus vel res dotalis. l. 27

a Nam ſi non habeat liberam peculii adminiſtrationem, non poteſt dare dotẽ ex ſuo peculio, cum ſit in poteſtate patris. Nam filius qui eſt in poteſtate patris, nihil poteſt alienare, ſi non habeat liberam peculii adminiſtrationem vt habetur in lib. 2. de rebus, tit. vlt. c. 18. & 19.

b INNOM. Filius enim qui eſt in poteſtate, non habens liberam peculii adminiſtrationem, non poteſt

poteſt alienare:vt lib.13.tit.7.cap.12.& 19. De ſolutione autem debitorum peculiarium, lege lib.46.tit.3.cap.35. Quomodo autem conſtituatur libera peculii adminiſtratio, & quemodo tacite adimatur, didiciſti lib.15.cap 7.46.47.

c Nam ſi pater ademit filię liberam peculii adminiſtrationem,non recte eſt ei dos ſoluta ſoluto matrimonio, ſicut nec aliud debitum,etiam ſi quando contraxit ab initio, permiſſa ei fuerat peculii adminiſtratio.& nota. *d* Mulier quædam cui Stichus ſeruus debebatur à Sempronio, matrimonio iungenda Sempronio,cum eo pactum fecit,vt pro Sticho quem ipſe ei debebat, haberet ipſe Sempronius ſibi decē nummos in dotē.Dicit ergo Paulus, Quoniam placuit alia pro aliis commutari ab obligatione quidem propter Stichum liberatur Sempronius: decem autē nummi manent apud eum in dotem: quoniam conuentione fieri poteſt permutatio rerum dotaliū. Tunc autem conſtante matrimonio dicimus rerum dotalium fieri poſſe permutationem,quādo hoc eſt vtile & cōducibile mulieri,vt forte pro pecuniis datis in dotem ab initio, ſint res in dote, vel pro rebus pecuniæ.hoc enim ſeruatum fuit etiam apud veteres. Vbi autem pro pecunia ab initio tradita fundum vel rem aliam dat mulier,fundus pro pecunia datus vel res erit dotalis, nempe inæſtimata: & non quoniam pro pecunia datus eſt fundus vel res, ideo videtur eſſe æſtimata. Dotalia enim intelliguntur proprie quæ ſunt inæſtimata:vt aperte dictum eſt 5. lib. Cod. tit.13.conſtit.1. & vnica tit. Quinam autem ſint effectus rerum inæſtimatarum, didiciſti cap.10.huius tit apertius autem diſces in vltimo tit.huius lib.

e CYRIL. Mulier cui res debetur à marito, recte paciſcitur vt pro ea decem nummi ei in dotem computentur. Nam etiam conſtante matrimonio conſiſtit permutatio ſi non lædatur mulier:& ſi rem acceperit pro nummis, fit dotalis,vel ex ſtipulatione,vel ex emptione,vel ex quauis alia cauſa.

f Nota quod alia pro aliis creditori ſolui poſſunt,ſi modo velit:ei enim inuito alia pro aliis ſolui nequeunt:vt didiciſti lib.1.de rebus tit.1. cap.2.

INNOM. Conſentienti & non inuito:vt generaliter dictum eſt lib. 12.tit.1.cap.2. Hoc fac cum ea diſtinctione quam affert Modeſtinus in ſeq.cap. Mouetur autem ad ea repetenda quæ nuper data ſunt in dotem non præſcriptis verbis, ſed condictione ſine cauſa,vt dicit Africanus in cap. 8. Lege rationem ſitam in iis quæ adſcripta ſunt huic capiti.

g Itaque nondum conſtante matrimonio etiamſi non ſit vtile mulieri,poteſt fieri commutatio rerum quæ data ſunt in dotem,quoniam dos nondum cœpit. Deinde dixi fieri permutationem in iis quæ data ſunt nondum conſtante matrimonio. In rebus enim quæ datæ ſunt & manſerunt in dote ne ante nuptias quidem fieri poteſt conuentio à muliere in damnum ſuum:vt dicit Aquilius in ſeq tit.cap.17.

h Nota quod pecunia pro rebus data,vel rebus pro pecunia,appellat permutationem. Hoc autem ne acceperis,aſſertiue:ſed lege 50..cap.huius tit.

l.18. PAVLVS. [a] Poſt nuptias pater non poteſt deteriorem cauſam

l.19. filiæ facere: quia nec dos ei recte ſoluitur [b] inuita filia VLPIANVS. Si [c] pater qui dotem promiſit, dotem legauit: ſi genero quidem, legatum eſt [d] inualidum. Non enim valide legat quiſpiam debitori id quod Quære ca.19. ei debet. Sed ſi filiæ: [e] valet.

a Ne attendas argumentum à contrario ſenſu, & putes, quod nondum ſoluto matrimonio poſſit pater facere deteriorem cauſam filiæ:ſed attende eam quæ infertur rationem. Si enim ſoluto matrimonio ideo non poteſt pater facere filiæ ſeu dotis cauſam deteriorem, quoniam nec dos quidem ei recte redditur ſi nolit filia:multo magis,quoniam conſtante matrimonio dos non recte ei redditur,non poteſt conditionem facere deteriorem. Quidam autem illud Poſt nuptias intellexerunt poſtquam conſtiterit matrimonium. Quibus aduerſatur ratio quæ ſequitur. Vide enim quid dicat. Quia inuita filia dos patri non recte redditur. conſentiente itaque filia dos ei recte redditur. Quamobrem ſi illud poſt nuptias,poſuerimus, poſtquam conſtiterit matrimonium, non autem poſtquam ſolutum fuerit matrimonium, nobis aduerſatur hæc ratio Adhuc enim conſtante matrimonio, ne conſentiente quidem filia poteſt pater eius dotem repetere.

b ENANTIOPH. Repetitio enim eſt communis, & pater eam repetit filia conſentiente: vt lib.24. tit 3. conſtit.2. Nonnunquam autem ſolus pater vel ſola filia repetit: vt cap. 2. & 42. eiuſdem tit. Lege lib.3.tit.1 cap 8.& lib.5. Cod.tit. 18 conſtit. 7. quæ conſtante matrimonio ne conſentiente quidem filia dat patri repetitionem. Scias autem horum nihil eſſe contrariū. Sed ex his colligitur dotem eſſe filiæ etiam ſi ſit in poteſtate. Nouella itaq; 77. renouando has conſtitutiones, dicit dotem non minui in ſecundis nuptiis filiæ, quando caſu aliquo diminutæ fuerint patris facultates.

c Pater qui dotem pro filia promiſerat, eam autem nondum ſoluerat, fecit teſtamentum, & dotem legauit. Dicit ergo Vlpianus, Si ipſi quidem marito legauit, non valet legatum. Nam cum debitor creditori ſuo legauit debitum, eſt inualidum legatum. Sed ſi non marito ſed filiæ dotem legauit:valet legatum. Neque enim ſuo creditori hoc reliquit pater filiæ,vt legatum ſit inutile. Nam dos quidem ex promiſſione patris filiæ debetur marito.legatum autem filiæ. Valet ergo vt dictum eſt legatum in perſonam filiæ. Et ſi filia quidem potuerit oſtendere, quod pater qui dotem ei legauit,voluerit eam duplicatum legatum accipere:hoc eſt,& ipſi quidem legatum ſolui, & marito partem quam ei promiſit pater: habebit vtrunque filia, & dotem quam pater eſt repe-

Digitized by Google

titurus, & legatum ex cauſa legati. Quod ſi non vtrunque ſed alterutrum voluerit pater eam accipere, nempe vel legatum, vel dotem. tunc ſi filia quidem mouerit actionem de legato, opponitur ei doli exceptio: nec alias ei legatum cogitur hæres ſoluere, quam ſi ei cauerit, quod ſi eius maritus ex promiſſione teſtatoris venerit aduerſus eum de dote mouens actionem ex ſtipulatu, ſeruabit eum indemnem. Atque hęc quidem ſi de legato primum egerit filia. Sed ſi contra primus maritus venerit de dote agens ex ſtipulatu: ipſe quidem dotem accipit, hæredi nullam dans cautionem. Si autem poſt eum venerit filia agens de legato dotis: repelletur exceptione, quia dos ſemel præſtita eſt marito.

d Tunc autem debitor creditori inutiliter legat id quod ei debetur, quando ex legato relicto nihil poteſt amplius lucrari creditor. Si enim lucri quidem habet legatum: pone enim quod id quod debetur in diem aut ſub conditione, pure ei legatum fuit à debitore: valet legatum, etiamſi ceſſerit dies aut conditio eo adhuc viuo qui legauit. Hoc enim didiciſti in 2. Inſtit. tit. de Legatis.

e Neque enim dixerit hic quiſpiam legatum inutile filiæ. Nam & ſi eam ſeruaſſet pater in caſus redditionis dotis poſt ſolutum matrimonium, ii de cętero ceduntur filiæ ab hęredibus patris, iure dotis ei legatæ.

Nam dos quidem marito & ex ſtipulatione: legatum autem debetur filiæ, & vtrunque accipit filia ſi [a] oſtenderit patrem hoc voluiſſe. Si autem voluit vnum dari: ſi filia quidem exigit legatum: non alias accipit, quam ſi cauerit ſe defenſurum hæredem apud maritum. Si maritus autem agit: accipit, non data de defendendo cautione, & poſt eum agens filia repellitur [b] exceptione. PAVLVS. Dos [c] primi matri- l. 30.
monii conuertitur in ſecundum, niſi contrarium conuenerit. QVOD l. 31.
ſi non diuortium, ſed iurgium fuerit: dos manet eiuſdem [e] matrimonii.
SI [f] ex fundo [g] dotali [h] lapides vel [i] arbores ſteriles, vel [k] ſuperius l. 32.
cœnaculum [l] rei dotalis vxoris voluntate vendiderit maritus: pretia fiunt dotis.

a Nota quod ea grauatur onere probandi.

b ENANTIOPH. Dicit liber 30. cap. 83. quod ſi pro dote filiæ meæ promiſero C. nummos, & ei centum legauero: non poteſt ipſa & gener illos centum exigere: ſed inter ſe conueniant quali actione agere velint de dote legata. Lege lib. 33. tit. 4. cum iis quæ ſunt apud eum paratitlis, & finem cap. 71. lib. 35. tit. 1 quod conducit huic quæſtioni. In cap. 69. lib. 30. dedit actionem filiæ, quod quidem eſt intelligendum ſoluto matrimonio Hæc autem melius & perfectius intelliguntur lib. 35. tit. 1. circa finem cap 71. In primo autem cap. 4. tit. lib. 33. dicit quod ſiue mulier ſiue primus maritus agit: hæredibus cauet de defenſione Et eſt differentia, quod hic quidem legauit pater vxoris, in lib. autem 33. pater mariti. In 71. cap. dicti 1. tit. lib. 35. dicit maritum debere cauere: & quod etiam ſi non cauerit, competit in eum vtilis. In his omnibus nihil eſt contrarium: ſunt enim caſus diuerſi.

c Quædam mulier habens dotem ſoluit matrimonium, & diuertit à marito: ſed ſoluto matrimonio ad eum eſt reuerſa: & matrimoniali quidem affectione fuit ei coniuncta: rerum autem dotalium traditionem aut mentionem non fecit in coniugio. Quæritur ergo nunquid dos data in priori matrimonio in hoc etiam dos eſſe cenſeatur. Dicit ergo Paulus quod dos ſemper tacite videtur eſſe data in ſecundo matrimonio à muliere: niſi aliquid aliud inter eos conuenerit in ſecundo matrimonio. Et quod hæc ita ſe habeant, aperte teſtatur Vlpianus in 40. cap. huius tit.

d Quod ſi etiam factum fuerit diuortium, nec fuerint longo tempore à ſe inuicem ſeiuncti: nec in hoc modico tempore diuortii maritus aliam duxerit vxorem, aut mulier ſecũdo viro nupſerit: cenſetur rurſus vnum & idem matrimonium: vt dicit Marcellus cap. 33. huius tit & rurſus requirendum eſt thema noſtrum. Clarum eſt enim quod cum ſit vnum matrimonium, in ſuo ſtatu rurſus manet dos quæ ab initio data fuit ei qui ipſam vxorem duxerat.

e INNOM. Lege cap. 65 & tit. 2. cap. 32.

EIVSDEM. Quæ enim fiunt per iram aut calorem, non ſunt firma ac rata, niſi in eis perſeuerent: vt lib. 50. tit. 17. cap. 48.

f Si ex lapicidinis dotalis fundi lapides aut infrugiferas aliquas arbores, aut ſuperius tabulatum domus dotalis voluntate mulieris vendiderit maritus: non lucratur horum pretium: id autem erit in dotem ei quæ nupſit.

g ENANTIOPH. Pone conueniſſe ne lucrum lapicidinarum pertineret ad maritum. Et præſumptione enim ei competit vt lib. 24 tit. 3. cap 7. them. 10. cap. 8. Textus autem dig. lari fundium aliam dicit differentiam de lapicidinis, nempe quod hic ſunt eiuſmodi vt non creſcãt. in iis enim quæ creſcunt, lapis qui cæditur, cedit lucro mariti.

h De lapicidinis exceptis in agro vendito lege libro 18. tit. 1, cap. 78. in quo dicit, quod lapicidina non eſt, quæ non apparet. Nota quod lapis etiam qui cæditur ex lapicidinis, videtur eſſe fructus, vt didiciſti in lib. 5. voluimus de Iudiciis tit. 1. cap. Dic autem lapidem qui cęditur ex fundo

Digitized by Google

ex fundo dotali, tunc non pertinere ad maritum, cum lapicidina non eſt ex iis quæ creſcunt. Tunc autem, nempe quando creſcunt, lapis qui ex eo cæditur, pertinet ad maritum: vt dicit Iabolenus in hoc lib. tit. vltimo. c. 18.

i INNOM. Lege c. vltimum 5. lib. & lib. 24. tit. 3. c. 7.

k ENANT. Ne putes quod dictum eſt, eſſe contrarium inſtit. 1. tit. 11. Illic enim dicit de immobilibus: ſed & hic quoque ſuperficies, ſuperius ſcilicet tabulatum eſt immobile, ſed non eſt ſoli. Alia quoque eſt ſolutio, ſi dicas quod prohibitionem alienationis dixit in æſtimatis. In hoc autem pone eſſe æſtimatum, quod poteſt vendere maritus, vt lib. 5. Cod. tit. 13. Sed dicet quiſpiam, rem eſſe æſtimatam, quoniam requirebat Iuriſconſultus vt voluntate mulieris fieret venditio. Pone quod ad vtilitatem mulieris ſuperficiei permutatio facta fuit in pecuniam, vt vult cap. 27. Poteſt aliter quoque dici, quod qui habet ſuperficiem, non eſt dominus domus, ſed ſoli: vt lib. 43 tit. 18. Conſenſus autem mulieris hic meminit, quia dicit cap. 32. ſeq. tit. quod mulier quæ dedit agrum æſtimatum C. nummis, pacta eſt vt facto diuortio redderetur fundus tantidem æſtimatus. Maritus ea conſentiente vendidit eum ducentis nummis: eſt in poteſtate mariti poſt diuortium vel dare fundum, vel nummos ducentos. Sed ſi non vendidit fundum cõſenſu mulieris: eum debet omnino. Pone ergo tale pactum interceſſiſſe etiam in ſuperficie.

l Nota quod poteſt maritus conſentiente vxore etiam domus dotalis vendere ſuperficiem: quoniam dotalem, hoc eſt inæſtimatam, ponit eſſe domum in qua eſt ſuperficies. Alia autem ratione, quoniam ſi impenſis mariti facta eſt ſuperficies, habet maritus retentionem vt in impenſis vtilibus.

Deſunt duo capita.

l. 35 IDEM. Si dotem [a] à patre vel alio promiſſam vir ſtipulatus ſit per nouationem: incipit eſſe [b] eius periculo. Antea autem erat [c] periculum mulieris. Quære c. 71.

l. 36 IDEM. Si [d] debitor mulieris pro ea dotem promiſit, & [e] iuſſu eius vir fecit apocham: ſi iuſſu quidem mulieris pro ea dotem promiſit, † eius quoque iuſſu maritus ei faciet [f] apocham: ſi poſtquam [g] conſtitutum quidem fuit matrimonium, maritus [h] perdit dotem: ſin autem ante matrimonium, non videtur dos eſſe [i] conſtituta. Quære c 8. Hoc intellige cum diſtinctionibus quę afferuntur in hoc capite.

† mulieris

a Didiciſti ex 30. capite huius tit. quod ſi pater puellæ vel ipſa puella, vel etiam extraneus, ex liberalitate non autem ex neceſſitate expromiſerit dare dotem, & redactus fuerit ad inopiam: non periclitatur maritus. Hoc intellige, quando poſtquam eſt ſtipulatus, maritus non nouauit actioné: ſed ſi hoc fecit, eſt eius periculo, ſi ad inopiam eſt redactus is qui dotem promiſit: & non mulieris, à marito ſemel facta nouatione.

b INNOM. Vt didiciſti conſt. 4. lege etiam c. 42. & 50 & lib. 24. tit. 3 c 30. & 84.

c Erat autem periculo mulieris quando ex liberalitate & non ex neceſſitate expromiſit quiſpiá dare dotem marito ſecundum conſtitutionem quæ ſita eſt in 33. cap. Ideo autem facta nouatione eſt periculo mariti, quoniam nouatio eſt inſtar ſolutionis.

d Debitor mulieris, iuſſu eius, marito pecuniam expromiſit: deinde maritus iuſſu mulieris acceptam eam fecit. Dicit Vlpianus mulierem & non maritum damno affici per eius iuſſu factam acceptilationem. Hæc cum dixiſſet Vlpianus, & cauſam non ſignificaſſet propter quam mulier ab initio fecit ſuum debitorem promittere debitum ſuo marito, dicit quod thema propoſitum à nobis, dictum eſt de illo debitore qui nomine dotis promiſit debitum. Operæpretium eſt autem illud quoque quærere, vtrum priuſquam conſtaret matrimonium, an poſtquam conſtiterit, acceptilationem fecerit maritus debitori qui promiſit. eſt enim magna thematum differétia. Nam ſi poſtquam conſtitit matrimonium, quando dos proprie eſt conſtituta, iuſſu vxoris acceptilationem fecit maritus vt eſt poſitum, tunc per acceptilationem promiſſam perdit dotem: poteſt tamen agere mandati aduerſus mulierem: vt Vlpianus dicit poſt ſequens cap. Sin autem cum nondum ſecutæ eſſent nuptię, fecit acceptilationem: perinde eſt atque ſi ab initio dos non fuiſſet promiſſa. Si ergo, vt dictum eſt, non ſecutæ ſint nuptiæ: neque marito videtur promiſiſſe dotem qui delegatus fuit ei debitor: neque enim alias amittit mulier actionem aduerſus ſuum debitorem, etiam ſi eum delegauit marito, & ipſe delegatus promiſit, quam ſi ſecutæ ſint nuptiæ. Nam ſi eæ non ſequantur, manet nihilominus debitor mulieri obligatus. Nota hoc.

e INNOM. Si autem cõtra eius voluntatem fecerit acceptilationem, eſt eius periculo, licet ſoluendo non ſit is qui promiſit, vt de ſocero dictum eſt in fine cap. 66. 3. tit. lib. 24.

f INNOM. Lege duo cap. ſequentia, & lib. 46. tit 4 cap. 4. Eſt euidens quod ſi non dotis cauſa promiſit debitor mulieris, ſed propter aliam cauſam, vtputa ex emptione, aut conductione, aut legati nomine debens marito, effecit vt debitor ſuus ei promitteret: ſuperuacaneum eſſet quærere quando facta fuit acceptilatio, an ante nuptias an poſt nuptias.

g Amittit maritus dotem ſeu obligationem aduerſus eum qui promiſit: habet autem actionem mandati aduerſus vxorem, & ius compenſationis, vt dicit Vlpianus in cap. 38. Pone autem quod acceptilationem iuſſu, vt dictum eſt, vxoris debitori eius fecerit maritus, non leuiter nec temere, ſed ex illis cauſis, ex quibus etiam conſtante matrimonio poteſt maritus ſoluere dotem vxori: & ſi ſoluerit, non comprehenditur ſoluto matrimonio. Cauſas autem ex quibus etiam conſtante ma-

Digitized by Google

trimonio vxori dotem recte ſoluit maritus, dicit Paulus 3. cap. huius tit. Lege quæ ei capiti ſunt adſcripta.

b Matrimonium enim confirmat ſtipulationem dotis. Quare ſi cum nō ſecutæ fuerint nuptiæ, non videtur promiſiſſe debitor qui fuit ei delegatus, nihil fecit maritus qui fecit acceptilationem, ſicut dicit Paulus in ſeq. cap. *ſ* Quæſtio, Quid autem ſi ante nuptias quidem à marito facto eſt acceptilatio, ſecutæ ſunt autem poſtea nuptiæ: nūquid ſic quoque extinguitur actio quæ poſtea competit marito aduerſus debitorem qui promiſit? Stephanus, maxime: poteſt tamen maritus mandati agere aduerſus vxorem, & quod ex eo ſibi fuit debitū compenſare, vt dicit Vlpianus in ſeq cap. Nec tibi videatur contrarium quod dictum eſt in lib. 46. Dig. tit. 4. cap. 4. vbi dicit Pomponius acceptilationem non poſſe fieri ſub conditione. Hic enim acceptilatio tacite videtur eſſe facta ſub conditione, nempe ſi ſecutæ ſint nuptiæ, etiamſi non expreſſa fuerit conditio niſi ex mente legis. Nam quod tacita quidem & non expreſſa poſſit fieri ſub conditione acceptilatio, aperte oſtendit Vlpianus in cap. 43. huius tit. Ne videatur autem tibi mirandum ſi iuſſu vxoris acceptilationem poſſit facere maritus. Poteſt enim quiſpiam etiam per procuratorem qui habet ſpeciale mandatum, etiam alium liberare ab ea quam in ipſum habet obligatione, facta acceptilatione: vt dicit Paulus in dicto libro & tit. cap. 3.

Quære cap. 46. PAVLVS. Neque enim mulieri perit aduerſus debitorem actio, niſi factæ fuerint nuptiæ. IN primo [a] autem caſu habet maritus aduerſus mulierem actionem mandati: & ipſa eſt in dote, & mulier agens de dote ſibi ſuum iuſſum computat. l. 37 l. 38

a Rurſus nobis loquitur Vlpianus de themate quod eſt in capite 36. vide autem quid dicat. Quod damno quidem afficiatur mulier, ſi maritus, eius iuſſu, debitori delegato, qui promiſerat, acceptilationem fecerit, eſt euidens. Nūquid autem obligatur marito quæ iuſſa eſt acceptilationem facere dicto debitori? Hoc cum quæſiſſet Vlpianus, dicit mulierē quidem marito obligari mandati. Quamobrem recte ſuperius dictum eſt mulierem damno affici per acceptilationem factam eius iuſſu conſtante matrimonio, debitori delegato. ſi enim aduerſus maritum voluerit agere de dote, debet ſuum iuſſum compenſare, hoc eſt, id quod ei debet ex mandato. Et ſi fuerit quidē iam ſolutum marito, poteſt id repetere per actionem de dote. Sed ſi nondum ſoluit, debet hoc cōpenſare quod debetur ex mandato. Vt, verbi cauſa, dedit ei res ducentorum nummorū, & delegauit marito ſuum debitorem qui ei debet centum nummos: adeo vt eſſet quidem dos vniuerſa trecentorum nummorum, ipſa autem eſſet marito obligata obligatione mandati in centum, cum eius iuſſu debitoris fecerit acceptilationem. Si ergo hos centum nummos ſoluit marito, agat de nummis trecentis. Sed ſi nondum ſoluit, non debet de trecentis nummis mouere actionem de dote: ſed moueat quidem de nummis trecentis, compenſet autem centum nummos qui marito ab ea debentur ex mandato.

dum cum eo frequentem haberet conſuetudinem

Quære ca. 18. tit 2 in fine. Recte dixit, Corporibus, ſeruus enim non habet obligationem, vt lib. 15. tit. 1 cap. 41. Eunuchorum alii quidē vocantur ſpadones, alii caſtrati, alii thlibiæ. † Lege ca. 19. & 31. Quære lib. 28. tit. 4 cap. 24. † Quære ll 26 et 27. cap. vltimum lib. 4 Cod tit 29. conſtit. vit & cap 84 huius tit. Quære cap. 21 Lege cap. 41.

IDEM. Si ſerua ſeruo quaſi dotem [a] dederit, & manumiſſi fuerint non [b] adempto peculio, & in eadem coniunctione permanſerint: quæ extant ex [c] datis corporibus, videntur tacite dari in dotem: & eorū æſtimatio tacite debetur mulieri. [d] Eunuchus qui non eſt exciſus, poteſt vxorem ducere, & dotem accipere. IDEM. † Si mulier quę diuerterat, & dotem ſuam nondum reuocauerat, in matrimoniū rurſus redeat: [e] dotem videtur renouare. PAVLVS. Omnes qui dotem promi[e]ſerunt, obligantur, cuiuſcunq; ſunt [f] ſexus aut [g] conditionis. ¶ † Sed ſi factę non fuerint nuptiæ: non mouetur actio de exactione dotis. Non [h] enim verba, ſed res oportet [i] attendere. ¶ Mulier [k] marito, qui eſt eius debitor, recte facit apocham ad dotem conſtituendam. l. 39. l. 40. l. 41 in pr. §. 1 §. 2

ex ſtipulatu

a Hoc enim facit vt etiam poſt libertatem exiſtimētur dos quæ data ſunt: quartum autem thema enim potuiſſe dotem dare ab initio. Lege omnino cap. 67. huius tit.

b Didiciſti enim ex Inſtit. tit. de legatis, quod in libertate inter viuos, niſi ſpecialiter ademptū fuerit peculium, videtur ex præſumptione vna manumitti cum ſeruo qui manumittitur.

c Recte dixit illud, Ex rebus corporalibus Nam cum tunc eſſent ſerui non poterant aliqua habere incorporalia, hoc eſt, aliquas habere actiones. Seruus enim neque obligari poteſt, neque vllū habere obligatum, vt vbique ſcribitur, maxime autem in quarto lib. voluminis de rebus, tit. de peculio. cap. 41. Quinetiam vbi cum eo manumittitur peculium, non poteſt peculiares actiones mouere ſine ceſſione. eæ enim iam competierunt eius domino, & hæredi eius qui perſonā eius ſuſtinet. Actio enim quæ perſonæ competiit, ſine ceſſione non poteſt transferri ad alium: vt tibi traditum eſt in lib. De rebus cap. 3.

INNOM. Lege cap. 68. quod dicit, quod ſi ſerua cognoſcens aut ignorans ſuam conditionem, res mihi in dotem dederit, non facit me illarum dominum, ſed manent illius cuius prius fuerant,

Digitized by Google

fuerant, niſi longa poſſeſſione dominium eorum acquiſierint: nec ſunt contraria. eſt enim alius & alius caſus.

d INNOM. Spadonis nomen ſignificat omnes eunuchos: vt lib. 50. tit. 16. c. 128. Vlpiani. Quod autem & ſpado, & qui vnum habet teſticulum, vxorem ducit & generat, legiſti lib. 21. tit. 1. c. 6. & 40. tit. 2. c. 13. Recte quoque fit miles qui vnum habet teſticulum: vt lib. 49. tit. 16. c. 4.

e Hoc dixi tibi etiam in primo cap. huius tit. quod tacite ex præſumptione videtur conueniſſe inter virum & vxorem, vt dos ſint in ſecundo matrimonio, quæ data ſunt in priori, niſi aliud inter eos conuenerit.

f Siue maſculus ſiue fœmina dotem promiſerit. Dote enim promiſſa ceſſat etiam exceptio Velleiani, etiamſi pro aliqua alia mulier promiſerit dotem dare: vt ſciri poteſt ex lib. 4. C. tit. 29. conſtit. 12.

g Hoc ita accipe prout accipi poteſt: nec dixeris quod etiam ſi ſit ſeruus qui promiſit, obligatur. Seruus enim non obligatur, vt tibi tradidi in 39. cap. huius tit. Illud ergo Conditionis ſic intellige, vt dixi tibi in indice, ſiue ſui iuris ſiue in poteſtate ſit is qui promiſit.

INNOM. Illud conditionis ita intellige, vt referatur ad eum qui eſt in poteſtate, & eum qui eſt ſui iuris, non autem ad ſeruum.

h Nota quod oportet attendere id quod agitur, non autem verba contrahentium.

i In textu latifundii Dig. iis quæ dicta ſunt adiectum eſt, Nam & ſi quis pure dotem dare promiſerit, ſi ſequantur ſcilicet nuptiæ, eam tacite dare promiſit.

k Ne putes eſſe contrarium quod ſitum eſt lib. 46. ff. tit. 4. c. 4. vbi dicit Pomponius non poſſe acceptilationem fieri ſub conditione: nec dixeris quod quoniam in hoc caſu ſub conditione videtur fieri acceptilatio, nempe ſi ſequantur nuptiæ, id quod factum eſt, eſt inutile. Nam primum quidem conſtante matrimonio ponit acceptilationem factam eſſe ratione dotis. Vide enim quid dicat, Cum debitori marito. Maritus autem, is inquam qui vxorem duxit, vocatur dominus. Deinde etiam ſi dixeris ante matrimonium factam eſſe ſtipulationem dotis cauſa, id fieri poteſt. Videtur enim tacita conditio ineſſe in ſtipulatione, etiamſi non ſit ſpecialiter expreſſa ab ea quæ fecit acceptilationem. & ſi non ſequantur nuptiæ, perinde eſt atque ſi ab initio non facta fuiſſet acceptilatio, vt dicit Vlpianus in c. 43. de eo tractans fuſius.

§. 1 ¶ Si [a] debitor mulieris promiſerit dotem ſub conditione, & interim Quære c. 39. in fine.
ſoluendo eſſe deſiuerit, periculum non pertinet ad mulierem: ſed ſi ma- Quære c. 26. tit. 1. c. 3.
ritus ab initio [b] ſciens eum eſſe non ſoluendó, admiſerit: [c] ipſe periclita-
§. vlt. tur. ¶ Si [d] debitor mulieris dotem promiſerit, & eius hæres fuerit mulier:
perinde eſt ac ſi ipſa dotem promiſiſſet, & maritus [e] damnum patitur:
l. 42 ſed [f] ſufficit ipſam facere [g] apocham. CAIVS. Si [h] marito data ſint in Quære ll. 16. tit. 8. c. 63. th. 1.
dotem ea quæ ponderantur, numerantur, & cadunt ſub menſuram: [i] e- Quære c. 10.
ius ſunt periculo. Ad id enim [k] dantur, vt à marito † vt vult vendantur: & † A marito, vel eius hærede.
l. 43. in pr. ſoluto matrimonio alia reddantur eiuſdẽ generis & qualitatis. [l] QVÆ
ad conſtituendam dotem, non [m] factis nuptiis, fit apocha, non valet, ſed
§. 1 manet prior [n] obligatio: ¶ etiam ſi extraneus erat qui fecit apocham: ni-
ſi hoc fecerit vt donaret mulieri. Tunc enim videtur exegiſſe à debitore,
v. planc. & dediſſe [o] marito. ¶ Factis autem nuptiis & ſolutis, mulier repetit: niſi
v. ſecundum. qui fecit apocham, ex pacto ſibi [p] reſeruauit [q] redditionem. ¶ Et ſi ſine
conditione quidem erat debitoris obligatio, ſoluto matrimonio quan-
v. Sin vero. titatem reddit maritus die [r] definito. ¶ Si vero erat in diem, aut ſub [s] con-
ditione, & ſolutum fuerit matrimonium: interim [t] renouatur obligatio,
& fideiuſſores. Sed ſi antequam conſtaret matrimonium, extiterit con-
ditio: die definito à marito exigitur.

a Si debitor mulieris pro ea dotem promiſerit ſub conditione, & poſtea, priuſquam maritus poſſet hoc petere, hoc eſt, priuſquam exiſteret conditio, aut ſi extitiſſet conditio, priuſquam conſtitutum eſſet matrimonium, debitor ſoluendo eſſe deſierit: placuit ad mulierem magis ſpectare periculum: quoniam non videtur maritus ſchedulæ periculum ſubire voluiſſe eo tempore quo debitum non potuerit exigere propter conditionem, aut quod nondum ſecutæ eſſent nuptiæ. Quod ſi ab initio quando promiſit ſub conditione debitum, debitor erat non ſoluendo, tunc maritus huius damni ſubit periculum: quoniam non ignorans videtur talem ſuſcepiſſe debitorẽ, qualis erat quando ei promiſit ab initio.

b INNOM. Recte adiicitur illud ſciens. Didiciſti enim lib. 17. tit. 1. c. 27. quod qui creditori ſuum delegat debitorem, videtur ſoluiſſe, etiamſi non erat ſoluendo delegatus. Lege lib. ſeq. tit. 3. cap. 22. them. 3.

Digitized by Google

c Pone quod maritus, vt eſt poſitum, ſciens quidem non eſſe ſoluendo, ſtipulatus ſit, cum tamē non ideo donet, hoc eſt velit donare vxori, propter id quod habetur in cap. 53.

d INNOMIN. Lege lib. 24. tit. 3. cap. 30. them. 2. perinde ac ſi ipſa mulier dotem primitus promiſiſſet.

e Neque enim æquum eſt vt ipſe condemnetur à muliere eius pecuniæ nomine, quam ipſa debet marito propter ſibi delatam hæreditatem.

f Et ſemel vt dicam, ſatis eſt marito facere acceptilationem.

g Facit autem maritus acceptilationem tanquam in ſolutum, hoc eſt pro iis, quæ ipſe erat ei daturus ſi ad reddendam dotem conueniretur ex ſtipulatu: vt ipſe non conueniatur deinceps à muliere.

h INNOM. Vt maſſa argenti, pecunia numerata: frumentum, vinum, oleum demenſum: vt lib. 12. tit. 1. cap. 2. them. 2. & lib. 18 tit. 1. cap. 15. Caii.

i Nota quod quæ in dotem dantur numero, pondere & menſura, ęſtimatorū locum obtinent.

k INNOM. Atqui dicit cap. 55. quod quæ emuntur ex pecuniis dotalibus, ſunt dotalia.

l Lege lib. 12. tit. 4. cap. 10. Iaboleni. Lege etiam lib. 46. tit. 2. finem cap. 31. Lege etiam principium cap. 10. & 2. them. cap. 42.

m Licet ſoleat dos per acceptilationem conſtitui, tamen ſi ante matrimonium facta ſit acceptilatio, nec nuptiæ ſecutæ ſint, dicit Scæuola acceptilationem quæ facta eſt propter matrimonium non ſecutis nuptiis pro nulla eſſe putari: atque ideo ſuo loco manere obligationem. Hæc autem ſententia Labeonis eſt vera. Quoties autem extraneus volens dotem dare pro muliere ſuo debitori qui eſt ei iungendus matrimonio, fecit acceptilationem: ſi non ſecutæ ſint nuptiæ, manet nihilominus debitori obligatus, & non liberatur ab obligatione. Niſi forte omnino & iure quod auferri non poteſt, ſiue ſecutæ ſint ſiue non ſecutæ nuptiæ, volens donare mulieri extraneus fecit acceptilationem. Tunc enim ſic intelligi oportet quod factum eſt, ac ſi breui ac compendioſa manu mulier ab extraneo debitum acceperit, & ſuo marito dederit. Niſi enim hoc dixerimus, quomodo fieri poteſt vt per liberam perſonam extraneam conditio acquiratur mulieri? Atque hæc quidem ita habent, ſi facta acceptilatione contigerit nō ſequi nuptias. Si enim ſecutæ fuerint nuptiæ, tunc indiſtincte poſt ſolutionem matrimonii habebit mulier dotis exactionem: niſi forte ſic acceptilationem fecerit extraneus, vt quoquo modo ſolutum fuerit matrimonium, ipſe habeat condictionem ad exactionem debiti, propter quod fecit acceptilationem. Tunc enim non habebit mulier de dote actionem. Dote autem ſecundum ea quę dicta ſunt cōſtituta per acceptilationem, & ſecutis nuptiis, ita oportet fieri exactionem dotis ſoluto matrimonio, vt ſi ſit quidem pura obligatio aduerſus debitorem, quæ extincta eſt per acceptilationem, oporteat dotem ſolui non ſtatim ſoluto matrimonio, ſed ſecundum tempora dicta in conſtitutione. Sin vero obligatio in diem fuerit, & priuſquam ſolutum ſit matrimonium, & donec conſtat matrimonium, nondum præterit: oportet ſoluto matrimonio non mouere actionem de dote, neque ſecundum tempora conſtitutionis facere exactionem, vſque ad diem in quo debitor promiſit ab initio. Quod ſi etiam dedit fideiuſſorem, quando credidit ab initio, conuenit etiam renouari obligationem aduerſus fideiuſſorem. Eodem modo & ſi erat debitum conditionale, quod tranſlatum eſt in dotem per acceptilationem, & pendente adhuc conditione ſolutum fuit matrimonium: oportet obligationem reſtitui ſub eandem conditionem. Sed ſi conſtante matrimonio contigerit exiſtere conditionem, rurſus ſoluto matrimonio fit exactio eorum quæ debentur, ſecundum tempora quibus conſtitutio iubet fieri dotis exactionem.

n Ne tibi videatur contrarium id quod eſt in 1. lib. voluminis de rebus tit. 4. cap. 10. vbi Iabolenus dedit condictionem cauſa data cauſa non ſecuta ad repetitionem nummorum propter quos dotis cauſa facta fuerat acceptilatio: nempe quod primaria non ſeruetur actio, etiamſi nuptiæ non fuerint ſecutę. Contrarium autem hic dicit Vlpianus, quod ſi nuptiæ non ſequantur, in ſuo ſtatu ſeruatur prior obligatio. Nam in eo 10 cap. ponit Iabolenus ipſam mulierem feciſſe acceptilationem ei qui deſponderat. Cum ſit ergo caſus diuerſus, merito quoque diuerſi ſunt effectus, idque merito. Clarum eſt enim quod mulier quidem iungenda matrimonio, & propter ſperatas nuptias acceptilationem faciens marito & debitori, maxime habet in votis, & maximopere ſtudet, vt illico ſequantur nuptiæ: & ideo rurſus eſt ei vnus ſcopus, vt ſit ei debitum in dotem. Extraneus autem promittens, aut etiam dotem dans pro muliere, hunc ſolum habet ſcopum, vt quando ſecutæ fuerint nuptiæ, ſi modo ſequantur, liberetur quidem debitor à debito quod ad ipſum attinet: incipiat autem debitum eſſe mulieri in dotem. Et merito ad vtriuſque debitoris affectionis regulam, à primario debito liberationem lex dirigens, aut ſtatim aut poſtquam conſtitutum fuerit matrimonium, dicit debitorem liberari à prima actione. Huius rationis diſtinctionem habes in 9. cap. Nota autem quod vbi ipſa quidem mulier ante nuptias dat res aliquas in dotem ſuam, ſtatim maritum facit eorum dominū ex præſumptione. Vbi autem eſt extrane⁹ qui res ſuas dedit in dotem, non alias fit maritus earum dominus ex præſumptione, niſi ſecutæ fuerint nuptiæ.

o Acquiritur ſeu competit mulieri, nuptiis nō ſecutis, cauſa data cauſa non ſecuta condictio, quando ſuo debitori extraneus fecit acceptilationem, vt volens donare mulieri, ita vt auferri non poſſit: vt ſciri poteſt ex iis quæ dicit Vlpianus lib. 1. voluminis de rebus, tit. 4 cap. 6. vbi etiam dicit mulierem grauari onere probandi.

p INNOM. Quilibet enim extraneus, præter patrem, dans dotem pro muliere, & non eam ſibi reddi ſtipulans, videtur donare mulieri: & ipſa eam reperit, vt lib. 5. Cod. tit. 12. conſtit. 31. & tit. 13. conſtit. Similiter & tit. 14 conſtit 9. Lege etiam huius tit. cap. 9.

q Latifundii

q Latifundii Dig. textus habet, Condictionem ad debiti exactionem: & dicit in id ſcribens Stephanus, certi condictionem intellige generaliter, quę etiam mouetur pro actione ex ſtipulatu. pone enim quod, ſicut poſitum eſt in caſu, dotis redditionem ſibi reſeruauit extraneus.

r Quæ enim ſunt in mobilibus vel ſe mouentibus, aut incorporeis, intra annum: quæ autem ſunt in immobilibus, conſtitutio vult ea ſtatim ſolui, viro ſcilicet condemnato inquantum facere poteſt, niſi dolo ſua bona diminuit: & dat cautionem de iis quæ acquiruntur, vt eſt veriſimile: vt habetur aperte 5. lib. Cod. tit. 13. in prima conſtit. tit.

INNOM. Diem definitum cognoſcis lib. 5. Cod. tit. 13.

ſ Nota quod fieri poteſt in obligatione in diem & ſub conditione vt fiat acceptilatio. Hoc ipſum autem habetur apertius in lib 46. Dig. tit. 4. cap. 10. Neque tibi videatur eſſe contrarium quod dictum eſt in 4. cap. eiuſdem lib. & tit. Illic enim dicit Pomponius non fieri acceptilationem in diem aut ſub conditione. Quod autem à Pomponio dictum eſt, tunc habet locum, quando in eadem acceptilatione expreſſus fuit dies aut conditio: & euenit vt in eo tunc locum habeat regula quæ dicit, Expreſſa nocent: non expreſſa non nocent. Ecce enim expreſſa quidem conditio lædit acceptilationem: illa autem tacite intellecta nihil lædit.

t Nam cum dies quo debetur debitum, nondum ceſſerit etiam ſoluto matrimonio, perinde eſt atque ſi ab initio ne facta quidem fuiſſet acceptilatio. Soluto ergo matrimonio, cum nondum, vt dictum eſt, ceſſerit dies aut conditio, perinde ac ſi ne facta quidem fuiſſet acceptilatio, prior manet obligatio: & merito, non autem de dote obligatio.

l. 44. in pr. VLPIANVS. Si [a] pater dotem pro filia [b] promiſerit, & ante nuptias eius deceſſerit, aut eam ſui[c] iuris fecerit: non ſoluitur obligatio.

§. 1. Si mulier [d] nubens patri debitoris ſui qui eſt in eius poteſtate, promiſerit ei dotem id quod ipſe pater vel filius [e] debet: non obligatur mulier: ſed quod à patre poteſt exigi per actionem de peculio, fit dos: & ſiue aduerſus patrem ſiue aduerſus filium agat mulier, repellitur [f] exceptione: per actionem autem de dote, accipit quantum erat in peculio: niſi ante nuptias facta fuerit promiſſio. Tunc enim illius tẽporis quo factę fuerunt nuptię [g] conſideratur peculium. Quære lib. 11 tit. 6. cap. 21. & huius tit. 64 cap. them. 2 lege cap. ſeq. & finem 47.

a Si pater pro filia ſua dotem promiſerit, & cum nondum ſecutæ eſſent nuptiæ, filiam emancipauerit: non iam extinguitur de dote ſtipulatio, etiam ſi nondum ſecutis nuptiis filiam emancipauerit. Nam & cum nondum ſecutis nuptiis moritur pater, manet nihilo ſecius actio ex ſtipulatu aduerſus eius hæredes: nec extinguitur licet morte patris filia facta ſit ſui iuris, pro qua pater dotem promiſit.

b Quæſtio. Et quænam aduerſus eum aut eius hæredes naſcitur actio ex nuda promiſſione? Stephanus. In dote etiamſi non acceſſerit ſtipulatio, ſed ſola promiſſio, naſcitur aduerſus eum qui promiſit actio ex ſtipulatu: vt dictum eſt lib 5. Cod. in 13 tit. libri in prima & vnica tit. conſtit.

c A caſu ſimili probatur id quod dictum eſt. Nam quemadmodum inquit, ſi puella facta ſit ſui iuris morte patris, manet nihilo ſecius actio ex ſtipulatu aduerſus patrem qui promiſit dotem, & aduerſus eius hæredes: ita etiam ſi pater non deceſſerit, ſed emancipatione ſui iuris facta fuerit puella pro qua pater dotem promiſit, manet nihilo ſecius actio ex ſtipulatu ſalua aduerſus eum & eius hæredes.

d Quædam mulier cui à quodam filiofamilias debebantur mille aurei, etiam ſi filiifamilias patri nubens, ei dotem promiſerit, ad eum vtens his verbis, Quod mihi debes, aut quod filius tuus mihi debet, hoc eſt tibi doti. Dicit Iulianus eam non obligari ex promiſſione. nec omnino cogi dare marito mille in dotem: ſed eorum verborum quæ ab ea dicta ſunt hunc eſſe effectum, nempe quibus dixit, Quod mihi debes, aut filius tuus debet, hoc erit tibi doti, videtur in dotem tãtam dare quantitatem, quantam acciperet ſi aduerſus patrem filiifamilias moueret actionem de peculio. Aſſentitur iis quæ dicta ſunt Marcellus, & dicit quod poſt eam promiſſionem, ſiue aduerſus patrem, ſiue aduerſus filium aggreſſus fuerit mouere primam actionem, repelletur pacti exceptione. Si autem de dote actionem mouerit ex ſtipulatu, ſoluto ſcilicet matrimonio: tantum accipiet quantum probatum fuerit filiumfamilias habuiſſe in peculio eo tempore quo promiſit dotem marito. Hoc autem dico, quando poſtquam conſtitutum fuerit matrimonium, dotis fecit promiſſionem. Nam ſi ante nuptias promiſit dotem, tunc, vt dictum eſt, tantam accipiet quantitatem ſoluto matrimonio, quantam filius familias habuit in peculio eo tempore quo factæ ſunt nuptiæ.

CYRILLI. Mulier nubens Titio promiſit quod mihi filius tuus debet vel tu, ſit doti. conſideramus tempore nuptiarum quidnam fuerit in peculio, aut tempore ſtipulationis quando promiſit poſt nuptias. Idem eſt etiam ſi filio nupſerit. ſed ſi nubens extraneo delegauit filiumfamilias, conſidera tempus ſtipulationis.

e Nota quod ſi ſic dixerit. Sit tibi in dotem quod mihi à te debetur aut à filio tuo, nõ habet mulier electionem eius quod vult habere in dotem. Ne videatur autem tibi contrarium in cap. 46. huius tit. ſed lege illic ſitam adſcriptionem. Lege etiam cap. 7. huius tit.

Digitized by Google

f Nota quod id quod à marito aut à filio mariti ſibi debitum erat, in dotem dare pollicita mulier, videtur cum eo paciſci ne petat debitum.

INNOM. Quando conſideretur quantitas peculii didiciſti lib. 15. ti. 1. ca. 32. 50. 57. & tit. 2. ca. 3.

TRIPHONINVS. Si nuptura debitori qui eſt in poteſtate dederit ipſam de[a] peculio actionem: id quod ex eo poteſt exigi, conſideratur tẽpore nuptiarũ. l.45.in pr.
¶Si vero alii[b] nuptura, iuſſit eũ qui eſt in poteſtate, promittere: videtur dediſſe quantum erat in peculio tempore [c] promiſſionis. §.1.

a Si enim non ſic dixerit, ſed, Do tibi, vel, Eſto tibi in dotem quod mihi à te debetur debitum: tunc vniuerſam debiti quantitatem, & nõ eam quę eſt in peculio, ei dat in dotẽ. Clarum eſt enim, quod filiusfamilias obligatur in ſolidum ex iis qui cum ipſo fiunt contractibus. Quando autem nupſit patri, videtur tantum ea dare quæ ſunt in peculio: etiam ſi ſpecialiter dixerit, Quæ mihi debes, vel filius qui eſt in tua poteſtate, ſint tibi in dotem. Quando enim quæ ab alio ſibi debẽtur, dat mulier in dotem, illa ſolum dare videtur propter quæ poteſt maritus agere. Clarum eſt autẽ, quod pater non poteſt agere aduerſus filium ſuum quem habet in poteſtate, ſed ſolummodo habet deductionem ſeu retentionem, non omnino totius debiti, ſed eorum quæ inueniuntur in peculio ſui filii.

b ENANTIOPH. Ita intellige cap. 58. & quod habetur in capite 7. huius tit.

c Nota quod in extraneo inſpicimus tempus, non nuptiarum ſed ſtipulationis: & tantã quantitatem videtur mulier dare in dotem, quantam filiusfamilias habebat in peculio tẽpore quo facta eſt ſtipulatio. Nam filiumfamilias de peculio dotem promittere extraneo, videtur dicere, Quæcũque nunc habeo in peculio, do tibi quando factæ fuerint nuptiæ. Hoc autem intellige ſecundum id quod dictum eſt in cap. 41. huius tit. vt tanta quidem dos dati videatur, quantam filiusfamilias habebat in peculio tempore ſtipulationis. Si autem ante nuptias fuerit diminutum filiifamilias peculium: hoc eſt periculo vxoris, & non mariti: quoniam nondum ſecutis nuptiis non poterat maritus puellæ agere ex ſtipulatu aduerſus filiumfamilias. Tacitam enim conditionem videtur habere actio ex ſtipulatu nempe ſi ſecutæ fuerint nuptiæ: nec eam poterat intentare maritus cum ſecutæ nondum eſſent nuptiæ: vt dicit Vlpianus in 2.. cap. huius tit. Hoc autem tibi quoque tradidi in cap. 33. huius tit. Si autem ante nuptias auctum fuerit peculium, non videtur augmentum extraneo datum eſſe in dotem: ſed ipſa deinceps mulier agens de peculio, accipit ea quæ poſt ſtipulationem acceſſerunt peculio. Quando autem ipſi filio familias, aut patri eius vxorem ducenti dedit eo modo quem diximus: etiam augmentum vſque ad conſtitutionem matrimonii videtur dediſſe in dotem: & ea ſolum quæ acceſſerunt peculio poſt conſtitutum matrimonium, poteſt ipſa exigere & habere in dotem. Quænam eſt autem ratio differentiæ, aut quamobrem in extraneo quidem attendimus tempus ſtipulationis in patre autem filiifamilias attendimus tempus nuptiarum? Quoniam extranei quidem periculo, cum nondũ ſecutę ſint nuptiæ, non ſunt quæ ſunt in peculio, etiam ſi attendamus tempus ſtipulationis, quo nec volens quidem poterat exigere ante nuptias. Pater autem, etiam ſi attendamus ipſum tempus ſtipulationis, periclitatur. etiam ante nuptias, in iis quæ ſunt inuenta in peculio tempore ſtipulationis, cum non opus haberet vt ageret, ſed poſſet ipſe à ſe ipſo exigere, & reprehenderetur quod ſibi ipſi non ſolueret etiam ante nuptias. propterea etiam ſi cenſeatur eſſe alternatio, dixit enim mulier, Quæ mihi debes, vel quæ filius tuus mihi debet do tibi in dotem. Propterea ergo vt dictum eſt, etiam ſi cenſeatur eſſe alternatio, non habet nunc mulier electionem, ſecundum id quod dictum eſt in fine cap. 46. ſed quæ ſunt in peculio, erunt in dotem, quoniam ante nuptias poterat ipſe à ſe ipſo exigere: & eſſet abſurdum, propter hanc rationem ipſum tanquam de dote periclitari, & ſi non ſequerentur nuptiæ.

IVLIANVS. [a] Etiam inuito domino ſeruus nomine domini dotem ſtipulans, [b] acquirit ei obligationem, ſicut reliquas ſtipulationes quas fecit inuito domino: ſed ad dominum non ſpectat periculum, quando forte debitor mulieris promiſit dotem, & ex improuiſo factus
Quære li 28. tit.8. cap.9. eſt non ſoluendo [c] neque [d] præſtare debet negligentiam. Sed & ſi ſeruo vel filio qui eſt in poteſtate, traditæ fuerint res dotales: dos conſtituitur. periculum autem non pertinet ad dominum: neque præſtant negligẽtiam quandiu ratum & acceptum habuerint. Vnde etiam conſtante matrimonio res[e] recipit mulier, &[f] exigit vt ſibi fiat apocha. l.46. in pr.

a Quemadmodum etiam inuito domino acquirit ſeruus ſtipulationem quam eſt ſtipulatus ita etiam ſi quis nomine domini ſeruo dotem promiſerit, rurſus domino acquiritur obligatio: & ea ita acquiſita non periclitatur eius dominus, ſi forte debitor mulieris qui dotem pro ea promiſit, ex improuiſo factus ſit non ſoluendo: neque tanquam negligens arguetur, ſi cum dotem poſſet exigere, fuit negligens Traditione quoque rei dotalis ſimiliter facta ſeruo eius aut filio qui eſt in eius poteſtate, ſic quoque dos conſtituitur. Non eſt autem mariti periculo, ſi res forte perierit aut interierit.

Digitized by Google

interierit. Sed nec ex negligentia tenetur ſerui dominus aut pater filiifamilias Traditam ergo dotem periculo mulieris eſſe dicimus, donec dominus vel pater ratam habuerit dotis promiſſionem, vel dotaliam rerum traditionem factam ſeruo vel filio qui eſt in eius poteſtate. Ideoq; etiam conſtante matrimonio dicimus mulierem poſſe repetere res quas tradiderit filiofamilias eius qui eſt ei iunctus matrimonio. Poteſt autem incerti quoq; agere condictione, vt eam maritus liberet ab obligatione quam ei acquiſiuit ſeruus aut filiusfamilias propter dotem eis promiſſam nomine ſerui aut filiifamilias qui eam habet.

b Didiciſti enim multis in locis, & maxime in 8. tit. ſecundi Inſtit quod ſiue acceperit ſeruus ex traditione, ſiue fuerit ſtipulatus, ſiue ex quauis alia cauſa aliquid acquiſierit, excepta hæreditate: domino etiam inuito & ignoranti acquirit.

c INNOM. Non ſolum ſi me inuito, ſed etiam me prohibente ſtipulatus fuerit, acquirit mihi obligationem: vt lib. 45. tit. 1 c. 62. Lege etiam conſt. 18.

d Nota quando maritus ne culpam quidem præſtat in dote promiſſa aut tradita.

e Nota quando etiam ſecutis nuptiis, & adhuc conſtante matrimonio poteſt mulier condicere ea quæ data ſunt in dotem.

f INNOM. Scilicet quando non fuit ratihabitio.

§. 1 ¶ Mulier cui debebam, ſic promiſit: Sit tibi in dotem quod mihi de- Quære c.49. them.1.
§. 2 bes, vel fundus Cornelianus: ipſa [a] eligit vtrum [b] velit in dotem. ¶ Pater, etiam ſi falſo exiſtimans ſe filiæ debere, pro ea dotem promiſerit,
L.47 [c] tenetur. IDEM. Si ſeruo dotali donatum aliquid vel [d] legatum ante nuptias fuerit: accedit [e] doti, ſicut fructus qui ex fundo percepti fuerunt ante [f] nuptias.

a Quæſtio, Cur hic quidem mulier cum dixiſſet, Sit tibi in dotem quod mihi eſt debitum, aut ager Sempronianus, ipſa habet optionē quidnam velit eſſe in dote: in cap. autem 44. cum dixiſſet, Sit tibi in dotem quod mihi debes, vel quod mihi debet filius tuus familias non habet electionem: ſed illud eſt omnino ei in dotem, quod filiusfamilias habet in peculio, ſecundum obſeruationem quæ eſt in cap 44. Quænam eſt ergo inter caſus differentia? Stephanus. Hic quidem cum dixiſſet mulier, Eſto tibi in dotem quod mihi debes, vel ager Sempronianus. & habeat electionem vtrum velit eſſe in dotem, nihil omnino nocet marito. Pone autē maritum ei debuiſſe mille nummos, eamq; ſic dixiſſe, Eſto tibi in dotem quod mihi debes, aut fundus Sempronianus: ſiue enim voluerit ſibi agrum eſſe in dotem, eum accipiens maritus, dat ei ſoluto matrimonio: ſiue debitum, hoc eſt, mille nummos, velit habere in dotem, id rurſus nihil nocet marito Eos enim mille nummos, quos ante dotis ſtipulationem conuentus cogeretur omnino dare maritus, eos dat omnino poſtquam ſolutum fuerit matrimonium & ne ſic quidem vt dixi, nocetur marito. In cap. autem 44. vbi dotem ſic promiſit marito, Eſto tibi in dotem quod mihi debes, vel quod mihi debet filius tuus familias, nocetur marito, ſi concedamus mulieri vt eligat vtrum velit. Ecce enim, ſi mulier haberet electionem, ſciens quod filius quidem familias qui ei forte debebat mille nummos, ei tenetur in ſolidum: pater autem filiifamilias non ei tenetur in ſolidum, hoc eſt, non in mille nummos, ſed pro modo peculii filiifamilias: omnino elegiſſet habere in dotem id quod ſibi debetur à filiofamilias, ſciens, ſicut dixi, quod filiusfamilias lege tenetur in ſolidum. Ne ergo noceatur marito, non dat lex mulieri electionem in cap. 44 & hæc eſt differentia.

INNOM. Didiciſti enim c. 11. quod in alternatione reus habet electionem dandi quod velit.

ENANT. Lege tit. 5. c. 9. dicit enim, Mulier cui fundum debebam ex ſtipulatione, ſi dixerit mihi vt debitum habeam in dotem, fit fundus dotalis. Sed ſi agrum debebam vel decem nummos, & datum ſit debitum id quod volo, fit dotis.

b Propterea ſi debitum quidem voluerit habere in dotem, & venerit maritus, vel aliquis alius pro marito verba faciens. & egerit volens agrum repetere, poteſt ei mulier opponere exceptionē. Atque hæc quidem ita habent ſi maluerit debitum eſſe ſibi in dotem, & non fundum. Nam ſi malit fundum, hic quoq. rurſus ſeruatur voluntas mulieris: & fundus quidem eſt ei in dotem: poteſt autem debitum exigere, condictione agens aduerſus maritum.

c Amplius dico, etiam ſi non ſuſpicans ſe debere promiſerit, tenetur: pater enim neceſſe habet dotare filiam vt ex locis plurimis ſciri poteſt, maxime autem ex iis quæ Marcianus dicit in c. 9. tit. præcedentis.

INNOM. Lege finem c. 79 & lib. 12. tit 4. c. 9 & tit. 6. c. 32.

d Pone ſeruum æſtimatum. Nam ſi eſſet inæſtimatus etiam ſi poſt conſtitutum matrimonium aliquid ei fuiſſet donatum aut legatum, dos rurſus augeretur. ſeruus enim æſtimatus, ipſi marito ea ſolum acquirit quæ ſunt ex re mariti & ex operis ſuis: cætera autem vxori: vt dicit in 5. lib. Cod. tit. 13. conſt 1. Quod autem de legato dictum eſt & donatione, intellige etiam ſi ex alia cauſa æſtimatus ſeruus acquiſiuit ante nuptias. Poſtquam enim conſtitutum fuit matrimonium, incipit maritus eſſe inſtar emptoris Eum itaque confirmat æſtimatio: vt prius docuit Calliſtratus in 10. c. huius tit. lege c. 65. huius tit.

INNOM. Lege c. 65. & lib. 5. C. tit. 13. de hac acquiſitione. De dotali autem ſeruo qui ſcribitur hæres, lege c. 16 huius tit. & lib 24. tit. 3 c. 58. & lib. 29. tit. 2. c. 45.

e IOANNIS. Nam poſt nuptias maritus eſt verus emptor in dote æſtimata, vt cap. 10.

Digitized by Google

f Dixi tibi, quod rerum inæſtimatarum, poſt nuptias, fructus lucratur maritus: nec dos eis augetur. idque ſciri poteſt in 9.c. huius tit.

ENANT. De fructibus diſtingue ſecundum principium 8. cap.

Quære c.7. them 3. IDEM. Si quis intra annum promiſerit dare dotem: numeratur an- l.48.in pr.
Lege c.50.& lib.50. conſt. 69. nus non ex die ſtipulationis, ſed [a] nuptiarum, ¶ ſi [b] ſocer meus mihi lega- §.1.
uerit nomine ſuæ filiæ, ego legatum exigo: & ſoluto matrimonio, id do
† ſi velit. meæ vxori per [c] actionem † dotis: fit enim dotis. poteſt autem [d] mulier
Quære c.31. quoque legatum [e] exigere. IDEM. Si ſoluendo quidem eſſe deſierit l.49
qui ex donatione dotem promiſit pro muliere: quærimus an [f] negligen-
Quære c.33. & 37. tia mariti non fuerit exacta. Si autem maritus ei fecerit apocham, ad i-
Quere lib.18. tit.4.c.34. pſum [g] pertinet periculum. perinde eſt enim ac ſi accepiſſet pecuniam,
& eam dediſſet ei qui promiſit. AFRICANVS. [h] Mulier quæ fundum l.50.in pr.
in dotem dederat, diuertit, & fundo non accepto reuertit: & cum [i] pacta
eſſet decem nummos in dote eſſe pro fundo, & eos dediſſet, deceſſit:
fundus à marito repetitur [k] per actionem. ¶ Nam & ſi fundum oppigne- §.1
rauero, & alium poſtea dedero vt primus liberetur: poſſum ſtatim mota
[l] pignoratitia actione primum repetere.

a Nam niſi ſic diximus, vt annus incipiat currere à die nuptiarum, & non factæ ſint nuptiæ intra annum, ſed acceperint aliquam dilationem: euenit vt & dos debeatur & repetatur etiam non ſecutis nuptiis: quod eſt abſurdum.

b Pone enim eum ſic mihi legaſſe, Damno meum hæredem dare meo genero centum nummos nomine meæ filiæ.

c Ex ſtipulatu ad dotem repetendam.

d Nota quod quando alicui legatum eſt aliquid nomine alicuius, poteſt vterque legatum exigere.

e Aliud in dote, vt cap. 89.

f Hoc intellige ſecundum obſeruationem quæ dicta eſt in cap. 33. quando poſt nuptias factus eſt non ſoluendo qui promiſit: non imputatur enim marito, quando nuptiis non ſecutis eam non potuit exigere, vt didiciſti in c. 21. huius tit.

g Hoc intellige quando non iuſſu mulieris maritus ei qui promiſit fecit acceptilationem. Memento eorum quæ dicta ſunt in c. 36. huius tit.

h Mulier quædam fundum dedit in dotem, & inter eam quidem & maritum contractum fuit matrimonium: contractum autem fuit ſolutum miſſo nuncio repudii. ſed ſoluto matrimonio mulier rurſus rediens ad maritum, & renouans prius côniugium, pacta eſt cum marito, vt ipſe quidem decem nummos in dotem acciperet, fundum autem ſibi redderet quem priore coniugio ei dedit in dotem. His autem pactis conuentis, & decem quidem nummis datis marito, agro autem nondum reddito, deceſſit mulier adhuc conſtante matrimonio. Dicit Iuriſconſultus quod bonæ fidei congruit & pacto conuento, vt fundus quaſi qui ſine cauſa ſit apud maritum, poſtquam ei ſoluti fuerunt decem aurei, ab eo exigatur per condictionẽ ſine cauſa. Et quod hæc ita ſe habeant, aperte ſciri poteſt ex ipſa pignoratitia. Nam ſi ab initio dedi tibi pignori fundum Cornelianum, poſtea autem inter nos conuenerit vt ego quidem tibi darem agrum Titianum, à te autem acciperem fundum Cornelianum, & ex conuentione tibi tradiderim fundum Titianum, vt redderes mihi Cornelianum, eſt extra omnem controuerſiam, quod ſtatim aduerſus te recte ago pignoratitia vt à te recipiam fundum Cornelianum.

i Niſi enim pacta eſſet, ſine dubio maneret fundus in dotem apud maritum etiam in hoc ſecũdo coniugio. Scis enim te didiciſſe ex 40. c. huius tit quod ſi ad eundem maritum reuerſa ſit mulier: quæ in priori matrimonio data fuerant in dotem, in dotem rurſus erunt marito: niſi prius aliquid aliud inter eos conuenerit.

k Quæſtio. Cur non tanquam ex permutatione fundum repetit mulier, aut hæres mulieris, decem nummis datis ex conuentione? Stephanus. Quoniam fundus etiam cum ſit adhuc apud maritum, cenſetur eſſe mulieris: nec quiſquã in ſuarum rerum permutatione, permutationẽ proprie dixerit id quod agitur. Sic ergo intellige etiam id quod dictum eſt in c. 25. & 26. huius tit. non proprie illic accipiens permutationem, nec exiſtimans ex hac permutatione naſci actionem præſcriptis verbis, ſed condictionem ſine cauſa, ſicut hic dictum eſt ab Africano.

l ENANT. In ſimili caſu dedit actionem de dote lib. 24. tit 3. c. 66. circa medium. Eſt autem caſus diuerſus. Illic enim dicit, quod mulier cum poſt diuortium dotis partem exegiſſet, & alteri coniuncta eſſet, reuerſa eſt ad primum: & dans ei dotem, prioris non fecit mentionem. Reſiduum itaque videtur fuiſſe prioris dotis: & poſt ſolutionem ſecundi matrimonii numeratur tempus dationis earum. Lege etiam quæ ſunt illic adſcripta. Propterea dat hic & pignoratitiam & ipſam condictionem, quoniam non ſicut maritus eſt dominus fundi dotalis, ita etiam creditor eſt dominus pignoris. Poteſt autem creditor quoque condictione agere aduerſus dominum.

Digitized by Google

num. Et ſi dixeris ſed & poſſeſſionem reuocat, id ei quod nunc dictum eſt non repugnat: eſt enim bonæ fidei pignoratitia. Didiciſti enim in fine tituli de condictione ob turpem cauſam, quod etiam ſi ſit condictio, datur actio ex contractu, cum ſit bonæ fidei.

l. 51 Papinianvs. Si [a] voluntate filiæ meæ quæ eſt ſui iuris, data
* ſint quæ ſunt ei à me donata: non ego, ſed ipſa videtur [b] donaſſe. * In dotem. & tunc non eſt dos profectitia.

dato in dotem

l. 52 Martianvs. Si pro fundo æſtimato aut inæſtimato, mulier Lege cap. 70. them. penult.

duplam euictionis

duplum, etſi non [c] neceſſe haberet, [d] promiſerit: quoniam fundus eſt in Quære cap. 15. Lege lib. 17. & lib. 14. tit. 5. c. 47.

ex ſtipulatu.

dote, quod maritus ex [e] eo acceperit, reddit [f] mulieri de dote agenti.

a Non poterat enim contra eius voluntatem ad alium transferre quæ ei ſemel ab eo donata fuerant cum eſſet emancipata, & quorum filia habebat dominium.

b Profectitia dos eſt proprie, quæ diminuit bona patris qui eam dedit, vt antea dixit Iulianus in 5. cap. Quænam autem bonorum patris facta eſt hîc diminutio, quando datarum rerum non ipſe erat dominus tempore dationis, ſed puella per iam prius ſibi factam à patre donationem? Recte autem poſuit eam emancipatam. Nam ſi non fuiſſet emancipata, tunc habuiſſet pater rerum quas donauit dominium. Nam vt mittamus quod non valet donatio patris in filiam quæ eſt in poteſtate, ſcis quod quæ ex re patris acquiruntur patri pleno iure acquiruntur.

c Innom. Quoniam fundus eſt in dote.

d Propter eum. Pone enim quod cum aduerſus eum actum eſſet, ab ipſa duplam accepit.

e Nota in textu quod non neceſſe habet mulier promittere pro dotalium rerum euictione: hoc autem tradidi tibi etiam in c. 16. Quæſtio. Nunquid autem è contrario neceſſe habet maritus pro dote mulieri dare fideiuſſorem? Stephanus. Nec fideiuſſorem nec mandatorem neceſſe habet dare pro dote, neque ſi ipſe maritus, ſiue eius pater, nec ſi aliquis alius dotem accepit: & ſi etiam datus fuerit, non retinetur. Sed nec vlla lex aut conſuetudo poteſt valere aduerſus ea quæ ſic ſunt conſtituta: vt dictum eſt 5. lib. Cod. tit. 20. in conſtit. quæ ſunt in eo tit. Sed ſi inueniatur maritus redigi ad inopiam, poteſt mulier adhuc conſtante matrimonio dotem ſuam repetere, habens, ſi extent res dotales, directam in rem, & hypothecariam, vt ſciri poteſt in eodem 5. lib. C. tit. 12. conſt. 29. & 30.

f Pone quod etſi fundus fuerit æſtimatus, conuênit tamen vt ſi ſolueretur matrimonium, ipſe redderetur. æſtimati enim emptor eſt maritus, non ipſum reddit ſed pretium. Lege c. 70. the. 8.

l. 53 Neratius. Si [a] tanquam donans vxori, accepit debitorem eius Quære c. 16.
qui non erat ſoluendo, dotem promittentem: ea ſolum quæ acquiſiuit, ſunt periculo mariti: & quanuis poſtea aliquid eorum diminuerit debi-
l. 54 tor, manet maritus obligatus. Caivs. Quæ ex rebus dotalibus Lege c. 64. Quære c. 103.
[b] empta ſunt, ſunt [c] dotalia.

a Maritus volens donare ſuæ vxori, debitorem eius, qui erat pauper, & mulieri quidem debebat quingentos nummos, non poterat autem reddere plus quam centum, accepit dotem pro ea promittentem. dicit Neratius, Quoniam conſtante matrimonio inter virum & vxorem non valet donatio, viri periculo eſt illa ſola quantitas, & pro ea ſola tenetur vxori. quam poterat ſoluere debitor qui promiſit, hoc eſt pro ſolis centum nummis niſi debitor aliquid aliud acquiſierit: tunc enim ei creſcit periculum: & in acquiſita quantitate manet in eodem ſtatu, etiam ſi debitor qui promiſit, poſtea rurſus pauper factus ſit: quoniam neque ab initio quando debitor pauper dotem promiſit, cenſebatur id quod factum eſt. eſſe donatio, niſi illius ſolius quantitatis quam debitor dare non poterat: neque quando poſtea debitor cœpit eſſe ſoluendo, permanet cauſa donationis: & cum locuples factus ſit debitor, non videtur fuiſſe donatio inter maritum & vxorem, ad hoc vt mariti periculo non ſint quæ ſunt acquiſita, vtpote quod conſtante matrimonio non valeat donatio. Cum enim ſoluendo cœperit eſſe debitor, in eo loco res eſt quo futura erat ab initio ſi cum dos fuit promiſſa, locuples fuiſſet debitor qui promiſit. Adſcriptio. Ne videatur tibi contrarium quod dictum eſt in cap. 41. huius tituli: vbi dicit Paulus, quod ſi maritus debitorem mulieris, cum eum ſciret eſſe non ſoluendo, dotem promittentem acceperit, mulieri tenetur in ſolidum, vt qui videatur ſuſcepiſſe periculum nominis: nec dixeris, pone, ſecundum idem cap. 41. quod maritus ante nuptias eſt ſtipulatus à debitore mulieris, cum non fuit prohibita donatio facta inter maritum & mulierem. Nam etſi ſola quæ inter maritum & mulierem conſtante matrimonio fit donatio eſt prohibita, omnis tamen quæ ab aliquo propter dotem fit ſtipulatio, refertur ad ipſum tempus matrimonii, & in ipſo accipit conſtitutionem, vt didiciſti 22. & 41. cap. huius tit. & ſic quoq; inuenitur quæ in matrimonio à marito in vxorem fieri videtur donatio, ſecundum id quod dictum eſt in æſtimatione rerum quæ datæ ſunt in dotem in 12. cap. huius tit. Sed dic quod ſecundum caput quidem 41. quod à debitore quidem mulieris qui non erat ſoluendo, ſtipulatus fuit

maritus, ſed non eo animo vt vellet ei gratificari, ſicut in hoc cap. animum habens & propoſitum donandi vxori, ſtipulatus eſt à debitore eius qui non erat ſoluendo.

b ENANT. Lege lib. 5. Cod. tit. 12. conſtit. 12.

ENANT. Imo vero in Codice pone pecuniam ei datam fuiſſe in dotem: hic autem id quod redibat ex redditu lapicidinarum inæſtimatarum, vt eſt in c. 33. Dicit enim in dicto cap. quod fundus quem emit maritus ex rebus dotalibus, non acquiritur vxori: neque enim ei poterat acquirere actionem ex empto, ſed dat ei quod eſt reſiduum ex dote niſi tranſegerit. Atqui dicit Stephanus aliam afferens diſtinctionem, quod ſi inueniatur maritus non ſoluendo, quæ empta ſunt ex rebus dotalibus, dantur in dotem, vt quæ præferatur aliis creditoribus: quod non habet rationem. Nam etiam abſque hac lege mulier tacitam habet hypothecam in bonis mariti. Atqui dicit conſtit. 43. quod ſi data fuerint quæ conſtant pondere, numero & menſura, ſunt mariti periculo. Ideo enim dantur vt à marito vt vult vendantur, & ſoluto matrimonio alia reddantur eiuſdem generis & qualitatis. Sunt autem quæ pondere conſtant, argentum. Quæ numero, denarii ſeu pecunia. Quæ menſura, frumentum, vinum, oleum: vt lib. 12. tit. 1. c. 2. & lib. 12. tit. 1. c. 31.

c Hoc intellige, non vt maritus qui eſt ſoluendo, & poteſt quas accepit pecunias reddere mulieri poſt matrimonii ſolutionem neceſſe habeat res emptas, ſoluto matrimonio, ſicut dixi, ei dare. Didiciſti enim ex iis quæ dicit Gaius cap. 42. quod maritus qui accepit in dotem res quæ conſtant numero, pondere & menſura, non debet ea quæ accepit, ſed alia eiuſdem generis & quantitatis. Sed quod dictum eſt ea quæ ſunt empta ex rebus dotalibus eſſe dotalia, eo ſpectat, vt ſoluto matrimonio, ſi maritus non ſit ſoluendo, nec ſibi datam pecuniæ quantitatem poſſit reddere mulieri, poſſit mulier mouere actionem in rem aduerſus res emptas, vt quæ cenſeantur ipſæ quoque eſſe dotales. Nam aduerſus res dotales, ſi modo extent, poteſt mulier ſi maritus non ſit ſoluendo, mouere directam in rem, ſoluto aut etiam conſtante matrimonio, & præfertur omnibus creditoribus: vt dictum eſt lib. 5. Cod. tit. 15. c. 1. Vide quomodo dixerit directam in rem: nam hypothecariam in rem, non ſolum aduerſus res dotales, ſed etiam aduerſus alia bona mariti poteſt mouere mulier: & in his quoque præfertur omnibus mariti creditoribus: vt dictum eſt etiam lib. 6. Cod. in 17. lib. tit. in vltimo cap. tit. Dicit autem Vlpianus quoque in lib. 24. ff. tit. 3. in fine cap. 22. quod ſi mulier fuerit coniuncta ſeruo exiſtimans eum eſſe liberum, & ei res in dotem dederit, etiam ipſi domino præfertur in rebus datis in dotem, & iis quæ ex eis empta ſunt, vt quæ videantur ipſæ quoque eſſe dotales. Quare etiam ſecundum hunc caſum ius procedit.

IDEM. Qui [a] pro dote promiſſa fide iubet, [b] obligatur. IDEM. l. 55

(delegans mihi ſuum debitorem)

Si mulier ſeruum ſibi pro dote debitum, mihi dari conſtituerit, & ante l. 56. in pr.
ſolutionem ſeruus ſit mortuus abſque mora mea & debitoris: eſt periculo mulieris. Quod ſi etiam moram fecero in exactione, erat autem, etiam ſi apud me fuiſſet, moriturus, non [c] obligor. ¶ Vbi ſunt onera ma- §. 1
trimonii, illic etiam dos eſſe [d] debet: ¶ ſtatim autem poſt mortem patris §. 2
ſequuntur filium, ſicut & filii & vxor.

a INNOM. In 1. & 2. conſtit. 20. tit. lib. 5 Cod dicit quod à nemine dotem accipiente exigitur fideiuſſor aut mandator. & ſeu lex ſeu conſuetudo vult maritum dare fideiuſſorem vxori, ea eſt abrogata: ſoluto autem matrimonio recte dat fideiuſſorem. Dictum eſt enim li. 24. tit. 3. conſt. 24. q. ſi oporteat mulieri dare fideiuſſores de ſolutione dotis facienda tempore conſtituto, nec poſſit maritus dare fideiuſſores, ſtatim fit condemnatio, ab eo retento lucro intermedii temporis, nec poteſt mulier hoc recuſare: ſed ſi cum poſſit non det fideiuſſores, non retinet lucrum intermedii temporis.

b Hoc eſt, quod vult dicere, Etiam ſi nondum ſecutis nuptiis, nō agatur aduerſus eum qui promiſit dotem, quoniam videtur promiſiſſe ſub conditione, ſi ſecutæ fuerint nuptiæ: tamen ſi dederit fideiuſſorem, tenetur fideiuſſor, videlicet ſi ſequantur nuptiæ: quoniam etiam pro futura obligatione recte datur fideiuſſor, vt didiciſti lib. 2. Inſtit. & dictum eſt lib. 46. ff. tit. 1. conſtit 4. Poſſumus autem aliter quoque interpretari hoc caput, & dicere, quod qui fideiuſſit pro eo qui dotem promiſit, tenetur in ſolidum: licet is qui dotem promiſit, ſed ex liberalitate condemnetur in quantum facere poteſt. Eſt enim perſonale, & iis ſolis datur quibus conceſſum eſt ab initio, non etiam eorum fideiuſſoribus: vt ex plurimis quidem locis ſciri poteſt, maxime autem ex cap. 63. pro ſocio, 33. c. huius tit.

ENANT. Pro dote marito promiſſa fuit ei quiſpiam fideiuſſor, non autem ei pro ea reddenda: ita intellige propter 20. tit. 5. lib. Cod. Lege lib 24. tit. 3. c. 24 Pignus autem recte datur, vt lib. 24. tit. 1. conſt. 7. Dictum eſt etiam lib. 42. tit. 1. c. 24 quod qui marito pro dote fideiubet, condemnatur in ſolidum ſimiliter lib. 44. tit. 1. c. 7.

c ENANT. Inæſtimatum pone dotalem hoc eſt, dotem.

d Illic dotem eſſe conuenit vbi ſunt etiam onera matrimonii: hoc eſt, ille debet habere dotem, qui cogitur ferre onera matrimonii. Hæc autem onera ſtatim poſt mortem patris tranſeunt ad eius filium. Onera autem matrimonii ſunt filii & vxor quos cogitur alere qui duxit vxorem. Quid hoc autem ſit, diſce apertius. Pater deceſſit relictis duobus filiis, pro quorū vno dotem acceperat.

Si filii

Si filii defuncti inter ſe paternam diuiſerint hæreditatem, oportet vnum ex filiis pro quo pater viuus dotem accepit, eam habere præcipuam, quoniam poſt mortem patris eſt ſubiturus onera matrimonii. Additio. Nam cum deceſſit pater qui dotem accepit, duobus aut pluribus relictis filiis: præcipuam vxoris ſuæ dotem accipit vnus ex filiis: vt dicit Vlpianus in c. 20. familiæ herciſcundæ: & vt dictum eſt lib. 3. Cod. tit. 32. conſt. 2.

INNOM. Et alioqui etiam debet eius curam gerere, vt lib. 24. tit. 3. c. 12. them. penult. Similiter lib. 10. tit. 2. c. 29. & cap. 41. & lib. 3. C tit. 36 conſtit. 2. lege etiam finem c. 65. tit. 2. lib. 17. & the. 4. cap. 31. tit. 5. lib. 24.

§. vlt. ¶ Quod [a] dicitur neceſſarias impenſas ipſo iure dotem minuere, id ſignificat, vt maritus retineat fundum aut eius [b] partem, donec impenſam acceperit. Si autem [c] per partes tantum impenſum ſit in fundum quanti eſt fundus, deſinit eſſe [d] dotalis: niſi intra annum dederit impenſas. Si vero cum fundo erat etiam pecunia in dote, [e] minuitur pecunia. Muliere autem ſoluente impenſas, fundus in dotem reuertitur: interim autem prohibetur eius alienatio. Quære lib. 25. tit. 10 c. 5.

a Quod dicitur neceſſarias impenſas ipſo iure dotem minuere non eo pertinet, vt ſi forte fundus datus ſit in dotem, & neceſſariæ pro eo impenſæ factæ ſint à marito, deſinat ex eo fundus eſſe dotalis. Sed quod dictum eſt neceſſarias impenſas ipſo iure dotem minuere, eo ſpectat, vt niſi reddantur impenſę neceſſarię, retineatur pars fundi, quæ eſt forte mille nummorum: tantam enim in eum quantitatem maritus per partes impendit. Dicebat noſter Scæuola agrum deſinere eſſe dotalem, niſi mulier ſponte marito intra annum factas in fundum impenſas dederit. Atq; hæc quidem vbi ſolus fundus datus eſt in dotem. Nam ſi pecuniam cum fundo dedit mulier, & neceſſariæ impenſæ in fundum factæ ſunt à marito, dicit Nerua pecuniam datam deſinere eſſe in dote, non fundum. Quid ergo, ſi cum in fundum neceſſariæ factæ eſſent impenſæ, & ipſe fundus vel in partem vel in totum deſiiſſet eſſe dotalis ſecundum ſententiam noſtri Scæuolæ, vel pecunia quæ ab initio in dotem cum fundo data fuerat, deſiiſſet eſſe dotalis, poſtea, mulier impẽſas in fundum factas dedit marito, vtrum neceſſariis impenſis datis creſcit dos, an ex integro rurſus dari videtur, & quæ prius data eſt tandem renouatur, adeo vt quæ deſierint eſſe dotalia ſecundum Scæuolæ ſentẽtiam, incipiant rurſus eſſe dotalia? Huius autem differẽtiæ manifeſtiſſima iniquitas in fundo eſt, ſecundũ ſententiam noſtri Scæuolæ. Nam ſi deſinit dotalis eſſe, poteſt recte alienari ſi autem fuerit alienatus, quomodo pecunia pro impenſis data marito, poteſt rurſus fieri dotalis? Nunquid ergo hoc quidem non dicimus propter abſurditatem: pecuniam autem ipſam quæ nunc data eſt, dicimus eſſe in dote? Scio autem omnes eſſe dicturos ipſum potius fundum reuerti in dotem: hoc eſt, deſinere quidem fundum eſſe dotalem interim autem inhiberi eius alienationem.

b CYRIL Quando in fundum dotalem neceſſariæ factæ fuerint impenſæ. ſi ſit pecunia in dote, ipſa minuitur. Sin minus: ipſe fundus, quando impenſæ non fuerint ſolutæ: interim autem non poteſt maritus eum alienare.

ENANT. Lege ſeq tit. c. 5. & lib. 25. tit. 1 c. 5.

c Neceſſariæ impenſæ ſunt quę ſi non fiant, perit ſubiectum. Quoniam ergo reprehendebatur maritus quod in fundum quadringentorum nummorum quadringentos ſimul impendiſſet, merito ponit Iuriſconſultus impenſas factas eſſe per partes. Scis enim quod in æſtimatis eſt inſtar emptoris, & ſibi videtur impendere.

d Scias quod quando pecunia eſt in dote etiam ſi ſolutæ fuerint impenſæ in dotem factæ, non renouatur dos quæ prius data fuit: ſed augetur, & noua dos creſcere vel dari videtur: vt dicit Vlpianus in lib. 25. tit. 1. c. 1.

e Hoc dicit Paulus ſecundum ſententiam Scæuolæ, præter hoc quod dicens iniquam Scæuolæ ſententiam, inhibet interim venditionem, etiam ſi non ſint ſolutæ impenſæ neceſſariæ: vt diſcere poſſumus ex iis quæ conſequuntur Et alioqui didiciſti in lib. 25. tit. 1 c. 5. quod neque fundus inæſtimatus, neque res corporalis inæſtimata, in dote minuitur propter impenſas neceſſarias: ſed habet maritus retentionem, donec ſibi ſatisfiat in impenſis.

l 57 IABOLENVS. [a] Mulier cui debitor erat filius qui erat in poteſtate, ei nuptura, ſic promiſit patri eius: Quod filius tuus mihi debet, eſto tibi in dotem. ſi dedit quidem filii obligationem, tota quantitas eſt in dote. Si autem id quod poteſt exigi à patre, illa quantitas eſt in dote, in quam potuit condemnari [b] tempore [c] promiſſionis: ſed ſi non appareat de qua obligatione ſenſerit mulier, videtur dediſſe debitum filii: niſi probatum fuerit contrarium.

a Mulier quædam, cui quidam filiusfamilias debebat quingẽtos nummos, cum eſſet ei nuptura, dotem patri quidem filiifamilias ſuo autem ſocero, his verbis promiſit ſpecialiter, Quod filius tuus mihi debet, id erit tibi doti. Dicit Iabolenus, Multum intereſſe puto, vtrum filii obligatio, an à

patre exactio & de in rem verſo, contineatur dotis promiſſione: hoc eſt, vtrum videtur mulier per verba quæ dicta ſunt, quingentos nummos in quibus erat ei obligatus filiusfamilias, dediſſe in dotem, an ſolam illam quantitatem quam daret pater filiifamilias ſi conueniretur de peculio, pro modo peculii, & pro eo quod, vt eſt veriſimile, eſſet in rem eius verſum. Nam ſi per ea quidẽ verba quæ dicta ſunt, vt dixi, ſignificabat filii obligationem, tunc dicimus eam dediſſe in dotem quingentos nummos, in quibus erat ei obligatus filiusfamilias, non autem ſolam illam quantitatem quam daturus erat pater filiifamilias ſi conueniretur de dote, dicimus contineri promiſſione dotis. Sed ſi non ſignificabat obligationem filii, ſed quod daturus eſſet pater, ſi conueniretur de peculio & de in rem verſo, vt eſt veriſimile, oportet conſiderare non vniuerſam debiti quantitatem, nempe quingentos aureos, ſed quantum eſt id quod eſt in dotem, eo tempore æſtimatum ex peculio, & eo quod eſt in rem verſum: vt illa ſola quantitas videatur eſſe in dotem, in quantã illo tempore condemnaretur nomine filii. Quod ſi non euidenter appareat de quanam obligatione mulier ſenſerit, vtrum de obligatione filii, an de ea ex qua agi poteſt in patrem de peculio aut de in rem verſo, tunc eſt veriſimile ex præſumptione, eam quingẽtos aureos in quibus erat ei obligatus filiusfamilias, dediſſe in dotem niſi euidentiſſime contrarium approbetur.

b Hoc eſt, tempore nuptiarum. Didiciſti enim ex cap. 44. & 45. huius tit. quod ea cui eſt debitor filiusfamilias ſiue nubens filiusfamilias patri dotem ſic promiſit, Quod mihi debet filius tuus familias, hoc erit tibi doti: ſiue nubens ipſi filiofamilias, ſic dixerit, Actionem de peculio do tibi in dotem, tempus nuptiarum attendimus & quod erat in peculio tempore nuptiarum, hoc eſt ei in dotem. Sic ergo intellige hic quod dictum eſt Eo tempore.

c INNOM. Intellige quod facta fuit promiſſio tempore nuptiarum, propter id quod habetur in fine cap. 45 & 46.

CELSVS. Si[a] nõ factis ſponſalibus, dotẽ[b] promiſeris pro ea quæ non vult mihi nubere, nupſit tamen poſtea: teneris ſi non aliæ nuptię interceſſerunt. ¶ Mulier[c] cui ancillam debebam ex ſtipulatione, permiſit mihi habere in dotem id quod ei debeo: fit ancilla dotalis, etſi mihi non erat: & eius partum accipit mulier, & eſt ei⁹ periculo. quãquam ſi in ſuo ſtatu manſiſſet prima ſtipulatio, partum[d] non acciperet. Hæc, cum haberem ancillam dum dos[e] conſtitueretur. Sed ſi non habebam, liberatio ab obligatione, & non ancilla eſt in dote. Itaque nec partus eius
ſed ancillæ æſtimatio
debetur. MARCELLVS. Si[g] mihi aut Petro mulier dotem promiſerit: recte ſoluit Petro, & ego teneor: quemadmodum ſi iuſſu meo Petro dederit quæ erat mihi promiſſura, alii videtur obnoxius. Non enim mihi promittens, videtur de Petri nuptiis cogitare.

l. 58. in pr.
§. 1.
l. 58.

a Quidam pro quadam Seia dotem promiſit cuidam Titio, cum neque facta eſſent ſponſalia, neque vellet Seia Titio coniungi matrimonio: ex quadam tamen pœnitẽtia ei poſtea fuit coniũcta. dicit Celſus eum quoque ſic teneri qui dotem promiſit. niſi poſt ſtipulationem Seia nupſit alicui alii: vel Titius aliam duxit vxorem: & eo ſoluto matrimonio Seia nupſit Titio: ſed lege quod deinceps ſequitur caput huius tit. Additio. Nota quod etiam ſi nondum interceſſerint ſponſalia poteſt dos promitti, & non videtur hoc eſſe ſponſalia.

b INNOM. Nota quod promittere dotem non facit ſponſalia.

c Mulier quædam cui quidam Titius debebat ex ſtipulatione ancillam quæ vocabatur Pamphila. Ea nubens huic Titio, permiſit ei habere doti quod ſibi ab eo debebatur. Quærit nunc Celſus. vtrum ſi Titius ancillam non poſſederit, nihilominus ſic quoque videtur Pamphila ei data eſſe in dotem: quia ſi in ſuo ſtatu manſiſſet, quæ ab initio facta fuit à Titio de Pamphila ſtipulatio, & non eſſet translata ad dotis promiſſionem, nõ redderetur mulieri quod ex Pamphila natum eſſet. Quare merito dixerit quiſpiam ne nunc quidem reddi: niſi forte refert an Pamphilam habuerit Titius eo tempore quo mulier ei dotem promiſit. Sic enim hoc eſt, quando eam poſſidebat Titius, poterat ipſa Pamphila videri Titio data eſſe in dotem, & non Pamphilæ obligatio. Quod ſi illo tempore Pamphilam nõ habuit Titius, videtur potius liberatio obligationis quam ipſa Pamphila ei data eſſe in dotem. Ideoque Pamphilæ partus non ei debetur.

d CYRILLI. Quæ ſtipulata fuit ancillam mihi promiſit in dotem id quod ei debeo. Si eam quidem poſſidebam, ipſam debeo: & eſt mulieris periculo partus quoque, etiam ſi non deberetur partus ex ſtipulatione. Si non poſſidebam, debeo æſtimationem.

e Nota quod qui promiſit ancillam, debet dare ei qui eſt ſtipulatus ſolam ancillam, non etiam eius partum. Lege huius lib ſingularis tit. vltimum, cap. 14. thema vltimum, & quæ illinc ſunt adſcripta.

f Lege tit. 5. cap. 9. & lib. 52. tit. 1. cap. 4. eſt ergo tanquam inæſtimatus propter dictum cap. 11. & 19.

g Mulier quædam ſic promiſit dotem, Promitto dare decem nummos in dotem tibi aut Titio. Dicit Marcellus, etiam ſi marito aut Titio promiſit mulier dare decem aureos in dotem, etiam

Titio

Digitized by Google

Titio recte ſolui in dotem decem aureos: mulieri tamen maritum teneri actione de dote, etiam ſi ſoluat Titio decem nummos: quemadmodum ſi iuſſu mariti promiſiſſet Titio decem nummos. nec mirum, cum quæ etiam dotem nondum promiſerat marito, erat autem ei promiſſura, poſſit ab eo delegari alicui alii, & ei dotem promittere: etſi ſolet dici nulli alii quam marito, dotis nomine mulierem poſſe obligari. Nam in his caſibus id quod agitur, ſpectat ad maritum: neque enim quoniam mulier marito aut Titio dotem dare promiſit, propterea ſic forte tibi aut Titio dotem promiſiſſe, vt cogitaret nubere Titio, id eſt, haberet propoſitum vt marito vel Titio iungeretur matrimonio.

§. vlt. ¶Si pro[a] ea quæ putatur[b] libera, dotem dedero, eam repeto: quemadmodum ſi pro libera dediſſem, & nó nupſiſſet. Sed ſi manumiſſa nupſit, tunc fit dos, quando ea [c] mente dedi, vt ſit dos quandocunq; ſecutæ ſint nuptiæ. Sin autem volui donare mulieri, dominus habet repetitionem: quemadmodú ſi iuſſiſſet mulier eú qui erat ipſi donaturus, dare marito. Quære lib. 28. tit. 7. in fine. Lege principium c. 10.

l. 60 Celsvs. Pro modo facultatum, & pro dignitate puellæ & mariti, de- Lege cap ſequens. & c. 71.
mulieri dotem promittenti.
l. 61 bet curator conſentire promiſſioni [d] dotis. Sive ſit curator generalis, ſiue dotis dandæ cauſa factus ſit, & ſupra modum facultatum [e] promiſerit: id quod eſt amplius, eſt ipſo iure [f] irritum. Nam quæ [g] dolo facta
§. 1 [h] eſt authoritas, non [i] valet. ¶Debet autem [k] curator res in dotem dare, & non vendere, & dare earum pretium: [l] licet res dotales plerunque vendantur, & earum pretium inueniatur in [m] dote. Sed ſi inſtat maritus vt pecuniam potius accipiat: intret curator ad iudicem qui eum conſtituit, & marito abſente, cauſa cognita, permittatur dotare ex venditione.

a Dedit quiſpiam decem in dotem pro muliere quę revera quidem erat ſerua, putabatur autem libera. Dicit Marcellus, eum qui dedit 10. nummos in dotem, condictionem habere ad repetendum, quomodo eam potuiſſet habere, ſi pro libera quidem muliere dediſſet decem nummos in dotem, accidiſſet autem vt nuptiæ non ſequerentur. Quod ſi etiam ſerua forte fuerit manumiſſa, & manumiſſa nupſerit ei qui acceperat decem nummos, in dotem ſcilicet: in his decem nummis dos conſiſtit: & eos ita demum non poteſt repetere is qui ipſos tradidit ab initio, quando ea mente dedit, vt quandoque ſecutis nuptiis ii ſint in dote. Si igitur non hac lege, nempe ſi ſequerentur nuptiæ, decem nummos dedit, ſed tanquam donans mulieri: poteſt eius dominus condictione agens aduerſus eum qui accepit, eos condicere: quemadmodum ſi is qui erat ipſi daturus, effeciſſet vt ancilla daret marito.

b Innom. De ſeruo qui exiſtimatur liber, & vxorem duxit liberam, lege lib. 15. tit. 1. conſtit. 52. & lib. 16. tit. 3. conſtit. & finem c. 22. 3. tit. lib. 24.

c Nota quod non ex eo quod poſtea ſecutæ ſint nuptiæ, ſed ex mente eius qui dedit dotem, ſpectari dicit eius conſtitutionem. Ne videatur tibi contrarium quod dictum eſt à Papiniano in c. 62. ſed lege eam quæ illic ſita eſt adſcriptionem.

Cyrilli. Dedi dotem pro ancilla, eam repeto, quemadmodum ſi dediſſem pro libera, & ſecutæ non eſſent nuptiæ. Niſi manumiſſa nupſerit, & ea eſſem mente, vt dos eſſet nuptiis quandocunque ſecutis. Sed ſi dedi volens ei donare, ſiue eius iuſſu, ſiue non, dominus habet condictionem.

d Additur in latifundio Dig Semper quidem habita ratione eius quod recte habet. Quod quidem dictum interpretans Stephanus dicit: Nam ſi magnas habet facultates maritus, & eſt maxima dignitate ornatus, eſt autem non honeſtis moribus, aut non vult alias cum puella contrahere matrimonium, niſi omnia eius bona acceperit in dotem: non oportet curatorem conſentire. Poteſt autem hoc quoq; dici pro modo perfectæ dotis. Nam cum perfecta dos ſit conſtituta vſque ad ſola quadringenta, non debet curator eſſe auctor in maiori quantitate, etiam ſi ſit vtraque perſona locuples.

e Dixi enim tibi etiam in ſuperioribus capitibus, quod nota. quod etiam ſi quis inutiliter per ſtipulationem dotem dare promiſerit, vel etiam non promiſerit, ſed tantum ſit pollicitus, tenetur ex ſtipulatu. Et hoc dicit lib. 5. Cod tit. 13. in prima & vnica tit. conſtit.

f Non totum, ſed id ſolum quod excedit illam quantitatem, ad quam vſque oportebat ſolum fieri dotis promiſſionem.

g Innom. De immenſa dote & omnibus bonis datis in dotem, lege lib. 3. c. 9. & lib. 26. tit. 7. c. 42. & lib. Cod. tit. 33.

h Nam ſupra modum facultatum puellæ factam eſſe dotis promiſſionem, vel dolum arguit Curatoris, vel latam culpam, quam conſtat dolo æquiparari: & merito lege rata non eſt auctoritas Curatoris quæ dolo facta eſt.

i Innom. Perinde eſt enim non conſenſiſſe, & temere conſentiſſe.

Digitized by Google

EIVSDEM. Dolus enim aduerſatur conſtitutioni actionum bonæ fidei: vt lib. 8. tit. 1. conſtit. 57. & huius tit. cap. 13.

k Siue generalis, ſiue factus vt det dotem.

l Ac ſi diceret, Cur prohibemus curatorem quidem res vendere, pecunias autem dare in dotem, cum etiam ſi ipſi datæ ſint, poſſit maritus plerunque eas vendere: nempe quando ſunt æſtimatæ: & non reddit res ipſas ſoluto matrimonio, ſed rerum æſtimationem?

m Hoc autem dicit tanquam in argumento. Quoniam enim dixit, Curatori cauſa cognita permitti rerum alienationem: & veriſimile erat putaturos aliquos quod neceſſe eſſet vt qui eſt ducturus puellam interſit ei quod agitur, (Nam decretum & cauſæ cognitio, duarum partium litigantium vt plurimum requirit præſentiam) ſubiunxit Iuriſconſultus, quod etiam abſente marito dictum poteſt fieri decretum.

quartam forte

MODESTINVS. Puella minor 25. annis, partem hæreditatis quæ L. 62.

qui erant tres.

ſibi competebat, ceſſit fratrib⁹, fundo pro ea accepto. Ea tanquam inter

forte enim dicebat ſe

ipſos facta [a] venditione, fundum etiam dedit in dotem: & in integrum

laſſ. circumſcriptam in contractu

reſtituta, vel eius [b] hæredes ex ipſius perſona, acceperunt partem hæreditatis, & fundum [c] reſtituerunt: mulier tenetur marito, vel hęredes eius, ad veram fundi æſtimationem, quæ erat tempore quo dos data eſt.

Quære lib. 25. tit. 1. cap. 42. th. vltimum

IDEM. Si [d] extraneus dotem reddi fuerit ſtipulatus, ſi factum fuerit diuortium, ſtatim cõfirmatur. & ſi renouatum fuerit matrimonium, exactio dotis non intercidit. Rurſus autem [e] conſentiente eo qui exigit, ipſa [f] dos conſtituitur: ne ſecundum matrimonium inueniatur indotatum. Hoc ita habet, ſi non, cum ipſa tradidiſſet, alius iuſſu eius eſt ſtipulatus: tunc enim non eſt illius conſenſus neceſſarius. L. 63.

Lege finẽ ca. 81. & Quære finem ca. 71.

a Neque enim erat proprie permutatio quod actum eſt, quoniam partis teſtatoris res hæreditarias accipientes fratres puellæ minoris 25 annis, putabat ſe ſua accepiſſe: quandoquidem quilibet hæres, cuiuſuis partis hæreditariæ pro rata partis ſibi competentis eſt dominus ab indiuiſo. His accedit, quod fundus eſt qui datus fuit, non pecunia: adeo vt quod factum eſt, non ſit proprie emptio & venditio.

b Hæredibus enim minorum, etiam ſi ſint maiores 25. annis, datur in integrum reſtitutio, intra annum tamen vtilem, vt ſciri poteſt ex lib. 4. principiorum, tit. 4. cap 18. & 19. vt & dictum eſt lib. 2. Cod. tit. 51. conſtit. 5.

INNOM. Quod autem hæredes minorum, etiamſi ſint maiores ætate, reſtituantur, & intra quantum tempus, didiciſti lib 4 tit. 4. cap. 19. 18.

c Nam petita reſtitutione in integrum, omnia in integrum reſtituuntur: & fundus erat perinde ac ſi non datus fuiſſet ab initio minori à fratribus. Si autem nec datus quidem videtur eſſe minori, non recte cenſetur ab ea datus eſſe in dotem. Et merito eum reddit maritus alia ratione, quoniam minor debet eum præſtare indemnem, vt in iis quæ infert oſtendit Modeſtinus.

d Vir quidam dote accepta, promiſit ſe dotem redditurum extraneo cuidam, non autem vxori. Cum autem ſic accidiſſet, diuortio ſolutum fuit matrimonium. Dicit igitur Modeſtinus, ſtatim poſt ſolutum matrimonium competere actionem ex ſtipulatu ad reddendam dotẽ: & ſi poſtea mulier rurſus redeat ad maritum, & renouetur prius matrimonium, non extingui extraneo actionem ex ſtipulatu quę ſemel ei competiit ad reddendam dotem, ſed poſſe eam mouere aduerſus maritum, etiam ſi mulier ad eum ſit reuerſa. Oportet ergo in hoc quoque ſecundo coniugio dotem rurſus conſtitui, conſentiente tamen extraneo qui ſtipulatus fuit dotem reddi in primo matrimonio: ne in hoc ſecundo coniugio mulier ſit indotata. Tunc autem dicimus eſſe neceſſarium extranei conſenſum, quando non ex rebus ſuis mulier dotem dedit, vel eius iuſſu extraneus reddi eſt ſtipulatus. Si enim ex bonis mulieris fuit dos data, tunc non eſt neceſſarius extranei conſenſus in ſecundo coniugio.

e INNOM. Lege cap. 14. & ſeq tit. cap. 29. & lib. 24 tit. 3 cap 42. in fine.

f Nam ſi mulieri dotem conſtituenti in ſecundo matrimonio non cõſenſerit extraneus: poteſt tanquam primo ſoluto matrimonio agere aduerſus maritum, & dotem repetere citra vllam controuerſiam, & ex circumſtantia inuenitur mulier indotata: niſi ex eius bonis fuerit ei dos data ab initio. Tunc enim etiam ſi non conſenſerit extraneus in hoc ſecundo matrimonio, non agit omnino aduerſus maritum pro dote quæ ſemel ei competiit: aut ſi aggrediatur hoc facere, mulier aduerſus eum agit mandati vel negotiorũ geſtorũ, vtpote quod eius quidem ſint res dotales, ipſe autem eius iuſſu dotem reddi ſit ſtipulatus. & merito neque eius conſenſu opus habet dotis renouatio, neque mutatio inſtrumenti dotalis: vt dictum eſt à Paulo in fine cap. 72. Sed ſi extraneus è domo ſua dotem dedit: non neceſſe habet conſentire: vt oſtendit in ſeq. tit. ſecundum them cap. 29.

IABOLENVS.

Digitized by Google

l.64 IABOLENVS. Si facto diuortio maritus de dote [a] non † cauerit:& cum alii nupſiſſet, [b] redierit ad primum: dos tacite renouatur. Quære c.18. tit.4. c.4.

† mulieri

[a] Si neque dotem ab initio mulier repetierit à priori marito, neque dotem ſit ſtipulata, neque de ea reddenda acceperit cautionem.

[b] ENANT. Lege c.69. in fine,& inuenies illic ſolutionem. Dicit autem liber quoque 24 tit. 3. conſt.19 quod ſi poſt diuortium mulier agat de dote,& redeat ad matrimonium: extinguitur iudicium,& manent omnia in priori ſtatu. In cap. autem 64. huius tit & lib.24 tit.3.c. 42. dicit, quod ſi extraneus dote tradita dotem reddi ſit ſtipulatus,& poſt diuortium mulier reuerſa ſit ad maritum, non ſoluitur actio ex ſtipulatu, neque per iudicem maritus liberatur. Rurſus autem conſentiente ſtipulatore dos cõſtituitur, ne ſecundum matrimonium inueniatur indotatum. Hoc ita habet, niſi cum ipſa dotem dediſſet, alter eius iuſſu ſit ſtipulatus. tunc enim non eſt illius conſenſus neceſſarius. Dicit etiam 4 tit. huius lib. c.29. quod ſi hæres eius qui dedit & eſt ſtipulatus, conſenſerit in renouatione matrimonii, vt quantitas maneat in dote, non poteſt eam repetere:& lib. 24. tit. 3.c. 66. quod mulier quæ poſt diuortium repetiit partẽ dotis,& cum alteri nupſiſſet, reuerſa eſt ad primum,& dote ei data non fecit mentionem reſidui prioris dotis, id videtur eſſe factum dotis ſecundæ:& ſoluto ſecundo matrimonio numeratur tempus earum redditionis & cap. 4 huius tit. quod ſi mulier ſoluto matrimonio reuerſa ſit ad maritum priuſquam egerit de dote, non poteſt agere quandiu conſtat matrimonium: & c. 31. eiuſdem tit. quod dos prioris matrimonii transfertur ad ſecundum, niſi contrarium conuenerit. Si autem non fuit diuortium, ſed iurgium, dos manet eiuſdem matrimonii: vt cap. 32. Dicit enim lib. 5 c. tit. 13. c.48 quod ſi ad quod fit iracundia vel calore, non eſt ratum, niſi in iis perſeueret. Vnde etiam quæ paulo poſt reuerſa eſt ad maritum, nec videtur diuertiſſe.& cap. 41. huius tit. quod ſi mulier quæ diuertit, & dote nondum reuocata reuerſa ſit ad maritum, dotem videtur renouare. In 32. autem cap. 2 tit. huius lib. dicit quod ſi ad eundem reuerſa ſit mulier, eſt idem matrimonium, niſi multum temporis interceſſit, neque interim vnus eorum contraxit matrimonium, & maxime ſi maritus dotem non reddiderit. Dicit autem liber quoque viceſimusquartus, tit. 1. c.64. quod tunc eſt verum ratumque & firmum diuortium vtpote non fictum, quando aliud contractum fuit matrimonium, vel fuit vidua tanto tempore, vt non dubitetur aliud eſſe matrimonium.

l.65 POMPONIVS. Si ſeruo dotali obuenerit hæreditas aut legatum, quæ [a] teſtator noluit pertinere ad maritum: ſoluto matrimonio redduntur mulieri. Quære li. 25.

l.66 IDEM. Si [b] vſumfructum agri [c] mei pro dote mulieris tibi conſtituero, & factum fuerit diuortium: non poteſt vſusfructus reddi mulieri. Vſusfructus enim ſi extraneo præter eum qui habet proprietatem ceſſus fuerit, non [d] tranſit ad ipſum, ſed [e] ad eum qui habet proprietatem. Maritus ergo vel locat vel vendit mulieri vſumfructum [f] vno nummo: & ius quidem manet apud [g] maritum: mulier autem fructus percipit.

[a] Latifundium ff. habet, Et non ſit euidens quod teſtator qui legatum aut hæreditatem dotali ſeruo reliquit, noluit maritum lucrari hæreditatem aut legatum: hoc eſt, ſi non propter ſuã in eum affectionem hæreditatem reliquit aut legatum. Id autem Stephanus exponens dicit, Quare quando non probatur quod propter affectionem in maritum, hæreditatem aut legatum teſtator reliquit ſeruo dotali (dotalem autem dico eum qui non eſt æſtimatus) oportet mulieri ſoluto matrimonio reddi legatum aut hæreditatem. Dixi enim tibi etiam in 47. cap. huius tit. quod ſeruus inæſtimatus ea ſolum quæ ex re mariti, & quæ ex operis ſuis acquiruntur, acquirit marito: cætera autem mulieri. Hoc autem dictum eſt etiam ſecundum diuiſionem: in iis enim quæ ſunt inæſtimata, quæ quomodocunque obueniunt, pertinent ad mulierem: vt didiciſti 10. cap. huius tit. vbi poſſumus diſcere, quod in rebus inæſtimatis maritus eſt inſtar vſufructuarii. Hoc enim in dicto cap. 10. oſtendit partus ancillæ,& fœtus pecorum. Quamobrem ſi in rebus dotalibus maritus eſt inſtar vſufructuarii, merito ſolam lucratur hæreditatem & legatum quod relictũ eſt ſeruo dotali ad ipſum pertinenti: non ita etiam quod affectione in mulierem aut in ſeruum relictum eſt ſeruo dotali: ſed id lucratur mulier. quod eſt etiam in ſeruo vſufructuario: vt Vlpianus in 3. lib. de iudiciis, tit. 1. cap. 21. 22. nos prius docuit.

ENANT. Seruum pone æſtimatum. lege c. tit. 48.& lib. 15. tit 1. c.19 Vlpiani:& lib. 24. tit. 3. cap. 31. circa finem,& c. 18. Modeſtini:& huius lib. tit 5. c. 3.& lib. 29. tit. 2. c 45.

[b] Quidam habens fundum, eius quidem vſumfructum nomine dotis pro muliere dedit eius marito: retinuit autem apud ſe proprietatem. Quærebatur ſoluto matrimonio, cuinam vſumfructum dari oporteat à marito, vtrum proprietario, an mulieri pro qua datus eſt in dotem. Quæſtionem autem facit id quod dictum eſt, non poſſe vſufructuarium alteri cedere vſumfructum, quam ipſi proprietario. Sed & ſi extraneo eum ceſſerit, hoc eſt, ei qui nõ habet proprietatem: nihil transferri ad extraneum, ſed ad dominum proprietatis reuerti vſumfructum. Cum ergo in his eſſet quæſtio, quidam volentes huic caſui afferre remedium, putauerunt hanc recte habere ſententiam in eo quod quæritur, ſi dicatur vt maritus mulieri locet vſumfructum, ſoluto ſcilicet matrimonio, aut

Digitized by Google

eum vendat vno nummo: vt hoc modo maneat quidem apud eum ius vſusfructus, poſſit autem mulier fructus percipere.

c Hoc facit quæſtionem, quod apud alium & non apud mulierem ſit proprietas. Si enim apud eam eſſet proprietas, recte ei ſoluto matrimonio, vt quæ haberet proprietatem, vſusfructus redderetur à marito.

d Hoc didiciſti etiam tit. 24. 2. inſtit. vſusfructus enim vel eum amat cum quo habuit conſuetudinem, vel dominum.

e INNOM. Poteſt autem ius ſuum alteri vendere, locare, & donare: vt Inſtit. 2. tit. 5. lib. 7. tit. 1. c. 12. 35. 38. 39. 40. in quibus etiam de precario, & ideo videtur etiam poſſidere vſuſfructuarius. Lege etiam tit. 4 eiuſdem lib. c. 29.

ENANT. In 4. autem tit. 2. Inſtit dicit quod ſi extraneo ceſſerit, nihil agit. Quod quidem intellige, eum non conſiſtere in eo cui fuit ceſſus. Lege locati cap. 46. videtur enim illic ſcribi contrarium.

f Quæſtio. Cum decedente marito extinguatur vſusfructus, ſi poſt factum diuortium, venditumque aut locatum vno nummo vſumfructum, vt eſt poſitum, ne inueniatur mulier amiſiſſe vſumfructum: ſi hoc non factum ſit, maritus autem deceſſerit, quid fit? Deinceps enim extinctus vſusfructus reuertitur ad proprietatem. Solutio.

ENANT. Atqui dictum eſt lib. 19. tit. 2. cap. 46. eſſe inualidam quæ vno nummo fit conductionem.

g Quamobrem ſi ius vſusfructus manet apud maritum: eius morte, & non mulieris, extinguitur vſusfructus, vtpote quod ipſe & cenſeatur & ſit vſuſfructuarius.

Quære c. 18. tit. 7. in fine.

[a] SI ancilla ſciens, aut neſciens ſuam conditionem, mihi dederit pecuniam in dotem: non facit me eius dominum: ſed eſt illius cuius erat prius: niſi [b] vſu acquiſitum ſit eius dominium. Quod ſi etiam fuit manumiſſa cum mecum habitaret: non poteſt [c] mutare cauſam pecuniæ. Vnde nec facto diuortio eam repetit, vel tanquam dotalem, vel tanquam forte debitam: ſed dominus eius eam vendicat. Si autem priuſquam cœperit eſſe matrimonium, eius tanquam [d] meæ dominium vſu acquiſiero, exiſtimans mulierem eſſe liberam, eam lucrifacio: quemadmodum ſi quid ea pecunia emero priuſquam dos fieret, ita vt neque poſſiderem, neque dolo deſierim poſſidere. l. 67

a Ancilla quædam quæ putabatur libera, cuidam fuit coniuncta matrimonio: & pecuniã quandam ei dedit in dotem, non ex rebus peculiaribus, ſed aliunde. Sic ergo ſcribit Proculus, Ancilla quæ nupſit, & dotis nomine marito dedit pecuniam, ſiue ignorans, ſiue etiã putans ſe eſſe liberam: non poteſt maritum eius facere dominum ſed pecunia manet eius cuius erat prius: niſi maritus qui eam accepit, vſuceperit. Nam ſi ea nondum ſit vſucapta: ſi poſtea mulier quæ erat apud maritum, facta fuerit libera, etiamſi tandem ea facta libera, inter eam & maritum conſtiterit matrimonium, ne ſic quidem mutatur cauſa pecuniæ in dotem datæ: hoc eſt, ea data non fit dos, neq; eius dominiũ transfertur ad maritum. Et ideo nec ſi factum fuerit diuortium, nec dotis iure, nec cõdictione eam à marito accipit: ſed eius maritus eam accipit mouens actionem in rem: niſi, vt dictum eſt, maritus eam vſuceperit. Quod ſi pro eo poſſidens maritus eam vſuceperit, vt qui putauerit eam quæ dederat, eſſe liberam, & eam bona fide pro ſuo poſſideret, propius eſt vt exiſtimem hoc eſt, recte dicam, eum ipſam lucrifacere, ſi modo priuſquam inciperet cum eo contractũ conſiſtere matrimonium, eam vſuceperit. Idem dico etiam ſi ex ea pecunia res emerit maritus priuſquam dos eſſe cœperit. Tunc autem incipit dos fieri, ſi poſtquam conſtiterit matrimonium, eam vſuceperit. Nam ſtante vſucapionem res aliquas, vt dixi, emerit: pro pecunia non conuenitur, niſi eam non poſſideat, & neque venditori forte ſoluit, neque dolo deſiit poſſidere.

CYRILLI. Ancilla pecuniam dedit in dotem, ſiue ſciens ſiue neſciens ſuam conditionem, non facit me dominum, ne ſi cum apud me quidem eſſet fuerit manumiſſa: ſed manet eius cuius erat pecunia: nec habet eius exactionẽ: ſed ſi eam bona fide vſuceperim ante matrimonium, vel aliquid ex ea emerim, ea lucrifacio.

b Nam ſi prius quam quidem cum eo cœperit conſiſtere matrimonium, ancilla forte facta libera vſucepit pecuniam: eam lucratur maritus. Si vero poſtquam conſtiterit contractum cum ea matrimonium, ei proceſſit eius vſucapio: eam non lucratur omnino, ſed eſt apud eum in dotem. hoc enim ſciri poteſt ex iis quæ inferuntur in hoc cap.

c INNOM. De mutatione poſſeſſionis lege lib. 41. tit. 2. c. 4. them. vltimum: & tit. 3. c. 33. & tit. 4. c. 2. in fine. & tit. 5. c. 2. Lege c. 40 & them. 3. lib. 60.

d Dig. latifundium habet, Eam pecuniam pro ſuo poſſidente vſuceperit. In id autem ſcribens Stephanus dicit, Duæ enim ſunt generales in ſupremo genere poſſeſſiones: nempe pro ſuo, & pro alieno Et pro ſuo quidem poſſidemus quę ſunt propria, vel exiſtimantur eſſe propria: pro alieno autem quæ ſunt aliena. Hanc autem generalem pro ſuo poſſeſſionem ſequuntur aliquæ ſpeciales poſſeſſiones, vt plurimum. Qui enim pro ſuo poſſidet, dicit, poſſideo tanquam dominus. & ſi inter-

interrogetur de cauſa vel titulo propter quam putat ſe eſſe dominum: poſſeſſioni pro ſuo addit aliam magis ſpecialem, dicens ſe pro ſuo poſſidere, ex emptione, vel donatione, vel dote, vel legato: & pro ſuo poſſeſſionem inuenitur ſequens alia magis ſpecialis poſſeſſio, vel pro empto, vel pro donato, vel pro dote, vel pro legato. Ideo autem dixi pro ſuo poſſeſſionem vt plurimum ſequi aliquas ſpeciales, propter id quod accipitur pro venatione, vel ex partu ancillarum, vel ex alluuione. Quod enim ex his acquiſierimus, pro ſuo poſſidemus, non ſequente aliqua alia magis ſpeciali poſſeſſione. Accidit autem nonunquam vt cum ſit imbecilla ſpecialis poſſeſſio, ſit locus poſſeſſioni pro ſuo: hoc autem non ſemper, ſed quando res fuit nobis tradita, & in cauſa, traditionis ſcilicet, non erramus, ſed in eius præexiſtentia: vt, verbi cauſa, res non fuit mihi legata: & tamen hæres temere ſeu per errorem eam mihi tradidit bona fide, cum ſcilicet eſſet aliena. Eam nunc vſucapio per poſſeſſionem pro ſuo, non autem per poſſeſſionem pro legato. Pro legato enim poſſeſſio nunc eſt imbecilla, quoniam non fuit mihi legata. Non eſt autem error poſſeſſionis, quoniam & qui dedit tanquam ex legato dedit, & ego rurſus accepi tanquam ex legato. Et quoniam error quidem nõ fuit in titulo poſſeſſionis, ſeu in cauſa traditionis, non habebat autem traditio veram præexiſtentiam: merito non vſucapio per poſſeſſionem pro legato, ſed per poſſeſſionem pro ſuo: vt dicit Pomponius in lib. 41. tit. 10. cap. 4. Vſucapio autem pro ſuo, etiam quando quis rem alienam poſſidens tanquam ſuam habuit pro derelicto, & ego rem inueni, & tanquam pro derelicto accepi. Poſſeſſa eſt ſcilicet pro ſuo. Rurſus enim hic quoque per generalem, hoc eſt pro ſuo poſſeſſionem vſucapio: vt dicit Paulus in eodem cap 41. tit. 7. cap. 14. Sed ſi errauero, & pro derelicto eſſe putauero quod non eſt pro derelicto, non vſucapio, vt qui errem etiam in ipſa cauſa pro ſuo poſſeſſionis. Quamobrem quoniam pro ſuo poſſeſſionem quædam vt plurimum magis ſpecialis ſequitur poſſeſſio, ne mireris ſi eum qui ab ancilla in dotem accepit pecuniam, pro ſuo poſſidere in hoc cap. dixerit Proculus, & non pro dote. Qui enim pro dote poſſidet, & bona fide poſſidet, vt eſt poſitum, omnino etiam pro ſuo poſſidet. Vt qui enim ex dote pecuniam acceperit, eam poſſidet, exiſtimans ſe eſſe eius dominum. In propoſita autem quæſtione non eſt locus poſſeſſioni pro dote, quando nondum conſtabat matrimonium. Propterea enim maxime quando ante matrimonium vſucapit ea quæ ſunt ei data hoc modo, lucrifacit, & ea vxori non computat, quoniam ea non vſucapit per poſſeſſionem pro dote.

INNOM. Recte poſuit me exiſtimare eam eſſe liberam, priuſquam proceſſerit vſucapio bona fide. Quam me exiſtimante liberam, dic tu, quod ea tunc ſit dos, quando poſtquam ſecutæ fuerint nuptiæ, eam vſucepit maritus. Nam ſi eam vſucepit ante matrimonium, lucrifacit, vt dixit ſuperius Proculus.

e Si enim cum eam non vſucepiſſet ante matrimonium, perſeuerauit eam poſſidere conſtante matrimonio: non eam lucratur omnino. Siue enim eam non vſucepit, eam vendicat omnino dominus, etiam ſi cum eo cœpit conſiſtere matrimonium, vt diximus in hoc cap. niſi extraneus quispiam eam ſic dedit ab initio, vt quandocunque ſecutis nuptiis dos fiant quæ data ſunt: hoc eſt, donans mulieri iure quod non poteſt adimi: vt didiciſti in fine 8 cap. Siue eam vſucepit: propterea quod conſtitit, vt dixi, matrimonium, fit dos, & vt qui dotẽ acceperit, obligatur mulieri. Nã cum quæ à muliere tempore ſeruitutis ei in dotem datæ ſunt pecuniæ, apud eum extent, & ſint in eius dominio, aut per vſucapionem, aut quoniam erant quidem peculiares quæ datę ſunt pecuniæ, eas autem non ademit dominus, quando eam manumiſit, dos fit ſine dubio. Hoc enim te antea docuit Vlpianus in cap. 39. huius tit. in ſubiecto themate, vbi ex nummis ei datis in dotem res emit: quoniam nec nummos poſſidet, neque dolo deſit poſſidere, neque ab ea quæ dedit conuenitur, nec ab eo qui eſt re vera dominus pecuniæ.

L. 68 PAPINIANVS Si [a] ab initio pater ignorauit nuptias, poſtea autem conſenſerit: valet dos data. Nam omnis promiſſio dotis fit ob futuras nuptias. Vnde ſi minor 12. annis nupſerit, tunc exigitur quando [b] maior apud eum facta fuerit. Tunc enim [c] dos mihi à muliere promiſſa pro nuptiis non exigitur, altero inter nos contracto matrimonio, cum [d] interceſſerint alię nuptię. Quære ca. 18. tit. 4. ca 51.

a Quædam filiafamilias ignorante patre coniuncta fuit matrimonio, & ipſa puella, aut alius pro ea (non refert enim) dotem dare promiſit. His autem ſic factis, cum poſtea pater reſciuiſſet, ratum habuit matrimonium, ita vt id confirmaretur ex effectu. Quæritur an valeat de dote actio ex ſtipulatu, & poſſit maritus eam mouere ad exigendam dotem promiſſam. Dicit ergo Papinianus, Dotis promiſſio non ideo erit inualida, quod ignorante initio patre nuptiæ fuerint, ſi modo poſtea pater conſenſerit matrimonio. Omnis enim initio facta dotis promiſſio, videtur tacitam habere conditionem, ſi ſecutæ ſint nuptiæ. Cum ergo ex effectu patris conſenſu conſtiterit matrimonium, merito valet dotis ſtipulatio. Nam cum quædam minor annis duodecim vt quæ videretur eſſe maior, fuit ei cui coniuncta matrimonio, & quiſpiam pro ea dotem promiſit tunc poteſt maritus dotem petere, quando puella facta maior 12. annis, cœperit manere apud eundem maritum. Quod enim vulgo dicitur, in primis duntaxat nuptiis parere obligationem, & hanc ipſam obligationem non manere firmam ac validam, ſi mulier poſt matrimonium cum aliquo alio contractum diuertens illi nupſerit cui initio dotem promiſit, tunc locum habet, cum poſt dotis promiſſionem aliæ interceſſerunt nuptiæ. Nam ſi poſt dotis, vt dixi, promiſſionem, alicui alii, & non

Digitized by Google

illi cui dotis facta eſt promiſſio, nupſerit, extinguitur ex promiſſione nata dotis actio ex ſtipulatu, & non renouatur: etiam ſi hoc ſoluto matrimonio, illi nupſerit cui initio facta fuit dotis promiſſio.

CYRILLI. Si puellæ matrimonium pro qua quis dotem promiſit, cum eſſet initio inutile, vel quod cum eſſet in mea poteſtate, me ignorante nupſit, vel quod erat impubes, vel meo conſenſu, vel pubertate fuerit confirmatum: dos debetur, vt quæ tacitam habeat conditionem ſi ſecutæ ſint nuptiæ. Tunc enim merito dicimus initio promiſſam dotem etiam primis adimi nuptiis, quando aliæ interceſſerint nuptiæ.

b Hoc didiciſti in toto tit. quod dotis promiſſio tacitam habet conditionem, ſi ſecutæ ſint nuptiæ.

ENANTIOP. Tunc enim valet etiam matrimonium tit. 2. cap. 1. Lege etiam huius tit. cap. 75. In cap. 5. tit. lib. 48. dicit quod à tempore conſenſus & non retro confirmatur matrimonium. Atqui ratihabitio retrotrahitur, & ab initio confirmat quod actum eſt: vt lib. 4. Cod. tit. 28. cap. 7. Sed dici poteſt eſſe conſentaneum vt non retrotrahatur in nuptiis: vt dictum eſt in alio caſu lib. 3. tit. 1. ca. 13. Lege huius libri, cap. 26. & cap 68.

INNOM. Non repugnat cap. 65. Illic enim & primæ ſecutæ ſunt nuptiæ, & dos fuit conſtituta.

d Hoc tibi Pomponius quoque tradidit in cap. 4. præcedentis tit. Memento eorum quæ dicta ſunt à Celſo in principio cap. 58. & ne tibi videatur contrarium vltimum thema cap. 59. Ancillam enim illic ponit puellam pro qua alius dotem dedit: & merito ex eo quod poſtea conſtiterit matrimoniũ puella manumiſſa. non ex ſtipulatione eius qui dedit, dotem æſtimat in ea conſtitutã. Cum ea enim quę erat ſerua ne ſpes quidem erat matrimonii.

IDEM. Si [c] poſt diuortium ſciente marito mulier [b] longo tempore l. 69. in pr.
Quære cap. 77 ut 2 cap. 4. poſſederit dotalia: videtur cum ea tacite conueniſſe [c] ne ea peteret. ¶ Mu- §. 1.
lier [d] id quod ſibi debebatur, cum vſuris [e] dedit in dotem: eæ etiam quæ
Quære cap. 28. d. 4 cap. 23. poſt nuptias competierunt, ſunt pars dotis. ¶ [f] Vſurę dotis promiſſę, à di- §. 2.
uortio quidem dantur vſq; ad ſecundas nuptias: nõ autem etiam à tempore [g] ſecundi matrimonii: quoniam [h] nec dos petitur.

a Mulier quædam quædam prædia promiſit dare in dotem: ſed prædiis nondum datis, conſtitit matrimonium, & cum conſtitiſſet, fuit ſolutum: manſit autem poſt ſolutum matrimonium ea habens prædia, & poſſidens longo tempore marito hoc ſciente. Dicit ergo Papinianus, Si poſt ſolutionem matrimonii, ſciente marito mulier longo tempore poſſedit prædia quæ promiſit dare in dotem, videtur à marito tacite factum eſſe pactum vt non petat dotem: & ſi poſtea pro iis ipſis prædiis egerit, repellitur pacti exceptione.

b Intellige decem vel viginti annos. Nam ſi dixeris triginta annos, ne poterat quidem mouere ab initio actionem ex ſtipulatu, vt quæ eſſet extincta ſpatio 30. annorum. Omnis enim actio perſonalis & in rem, præter hypothecariam, extinguitur ſpatio 30. annorum, vt habetur lib. 7. Cod. tit. 39. cap 3.

c INNOM. Cum forte ex pacto deberet luctari.

d Quædam mulier cui quidam Titius debebat debitum cum vſuris, nubens cuidam promiſit ei dare dotem, vſa his verbis, Quod mihi debet Titius etiam cum vſuris futuri temporis, hoc erit tibi in dotem. Dicit Papinianus, non ſolum ſortem quam debet Titius, videri dari in dotem, ſed etiam vſuras quæ currunt, non ſolum ex quo dos fuit promiſſa, ſed etiam ex quo conſtitit matrimonium Lege cap 4. ſeq. tit.

INNOM. Lege cap. 58. & inuenitur maritus habere vſumfructum eorum quæ acquiruntur ex ſorte & vſuris, inſtar 4. cap. 4 tit

CYRILLI. Vſuræ debiti cum futuris vſuris quas dedit mulier, augent dotem.

e Hæc habe tanquam in præcedente conſideratione. Didiciſti in lib. 1. de rebus creditis, quod tunc currunt vſuræ quando permiſſa eſt ſortis petitio. Quando autem ſortis differtur petitio, nec vſuræ petuntur, niſi de iis facta ſit ſpecialis conuentio: vt, verbi cauſa mutuo dedit alicui, & ſtipulatus eſt vſuras. Stipulatus eſt autem etiam debitum ſibi reddi poſt duos annos. Duorum annorum non peto vſuras: niſi vſuras ſtipulans ſic dixerim: Promittis dare etiam vſuras à die incipiente hodie currere? Cum hoc ergo didiceris, accede ad propoſitum. Mulier quædam nubens dedit in dotem mille nummos, & dotem reddi ſic eſt ſtipulata, Promittis ô vir, ſoluto matrimonio dare mihi mille nummos? & ſtipulata eſt dotem ſibi reddi cum vſuris quæ ex *Deſunt nonnulla.*
Solutum eſt matrimonium, & annus præteriit: ſed anno elapſo, cum nondum eſſet petita, mulier reuerſa eſt ad maritum, & cum eo renouauit matrimonium. Cum autem triennio hoc quoq; ſecundum conſtitiſſet matrimonium, fuit ſolutum. Quæritur nunquid non ſolum anni qui præteriit poſt ſolutionem primi matrimonii, donec ſecundum conſtitit matrimonium, ſed etiam triũ annorum quibus ſecundum cõſtitit matrimonium, à marito exigentur vſuræ. Nam cum ſecundum conſtaret matrimonium, non poterat dotem exigere mulier. Cum dos autem exigi non poſſet, fieri non poterat vt currerent vſuræ.

f Poſtquam ſecundum conſtitit matrimonium non petuntur vſuræ. Quamobrem poſtquam primum fuit ſolutum, à marito vſura petitur, incipiens currere ſimul atque fuerit ſolutum. Nam etſi quæ conſtant pondere, numero & menſura, poſt annum peti dicit conſtitutio, hic tamen locum

Digitized by Google

locum non habet quoniam dotem & vſuras ſpecialiter ſibi reddi ſtipulata eſt mulier ſoluto matrimonio.

g Mulier enim reuerſa ad priorem maritum, & cum eo renouans matrimonium, videtur tacite ea quæ nuper data fuerant in dotem, rurſus ei dare in ſecundo matrimonio, vt didiciſti in 40. cap. huius tit.

ἐξ ἀγνω- μονος τῆς καταβολῆς.

h INNOM. Didiciſti lib. 12. tit 1. cap. 40. quod vſuræ creſcunt ex dilata ſolutione ſortis. Quod ſi etiam mulier non promiſit vſuram in reddenda tamen dote moram fecit: poſt triennium habet perſecutionem tertiæ centeſimæ: vt lib. 5 Cod. tit. 12. cap. 31. Eandem autem vſuram dat maritus, nõ reddens mobilia poſt ſolutionẽ matrimonii intra annũ vt tit. 13. eiuſdem 5. lib Cod.

¶ [a] Promiſſas vſuras non recte petit maritus, ſi eo abſente mulier non fuit nutrita ex bonis eius. ¶ Si [b] arbitratu [c] ſoceri mei dotem ab eo fueri ſtipulatus, non demonſtrata re vel [d] quantitate, valet: & detracto arbitrio dos conſtituitur pro [e] modo eius facultatum, & mea dignitate quãquam [f] fundo non demonſtrato eſt inualidũ legatũ & ſtipulatio. § 3. § 4.

a Mulier quædam alicui nuptura, cum tunc non poſſet ei dare dotem, promiſit ei dare mille nummos dotis nomine: promiſit autem ei quoque ſoluere vſuras, ſi poſt cõſtitutum matrimoniũ ſors non eſſet ei ſoluta. His ſic factis cum peregre eſſet maritus ſic ſcribit ad eam, Quoniam non poſſum venire & facere nuptias, vade domum, tanquam vxor faciens quæ ſunt matrimonii. Cum autem in domum eius veniſſet mulier, non fecit impenſas ex bonis mariti, nec in ſe, nec in ſeruos ſuos. Quod quidem cum ex literis mariti venerit in ædes eius, ſit eius vxor, & cum ea ipſo etiam abſente conſiſtat matrimonium, didicimus in 5. & 6. cap. tit. præcedentis ſed reuerſus maritus vult ſortem & vſuras petere ab vxore. Dicit ergo Papinianus eum non poſſe petere vſuras. Vſuræ enim ſunt promiſſæ propter impenſas quæ in eam fiunt. Cum in eam autẽ non factæ ſint impenſæ, impudenter facit qui vſuras vult ab ea petere. Quæſtio Nunquid autem ſi mulier vſuras non promiſit ſpecialiter, ab ea vſuræ non petuntur, ſi poſtquam conſtiterit matrimonium, ſoluat dotẽ promiſſam? Stephanus Petuntur quidem, ſed non ſtatim, ſed biennio poſtquam conſtiterit matrimonium. Et hoc dicit in 5. lib. Cod. 12. tit. lib. vlt. tit. conſtitutio, quæ de ea re loquitur perfectius.

b INNOMIN. Lege lib. 24 tit. 3. cap. 42. them. 3. & lib. 24. tit. 4 cap. 17. Hæc habe tanquam in præcedenti contemplatione. Si quis fundum legauerit aut promiſerit, nec conſtet quem legauerit aut promiſerit: legatum eſt inutile, & ſtipulatio inutilis. Hæc cum ſcias, accede ad propoſitum. Gener à ſuo ſocero ſtipulatus eſt ſibi dari dotem, ipſius ſoceri arbitrio, rebus non ſignificatis quæ debebant dari in dotem, vel quantitate quam oportebat ſocerũ dare genero in dotem. Nunquid valet ſtipulatio? Dicit Papinianus eam valere, etiam ſi non adiecerit ſocer, nec dixerit, Arbitrio meo do tibi dotem: ſed ſolum, Do dotem Sic enim valet ſtipulatio: neque eſſe ſimilem dotis ſtipulationem legato aut ſtipulationi, rebus non ſignificatis quæ ſunt legatæ deductæ in ſtipulationem, ſed multum intereſſe. Vbi enim quis legauit aut promiſit fundum, & non ſignificauit fundum, ſtipulatio eſt inutilis & legatum, quando ſcilicet non habens fundum legauit vel promiſit. Sic autem intellige propter id quod dictum eſt primo de legatis. Quando autem quiſpiam promiſit dotem, ſtipulationi autem non adiecit res vel quantitatem dotis, ſic quoque valet ſtipulatio. Modus enim videtur ineſſe ſtipulationi dotis pro facultatibus patris puellæ & dignitate eius qui eam ducit.

c Hoc enim maxime facit vt ſit in petitione dos promiſſa, quod dixerit ſocer, Do tibi dotem quam ego arbitratus fuero. Si enim nihil fuiſſet adiectum promiſſioni dotis: inutilis eſſet promiſſio; neque rebus ſignificatis, neque quantitate dotis, ſi non fuiſſet pater qui promiſit, ſed ipſa forte puella. Si quis enim cum non eſſet pater ſcilicet, dotem promiſit, & neque quantitatis neque ſpecierum meminerit in ſtipulatione, eſt inutilis ſtipulatio. vt dictum eſt lib 5. Cod. tit. 11. cõſtit. 1. Hic autem licet nec ſpecierum nec quantitatis facta ſit mentio: tamen quoniam dixit, Do dotem quã arbitratus fuero aut etiam ſi non dixerit, quoniam eſt pater, ab eo dos recte petitur: non eius tamen arbitratu, ſed pro facultatibus eius, & dignitate eius qui vxorem duxit. Scribit autem Vlpianus cap. 85. primi de legatis, quod ſi quis legatum aut fideicommiſſum alicui reliquerit ſub conditione, ſi hæres cenſuerit aut comprobauerit, aut iuſtum putauerit, hoc dictum eſt potius viri boni quam hæredis iudicio. INNOM. Illud dicere, Arbitratu Titii, ad legem refertur, & locum non habet in ſeruis: vt lib. 50. tit. 16. cap. 68.

d ENANTIOPH. In hoc caſu dic eum nõ habere actionem: lib. 5. Cod tit. 11. conſtit. 1. Similiter autem iis quæ hic habentur, dicit tertia eiuſdem lib conſtit. non ſunt autem contraria: ſed poteſt & hoc locum habere in patre, & illud in filia lege lib 7. tit. 1 cap 48 in fine.

INNOM. De his verbis lege lib. 18. tit. 1. cap. 7. them. 2. & lib. 10. cap. 75. & de dote lib. 5. tit 11. cap. 3. & de ſocietate libr. 71. tit. 2. cap. 75. & de locatione libr. 9 cap. 24. & de legato lib. 32. cap. 11. & lib. 31. conſtit. 1. & lib. 33. tit. 2. cap. 22. & de operis libertorum lib 38 tit. 1 cap. 30. & cauſa liberali lib. 39. 40. tit. 5. cap. 16. 40. 45 & de locatione & conductione lib. 45. tit 1. cap. 46. 43. 44. & lib. 50. tit. 17. cap. 22. & de emptione & locatione lib. 4. Cod tit. 38. conſtit. 15. & in legato lib. 6. tit. 43. cap. 3.

e INNOM. Et in nouella 102. de exhæredatione, them. 25. dixit filiam dotari pro quãtitate bonorum patris, & de parentibus hæreticis, & filiis orthodoxis lib. 1. tit. 5. conſtit 12. 19. Quintiã

Digitized by Google

in curialibus dixit, quamnam portionem debeant dare pro dote & donatione propter nuptias filiorum, lib. 10. Cod. tit. 34. conſtit. 5.

f Nota quod ſi quis fundum legauerit aut promiſerit, fundo non ſignificato: inutile eſt legatum & ſtipulatio. Aliud eſt in ſeruo ſeruum enim etiam incertum recte legamus In fundo autem propterea non valet ſtipulatio & legatum, quoniam poteſt qui promiſit dans etiam vnum terræ ceſpitem, ſe liberare. Pono autem eum dicere quod qui legauit aut promiſit, non habet fũdum, propter id quod habetur primo de legatis.

ENANTIOPH. Atqui ſi legauero domum, & non adiecero quam, eſt in poteſtate hæredis mei ex omnibus domibus dare quam velit. Si autem non reliquit domum, inutile eſt legatum: vt lib. 30. cap. 71. lege etiam cap. eiuſdem lib. 37.

† Nam ſi contra eius voluntatem, nõ cõſiſtit matrimonium. Tit. 5. cap. 21. 24. 25. 26. Quære cap. 114.

Si [a] puella minor ex † voluntate patris ſui nubat filio [b] tutoris: pro mo- §.5
do facultatum & pro dignitate tutor conſtituit. ¶ [c] Patrona dotem pro §.6
liberta promiſſam non poteſt retinere, quod fuerit ingrata. ¶ Si [d] con- §.7
uenerit vt ſoluto matrimonio res æſtimatæ redderentur, non eſt venditio. Vnde ſi eæ euincantur, ſi quidem eas bona fide dederit mulier: nulla actione obligatur marito: ſin minus, [e] competit doli actio.

a Pone enim, quod viuus pater puellæ eam deſpondit filio eius qui fuit tutor, aut hoc iuſſit in ſuo teſtamento nam hoc modo conſiſtit matrimonium: vt diſcere poſſumus in cap. 36. præcedentis tit. vt prius docuit.

INNOM. Similiter lib. 45. tit. 1. cap. 114. Papiniani, à viuente ei forte deſponſam, aut in teſtamento deputatam: vt tit. 2. cap. 35. & 65.

b Intellige eum qui fuit aliquando curator, ponens eum etiam factum curatorem puellæ. Nam ſi puella eſt adhuc ſub tutela, ne conſiſtit quidem matrimonium. Poſſumus tamen dicere, quod ante nuptias, cum puella eſt adhuc impubes, ſi dos detur, poteſt etiam, cũ ſit adhuc tutor, præbere authoritatem.

c Hæc habe tanquã in prætermittenda conſideratione: Libertus conuictus ingratus in patronũ, redigitur in ſeruitutem Hæc cum ſcias, veni ad propoſitum Patrona, cum nuberet liberta, volens ei donare, non habens autem paratam pecuniam, promiſit ei cui ipſa nubebat. Cum autem ſecutæ eſſent nuptiæ, libertam conſtitit eſſe ingratam in patronam: & poſtea venit maritus petens à patrona ea quæ ipſi promiſerat. Ea autem nolebat dare, dicens, Libertam conſtitit in me eſſe ingratam. Dicit ergo Papinianus patronam non recte vti his verbis, neque differre ſolutionem dotis. Additio. Adeo vt Patrona quæ dotem promiſit, non poſſit vti exceptione Velleiani. Nam in interceſſionibus excepta eſt cauſa dotis: vt ſciri poteſt ex 4. lib Cod. tit. 29. conſtit. 12.

INNOM Lege lib. 23. tit. 3. cap. 42. them. 2. & lib. 5. Cod tit. 12. conſt. 20. lege cap. 17. & 53.

ENANTIOPH. Atqui libertus ſi probatus fuerit ingratus in patronum, redigitur in ſeruitutem: vt lib 5. Cod. tit. 7. nouel. 77. cap. 2. Liberta quidem vt ingrata redigitur in ſeruitutem: patrona autem dotem non retinet, ſed eam accipit maritus ex pacto non exiſtentium liberorum: & 22. nouella in nono themate dicit, Si autem ſententia iudicis libertum aut libertam, aut eorum filios redegerit in ſeruitutem, conſiſtit quidem ab initio matrimonium: quæ autem poſtea extitit ſeruitus, eos à ſe inuicem diſiungit, tanquam morte conſecuta. Nam qui nos præceſſerunt, dixerũt ſuperuenientem ſeruitutem non longe abeſſe à morte. Quamobrem dehinc quidẽ accipiat vnuſquiſq; quod ſuum eſt. Quod autem in caſum mortis factum eſt pactum, ingenuis tantum adquiratur, reliquo ad eum peruueniente qui eum redegit in ſeruitutem.

d Hæc habe tanquam in præmittenda contemplatione. Scis quod ſi quæ æſtimata data ſunt in dotem, euicta fuerint, poteſt maritus agere ex empto, vel de dupla ex ſtipulatu, ſi ea ſit ſtipulatus. Hæc cum ſcias, veni ad propoſitum. Mulier quædam res æſtimatas dedit in dotem; & conuenit vt ſoluto matrimonio non æſtimatio ſed res ipſæ ei à marito redderentur. Dicit ergo Papinianus, Pactum quod factum eſt, vt non æſtimatio, ſed res ipſe redderentur ſoluto matrimonio, non ſinit maritum eſſe inſtar emptoris. Mihi enim, inquit, videtur eſſe facta æſtimatio, vt manifeſta fiat quantitas dotis: & ideo rebus euictis maritus nullam habet actionem aduerſus mulierem, ſi res dotales dedit bona fide: nam ſi mala fide (pone enim quod cum eas ſciret alienas, in dotem dedit) tunc tenetur de dolo.

INNOM. De rerum æſtimatarum ex pacto redditione, lege tit. 4. cap. 22. & lib. 24. tit. 3 cap. 50. & lib. 5. Cod. tit. 12. conſt. 21.

e Soluto ſcilicet matrimonio: nam adhuc conſtante matrimonio non poteſt maritus aduerſus mulierem intendere actionem quę irroget infamiam, ſed in factum: propterea autem agit de dolo, & non de dote ex ſtipulatu, quoniam nequaquam poſitum fuit mulierem, ante rerum dationem promiſſam, aliquid dare in dotem. Si enim promiſiſſet ante dationem, & ſic dediſſet, deinde res datæ fuiſſent euictæ: etiamſi non poſſet maritus empti agere cum res ſint inæſtimatæ, ageret tamen ex ſtipulatu, vtpote quod res videantur non eſſe datæ. In 33. autem cap. tibi ſæpe dictum eſt, quod ſiue in danda dote facta fuit ſtipulatio, ſiue fuit inutilis, ſiue ne facta quidem eſt omnino ſtipulatio, ſed nuda promiſſio: locus eſt actioni ex ſtipulatu, vt dictum eſt lib. 5. Cod tit 13. conſt. 1.

ENANTIOPH. Soluto matrimonio, conſtante enim matrimonio pœnalis actio infamiam irrogans non mouetur aduerſus vxorem: vt lib. 5. Cod. tit. 21. conſtit. 2. lege lib. 25. cap. 2. & 3.

Neque

Digitized by Google

Neque furti agitur, vt lib 47. tit. 2 conſt. 45. neq; expilatæ hæreditatis, ſeu actione de rebus hæreditatis ablatis: vt eodem lib. tit. 9 cap. 7. Agitur autem etiam conſtante matrimonio ſerui corrupti in ſimplum propter fauorem matrimonii: vt lib. 11. tit. 3. cap 17 lege etiam principium cap. 11.

§. 8 §. vlt. ¶ a Res b æſtimatæ fiunt mariti, etiam ſi mulier eis vtatur. ¶ c. Partus ancillarum dotalium eſt vxoris: & ideo d fruſtra paciſcuntur vt is diuidatur inter maritum & vxorem. PAVLVS. In e ambiguis pro dote reſpondemus.

L. 70

a Mulier quædam dedit in dotem res æſtimatas. Has res, poſtquam conſtitit matrimonium, in ſuo vſu habuit mulier. Dicit ergo Papinianus maritum eſſe rerum dominum, etiam ſi mulier eas habuit in ſuo vſu.

b Clarum eſt autem quod inæſtimatarū quoq; rerum dominus eſt maritus, vt tum ex plurimis locis ſciri poteſt tum ex 8. tit. 2. Inſtit Noli ergo vti argumento à contrario ſenſu quod hinc oritur.

c Ancillarum inæſtimatarum partus, eſt vxoris, & non viri: nō enim creditur eſſe fructus. Quid ergo, pacta eſt mulier cum marito inæſtimatarum ancillarum communem eſſe partum? Dicit ergo Papinianus hoc pactum non valere, ſed perinde eſſe ac ſi nihil de eo conueniſſet ab initio Adſcriptio Nota quod nec propter pactum quidem poteſt rerum dotalium partum maritus lucrifacere. Vide autem quod iam conſtans ponit matrimonium.

d Ne inueniatur lædi mulier. Poteſt autem paciſci de periculo, & de iis quæ lædunt mulierem: vt tit. 4. cap 6 & 29.

e In ambiguis melius eſt pro dote reſpondere, hoc eſt, pro eo qui petit dotem: vt exempli cauſa, Puella quædam cum eſſet minor 12. annis, putaretur autem eſſe maior, nupſit cuidam, & eius nomine quædam res datæ ſunt in dotem: ſed accidit vt maritus non eſſet ſoluendo: & volebat quidem puella habere priuilegium dotis, etiam aduerſus eos qui habebant hypothecam in bonis mariti, Creditores autem mariti repugnabant, dicentes non eſſe dotem quæ pro ea data ſunt, quoniam nec cum ea quidem conſtitit matrimonium, quandoquidem nondum impleuit annum 12. aut ſi impleuit non manſit apud ſuum maritum, ita vt cum ea contractum confirmatum ſit matrimonium: ſed hæc dicentes non poterant aperte probare eam eſſe minorem annis duodecim. Oportet ergo iudicem, cum ſit ambiguum & non ſatis conſtet conſtiterit ne an non cum ea contractum matrimonium, ſententiam ferre pro dote puellæ, & ſeruare priuilegium. Poteſt autem aliter quoque poni caſus eius quod dictum eſt. Nam ſi res datas in dotem contigerit perire caſu fortuito, & maritus quidem contendat, dicens ſe non debere agnoſcere periculum, vtpote quod res eſſent inæſtimatæ: mulier autem dicat res eſſe æſtimatas, & æquum eſſe vt maritus earum ſuſcipiat periculum: ſi eſt incertum & ambiguum, vtrum æſtimatæ res ſint an inæſtimatæ: oportet iudicem, tanquam res ſint æſtimatæ, pro dote reſpondere Idem autem hic quoque dici poteſt, ſi cum nupſiſſet filiafamilias, dubium ſit pater conſenſerit necne.

INNOM. Eſt regula lib. 50 tit. 17. cap. 74. fauetur enim dotibus: vt huius tit. cap. 10. them. 2.

L. 71 IDEM. Dos a quæ promiſſa fuit ab extraneo, eſt periculo mulieris: ſed ſi vſuram acceperit maritus, deinceps eſt eius periculo. PAVLVS. Quære cap. 35. 21

L. 72. in pr. Si omnia b bona ſua mulier in dotem dederit, maritus non eſt obnoxius creditoribus tanquam eius hæres: bonorum autem promiſſione ſi-

filiifamilias

§. 1 gnificantur quæ ſunt pura poſt debita. ¶ Etiam pater mariti, in dote

§. vlt. præſtat dolum & culpam. ¶ Si c mulier ſeipſam dotans, effecerit vt ma- Quære lib. 28 tit 8. cap. 91. th. 2.

dans dotem ex bonis ſuis

ter ſtipularetur redditionem: poteſt d poſtea mutare dotale inſtrumen- Quære ca. 61. Lege cap 64.

L. 73. in pr. tum. IDEM. e Surdus, mutus & cæcus dotis nomine obligantur, quia Lege cap. 47. 85.

§. 1 & nuptias contrahere poſſunt. ¶ f Etiam cōſtante matrimonio, mulieri

prodigæ

non perdenti poteſt dos ſolui ex his cauſis: vt ſe ſuoſque alat, vt fundum idoneum emat, vt exulem patrem alat, vel maritum, vel fratres g egentes.

a Quando extraneus promittit dotem pro ea quæ nubit, eius inopia affert periculum mulieri: ſed ſi maritus vſuras ab eo exegerit, vel actionem nouauerit, periculum tunc ſpectat ad maritum.

ENANTIOPH. Hoc intellige conuenienter conſt. cap. 44.

b Hoc intellige ſecundum conſtit. ſitam in tertio cap. huius tit Hoc tibi tradidit etiam Vlpianus cap. 45. huius tit. Memento autem eorum quæ dicta ſunt in cap. 41. huius tit. Mulier quædam quæ habebat in nummis mille nummos, diuerſis autem perſonis debebat ducentos nummos, nubens cuidam dedit omnia ſua bona. Quæritur aduerſus quem ſunt acturi creditores mulieris pro ducentis nummis qui ab ea debentur, an aduerſus eam, an aduerſus eius maritum, vt qui videatur eſſe eius hæres, vt qui omnia eius bona acceperit in dotem. Dicit Paulus. Maritus quidem, etiam ſi ex datione dotis tenet omnia eius bona, non conuenietur ab eius creditoribus. Illa autem ſolui

Digitized by Google

patre exactio & de in rem verſo, contineatur dotis promiſſione: hoc eſt, vtrum videtur mulier per verba quæ dicta ſunt, quingentos nummos in quibus erat ei obligatus filiusfamilias, dediſſe in dotem, an ſolam illam quantitatem quam daret pater filiifamilias ſi conueniretur de peculio, pro modo peculii, & pro eo quod, vt eſt veriſimile, eſſet in rem eius verſum. Nam ſi per ea quidẽ verba quæ dicta ſunt, vt dixi, ſignificabat filii obligationem, tunc dicimus eam dediſſe in dotem quingentos nummos, in quibus erat ei obligatus filiusfamilias, non autem ſolam illam quantitatem quam daturus erat pater filiifamilias ſi conueniretur de dote, dicimus contineri promiſſione dotis. Sed ſi non ſignificabat obligationem filii, ſed quod daturus eſſet pater, ſi conueniretur de peculio & de in rem verſo, vt eſt veriſimile, oportet conſiderare non vniuerſam debiti quantitatem, nempe quingentos aureos, ſed quantum eſt id quod eſt in dotem, eo tempore æſtimatum ex peculio, & eo quod eſt in rem verſum: vt illa ſola quantitas videatur eſſe in dotem, in quantã illo tempore condemnaretur nomine filii. Quod ſi non euidenter appareat de quanam obligatione mulier ſenſerit, vtrum de obligatione filii, an de ea ex qua agi poteſt in patrem de peculio aut de in rem verſo, tunc eſt veriſimile ex præſumptione, eam quingẽtos aureos in quibus erat ei obligatus filiusfamilias, dediſſe in dotem niſi euidentiſſime contrarium approbetur.

b Hoc eſt. tempore nuptiarum Didiciſti enim ex cap. 44. & 45. huius tit. quod ea cui eſt debitor filiusfamilias ſiue nubens filiifamilias patri dotem ſic promiſit, Quod mihi debet filius tuus familias, hoc erit tibi doti: ſiue nubens ipſi filiofamilias, ſic dixerit, Actionem de peculio do tibi in dotem, tempus nuptiarum attendimus & quod erat in peculio tempore nuptiarum, hoc eſt ei in dotem. Sic ergo intellige hic quod dictum eſt. Eo tempore.

c INNOM. Intellige quod facta fuit promiſſio tempore nuptiarum, propter id quod habetur in fine cap. 45 & 46.

CELSVS. Si[a] nõ factis ſponſalibus, dotẽ[b] promiſeris pro ea quæ non l.58.in pr.
vult mihi nubere, nupſit tamen poſtea: teneris ſi non aliæ nuptię intercesſerunt. ¶ Mulier[c] cui ancillam debebam ex ſtipulatione, permiſit mi- §.1.
hi habere in dotem id quod ei debeo: fit ancilla dotalis, etſi mihi non erat: & eius partum accipit mulier, & eſt ei[9] periculo. quãquam ſi in ſuo ſtatu manſiſſet prima ſtipulatio, partum[d] non acciperet. Hæc, cum haberem ancillam dum dos[e] conſtitueretur. Sed ſi non habebam, liberatio ab obligatione, & non ancilla eſt in dote. Itaque nec partus eius
ſed ancillæ æſtimatio
debetur. MARCELLVS. Si[g] mihi aut Petro mulier dotem pro- l.58.
miſerit: recte ſoluit Petro, & ego teneor: quemadmodum ſi iuſſu meo Petro dederit quæ erat mihi promiſſura, alii videtur obnoxius. Non enim mihi promittens, videtur de Petri nuptiis cogitare.

a Quidam pro quadam Seia dotem promiſit cuidam Titio, cum neque facta eſſent ſponſalia, neque vellet Seia Titio coniungi matrimonio: ex quadam tamen pœnitẽtia ei poſtea fuit coniũcta. dicit Celſus eum quoque ſic teneri qui dotem promiſit. niſi poſt ſtipulationem Seia nupſit alicui alii: vel Titius aliam duxit vxorem: & eo ſoluto matrimonio Seia nupſit Titio: ſed lege quod deinceps ſequitur caput huius tit. Additio. Nota quod etiam ſi nondum interceſſerint ſponſalia poteſt dos promitti, & non videtur hoc eſſe ſponſalia.

b INNOM. Nota quod promittere dotem non facit ſponſalia.

c Mulier quædam cui quidam Titius debebat ex ſtipulatione ancillam quæ vocabatur Pamphila. Ea nubens huic Titio, permiſit ei habere doti quod ſibi ab eo debebatur. Quærit nunc Celſus. verum ſi Titius ancillam non poſſederit. nihilominus ſic quoque videtur Pamphila ei data eſſe in dotem: quia ſi in ſuo ſtatu manſiſſet, quæ ab initio facta fuit à Titio de Pamphila ſtipulatio, & non eſſet translata ad dotis promiſſionem, nõ redderetur mulieri quod ex Pamphila natum eſſet. Quare merito dixerit quiſpiam ne nunc quidem reddi: niſi forte refert an Pamphilam habuerit Titius eo tempore quo mulier ei dotem promiſit. Sic enim hoc eſt, quando eam poſſidebat Titius, poterat ipſa Pamphila videri Titio data eſſe in dotem, & non Pamphilæ obligatio. Quod ſi illo tempore Pamphilam nõ habuit Titius, videtur potius liberatio obligationis quam ipſa Pamphila ei data eſſe in dotem. Ideoque Pamphilæ partus non ei debetur.

d CYRILLI. Quæ ſtipulata fuit ancillam mihi promiſit in dotem id quod ei debeo. Si eam quidem poſſidebam, ipſam debeo: & eſt mulieris periculo partus quoque, etiam ſi non deberetur partus ex ſtipulatione. Si non poſſidebam, debeo æſtimationem.

e Nota quod qui promiſit ancillam, debet dare ei qui eſt ſtipulatus ſolam ancillam, non etiam eius partum. Lege huius lib ſingularis tit. vltimum, cap. 14. thema vltimum, & quæ illinc ſunt adſcripta.

f Lege tit. 5. cap. 9. & lib. 52. tit. 1. cap. 4. eſt ergo tanquam inæſtimatus propter dictum cap. 11. & 19.

g Mulier quædam ſic promiſit dotem, Promitto dare decem nummos in dotem tibi aut Titio. Dicit Marcellus, etiam ſi marito aut Titio promiſit mulier dare decem aureos in dotem, etiam

Titio

Digitized by Google

Titio recte ſolui in dotem decem aureos: mulieri tamen maritum teneri actione de dote, etiam ſi ſoluat Titio decem nummos: quemadmodum ſi iuſſu mariti promiſiſſet Titio decem nummos. nec mirum, cum quæ etiam dotem nondum promiſerat marito, erat autem ei promiſſura, poſſit ab eo delegari alicui alii, & ei dotem promittere: etſi ſolet dici nulli alii quam marito, dotis nomine mulierem poſſe obligari. Nam in his caſibus id quod agitur, ſpectat ad maritum: neque enim quoniam mulier marito aut Titio dotem dare promiſit, propterea ſic forte tibi aut Titio dotem promiſiſſe, vt cogitaret nubere Titio, id eſt, haberet propoſitum vt marito vel Titio iungeretur matrimonio.

§.vlt. ¶Si pro[a] ea quæ putatur[b] libera, dotem dedero, eam repeto: quemad- Quęre lib 28. tit 7. in fine.
modum ſi pro libera dediſſem, & nõ nupſiſſet. Sed ſi manumiſſa nupſit, Lege principium c.10.
tunc fit dos, quando ea [c] mente dedi, vt ſit dos quandocunq; ſecutæ ſint
nuptiæ. Sin autem volui donare mulieri, dominus habet repetitionem:
quemadmodũ ſi iuſſiſſet mulier eũ qui erat ipſi donaturus, dare marito.
l.60 CELSVS. Pro modo facultatum, & pro dignitate puellæ & mariti, de- Lege cap ſequens, & c. 71.
mulieri dotem promittenti.
l.61 bet curator conſentire promiſſioni [d] dotis. SIVE ſit curator gene-
ralis, ſiue dotis dandæ cauſa factus ſit, & ſupra modum facultatum [e] pro-
miſerit: id quod eſt amplius, eſt ipſo iure [f] irritum. Nam quæ [g] dolo facta
§.1 [h] eſt authoritas. non [i] valet. ¶Debet autem [k] curator res in dotem dare, &
non vendere, & dare earum pretium: [l] licet res dotales plerunque ven-
dantur, & earum pretium inueniatur in [m] dote. Sed ſi inſtat maritus vt
pecuniam potius accipiat: intret curator ad iudicem qui eum conſtitu-
it, & marito abſente, cauſa cognita, permittatur dotare ex venditione.

a Dedit quiſpiam decem in dotem pro muliere quę revera quidem erat ſerua, putabatur autem libera. Dicit Marcellus, eum qui dedit 10. nummos in dotem, condictionem habere ad repetendum, quomodo eam potuiſſet habere, ſi pro libera quidem muliere dediſſet decem nummos in dotem, accidiſſet autem vt nuptiæ non ſequerentur. Quod ſi etiam ſerua forte fuerit manumiſſa, & manumiſſa nupſerit ei qui acceperat decem nummos, in dotem ſcilicet: in his decem nummis dos conſiſtit: & eos ita demum non poteſt repetere is qui ipſos tradidit ab initio, quando ea mente dedit, vt quandoque ſecutis nuptiis ii ſint in dote. Si igitur non hac lege, nempe ſi ſequerentur nuptiæ, decem nummos dedit, ſed tanquam donans mulieri: poteſt eius dominus condictione agens aduerſus eum qui accepit, eos condicere: quemadmodum ſi is qui erat ipſi daturus, effeciſſet vt ancilla daret marito.

b INNOM. De ſeruo qui exiſtimatur liber, & vxorem duxit liberam, lege lib. 15. tit. 1. conſtit. 52. & lib. 16. tit. 3. conſtit. & finem c. 22. 3. tit. lib. 24.

c Nota quod non ex eo quod poſtea ſecutæ ſint nuptiæ, ſed ex mente eius qui dedit dotem, ſpectari dicit eius conſtitutionem. Ne videatur tibi contrarium quod dictum eſt à Papiniano in c. 62. ſed lege eam quæ illic ſita eſt adſcriptionem.

CYRILLI. Dedi dotem pro ancilla, eam repeto, quemadmodum ſi dediſſem pro libera, & ſecutæ non eſſent nuptiæ. Niſi manumiſſa nupſerit, & ea eſſem mente, vt dos eſſet nuptiis quandocunque ſecutis. Sed ſi dedi volens ei donare, ſiue eius iuſſu, ſiue non, dominus habet condictionem.

d Additur in latifundio Dig Semper quidem habita ratione eius quod recte habet. Quod quidem dictum interpretans Stephanus dicit: Nam ſi magnas habet facultates maritus, & eſt maxima dignitate ornatus, eſt autem non honeſtis moribus, aut non vult alias cum puella contrahere matrimonium, niſi omnia eius bona acceperit in dotem: non oportet curatorem conſentire. Poteſt autem hoc quoq; dici pro modo perfectæ dotis. Nam cum perfecta dos ſit conſtituta vſque ad ſola quadringenta, non debet curator eſſe auctor in maiori quantitate, etiam ſi ſit vtraque perſona locuples.

e Dixi enim tibi etiam in ſuperioribus capitibus, quod nota, quod etiam ſi quis inutiliter per ſtipulationem dotem dare promiſerit, vel etiam non promiſerit, ſed tantum ſit pollicitus, tenetur ex ſtipulatu. Et hoc dicit lib. 5. Cod tit. 13. in prima & vnica tit. conſtit.

f Non totum, ſed id ſolum quod excedit illam quantitatem, ad quam vſque oportebat ſolum fieri dotis promiſſionem.

g INNOM. De immenſa dote & omnibus bonis datis in dotem, lege lib. 3. c. 9. & lib. 26. tit. 7. c. 42. & lib. Cod. tit. 33.

h Nam ſupra modum facultatum puellæ factam eſſe dotis promiſſionem, vel dolum arguit Curatoris, vel latam culpam, quam conſtat dolo æquiparari: & merito lege rata non eſt auctoritas Curatoris quæ dolo facta eſt.

i INNOM. Perinde eſt enim non conſenſiſſe, & temere conſenſiſſe.

Eivsdem. Dolus enim aduerſatur conſtitutioni actionum bonæ fidei: vt lib. 8. tit. 1. conſtit. 57. & huius tit. cap 13.

k Siue generalis, ſiue factus vt det dotem.

l Ac ſi diceret, Cur prohibemus curatorem quidem res vendere. pecunias autem dare in dotem, cum etiam ſi ipſi datæ ſint, poſſit maritus plerunque eas vendere: nempe quando ſunt æſtimatæ: & non reddit res ipſas ſoluto matrimonio, ſed rerum æſtimationem?

m Hoc autem dicit tanquam in argumento. Quoniam enim dixit, Curatori cauſa cognita permitti rerum alienationem: & veriſimile erat putaturos aliquos quod neceſſe eſſet vt qui eſt ducturus puellam interſit ei quod agitur, (Nam decretum & cauſæ cognitio, duarum partium litigantium vt plurimum requirit præſentiam) ſubiunxit Iuriſconſultus, quod etiam abſente marito dictum poteſt fieri decretum.

quartam forte

Modestinvs. Puella minor 25. annis, partem hæreditatis quæ l. 62.

qui erant tres.

ſibi competebat, ceſſit fratrib[9], fundo pro ea accepto. Ea tanquam inter

forte enim dicebat ſe

ipſos facta [a] venditione, fundum etiam dedit in dotem: & in integrum

Eiſſ. circumſcriptam in contractu

reſtituta. vel eius [b] hæredes ex ipſius perſona, acceperunt partem hæreditatis, & fundum [c] reſtituerunt: mulier tenetur marito, vel hęredes eius, ad veram fundi æſtimationem, quæ erat tempore quo dos data eſt.

Quære lib 25. tit. 2 cap 42. th. vltimum

Idem. Si [d] extraneus dotem reddi fuerit ſtipulatus, ſi factum fuerit diuortium, ſtatim cõfirmatur. & ſi renouatum fuerit matrimonium, exactio dotis non intercidit Rurſus autem [e] conſentiente eo qui exigit, ipſa [f] dos conſtituitur: ne ſecundum matrimonium inueniatur indotatum. Hoc ita habet, ſi non, cum ipſa tradidiſſet, alius iuſſu eius eſt ſtipulatus: tunc enim non eſt illius conſenſus neceſſarius. l. 63.

Lege fin. ca. 81 & Quære finem ca. 72.

a Neque enim erat proprie permutatio quod actum eſt, quoniam partis teſtatoris res hæreditarias accipientes fratres puellæ minoris 25 annis, putabat ſe ſua accepiſſe: quandoquidem quilibet hæres, cuiuſuis partis hæreditariæ pro rata partis ſibi competentis eſt dominus ab indiuiſo. His accedit, quod fundus eſt qui datus fuit, non pecunia: adeo vt quod factum eſt, non ſit proprie emptio & venditio.

b Hæredibus enim minorum, etiam ſi ſint maiores 25. annis, datur in integrum reſtitutio, intra annum tamen vtilem, vt ſciri poteſt ex lib. 4. principiorum, tit. 4. cap 18. & 19. vt & dictum eſt lib. 2. Cod. tit. 52. conſtit. 5.

Innom. Quod autem hæredes minorum, etiamſi ſint maiores ætate, reſtituantur, & intra quantum tempus, didiciſti lib 4 tit. 4. cap. 19. 18.

c Nam petita reſtitutione in integrum, omnia in integrum reſtituuntur: & fundus erat perinde ac ſi non datus fuiſſet ab initio minori à fratribus. Si autem nec datus quidem videtur eſſe minori, non recte cenſetur ab ea datus eſſe in dotem. Et merito eum reddit maritus alia ratione, quoniam minor debet eum præſtare indemnem, vt in iis quæ infert oſtendit Modeſtinus.

d Vir quidam dote accepta, promiſit ſe dotem redditurum extraneo cuidam, non autem vxori. Cum autem ſic accidiſſet, diuortio ſolutum fuit matrimonium. Dicit igitur Modeſtinus, ſtatim poſt ſolutum matrimonium competere actionem ex ſtipulatu ad reddendam dotẽ: & ſi poſtea mulier rurſus redeat ad maritum, & renouetur prius matrimonium, non extingui extraneo actionem ex ſtipulatu quę ſemel ei competiit ad reddendam dotem, ſed poſſe eam mouere aduerſus maritum, etiam ſi mulier ad eum ſit reuerſa. Oportet ergo in hoc quoque ſecundo coniugio dotem rurſus conſtitui, conſentiente tamen extraneo qui ſtipulatus fuit dotem reddi in primo matrimonio: ne in hoc ſecundo coniugio mulier ſit indotata. Tunc autem dicimus eſſe neceſſarium extranei conſenſum, quando non ex rebus ſuis mulier dotem dedit, vel eius iuſſu extraneus reddi eſt ſtipulatus Si enim ex bonis mulieris fuit dos data, tunc non eſt neceſſarius extranei conſenſus in ſecundo coniugio.

e Innom. Lege cap. 14. & ſeq tit. cap. 29. & lib. 24 tit. 3 cap 42. in fine.

f Nam ſi mulieri dotem conſtituenti in ſecundo matrimonio non cõſenſerit extraneus: poteſt tanquam primo ſoluto matrimonio agere aduerſus maritum, & dotem repetere citra vllam controuerſiam, & ex circumſtantia inuenitur mulier indotata: niſi ex eius bonis fuerit ei dos data ab initio. Tunc enim etiam ſi non conſenſerit extraneus in hoc ſecundo matrimonio, non agit omnino aduerſus maritum pro dote quæ ſemel ei competiit: aut ſi aggrediatur hoc facere, mulier aduerſus eum agit mandati vel negotiorũ geſtorũ, vtpote quod eius quidem ſint res dotales, ipſe autem eius iuſſu dotem reddi ſit ſtipulatus. & merito neque eius conſenſu opus habet dotis renouatio, neque mutatio inſtrumenti dotalis: vt dictum eſt à Paulo in fine cap. 72 Sed ſi extraneus è domo ſua dotem dedit: non neceſſe habet conſentire: vt oſtendit in ſeq. tit. ſecundum them cap. 29.

Iabolenvs.

Digitized by Google

l.64 IABOLENVS. Si facto diuortio maritus de dote [a] non † cauerit: & cum alii nupſiſſet, [b] redierit ad primum: dos tacite renouatur. Quære c.18. tit.4. c.4.

† mulieri

a Si neque dotem ab initio mulier repetierit à priori marito, neque dotem ſit ſtipulata, neque de ea reddenda acceperit cautionem.

b ENANT. Lege c.69. in fine, & inuenies illic ſolutionem. Dicit autem liber quoque 24 tit. 3. conſt.19 quod ſi poſt diuortium mulier agat de dote, & redeat ad matrimonium: extinguitur iudicium, & manent omnia in priori ſtatu. In cap. autem 64. huius tit & lib. 24 tit. 3. c. 42. dicit, quod ſi extraneus dote tradita dotem reddi ſit ſtipulatus, & poſt diuortium mulier reuerſa ſit ad maritum, non ſoluitur actio ex ſtipulatu, neque per iudicem maritus liberatur. Rurſus autem conſentiente ſtipulatore dos cõſtituitur, ne ſecundum matrimonium inueniatur indotatum. Hoc ita habet, niſi cum ipſa dotem dediſſet, alter eius iuſſu ſit ſtipulatus. tunc enim non eſt illius conſenſus neceſſarius. Dicit etiam 4 tit. huius lib. c.29. quod ſi hæres eius qui dedit & eſt ſtipulatus, conſenſerit in renouatione matrimonii, vt quantitas maneat in dote, non poteſt eam repetere: & lib. 24. tit. 3. c. 66. quod mulier quæ poſt diuortium repetiit partẽ dotis, & cum alteri nupſiſſet, reuerſa eſt ad primum, & dote ei data non fecit mentionem reſidui prioris dotis, id videtur eſſe factum dotis ſecundæ: & ſoluto ſecundo matrimonio numeratur tempus earum redditionis & cap. 4. huius tit. quod ſi mulier ſoluto matrimonio reuerſa ſit ad maritum priuſquam egerit de dote, non poteſt agere quandiu conſtat matrimonium: & c. 31. eiuſdem tit. quod dos prioris matrimonii transfertur ad ſecundum, niſi contrarium conuenerit. Si autem non fuit diuortium, ſed iurgium, dos manet eiuſdem matrimonii: vt cap. 32. Dicit enim lib. 50. tit. 13. c.48 quod id quod fit iracundia vel calore, non eſt ratum, niſi in iis perſeueret. Vnde etiam quæ paulo poſt reuerſa eſt ad maritum, nec videtur diuertiſſe. & cap. 41. huius tit. quod ſi mulier quæ diuertit, & dote nondum reuocata reuerſa ſit ad maritum, dotem videtur renouare. In 32. autem cap. 2 tit. huius lib. dicit quod ſi ad eundem reuerſa ſit mulier, eſt idem matrimonium, niſi multum temporis interceſſit, neque interim vnus eorum contraxit matrimonium, & maxime ſi maritus dotem non reddiderit. Dicit autem liber quoque viceſimusquartus, tit. 1. c.64. quod tunc eſt verum ratumque & firmum diuortium vtpote non fictum, quando aliud contractum fuit matrimonium, vel fuit vidua tanto tempore, vt non dubitetur aliud eſſe matrimonium.

l.65 POMPONIVS. Si ſeruo dotali obuenerit hæreditas aut legatum, Quære li. 18.
quæ [a] teſtator noluit pertinere ad maritum: ſoluto matrimonio reddun-
l.66 tur mulieri. IDEM. Si [b] vſumfructum agri [c] mei pro dote mulieris tibi conſtituero, & factum fuerit diuortium: non poteſt vſusfructus reddi mulieri. Vſusfructus enim ſi extraneo præter eum qui habet proprietatem ceſſus fuerit, non [d] tranſit ad ipſum, ſed [e] ad eum qui habet proprietatem. Maritus ergo vel locat vel vendit mulieri vſumfructum [f] vno nummo: & ius quidem manet apud [g] maritum: mulier autem fructus percipit.

a Latifundium ff. habet, Et non ſit euidens quod teſtator qui legatum aut hæreditatem dotali ſeruo reliquit, noluit maritum lucrari hæreditatem aut legatum: hoc eſt, ſi non propter ſuã in eum affectionem hæreditatem reliquit aut legatum. Id autem Stephanus exponens dicit, Quare quando non probatur quod propter affectionem in maritum, hæreditatem aut legatum teſtator reliquit ſeruo dotali (dotalem autem dico eum qui non eſt æſtimatus) oportet mulieri ſoluto matrimonio reddi legatum aut hæreditatem. Dixi enim tibi etiam in 47. cap. huius tit. quod ſeruus inæſtimatus ea ſolum quæ ex re mariti, & quæ ex operis ſuis acquiruntur, acquirit marito: cætera autem mulieri. Hoc autem dictum eſt etiam ſecundum diuiſionem: in iis enim quæ ſunt inæſtimata, quæ quomodocunque obueniunt, pertinent ad mulierem: vt didiciſti 10. cap. huius tit. vbi poſſumus diſcere quod in rebus inæſtimatis maritus eſt inſtar vſufructuarii. Hoc enim in dicto cap. 10. oſtendit partus ancillæ, & fœtus pecorum. Quamobrem ſi in rebus dotalibus maritus eſt inſtar vſufructuarii, merito ſolam lucratur hæreditatem & legatum quod relictũ eſt ſeruo dotali ad ipſum pertinenti: non ita etiam quod affectione in mulierem aut in ſeruum relictum eſt ſeruo dotali: ſed id lucratur mulier. quod eſt etiam in ſeruo vſufructuario: vt Vlpianus in 3. lib. de iudiciis, tit. 1. cap. 21. 22. nos prius docuit.

ENANT. Seruum pone æſtimatum. lege c.11. 48. & lib. 15. tit 1. c.19 Vlpiani: & lib. 24. tit. 3. cap. 31. circa finem, & c. 18. Modeſtini: & huius lib. tit 5. c. 3. & lib. 29. tit. 2. c 45.

b Quidam habens fundum, eius quidem vſumfructum nomine dotis pro muliere dedit eius marito: retinuit autem apud ſe proprietatem. Quærebatur ſoluto matrimonio, cuinam vſumfructum dari oporteat à marito, vtrum proprietario, an mulieri pro qua datus eſt in dotem. Quæſtionem autem facit id quod dictum eſt, non poſſe vſufructuarium alteri cedere vſumfructum, quam ipſi proprietario. Sed & ſi extraneo eum ceſſerit, hoc eſt, ei qui nõ habet proprietatem: nihil transferri ad extraneum, ſed ad dominum proprietatis reuerti vſumfructum. Cum ergo in his eſſet quæſtio, quidam volentes huic caſui afferre remedium, putauerunt hanc recte habere ſententiam in eo quod quæritur, ſi dicatur vt maritus mulieri locet vſumfructum, ſoluto ſcilicet matrimonio, aut

Digitized by Google

eum vendat vno nummo: vt hoc modo maneat quidem apud eum ius vſusfructus, poſſit autem mulier fructus percipere.

c Hoc facit quæſtionem, quod apud alium & non apud mulierem ſit proprietas. Si enim apud eam eſſet proprietas, recte ei ſoluto matrimonio, vt quæ haberet proprietatem, vſusfructus redderetur à marito.

d Hoc didiciſti etiam tit. 24. 2. inſtit. vſusfructus enim vel eum amat cum quo habuit conſuetudinem, vel dominum.

e INNOM. Poteſt autem ius ſuum alteri vendere, locare, & donare: vt Inſtit. 2. tit. 5. lib. 7. tit. 1. c. 12. 35. 38. 39. 40. in quibus etiam de precatio, & ideo videtur etiam poſſidere vſufructuarius. Lege etiam tit. 4 eiuſdem lib. c. 29.

ENANT. In 4. autem tit. 2. Inſtit dicit quod ſi extraneo ceſſerit, nihil agit. Quod quidem intellige, eum non conſiſtere in eo cui fuit ceſſus. Lege locati cap. 46. videtur enim illic ſcribi contrarium.

f Quæſtio. Cum decedente marito extinguatur vſusfructus, ſi poſt factum diuortium, venditumque aut locatum vno nummo vſumfructum, vt eſt poſitum, ne inueniatur mulier amiſiſſe vſumfructum: ſi hoc non factum ſit, maritus autem deceſſerit, quid ſit? Deinceps enim extinctus vſusfructus reuertitur ad proprietatem. Solutio.

ENANT. Atqui dictum eſt lib. 19. tit. 2. cap. 46. eſſe inualidam quæ vno nummo fit conductionem.

g Quamobrem ſi ius vſusfructus manet apud maritum: eius morte, & non mulieris, extinguitur vſusfructus, vtpote quod ipſe & cenſeatur & ſit vſufructuarius.

Quære c. 18. tit. 7. in fine. ᵃ SI ancilla ſciens, aut neſciens ſuam conditionem, mihi dederit pecuniam in dotem: non facit me eius dominum: ſed eſt illius cuius erat prius: niſi ᵇ vſu acquiſitum ſit eius dominium. Quod ſi etiam fuit manumiſſa cum mecum habitaret: non poteſt ᶜ mutare cauſam pecuniæ. Vnde nec facto diuortio eam repetit, vel tanquam dotalem, vel tanquam forte debitam: ſed dominus eius eam vendicat. Si autem priuſquam cœperit eſſe matrimonium, eius tanquam ᵈ meæ dominium vſu acquiſiero, exiſtimans mulierem eſſe liberam, eam lucrifacio: quemadmodum ſi quid ea pecunia emero priuſquam dos fieret, ita vt neque poſſiderem, neque dolo deſierim poſſidere. l. 67

a Ancilla quædam quæ putabatur libera, cuidam fuit coniuncta matrimonio: & pecuniã quandam ei dedit in dotem, non ex rebus peculiaribus, ſed aliunde. Sic ergo ſcribit Proculus. Ancilla quæ nupſit, & dotis nomine marito dedit pecuniam, ſiue ignorans, ſiue etiã putans ſe eſſe liberam: non poteſt maritum eius facere dominum ſed pecunia manet eius cuius erat prius: niſi maritus qui eam accepit. vſuceperit. Nam ſi ea nondum ſit vſucapta: ſi poſtea mulier quæ erat apud maritum, facta fuerit libera, etiamſi tandem ea facta libera, inter eam & maritum conſtiterit matrimonium, ne ſic quidem mutatur cauſa pecuniæ in dotem datæ: hoc eſt, ea data non fit dos, neq; eius dominiũ transfertur ad maritum. Et ideo nec ſi factum fuerit diuortium, nec dotis iure, nec cõdictione eam à marito accipit: ſed eius maritus eam accipit mouens actionem in rem: niſi, vt dictum eſt, maritus eam vſuceperit. Quod ſi pro eo poſſidens maritus eam vſuceperit, vt qui putauerit eam quæ dederat, eſſe liberam, & eam bona fide pro ſuo poſſideret, propius eſt vt exiſtimem hoc eſt, recte dicam, eum ipſam lucrifacere, ſi modo priuſquam inciperet cum eo contractũ conſiſtere matrimonium, eam vſuceperit. Idem dico etiam ſi ex ea pecunia res emerit maritus priuſquam dos eſſe cœperit. Tunc autem incipit dos fieri, ſi poſtquam conſtiterit matrimonium, eam vſuceperit. Nam ſi ante vſucapionem res aliquas, vt dixi, emerit: pro pecunia non conuenitur, niſi eam non poſſideat, & neque venditori forte ſoluit, neque dolo deſiit poſſidere.

CYRILLI. Ancilla pecuniam dedit in dotem, ſiue ſciens ſiue neſciens ſuam conditionem, non facit me dominum, ne ſi cum apud me quidem eſſet fuerit manumiſſa: ſed manet eius cuius erat pecunia: nec habet eius exactionẽ: ſed ſi eam bona fide vſuceperim ante matrimonium, vel aliquid ex ea emerim, ea lucrifacio.

b Nam ſi prius quam quidem cum eo cœperit conſiſtere matrimonium, ancilla forte facta libera vſucepit pecuniam: eam lucratur maritus. Si vero poſtquam conſtiterit contractum cum ea matrimonium, ei proceſſit eius vſucapio: eam non lucratur omnino, ſed eſt apud eum in dotem. hoc enim ſciri poteſt ex iis quæ inferuntur in hoc cap.

c INNOM. De mutatione poſſeſſionis lege lib. 41. tit. 2. c. 4. them. vltimum: & tit. 3. c. 33. & tit. 4. c. 2. in fine. & tit. 5. c. 2. Lege c. 40 & them. 3. lib. 60.

d Dig. latifundium habet, Eam pecuniam pro ſuo poſſidente vſuceperit. In id autem ſcribens Stephanus dicit, Duæ enim ſunt generales in ſupremo genere poſſeſſiones: nempe pro ſuo, & pro alieno Et pro ſuo quidem poſſidemus quę ſunt propria, vel exiſtimantur eſſe propria: pro alieno autem quæ ſunt aliena. Hanc autem generalem pro ſuo poſſeſſionem ſequuntur aliquæ ſpeciales poſſeſſiones vt plurimum. Qui enim pro ſuo poſſidet, dicit, poſſideo tanquam dominus. & ſi inter-

Digitized by Google

interrogetur de cauſa vel titulo propter quam putat ſe eſſe dominum : poſſeſſioni pro ſuo addit aliam magis ſpecialem, dicens ſe pro ſuo poſſidere, ex emptione, vel donatione, vel dote, vel legato: & pro ſuo poſſeſſionem inuenitur ſequens alia magis ſpecialis poſſeſſio, vel pro empto, vel pro donato, vel pro dote, vel pro legato. Ideo autem dixi pro ſuo poſſeſſionem vt plurimum ſequi aliquas ſpeciales, propter id quod accipitur pro venatione, vel ex partu ancillarum, vel ex alluuione. Quod enim ex his acquiſierimus, pro ſuo poſſidemus, non ſequente aliqua alia magis ſpeciali poſſeſſione. Accidit autem nonunquam vt cum ſit imbecilla ſpecialis poſſeſſio, ſit locus poſſeſſioni pro ſuo : hoc autem non ſemper, ſed quando res fuit nobis tradita, & in cauſa, traditionis ſcilicet, non erramus, ſed in eius præexiſtentia: vt, verbi cauſa, res non fuit mihi legata: & tamen hæres temere ſeu per errorem eam mihi tradidit bona fide, cum ſcilicet eſſet aliena. Eam nunc vſucapio per poſſeſſionem pro ſuo, non autem per poſſeſſionem pro legato. Pro legato enim poſſeſſio nunc eſt imbecilla, quoniam non fuit mihi legata. Non eſt autem error poſſeſſionis, quoniam & qui dedit, tanquam ex legato dedit, & ego rurſus accepi tanquam ex legato. Et quoniam error quidem nō fuit in titulo poſſeſſionis, ſeu in cauſa traditionis, non habebat autem traditio veram præexiſtentiam: merito non vſucapio per poſſeſſionem pro legato, ſed per poſſeſſionem pro ſuo: vt dicit Pomponius in lib. 41. tit. 10. cap. 4. Vſucapio autem pro ſuo, etiam quando quis rem alienam poſſidens tanquam ſuam habuit pro derelicto, & ego rem inueni, & tanquam pro derelicto accepi. Poſſeſſa eſt ſcilicet pro ſuo. Rurſus enim hic quoque per generalem, hoc eſt pro ſuo poſſeſſionem vſucapio: vt dicit Paulus in eodem cap 41. tit. 7. cap. 14. Sed ſi errauero, & pro derelicto eſſe putauero quod non eſt pro derelicto, non vſucapio, vt qui errem etiam in ipſa cauſa pro ſuo poſſeſſionis. Quamobrem quoniam pro ſuo poſſeſſionem quædam vt plurimum magis ſpecialis ſequitur poſſeſſio, ne mireris ſi eum qui ab ancilla in dotem accepit pecuniam, pro ſuo poſſidere in hoc cap. dixerit Proculus, & non pro dote. Qui enim pro dote poſſidet, & bona fide poſſidet, vt eſt poſitum, omnino etiam pro ſuo poſſidet. Vt qui enim ex dote pecuniam acceperit, eam poſſidet, exiſtimans ſe eſſe eius dominum. In propoſita autem quæſtione non eſt locus poſſeſſioni pro dote, quando nondum conſtabat matrimonium. Propterea enim maxime quando ante matrimonium vſucapit ea quæ ſunt ei data hoc modo, lucrifacit, & ea vxori non computat, quoniam ea non vſucapit per poſſeſſionem pro dote.

INNOM. Recte poſuit me exiſtimare eam eſſe liberam, priuſquam proceſſerit vſucapio bona fide. Quam me exiſtimante liberam, dic tu, quod ea tunc ſit dos, quando poſtquam ſecutæ fuerint nuptiæ, eam vſucepit maritus. Nam ſi eam vſucepit ante matrimonium, lucrifacit, vt dixit ſuperius Proculus.

e Si enim cum eam non vſucepiſſet ante matrimonium, perſeuerauit eam poſſidere conſtante matrimonio: non eam lucratur omnino. Siue enim eam non vſucepit, eam vendicat omnino dominus, etiam ſi cum eo cœpit conſiſtere matrimonium, vt diximus in hoc cap. niſi extraneus quiſpiam eam ſic dedit ab initio, vt quandocunque ſecutis nuptiis dos fiant quæ data ſunt : hoc eſt, donans mulieri iure quod non poteſt adimi: vt didiciſti in fine 8 cap. Siue eam vſucepit : propterea quod conſtitit, vt dixi, matrimonium, fit dos, & vt qui dotē acceperit, obligatur mulieri. Nā cum quæ à muliere tempore ſeruitutis ei in dotem datæ ſunt pecuniæ, apud eum extent, & ſint in eius dominio, aut per vſucapionem, aut quoniam erant quidem peculiares quæ datę ſunt pecuniæ, eas autem non ademit dominus, quando eam manumiſit, dos fit ſine dubio. Hoc enim te antea docuit Vlpianus in cap. 39. huius tit. in ſubiecto themate, vbi ex nummis ei datis in dotem res emit: quoniam nec nummos poſſidet, neque dolo deſit poſſidere, neque ab ea quæ dedit conuenitur, nec ab eo qui eſt re vera dominus pecuniæ.

L. 68 PAPINIANVS Si[a] ab initio pater ignorauit nuptias, poſtea autem conſenſerit: valet dos data. Nam omnis promiſſio dotis fit ob futuras nuptias. Vnde ſi minor 12. annis nupſerit, tunc exigitur quando[b] maior apud eum facta fuerit. Tunc enim[c] dos mihi à muliere promiſſa pro nuptiis non exigitur, altero inter nos contracto matrimonio, cum[d] interceſſerint alię nuptię. Quære ca. 28. tit. 4. ca 51.

a Quædam filiafamilias ignorante patre coniuncta fuit matrimonio, & ipſa puella, aut alius pro ea (non refert enim) dotem dare promiſit. His autem ſic factis, cum poſtea pater reſciuiſſet, ratum habuit matrimonium, ita vt id confirmaretur ex effectu. Quæritur an valeat de dote actio ex ſtipulatu, & poſſit maritus eam mouere ad exigendam dotem promiſſam. Dicit ergo Papinianus, Dotis promiſſio non ideo erit inualida, quod ignorante initio patre nuptiæ fuerint, ſi modo poſtea pater conſenſerit matrimonio. Omnis enim initio facta dotis promiſſio, videtur tacitam habere conditionem, ſi ſecutæ ſint nuptiæ. Cum ergo ex effectu patris conſenſu conſtiterit matrimonium, merito valet dotis ſtipulatio. Nam cum quædam minor annis duodecim vt quæ videretur eſſe maior, fuit al cui coniuncta matrimonio, & quiſpiam pro ea dotem promiſit tunc poteſt maritus dotem petere, quando puella facta maior 12. annis, cœperit manere apud eundem maritum. Quod enim vulgo dicitur, in primis duntaxat nuptiis parere obligationem, & hanc ipſam obligationem non manere firmam ac validam, ſi mulier poſt matrimonium cum aliquo alio contractum diuertens illi nupſerit cui initio dotem promiſit, tunc locum habet, cum poſt dotis promiſſionem aliæ interceſſerunt nuptiæ. Nam ſi poſt dotis, vt dixi, promiſſionem, alicui alii, & non

illi cui dotis facta eſt promiſſio, nupſerit, extinguitur ex promiſſione nata dotis actio ex ſtipulatu, & non renouatur: etiam ſi hoc ſoluto matrimonio, illi nupſerit cui initio facta fuit dotis promiſſio.

CYRILLI. Si puellæ matrimonium pro qua quis dotem promiſit, cum eſſet initio inutile, vel quod cum eſſet in mea poteſtate, me ignorante nupſit, vel quod erat impubes, vel meo conſenſu, vel pubertate fuerit confirmatum: dos debetur, vt quæ tacitam habeat conditionem ſi ſecutæ ſint nuptiæ. Tunc enim merito dicimus initio promiſſam dotem etiam primis adimi nuptiis, quando aliæ interceſſerint nuptiæ.

b Hoc didiciſti in toto tit. quod dotis promiſſio tacitam habet conditionem, ſi ſecutæ ſint nuptiæ.

ENANTIOP. Tunc enim valet etiam matrimonium tit.2.cap.1. Lege etiam huius tit. cap.75. In cap.5.tit.lib.48.d cit quod à tempore conſenſus & non retro confirmatur matrimonium. Atqui ratihabitio retrotrahitur, & ab initio confirmat quod actum eſt: vt lib.4.Cod.tit.28.cap.7. Sed dici poteſt eſſe conſentaneum vt non retrotrahatur in nuptiis: vt dictum eſt in alio caſu lib.3.tit.1.ca. 13. Lege huius libri, cap.26. & cap 68.

INNOM. Non repugnat cap.65. Illic enim & primæ ſecutæ ſunt nuptiæ, & dos fuit conſtituta.

d Hoc tibi Pomponius quoque tradidit in cap. 4. præcedentis tit. Memento eorum quæ dicta ſunt à Celſo in principio cap. 58. & ne tibi videatur contrarium vltimum thema cap.59. Ancillam enim illic ponit puellam pro qua alius dotem dedit: & merito ex eo quod poſtea conſtiterit matrimoniũ puella manumiſſa, non ex ſtipulatione eius qui dedit, dotem æſtimat in ea conſtitutã. Cum ea enim quę erat ſerua ne ſpes quidem erat matrimonii.

IDEM. Si [c] poſt diuortium ſciente marito mulier [b] longo tempore poſſederit dotalia: videtur cum ea tacite conueniſſe [c] ne ea peteret. ¶ Mulier [d] id quod ſibi debebatur, cum vſuris [e] dedit in dotem: eæ etiam quæ poſt nuptias competierunt, ſunt pars dotis. ¶ [f] Vſurę dotis promiſſę, à diuortio quidem dantur vſq; ad ſecundas nuptias: nõ autem etiam à tempore [g] ſecundi matrimonii: quoniam [h] nec dos petitur. l.69.in pr. §.1. §.2.

Quære cap. 77 ut 1 cap. 4. Quære cap. 28 d.4 cap. 25.

a Mulier quædam quædam prædia promiſit dare in dotem: ſed prædiis nondum datis, conſtitit matrimonium, & cum conſtitiſſet, fuit ſolutum: manſit autem poſt ſolutum matrimonium ea habens prædia, & poſſidens longo tempore, marito hoc ſciente. Dicit ergo Papinianus, Si poſt ſolutionem matrimonii, ſciente marito mulier longo tempore poſſedit prædia quæ promiſit dare in dotem, videtur à marito tacite factum eſſe pactum vt non petat dotem: & ſi poſtea pro iis ipſis prædiis egerit, repellitur pacti exceptione.

b Intellige decem vel viginti annos. Nam ſi dixeris triginta annos, ne poterat quidem mouere ab initio actionem ex ſtipulatu, vt quæ eſſet extincta ſpatio 30. annorum. Omnis enim actio perſonalis & in rem præter hypothecariam, extinguitur ſpatio 30. annorum, vt habetur lib.7.Cod. tit. 39.cap 3.

c INNOM. Cum forte ex pacto deberet lucrari.

d Quædam mulier cui quidam Titius debebat debitum cum vſuris, nubens cuidam promiſit ei dare dotem, vſa his verbis, Quod mihi debet Titius etiam cum vſuris futuri temporis, hoc erit tibi in dotem. Dicit Papinianus, non ſolum ſortem quam debet Titius, videri dari in dotem, ſed etiam vſuras quæ currunt, non ſolum ex quo dos fuit promiſſa, ſed etiam ex quo conſtitit matrimonium Lege cap 4.ſeq. tit.

INNOM. Lege cap. 58. & inuenitur maritus habere vſumfructum eorum quæ acquiruntur ex ſorte & vſuris, inſtar 4.cap.4 tit

CYRILLI. Vſuræ debiti cum futuris vſuris quas dedit mulier, augent dotem.

e Hæc habe tanquam in præcedente conſideratione. Didiciſti in lib. 1. de rebus creditis, quod tunc currunt vſuræ quando permiſſa eſt ſortis petitio. Quando autem ſortis differtur petitio, nec vſuræ petuntur, niſi de iis facta ſit ſpecialis conuentio: vt, verbi cauſa mutuo dedit alicui, & ſtipulatus eſt vſuras. Stipulatus eſt autem etiam debitum ſibi reddi poſt duos annos. Duorum annorum non peto vſuras: niſi vſuras ſtipulans ſic dixerim: Promittis dare etiam vſuras à die incipiente hodie currere? Cum hoc ergo didiceris, accede ad propoſitum. Mulier quædam nubens dedit in dotem mille nummos, & dotem reddi ſic eſt ſtipulata, Promittis ô vir, ſoluto matrimonio dare mihi mille nummos? & ſtipulata eſt dotem ſibi reddi cum vſuris quæ ex *Deſunt nonnulla.*

Solutum eſt matrimonium, & annus præteriit: ſed anno elapſo, cum nondum eſſet petita, mulier reuerſa eſt ad maritum, & cum eo renouauit matrimonium. Cum autem triennio hoc quoq; ſecundum conſtitiſſet matrimonium, fuit ſolutum. Quæritur nunquid non ſolum anni qui præteriit poſt ſolutionem primi matrimonii, donec ſecundum conſtitit matrimonium, ſed etiam triũ annorum quibus ſecundum cõſtitit matrimonium, à marito exigentur vſuræ. Nam cum ſecundum conſtaret matrimonium, non poterat dotem exigere mulier. Cum dos autem exigi non poſſet, fieri non poterat vt currerent vſuræ.

f Poſtquam ſecundum conſtitit matrimonium non petuntur vſuræ. Quamobrem poſtquam primum fuit ſolutum, à marito vſura petitur, incipiens currere ſimul atque fuerit ſolutum. Nam etſi quæ conſtant pondere, numero & menſura, poſt annum peti dicit conſtitutio, hic tamen locum

locum non habet quoniam dotem & vſuras ſpecialiter ſibi reddi ſtipulata eſt mulier ſoluto matrimonio.

g Mulier enim reuerſa ad priorem maritum, & cum eo renouans matrimonium, videtur tacite ea quæ nuper data fuerant in dotem, rurſus ei dare in ſecundo matrimonio, vt didiciſti in 40. cap. huius tit.

h INNOM. Didiciſti lib. 12. tit 1. cap. 40. quod vſuræ creſcunt ex dilata ſolutione ſortis. Quod ſi etiam mulier non promiſit vſuram in reddenda tamen dote moram fecit: poſt triennium habet perſecutionem tertiæ centeſimæ: vt lib. 5. Cod. tit. 12. cap. 31. Eandem autem vſuram dat maritus, nõ reddens mobilia poſt ſolutionẽ matrimonii intra annũ vt tit. 13. eiuſdem 5. lib. Cod.

¶ [a] Promiſſas vſuras non recte petit maritus, ſi eo abſente mulier non fuit nutrita ex bonis eius. ¶ Si [b] arbitratu [c] ſoceri mei dotem ab eo fueri ſtipulatus, non demonſtrata re vel [d] quantitate, valet: & detracto arbitrio dos conſtituitur pro [e] modo eius facultatum, & mea dignitate quãquam [f] fundo non demonſtrato eſt inualidũ legatũ & ſtipulatio. §. 3. §. 4.

a Mulier quædam alicui nuptura, cum tunc non poſſet ei dare dotem, promiſit ei dare mille nummos dotis nomine: promiſit autem ei quoque ſoluere vſuras, ſi poſt cõſtitutum matrimoniũ ſors non eſſet ei ſoluta. His ſic factis cum peregre eſſet maritus ſic ſcribit ad eam, Quoniam non poſſum venire & facere nuptias, vade domum, tanquam vxor faciens quæ ſunt matrimonii Cum autem in domum eius veniſſet mulier, non fecit impenſas ex bonis mariti, nec in ſe, nec in ſeruos ſuos. Quod quidem cum ex literis mariti venerit in ædes eius, ſit eius vxor, & cum ea ipſo etiam abſente conſiſtat matrimonium, didicimus in 5. & 6. cap. tit. præcedentis ſed reuerſus maritus vult ſortem & vſuras petere ab vxore. Dicit ergo Papinianus eum non poſſe petere vſuras. Vſuræ enim ſunt promiſſæ propter impenſas quæ in eam fiunt. Cum in eam autẽ non factę ſint impenſę; impudenter facit qui vſuras vult ab ea petere. Quæſtio Nunquid autem ſi mulier vſuras non promiſit ſpecialiter, ab ea vſuræ non petuntur, ſi poſtquam conſtiterit matrimonium, ſoluat dotẽ promiſſam? Stephanus Petuntur quidem, ſed non ſtatim, ſed biennio poſtquam conſtiterit matrimonium. Et hoc dicit in 5. lib. Cod. 12. tit. lib. vlt. tit. conſtitutio, quæ de ea re loquitur perfectius.

b INNOMIN. Lege lib. 24 tit. 3. cap. 42. them. 3. & lib. 24. tit. 4 cap. 17. Hæc habe tanquam in præcedenti contemplatione. Si quis fundum legauerit aut promiſerit, nec conſtet quem legauerit aut promiſerit: legatum eſt inutile, & ſtipulatio inutilis. Hæc cum ſcias, accede ad propoſitum. Gener à ſuo ſocero ſtipulatus eſt ſibi dari dotem, ipſius ſoceri arbitrio, rebus non ſignificatis quæ debebant dari in dotem, vel quantitate quam oportebat ſocerũ dare genero in dotem. Nunquid valet ſtipulatio? Dicit Papinianus eam valere, etiam ſi non adiecerit ſocer, nec dixerit, Arbitrio meo do tibi dotem: ſed ſolum, Do dotem Sic enim valet ſtipulatio: neque eſſe ſimilem dotis ſtipulationem legato aut ſtipulationi, rebus non ſignificatis quæ ſunt legatæ deductæ in ſtipulationem, ſed multum intereſſe. Vbi enim quis legauit aut promiſit fundum, & non ſignificauit fundum, ſtipulatio eſt inutilis & legatum, quando ſcilicet non habens fundum legauit vel promiſit. Sic autem intellige propter id quod dictum eſt primo de legatis. Quando autem quiſpiam promiſit dotem, ſtipulationi autem non adiecit res vel quantitatem dotis, ſic quoque valet ſtipulatio. Modus enim videtur ineſſe ſtipulationi dotis pro facultatibus patris puellæ & dignitate eius qui eam ducit.

c Hoc enim maxime facit vt ſit in petitione dos promiſſa, quod dixerit ſocer, Do tibi dotem quam ego arbitratus fuero. Si enim nihil fuiſſet adiectum promiſſioni dotis: inutilis eſſet promiſſio; neque rebus ſignificatis, neque quantitate dotis, ſi non fuiſſet pater qui promiſit, ſed ipſa forte puella. Si quis enim cum non eſſet pater ſcilicet, dotem promiſit, & neque quantitatis, neque ſpecierum meminerit in ſtipulatione, eſt inutilis ſtipulatio. vt dictum eſt lib 5. Cod. tit. 1. cõſtit. 1. Hic autem licet nec ſpecierum nec quantitatis facta ſit mentio: tamen quoniam dixit, Do dotem quã arbitratus fuero aut etiam ſi non dixerit, quoniam eſt pater, ab eo dos recte petitur: non eius tamen arbitratu, ſed pro facultatibus eius, & dignitate eius qui vxorem duxit. Scribit autem Vlpianus cap. 85. primi de legatis, quod ſi quis legatum aut fideicommiſſum alicui reliquerit ſub conditione, ſi hæres cenſuerit aut comprobauerit, aut iuſtum putauerit, hoc dictum eſt potius viri boni quam hæredis iudicio. INNOM. Illud dicere, Arbitratu Titii, ad legem refertur, & locum non habet in ſeruis: vt lib. 50. tit. 16. cap. 68.

d ENANTIOPH. In hoc caſu dic eum nõ habere actionem: lib. 5. Cod tit. 11. conſtit. 1. Similiter autem iis quæ hic habentur, dicit tertia eiuſdem lib conſtit. non ſunt autem contraria: ſed poteſt & hoc locum habere in patre, & illud in filia lege lib. 7. tit. 1. cap 48 in fine.

INNOM. De his verbis lege lib. 18. tit. 1. cap. 7. them. 2. & lib. 10. cap. 75. & de dote lib. 5. tit. 11. cap. 3. & de ſocietate libr. 71. tit. 2. cap. 75. & de locatione libr. 9 cap. 24. & de legato lib. 32. cap. 11. & lib. 31. conſtit. 1. & lib. 33. tit. 2. cap. 12. & de operis libertorum lib 38. tit. 1 cap. 30. & cauſa liberali lib. 39. 40. tit. 5. cap. 16. 40. 45. & de locatione & conductione lib. 45. tit 1. cap. 46. 43. 44. & lib. 50. tit. 17. cap. 22. & de emptione & locatione lib. 4. Cod tit. 38. conſtit. 15. & in legato lib. 6. tit. 43. cap. 3.

e INNOM. Et in nouella 102. de exhæredatione, them. 25. dixit filiam dotari pro quãtitate bonorum patris, & de parentibus hæreticis, & filiis orthodoxis lib. 1. tit. 5. conſtit. 12. 19. Quinetiã

Digitized by Google

in curialibus dixit, quamnam portionem debeant dare pro dote & donatione propter nuptias filiorum, lib. 10. Cod. tit. 34. conſtit. 5.

f Nota quod ſi quis fundum legauerit aut promiſerit, fundo non ſignificato: inutile eſt legatum & ſtipulatio. Aliud eſt in ſeruo. ſeruum enim etiam incertum recte legamus. In fundo autem propterea non valet ſtipulatio & legatum, quoniam poteſt qui promiſit dans etiam vnum terræ ceſpitem ſe liberare. Pono autem eum dicere quod qui legauit aut promiſit, non habet fũdum, propter id quod habetur primo de legatis.

ENANTIOPH. Atqui ſi legauero domum, & non adiecero quam, eſt in poteſtate hæredis mei ex omnibus domibus dare quam velit. Si autem non reliquit domum, inutile eſt legatum: vt lib 30. cap 71. lege etiam cap. eiuſdem lib. 37.

† Nam ſi contra eius voluntatem, nõ cõſiſtit matrimonium. Tit. 5 cap 21. 24 25 26. Quem cap. 114.

Si [a] puella minor ex † voluntate patris ſui nubat filio [b] tutoris: pro modo facultatum & pro dignitate tutor conſtituit. 5.5
¶ [c] Patrona dotem pro liberta promiſſam non poteſt retinere, quod fuerit ingrata. 5.6
¶ Si [d] conuenerit vt ſoluto matrimonio res æſtimatæ redderentur, non eſt venditio. Vnde ſi eæ euincantur, ſi quidem eas bona fide dederit mulier: nulla actione obligatur marito: ſin minus, [e] competit doli actio. 5.7

a Pone enim, quod viuus pater puellæ eam deſpondit filio eius qui fuit tutor, aut hoc iuſſit in ſuo teſtamento nãm hoc modo conſiſtit matrimonium: vt diſcere poſſumus in cap. 36. præcedentis tit. vt prius docuit.

INNOM. Similiter lib. 45. tit. 1. cap 114. Papiniani, à viuente ei forte deſponſam, aut in teſtamento deputatam: vt tit. 2. cap. 35. & 65.

b Intellige eum qui fuit aliquando curator, ponens eum etiam factum curatorem puellæ. Nam ſi puella eſt adhuc ſub tutela, ne conſiſtit quidem matrimonium. Poſſumus tamen dicere, quod ante nuptias, cum puella eſt adhuc impubes, ſi dos detur, poteſt etiam, cũ ſit adhuc tutor, præbere authoritatem.

c Hæc habe tanquã in prętermittenda conſideratione: Libertus conuictus ingratus in patronũ, redigitur in ſeruitutem. Hæc cum ſcias, veni ad propoſitum. Patrona, cum nuberet liberta, volens ei donare, non habens autem paratam pecũniam, promiſit ei cui ipſa nubebat. Cum autem ſecutæ eſſent nuptiæ, libertam conſtitit eſſe ingratam in patronam: & poſtea venit maritus petens à patrona ea quæ ipſi promiſerat. Ea autem nolebat dare, dicens, Libertam conſtitit in me eſſe ingratam. Dicit ergo Papinianus patronam non recte vti his verbis, neque differre ſolutionem dotis. Additio. Adeo vt Patrona quæ dotem promiſit, non poſſit vti exceptione Velleiani. Nam in interceſſionibus excepta eſt cauſa dotis: vt ſciri poteſt ex 4. lib Cod. tit. 29. conſtit. 12.

INNOM Lege lib. 23. tit. 3. cap. 42. them. 2. & lib. 5. Cod tit. 12. conſt. 20. lege cap. 17. & 53.

ENANTIOPH. Atqui libertus ſi probatus fuerit ingratus in patronum, redigitur in ſeruitutem: vt lib 5.. Cod. tit. 7. nouel. 77. cap. 2. Liberta quidem vt ingrata redigitur in ſeruitutem: patrona autem dotem non retinet, ſed eam accipit maritus ex pacto non exiſtentium liberorum: & 22. nouella in nono themate dicit, Si autem ſententia iudicis libertum aut libertam, aut eorum filios redegerit in ſeruitutem, conſiſtit quidem ab initio matrimonium: quæ autem poſtea extitit ſeruitus, eos à ſe inuicem disiungit, tanquam morte conſecuta. Nam qui nos pręceſſerunt, dixerũt ſuperuenientem ſeruitutem non longe abeſſe à morte. Quamobrem dehinc quidẽ accipiat vnuſquiſq; quod ſuum eſt. Quod autem in caſum mortis factum eſt pactum, ingenuis tantum adquiratur, reliquo ad eum perueniente qui eum redegit in ſeruitutem.

d Hæc habe tanquam in præmittenda contemplatione. Scis quod ſi quæ æſtimata data ſunt in dotem, euicta fuerint, poteſt maritus agere ex empto, vel de dupla ex ſtipulatu, ſi ea ſit ſtipulatus. Hæc cum ſcias, veni ad propoſitum. Mulier quædam res æſtimatas dedit in dotem; & conuenit vt ſoluto matrimonio non æſtimatio ſed res ipſæ ei à marito redderentur. Dicit ergo Papinianus, Pactum quod factum eſt, vt non æſtimatio, ſed res ipſe redderenrur ſoluto matrimonio, non ſinit maritum eſſe inſtar emptoris. Mihi enim, inquit, videtur eſſe facta æſtimatio, vt manifeſta fiat quantitas dotis: & ideo rebus euictis maritus nullam habet actionem aduerſus mulierem, ſi res dotales dedit bona fide: nam ſi mala fide (pone enim quod cum eas ſciret alienas, in dotem dedit) tunc tenetur de dolo.

INNOM. De rerum æſtimatarum ex pacto redditione, lege tit. 4. cap. 22. & lib. 24. tit. 3 cap. 50. & lib. 5. Cod. tit. 12. conſt. 21.

e Soluto ſcilicet matrimonio: nam adhuc conſtante matrimonio non poteſt maritus aduerſus mulierem intendere actionem quę irroget infamiam, ſed in factum: propterea autem agit de dolo, & non de dote ex ſtipulatu, quoniam nequaquam poſitum fuit mulierem, ante rerum dationem promiſſam, aliquid dare in dotem. Si enim promiſiſſet ante dationem, & ſic dediſſet, deinde res datæ fuiſſent euictæ: etiamſi non poſſet maritus empti agere cum res ſint inæſtimatæ, ageret tamen ex ſtipulatu, vtpote quod res videantur non eſſe datæ. In 33. autem cap. tibi ſæpe dictum eſt, quod ſiue in danda dote facta fuit ſtipulatio, ſiue fuit inutilis, ſiue ne facta quidem eſt omnino ſtipulatio, ſed nuda promiſſio: locus eſt actioni ex ſtipulatu, vt dictum eſt lib. 5. Cod tit 13. conſt. 1.

ENANTIOPH. Soluto matrimonio, conſtante enim matrimonio pœnalis actio infamiam irrogans non mouetur aduerſus vxorem: vt lib. 5. Cod. tit. 21. conſtit. 2. lege lib. 25. cap. 2. & 5.

Neque

Digitized by Google

Neque furti agitur, vt lib 47. tit. 2 conſt. 45. neq; expilatæ hæreditatis, ſeu actione de rebus hæreditariis ablatis: vt eodem lib. tit. 9 cap. 7. Agitur autem etiam conſtante matrimonio ſerui corrupti in ſimplum propter fauorem matrimonii: vt lib. 11. tit. 3. cap 17 lege etiam principium cap. 11.

§. 8 §. vlt. ¶ [a] Res [b] æſtimatæ fiunt mariti, etiam ſi mulier eis vtatur. ¶ [c] Partus ancillarum dotalium eſt vxoris: & ideo [d] fruſtra paciſcuntur vt is diuidatur inter maritum & vxorem. PAVLVS. In [e] ambiguis pro dote reſpondemus.
l. 70

a Mulier quædam dedit in dotem res æſtimatas. Has res, poſtquam conſtitit matrimonium, in ſuo vſu habuit mulier. Dicit ergo Papinianus maritum eſſe rerum dominum, etiam ſi mulier eas habuit in ſuo vſu.

b Clarum eſt autem quod inæſtimatarũ quoq; rerum dominus eſt maritus, vt tum ex plurimis locis ſciri poteſt tum ex 8. tit. 2. Inſtit Noli ergo vti argumento à contrario ſenſu quod hinc oritur.

c Ancillarum inæſtimatarum partus, eſt vxoris, & non viri: nõ enim creditur eſſe fructus. Quid ergo, pacta eſt mulier cum marito inæſtimatarum ancillarum communem eſſe partum? Dicit ergo Papinianus hoc pactum non valere, ſed perinde eſſe ac ſi nihil de eo conueniſſet ab initio Adſcriptio Nota quod nec propter pactum quidem poteſt rerum dotalium partum maritus lucrifacere. Vide autem quod iam conſtans ponit matrimonium.

d Ne intelligatur lædi mulier. Poteſt autem paciſci de periculo, & de iis que lædunt mulierem: vt tit. 4. cap 6 & 29.

e In ambiguis melius eſt pro dote reſpondere, hoc eſt, pro eo qui petit dotem: vt exempli cauſa, Puella quædam cum eſſet minor 12. annis, putaretur autem eſſe maior, nupſit cuidam, & eius nomine quædam res datæ ſunt in dotem: ſed accidit vt maritus non eſſet ſoluendo: & volebat quidem puella habere priuilegium dotis, etiam aduerſus eos qui habebant hypothecam in bonis mariti. Creditores autem mariti repugnabant, dicentes non eſſe dotem quæ pro ea data ſunt, quoniam nec cum ea quidem conſtitit matrimonium, quandoquidem nondum impleuit annum 12. aut ſi impleuit non manſit apud ſuum maritum, ita vt cum ea contractum confirmatum ſit matrimonium: ſed hæc dicentes non poterant aperte probare eam eſſe minorem annis duodecim. Oportet ergo iudicem, cum ſit ambiguum & non ſatis conſtet conſtiterit ne an non cum ea contractum matrimonium, ſententiam ferre pro dote puellæ, & ſeruare priuilegium. Poteſt autem aliter quoque poni caſus eius quod dictum eſt. Nam ſi res datas in dotem contigerit perire caſu fortuito, & maritus quidem contendat, dicens ſe non debere agnoſcere periculum, vtpote quod res eſſent inæſtimatæ: mulier autem dicat res eſſe æſtimatas, & æquum eſſe vt maritus earum ſuſcipiat periculum: ſi eſt incertum & ambiguum, vtrum æſtimatæ res ſint an inæſtimatæ: oportet iudicem, tanquam res ſint æſtimatæ, pro dote reſpondere. Idem autem hic quoque dici poteſt, ſi cum nupſiſſet filiafamilias, dubium ſit pater conſenſerit necne.

INNOM. Eſt regula lib. 50 tit. 17. cap. 74. fauetur enim dotibus: vt huius tit. cap. 10. them. 2.

l. 71 IDEM. Dos [a] quæ promiſſa fuit ab extraneo, eſt periculo mulieris: ſed ſi vſuram acceperit maritus, deinceps eſt eius periculo. PAVLVS. Quære cap. 15. 21
l. 72. in pr. Si omnia [b] bona ſua mulier in dotem dederit, maritus non eſt obnoxius creditoribus tanquam eius hæres: bonorum autem promiſſione ſi-
filiifamilias
§. 1 gnificantur quæ ſunt pura poſt debita. ¶ Etiam pater mariti, in dote
§. vlt. præſtat dolum & culpam. ¶ Si [c] mulier ſeipſam dotans, effecerit vt ma- Quære lib. 28 tit 8. cap. 91. th. 2.
dans dotem ex bonis ſuis
ter ſtipularetur redditionem: poteſt [d] poſtea mutare dotale inſtrumen- Quære ca. 63. Lege cap 64.
l. 73. in pr. tum. IDEM. [e] Surdus, mutus & cæcus dotis nomine obligantur, quia Lege cap. 47. 85.
§. 1 & nuptias contrahere poſſunt. ¶ [f] Etiam cõſtante matrimonio, mulieri
prodigæ
non perdenti poteſt dos ſolui ex his cauſis: vt ſe ſuoſque alat, vt fundum idoneum emat, vt exulem patrem alat, vel maritum, vel fratres [g] egentes.

a Quando extraneus promittit dotem pro ea quæ nubit, eius inopia affert periculum mulieri: ſed ſi maritus vſuras ab eo exegerit, vel actionem nouauerit, periculum tunc ſpectat ad maritum.

ENANTIOPH. Hoc intellige conuenienter conſt cap. 44.

b Hoc intellige ſecundum conſtit. ſitam in tertio cap. huius tit Hoc tibi tradidit etiam Vlpianus cap. 45. huius tit. Memento autem eorum quæ dicta ſunt in cap. 41. huius tit. Mulier quædam quæ habebat in nummis mille nummos, diuerſis autem perſonis debebat ducentos nummos, nubens cuidam dedit omnia ſua bona. Quæritur aduerſus quem ſunt acturi creditores mulieris pro ducentis nummis qui ab ea debentur, an aduerſus eam, an aduerſus eius maritum, vt qui videatur eſſe eius hæres, vt qui omnia eius bona acceperit in dotem. Dicit Paulus. Maritus quidem, etiam ſi ex datione dotis tenet omnia eius bona, non conuenietur ab eius creditoribus. Illa autem ſolum

Digitized by Google

videntur data eſſe in dotem quę ſunt poſt deductionem ducentorum nummorum qui illis debentur à muliere. Quamobrem etiam ſi dedit aut promiſit omnia ſua bona, non videtur dediſſe aut promiſiſſe plus quam octingentos nummos. propterea ſi marito quidem nondum præbuit dotem, in ſolos octingentos nummos tenetur mulier actione ex ſtipulatu Si autem præbuit, petit quidem à marito ducentos nummos: petit autem ipſa, non maritus, à ſuis creditoribus.

INNOMIN. Poteſt enim totam domum dare in dotem: vt lib. 2. Cod. tit. 12. conſt. 4. Si autem cum eſſet minor ætate, fuit circumſcripta, ei ſuccurritur: vt lib. 4. tit. 4. cap. 9. Poteſt autem mulier omnia ſua bona dare in dotem: vt dictum eſt lib. 5. Cod. tit. 12. conſtit. 4.

INNOM. Lege cap. 61. 62. & lib. 33. tit. 2. cap. 46.

ENANTIOPH. Atqui dictum eſt lib. 50. tit. 17. cap. 116. quod ſucceſſor in omnibus locum tenet hæredis: & cap 128. quod qui ſuccedit in ſolidum, eſt loco hæredis.

c ENANTIOPH. Dictum eſt lib. 15. tit. 1. cap. 36. non ſolum in dote, ſed etiam in omnibus actionibus bonæ fidei Dictum eſt autem ex additione.

d Vel vt quæ ſimul accepit, vel vt etiam ſimul ſubiecta actioni de peculio, matre non conſentiente. Eandem habet diſtinctionem id etiam quod dictum eſt à Modeſtino in fine cap. 63. nempe vt transferat in ſuam perſonam redditionem dotis.

e Nota contextum. Oſtendit enim quod ſiue pro muliere nubente promiſit mutus, ſurdus, aut cæcus dotem dare: ſiue ipſi vxorem ducentes dotem acceperunt, tenentur. Nota autem, quod cum eis quoque conſiſtit matrimonium, hoc eſt, poſſunt contrahere.

f Quamobrem ſi eſt pater, vel auus, vel aliquis ex aſcendentibus in exilium miſſus vel relegatus, & vult ei mulier alimenta ſuppeditare, recte ei etiam conſtante matrimonio maritus ſoluit dotem. Parentum autem appellatione ſignificantur omnes aſcendentes: vt ex plurimis quidem locis ſciri poteſt, maxime autem ex iis quæ dicit Caius in dig. lib. 50 tit. 16. cap. 51. vbi etiam dicit amplius, quod non ſolum aſcendentes ex linea maſculina, ſed etiam mater & auia ſignificantur appellatione parentis. Quamobrem etſi non pater, aut auus, aut proauus, ſed mater, aut auia, aut proauia eſt in exilio, & vult mulier alimenta ei ſuppeditare: recte ei etiam conſtante matrimonio dotem ſoluit maritus. lege vltimum cap. huius tit.

ENANTIOPH. Lege lib. 24. tit. 1. cap. 21. & tit. 3. cap. 20. 21. 24.

INNOM. Parentis appellatione continentur omnes aſcendentes maſculi & fœminæ: vt lib. 50. tit. 16. cap. 51. Quid ſit autem relegatio, & quid exilium. ſcis ex lib. 48. tit.

g Lege cap. 24. Dig tit. 30 lib. Illic enim inuenies alias cauſas, ex quibus conſtante matrimonio mulieri dos recte ſoluitur: quarum vna eſt, ſi velit debitum ſoluere. Lege etiam cap. 12 ſeq. tit. Lege omnino vlt. quoque cap. huius tit quod eſt Scæuolæ. Lege etiam lib. 5. Cod. tit. 19. in ſubiecta tit conſtit.

Lege cap. 63. HERMOGENIANVS. [a] Sponſa quæ dotem dedit & non nupſit, & [b] minor 12. annis: habet [c] priuilegium repetitionis [d] inſtar dotis: priuilegium autem habet locum in actionibus perſonalibus. l. 74

TRYPHONINVS. [f] Quanuis in bonis mariti dos ſit, dos tamen [g] eſt mulieris. Vnde [h] dotali fundo euicto, agit [i] mulier de euictione: eius enim intereſt. deſinit enim eum habere in dote. Quinetiam quandiu eſt mulier apud maritum, habet eius lucrum, propterea quod maritus ſuſtinet onera matrimonii. l. 75

a Mulier quædam ſponſo ſuo res dedit in dotem, & non ſecutæ ſunt nuptiæ: vel etiam quædam minor 12. annis dotem dedit. Et quod in vtroque quidem themate, ſi ſecutæ non ſint nuptiæ, non cenſeatur eſſe dos ea quæ data ſunt, eſt euidens. Sed et ſi non videtur eſſe dos ea quæ data ſunt, neque ad exactionem dotis eſt actio ex ſtipulatu, ſed datur condictio cauſa data cauſa non ſecuta: tamen ſic quoque propter eas res mota condictio, cenſetur habere priuilegium, quod in perſonalibus actionibus habet in dote actio ex ſtipulatu.

b Finge eam deſponſam cum adhuc eſſet minor 12. annis: aut maiorem quidem fuiſſe, ſed non manſiſſe apud eundem maritum. Nam niſi ſic poſueris, conſiſtit matrimonium. Si autem conſiſtit matrimonium: dos fuerunt ea quæ data ſunt, & non eſt amplius locus iis quæ dicta ſunt. Similiter lib. 42. tit. 5. cap. 17. cum ratione quod expedit Reipublicæ accipere vniuerſum, vt permittente ætate poſſit nubere.

c EIVSDEM. Similiter lib. 8. Cod. tit. 17. conſtit. 9. De priuilegiariis autem lege elegantem legem lib. 5. titul. 1. in fine cap. 32. & huius lib. titul. 4. cap. 10. & lib. 42. tit. 5. à cap. 17. vſque ad 26. Eſt autem proprium priuilegiariorum, eſſe inferiores quidem hypothecariis, præferri autem perſonalibus: vt lib. 8. tit. 4. cap. 10. & libr. 8. tit. 17. cap. 19. 12. & lib. 14. tit. 5. cap. 3. & libr. 15. titul. 1 cap. 52. Funeraria autem cum ſit priuilegiaria, præfertur etiam hypothecariis: vt cap. 24. & 45. tit. 17 libr. 11. Sumptus enim funeris & plura alia deducuntur ex bonis: vt lib. 5. tit. 2. cap. 50. & lib. 35. tit. 2. in fine 1. cap. & 70. & lib. 36. tit. 1. cap. 20 & libr. 37. tit. 9. & lib. 6. tit. 30. conſtit. 22.

d Non ſummo iure, ſed propterea quod ſtudeant leges vt mulieres poſſint dare dotem: & eas habere ſaluas, intereſſe Reipublicæ dicit Paulus 2. cap. huius tit.

e Itaque

Digitized by Google

e Itaque in quibus non conſiſtit matrimonium, ſed cauſa data cauſa non ſecuta condictio datur ad repetenda ea quæ data ſunt in dotem, creditoribus quidem mariti qui non habent hypothecas, præfertur mulier, non ita autem iis qui habent hypothecas.

f Quanuis in bonis mariti dos ſit, mulieris tamen eſt: & merito placuit, vt ſi in dotem fundum inæſtimatum dedit, cuius nomine duplam ſtipulata fuit mulier, & fundus ſit marito euictus, poſſit mulier ſtatim agere ex ſtipulatu aduerſus eum qui fundum vendidit. Eſt enim euidens quod eius intereſt fundum non eſſe euictum quem dedit in dotem, & quod rebus in dotem datis ei euictis, paſſa eſſe videtur euictionem, ob id quod id quod euictum eſt in dotem habere deſinit. Quemadmodum autem fundo euicto ex duplæ ſtipulatione poteſt agere mulier, ita etiam ſi conſtante matrimonio fundo aliquid acceſſit, forte ex alluuione, quanuis maritus ſit fundi dominus, cenſetur tamen hæc adiectio & hoc incrementum eſſe mulieris, cuius onera matrimonii cogitur ferre maritus.

g Enantioph. Dos inæſtimata cenſetur eſſe in bonis & mariti & mulieris: vt lib. 2. tit. 8. cap 15. Lege etiam lib. 37. tit. 6 cap. 5. & lib. 4 tit 4 cap. 3. & lib. 2. tit. 1. cap. 21. & ſeq. tit. cap. 7. & lib. 26. tit. 17. cap. 32 & lib 25. tit. 2. cap. 24. & lib. 21. tit. 2. cap. 71. & lib. 20. tit. 4. cap. 9. & lib. 25. tit. 2. cap. 24. & huius tituli cap 8. 9.

h Inæſtimato itaque fundo dato in dotem, & maritus & mulier cenſentur habere bona immobilia & merito creditur eorum ſacramento. Quod enim habentis bona immobilia iuramento credatur, didiciſti ſecundo lib. Cod. in ſecundo tit. lib. in 4. tit. conſtit.

Innom. Lege lib 22. tit. 2. cap. 22. 23. 24.

i Quare cum ſit fundus æſtimatus, ex ſtipulatione de dupla agit maritus inſtar emptoris, & tanquam ex ceſſione habens duplæ ſtipulationem aduerſus eum qui fundum vendidit mulieri. Alia autem ratione, quod duplam mulieri promiſſam ex ſtipulatione, reddit ſoluto matrimonio: vt didiciſti ex iis quæ dicit Marcianus in 2. cap. Memento etiam 16. & 26. cap. huius tit.

176 Idem. *a* Pater mulieris recte, cum ipſe eſt moriturus, dotem promittit, & mortis cauſa: & ſi conualuerit, agit vt ſibi fiat apocha, ſicut extraneus. Mulier autem mortis cauſa dotem non promittit: non eſt enim Lege cap. 14.
177 dos, quæ non ſeruit oneri matrimonii. Idem. Si *b* mulier cui ſum debitor ſub vſuris, mihi nubens promiſerit in dotem id quod ei debeo: nõ fiunt dotis *c* vſuræ quæ ſequuntur poſt nuptias. ſublata enim fuit prior obligatio, perinde ac ſi ſoluta fuiſſet pecunia. Quære ca. 69. them. 1.

a Hæc habe tanquam in præmittenda conſideratione. In mortis cauſa donatione, etiam ſi res quidem nondum dedit ſed expromiſit, poteſt, ſi conualuerit, agere condictione cauſa data cauſa non ſecuta, & vel res recipere, vel ſeipſum liberare à ſtipulatione. Hæc cum ſcias, accede ad propoſitum, Pater filiæ nomine dotem promiſit: promiſit autem non abſolute, ſed ſuæ mortis cauſa. Dicit Triphoninus valere hanc dotis promiſſionem. Nam & ſi dotem promiſit in id tempus quo ipſe eſt moriturus, obligatur de dote ex ſtipulatu. Sed ſi conualuerit, cur ei non remittatur obligatio per condictionem, perinde ac ſi quiuis alius, alicui ſtipulanti, dotem ſe daturum promiſit, cuiuſuis alterius mulieris nomine? Quemadmodum enim ſi res ipſæ vel pecunia data eſt in dotem mortis cauſa: ita etiam ſi non data eſt pecunia, ſed ſolum facta fuit dotis promiſſio mortis cauſa, locus eſt condictioni cauſa data cauſa non ſecuta. Hæc autem dico, cum pater vel extraneus promiſit dare dotem nomine mulieris. Nam ſi ipſa mulier ſuo nomine mortis ſuæ cauſa dotem promiſit, non idem dicendum eſt: quoniam non eſt dos, quæ non ſeruit oneribus matrimonii: hoc eſt, quam maritus non poteſt petere adhuc conſtante matrimonio. Et ideo ſi mulier dotem promiſit mortis cauſa, non valet ſtipulatio, neque dos conſiſtit. Quis enim dotem dixerit quæ illo tẽpore incipit conſiſtere, quo matrimonium propter quod facta eſt ſtipulatio dotis, deſinit eſſe matrimonium? Pone enim ſic factam fuiſſe ſtipulationem. Promitto me eſſe obligatum ad dandum tibi in dotem huius meæ filiæ tot nummos ſi moriar. Nota autem valere etiam ſtipulationem quæ fit mortis cauſa.

Innom. Similiter cap. 21. quod etiam lege, & tit. 4. cap. 20. them. 3.

b Si mulier cui eſt aliquis debitor ſub vſuris, cum eſſet ei nuptura, dotem ei promiſit id quod ſibi ab ipſo debebatur: ſortem quidem & vſuras quæ cucurrerunt ante matrimonium, ei videtur dare in dotem, non ita autem ei in dotem computantur vſuræ quæ fuerunt poſtquam conſtitit matrimonium: extinguitur enim omnis obligatio ſortis & vſurarum, perinde ac ſi debitum fuiſſet ſolutum mulieri, & ab ea rurſus datum marito in dotem.

c Quomodo enim, cum poſtquam conſtitit matrimonium, non currant vſuræ, quoniam extinguitur obligatio, vt ipſe infert? Memento eorum quæ dicta fuerunt à Papiniano in cap. 8. huius tituli.

Enantiophanes. Non repugnat thema 3. cap. 70. Illic enim expreſſe dedit debitum cum vſuris.

178. in pr. SI *a* mulier habens vſumfructum in fundo viri, eum dederit in dotem, non eum habet maritus tanquam vſumfructum, ſed modo vnionis: neq; eum amittit non vtendo. Et ſi diuortio quidem ſolutum fue- Quære ca. 13.

Digitized by Google

rit matrimonium:ipſum renouat mulieri. Sin autem morte mulieris:nō
videtur maritus lucrari ex dote: neque [b] confert ad eius [c] ſepulturam.
¶Sed ſi erat vſusfructus ſoceri, eum recipit filia decedente in matrimo- §. 1.
nio. ¶Sed ſi ſui fundi vſumfructum dedit mulier, maritus habet vſum- §. 2
fructum: & ſi eum amiſerit non vtendo, ſi fundus quidem eſt apud mu-
lierem, nihil eſt in dote, neque repetitur à marito. Vſusfructus enim in-
uenitur apud [d] mulierem.

[a] Mulier quædam, fundi habens vſumfructum, marito habente proprietatem, hunc ipſum vſumfructum dedit marito in dotē. Dicit Triphoninus, Quamuis à muliere diſceſſerit vſusfructus, maritus tamen non videtur habere vſumfructum, hoc eſt, nō eſt inſtar vſufructuarii, ſed tanquam dominus nunc vtitur fundo ſuo, per fundi vſumfructum ſibi datum in dotem, pleniſſimam habens proprietatem, & non ſeparatam ab vſufructu. adeo vt non ſit in eo inſtar vſufructuarii, quod non vtendo amittat datum ſibi in dotem vſumfructum. Nam pleniſſimam quidem, vt dixi, habet proprietatem per vſumfructum ſibi datum in dotem Si autem contigerit diuortio ſolui matrimonium, neceſſe habet maritus vſumfructum in eo conſtituere, & reddere mulieri. Quod ſi non diuortio ſed morte contigerit ſolui matrimonium, non neceſſe habet vſumfructum reddere hæredibus mulieris: quoniam decedente muliere ne videtur quidem vſumfructum maritus lucrifacere. Nam ſi eam non duxiſſet vxorem, neque ab ea accepiſſet vſumfructum in dotem: omnino ipſa decedente vſusfructus ad proprietatem quæ eſt apud maritum, ſecundum ſuam naturam reuertitur. Vſque adeo autem non videtur maritus ex dote lucrari vſumfructum, vt hæredibus mulieris non cogatur quicquam conferre in funus, ſeu impenſas quæ fiunt in iuſtis ei præbendis. Atque hæc quidem, quando vſumfructum habens mulier, eum dedit in dotem. Si enim non ipſa vſumfructū, ſed ipſius pater eum dedit in dotem marito qui habebat fundi proprietatem & contigerit matrimonium ſolui morte mulieris: poteſt ipſe pater ex ſua perſona repetere vſumfructum, quoniam ante dationem dotis ipſe erat vſufructuarius, non mulier. Nec poſſumus dicere quod etſi non fuiſſet datus in dotem vſusfructus, ſic quoque lucrifeciſſet maritus ſi mulier deceſſiſſet: neque enim eſt, ſicut dixi, mulier fructuaria, ſed eius pater qui adhuc eſt ſuperſtes ſoluto matrimonio Vt ergo ſemel dicam, quando mulier quidem cum eſſet vſufructuaria, in dotem dedit vſumfructum marito habenti proprietatem, non eſt maritus inſtar vſufructuarii, neque non vtendo amittit vſumfructum: ſed ſi diuortio quidem contigerit ſolui matrimonium, mulieri vſumfructum reſtituit maritus, eum ex integro conſtituens. Si vero decedente muliere non reſtituit. Quando autem pater cum eſſet vſufructuarius nomine filiæ ſuæ dedit vſumfructum in dotem etiamſi decedēte muliere ſolutum fuerit matrimonium, poteſt pater adhuc ſuperſtes ex ſua perſona repetere vſumfructum. Quid autem ſi pleniſſima proprietate fundum habens mulier, vſumfructum quidem dedit in dotem, manſit autem habens proprietatem? dicit Triphoninus, in hoc caſu ex perſona mariti proprie erit vſusfructus. hoc eſt, vſufructuarius proprie eſt maritus, & vſusfructus amittitur non vtendo, id eſt, ſi eo non vtatur maritus. Quod ſi contigerit, videamus an etiam nunc ſit dotata mulier: hoc eſt ſi vſumfructum amiſerit non vtendo maritus, videamus an etiam poſt hanc vſusfructus amiſſionem maneat mulieri maritus de dote obligatus ex ſtipulatu: & an ſoluto matrimonio neceſſe habeat ipſum vſumfructum, ſeu vſusfructus æſtimationem, reddere mulieri. Dicit ergo Triphoninus, ſiquidem quando contigit non vtendo amitti vſumfructum mulier habebat proprietatem, & ad eam ſecundum ſuam naturam rediit vſusfructus, nihil deinceps mulier videtur habere in dotem, quod per actionem de dote repetat à marito: cui nec poteſt imputare quod non vtendo amiſerit vſumfructum, ex hac cauſa, quod lucrum ad eam rediit, vſufructu ad proprietatem quæ eſt apud ipſam reuerſo, etiam conſtante matrimonio: & ideo erit indotata, vt quæ non poſſit petere à marito vſumfructum qui fuit ei datus in dotem, ſeu vſusfructus æſtimationem. Atque hæc quidem ſi manſit mulier habens proprietatem donec contigerit extingui vſumfructum. Nam ſi eam alteri alienauit, & vſusfructus non vtendo extinctus rediit ad proprietatem quæ eſt apud alterum nullo lucro ex hac cauſa accedente mulieri: tunc etiam ſi non vtendo vſumfructum amiſerit maritus, ſic quoque videtur mulier ſuam dotem habere apud maritum, quoniam debet maritus de dote teneri ex ſtipulatu qui cum ei liceret vti vſufructu non vſus eum non vtendo amiſit. Conuenitur ergo maritus de dote ex ſtipulatu, qui non vtendo amiſit vſumfructum. Nam ſi manſiſſet, habens vſumfructum donec ſolutum fuit matrimonium, omnino cū lucro mulieris facta eſſet eius reſtitutio, tametſi fieri non poterat vt ad mulierem non habentem proprietatem transferretur vſusfructus, niſi pretio vel aliquo alio beneficio prius id accepiſſet à proprietario. Atque hæc quidem quando non vtendo maritus amiſit vſumfructum. Si enim eum non vtendo non amiſit, contigit autem decedere mulierem: morte mulieris non extinguitur vſusfructus: neque enim mulier erat vſufructuaria, ſed eius maritus. Diuortio antē facto primum illud conſideremus, an & in hoc caſu & in ſuperiore, hoc eſt, & quando morte mulieris, & quando diuortio contigit ſolui matrimonium, pro rata anni quo ſolutum fuit matrimonium, diuiduntur fructus: quod magis eſt admittendum vt ſi forte contigerit matrimonium conſtare decē annos & nouem menſes, decem quidem annorum fructus in ſolidum lucratur maritus: vltimi autem anni fructus, non in ſolidum ſed pro rata menſium quibus anno vltimo conſtitit matrimonium: hoc eſt, dimidium & quartam partem fructuum. Nouem enim ſolos menſes in decennio

poſuimus

poſuimus conſtitiſſe matrimonium, qui quidem ſunt dimidium & quarta pars anni. Atque hæc quidem de fructibus. Ipſa autem vſusfructus reſtitutio fiet hoc modo. Mulieri enim habenti proprietatem oportet etiam vſumfructum cedi ſoluto matrimonio,& ita ipſum cum proprietate conſolidari. Sed ſi mulier non habet proprietatem, nihilominus ei competit dotis repetitio, & ab ea agitur cum marito vt cedat vſumfructum. eſt enim conſentaneum, eam ſi fundum alicui vendiderit,non dico nudam proprietatem ſed fundum integrum, eius accipere pretium. & adhuc teneri ex empto vt ei præſtet vſumfructum: vel ab emptore quidem pretium nondum accepit, ſperat autem ſe id accepturam: & ita conuenit ei potius licere cuiuis gratificari, quam apud ſuum inimicum (inimicum autem dico maritum ſoluto matrimonio, vt dicit Triphoninus in lib. 48. tit. de pœnis cap. 39.) relinquere ius à ſe tranſlatum,hoc eſt vſumfructum quem dedit in dotem.

b Oportet enim maritum lucrantem dotem, facere impenſas in funus mulieris pro rata tum ſuis hæredibus: vt clare habetur in lib. voluminis de Iudiciis. 7. cap. 22.

c INNOM. Oportet enim maritum dotem vel partem eius lucrifacientem, cum hærede mulieris conferre ad eius ſepulturam: vt lib. 11. tit. 7. cap. 22.

d Vſusfructu enim extincto, & redeunte ad proprietatem quæ eſt apud ipſam, ipſa deinceps lucratur fructus, & non maritus, etiam ſi adhuc conſiſtat matrimonium.

Sed ſi mulier fundum prius alienauit, & [a] ſine eius lucro reuerſus eſt vſusfructus ad eum qui habebat proprietatem: dos eſt ſalua, & obligatur maritus. Si enim non eſſet amiſſus: ipſi † quidem non reſtitueretur: vendi autem poſſet aut donari habenti domino. Sin autem non periit vſusfructus, manet maritus eum habens ſoluto matrimonio: & [b] fructus vltimi anni diuidunt pro rata. Et ſi fundũ quidẽ habet mulier: ei reſtituitur vſusfructus. Si autem non habet fundum: ſic quoq; cogitur maritus per actionem dotis dare vſumfructum. Forte enim eũ vendidit mulier, vel ſperat vendere aut donare, potius quam eum ſuo [c] inimico relinquere. ¶ Et ſi [d] de conſtante quidem matrimonio proprietatem nudam vẽdidit marito: per actionem de dote, facto diuortio, accipit æſtimationem [e] vſusfructus. Si autem ante [f] litem conteſtatam mortuus ſit maritus: nihil dant eius hæredes: quemadmodum ſi alius habuiſſet proprietatem Si vero eum vendidit cum vſufructu: videtur mulier accepiſſe dotem etiam conſtante matrimonio.

† mulieri

Lege tit. 13. lib. 5. Cod.

§. 3.

a Pone eam neque accepiſſe pretium à proprietario propter vſumfructum qui acceſſit neq; aliquid aliud.

b Hoc locũ habet etiam ſi non vſusfructus, ſed integer fundus inæſtimatus datus eſſet in dotem. Nam ſic quoque temporis anni vltimi fructus diuiduntur: vt habetur 5. Cod. tit. 13. in prima & vnica tit. conſtit.

c INNOM. Nota quod mulier quæ à marito diuertit, eum habet inimicum: quod quidem erit tibi vtile in teſtimoniis.

d Mulier quædam fundum poſſidens, eius quidem vſumfructum dedit in dotem: apud ſe autẽ retinuit proprietatem: poſtea autem huic ipſi marito fundum vendidit. Quæritur, facto diuortio quid petit mulier agens ex ſtipulatu. Dicit Triphoninus. Diſtingue: & ſi poſtquam dedit, ſicut poſitũ eſt, marito vſumfructum in dotem, fundo ei vendito, ſolius proprietatis fecit æſtimationem: & tanti fundum vendidit quanti erat ipſa per ſe proprietas: conuenit vt de dote agens ex ſtipulatu, vſusfructus accipiat æſtimationem: niſi ante litem conteſtatam deceſſerit maritus. Nam ſi is deceſſerit ante litis conteſtationem, nihil petetur ab eius hæredibus propter vſumfructum ei datum in dotem. Nam & ſi non ipſe maritus, ſed aliquis alius emit proprietatem, contigit autem maritum decedere ante litem conteſtatam, nihil petit mulier ab eius hæredibus. Clarum eſt enim quod mortuo marito ad proprietatem rediit vſusfructus. Quando ergo mulier fundo vendito accepit pretium ſolius proprietatis, agens ex ſtipulatu de dote, accipit æſtimationem vſusfructus: niſi maritus deceſſerit ante litem cõteſtatam. Sed ſi fundo ei vendito, non nudæ proprietatis tantum accepit pretium, ſed totius fundi, vt quod eum vendi non oporteret non deducto vſufructu: videtur ſuam dotem accipere adhuc conſtante matrimonio.

e Ne videatur tibi contrarium quod poſitum eſt in principio huius cap. vbi cum maritus haberet proprietatem, deinde ei datus eſſet vſusfructus in dotem, dixit Triphoninus ſoluto matrimonio vſumfructum reſtitui mulieri, & non æſtimationem vſusfructus, ſicut hic dicit. Nam illic quidem cum eſſet proprietas apud maritum, volens mulier ei dare vſumfructum propter matrimonium, & dotis incrementum, neceſſe habuit vſum fructum coniungere proprietati quæ erat apud maritum: & merito ſoluto matrimonio vſusfructus ipſe reſtituitur. Hic autem & proprietatem & vſumfructum habens mulier, vſumfructum quidem dedit in dotem: poſtea autem ſua ſponte, & nec pro-

pter matrimonium, nec propter augmentum dotis, vendidit proprietatem marito qui habebat vſumfructum, & eam coniunxit vſuifructui: qui, vt diximus, erat apud maritum: & merito non reſtituitur vſusfructus ſoluto matrimonio. Quomodo enim, cum eum ſua ſponte coniunxerit proprietati? ſed vſusfructus æſtimatio.

f Quamobrem etiam ſi poſt litem conteſtatam deceſſit maritus, condemnantur eius hæredes ad vſusfructus æſtimationem, in quam ſcilicet condemnaretur ipſe ſi viueret.

¶ Si [a] communem fundum dederit mulier, & [b] ſocius egerit aduerſus maritum actione quæ res communes diuidit, ſiue † ipſi, ſiue [c] extraneo fuerit [d] fundus aſſignatus, pretium quod acceperit maritus, eſt in dotem, non tanquam res immobilis: vnde nec ſtatim redditur cum ſolutum fuerit matrimonium, ſed tempore ſtatuto. Sin autem marito fuerit omnino aſſignatus: ſolum quidem dimidium in dotem: ſoluto autem matrimonio, alterum quoque [e] dimidium accipit mulier, dans marito ſi quid dedit ſocio † eius: & nec maritus poteſt eam retinere, neq; mulier recuſare quo minus eam ſuſcipiat. §.4 † mulieri. † mulieris

a Hæc habe tanquam in præmittenda conſideratione. Quæ ſunt in immobilibus quidem ſtatim: quæ autem in mobilibus vel ſe mouentibus, vel in rebus incorporalibus, intra annum poſt ſolutum matrimonium ſoluere oportet mulieri. Hoc cum ſcias, veni ad propoſitum: Si mulier habens fundum cum aliquo communem, nubens cuipiam eum dederit in dotem, & ſocius in fundo egerit cum marito iudicio communi diuidundo: & ipſi ſocio fundus fuerit aſſignatus, de cætero non erit amplius in dote fundus, ſed quantitas illa in qua maritus fuit condemnatus ei qui eſt ſocius in fundo. fortè enim iudex communi diuidundo, vniuerſum quidem fundum aſſignauit ſocio, pro dimidio autem quod fuit ei aſſignatum condemnauit eum vt daret nummos aliquot marito. Ii ergo erunt deinceps in dote, & non pars agri quæ à muliere marito data fuit ab initio. Si autem licitatione prætermiſſa, hoc eſt, ſi neque volente ſocio dare pecuniam, & mulieris partem ſibi aſſignari, neque marito ſimiliter volente dare pecuniam, & partem ſocii ſibi aſſignari, cenſuerit iudex totum fundum alicui extraneo vendendum, & venditus fuit forte quingentis nummis: ſic quoque non fundus ſeu pars fundi erit deinceps in dotem, ſed portio pretii quam accepit maritus ab eo qui emit fundum, nempe ducenti quinquaginta nummi. Siue autem à ſocio, ſiue ab extraneo nummos accepit maritus pro parte mulieris, vt dictum eſt, habet quidem eos in dotem: habet autem eos non loco fundi. nec ſic vt ſtatim poſt ſolutum matrimonium cogeretur maritus fundum reſtituere mulieri, ſed tempore ſtatuto conſtitutione, hoc eſt, intra annum. Atque hæc quidem ita habent vbi pars vel ſocio fuerit aſſignata, vel alicui extraneo vendendum totum fundum cenſuerit iudex. Si autem ipſi marito pars ſocii fuerit aſſignata: manet quidem nihilominus in dotem pars fundi, quæ ei ab initio à muliere data fuit in dotem. Ea autem reſtituta mulieri, ſequetur eius reſtitutionem, hoc eſt, cum ea etiam reſtituitur pars quoque marito aſſignata, quæ fuit ei aſſignata propter partem ei datam à muliere in dotem. Simul ergo cum dotali parte fundi, partem quoque ſibi aſſignatam reſtituit maritus, tantum ſcilicet pro pretio à muliere recipiens, quantum fuit condemnatus dare ſocio propter fundi partem ei aſſignatam. Nec audiri debet alteruter eam æquitatem recuſans: hoc eſt, neque debet mulier recuſare quo minus ſuſcipiat partem marito aſſignatam: neque maritus, quo minus cum dotali parte partem quoque ſibi aſſignatam reſtituat mulieri. Sed an conſtante matrimonio, ſola pars quæ data fuit in dotem, eſt dotalis, an etiam pars marito aſſignata? Dicit ergo Triphoninus, quod Iulianus de ſola parte loquitur, non autem de toto fundo dotali. Ego quoque in noſtro auditorio dixi ſolam illam partem, non etiam totum fundum eſſe dotalem. Quis eſt autem effectus? nempe quod partis ſibi aſſignatæ, vt quæ non dotalis, fundum non lucratur maritus.

Licitatione λικιτατιονος.

b Recte poſuit ſocium prouocantem maritum ad communi diuidundo iudicium, propter partem ei datam in dotem: ipſe enim maritus fundo cõmuni ei dato in dotem, ſicut eſt poſitum, non poterat ſocium mulieris prouocare ad communi diuidundo iudicium. Nam communi diuidundo iudicium in ſe continet alienationem: prohibetur autem maritus dotalem fundum alienare. Hoc ipſum autem dicit etiam conſtitutio in lib. 5. Cod. tit. 23. quæ eſt 2. tit.

INNOM. Ipſe autem maritus non poteſt prouocare ſocium ad diuiſionem: vt lib. 5. Cod tit. 22. conſt. 2. Nam quod profertur in iudicium communi diuidundo, videtur alienare: vt lib. 13. tit. 1. conſt. 12. in cap. autem 18. tit. 17. lib 45. dicit quod maritus propter fundum dotalem non poteſt conuenire aut conueniri iudicio communi diuidundo.

c INNOM. Nam etiam extra [illegible] fit adiudicatio, vt vult conſt. ſita lib. 3. Cod. tit. 37. conſt. 3.

d EIVSDEM. Lege lib. 18. tit 5. cap. 7. & lib. 19. tit. 1. cap 13.

e Vbi enim quis partem fundi debet alicui, & neceſſe eſt huius partis alteram partem ei adiudicari: reſtituens id quod debetur, reſtituit etiam id quod eſt ei aſſignatum, & accipit quæ dedit pro parte ſibi aſſignata: vt [illegible]didiciſti 6. lib. voluminis de iudiciis tit. 3. cap. 7.

Quære lib. 24 tit. 1 ca. 7. them. 11.

¶ [a] Debitor munitus exceptione, ſi dotem promiſerit per errorem: ipſe quidem obligatur, habet autem de debito actionem aduerſus eum qui §. vlt.

um qui dedit pro [b] ipſo debitorem, ſiue ſit mulier, ſiue [c] pater eius. Lege fin. c. 47 Quære cap. 5. th:m. 5
l.79. in pr. Iabolenvs. Quæ ab [d] auo [e] materno data eſt [f] dos, non eſt tan- Lege finem 4. tit. 10
§.1 quam data [g] à patre (patrem puellæ), & ad eũ non reuertitur. ¶ Pater dotem promittens,
cum erit ei [h] commodum, tunc ſoluit, cum primum ſine [i] turpitudine
l.80 † & infamia dare potuerit. Iabolenvs. Si debitor mulieris pro- † Hoc eſt, quãdo non eſt omnino egenus.
miſerit dotem in eius ſponſalibus, non poteſt mulier [k] petere debitum ſi
ſperentur nuptiæ. Lege cap. 83.

a Si debitor mulieris qui erat munitus exceptione, nec poterat per eam cogi ad ſolutionem, à muliere delegatus fuerit ſuo marito, & per errorem hoc debitum promiſerit in dotem: cogitur quidem ei ſoluere; habet autem condictionem aduerſus mulierem, vel aduerſus patrem eius, vter eorum ipſum mulieri delegauerit. & eam mouet vt qui indebitum promiſerit & ſoluerit marito. Pone enim quod non ſolum promiſit, ſed etiam ſoluit. Adſcriptio. Nota quod qui exceptione tutus debet alicui, & alteri ab ipſo delegatur, & per errorem ſoluit, non poteſt opponere exceptionem quam oppoſuiſſet ei qui delegauit: habet tamen aduerſus eum qui ipſum delegauit, condictionem indebiti: & ſi nondum quidem ſoluit ei qui ab ipſo fuerat ſtipulatus, tunc certi habet condictionem aduerſus eum qui ipſum delegauit. Et hoc aperte dicit Paulus 49. lib. Dig tit 5. cap. 12. Excipe exceptionem ſenatuſconſulti Macedoniani: ea enim ſilentio prætərita in delegatione poteſt opponi: vt didiciſti lib 3. voluminis de rebus tit. 6. cap. 7.

b Innom. Hoc intellige in omnibus quæ indebite delegantur: vt lib 46. tit. 2. cap. 12. Excipe exceptionem Macedoniani: vt lib. 12. tit. 6. cap. 7.

c Pone enim quod patri puellæ erat debitor aliquis tutus exceptione, & cum pro ſua filia vellet pater dare dotem, delegauit eius marito.

d Cyrilli. Dos quam auus dedit pro nepte, non competit filio.

e Hæc habe tanquam in præmittenda conſideratione. Si dos ſit profectitia, pater habet eius repetitionẽ, filiafamilias decedente in matrimonio: vt habetur 5. lib. Cod. tit 18. conſt. 4. Hæc cum ſcias, accede ad propoſitum Auus neptis nomine quæ erat ei nata ex filio, dedit dotem in matrimonio, & deceſſit. Dicit Seruius patrem neptis non habere dotis exactionem: quoniam non poteſt dos videri profectitia, cum nihil ex iis quæ data ſunt proprium habuerit pater quidem puellæ, filius autem eius qui dotem dedit.

f Innomin. Lege lib. 3. Cod. tit. 38. conſtit. vltimam, & 5. lib. tit. 12. cap. 6. & tit. 13. & lib 37. tit. 6.

g Eivsdem. Profectitia autem eſt quæ data eſt à patre nomine emancipatæ, vt cap. 5.
Dotem ſic genero promittens, Promitto tibi dare in dotem filiæ ſuæ centum nummos cum erit commodum.

h Innom. Similiter lib. 50. tit. 16. cap. 125. Lege commodati lib. 2. tit. 4. cap. 49.

i Hoc eſt, non ſic vt cogatur bonis cedere. Scis enim, quod etiam ſi pater pure dotem promiſerit filiæ nomine, non debet in plus quam poſſit facere cogi ad ſolutionem. Hoc autem pactum hoc ei donat: nam niſi hoc pactum feciſſet, conueniretur & condemnaretur in id quod facere poteſt, etiam ſi per eius dationem fieret egens. Nunc autem cum ſic conuenerit, non condemnatur eam dare, ſi dans deinceps fiat egens, & conuentus ſe infamiam ſubire putauerit eo quod cedat bonis. Hodie enim ex ceſſione bonorum non irrogatur infamia: vt habetur lib. 7. Cod. tit. 71. conſtit. 8. Scias autem quod nec hodie accedit examinatio, ſed ſufficit ſola depoſitio, vt dictum eſt li. 7. Cod. tit. 71. conſt. 6.

k Quæ enim ab eius debitore propter dotem facta eſt ſtipulatio, pendet donec obligatio eſt in eadem cauſa, hoc eſt donec ſperantur nuptiæ. Lege 2. thema cap. 82.

l.81 Si nvmmos alienos quos mutuos acceperat, aut in ſolutionem debi- Quære lib. 29 tit. 1 & 15. & 19. & huius tit. cap. 6.
ti receperat, pater dederit in dotem, fiunt filiæ vt à patre dati bona fide, Lege cap. 7. & lib 12. tit. 1. cap 19.
l.82 eis [a] conſumptis. Proclvs. Si vxor mea mihi iuſſerit dare in dotem
filiæ communis, id quod ei debeo: ſi meo quidem nomine dedero, maneo mulieri obligatus. Sed ſi dedero nomine vxoris meæ, ab ea liberor.
l.84 Labeo. Extraneus quidem qui dotem promiſit, [b] condemnatur in ſolidum. Socer autem, conſtante quidem matrimonio, in id [c] quod facere Quære ca. 5 ...
poteſt (ſi maritus in eum egerit). [d] Soluto autem matrimonio, ex [e] cauſa & [f] perſona hoc ius habet.
l.vlt. Quid enim ſi ſciens [g] ſe non eſſe ſoluendo, decepit generum? [h] Constante matrimonio dotalis fundus recte ſoluitur mulieri, vt vendatur, & detur pretium creditoribus patris mulieris, & alius vberiore reditu ſit eius loco mulieri. Lege cap 74 quod habet etiam alias cauſas.

Digitized by Google

a His enim à marito conſumptis, naſcitur deinceps aduerſus patrem qui eos mutuos acceperat & dederat in dotem, ex honeſte conſumptis condictio, vel ei ſoluitur obligatio, cum eos recepit tanquam debitor. & marito tanquam bonis eius diminutis (minuuntur enim, quatenus eſt obligatus condictione ex honeſte conſumptis, & amiſit obligationem quam habuit) dos fit profectitia. Vide quomodo dixerim: quod tunc ex honeſte conſumptis naſcitur condictio aduerſus patrem qui accepit mutuo, quando maritus pecuniam in dotem acceptam conſumpſerit. Neq; enim eam dediſſe in dotem, inducit condictionem ex honeſte conſumptis, niſi maritus eam acceptam conſumpſerit. Scias enim quod quando quis mutuam accepit pecuniam, etiamſi poſtquam acceperit, eam alteri mutuam dederit, non alias obligatur condictione ex honeſte conſumptis, quam ſi is qui eam ab ipſo accepit conſumpſerit. Et hoc ſciri poteſt ex iis quæ dicit Iulianus in primo lib. vol. de rebus creditis tit. 1. cap. 19. Ne putes autem contrarium quod dictum eſt in hoc tit. cap. 7. Illic enim pater qui alienum fundum emit bona fide, & dedit in dotem, propterea dotem facit profectitiam Quoniam autem fundus erat alienus & non eius qui vendiderat, ſe obligauit ex vendito. Nam etiam in alienis rebus conſiſtit venditio: quoniam non neceſſe habet venditor facere emptorem dominum rei alienæ, vt inuenies in locis plurimis. Mutuum autem non conſiſtit, niſi qui mutuo dedit erat dominus. Sed nec datur ipſa eius quod eſt honeſte conſumptum condictio, niſi nummi ſint conſumpti.

b Siue adhuc conſtante, ſiue iam ſoluto matrimonio vir egerit. Hoc autem intellige, quando non ex liberalitate debens extraneus dotem promiſit nomine mulieris. Didiciſti enim ca. 33 huius tit. quod qui ex liberalitate dotem promittit, condemnatur in id quod facere poteſt.

c Ἐναντιοφ. Lege cap. 34. tit. 30. cap. 17. & ſecundum hoc intellige lib. 42 tit. 1. cap. 22. in quo dicit indiſtincte quod conſtante matrimonio, in quantum facere poteſt: ſoluto autem matrimonio, in ſolidum condemnatur. Quando autem mariti, & quando mulieris periculo ſit eius qui promiſit inopia, dictum eſt cap. 34. 36. 42. 54. In 17. autem cap. tit. lib. 24. dicit quod etiam pater mariti condemnatur. Patris enim locum tenet ſocer. Et pater mulieris ſi conueniatur à genero & mulier, perinde atque ſi eſſet ſocia, habet exceptionem, licet ciuiliter obligetur.

d Nota quod etiam ſoluto matrimonio, poteſt maritus agere aduerſus eum qui promiſit, & dotem exigere.

e Quid enim, ſi ſciens ſe non poſſe dare dotem, decepit generum & dotem ei promiſit?

f Quid enim, ſi generum qui erat valde diues, inſidioſe induxit vt contraheret cum ſua filia, dotem ei dare pollicitus?

g Quid enim, ſi ſocer ſpe dandæ dotis perſuaſit genero vt matrimonium contraheret cum filia: poſt nuptias autem ſciens ſocer ſe non poſſe dare dotem, fecit aliquid eiuſmodi, vt per id quod factum eſt inſidiaretur genero? Pone enim eum perſuaſiſſe filiæ, vt marito repudii nuntium mitteret.

h Fundum filiæ nomine pater dedit in dotem, cum aliis rebus: & deceſſit habens filiam hæredem in ſolidum. Huic autem filię poſt mortem patris, melius eſſe viſum eſt cum eam vrgerent patris creditores potius fundum vendere ex iis qui ſibi dati fuerant in dotem, quam alios fundos hęreditarios qui erant vberioris redditus quam dotales. Hoc cum conſilium cepiſſet, maritus ei conſenſit. Quæritur, an propter hanc cauſam puellæ nulla ſit captio? Reſpondetur, fundum ei recte reddi, licet adhuc conſtet matrimonium, ſi modo huius pretium ſoluatur crediroribus. Nota præter dictas cauſas in cap. 73. huius tit. aliam quoque cauſam, propter quam etiam conſtante matrimonio mulieri dos recte ſoluitur. Nota hoc quando fundus dotalis non poſſit alienari. (De dotis promiſſione C.)

(Lib. 1. Cod. tit. 11. Quære cap. 69. th. 5.) SI [d] mulier dotem tibi promiſit, non dixit autem quantitatem aut rē certam, [b] inutilis eſt dotis promiſſio, vtpote quod poſſit mulier dare quidpiam viliſſimum. SI [c] quis cum dotem promiſiſſet, [d] promiſit etiam vſuras: eæ recte ab eo exiguntur. [e] Dotem ſic promiſit quiſpiam pro muliere nubente, Promitto tibi dare dotem [f] quantam fuero arbitratus. Dicit ergo conſtitutio valere hanc ſtipulationem. Qui enim dixit, quātam arbitratus fuero, non videtur dicere de ſuo iudicio, ſed de [g] arbitrio boni viri. Perinde eſt enim ac ſi dixiſſet, Quantum vir bonus fuerit arbitratus. Quamobrem etiam ſi non fuerit adiecta quantitas, valet promiſſio dotis. (l. 1. C. de dotis promiſſ. & nuda pollicit. l. 2 l. 3)

a Theod. Si non certa quantitas dotis fuerit definita: non petitur, licet fuerit promiſſa.

Thalel. Iam enim didiciſti in tit. de rebus creditis, quod omnis ſtipulatio quæ deduci poteſt ad aliquid viliſſimum, non poteſt conſiſtere: vt quando ſtipulor frumentum, non dicens quantum: aut quando ſtipulor fieri domum, non dicens in qua loco. Hoc ergo in dote quoque ſpectans hęc conſtitutio, dicit ea quæ ſita ſunt in Baſilico. Τὸ κατ' πόδας. Fruſtra exiſtimas actionem tibi competere, quaſi promiſſa dos tibi, nec præſtita ſit: cum neque ſpecies vlla neque quantitas promiſſa ſit, ſed hactenus ſolum in nuptiali inſtrumento adſcriptum, quod ea quæ nubebat, dotem dare promiſerit.

b Contrarium huius conſt. dictum eſt à nobis in lib. 23. dig. in 3. lib. tit. in cap. quod relatum

fuit

Digitized by Google

fuit ex quarto lib. voluminis de rebus creditis, quod eſt reſponſum Papiniani de patre qui dotem promiſit pro filia, quod etiam ſi non dixerit quantitatem valet promiſſio. ſed hoc in muliere.

c THEOD. Recte quis promittit vſurã dotis promiſſę. Lege conſtit. 21. tit. 12. huius lib. quę dicit ex tertia parte centeſimæ peti vſuras dotis etiam non promiſſas ex mora

d Ecce quoniam hic locutus eſt de vſura, poſuit verbum Promiſit. Vſura enim quæ non deducta fuit in ſtipulationem, non eſt inter actiones ſtricti iuris: nec dicitur eſſe bonæ fidei in dote ſtipulatio. Tunc enim eſt bonæ fidei, quando mulier agit volens eam accipere, non quando agit maritus volens dotem impleri.

e THEOD. Poteſt quiſpiam ſic dicere, Do dotem quantã fuero arbitratus. Nota propter primam conſtit. huius tit. & hoc quoque accipe in extraneo. Pater enim hoc dicens, non dat quantam vult dotem, ſed quantam facere poteſt.

f THALEL. Dedi iam tibi regulam in prima conſtit. huius tit quod quoties eo redigitur ſtipulatio, vt viliſſimum dari poſſit, inutilis eſt ſtipulatio. Accede ergo ad propoſitum, & quæ ſequuntur, vt eſt in Baſilico.

g In cap. 67. cap. 3. tit. 25. lib. dig de quo dixi tibi etiam in prima conſtitutione, dictum eſt, quod etiam ſi ſocer non adiecerit quantum, ſed ſolum, Si arbitratus fuero, valet ſtipulatio. Quidnam autem ſit iuſtum in iudicio de hac re ferendo, diſcis in eodem cap. Dicit autem oportere dotem conſtitui pro modo facultatum, & pro dignitate vtriuſque. Hoc dictum nunc adiectum fuit conſtitutioni: ius autem non eſt nouum. Dictum eſt enim etiam à veteribus in lib. 52. dig tit. 3. in 22. cap. ſed illic in bonæ fidei iudiciis. Hic autem regulariter dicit conſtit de eo qui ſuo arbitrio ſe facturum dixit.

l.4 SI[a] quis dote accepta, in inſtrumento dotali ſcripſit de pluribus tanquam ſibi datis: ſi eius quidem qui dotat voluntate, nullum ei facit pręiudicium. Sinautem ipſo nolente: viſum eſt de aliis quoque rebus pactum fieri, quod eæ quoque ei datæ ſint in dotem. & quoniam ex nuda promiſſione dotes habent petitionem, poteſt eas quoque petere. Quære ca. 96. & 128. e th. 1. & tit. 5 ca. 32.

l.5 SI[b] SOCER generò dotem dare promiſerit: non filiæ eius competit do-
l.6 tis actio aduerſus hęredes eius, ſed genero. IVBET[c] conſtitutio ex quauis confeſſione dotem habere exactionẽ, etiam ſi non[d] præceſſerit ſtipula-
l.3. ſeu vlt. in pr. tio. SI[e] PAter quidem ſimpliciter dixerit ſe dare dotem vel donationem ante nuptias: dat omnino è domo, non attingens omnino[f] bona filii. Quære huius tit. ca. 27

v. vbi. ¶ Si vero dixit ex bonis ſuis propriis & bonis filii: ſi ipſe quidem omnino laborat inopia: totum det ex bonis[g] filii. Sinautem habet ſufficientes facultates, totum det ex bonis ſuis. Oportebat enim ipſum, ſi volebat quidem ex duabus facultatibus fieri dotis dationem aut donationis ante nuptias, ipſum quidem ea quæ volebat è domo dare: conſentire autem filio vel filiæ, cum dos datur vel donatio antenuptialis ex bonis quæ ad eam pertinent, quando voluerint partem vel forte omnia ſua bona quæ habent coniungere paternæ liberalitati pro dote vel donatione ante nuptias: vt re vera appareat quid ipſe velit dare, & quid ex fi-

l.1. C. de iure dotium. liorum procedat facultatibus. SI[h] RES quidem in dotem data fuerit euicta: ſi is quidem qui rem dederat, iam promiſerat interpoſita ſtipulatione, aut etiam pollicitus fuerat abſque ſtipulatione: tenetur actione dotis vel ſimpliciter[i] petitione. Sinautem pollicitatione non facta, res eſt data & euicta: ſi eſt quidem æſtimata: de[k] emptione rerum competit actio. Sinautem eſt inæſtimata: ſi bona quidem fide data eſt, nulla eſt actio. Si vero ſciens quidem dedit ſocer: eſt aduerſus eum actio de dolo. Sed ſi mulier dedit, eſt aduerſus eam rei petitio, quoniam famoſa actione non agitur aduerſus vxorem. De iure dotium Cod. 5. tit. 12. Quære c. 53 / condictione / Quære c. 69. th 8 / Quære lib. 10 tit. 5 c. 21. th.

l.1 SI[l] EA quæ nubit ex animo alteri donans, iuſſerit ſtipulari dotem ab ea datam: habet[m] ille actionem ex ſtipulatu. Si decedens autem mulier eum ſcripſerit hæredem, ne ipſe dotem à marito exigeret, ſed pro dote haberet hæreditatem: ſi Quære ca. 72. th. vltimum.

Digitized by Google

petatur à marito, is habet doli exceptionem. Sed ſi non ideo ſpecialiter eum ſcripſit hæredem, non ſufficit ad præſumptionem hoc * ipſum ſolum quod ipſe ſcriptus ſit hæres.

* directe in teſtamento.

a THEOD. Si quis in ſcriptis voluntate confeſſus eſt ſe aliquid amplius habere quàm accepit, non poteſt reliqua perſequi. Recte autem poſitum eſt voluntate. Si enim per errorem confeſſus eſt, ei ſuccurritur per tertiam conſtitutionem tertii tit. huius lib. Aut ſi non fuerit petitum, non hoc autem fecit animo donandi, ei rurſus fertur auxilium: vt dicit 1. & 3. conſt. 15. tit. huius lib. Nam ſi animo donandi, plura quam accepit confeſſus eſt vxori aut ſponſæ, non poteſt aliquid aliud petere. Sed hoc intellige, ſi ipſe agat. Nam ſi conueniatur, ſi ſponſæ quidem promiſit: non petitur plus quam accepit, niſi ei tradiderit ea quæ donauit, ſecundum primam conſtit. 3 tit. huius lib. Si autem confeſſus eſt ei quæ erat eius vxor, fertur auxilium, etiam ſi ei tradiderit. Lege 2. conſtit. tit. 15. nec te lateat 3. conſt. 17. tit huius libri.

b THEOD. Maritus, non puella, exigit dotem ab hæredibus mariti qui pro ea promiſerunt. Hoc intellige ſi ſit filiafamilias propter diſtinctionem quæ dicta eſt in nouella 97.

THALEL. Ne putes ius conſt. eſſe ſine ratione. Nam ſi ſocer legatum reliquerit genero, dicens ſe id filiæ nomine relinquere, poteſt etiam filia agere aduerſus eius hæredes, vtpote quod legatum ad eam pertineat. Hoc autem dictum eſt in cap 46. tit. 3 lib. 23. dig. quod caput eſt Iuliani. Illud ergo intellige in legato & conſtitutionem in ſtipulatione.

c Seu in ſcriptis ſeu ſine ſcriptis fuerit dos promiſſa, petitur, ſi non ſit ſcilicet in ſtipulationem deducta aut definita ſecundum primam conſt. huius tit. Τὸ κατὰ πόδας. Ad exactionem dotis quam ſemel præſtari placuit, qualiacunque ſufficere verba cenſemus: ſiue ſcripta fuerint, ſiue non etiam ſi ſtipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta. Sic quidem τὸ κατὰ πόδας. Dicit autem Thalelæus in id, Qualiacunque verba ſufficere cenſemus: hoc eſt hodie commune. Omnis enim ſtipulatio fit qualibuſcunque verbis. In id autem, Pollicitatione rerum dotalium, dicit, Mirabiliter conſtit. non dixit Dotis, ſed rerum dotalium: vt ſignificaret quod in certis rebus facta ſit promiſſio. Nam ſi dixiſſet Dotis, inueniretur contraria primæ conſt. huius tit. quæ dicit quod dos quæ promiſſa fuit indefinite, non habet petitionem. Nota autem quod conſtit. non meminit omnino mulieris. ſiue ergo mulier, ſiue aliquis alius pro ea pollicetur, valida eſt pollicitatio.

d Ecce hæc conſt. confirmauit tibi 4. conſt. huius tit. Nam illic quoque ex pacto fit ſolutio eorum quæ ſunt ſcripta.

e THEOD. Pater qui dotem dedit pro filia, videtur eam dare è domo ſua, etiam ſi ei debeantur quæ effugiunt acquiſitionem, niſi laboret inopia. Lege 11. conſt. tit. 17. huius lib.

THALEL. Quærebatur apud antiquos de hoc themate. Si quis habens filium in poteſtate qui poſſidet id quod effugit acquiſitionem, bona forte matern , vel quæ ad eum ſunt delata ex matrimoniali cauſa, vel hodie ex quauis cauſa iis exceptis quæ ex re proficiſcuntur: aut habens filium emancipatum, & debens ei aut filiæ emancipatæ donationem ante nuptias aut dotem, ſic ſimpliciter promiſerit dare dotem vel donationem ante nuptias, vndenā dare credatur. Quærebantur autem illud quoq; ſimiliter: ſi pater ſic dixerit, Do ex meis & ex maternis, vel ex meis & iis quę debeo, quomodo dare debeat, an pro rata facultatum & ſuarum, & earum quæ pertinent ad filios, an ex æqua portione. Vtrunq; ergo decidens conſt. dicit ea quæ deinceps ſequuntur vt in Baſilico.

f His adiectum fuit in Τῷ κατὰ πόδας. Neq; enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt omnino paternum eſſe officium, dotem vel ante nuptias donationes pro ſua dare progenie: & in id dicit Thalelæus. Sic didiciſti de patre qui filiæ debet dotem & promiſit dare etiam in tertio tit. lib. ſingularis de dotibus: & de patre qui eſt curator ſuæ filiæ, & dotem dare eſt pollicitus.

g Nam ſi aliqua ex parte facere poteſt, debet dare in quantum facere poteſt.

h Si euictum fuerit id quod accepit quis in dotem: ſi ſtipulatus quidem fuit, habet actionem ex ſtipulatu aduerſus eum qui dedit: ſi autem eam accepit æſtimatam, habet actionem ex empto: ſi vero nihil præceſſit eorum quæ dicta ſunt, non agit niſi ei dolo data fuerit: tunc enim habet actionem in factum. Sed ſciendum eſt quod dicit prima conſt. tit. 13 huius lib. maritum habere hypothecam in re quæ euincitur. Ne putes ergo eſſe contrariam 2. conſt. tit. 43. lib. 8. Id enim dictum fuit in ſimplici donatione.

i Nam ſi certa quidem erat pollicitatio, erat condictio: ſi vero incerta, ex ſtipulatu. Incerta autem eſt pollicitatio, vt, Do tibi dotem quantam fuero arbitratus. Valet enim eiuſmodi dotis promiſſio: vt didicimus in lib. ſingulari de dotibus.

k Hoc autem ideo fit, quoniam omnis dos æſtimata creditur facere venditionem. Didiciſti autem multis in locis hanc regulam. Thema autem huius conſt. habetur etiam in tit. de dolo.

l Scripta eſt hæc conſtitutio de muliere quæ ſecundum contrahit matrimonium, quæ iuſſit filiæ ſuſceptæ ex prioribus nuptiis, ſtipulari in caſum mortis. Sic autem habet Τὸ κατὰ πόδας. Si ſtipulatio de reſtituenda parte dotis datæ ſubiecta eſt conditioque eius extitit: habet in eam actionem ille in cuius perſonam vtiliter concepta commiſſaque eſt. Secundum quod ſi ſoror tua de reſtituenda ſibi parte dotis habet actionem eo quod mater veſtra donandi animo paſſa eſt dimidiam partem dotis poſt obitum matris filiam ſtipulari: non debet iuuari doli exceptione, quod matri ſuæ quæ pactum fecit, hęres ex minore quam dimidia parte extiterit: niſi aperte probatum fuerit, matrem eius mutaſſe dotis pacti voluntatem, contentamque eſſe voluiſſe filiam ſuam iis quæ pro

parte

Digitized by Google

Adempta ſunt, ἀφαιρεθῶσι. parte hæreditatis adempta ſunt, maritumq; ſuum exactione liberati voluiſſe. Hanc autem regulam affert conſtitutio, quod qui ſtipulatur dotem reddi, exiſtente conditione, hoc eſt in caſum ſtipulationis, rectè exigit. Non habet ergo præſumptionem aduerſus mulierem, quod videatur mater eſſe mota pœnitentia: licebat enim ei duci pœnitentia: & poterat ſi viueret, agere mandati aduerſus filiam ad ſoluendam ſtipulationem, vt didicimus tit. mandati, volumine de rebus.

Quære lib. 28. tit. 8. cap. 24. l. v. Non [a] prohibetur maritus ſeruos [b] dotales manumittere conſtante l. 3
matrimonio, & ſimul atque deceſſit, & per fideicommiſſum ſeu poſt aliquod tempus, & adhuc viuus: ſed valet libertas, licet ſocero competat
Quære huius lib. 16. tit. 5. cap. 40. dotis actio, in matrimonio decedente muliere. [c] Nulla lex [d] vetat o- l.4
Quære ca. 10. mnia bona mulieris ſimul dari in dotem. [e] Maritus qui dotem acce- l. 5
pit æſtimatam: æſtimationem, & non res creditur habere in dotem. Vnde ſoluto matrimonio poteſt non res ipſas, ſed earum dare æſtimationē.
Quære ca. 11. Si [f] pro auia dotans ſuam proneptem, pacta ſit dotem ſibi reddi, & ſuis l6
hæredibus: etiam ſi non facta fuerit ſtipulatio, habet tamen [g] actionem ex conuentione, & eam tranſmittit ad ſuos hæredes. Sed ſi pater ſolum [h] pactus fuerit, nihil poteſt facere. Patris enim conuentio non poteſt mutare iura matris.

a Theodori. Vt vult & quando vult, manumittit maritus ſeruos inæſtimatos quos accepit in dotem: & eorum operas habet mulier: vt dicit 1. conſtit. 11. tit. lib. 5. propoſiti. Lege autem lib. quoque 7. tit. 8. conſtit. 1. & 7.

b Thalel. Nota quod licet marito manumittere ſeruos dotales, etiam ſi ſint inæſtimati. Dotales enim propriè dicuntur qui ſunt inæſtimati.

c Poteſt qui vult, omnia ſua bona dare in dotem. Hoc intellige, niſi ſuperent quadringentas libras auri, ſecundum viceſimam ſecundam nouellam.

d Thalel. Didiciſti thema ſimile etiam in tertio tit. lib. ſingularis De dotibus: vbi quærit an maritus omnibus in dotem acceptis, ipſe cogatur reſpondere creditoribus mulieris: & dicit quod pura eius bona creditur accipere in dotem. Hoc autem intellige, ſi ipſa cum ſit maior ætate, ea det. Nam ſi eſt minor ætate, poteſt petere reſtitutionem in integrum. Similiter autem ſi eius tutor dederit itidem omnia eius bona in dotem ei qui non eſt dignus tantam dotem accipere: datio eſt inutilis: vt didicimus in eodem lib. ſingulari De dotibus.

e Theod. Dos fuit æſtimata: pretium & non res repetuntur, niſi inique fuerint æſtimatæ, vel conuenit vt eædem redderentur. Dicit enim 21. conſtitutio huius tit. quod ſi hoc viſum fuerit res redduntur, non earum pretium. Dicit itaque prima conſtit. 21. tit. lib. propoſiti, quod nec eas quidem vendit maritus. Lege conſtit. 10. huius tit. & 1. & 6. conſtit. 18. tit. lib propoſiti. Τὸ κατὰ πόδας. Quoties res æſtimatæ in dotem dantur, maritus poſſidens dominium, quantitatis veluti pretii debitor efficitur. Si itaque non conuenit vt ſoluto matrimonio reſtituerentur, & etiam iure æſtimatæ ſunt: retinet eas, ſi pretium tibi offerat. Sic habet quidem τὸ κατὰ πόδας. Dicit autem Thalelæus in illud, Et etiam iure æſtimatæ ſunt, quod hoc dictum eſt, ne mulier, vt cui facta ſit iniuria in æſtimatione, cogat eum vel res dare vel æſtimationem, vt ſcriptum eſt in libr. ſingulari de dotibus. In illud autem, ſi pretium tibi offerat, dicit, Si enim cum non ſit ſoluendo, non offerat pretium: poteſt mulier ſecundum trigeſimam conſtitutionem ſitam in hoc tit. res repetere per actionem in rem.

f Eiuſdem. Mater quidem dans dotem pro filia, & eam reddi paciſcens, eam repetit per actionem præſcriptis verbis, licet non ſit ſtipulata. Pater autem dans dotem, niſi expreſſe eam reddi fuerit ſtipulatus, non habet ad id actionem, etiam ſi pactus fuerit. Dicit enim 7. conſtit. huius tit. quod pater abſque ſua filia non paciſcitur de dote quam dedit pro ea. Lege 7. & 9. conſtit. huius tit. quæ dicit ſimiliter. quinetiam nouellam quæ de eo loquitur. Nec te lateat prima conſtit. 13. tit. lib. propoſiti, quæ dicit quod pater ſine conſenſu ſuæ filiæ non recipit illius dotem, etiam ſi fuerit ſolutum matrimonium. Similiter autem dicit 7. conſtit. tit. 17. eiuſdem libri. Scias autem quod mater rectè ſtipulatur non ſolum res ſingulas, ſed etiam vniuerſitatem dotis à ſe datæ. Hoc enim ſignificat nouella huius tit.

g Quoniā enim datio dotis fit vt recipiatur, & pactū eſt licitum, parit actionē præſcriptis verbis.

h Hoc eſt, pacto non ſubiecta fuerit ſtipulatio. Nota autem legem: nuſquam enim dicitur, niſi in lib. ſingulari de dotibus, quod pater non poteſt paciſci dotem ſibi reddi, ſed omnino opus habet ſtipulatione.

Quære ca. 12. [a] Si pater dans dotem pro filia, eam ſibi reddi non fuerit ſtipulatus: l7
[b] tempore dationis vt vult paciſcitur: poſtea autem paciſcens non poteſt lædere conditionem filiæ, niſi hoc fecit eius voluntate. Quandocunque enim agit, non debere hoc pactum ad eius damnum valere, de iure
defenditur. Si mater dotans filiam, eam reddi ſibi ſit ſtipulata, etiamſi l.8

Digitized by Google

non ſit ſic ſtipulata, Reddis mihi dotem, ſed ea quæ ſunt data in dotem:
ſi tamen puella deceſſerit in matrimonio, recte petit vt reddantur non
ſolū quę data ſunt in initio, ſed etiam quę poſtea data ſunt ad [c] augmen-
tum dotis datę. [d] CONSTAT dotem pręferri iis quæ ſunt debita Reipu- l.9
blicę. [e] MARITVS qui ęſtimatas res accepit in dotem, quędam pacta l.10
fecit cum vxore, forte vt ipſa ab eo res conduceret, vel vt ferret condu-
Quære ca.10. ctorem. Dicit ergo conſtitutio, quod ad effectum huius pacti moueri
poteſt actio emptionis rerum: creditur enim eſſe emptio & venditio: &
tanquam in venditione factum ſeruatur [f] pactum. Vſque adeo autem
eſt venditio, vt omne damnum & lucrum pertineat ad maritum.

a In latifundio Dig. hæc lex relata eſt ſub tit. de pactis dotalibus lib. 23.

b Tempore enim dationis ea quæ vult ſtipulatur: hoc enim poteſt facere etiam quiuis extraneus dans dotem.

c Hoc erat quod faciebat quæſtionem, an cum dixiſſet ſibi reddi quæ data fuerant in dotem, non debeat accipere additamentum quod factum eſt doti, quoniam non fuerat ei datum tempore pacti vel ſtipulationis.

d THEODORI. Et quomodo dos quæ debetur præfertur? Nam vt dicitur lib. 11. tit 20. cap. 2. Reſpublica non habet tacitam hypothecam: & id quod continetur in 29. conſt. huius tit quod dos præfertur non ſolum priuilegiis, ſed etiam hypothecariæ in rem: nec ei opponitur longi temporis præſcriptio & vſucapio: ſed ſciendum eſt quod fiſcale debitum præfertur doti, ſi ſit prius debitum: vt dicitur lib 7. titul. 72. conſt. 1. Quinetiam primipili quoque debitum: vt dictum eſt libr. 12. tit. 62. cap. 3. Lege etiam lib. 8. tit. 14. conſt. 4. & nouellam 97.

THALEL. Nota quando præfertur mulier, & maxime hodie. Omnibus enim creditoribus etiam antiquioribus præfertur mulier, exceptis debitis publicis.

e Omne lucrum & omne damnum æſtimatæ dotis pertinet ad maritum. Etenim vt dicit prima conſt. 13. tit. huius lib. eſt inſtar emptoris. Sciendum eſt autem quod 20. conſt. tit propoſiti oſtendit quod etiam fructus rerum dotalium pertinent ad maritum: videlicet etiamſi ſunt æſtimatæ ſecundum primam conſt. 13. tit. huius lib. 5. Lege 11. conſt. huius tituli. Memento autem De lucro & damno rerum emptarum.

f Omnia enim pacta quæ fiunt ex continenti, inſunt in actionibus bonæ fidei. Quod autem eiuſmodi pacta ſeruantur in venditione, dictum eſt tibi in 1. tit. lib. 8.

Quære lib. 60 tit 6. cap. vlt. SI [a] RES datas in dotem ſurripuerit aliquis: [b] maritus intentat actio- l.11
Quære huius tit 59. nem de rebus quæ ſunt per vim direptę. [c] QVOD emitur ex nummis l.12
Quære lib. 38 c. 12 in fin. dotalibus, non eſt dominii mulieris. Sed ſi partem dotis tantum recepit
Quære ca. 91. mulier, non tanquam ob tranſactionem: poteſt agere de reliqua parte
ſed precium tantum.
dotis. Harum enim rerum dominium non debet perſequi. SI [d] MVLIER l.13
alienam rem dederit in dotem [e] marito ſcienti rem alienam, ille nul-
lam poteſt habere actionem re euicta: niſi vel dotis promiſſio vel [f] ſti-
pulatio fuerit ſecuta. Tunc enim habet actionem qua dos petitur.
[g] MATER non cogitur dare dotem pro filia, niſi ex [h] magna & appro- l.14
bata cauſa, vel [i] lege ſpecialiter expreſſa. Pater autem, ex bonis vxoris,
ea [k] nolente, nullam habet poteſtatem dandi dotem. [l] ETIAM ſine ſcri- l.15
ptis dos poteſt dari: & ſi data ſit ſine ſcriptis, & perierint inſtrumenta,
nihilominus dos repetitur ſi [m] probetur eam fuiſſe datam.

a THEOD. Si ea quæ data ſunt in dotem, rapta fuerint: vir propter ea mouet competentem actionem: nam vt ex præcedenti didiciſti conſt. damnum pertinet ad maritum.

b Nam quoniam ipſe eſt dominus, mouet etiam actionem bonorum raptorum: cum etiam ſi ipſe non eſſet dominus, quilibet cuius intereſt res eſſe ſaluas, poſſit eam actionem intentare.

c Quod emit maritus ex rebus dotalibus, eius habeat dominium: ſed quod debet mulieri, id exigitur ex nummis datis in pretium rerum emptarum: niſi cum eo tranſegerit. Nota autem quod adhuc conſtante matrimonio recte tranſigit mulier cum marito. Τὸ κατ᾽ πόδας. Ex pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, non tibi acquiritur: cum neque maritus vxori actionem empti poſſit acquirere, & ſolum competat dotis actio. Vnde aditus præſes prouinciæ, ſi non te tranſegiſſe repererit, ſed ex maiori parte dotem conſecutam: reſiduum tibi reſtitui prouidebit. Cum neque maritus actionem empti poſſit acquirere. Nec maritus, inquit, poteſt mulieri dotem acquirere, ſicut nec extraneus. Si non te tranſegiſſe repererit. Nam ſi tranſactionis cauſa minus accepiſſet, non poſſet petere reſiduum.

d THEO-

Digitized by Google

d Theodor. Non recte accipit quiſpiam in dotem à ſua vxore, ea qua competunt filiis eius ſuſceptis ex prioribus nuptiis: niſi ab ea ſit ſtipulatus. Quod autem dictum eſt de ſtipulatione, intellige ſecundum nouellam. Memento 3 6. & 9. conſt. 9. tit huius lib. 5. Τὸ κατ' πόδας. Si à matre veſtra ſuperſtite aliquid ad vos pertinens, in dotem ſcienti vitrico veſtro datum eſt: intelligis nullam firmitatem iuris dationem habere, ſi neq. pollicitatio neq; ſtipulatio facta eſt.

e Nam ſi neſciebat, habet aduerſus eam in factum actionem, ſi illa ſciens dedit aliena.

f Nam ſi fuit ſtipulatio: mulier, vt quæ nihil dare viſa ſit, conuenitur actione ex ſtipulatu.

g Theodor. Non ſolum non cogitur mater dotare filiam ſuam extra cauſas legibus cognitas: ſed nec maritus ex bonis eius inuitę poteſt communem dotare filiam. Hoc ſolū accipe in matre, nō etiam in patre. Cogitur enim vir dotare ſuam filiam: vt dicit 7. conſt. 11. tit. huius lib. 5. Quod eſt autem maius, dicit nouella 97. quod etiam quam dedit dotem receptam debet ſeruare filiæ.

h Ecce enim, pater puellæ ſæpe dedit ei res plurimas poſtea redactus fuit ad inopiam. & deceſſit eadem voluntate: adeo vt mulier quidem habeat in donationibus omnia bona mariti, & ne ſit quidem actio de inofficioſis donationibus, propterea quod maritus quidem poſtea redactus ſit ad in opiam. filia autem ſit pauper: vel ſi potes, pone iuſtam cauſam.

i Hoc dicit propter matres hæreticas, quæ coguntur dotare filias ſuas orthodoxas.

k Nam ſi conſentit mulier, & valet datio, & nec videtur donatio facta eſſe marito: vt didiciſti in lib. ſingulari de Dotibus.

l Theodori. Inſtrumenta dotalia dotem non conſtituunt. Vnde etiam eis perditis dos repetitur, ſi aliunde probetur. Memento & 9. & 13. & 14 conſt 4. tit huius lib. Lege 1. conſt. tit. 1. huius lib. quinti propoſiti. Nec admittas 17. conſt. tit. 21. lib. 4. in dotalibus. Nam etſi non ſint ſubſcripta nec impleta, nec abſoluta, debet dos repeti: quoniam non habet ex eis conſtitutionem, vt hic dicitur.

m Hoc multis in locis didicimus, quod etiam ſi perierint inſtrumenta in quibus ſcriptum eſt res dati, admittimus tamen alias probationes.

l.16 [a] Poteſt quiſpiam etiam pro indiuiſo partem rei communis dare in
l.17 dotem. [b] Socer qui res ſemel dedit in dotem, & apud ſe retinuit [c] vſum-
l.18 fructum, non lędit ius generi. Si [d] socrvs tua deducto vſufructu fun- τὸ κατ' πόδας.
dum vxori tuæ donauit, & tibi in dotem vxor quidem proprietatem,
ſocrus autem vſumfructum dedit: vxore tua in matrimonium defuncta,
fundum apud te manſiſſe [e] ſecundum conuenti inter vos fidem, non dubitatur. Nam ſi acceptura certum quid annuum, filiæ ſuum vſumfructū
locauit: mortua conductrice vſuſfructus extingui [f] minime potuit. [g]
l.19 Qvidam dedit dotem pro ſua filia: & ita conuenit, vt ſi ipſo [h] iam mortuo contigerit puellam quoque decedere in matrimonio, pars dotis
redderetur Ammiæ: & teſtans hanc Ammiam ex parte ſcripſit hæredem, iubens in teſtamento vt ea nihil caperet ex ſtipulatione. Dicit ergo Quære c. 116. & tit. 5. c. 25. the. 5. & 18. th. 5.
conſtitutio, quod ſi poſt hoc quidem pactum nō ſtipulata fuit Ammia,
ne [i] actionem quidem habuit qua dotem repeteret, ex eo quod qui dedit dotem, pactus fuit partem ei reddi. Si autem fuit ſtipulata: cogitur
accepta hęreditate implere voluntatem teſtatoris, ſi tantum [k] habeat ex
teſtamento, quantum habet ex ſtipulatione etiam ſalua Falcidia. Nam
quoniam ſemel eſt ſtipulata, & acquiſiuit actionem, videtur deinceps
grauari legataria ne ea petat quę poſſet ex ſtipulatu. & ſicut vnumquodque legatum, non alias eſt validum, niſi hæres præter legati quantitatem puram habet Falcidiam.

a Theod. Etiam ante hęreditariarum rerum diuiſionem, poteſt filia ex eis dare in dote, id quod ad eam pertinet, vt dicitur in lib. 6. tit. 22. cap. 1. & teſtatur vnuſquiſq; de portione ſibi competente ex partibus communibus, quinetiam donat: vt lib 8 tit. 53 conſt. 12 Didiciſti autē lib. 4. tit. 8. conſt. 2. quod vendit etiam quiſpiam ex re communi id quod ad ſe pertinet.

b Eivsdem. Qui fundi retinet vſumfructum, & eius reliquum dedit in dotem, etiamſi vſumfructum vendat, non lædit ius dotis. Lege 18. conſtit. huius titul. loquentem de vſufructu & proprietate.

c Hoc quantum ad effectum attinet, nihil eſt. Idem eſt enim etiam quando non retinuit.

d Thalel. Mulier quædam habens fundum, eum donauit filiæ ſuæ, apud ſe retinens vſumfructum. Poſtea autem cum filia eſſet nuptura, & proprietatem daret in dotem, adiecit etiam mater quem habebat vſumfructum. Pacti ſunt autem inter ſe maritus & vxor, vt ſi contingeret vxorem decedere in matrimonio, maritus lucraretur dotem, & deceſſit mulier in matrimonio: mater

autem ei, nempe filiæ, locauerat vſumfructum fundi ante tempus dationis. Reſcribit ergo conſt. ad maritum, vt eſt in Baſilico.

e Quoniam mater locum tenet extranei, & non ſtipulata fuit ſibi reddi: dos erat in poteſtate filiæ, & valuit pactum quod fecit vt ea maneret apud maritum, ſi decederet conſtante matrimonio.

f Si mater erat vſufructuaria, etiamſi erat filia quæ conduxit vſumfructum: morte eius quæ conduxit, vſusfructus non erat extinguendus. Hoc eſt ergo quod dicit nempe quod ſi marito quidem dedit vſumfructum ſi ea deceſſit in matrimonio ſicut poſuimus, maritus lucratus eſt vſumfructum ex pacto matris. Si autem non dedit eum in dotem, ſed ſolum locauit ſuæ filiæ, & deceſſit: non eſt extinctus vſusfructus, & rediit ad proprietatem: ſed de cætero hæredes mulieris coguntur dare mercedem.

g Quære lib 35. tit. 15. cap. 52. them. 2. & huius tit. cap. 101. & cap. 26 them. 5. tit. 5. & eiuſdem tit. cap. 23. them 3. & cap. 30.

h Hoc eſt facti. Poterat enim paciſci vt ſi eo viuente deceſſiſſet puella, dos maneret apud maritum, vt didicimus in libro ſingulari de dotibus.

i Ex pacto enim alieno ei omnino non competebat actio.

k Nam ſi eius quidem ſtipulatio faceret ducenta & obuenirent ei centum ex hæreditate: contingeret eam grauari legato in plus quam continerent omnia bona.

[a] FRVCTVS rerum dotalium pertinent ad maritum: aut ſi mulieri L.20
[b] permiſit vti frui, in quantum facta fuerit locupletior, tantum ab ea
[c] accipit. [d] PACTVS eſt maritus, vt ſi intra quinquennium ſolueretur L.21
matrimonium, res ipſæ eiuſdem æſtimationis redderentur vxori. Hic res videtur eſſe dotales, & ipſas oportet reddi. Ideo enim facta eſt æſtimatio, vt ſi contigerit res aliquas minui aut [e] perire, certum ſit [f] pretium quod pro eis ſolui debet. [g] REM quam pater puellæ dedit ſuo genero, non L.22
poteſt alienare, niſi eam receperit ſoluto matrimonio. [h] MVLIER fundum quem dedit in dotem, non poteſt vendere: maritus enim eſt dominus. L.23

a DOROTHEI. In id ſolum quod facere poteſt, marito tenetur mulier. Lege 1. conſt. tit. 13. huius lib. Τὸ κατὰ πόδας. Pro oneribus matrimonii, mariti lucro fructus totius dotis eſſe quos ipſe cepit: vel ſi vxori capere donationis cauſa permiſit, eum in quantum locupletior facta eſt poſſe agere, manifeſti iuris eſt.

b Permiſit ei fructus cepere, non quod pacta ſit fructus eſſe ſuos, ſed eos percepit. De eo enim pacto quod vult fructus reddi mulieri, didicimus in principio cap. 23. de pactis dotalibus, libr. ſingulari de dotibus.

c THEOD. Quæcunq; maritus donauerit vxori, ea poteſt repetere. Similiter dicit 97. nouella. Lege autem 8. & 9 conſt. 6. tit. lib. propoſiti.

d Didiciſti multa huiuſmodi pacta in lib. ſingulari de dotibus: vbi dicit quod vt probetur quantitas dotis, fit talis æſtimatio, non vt fiat emptio & venditio. Propterea enim maritus ſoluto matrimonio ei omnino ſpecies & non res cogitur reſtituere.

e Nota quod etiam poſt hoc pactum periculo mariti eſt amiſſio: quandoquidem omnino facta eſt æſtimatio

f Ne in alio pretio res repetantur quam in quo fuerunt æſtimatæ. Recte autem dixit, in eodem pretio, quoniam res perierant. Didiciſti enim in lib. ſingulari de dotibus, quod poſt rei amiſſionem non poteſt mulier reprehendere æſtimationem. Æqui enim boni debet conſulere quod aliquid accipiat pro ea re quæ periit.

g THEODORI. Non alienat quiſpiam id quod dedit in dotem, niſi rem ipſam receperit. Similiter dicit 17. conſt. huius tituli. Etiamſi contra leges dederit, ſecundum primam conſt. 19. lib. propoſiti. Dicit enim 23. conſt. huius tit quod etiamſi inuita mulier amiſerit id quod dedit in dotem, non priuat maritum eius dominio. Didicimus enim in lib. 30. tit. 32. conſt. 9. quod quæ marito data fuerunt in dotem, eorum ipſi competit dominium. Lege etiam lib. 8 tit. 53. conſt. 21. Neque tibi videatur contraria conſt. 2. tit. 6. lib. 6. Loquitur enim de parentibus & filiis ſoluto matrimonio.

h Τὸ κατὰ πόδας. Si prædium vxor tua dotale venundedit, ſpontene an inuita contractum habuerit, nihil intereſt: cum rei tibi quæſitæ dominium te nolente auferre minime potuerit. Spontene an inuita. Non hoc dico de voluntate viri, ſed mulieris. Nam ſiue ſua ſponte ſiue per vim forte vendiderit, te maritum non potuit lædere: quoniam in iis quæ ſequuntur, ponit marito inuito factam eſſe venditionem. Te nolente. Hoc intellige hodie ita vt referatur ad contrarium ſenſum. Nam olim quidem vtriuſque conſentientibus, marito, inquam, & patre, vendebatur fundus dotalis: hodie autem venditur eis volentibus, vt didicimus inſtit.

Quære huius lib. 15. tit. 1 cap. 61. [a] DOTEM pro liberta datam, licet in eum inuenta ſit ingrata, non L.24
poteſt maritus recipere, niſi tempore quo data fuit, vel pactus vel ſtipulatus

L.25 latus eſt eam ſibi reddi ſoluto matrimonio. [b] QVÆDAM mulier dotem dedit, & pacta eſt ſe eam recepturam ſolutò matrimonio, vt de ea teſtetur. Dicit ergò conſtitutio, quod quæ hoc dixit, non viſa eſt [c] dicere, vt omnino teſter, da mihi dotem: neque videtur ſub conditione ſtipulari eius repetitiònem, nempe ſi teſtata fuerit: ſed [d] creditur potius ſtipulari in caſum mortis. Et ideo licet deceſſerit inteſtata, repetitionem
L.26 tranſmittit ad ſuos hæredes. SI [e] QVIS dotans ſuam filiam, filio [f] ſuo qui eſt ſui iuris, dotem reddi fuerit ſtipulatus, nec ipſe actionem habet quæ dotem repetit: neque filius, quoniam per liberam perſonam actio non aquiritur.

Quære eilem lib. 1 lib. 9 ti. 8 c. 10. & lib. 7. Quære c. 6. th. m 7.

Quære lib. 1. tit. 2. c. 10 & quæ in ipſum ſunt adſcripta.

Dicit actionẽ ex ſtipulatu.

Quære c. 19.

a THEODOR. Ne recipiat patronus dotem quam dedit pro ſua liberta, licet in eum ingrata apparuerit, niſi eam ſibi reddi fuerit ſtipulatus. Hoc innouat nouella 22. quæ dicit quod liberti in ſeruitutem redacti caſum mortis ſolum ſeruant illis quibus fuere coniuncti matrimonio: reliqua autem præter dotem aut donationem ante nuptias ad ſuum dominum deferunt. Τὸ κατὰ πόδας. Si dotem marito libertæ veſtræ dediſtis, nec eam reddi ſoluto matrimonio vobis incontinenti pacto vel ſtipulatione proſpexiſtis: hanc, culpa vxoris diſſoluto matrimonio, penes maritum remanſiſſe conſtitit, licet eam in vos fuiſſe ingratam oſtenderitis. Culpa vxoris. hoc dixit vt oſtenderet dotem apud maritum fuiſſe manſuram. Si enim culpa mariti ſolutum fuiſſet matrimonium, & oportuiſſet eam reddi mulieri patronus, vt qui eam redegiſſet in ſeruitutem, illam ex acquiſitione potuiſſet accipere. Hoc autem thema tibi dictum eſt in tertio tit. lib. ſingularis de dotibus, de patrona quæ dotem dedit pro ſua liberta.

b THEOD. De dote actio ex ſtipulatu competit etiam hæredibus. quinetiam quæ in dote datur præſcriptis verbis datur etiam hæredibus: vt dicit 6. conſt. huius tit. Similiter dicit 6. conſt ſequentis tit. 13. Τὸ κατὰ πόδας. Si mulier dotem à viro reddi ſtipuletur, vt de ea teſtari poſſit: cum faciendi teſtamenti cogitatio, mortis antecedens tempus ſignificet, nec conditionem, ſed cauſam ſignificet: & inteſtata ſimiliter muliere defuncta, committi efficit ſtipulationem.

c Non videtur, inquit, ſpecialiter dicere de teſtamento. ſed de tempore in quo teſtatur. hoc eſt, dè tempore quod eſt ante mortem. Hoc autem dicit, tacite ſignificans ſtipulationes quæ quandoque non valent poſt mortem.

d Non videtur dicere, Da mihi vt teſter. Si enim hoc ita eſſet: ſi ea non eſſet teſtata, inualida eſſet ſtipulatio: ſed da dum ego accipiens de ea teſtor. Cauſa autem falſa non tollit ſtipulationem. Nota autem totum ius conſtitutionis. eſt enim pulcherrimum.

e THEOD. Qui pro aliquo dat dotem, ſi non ſibi, ſed extraneo eam dari eſt ſtipulatus, neque ipſe, neque extraneus habet actionem: ſed puella ſcilicet habet competentem actionem. Lege 41. conſt. huius tit. & primam conſt ſeq 13. tit. Memento 6. 7. 9. conſtitutionis prædicti. Deſunt nonnulla.

f Vetus textus Codicis habet, Extraneo conſtituto. & dicit Thalelæus. Hoc eſt, vel emancipato, vel naturali. Filio enim qui eſt in poteſtate, patet recte ſtipulatur reddi dotem: vt didiciſti quidem in 9. cap. tit. de pactis dotalibus in lib ſingulari de dotibus. Illud enim extraneo conſtituto, quod hic eſt in textu, oſtendit illud dictum eſſe de filio qui eſt in poteſtate, niſi quod hanc quoque conſtitutionem potes ſecundum illud caput intelligere. Illic enim ſic dixit. Benigna interpretatione admittimus valere pactum conuentum quod factum eſt, vt dos reddatur filio. Et dici poteſt quod ſummo iure id dixerit conſt quoniam filius ex æquitate eam poteſt repetere. Melior eſt autem prior expoſitio, vt quæ ſit conſentanea verbis conſtitutionis.

Dicit 9 cap. huius lib.

L.27 [a] ETIAMſi maritus mulieris dotem lucrifaciat, tamen pro aliis eius bonis quę manſerunt in eius hęreditate, non maritus debet facere [b] cõ-
L.28 ſuetas ſolutiones, ſed ii qui eas poſſident. [c] MVLIER minor ætate, generali vel ſpeciali accepto curatore, [d] poteſt dare dotem. & ſi ſit pollicita dare ab ea petitur: licet curator, tempore creationis, cauens rem ſaluam fore in minorem quantitatem dederit fideiuſſores. forte enim dos quidem erat mille nummorum: ille autem non potuit dare fideiuſſores, niſi qui ſolum pro eo fideiubebant, quod ſi male adminiſtrauerit, vſque ad
L.29 ſeptingentos nummos pro eo [e] periclitabuntur. [f] MVLIER †adhuc conſtante matrimonio, ſi videat maritum deductũ ad inopiam, poteſt pro dote, & donatione ante nuptias, & iis quæ ſunt extra dotem, tenere eius bona tanquam ex [g] hypotheca.† & ſi aduerſus eam agatur, habet exceptionem. ſiue [h] agit, vincit. Neque enim ei [i] opponitur, quod nondum

†Quære lib. 4. ſi 41 tit. 6 c. 38 & huius lib. lib. 24. tit. 6 cap. 2. & li. 28 ti. 8 ca. 23.

†Quære lib. 41 tit. 7 ca. 38 & lib. 28. ti. 8. ca. 23.

Quære Baſilica lib. 9. tit 9. & ſcies quando fiſcus præfertur doti in hypothecis.

ſit ſolutum matrimonium. ſed [k] interim quidem res perinde accipit ac ſi ſolutum fuiſſet matrimonium: & ei competit dotis repetitio. De cætero autem creditores, ſi putant ſe aliquas habere actiones, eas mouere debent aduerſus maritum, ſiue res eius quas acquiſierit. [l] Mulier autem nihil poteſt alienare interim dum viuit maritus. Sed expectamus vt ſoluto matrimonio inter ſe de dote certent maritus & mulier. Nam propter nullam aliam cauſam res accipit mulier, niſi ſolum vt fruatur, & ſe alat & maritum, & communes liberos.

Quære li. 17. tit. 5 ca. 44.

a THEOD. A mariro qui dotem lucrarur, non petuntur. *Deſunt nonnulla.*

b Publicas forre penſiones & deſcripriones ſoluunt ii qui poſſident.

c THEOD. Conſenſu ſuorum curatorum, pro ſe recte dant dotes & donariones ante nuptias, ii qui ſunt ætate minores. Memento 1. conſtit. tit. 29 huius lib. & 25. conſtit. 4. tit. & lege 9. conſtit. tit 37. huius lib & lege 8 conſtir. tit. 71. ſimiliter huius lib. 5.

d Hoc intellige quando eam quam par eſt dedit dotem. Nam ſi dedit plus quã par ſir, eſt inutilis in id quod eſt amplius dotis datio vel ſtipulatio: vt didicimus in 1. tit. lib ſingularis de dotib.

e In τὰ κατὰ πόδας additur iis quæ dicta ſunt, Hoc idem obſeruatur & ſi minor ante nuptias donationem, conſentiente, vr dictum eſt, curatore fecerit.

f THEOD. Si maritus redigatur ad inopiam, conſtanre matrimonio poteſt mulier retinere res eius in ſuam dotem, & in donationem ante nuprias, prælara cuilibet credirori & habenti hypothecam. ſed ea quæ tener, non poteſt alienare, quoniam ex iis ſe alit & liberos & maritum. Lege 1. conſtit. 25. tit huius lib. & nouellam 97. Et propter res quæ ſunt extra eius dotem, haber mulier hypothecam. Quod enim propter dotem habet mulier hypothecam, didiciſti in lib. 4. tit. 29. conſtit. 21. Sita enim eſt in 8. conſtir. tit. 13. huius lib. 5. Nam propter donationem ante nuptias, non habet mulier hypothecam, ſed maritus: ſicut nec maritus habet hypothecam propter dotem, ſed ſola mulier. Lege enim prædictam 1. conſtit ſequentis tit. 13 lib. 8. & 17. nouellam. & de his perfecte diſces. Quod ergo dictum eſt in primo themate huius conſtir. excipe. *Deſunt nonnulla.*

g Habet enim hypothecam in bonis mariri, vel ex ſpeciali conuentione, vel hodie etiam tacite, ſecundum eam quæ eſt in ſeq. tit conſtit. Hodie autem etiam propter ea quæ ſunt extra dotẽ habet mulier hypothecam

h τὸ κατὰ πόδας habet, Sed etiam ſi ipſa contra detentatores rerum ad maritum ſuum pertinentium, ſuper iiſdem hypothecis ſecundum legum diſtinctionem moueat, non obeſſe ei matrimonium adhuc conſtitutum ſancimus. Et dicit Thalelæus, Recte dixir, Secundum legum diſtinctionem Nam ſi agit quidẽ de dore, præfertur antiquioribus & poſterioribus creditoribus. Sin autem agat de donationibus ante nuptias: non vtique eis præfertur, vt inueniemus in vltima conſtir. 17. tit lib. 8.

i Hoc eſt non poteſt maritus dicere mulieri, Nondum competiit tibi dotis repetitio, adhuc conſtante matrimonio.

k Τὸ κατὰ πόδας ſic habet, Sed ita eam poſſe eaſdem res vendicare vel à creditoribus poſterioribus, vel ab aliis qui non potiora iura legibus habere noſcuntur, vr potuiſſet ſi marrimonium eo modo diſſolutum eſſet, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterar. Cum ſic habeat τὸ κατὰ πόδας, dicit Thalelæus in illud, Qui non potiora iura legibus habere noſcuntur Hoc dicir propter fiſcum. Fiſcus enim doti præfertur in hypothecis.

l Quoniam autem incertum eſt an dos ſit ei competitura, res accipit: eas autem tenet inſeparabiliter.

Mulier ſoluto matrimonio poteſt vendicare res à ſe in dotem datas quæ adhuc extant, per [a] actionem, vt quæ adhuc cenſeatur eſſe earum domina. erant enim res eius ab initio, etiam ſi legis ſubtilitas eas traduxerit [b] ad maritum. nam eorum adhuc eſſe videtur. Habeat autem mulier non [c] ſolum actionem de dominio, ſed etiam [d] hypothecariam, vt quæ [e] præferatur omnibus creditoribus tam poſterioribus quam anterioribus. ¶ Omnis autem temporis præſcriptio quæ opponitur mulieri, ſiue tanquam ex dominio per vſucapionem, ſiue tanquam ex decem, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis, ipſa ei ex eo tempore computetur quo potuit mouere: hoc eſt, ſi maritus quidem ſit opulentus, à ſolutione matrimonii. Si autem eſt egens: à [f] tempore inopiæ: quoniam poterat mulier etiam conſtante matrimonio agere de dote.

Quære ca. 113 & lib. 18 tit. 13 circa medium. Quære huius lib 25 tit 4. & 28. & 17. Quære 6 tit. cap. 15 Quære tit. 6 cap. 16.

v. omnis

a Siue ſint mobilia, ſiue immobilia ſi omnino exiſtant, ſiue ſint æſtimata, ſiue inæſtimata.

b Hoc inuenimus etiam in cap. Triphonini ex lib. 6. eius diſputationum, quod eſt in terrio tit.

lib.

Digitized by Google

lib. ſing. De dotibus, quod licet maritus ſit dominus rerum, eæ tamen pertinent ad mulierem.

c In rebus dotalibus vendicandis mulierem omnem habere prærogatiuam: & nullum ex creditoribus mariti, ſi ſint aliqui priores, ſibi in his meliorem aut potentiorem cauſam vendicare per hypothecam: cum res ipſæ & ab initio fuerint mulieris, & naturaliter in eius manſerint dominio. Neque enim quod legum ſubtilitate, tranſitus earum in bona mariti videatur fieri, ideo rei veritas vel deleta vel confuſa eſt. Volumus itaque eam in rem actionem in huiuſmodi rebus quaſi propriis habere, & hypothecariam omnibus anteriorem poſſidere: vt ſiue ex naturali iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur ſiue ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe videantur, per vtranq; viam, ſiue in rem, ſiue hypothecariam, ei pleniſſime conſulatur.

d Siue enim attendamus naturam, tanquam domina mouet actionem in rem: ſiue rurſus legem, mouet hypothecariam.

e Quoniam enim mouet actionem in rem tanquam ſuum vendicans, præfertur omnibus. Semper enim qui habent hypothecas, præferuntur omnibus, vt qui moueant actionem in rem de dominio. Hoc intellige ſi poſſederit aliquis poſtquam conſtitit matrimonium. Nam ſi cœperit poſſidere ante matrimonium, recte vſucapit, & deinceps accuſatur maritus vt qui interim non mouit: vt didiciſti in tit de fundo dotali lib. ſingulari de dotibus.

f Τὸ κατὰ πόδας ſic habet, Ex quo hoc infortunium eis illatum eſſe claruerit. Et dicit Thalelæus, Si ergo neſciebatur eum eſſe redactum ad inopiam, non imputatur vxori quod in eum non egerit cum eſſet egens. Habet enim poteſtatem mouendi ex quo manifeſtum fuit eum eſſe inopem.

l. vlt. in pr. *a* IVBET hæc conſtitutio, vt ſi quis dotem dederit pro muliere: ex eo quod id fecit ſine confectione monimentorum, videatur mulieri donaſſe quantitatem pro ea datam: adeo vt poſſit etiam abſq; monimentorum confectione, ſoluto matrimonio dotem datam repetere ¶ Similiter autem ſi quis pro marito dans donationem ante nuptias, monimēta fecit apud mulierem, vt videatur in ipſum maritum facere monimēta: adeo vt poſſit ipſe ſoluto matrimonio recipere eo modo quo conuenit. In vtriſq; autem iubet hanc legem tum demum valere, quando is qui dedit dotem, vel donationem ante nuptias, non ſtipulatus eſt redditionem fieri in ſuam perſonam. ¶ Porrò autem aliud quoque decernit conſtitutio: nempe vt ſi cum quis quidem fundos vel ædes vel [b] mancipia in dotem ſit pollicitus, in biennium autem dare diſtulerit: harum rerum fructus cogatur ſoluere. Si ſunt autem pecuniæ, earum vſuras vſque ad tertiam partem centeſimæ. Sin autem ſunt res aliæ æſtimatę: æſtimationis vſuram eſſe vſque ad tertiam centeſimæ.

§. 1

§. 2

a THEODORI. Qui dotem dedit pro filia aut cognata, non opus habet vt actorum monimenta conficiat, etiamſi excedat quingentos nummos. Memento 17. conſt. 3. tituli huius libr. Et ſcias nouellam iubere non eſſe opus vt fiat confectio monimentorum pro donatione ante nuptias, videlicet quod attinet ad partem mulieris. Qui dotem dedit pro muliere, niſi aperte dotem ſibi reddi ſit ſtipulatus, competit puellæ. Similiter dicit in extraneo prima conſt. ſeq. tit. 13. Memento autem 26. conſt. huius tituli. Quæ promiſſa ſunt in dotem, niſi ſoluta fuerint intra biennium repetuntur etiam vſurę earum ex tertia parte centeſimæ: & ſi ſint ſpecies mobiles & æſtimatæ, earum ſit perſecutio etiam ante biennium. Et rurſus ſi mora facta fuerit, petuntur etiam vſuræ earum ſimiliter ex tertia parte centeſimæ. Lege 9. conſtit. 14. tit. huius lib. & nouellas quæ de eo loquuntur.

THALEL. Quoties dos datur cuiuſcunque quantitatis, minime opus eſt confectione monimentorum: ſolum enim vtilis eſt in donatione confectio monimentorum. Exhinc ergo vide quid contingit fieri, & cuinam rei prouiderit conſtitutio. dedit quiſpiam dotem pro muliere, vel mater, vel cognatus, vel extraneus: doſque excedebat quingentos ſolidos: & merito, vtpote dote data, ſecuta eſt monimentorum confectio. Stipulata eſt autem mulier receptionem dotis in ſuam perſonam: & accidit vt ſolueretur matrimonium, & volebat mulier dotem repetere. Extraneus autem qui dotauit, dicebat, Quomodo potes tu dotem recipere, cum ego dederim? Omnino, inquit illa, vt qui viſus ſis, eo quod dotem tibi reddi non ſis ſtipulatus, mihi dare dotis exactæ repetitionem: &c. vt in Baſilico.

b Quære cap. 69 them. 4. & quæ in id ſunt adſcripta.

IOANNIS. Vide & nota vſuras abſque ſtipulatione in actione ſtricti iuris. Lege etiam quæ ſunt adſcripta cap. 86. Ex τῶ κατὰ πόδας. Præterea ſancimus ſi quis in dotem vel prædia, vel certum redditum, vel ædes, vel panes ciuiles ſpoponderit vel promiſerit: ſi ex tempore matrimonii biennium tranſactum ſit: illico reddituum vel penſionum, necnon panis ciuilis quęſtum eum pręſtare, etiamſi non fuerint adhuc principales res traditæ. Et ſi tota dos in auro ſit: itidem poſt bien-

Digitized by Google

nium vſuras vſque ad tertiam partem centeſimæ vſuræ dari. Sin autem aliæ res præter immobiles vel aurum ſint in dote, ſiue in argento, ſiue in muliebribus ornamentis, vel veſtibus, vel aliis quibuſcunque: ſi fuerint quidem æſtimatæ ſimili modo poſt biennium & earum vſuras ex tertia parte centeſimæ currere earum æſtimationis, quia & hoc apertius declarari oportet, illa intelligenda quæ pro ſingulis ſpeciebus facta eſt, vel pro vnoquoque genere dotalium ſpecierum: vt pro argento, pro ornamentis, pro veſte, & aliis ſpeciebus poſt ſingulas æſtimationes vnam coadunationem totius calculi: quod quidem eſt valde ſubtile, & propter nimiam ſubtilitatem pernicioſum. Sin autem minime res mobiles fuerint æſtimatæ, ea poſt biennium obſeruari, quę leges poſt litem conteſtatam pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt. Sin vero res permiſtæ fuerint, & partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus: pro iam facta diuiſione omnia procedere: licentia minime deneganda marito, quando voluerit dotem petere: ne is qui debet, putet ſibi licentiam eſſe reditus vel penſiones vel vſuras vel alias acceſſiones ſoluenti, dotis ſolutionem protelare: ſed ſiue ante biennium, ſiue poſtea voluerit, dotem pars mariti petere queat, & ſecundum leges eam exigere. Atque ſic quidem habet τὸ κ̓ πόδας. Vide autem quid dicat conſtit. Si ante matrimonium quidem facta eſt æſtimatio: oporteret ante tempus matrimonii præteriiſſe biennium. Si autem poſt matrimonium facta eſt æſtimatio: omnino à tẽpore æſtimationis expectamus biennium. Dotis enim datio ſi facta quidem fuit ante matrimonium, firmitatem habet à matrimonio. Sin autem poſt matrimonium: à tempore dationis. Ergo hic quoque, ſi quidem à tempore matrimonii facta fuit æſtimatio, recte dici potuit, quod poſt biennium à tempore nuptiarum dantur vſuræ. Sin autem poſt nuptias facta eſt æſtimatio: duobus annis poſt ęſtimationẽ. Quánam autem intelligimus æſtimationem? eamne quæ facta eſt in ſingulis ſpecibus, an quæ in vnoquoq; genere? Non expectamus totius coadunationis æſtimationem. eſt enim veriſimile rerum dotalium æſtimationem vnum aut duos menſes duraturam. & ſi à ſingularum quidem rerum æſtimatione incipimus computare biennium, breuius præterit, & incipimus accipere vſuras. Sin autem expectamus æſtimationem totius coadunationis: accedit tarditas, & inuenitur res marito noxia & pernicioſa.

Sin autem inæſtimatæ: illa ſeruari poſt biẽnium, quę in rebus coactis exiguntur poſt [a] litem conteſtatam, ¶ marito ſcilicet nõ coacto neq; expectare biennium, neque poſt biennium contentum eſſe iis quę ei prębentur ratione fructuum aut vſurarum, ſed habente poteſtatem, ſi velit, agendi & ante biennium, & poſt biennium, & petẽdi dotem promiſsã. *v. nec is.*

Lib. 5. Cod. ti. 13. Quære 86. cap. huius tit. Sic [b] ſtatuit conſtitutio, Omnis [c] dos exigatur, ſiue facta ſit ſtipulatio, ſiue non facta ſit omnino. Erat enim apud veteres [d] regula quę dicebat quod vtile mixtum cum inutili, ipſum quoque fit vtile. Si enim vbi non facta eſt omnino ſtipulatio, in dote videtur eſſe facta: etiam vbi facta eſt inutiliter, valide eſſe facta videtur. *l. 1. in pr. C. de rei vxor. act. in ex ſtip. act. transf. &c.*

a Scimus nos didiciſſe in tit. lib. 26. Dig. quod poſt litem conteſtatam omnis cauſa nobis reſtituitur. Cauſa autem eſt, ſi quid eramus habituri, ſi grato animo res fuiſſet nobis reddita tempore litis conteſtationis.

b THEODORI. Per actionem ex ſtipulatu omnem dotem hodie perſequimur, licet non fuerit ei adiecta ſpecialis ſtipulatio. Rei enim vxoriæ actio eſt ſublata poſt 6. præcedentis 12. tit. conſtit. quæ dicit etiam præſcriptis verbis actionem competere in dotis exactione. Sciendum eſt autem quod & actio in rem & hypothecaria datur ſecundum 9. conſtit. dicti 12. tit. huius lib. 5.

THALE. I Olim quæ ab vxore mouebatur actio ad repetendam dotem, vocabatur rei vxoriæ actio. Sin autem mulier ſtipulata fuerat dotem reddi, aut aliquis alius dans dotẽ, tunc mouebatur actio ex ſtipulatu, & erat hæc ſtipulatio duplex. Nam ſi ſimpliciter quidem ſtipulata fuerat mulier aut qui dabat dotem, vtputa, Promittis ſoluto matrimonio dare mihi dotem, dicebatur ſtipulatio vulgaris. Sin autem ſic fuit ſtipulata, Promittis ſi ſolutum fuerit matrimonium reddere mihi dotẽ, & ſi eam dediſſes patri mouenti actionem rei vxoriæ, alia iura habebat ſtipulatio. Erat ergo multæ differentiæ inter actionem in rem & actionem ex ſtipulatu vulgarem. Eſt ergo ſcopus conſtitutionis transferre omnia iura rei vxoriæ actionis in actionem ex ſtipulatu, ſiue non omnia, ſed quæ ſunt in ea vtilia, vt ſola relinquatur actio ex ſtipulatu. Sic ergo ſtatuit, Omnis dos exigatur per actionem ex ſtipulatu, ſiue facta ſit ſtipulatio, &c. vt eſt in Baſilico.

c τὸ κ̓ πόδας. Rem non minimam aggredimur, ſed in omni corpore legum effuſam: tam ſuper rei vxoriæ actione, quam ex ſtipulatu, earum communiones & differentias tollentes, & in vnũ tramitem ex ſtipulatu actionis totum rei vxoriæ ius, quod dignum eſſe cenſemus, concludentes. Rei vxoriæ itaque actione ſublata, ſancimus omnes dotes per ex ſtipulatu actionem exigi, ſiue ſcripta fuerit, ſiue non: vt intelligatur te ipſa facta ſtipulatio. Eodemque modo & ſi inutiliter facta eſt ſtipulatio. Adiuuari enim eam magis quam euaneſcere oportet. Si enim cum ſimul in inſtrumẽto ſtipulatio valida inueniatur, aliis etiam inutilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinẽ: quare non ex noſtra lege huiuſmodi ſtipulationibus robur accedat legitimum? Eſt enim conſentaneum nobis, qui cenſemus vbi ſubiecta ſtipulatio non eſt, intelligi eam fuiſſe adhibitam, multo magis etiam ſi inutilis eſt, validam eam effici. Et vt perfectius dotibus ſubueniamus: quemadmodum in admi-

niſtratione

Digitized by Google

niſtratione pupillarium rerum, & in aliis multis iuris articulis, tacitas hypothecas ineſſe accipimus: ita etiam in hac actione damus ex vtraque parte hypothecas, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote danda, vel rebus dotalibus euictis. ſiue ipſæ principales perſonæ dotes dederint, vel promiſerint, vel ſuſceperint, ſiue aliæ pro his perſonæ: & dos ſiue aduentitia, ſiue profectitia ſit ſecundum veteris iuris nominationem. Ita enim & imperitia hominum & ruſticitas nihil eis poterit afferre præiudicii: cum nos illis ignorantibus & neſcientibus in hoc caſu noſtram induxerimus prouidentiam. Si enim & ſtipulationes & hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur, & inutiles ſtipulationes emendantur: ſic & in poſterum cauſa inuenietur valida & perfecta, quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis à iuris prudentiſſimis viris confectis.

d Locum habet regula, quoties in vno contractu in duos caſus concipitur ſtipulatio, quorum vnus quidem erat vtilis, alter vero inutilis: vt cum non valerent poſt mortem ſtipulationes; ſi quis ſic fuerit ſtipulatus, Promittis mihi dare poſt duos annos, ſiue viuo, ſiue morior: vtilis quidem eſt qui dicit, Si uiuo: inutilis autem qui dicit, Si morior: & valebant duæ ſtipulationes. Si ergo, inquit, ex natura ſtipulationis ex vtili caſu ſuccurritur inutili: multo magis debet etiam conſtitutio inutilem confirmare ſtipulationem, quæ eam etiam quæ omnino non eſt facta, admittit tanquam factam.

e Quid enim? Duo conſenſerunt vt tutores, quorum alter quidem erat tutor, alter vero non erat propter veri tutoris auctoritatem confirmatur id quod eſt actum: & non obligatur falſus: vt lib. 38. tit. 6. cap. 1. them. 1.

§.1 ¶ [a] Sint autem tacitę quoq; hypothecæ in dote, ſicut etiam in tutela, (vt in fiſco & curatore) & in aliis caſibus tacitæ competunt hypothecæ: vt ſic & bona mulieris ſint pignori obligata marito in dotem quam promiſit, & bona mariti mulieri ad reddendam. Hæc autem ſeruentur, ſiue [b] ipſa mulier dedit dotem, aut alius pro ea, ſiue maritus accepit dotem, aut alius pro eo, ſiue dos data fuerat à patre, ſiue ab extraneo. Quare etiam ſi propter ruſticitatem aut imperitiam non facta fuerit ſtipulatio aut hypotheca, ea tacite competat. Hæc autem obſeruentur, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis dos data fuit aut promiſſa. Quære lib. 25 tit. 5. cap. vlt.

a THEODORI. Maritus quidem habet tacitam hypothecam in iis quæ ei data ſunt in dotem. Mulier autem habet ſimiliter in eis reuera tacitam hypothecam, etiam ſi alteri pro ea dotem dederit. Memento 29. conſt. 11. tit. huius lib. vbi didiciſti quod mulier habet hypothecam etiam in iis quæ ſunt extra dotem. Sed ſcias quod finis propoſitæ conſt. dicit mulierem poſſe renunciare iis quæ ſibi competunt hypothecis. Memento 21. con. tit. 21. lib. 4. Lege etiam lib. 8. tit. 15. conſt. 1. & ſcies quod poteſt etiam quis vendere ſibi competentem hypothecam.

IOHANNIS. Quæſtio. Nunquid autem quemadmodum præfertur mulier etiam prioribus in hypotheca creditoribus, præfertur etiam in tacita hypotheca eius qui dotem promiſit? Sol. Lege lib. 28. tit. 8. cap. 47. them. 2. & huius tit. cap. 72. th. 1.

§.2 ¶ [a] Illud quoque obſeruetur, vt & ſi ſtipulatio eſt ſemper eorum quę ſunt † coacta, ipſa tamen quæ in dote facta eſt ſtipulatio, vel videtur facta fuiſſe, ſit bona fide. († ſtricti iuris.) Habeat autem omnia iura ex actione quæ dotem exigit. Et primum dicamus quænam habuit ab initio, & quænam nunc acquiſiuit. (Quære adſcriptionem cap. 86. De rei vxor. actione.)

§.3 ¶ Ante [b] omnia ergo ſi maritus dotem debens mulieri, ei legatum reliquerit: in dote quidem recipienda, neceſſe habebat mulier vel dotem nunc quęſitam accipere, vel legatum. In actione autem quæ dotem exigit, duo poterat mulier accipere, niſi maritus dixiſſet ſpecialiter, quod pro dote ei reliquit [c] legatum.

a THEODORI. De dote actio ex ſtipulatu eſt bonæ fidei, & competit hęredibus. Memento 25. conſt. huius lib.

b Olim ſi maritus decedens mulieri legatum reliquerat, vel eam hæredem ſcripſerat, neceſſe habebat vel dotem accipere, vel quod relictum fuerat à marito: niſi maritus expreſſe iuſſiſſet eam vtrunq; accipere. Hodie autem accipit vtrunq;, niſi maritus expreſſe iuſſerit eam vnum accipere. Ex contrariis enim præſumptionem induxit conſtitutio.

c In conſt. latifundio additur iis quæ dicta ſunt. Rurſus decedens mulier, ſi ſtipulata quidem fuit ſine mora, non tranſmiſit rei vxoriæ actionem. Similiter ex ſtipulatu retentio, ſi non ſubiecta fuerat rei vxorię ſtipulatio. Habeat ergo hęc quoque hodie actio ex ſtipulatu, nulla retentione facta, neque ob mores, cum conſtitutiones aliqua alia iubeant de malis vxorum moribus. neque ob res donatas cum liceat donatori vel res quæ extant vendicare per actionem in rem, vel quę non extant, per vtilem in rem, vel repetere per condictionem. Sed neque ob res amotas eſt neceſſaria: eſt enim actio rerum amotarum: & quę ſequuntur, vt in Baſilico.

Digitized by Google

Theod. Retentio hodie non eſt in dote. ne tibi ergo videatur repugnare 29. conſtit. 12. tit. huius lib. Ponit enim maritum redactum ad inopiam conſtante matrimonio. lege 3. conſtit. ſeq. 14. tit. Et alioqui præſens quidem conſtit. loquitur de impenſis, dicta autem 3. conſt. ſeq. tit. loquitur de repetitione dotis. Neceſſariæ impenſæ minuunt dotem ſcilicet ipſo iure. Vtiles vero impenſæ petuntur per actionem mandati, ſi factæ ſunt voluntate mulieris. alioqui petuntur per actionem negotiorum geſtorum. Voluntariæ autē petuntur ſalua ſuperficie. Muliere decedente in matrimonio nihil lucratur maritus niſi in caſus. Scis enim maritum poſſe paciſci vt lucretur vniuerſam dotem, vt dicit 6. conſtit. ſeq. 4. tit. Sin autem pactum non fecit: nihil omnino lucratur maritus, niſi eſſet mulier indotata. tūc enim lucratur quartam partem bonorum mulieris. lege 14. conſtit. tit. 17. huius libri, etiam ſi loquatur de repudio. Sed ſcias quod nec ſeruatur quod dictum eſt de 4. parte, quod attinet ad partem mariti. Ne te enim lateat 22. & 117. nouella. Nota ergo quod hic dictum eſt, propter id quod à contrario ſenſu ſcriptum eſt in 5. conſtit. 18. tit. lib. propoſiti. & lege 13. conſtit. eiuſdem 18. tit lib. propoſiti. & lege 18. conſtit. eiuſdem tit. 18. Maritus in quantum facere poteſt condemnatur mulieri, niſi dolum fecerit. Similiter dicit 24. conſtit. 12. tit. & 8 conſtit. tit. 14. lib. propoſiti. Similiter dicit etiam nouella. A marito ſimul atque ſolutum fuit matrimonium, repetuntur res dotis immobiles. & ſi moram fecerit, dat earum fructus & reditus: mobilia autem & ſe mouentia petuntur intra annum. Anno autem elapſo ſi eas non dederit, pro eis ſoluit vſuras ex tertia parte centeſimæ. Similiter dicit 22. Nouella Memento autem 31. conſtit. 12. tit. præcedentis, qui quædam dicit ſimilia de marito cui non fuit impleta dos promiſſa. Lege nouellas quæ loquuntur de dotalibus. Sicut reliqua debita hæreditatis, ita dos quoque deducitur, & tunc retinetur Falcidia. lege autem lib. 6. tit. 8. conſtit. & diſces de Falcidia. Partus & operæ ſeruorum inæſtimatorum & ancillarum pertinent ad mulierem: & quæcunque inuenerint, ei acquirunt præter ea quæ acquiruntur ex re mariti. Omnis autem fœtus pecorum, & omnis fructus pertinet ad maritum, etiam in inæſtimatis. In aliis autem æſtimatis omne lucrum, & damnum ſpectat ad maritum, quoniam eſt in iis inſtar emptoris. Memēto 10. & 20. conſtit. 12. tit. lib. propoſiti. Præcipuam accipit dotem ſuæ vxoris filius qui eſt ex parte heres patris eius qui eam accepit. Similiter lib. 5. tit. 36. conſtit. 2. Si pater qui dedit dotem pro filia ſua emancipata, eam exhæredauerit: ei competit dotis redditio, ſi hoc ſit ſtipulatus, ſecundum 6. conſtit. 12. tit. huius lib. Memento autem 31. conſtit. eiuſdem dicti 12. tit. Si filia repetit dotem quam viuus pater pro ea dedit, computatur ipſi in illam partem quæ illi obtigit ex illius hereditate. Cogitur enim conferre non ſolum ab inteſtato, ſed etiam facto teſtamēto, ſecundū 18. nouellam. Lege etiam nouellam, & diſces quæ dicuntur de dotis repetitione. Non ſolum non alienat maritus dotem non æſtimatam, ſed nec pignori obligat, etiam ſi ei cōſenſerit mulier: videlicet, niſi renuntiarit mulier Senatuſconſulto interceſſionis. & inuentus fuerit maritus locuples, vt aliunde ei ſatisfaciat ſecundum nouellam obſeruationem. Nam vt didiciſti ne alienare quidem poteſt mulier id quod dedit in dotem, ſecundum 23. conſtit. tit. 12. lege etiam 1. conſtit. 23. tit. huius libri. Seruari debent pacta conuenta de redditione dotis, niſi repugnent legi vel conſtitutioni. lege 9. & 10. conſtit. ſequentis tit. 14. quinetiam nouellam 22. & nouellam 97.

[a] ¶ Ceſſet autem propter filios quoque dotis retentio: neque enim ex dote filios ali oportet, ſed à ſuis patribus. Ne quærant enim mariti cauſas dicendi aduerſus vxores ad retinendam dotis partem propter filios: cum ſi cauſam dederit mulier, à [b] tota dote excidat. Quinetiam propter impenſas ne ſit amplius retentio. Nam ſi ſunt quidem neceſſariæ, ipſo iure dos minuitur. Si vero quæ † dotem faciunt meliorem: ſi mulieris quidem voluntate factæ ſunt, eſt [c] mandatum. Sin autem præter eius voluntatem: ſi ſunt quidē vtiles, actio quæ datur propter id quod geſtū eſt ex eius animi ſententia. Si vero quæ ſunt ad voluptatem, ſiue ſint vtiles, ſiue præter [d] eius animi ſententiam: maritus aufert ea quæ poſuit, [e] abſque eo quod lædat priorem rei ſpeciem.

Quære li. 4. lib. 42. tit. 1. cap. 35. & 36. Quære lib. 28. tit. 10. cap. 5.

§5. poſt pr.

† vtiles.

a Ex τοῦ κζ´ τίτλ. Maneat in ex ſtipulatu actione ius rei vxoriæ ad hæreditatem, & ſine mora tranſmiſſionis incorruptum. ſileant in ea retētionum nugæ. Quid enim opus eſt inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex conſtitutionibus introducto? Vel ex qua cauſa ob res donatas retentio introducatur, cum ſit donatori facultas, per actionem in rem directam, vel per vtilem, vel per condictionem ſuo iure mederi? Sed nec retētio ob res ſurreptas neceſſaria eſt, cum pateat omnibus rerum amotarum actio. Sileat ob liberos, id eſt propter filios, retentio, cum ipſe naturalis ſtimulus patres ad liberorum ſuorum educationem hortetur ne varium genus delictorum mariti contra vxores excogitent, vt poſſint eadem retētione contra eas vti: cum etiam imperialibus conſtitutionibus ſtatutum ſit, ſi culpa mulieris ſolutum fuerit matrimonium, quid fieri oporteat.

b Hoc dicit 8. conſtit. tit. 13. huius lib. quæ iubet vt ſi mulier probetur digna quę repudietur ex cauſis poſitis in illa conſtit. ea à dote excidat. Olim autem ſi culpa mulieris ſolutum fuerat matrimonium, dabatur ſexta pars pro ſingulis filiis vſque ad tres filios: & culpæ vxoris erāt enumeratæ legibus. hoc ergo hic dicit, quod ſi non ſit retentio, non amplius quærunt mariti culpas vxorum.

c Sic habet

Digitized by Google

c Sic habet τὸ κατ' πόδας. Si quidem mulieris voluntas intercedat, mandati actio à noſtra auctoritate marito contra vxorem concedatur. Dicit autem, hæc verba exponens Thalelæus: Quoniam enim maritus eſt dominus rerum dotalium, & in ſua impendit: quomodo poteſt eſſe mandati actio ex iis quæ facit in res ſuas? Propterea tanquam ex ſua auctoritate hoc dicit conſt.

d Hoc eſt nouum. Semper enim dicimus, id quod eſt inutile, fieri vtile, conſenſu eius qui eſt res accepturus.

e Ita cognouimus etiam in ſpeciali petitione hæreditatis, de eo qui impendit in res alienas.

§. 4. & 6 [a] ¶ Nulla ergo retentio opponitur ei quæ dotem repetit actioni, quemadmodum prius dixi: ſed etiam tranſmittatur ad hæredes, ſiue

§. 7 mora facta eſt, ſiue non. ¶ Quoniam autem actio quidem quæ dotem repetit, ſtatim repetit omnem dotem: de receptione autem dotis actio, ea quæ ponderantur, & quæ numerantur, & quæ cadunt ſub menſuram, per tres annos exigit: & nec mouebatur quidem in ſolidum, ſed in quantum poterat facere: ea etiam quæ dotem repetit actio, hodie in tantum moueatur quantum facere poteſt [b] maritus. Exponat autem

v. exactio. mulieri cautionẽ, quod ſi acquiſierit, ei ſoluet. ¶ Dotis autem repetitio neque fiat per tres annos, vt in dotis receptione, neque ſtatim: ſed intra annum [c] ſoluantur quæ ponderantur, vel quæ cadunt ſub menſu-

v. fin autẽ. ram. Res autem reliquę † ſtatim ſoluantur. ¶ Si autem differat ſoluere

† quę ſunt immobiles. maritus ſtatim, vel decurſo anni ſpatio ea quæ ſolui debent: & pro mobilibus ab eo petuntur vſuræ, & fructus immobilium à tempore ſoluti matrimonii, & domorum penſiones, & nauium vecturę, & quiuis alius

§. 8 [d] fructus. ¶ Si † autem mulier quoque cui dos debetur à marito, ab eo fuerit hęres inſtituta: prius accipiat debitum: & tunc ex puris bonis de-

§. 9 trahat Falcidiam. ¶ In [e] vtraque autem actione, ancillarum inæſtimatarum partus, & acquiſitiones ſeruorum dotalium, præter id quod acquirunt ex re mariti vel ex ſuis operis, pertinent ad mulierem. [f] Fœtus autem animalium, & fructus agrorum, ad maritum, quandiu conſtat matrimonium. Soluto autem matrimonio ad mulierem. Rerum autem æſtimatarum etiam ſoluto matrimonio, maritus fructus accipit tanquam emptor.

† Ius illud intellige, vbi decedens maritus vxore inſtituta hærede, vt ſi quis repetat legata, & dicat locum eſſe Falcidiæ, computantur bona, & deductis debitis accipit primum tanquam ex debito dotem, & tunc tanquam ex hæreditate Falcidiam. Quære lib. 28 tit. 8. c. 63. & 6

a Ex τῶν κατ' πόδας. Sic enim omnium retentionum ſolutu facilis erit quæſtio, & ex ſtipulatu actio ſecundum ſuam naturam nullam recipiet retentionem. Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſeruato, vt ſi deceſſerit mulier conſtante matrimonio: dos non in lucrum mariti cedat, niſi ex quibuſdam pactionibus: ſed ad mulieris hæredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſuam naturam tranſmittatur: ſiue expreſſ fuerit ſtipulatio, ſiue ex hac lege eſſe intelligatur.

b Additur in τῷ κατ' πόδας. Niſi dolo bona ſua diminuerit. Id autem exponens dicit Thalelæus, Non ergo ei imputatur, ſi per dolum non acquiſierit, ſed ſi per dolum poſſidere deſierit. Sic enim didicimus etiam in ſociis. tit. de Societate.

c Τὸ κατ' πόδας habet, Mobiles, vel ſe mouentes & incorporales. Dicit autem Thalelæus, Hoc eſt mirum de incorporalibus.

d Vt mercedes iumentorum, operæ ſeruorum, reditus ciuilium annonarum, & quæ ſunt his ſimilia.

e Ex τῶν κατ' πόδας. Cumq; ex ſtipulatu actio, in his caſibus quos enumerauimus, propriam naturam habeat, neceſſarium eſt in ſecundo tractatu ea exponere quæ ſunt communia vtriuſque actionis, quæ oportet deduci ad ſolam actionem ex ſtipulatu: vel propria quidem rei vxoriæ actionis. illinc autem actioni ex ſtipulatu ſunt accommodanda.

f Ex τῶν κατ' πόδας. Fœtus autem brutorum animalium, & omnia quę fructuum nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant tempore matrimonii, ſiue æſtimata ſiue non æſtimata ſint. Sed & nouiſſimi anni in quo ſolutum fuit matrimonium, fructus pro rata portione temporis vtriq; parti debet aſſignari, commune vtriuſq; actionis eſt ſcil. in rebus inæſtimatis. æſtimatarum enim rerum maritus quaſi emptor & lucrum habeat, & damnum ſubeat, & periculũ expectet. Cum ita habeat τὸ κατ' πόδας, dicit Thalelæus in illud, Pro rata portione temporis. Factę forte ſunt nuptię menſe Septembri. & pręterierunt duodecim anni (Annos autem mihi intellige qui ſunt duodecim menſiũ à conſtitutione matrimonii) accidit autem vt anno 11. ſolueretur matrimonium menſe Aprili, adeo vt omnes menſes matrimonii ſint ducenti viginti octo: accipit maritus fructus decem annorum: & à menſe 221. computatis aliis 8. menſibus, accipit duas partes fructuum illius anni.

Digitized by Google

[a] ¶ Rurſus ſi pater pro ſuo filio dote accepta deceſſit filio inſtituto hęrede, & aliis hęredibus: filius præcipuam accipit dotem: aut ſi pro nepote dotem auus accepit, pater nepotis pręcipuam accipit dotem ſuæ nurus, præbens cautionem quod defendet hęredes. ¶ Hæc erant communia receptionis dotis, & actionis quæ dotem repetit: quæ [b] autem deinceps ſequuntur, ſunt ſpecialia receptionis dotis, §.10 §.11

a Aliud caput quod didiciſti in tit. familiæ herciſcundæ: vt ſi pater deceſſerit qui dotem ſuſceperat, filius eam accipiens præcipuam, caueat ſe defenſurum eſſe hæredes, ſi contigerit eos conueniri de dote.

b Ex τῶ κζ' νόμ. Videamus igitur, ex quali incremento ei de rei vxoriæ actione accedente, formare decet actionem ex ſtipulatu. Cumq; iuris certi atque indubitati ſit, ſi qui eſt ex prole maſculina aſcendens, dote pro filia aut nepte præſtita, emancipauerit eam, in rei vxoriæ actione dotem omni modo ad mulierem pertinere, etiamſi fuerit exhæredata: (quod non erat in ex ſtipulatu actione: ibi etenim velut aliæ actiones, in omnes hæredes actio diuiditur) æquum nobis viſum eſt, & in ex ſtipulatu actione mulierem dotem ſuam præcipuam accipere, etſi emancipata vel exhæredata ſit, vel cum aliis hæredibus ſcripta. Quo à nobis recepto, & aliæ multæ ſpecies manifeſtum accipiunt exitum: cum dos poſſit de inofficioſo teſtamento actionem excludere, maxime ſi ſufficiat ad quartam, & in collationem ferri ſi inteſtatus paterfamilias deceſſerit, & teſtamento facto, quando hoc teſtator dixerit. Quæ omnia ex ſtipulatu actio à rei vxoriæ actione accipit Accedit ei & alia ſpecies ab rei vxoriæ actione. Siquando etenim extraneus dotem dabat, nulla ſtipulatione vel pacto pro reſtitutione eius in ſuam perſonam facto, quæcunque ea fuerat: mulier habebat rei vxoriæ actionem quod olim in ex ſtipulatu actione non erat. Stipulatione autem facta vel pacto interpoſito, is qui ſtipulatus vel qui pactus fuerat, habebat actionem ex ſtipulatu, vel præſcriptis verbis ciuilem actionem. In præſenti autem non ſic volumus, ſed ſi non ſpecialiter extraneus dotem dando, in ſuam perſonam dotem ſtipulatus ſit, vel pactum fecerit: tunc præſumatur mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe, vt ei dos ex huiuſmodi caſu accedat. Neq; enim in hac ſpecie volumus videri extraneum tacitam ſtipulationem feciſſe: ne quod pro mulieribus introduximus, hoc aduerſus eas conuertatur. Imo magis in huiuſmodi dotibus quæ ab extraneis dantur vel promittuntur, ipſa mulier feciſſe videatur tacitam ſtipulationem: niſi expreſſim extraneus ſibi dotem reddi pactus fuerit vel ſtipulatus: cum donaſſe magis mulieri, quam ſibi aliquod ius ſeruaſſe non ſtipulando videatur. Extraneum autem intelligimus omnem citra parentes per virilem ſexum aſcendentes, & in poteſtate dotatam perſonam habentes. Patri enim tacitam ex ſtipulatu actionem damus. Et hoc ex rei vxoriæ actione ſimili modo ex ſtipulatu actioni præbemus. Siquando etenim poſt diſſolutum matrimonium dos à patre eius petebatur: ſi quidem rei vxoriæ erat actio: non poterat ſolus pater ſine conſenſu filiæ ſuæ agere: & ſi necdum actione mota deceſſerat: & ſi lis conteſtata eſſet, ad filiam quaſi proprium patrimonium dos reuertebatur: quod non erat in ex ſtipulatu actione: ibi enim & ſolus habebat actionem, conſenſu filiæ non expectato: & ſi decedebat, ad ſuos hæredes tranſmittebat. Sed rei vxoriæ ius in ex ſtipulatu actionem transferre, valde pium, valde humanum, valde vtile matrimoniis eſt.

¶ Cum pater aut auus dotauerint filiam aut neptem, filia habet exactionem: & ei computatur in tertiam partem querelæ de teſtamento: & ab ea confertur in diuiſione bonorum paternorum, ſiue deceſſit inteſtatus, ſiue teſtatus non expreſſe iuſſit non fieri collationem. ¶ Similiter ſi dotauerit extraneus, & non ſtipulatus nec pactus ſit dotem recipere: mulier habet repetionem dotis. Illo enim non ſtipulante aut paciſcente, mulier videtur ſtipulari. Neq; enim videtur extraneus tacite ſtipulari. [b] Extraneum autem mihi intellige quanuis perſonam præter eos qui aſcendunt ex genere maſculino, & eam quæ dotatur habent in poteſtate. Ii enim videntur tacite ſtipulari, quoniam olim quoque tacite habebant dotis receptionem. ¶ Rurſus ſi viua muliere ſolutum fuerit matrimonium, ipſa habet actionem de repetitione dotis. ¶ Lex [b] (Iulia) quæ iubet non vendi dotalem fundum (id eſt inæſtimatum) contra voluntatem mulieris, nec dari pignori licet mulier [c] conſentiat, locum habet non ſolum in fundis Italicis, ſed etiam in prouincialibus. Et prohibita fuit eius alienatio, primum quidem, quoniam non recte alienat id quod eſt datum pignori: & alio- §.12 §.13 §.14 §.15

Quære huius lib. tit. 7. & lib. 19 tit. 8. cap. 65.

qui

qui etiam propter legis prohibitionem: adeo vt ne muliere quidem cõſentiente fiat alienatio. Licet enim Anaſtaſii iubeat conſtitutio, vt poſſit mulier, marito rem vendente, ei conſentire, & renunciare iuri dotis: illa tamen locum habet in rebus quæ pertinent ad maritum, vel dotalibus æſtimatis. In fundo autem inæſtimato nihil læditur mulier ex conſenſu.

§. 16. ſeu vlt. ¶ [d] Omnia autem pacta quę fiunt propter dotem, non contra leges, valeant, niſi diuortio ſolutum fuerit matrimonium. Si enim factum fuerit [e] diuortium: neceſſe eſt ſecundum conſtitutiones vel maritum lucrari dotem, vel mulierem donationem ante nuptias: niſi communi conſenſu [f] ſoluerint matrimonium: tunc enim ſeruantur pacta. Quæcunq; autem priuilegia dos habebat, ſeu ex legibus, ſeu ex conſtitutionibus, ea quoq; habeat quæ dotem repetit actio.

a Tacitam ſtipulationem excogitauit conſtitutio ad auxilium mulierum. Si videatur ergo extraneus tacite ſtipulari: læditur mulier, cum poſſit extraneus repetere. Niſi enim tacita excogitata fuiſſet ſtipulatio, ipſa dotem perſequeretur, cum ille in ſuam perſonam nihil eſſet ſtipulatus.

b Hæc quidem de actione ex ſtipulatu, & rei vxoriæ actione. Deinceps aliam legem infert conſtit.

c Habet quidem, inquit, ſufficiens auxilium, tacitarum ſcilicet hypothecarum. Sed tamen ſic quoque non detur in hypothecam, ne conſentiente quidem muliere.

d Ex τῆς κβ' νεαρ. Illud etiam generaliter præſenti addere conſtitutioni, neceſſarium eſſe duximus vt ſi quæ pacta facta ſint vel de reſtitutione dotis vel de tempore, vel de vſuris, vel de quauis alia cauſa quæ nec legibus ſunt contraria, nec conſtitutionibus, ea obſeruentur. Si autem repudio matrimonium fuerit diſſolutum: omnia iura quæ ex Theodoſii vel ex noſtra conſtitutione deſcẽdunt immutilata cuſtodiantur. Similiter autem & quæ Anaſtaſii lege de iis qui bona gratia ſeparantur conſtituta ſunt firma illibataque permaneant: & generaliter quicquid diuinis conſtitutionibus, vel libris prudentium prius dictum eſt, quod non contrarium huic legi inueniatur, & hoc in ſua maneat firmitate. & ex ſtipulatu actioni addatur, licet in re vxoria tractatum eſt.

e In fine 8. conſt. tit. 17. huius libri inueniemus, quod repudio ſoluto matrimonio culpa viri aut mulieris, nullum pactum eſt validum.

f Dicit enim Anaſtaſii conſt. quod ſi conſenſu miſſum fuerit repudium tam viri quam mulieris, non cogatur mulier quinquennium manere innupta. Si autem inique miſit repudium.

Deſunt nonnulla.

Titulus II.

De augmento dotis & donationis ante nuptias, & earum priuilegiis.

Novella XCVII. Cap. I.

Nov. 97. c. 1. in pr. ALIQVID aliud eorum quæ in matrimonialibus fiunt dationibus, & ſpectauimus & conſiderauimus, de augmento inquam. Quoniam enim & ab iis qui nõ præceſſerunt legiſlatoribus, & à nobis ipſis de augmentis dictum eſt, multa autẽ, nec ea numerabilia, in iis olim philoſophati ſumus, tollentes quæ à nonnullis excogitabantur circunſcriptiones, & volẽtes puram ſeruare iuſtitiã, illud quoque corrigimus. v. priuileg ¶ Dedimus enim priuilegium dotibus, vt aduerſus antiquiores hypothecas iura habeant potiora, nimirum quod qui contrahebant cum maritis, ſecuti ſunt fidem eorum facultatum, non autem mulierum, quæ forte nondum erant coniunctæ iis qui antea contrahebant. Dedimus autem facultatem (eſt quidem id antiquum) etiam augmenta faciendi, & marito permittentes & mulieri, ſeu ambo Quære lib. 15. tit. 5. cap. 98.

Digitized by Google

vellent,ſeu alteruter eorum,faciendi augmentum.

¶ Primum quidem illud ſancimus,ne fiat aliqua circunſcriptio, ſi voluerit quidem augere dotem vel donationem propter nuptias, non licere alteri quidem hoc facere, alteri vero manere in prioribus: ſed vtrumque omnino facere augmentum: & non eſſe rem ſicut prius in arbitrio, ſed in neceſſitate,æqualis tamen omnino quantitatis: id quod dicit patris noſtri conſtitutio. ¶ Et ne contingat augmentum non fieri reuera, ſed ſimulatum, & maxime in parte mulieris, vt circunſcribat mariti creditores vtens priuilegio. Si habeant quidem vtrinque res immobiles: melius eſt incrementũ fieri in immobilibus, vt ſit manifeſtum & non controuerſum, quid eſſet quidem ab initio, quid autem poſtea acceſſerit. Sin autem non ſint vtrinq; res immobiles: mulierem quidem omnino facere augmentum per res immobiles: vt & dos & augmentum ſimiliter vndique habeat priuilegium aduerſus antiquiores creditores, cum ſcilicet augmentum non poſſit cadere in controuerſiam. Maritus autem faciat augmentum etiam in mobilibus: nullum enim damnum inde oritur. Si autem mulier bona non habens immobilia, augmentum ſcripſerit in mobilibus: ſciat ſe priuilegium non eſſe habituram, niſi in ſola dote priſtina, non etiam in augmento fortaſſe ſimulato. Quod enim ab initio factum eſt,eſt nulli penitus affine ſuſpicioni. Quod autem eſt poſtea artificioſe excogitatum,eo ipſo inducit captum conſilium aduerſus creditores: & lædi homines ex priuilegio à nobis dato dotibus,nullo modo volumus. Si mariti autem nullum ſit æs alienum, nec ſuſpicio circunſcribendorum creditorum: tunc & in pecuniis,& vt vult fiant ab eis augmenta:vtrinque tamen,& ſic facto augmento, & habente id quod eſt æquale,vt tueamur æqualitatem. Quænam enim circunſcriptionis fuerit ſuſpicio,cum maritus ſit nemini obnoxius,& propterea augmenta fiant nullo negotio? † His conſequens eſt illud quoque definire,de quo in huiuſmodi caſibus fuit controuerſia. Scimus antiquioribus etiã creditoribus quaſdam hypothecas, licet ſint recentiores,eſſe ſuperiores ex priuilegiis eis datis à legibus: vt quando quis ſua pecunia effecerit vt nauis vel ematur, vel domus forte ædificetur,vel fundus acquiratur, vel aliquid aliud In his enim omnibus ſunt potiores poſteriores creditores, quorum pecuniis res ſunt quæſitæ vel renouatæ,iis qui ſunt multo antiquiores. Quæſitum eſt ergo,ſi mulier prætendens in ueteri dote & augmento priuilegium, * quatenus ei ſeruatur priuilegium ſicut dictum eſt, deinde velit prioribus potior eſſe creditoribus:veniat autem alius quoque creditor,poſterior quidem,ſed qui prætendit pecuniis ſuis emptam eſſe vel acquiſitam vel nauem, vel domum,vel fundum,& cõuenire vt in his rebus ſuâ pecunia paratis vel acquiſitis, ipſe dictum habeat priuilegium, vtrum dotem his quoque præferri oporteat: an potiorem quidem eſſe aliis creditoribus qui non hæc prætendunt, his autem cedere, quoniam ex eorum bonis res fuit quæſita. Cum de his ergo multum conſultaſſemus,nõ inuenimus æquũ eſſe vt mulier cuiquam cederet his priuilegiis. Videbamus enim quod ex re naſcebatur abſurdum:nempe quod ex minus honeſto quidem loco natis

v primũ.

v.& ne.

cap. 5.

Quære lib. 13 tit.4 cap. 3. πρωτοτυπία.

Digitized by Google

co natis mulieribus ex ſuo corpore redit quæſtus, & ex eo viuunt: iis autem quæ bene ſunt educatæ, ſeque & bona ſua in domum mariti deduxerunt, non ſolum nullus redit quæſtus à maritis male ſe gerentibus, ſed etiam detrimentum patiantur: neque illa eſt eis ſpes reliqua. Quamobrem ſecundum hæc volumus, vt ſi quis alterius pecuniis viſus ſit agrũ emiſſe, vel domum renouaſſe, vel etiam prædium comparaſſe, eiuſmodi priuilegia non poſſe opponi mulieribus. Nam humani quidem ſexus imbecillitatem valde nouimus, & quã facile in eas fiant circunſcriptiones: eis vero dotem minui nullo modo concedimus: cum ſatis ſit quod [b] lucra amittant, ſi inuenta ſit antiquior donatione ante nuptias: & ſatis ſit magnum damnum quod ex eo proficiſcitur, nolumus autem eas quoque de dote venire in periculum. Si inuenta ſit antiquior donatione ante nuptias. ἢγα προγαμιαίας τῆς προγάμου δωρεᾶς ἰσχυρότερα. Holoandri exemplar habet. ἢγα προγαμιαίας ἐστὶν τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ὑπερβαῖν.

Deſunt duo folia.

a THEOD Augmenta dotium & donationum ante nuptias, debent eſſe æqualia: ſed ſciendum eſt quod ſi augmentum factum fuerit in rebus mobilibus, non habet mulier in ipſo eadem priuilegia quæ habet in prima quantitate. Sed ſi dotis augmentum fuerit in immobilibus, habet mulier eadem iura etiam in eodem, etiamſi ſed mariti eius creditores. Nota conſtit. eſt enim ius nouum. Lege itaq; 5. lib. Cod. tit. 3. conſt. 19. & 20.

† Dos præfertur iis etiam qui credunt pecuniam ad emendam rem aliquam etiamſi habeant priuilegium. Lege lib 8. Cod. tit. 17. conſt. 12. Quære huius operis lib. 25. tit. 5. cap. 40. & lib. 22. tit. 1. cap 44. & lib. 26. tit. 1. cap. 44. Quære etiam lib. 5. cap. 12. 13 & 16.

* In 19. & 20. conſt. 3. tit. lib. 5. Cod. Aſſumptus eſt autem hic tit. in lib. 32. Baſilici, tit. 3. Prætermiſſæ ſunt autem hæ conſtitutiones, quod vt arbitror, hæc nouella ſufficeret.

b Non præfertur mulier prioribus creditoribus in donatione ante nuptias. Sciendum eſt autem ſcriptum eſſe in lib. 8. Cod. tit. 17. conſt. 12. quod mulier non habet hypothecam in donatione ante nuptias. Licet mulier cui dos debetur, præferatur omnino creditoribus mariti: ſi quis tamen pecuniam crediderit ad hoc vt maritus vel filii eius militent, & in ſcriptis conuenerit vt ipſe ſit potior dote: caſu aliquo procedente, is doti præfertur. Sed ſcias non poſſe fieri aliquod eiuſmodi pactum, niſi ſit propoſita militi. Memento nouellæ 53. & lege nouellam 106.

PROOEMIVM NOVELLÆ.

NON numeratæ quoque pecuniæ exceptiones, quæ opponebantur in quibuſdam caſibus, non inexcuſſas leges noſtræ reliquerunt: ſed quod erat in eis longum & effuſum contraximus, ne ſua ſocordia vel improbitate, forte nimis negotiatorie, fruerentur homines, aliiſque negotia faceſſerent. Neque enim pares ſunt omnino probationes iis qui eas dare volunt: multas quoq; recuſat tempus. Quapropter recte facientes contraximus in quibuſdam caſibus querelas non numeratæ pecuniæ: quas quidem licet accipere ex iis quæ iam ſunt à nobis conſtituta. cuiuſmodi eſt id etiam quod in præſentia in dote facimus. Quoniam enim vniuerſum tempus matrimonii datum erat maritis dum conſtabat matrimonium, vt quererentur quod dotem non dediſſet: maius autem ſpacium quoq; fuit interiectum, vt etiam poſt mortem maritorum, ſicut poſt diuortium, intra annum darent querelam: propterea cenſuimus breui & compendioſa lege breuiorem efficere querelam de dote non numerata, & liberare mulierem à probatione in huiuſmodi rebus poſt longa tempora. Si igitur duobus annis ſolum, & cætera quæ deinceps ſequuntur, vt in Baſilico.

Titulus III.

De tempore non numeratæ dotalis pecuniæ.

NOVELLA C.

Non. 100. in pr. c. 1. in pt.

SANCIMVS [a] vt ſi duos quidem annos ſolum habitarit quis cũ vxore, aut etiã minus quã duos annos, & dotẽ nõ acceperit, ex ſilentio marito nulla fiat iniuria, neq; eius hæredibus, etiamſi ille ſiluerit: ſed intra alium annũ moueatur querela. Matrimonii enim breuitas nos

Digitized by Google

ad hanc legem ferendam inuitat. Si vero in tempus longius quam biennium, minus autem quam decennium, extenſum fuerit coniugium: cōcedimus marito vt queratur, & dicat nō oblatam fuiſſe ei dotem, ex parte, vel in ſolidum: & ſi hoc fecerit, vt tranſmittat querelam, cùm ſemel queſtus ſit maritus, & mulier ſe dediſſe non probauerit. ¶ Si autem intra decennium non fuerit conqueſtus: propter ſilentium mariti querelam tollimus, neque ei poſt decennium hoc facere concedentes, neq; annum amplius dantes eius hæredibus: ſitq; hoc non pœna aliquibus à nobis impoſita, ſed cura quā gerimus tollendæ ſubditorum noſtrorum negligentiæ. Cui enim licet tam longo, biennii inquam, tempore offerre querelam, ſi maluerit ſilere, aperte oſtendit ſe velle, vt etiam ſi eam dotem non acceperit, omnino eam dent eius hæredes. Iiſdem obſeruatis etiam ſi diuortio contigerit ſolui matrimonium: nobis nihil intereſſe volentibus, mulier ne conſcripſerit, vt quæ dotem obtulerit, an pater, aut aliquis alius: tempore, ſicut prius diximus, in omni eiuſmodi caſu ſuos oſtendente effectus, & querelam vel dante vel perimente. Conteſtationem autem dicimus, non quæ ſolis fit verbis. Sępe enim vel ira vel aliqua alia incidens occaſio, efficit vt maritus dicat quædam huiuſmodi: vel etiam ille quidem nihil dixit, redempti autem teſtes ea ementiuntur: ſed oportet in ſcriptis eſſe conteſtationem. Quod ſi etiam quis in iudicio eam forte facere voluerit: oportet eam omnino notam eſſe mulieri, aut ei omnino qui ſe dotem dare conſcripſit. Nam nihil eſt quod vetat maritum ipſum per ſe hoc facere, & conqueri, & partem quidem mulieris ignorare quod agitur: ſed oportet eum hoc quoque proſpicere, quod id nullo modo poſſit valere in eum qui quærelam aduerſus ſe factam fuiſſe neſcit. Vt igitur paucis complectar, intra biennium quidem vel morte vel diuortio ſoluto matrimonio, & ipſi marito licet queri de dote non numerata, & eius hæredi intra alterum annum. Si vero vltra biennium vſque ad decem annos extenſum fuerit matrimonium: marito damus querelam, & eius hęredi intra tres menſes. Si autem prę terierit decennium: tunc neque marito neque eius hæredibus eſt querela, hoc omnino tempore mulieri ſufficiente. Atque ſi [b] maritus quidem ſit minor ætate, nec ſit queſtus: tantum ei tempus damus ad reſtitutionem, vt duodecim annos non excedat à tempore contracti matrimonii. Scimus enim quod qui quamcitiſſime matrimonium contrahunt, non minores [c] quindecim illud ineunt. Quamobrem ſuperabit annum viceſimumquintum, & poterit intra annum viceſimumſeptimum queri de dote non numerata: eo autem defuncto intra dictum tempus, hæredes annum habent ad querelam. ¶ Si ſint autem ætate minores hæredes eius qui non eſt queſtus, ſiue is ſit maior ætate, ſiue minor: ſolum habeant quinquennium ad mouendam querelam de dote non numerata, tempore ſufficiente & non expectante tranſitum minorum temporum. Quod quidem nos ad præſentem legem commouit. Nam cum mulier quatuordecim annos iuncta fuiſſet matrimonio, poſt viceſimum annū à morte patris, abutens quidam minori ætate, contra matrem mouebat litem, non numeratę dotis rationem opponens poſt triceſimū & quartum annum matrimonii. Cui quidem nos iudicantes remedium attulimus:

Margin notes: §. 1 — cap. 1. in pr. — §. 1

Digitized by Google

limus: & propter has circunſtantias, minorum ętate tempus in quinquẽnium præſenti lege terminauimus: illo videlicet opponente non numeratę dotis querelam, qui ſcriptus ſit dotem ſuſcepiſſe, & ſuis temporibus, ſiue ſit perfectę ętatis, negotio iudicando. Obſeruanda autem lege in futuris in poſterum. Nam in conſtantibus, ſi reliquum quidem ſit decennium, aut non minus biennio: habeat hoc tempus ad querelam de dote non numerata, quæ etiam ei dat tranſmiſſionem. Sinautem vel minus biennio ei tempus eſt reliquum, vel etiam exceſſit vniuerſum tempus decennii: tunc ipſis quidem damus biennium ad proponendam querelam de dote non numerata: hęredibus autem eorum, poſt ſolutum matrimoniũ intra tres menſes: vt per omnia eis quod iuſtum eſt ſeruemus.

[a] THEODORI. Si intra duos annos ſolutum fuerit matrimonium quouis modo, tunc querela de dote non numerata competit marito & eius hæredibus intra tres annos, hoc eſt quandiu conſiſtir matrimonium, & deinde ſoluto matrimonio vſque ad alium annum Si vero plus quam ad biennium quidem, minus autem quam ad decennium extenſum, poſtea ſolutum fuerit matrimonium tunc intra decem annos marito competit dicta exceptio. Quinetiam eius hæredibus datur ex tranſmiſſione, ſed intra menſes poſt illos decem annos ſcilicet. Sinautem plus quam decem annos conſtiterit matrimonium, & de numeratione dotis nihil actum ſit: tollitur omnino exceptio dotis non ſolutæ neque datur hæredibus mariti lege lib. 4. Cod. tit. 30. conſt. 5. & lib. 5. tit. 15. cõſt. 3 & ſcias quod quæ illic dicta ſunt, abrogata ſunt à dotali nouella conſtitutione.

[b] THEOD In viro minori ætate competit dotis non ſolutæ querela, intra duodecim annos qui numerantur tempore matrimonii, non autem poſt eius ſolutionem. Sciendum eſt autem, quod etiam poſt viginti annos datur eius hæredi eadem exceptio ad alium annum quando ipſe maritus deceſſerit intra annos matrimonii, & nec eius hæredes erant ætate minores. Nam ſi hæres inuentus fuerit minor, tunc præter duodecim annos habet etiam alios quinque: etiam ſi is qui deceſſit, erat plenę ætatis. Nota differentiam de minoribus, & aduerte quod à tempore nuptiarum, & non poſt ſolutum matrimonium computantur tempora querelæ dotis non ſolutæ. Et dictum eſt in 5. lib. Cod. tit. 12. conſt. 1. & lib. 7. tit. 9. conſt 7. quod tempora actionis de dote, non numerantur à conſtitutione, ſed à ſolutione matrimonii.

[c] THEOD. Quæ dicta ſunt, obſeruantur ſoluto matrimonio. Nam conſtante matrimonio, ſi reſtat quidem decennium, tunc habet maritus non minus quam decennium ad querelam dotis non ſolutæ, quæ etiam tranſmittitur ad hęredes. Sinautem reſtat minus quam biennium, tunc maritus quidem habet biennium: hæredes aũt eius accipiunt tres ſolos menſes poſt ſolutionẽ matrimonii.

[illegible] puto legendum [illegible] id eſt ſolutis nuptiis.

Titulus IIII.

Vt donatio propter nuptias ſpecialis contractus ſit.

NOVELLA CXIX.

Nou. 119. VT [a] donatio propter nuptias ſit & iudicetur ſpecialis contractus, & non connumeretur cum aliis donationibus, per prꝑſentem legem ſancimus, quoniam pro ea tantundem dotis datur. ¶ Siue ergo apud actorũ monimenta inſinuata fuerit, ſiue non, iubemus vt ea per omnia ſuam obtineant firmitatem, quod attinet ad mulierem: ſiue ab ipſo marito, ſiue ab aliquo alio mulieri datur, ſiue cõſcribitur, ſiue etiam in perſonam viri fit donatio, vt res eaſdem in nuptialem conſcribat donationem. ¶ Et hęc obſeruari volumus, quantęcunque ſit quantitatis donatio, etiamſi non fuerit, ſicut dictum eſt, inſinuata, quod ad mulierem quidem attinet. SED quia ex ipſa rerum experientia inuenitur eſſe neceſſarium vt donationes ante nuptias actis inſinuentur, vt ſi inſtrumentorum exempla forte amittant, per acta ſint eis promptæ matrimonii contracti probationes.

v. ſiue.

v. & hoc.

a. 3.

Digitized by Google

Deſunt duo folia.

a Theodorit. Donatio ante nuptias eſt ſpecialis contractus. Et nota quod lex agnoſcit contractum donationem ante nuptias. Quãtæcunque autem ſit quantitatis donatio ante nuptias, valet, etiam ſi non fuerit inſinuata in actis. Lege lib. 5. Cod. tit. 3. conſt. 17. Quod autem hic dictum eſt, intellige in ſola parte mulieris. Nam quod attinet ad partem viri, id tollit nouella 117. Sed memento nouellæ 22. quæ dicit dotem eſſe librarum quadringentarum. Didiciſti autem alibi, quod dotes & donationes ante nuptias debent eſſe æquales.

Ex c. 26. Dig. De pactis dotalibus.

dotem: & naufragium fecerit mulier cum filio anniculo: [a] videtur infans deceſſiſſe ante matrem, & lucratur maritus. ¶ Vir [b] qui debebat retinere dotem nomine filiæ, per errorem non retinuit: filia quæ patris quidem fuit hæres in ſolidum, matris autem ex parte, in iudicio quod familiam & hæreditatem diuidit, dotem deducit. ¶ Si [c] conuenerit vt dotem reddat ſi non exiſtant filii: videtur maritus conueniſſe vt ſi ſint filii, ipſa retineatur. Trahitur autem pactum conuentum etiam ad [d] augmentum, niſi aliquid aliud placuerit.

l. 26. in pr. ff. de fundo dotali. §. 1 §. 2

Quære ca. 29. Lege c. 30, in quo non admiſit id quod ſumitur ex contrario ſenſu.

a Aduerſarius adducit filium anniculum nequaquam apparuiſſe ex pacto conuento poſt mortem mulieris. Et primo quidem aſpectu, neuter eorum ſe firmo ac rationi cõſentaneo iure tuetur. Quicquid enim alter eorum dixerit, eius audiet contrarium. Papinianus ergo attendens rei naturam & probabilem coniecturam, decidit id quod quæritur. Mihi enim, inquit, videtur veriſimile infantem periiſſe ante matrem: & ideo partem dotis, non autem totam dotem oporret maritum retinere. Quomodo autem videtur veriſimile filium deceſſiſſe ante matrem in naufragio? Quoniam eſt veriſimile, eam quidem, vt quę eſſet prudentior, & id quod cogitarat magis poſſet exequi, in periculo fuiſſe attentam, & arrepta tabula, vel aliquo alio ex iis quę erant in ſcapha inſtrumentis, aliquantulum reſtitiſſe cogitantem de ſalute: infantem autem, cum nihil horum poſſet cogitare, ſed nec ea quæ imminebant vtiq; ſentiret, ignorantem id quod accidebat, promptius ceſſiſſe interitui. Simile habes in tit. de religioſis, cap. 32.

Cyrilli. Si in naufragio perit mulier & infans anniculus: videtur infans prius mori. Quamobrem locus erit pacto conuento, ſi non exiſtant filii.

b Pater dotem dedit pro filia pactus vt ſi nata ei filia ſolueretur matrimonium, maritus dotem lucrifaceret. Nata ergo filia, diuortio ſolutum fuit matrimonium. pone autem mariti quoque & mulieris conſenſu fuiſſe miſſum repudii nuncium. Soluto ergo, vt dictum eſt, matrimonio vir per errorem diſcedens ſoluit dotem mulieri. Poſtea decedens filiam ſcripſit hæredem. Mater quoque decedens cum extraneo quodam filiam inſtituit hæredem. Conſtituto autem familiæ herciſcundę iudicio inter filiam & eius cohæredes, petebat filia dotem accipere præcipuam, quæ patri quidem ſuo competierat, per errorem autem ſoluta fuerat eius vxori, matri autem filiæ. Dicit Papinianus eam non perperam petere dotem ſibi dari præcipuam.

Cyrillus. Solui vxori meæ dotem indebitam: filia mea quæ ſola fuit hæres mea, matris autem cum Titio, dotem repetit à Titio per iudicium familiæ herciſcundæ.

c Pacto facto, argumentum ſumptum à contrario ſenſu, inducit alterum pactum. hoc autem diſces ex reſponſo. Veni ergo ad propoſitum. Pater dotem dedit pro filia, & pactus eſt vt dotem reciperet, ſi decederet filia ſine liberis. Dicit ergo Papinianus, quod qui hoc pactum fecerunt, videntur pactum feciſſe, vt ſi exiſtentibus filiis deceſſerit mulier, maritus lucretur dotem. Quod ſi etiam factum fuerit dotis additamentum, eadem obſeruantur pacta etiam in additione, dummodo pactum non factum ſit contrarium.

Cyrilli. Si in caſum non exiſtentium liberorum pater ſtipulatus fuerit dotem ſibi reddi: ſi extiterint liberi, maritus eam lucratur, & quæ data ſunt in additamentum partis.

Innom. De pacto augmenti lege 5. lib. Cod. tit. 3. conſt. 19. lege de augmento lib. quoque 26. tit. 5. cap. 7. & de æqualitate dotis nouellam 89. them.

¶ [a] Pactus eſt vir ſe vxorem nutrituram quocunque vadat: & vxor, cum ipſe [b] ſcripſiſſet, peregre ad eum eſt profecta. habet mulier ex † pacto actionem. ¶ Pacta [c] eſt filia, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, matri ſuæ dos redderetur: ex pacto quidem mater non habet actionem: ſed ſi hæredes filiæ ei dotem ſoluerit, [d] exceptione repellunt maritum de dote agentẽ. Si [e] mulier per iurgium acceptis filiis à marito diſceſſerit: ille autem tãquam eius amicitiam redimens, pepigerit ne dotem ab ea [f] petat: ſi ad eum reuertatur, non valet [g] pactum.

§. 3 §. 4 l. 27

† Ex pacto, nempe in factum vilem, ſeu præſcriptis verbis, inquit Anall. ſiue. Lege lib 24. tit. 1. cap 21. Vlpian. Quære ca. 35. tit. 1. th. 39.

a Quædam mulier dedit dotem: pactum autem conuentum ſic fecit maritus, Quocunq; ibis vxor, ibis meis ſumptibus. His ſic factis, & iam contractis nuptiis, in quadam prouincia agens eius maritus, per literas eam accerſiit. Illa autem & pacto & iis quæ ab ipſo ſcripta erant perſuaſa, venit in prouinciam in qua degebat eius maritus gerens officiũ militare, & vt erat conſentaneum, mulier

Digitized by Google

licet fecit ſumptus. Dicit ergo Papinianus, Licet mulier nullam habeat directam actionem ad eos repetendos, ei tamen do propter ius quod habet, vtilem ſeu in factum actionem.

b CYRILLI. Si pacta fuerit mulier vt iret ſumptibus mariti, habet actionem præſcriptis verbis, vtilem ſeu in factum quam ei dat Papinianus, ex imbecillitate mandati, quoniam non id fecit animo mandandi. ISIDORI. Neque præſcriptis verbis ex eo quod eſt Feci vt des. Neque enim dixit, Abi & do, ſed, Quocunque ibis, ibis meis ſumptibus.

c Quædam puella pro ſe dotem promiſit, & pacta eſt vt ſi ſine liberis decederet in matrimonio, matri ſuæ dos redderetur. Quod matri quidem puellæ nulla ex hoc pacto pariatur actio, eſt euidens. Oportebat enim matrem venire & ſtipulari dotem, & tunc habuiſſet actionem ex ſtipulatu. Quid autem ſi nupta deceſſerit relicto quodam hærede extraneo, dote nondum petita à marito: hæres autem puellæ ſoluerit quantitatem dotis matri defuncti ſua ſponte? nullam enim aduerſus eum, vt dictum eſt habebat actionem. Dicit Papinianus, ſi dotis quantitatem ſoluit matri puellæ eius hæres, & venerit maritus in eum agens de dote ex ſtipulatu, expellitur exceptione. Memento eorum quæ dicta ſunt à Pomponio & Aphricano cap 9. & 23.

CYRILLI. Puella quæ dotem promiſit, ſtipulata eſt eam reddi matri: ei nihil acquirit. Si autem hæres puellæ matri dotem dederit, virum repellit exceptione.

d Intellige doli exceptionem. Pactum enim non habent eius hæredes, quoniam nec ipſi puellæ competebat. Videtur enim pepigiſſe vt poſt mortem daretur matri. Dixit enim, Si deceſſero in matrimonio. Tunc ergo incipit pactum habere locum quando mulier deceſſerit: eſtque inutile, neq; ea pacti exceptione vtuntur hęredes, quoniam, vt dixi, non incepit, neque potuit incipere à puella. Doli autem exceptio eſt aliquanto naturalior, & quæ nimiam iuris ſubtilitatem non valde examinat. Sic enim dominus Cyrillus hoc reſponſum eſt interpretatus.

e CYRILLVS. Si mulier minata marito coëgerit eum paciſci eam fore indotatam,

Deſunt nonnulla.

f Pone enim quod pro ſe quidem dotem promiſit mulier, factis autem iam nuptiis & natis filiis eam nondum ſoluit.

g INNOM. Videtur enim eſſe gratis in matrimonio. Iurgium enim non ſoluit matrimonium: & ideo dos manet eiuſdem matrimonii: vt tit. 3. cap. 32. Nam ſi vera eſſet ſolutio matrimonii, valeret id quod datum fuit vt reuerteretur: vt lib 24. tit. 1. cap. 64.

l. 28 [a] PACTVM eſt validum quod facit mulier ante nuptias, vt ſatisfiat creditoribus ex fructibus fundi dotalis: & [b] in tantum dos minuitur. Sed ſi pactum fecerit poſt [c] matrimonium, eſt [d] donatio, vtpote quod l. 29. in pr. [e] fructus marito [f] competant. [g] ETIAM conſtante matrimonio poteſt pactum fieri vt dos æſtimata fiat inæſtimata, & ſit periculo mulieris: ſed §. 1 ſi maritus fundos læſerit, tenetur actione de dote. ¶ Qui [h] dotem dedit pro muliere, eam ſibi reddi eſt ſtipulatus morte vel diuortio ſoluto matrimonio: & facto diuortio deceſſit, ea non accepta. Si eius [i] hæres conſenſerit renouationi matrimonii, & vt [k] quantitas maneat in dote, non poteſt eam repetere.

Lege lib. 25. Lege lib. 24. titul. 1. cap. 64. Lege lib. 5 Cod. tit. 3. cap. 11.

Lege tit. 3. cap. 65.

a CYRILLI. Ante nuptias recte paciſcitur mulier fructus agri dotalis reddi ſuo creditori, non autem poſt nuptias.

b Quoniam enim fructus ante matrimonium percepti augent dotem: vt dicit Vlpianus in cap. 8. tit præcedentis, merito minorem dotem videtur dediſſe mulier, quæ pacta eſt ante nuptias, vt fructus rerum quæ datæ ſunt in dotem, darentur in ſolutum ſuo creditori.

c INNOM. Si autem abſq; eo pacto ſoluat maritus debitum pro vxore, præſumitur donare, vt lib. 32. cap 32 propter dictam rationem.

d Quamobrem ſi eſt donatio, non valet eiuſmodi pactum. Nam ſi dictum fuerit quod maritus non lucretur fructus neq; ei computentur in dotem: habebit vſuras pretii, vt dictum eſt in 4. cap. huius tit. Nec ſunt contraria quæ dicta ſunt in 20. cap. tit præcedentis. Aliud eſt enim non petere quæ data ſunt in dotem, & aliud maritum quidem ea habere apud ſe in dotem, ex eis autem nihil omnino lucrari. Memento etiam eorum quæ ſunt tibi tradita in 11. cap. tit. præcedentis.

e Latifundium Dig ſic habet, Cum onera matrimonii fructus releuent, videtur maritus de ſuo paciſci vt de ſuo ſatisfaciat creditori mulieris: & eſt pura donatio quod factum eſt.

ENANTIOPH. Exiſtimo hoc eſſe intelligendum ſecundum 11. conſt. 3. tit lib. quæ dicit quod ſi mulier quę dedit in dotem fundum pignori datum creditoribus, pacta ſit vt maritus det eis vſuras, non valet, etiamſi facta ſit ſtipulatio: neque competit actio eius quidem filio, mariti autem priuigno. Sed ſi fundus erat æſtimatus, habet actionem ex empto. Atqui dicit lib. 4. tit. 47. conſt. 1. quod nec ſi promiſerit mulier dare tributa fundi dotalis, tenetur: neq; ſi erat æſtimatus, locus eſt actioni ex empto propter pactum eius ſolutionis tributorum. Lege ea quæ dicta ſunt & adſcripta lib. 2. tit. 14. cap. 42.

f Maritus qui prædia æſtimata in dotem acceperat, cum ſciret quod æſtimatorum ipſe ſubit periculum, inæſtimatorum autem mulier, volens eam circunſcribere, & fortuitorum caſuum in eam transferre periculum, pactum fecit conſtante matrimonio, vt apud ſe eſſent prædia inæſtima-

Digitized by Google

ta. Hoc autem faciebat, vt dixi, vt deinceps mulier, & non ipſe maritus ſubiret periculum ſi prædia facta eſſent deteriora. Facto autem hoc pacto curauit etiam vt mutaretur inſtrumentum dotis, quo ſignificabatur factum eſſe vt prædia eſſent apud eum inæſtimata. Quæritur ergo an ſecundum prius dotale inſtrumentum maneant apud eum prædia ęſtimata, & ipſe eorum ſubeat periculum. Dicit Scęuola non idcirco inualidum eſſe pactum de quo nunc quęritur, quod conſtante matrimonio factum eſſet, dummodo deteriori loco dos non inueniatur eo pacto admiſſo: hoc eſt, ſi non lædatur mulier per hoc pactum. Valet ergo pactum ſecundum dictam diſtinctionem. Si prædia autem deteriora ſibi fecerit maritus, propterea ei tenetur actione de dote.

g CYRILLI. Pactus eſt maritus vt quæ erant æſtimata, eſſent inæſtimata, vt ea abſque periculo faceret deteriora & fecit, tenetur actione ex ſtipulatu.

h Hæres eius qui dedit dotem, & eius redditionem ſibi reſeruauit poſt diuortium: ſi renouato matrimonio conſenſerit vt dos eadem maneat, eam non recte repetit.

i Digeſt. latifundium ſic habet, Et poſtea mulier hærede ei conſentiente redintegrauit matrimonium. In hoc autem dictum ſcribens Stephanus dicit, Videtur autem conſentire in quantitate dotis. & dicit Thalelæus, In quantitate dotis propterea quod conſenſit matrimonio. Dorotheus autem verba textus ſequens, ſi conſenſit vt quantitas quam agendo ex ſtipulatu poterat petere à marito, eſſet in dote renouato matrimonio.

k INNOM. Nonnunquam etiam contra iuris rigorem, fauore dotium cogitur quiſpiam conſentire, vt tit. 3. cap. 10. th. 2.

§. vlt.

ſoluto matrimonio

Lege lib. 13. tit 4. cap. 11. Quære tit 3. cap. 19 Quære lib. 31 tit 12 cap. 2. th 4. & huius tit. 7 & 17.

[a] Mulier dote data pacta eſt vt ea poſt mortem ſuam redderetur fratri: & [b] fecit eum ſtipulari. Deinde decedens res quaſdam dotis legauit marito, & ſeruos manumiſit. maritus quidem in tota dote eſt obnoxius fratri: hæres autem legatariis & [c] libertatibus. PRO [d] filia mea dotem pollicitus, pepigi ne ea à me [e] peteretur conſtante matrimonio: & vt poſt mortem meam, ſi filia deceſſiſſet in matrimonio ſine liberis, dimidium dotis maneret apud generum, & dimidium daretur [f] filio meo: [g] & decedens totam dotem legaui filiæ: & cum peperiſſet filia, deceſſit relicto filio & fratre hæredibus, [h] iam diuortio ſoluto matrimonio: dimidium dotis frater accipit, & dimidium maritus nomine filii. Neque enim admiſſus fuit maritus volens retinere dotem, argumento ſumpto ex contrario ſenſu pactorũ conuentorum. Propterea enim, aiebat, quod conuenerat vt ſi nõ eſſent liberi, redderetur dimidiũ, viſum erat conueniſſe nihil eſſe reddendum ſi exiſterent filii. [i] Ei enim opponebatur à contrario ſenſu, nil ei competere. Pactum enim quod dat ei partem ſi morte vxoris ſolutum fuerit matrimonium, ſignificat eum nihil debere accipere, ſi fiat [k] diuortium. † RECTE conuenit vltimi anni non perceptos fructus lucrari [l] mulierem. Lege cap. 3.

l. 3o

Intellige me uiuente propter cap 11.

iure fidei commiſſi

l. 31

Admiſerat eiuſmodi argumentum ſumptum à cõtrario ſenſu. cap 26 th 1. Quære c 23 th. 5. † Inter virum & vxorem eo tempore quo ſ. lui matrimonium contingit.

a CYRILLI. Dotem quam dedit mulier, fecit fatrem ſuum ſtipulari, ſi ex ea res legauerit, & ſeruis dotalibus reliquerit libertates: frater à marito & res repetit & ſeruos.

b Adſcriptio. Si enim frater quoq; non ſpecialiter ſtipulatus eſſet in dictum caſum, nullam habuiſſet actionem ex iis quæ pacta eſt aut ſtipulata mulier in ſua perſona. Hoc ipſum autem dicit etiam Papinianus in cap. 26.

c ENANTIOPH. Hoc dictum eſt cum diſtinctione lib. 33 tit. 4. cap. 11. Dicit enim quod ſi vxor mea dans dotem, effecit vt ego qui ex ea nihil dederam, ſtipularer eam mihi reddi, & decedens mihi dotem legauerit: ſiquidem tibi non tanquam donanti mandauit vt ſtipulareris: habent eius hæredes aduerſus te actionem mandati: & ego te agentem repello exceptione. Sin autem tibi mandauit tanquam donanti, recte grauaris fideicommiſſo, vt qui acceperis mortis cauſa donationem. Quinetiam omni tempore datur fideicommiſſum ab eo qui eam accepit. Lege de eo leges diuerſas in eodem cap. 7. lib. 31. & lib. 32. cap. 35. non ſolum de eo quod relinquitur cauſa mortis, ſed etiam de eo quod donatur cauſa mortis. Lege lib. 5. Cod tit. 12. & 19. Scias autem lib. 24. tit. 3. cap. 2. dicere, quod ſoluto matrimonio dos redditur vxori quæ eſt ſui iuris. Neq; enim maritus ab initio cogitur eam alteri promittere, ſi ex eo nihil læditur.

d CYRILLI. Pater dedit dotem pro filia, & pactus eſt ne redderetur quandiu viueret. ſi puella autem decederet ſine filiis, vt maritus lucraretur dotem, filius autem eius partem acciperet. Decedit pater filio hærede relicto, dote legata filiæ: illa peperit, & poſt diuortium decedit fratre relicto & filiis hæredibus: etiamſi is qui pactus eſt partem ſi non eſſent filii, videtur totum dicere ſi exiſterent filii: pactum tamen quod fit in caſum mortis, non habet locum in caſum diuortii: & ideo à marito tota dos non repetitur: eius autem dimidium legatum repetit nomine filiæ.

e Intellige

Digitized by Google

e Intellige ſuperſtite, propter id quod dictũ eſt 11. cap. huius tit. & quoniã ea quæ ſubiungũtur, hoc oſtẽdunt. Per illa enim videtur dicere, quod ſi poſt mortẽ dos fuerit petita, & deceſſerit puella in matrimonio, dimidia quidẽ pars dotis maneat apud maritũ, altera autẽ reſtituatur fratri puellæ.

f Adiectũ eſt in textu dig. Eaq; nõ ſolũ inter nos pacta conuenta erãt ſed etiã deducta erant in ſtipulationem.

g Vetus habet prælegaui & dicit Stephanus verba interpretans: Quoniam dotem eius legauit; merito dixit dotem prælegatam. Ne te autem perturbet ſi hic meminit dotis prælegatæ: procedens autem dedit patri petitionem fidei commiſſi pro dimidia parte eius, quam ex dimidia parte inſtituit hęredem, eius quidem mater, illius vero vxor. Hodie enim nulla eſt differentia inter legata & fideicommiſſa: ſed poſſunt peti legata tanquam ex fideicommiſſo, & quæ ſunt fideicommiſſa, peti tanquam legata: vt didiciſti cap. 1. de legatis lib. ſingularis huius operis: & vt ſcriptum eſt apertius 6. lib. Cod. tit. 46. conſtit. 2. *h* Pone ex conſenſu miſſum eſſe nuncium.

i Ex iis enim quæ dicit Papinianus in lib 26. huius tit. didiciſti quod ſi fuerit pactum conuentũ vt ſi deceſſerit mulier ſine liberis, dos reddatur patri, videtur tacite & à cõtrario ſenſu conueniſſe, vt ſi deceſſerit relictis filiis, dos maneat apud maritum. Hoc autem in hoc capite non accipit Triphoninus à contrario ſenſu: neque dicit dotem lucrifieri à marito, quoniam non morte mulieris, ſed diuortio ſolutum fuit matrimonium. quod quidem frater quoque mulieris dicit in iis quæ pro ſe adducit. Et nota quod pacta quæ fiunt in caſum mortis, locum non habent ſi diuortio ſoluatur matrimonium: ſicut nec contra, vt didiciſti in tit. 3. huius operis.

k Poſitum eſt in latifundio textus Dig. quod cum pater quidem nondum reddidiſſet dotẽ propter pactũ, ipſam autẽ filię prælegaſſet vt ipſa reſponderet marito, ſoluto matrimonio ei pactũ fecit maritus de dote ab ea non petenda. Et dicit Stephanus, quod idcirco pacto non admodum nititur frater mulieris, quoniam neq; ſummo iure cum ea pactum interceſſerat, vt quę nec dotem promiſerat, nec eius qui promiſerat erat hæres. *l* Nota quod valet donatio facta conſtante matrimonio, quæ principium & vim eſt habitura ſoluto matrimonio. Contra autem inualida eſt donatio quam facio ſponſæ meæ, vt ipſa eius ſit domina poſt matrimonium.

l. 32. ſeu vlt. in pr. *a* Fundum *b* æſtimatum centum nummis cum dediſſet mulier poſtea conuenit vt facto diuortio fundus tanti pretii reſtitueretur. Eum maritus muliere conſentiente vendidit ducẽtis nummis: eſt in poteſtate mariti poſt diuortium, detne fundum, an ducentos nummos: Sin autem non vendidit conſenſu mulieris, omnino debet fundum. Quære li. 26. tit. 8. cap. 63. them. 2.

a Cyrilli. Fundum æſtimatum centum nummis dedit mulier, vt ipſum eodem pretio reciperet Eum maritus vendidit ducentis nummis. Si vxoris quidem voluntate: eſt in eius poteſtate vel dare ducenta vel fundum Sin minus: ab eo petitur fundus.

b Hoc eſt quod facit maritum poſſe fundum alienare. Nam ſi eſſet inæſtimatus, ne conſentiẽte quidem muliere poſſet alienare: vt didiciſti in 8 tit. lib. 2. Inſtit. Vide ne ſit contrarium 11. cap. ſeq. tit. & quæ eſt in 5. Cod. ſita conſtit. tit. 21. quæ eſt tit. 1. quæ dicit quod etiam ſi datus ſit in dotem fundus, per pactum autem ſeruata ſit mulieri electio tunc locum habet quod dictum eſt in conſtitutione, & lex Iulia. Vbi autem re ſimiliter data ab initio æſtimata, licet ab initio non ſeruata ſit electio mulieri, ſed eaſdem res reddi placuit, & placuit non ab initio, ſed poſtea: tunc poteſt maritus muliere ei conſentiente eas alienare, vt hic dicit Iabolenus: niſi quod etiam muliere nequaquam conſentiente poteſt eas dare in hypothecam, & valet quæ in eis facta eſt hypotheca: vt ſciri poteſt in 3. lib. Cod. tit. 33. conſtit. 6. Facit ergo differentiam quod hic non ab initio, ſed poſtea factum ſit pactum, vt fundus qui erat ab initio pretii centum nummorum, redderetur mulieri ſoluto matrimonio. Si enim pactum ab initio factum eſſet, & non poſtea: videretur ferme proprie eſſe dotalis, & locum haberet lex Iulia ſecundum dictam conſtit. nec videretur facta eſſe deterior conditio mulieris per ſequentem conſenſum. Conſentiens enim alienationi, ad priorem fere reducit naturam, nempe ex ſtipulatione de dote. Scis enim te didiciſſe ex 27. cap. tit. de pactis, quod quando conuenerit vt ad ſuam naturam redeat de dote ſtipulatio, non videtur fieri deterior conditio mulieris. Hic autem aliquid quoque amplius redditur mulieri per conſenſum in alienatione.

Deſunt nonnulla.

§. 1. l. 1. C. De pactis cõuentis tã ſuper dote &c. *a* ¶ Recte autem paciſcitur pater, vt *b* inuitus non det dotem quam eſt pollicitus, & ab eo non exigitur. *c* Pacta conuenta in dote facta de ea reddenda, valent: neque enim id eſt nudum pactum, quod fit de reddẽdis iis rebus quæ dantur. Lib. 5. Cod. tit. 14. Inſcribitur autem tit. De pactis conuentis dotis & de donatione ante nuptias, & de iis quæ ſunt extra dotem.

a Pater pro filia certam pecuniæ quantitatem in dotem eſt pollicitus, & conuenit vt non inuitus cogeretur ipſi eam ſoluere quantitatem. Dicit Iabolenus non oportere eum de dicta quantitate conueniri, quoniam id quod placuit in pacto conuento ne ab eo inuito exigeretur, non videtur eſſe in cauſam dotis.

Cyrilli. Qui promiſit dotem & pactus eſt ne ab inuito exigeretur, ab eo nunquam petitur. Adſcriptio. Hoc non videtur eſſe in cauſam dotis, pro eo quod eſt, Neque ab initio promiſſa fuit in dotem quantitas, quam in pacto conuento placuit ab inuito non exigi. Memento autem eorum quæ dicta ſunt in conſtit. 11. huius tit. Lege lib. 3 Cod. tit. 33. conſtit. 6. Lege lib. 24. tit. 3. cap. 50. & lib. 23. tit. 3. cap. 70. & lib. 5. Cod tit. 2. conſtitit. 21.

Digitized by Google

b Nota quod inuitum facere, pendet à ſola eius qui promiſit voluntate. Dicere autem ſi probauero, ſi cenſuero, ſi iuſtum eſſe putauero, pendet à boni viri arbitrio & iudicio: vt dicit Vlpianus in tit. de legatis, huius operis cap. 75. lege lib. 7. eorum qui ſunt de rebus creditis, tit. 1. cap. 7.

c Theod. Quod in dote fit pactum, parit condictionem, & non eſt nudum. Memento 10. conſtit. 3. tit. lib. 2. nec tibi puteтur eſſe contraria 16. conſtit. tit. 12. huius lib. 5. Τὸ κατὰ πόδας. Pactum conuentum quod dixiſti quando dotem pro alumna dediſti, ſeruari oportet: nec opponi tibi debet illud quod dici ſolet, Ex pacto actionem nõ naſci. Tunc enim hoc dicimus cum pactum nudũ eſt. Alioqui cũ pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis eſt condictio. In his cõſiſtit τὸ κατὰ πόδας: finẽ autẽ cõſtitutionis interpretans Thalelæus, Vtilis, inquit, dicta eſt repetitio ſeu cõdictio, quoniã poteſt agere præſcriptis verbis, vtpote quod propter cauſã datio facta ſit.

ſiue mobilium ſiue immobilium

Quære tit. 1. cap. 88. 96. [a] POteſt mulier paciſci, vt rerum dotalium fructus accipiens, ſeipſam l. 2.
Quære cap. 4. alat. [b] Si quis pactus ſit cum ſocero, vt ſi contigerit eum decedere in l. 3.
matrimonio, ſi exiſtant filii, dimidium dotis ſolum reddatur: [c] pactum
eſt inutile. Si [d] mulier cum marito conuenerit vt eius morte ſoluto l. 4.
matrimonio, dotem communibus filiis reſtitueret: ſi nati quidem iam
erant filii, & ſui iuris effecti à patre ſuo ſunt ſtipulati: ex pacto habue-
Quære ca. 13. the. vlt. runt actionem. Sin autem cum eſſent ſui iuris, non ſunt ſtipulati, aut
erant in poteſtate: aduerſus patrem nullam habent actionem. neq; enim
ex pacto alieno quis acquirit actionem: neq; filius qui eſt in poteſtate,
Quære ca. 16 th. 5. recte ſtipulatur à patre. Si [e] maritus pepigerit cum vxore, vt eius ſi de- l. 5.
cedat ſit hæres: hoc pactum eſt [f] inutile. neque enim fieri poteſt vt per
pactum de noſtrà diſponatur hæreditate. Homo enim [g] extraneus abſq;
teſtamento non poteſt eſſe hæres alterius.

a Quod enim valeat illud pactum dictũ eſt à nobis in tit. de pactis dotalibus in illo cap. in quo quærit an ex pacto poſſit mulier accipere fructus rerum dotalium.

b Nemo debet paciſci vt tota dos mulieris vel pars eius retineatur nomine filiorum patris defuncti. Nam & ſi hoc conuenerit, nihilominus totam dotem repetit mulier, neque quicquam relinquit apud hæredes mariti. Lege conſtit. 56. huius tit. Τὸ κατὰ πόδας. Quamuis pater tuus cum te nuptui collocaret, pactus ſit vt ſi maritus tuus ſuperſtitibus filiis communibus in matrimonio deceſſiſſet, pars dotis propter filios retineatur. eiuſmodi tamen conuentio, quo minus actionem integræ dotis habeas, proficere non poteſt.

c Omnia enim pacta quæ fiunt de diminutione dotis, tractari debent in vita mariti: vt forte ſi contigerit exiſtentibus liberis mulierem decedere in matrimonio, pretium remaneat apud maritum. A morte autem mariti pactum quod fit de dote, valere non vult conſtit.

d Theodor. Non poteſt mulier cum ſuo marito conuenire vt ea decedente dos eius reddatur ſuis filiis: hoc tamen recte fieri ſtipulatur, ſi modo filii eius erant ſui iuris. Sed ne te lateat ſeptima huius tit. conſtitutio, dicens quod ſi pater puellæ conuenerit vt ea decedente dos reddatur eius filiis: filii recte mouent vtilem actionem. Nota ergo differentiam patris & filiæ paciſcentium: & pone rurſus filios ſui iuris, vt hic dictum eſt. Lege autem 7. quoque conſtit. huius tit.

e Non poteſt maritus & mulier paciſci alter de alterius inuicem hæreditate. Hoc omnino didiciſti lib. 1. tit. 3. conſtit. 19. Sed ſcias quod in teſtamento recte ſe inuicem hæredes inſtituunt: vt ſcriptum eſt lib. 16. Τὸ κατὰ πόδας. Hæreditas extraneis teſtamento datur. Cum igitur affirmes dotali inſtrumento pactũ factũ eſſe vice teſtamẽti, vt poſt mortẽ mulieris bona ei⁹ ad te pertineret, quę dotis titulo tibi nõ ſũt obligata: intelligis nulla te actione poſſe cõuenire hæredes ſeu ſucceſſores ei⁹ vt tibi reſtituãtur quę nullo modo debẽtur. Et ſic quidẽ habet τὸ κατὰ πόδας. In eo aũt dictũ eſt illud quidẽ Vice teſtamẽti, quoniã pactũ habuit vicẽ teſtamẽti, vt quod loqueretur de hęreditate. hoc vero, Quę dotis titulo tibi nõ ſũt obligata, quoniã de dote licebat paciſci, vt decedẽte muliere maneret apud maritũ. *f* Hoc didiciſti etiã in tit. pro ſocio, de duobus ſociis qui tale quid pacti erãt. *g* Cognati enim etiam abſq; teſtamento ſuccedunt.

1 Quære ca. 23. in. vlt. Si [a] pactum factum fuerit vt decedẽte muliere dos maneat apud ma- l. 6.
2 N ea neceſſario 9. conſt. ritum: ſi dos à patre data fuit, valet pactum, & excluditur [b] pater. poteſt
5 lib. Cod. quæ etiam eſt enim dos ex pacto fieri deterior, quando pater de ea ſolus eſt acturus.
abrogata. Similiter etiam Pater [1] pro filia dans dotem pactus eſt, vt ſi in matrimonio puella deceſ- l. 7.
tertium the. ſerit, [c] nepotibus ſuis dos reſtituatur: ex hoc pacto ſummo quidem iure
ca. 19. nouel. 22. nulla datur actio [d] nepotibus, ſed [e] datur vtilis. [2] [f] Maritus inuita vxore l. 8.
nullam habet communionẽ in rebus eius quas habet extra dotem.

Ea fuit prætermiſſa, & non poſita in Baſilic. Cvm præcedens conſtitutio diceret, pacta quæ nõ ſunt paria, eſſe inua- l. 10.
lida,

lida, interpretatur conſtitutio ea non eſſe penitus inualida, ſed alterum ex pactis eſſe tantum inualidum in id quod exuperat: vt ſi forte factum ſit pactum vt dimidiam partem dotis maritus lucraretur, donationis autem ante nuptias tertiam partem accipere mulierem placuerit, & in dote tertiam partem conuenerit, nõ etiam dimidiam in donatione ante nuptias. Quod enim in vno pacto exuperat tollimus, non quod in altero deficit adiicimus.

a Poteſt maritus ex pacto lucrari totam dotem ſuæ vxoris, ſi eſt profectitia. Memento 27. conſtit. 12. tit. huius lib.

b Tacite innuens quod poteſt maritus lucrari totam dotem. Ne videatur ergo tibi contraria tertia conſtit tit. propoſiti. Non enim dicit maritum poſſe ex pacto lucrari totam dotem vel eius partem: ſed dicit hæredes eius non non frui hoc pacto.

Τὸ κατὰ πόδας. Si conuẽnit vt in matrimonio vxore defuncta, dos penes maritum remaneret: profectitiæ dotis repetitionẽ huiuſmodi pactum inhibuiſſe, iuris eſt manifeſti, cum deteriorem cauſam dotis, in quem caſum ſoli patri repetitio competit, pacto poſſe fieri, auctoritate iuris ſæpe dictum eſt.

c Ergo ſi pater à tali pacto excluditur: multo magis ſi dos eſt aduentitia, ex hoc pacto remanet apud maritum. Didiciſti hoc etiam in tit. de pactis dotalibus, & in tit de iure dotium, lib. ſing. de dotibus.

d Eius nepotibus natis ex alio filio, vel ex filia ex alio priore marito. Nam filius quidem pro patre paciſcens, patri acquirit actionem: pater autem patri nõ acquirit actionem. Sed nunquid prodeſt filio ſi conueniatur, ad doli exceptionem?

e Hoc dictum hodie eſt adiectum per innouationem, & eſt præter generalem diuiſionem, & oportet id notare tanquam ſpeciale & nouum.

f Theod. Maritus non habet poteſtatem in vxoris ſuæ bonis quæ ſunt extra dotem. Vnde ſi voluntate eius ea conſumpſerit, condemnatur in id quod facere poteſt. Sed ſi ea nolente ea conſumpſerit: totum ab eo exigitur, vt dicit 17. conſt. 16. tit. huius lib. Quod maius eſt autem dicit 5. conſtit. tit. propoſiti, quod maritus minime poteſt cum vxore conuenire vt ſit hæres bonorum ſuę vxoris quæ ſunt extra dotem. Memento enim 19. conſtit. 3. tit. lib 2. Didiciſti enim in 29. conſt. 12. tit. lib. propoſiti, quod mulier habet hypothecam in bonis eius quæ ſunt extra dotem: ſed lege 10. conſt. huius tit. Τὸ κατὰ πόδας. Hac lege decernimus, vt vir in his rebus quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna dicunt, nequaquam vxore prohibente habeat communionem, neque aliquam ei neceſſitatem imponat. Quanuis enim bonum erat, mulierem quæ ſeipſam marito commiſit, res etiam eiuſdem pati arbitrio gubernari: attamen quoniam legumlatores æquitatis conuenit eſſe fautores: nullo modo, vt dictum eſt, muliere prohibente virum in iis quæ ſunt extra dotem ſe volumus immiſcere.

fœneratitias cautiones

l. 11. ſeu vlt. Si mulier habens ſchedulas ſuorum debitorum, eas extra dotem dederit † marito: ipſa quidem habeat actiones: liceat autẽ marito eas mo- *Quære huius lib. tit. 1. c. 6. & 31. c. 80.*

ratam rem habituram

uere tanquam procuratori mulieris * nulla ab eo petita ſatiſdatione. Ei enim ſufficit ad cautionẽ oſtendere ſcriptam eſſe in dotali [a] inſtrumento harum rerum dationem in iis quæ ſunt extra dotem. Atque vſuras quidem exactas in ſe expendat & in vxorem. ſors autem ſeruetur mulieri, vel in eos qui ei placent vſus conſumatur. Et ſi de hypothecis quidẽ rerum quæ ſunt extra dotẽ, in inſtrumento dotali conuenerit: eæ valeant. Sin autem non conuenerit: habeat ex hac lege [b] tacitas hypothecas, ei competentes ex illo tempore quo maritus exegit, non autem ex eo quo dedit ſchedulas. Habebat enim facultatem mulier, cum maritus nondum exegiſſet, agendi & [c] exigendi, vel per ſe, vel per legitimum procuratorem. Poterat autem ipſas quoque ſchedulas [d] recipere à marito, ei cauẽs de redditione. Quandiu autem hæ ſchedulæ ſunt apud maritum, & dolum præſtat & diligentiam qualem circa [e] res ſuas: ne ex eius malignitate vel ſocordia aliquod damnum patiatur mulier.

† Adiectum eſt in τῷ κατὰ πόδας, Et hoc dotali inſtrumento fuerit adſcriptum.

** Quære lib. 8 tit. 2. c. 92.*

a Hîc enim dotale oſtendit inſtrumentum in quo ei redditæ ſunt actiones. Quod eſt autem amplius, didicimus in tit. de procuratoribus, quod ſi epiſtolam ſolum ſcripſerit ad   de ſuo procuratore, eum liberat à ratihabitione. Maritus autem ne conuenitur quidem mandati: vt didicimus in eodem tit. de procuratoribus.

b Ecce aliæ quoque hypothecæ præbentur mulieri in bonis mariti.

c Si ergo egit quidem, nondũ autem exigit: nondum eſt tempus vt mulier habeat hypothecas.

d Ecce hoc oſtendit quod maritus non fit in rem ſuam procurator, ſed agit tanquam forte procurator mulieris. Nam ſi fuiſſet procurator in rem ſuam, non licuiſſet mulieri reuocare actiones, vt didiciſti in tit. de procuratoribus.

e Hæc enim diligentia requiritur etiam in rebus dotalibus.

Lib. 5. Cod. tit. 15. De dote cauta nõ numerata. — L. 1. C. de dote cauta nõ nũ.

[a]DOTEM numeratio, non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit. & ideo non ignoras te ita demum ad petitionem dotis admitti poſſe, ſi probes dotem à te reuera datam: hoc eſt, ſi non in charta ſolum, ſed [b] reipſa dos data eſt. SI [c] conſtante matrimonio maritus tanquam donans vxori, quædam doti[d] adiecit, & deceſſit[e] acquieſcens donationi: conueniuntur hæredes, neceſſe habentes dare quæ donauit maritus. morte enim mariti conualuit donatio. L. 2

Quære lib. 15. tit. 2. c. 74.

a THEOD. Si dos non fuerit numerata, non valet, etiam ſi in inſtrumento dictum fuerit eam eſſe ſolutam. Dicit autem 13. quoque huius tit. conſtit. quod ſi dos fuerit promiſſa, & dotalia proceſſerint inſtrumenta, non ſit autem numerata, non poteſt is qui confeſſus eſt ſe dotem accepiſſe, opponere mulieri aut eius hæredibus exceptionem dotis non numeratæ intra annum. Memento 14. & 15. conſt. tit. 30. lib. 4. & lege Nouellam de exceptione dotis non numeratæ. Sciendum eſt enim ſecundam Nouellam dicere, quod dote non numerata nihil lucratur mulier ex donatione propter nuptias caſu eueniente. Hæc autem intellige niſi donandi animo confeſſus ſit ſe habere dotem cum nihil accepiſſet: vt didiciſti in 4. conſtit. 11. tit. huius lib. 5. niſi liberatoriam fecerit cautionem.

b Nota quod quæ producit dotale inſtrumentum, neceſſe habet nihilominus etiam reipſa oſtendere factam dotis numerationem.

c THEODORI. Qui confeſſus eſt ſe in dote habere ea quæ donauit & tradidit vxori ſuæ, ſi vſque ad mortem perſeuerauit in eadem voluntate: exigit mulier ab eius hæredibus ea quæ viuus ei promiſit. Memento 3. primi tit. & 4. conſt. 14. tit. lib. 5.

d Adſcripſit, cum pauciora accepiſſet, ſe plura accepiſſe.

e Additur in τοῖς κατὰ πόδας. Si eandem donationem legitime confectam non reuocauit. Hæc autem verba exponens dicit Thalelæus, Si enim quingentos forte ſolidos ſuperabat donatio, eaque actis non inſinuata deceſſit conſtante matrimonio: non fuit confirmata. Illæ enim donationes morte donatoris confirmantur quæ propter matrimonium ſolum ſunt inualidæ. Hæc autem præter matrimonium erat etiam alia ratione inualida, niſi poſueris eam fuiſſe factam accuratiſſime & exactiſſime. Recte adiecit etiam illud, donandi animo. Si enim ſua manu ſcripſit tanquam ſperans ſe accepturum, non autem accepit: non eſt locus huic conſtitutioni. Pone autem facti ſpeciem ſecundum 1. tertii tit. conſtitutionem, quod facta eſt donatio, & quæ donauit, ea ſcripſit in inſtrumento dotali, vt qui ea acceperit.

Titulus VI.

Lib. 23. ff. tit. 5.

De fundo dotali, & donatione ante nuptias.

L. 1. in pr. ff. de fundo dotali.

De damno infecto tractat 2. tit. lib. 39.

Similiter & cum eadem ratione dicitur de fundo minoris lib. 27. tit. 9 c 3. Similiter lib. 11. tit. 1. cap. 64. Pauli.

NONNVNQVAM [a] inæſtimatus dotalis fundus alienatur, vt quando nõ cauente[b] marito de damno quod[c] timetur, vicinus[d] iuſſus fuerit poſſidere, & habere dominium. Hæc enim alienatio eſt ex iis quæ ſunt neceſſaria, ¶ & tranſit cum vniuerſitate, veluti ad hæredẽ mariti: ita tamen, vt non alienetur. §. 1 ETIAM [e] ſi in [f] ſeruitutem redactus fuerit[g] maritus, non poteſt eius dominus ſeruum alienare: L. 2 ¶ neque[h] fiſcus, ſi ad eum peruenerit: quanuis fiſcus ſemper idoneus ſucceſſor ſit, & ſoluendo. §. 1

a LEx Iulia prohibet alienationes prædiorum dotalium, & hoc eſt quod ea lege cauetur, vt neque prædia nec domus alienetur dotalis. Accidit autem vt ciuilis fiat alienatio, & non impediat lex Iulia: vt quando damni infecti iure poſſideri iuſſa ſit domus dotalis. Hîc enim vicinus fit dominus domus dotalis, & non impedit lex Iulia, quoniam hæc alienatio non fit ex voluntate mariti. Sed & per vniuerſitatem tranſit prædium dotale, ſecun-

Nec poteſt dari pignori, vt didiciſti tit. 8. 2 Inſtit.

Digitized by Google

ſecundum quod poſſibile eſt, ad alterum: veluti decedente marito, prædium dotale cum aliis eius bonis tranſit ad ſuum hæredem, cum ſuo tamen iure, vt alienari non poſſit, etiam ſi tranſierit ad hæredem mariti.

CYRIL. Si ex eo quod non caueatur damni infecti, miſſus fuerit vicinus à ſecunda poſſeſſione in dominium rei dotalis: valet alienatio. Prædium dotale ne hæres quidem vendat mariti.

ENANT. Fundus dotalis eſt proprie qui non eſt æſtimatus, qui nec conſentiente quidem muliere alienatur: vt lib. 5. Cod. tit. 13. & Inſtit. 2. tit. 8. Scias autem quod 29. conſtit tit. 12. eiuſdem lib. concedit mulieri vt præferatur aduerſus creditores dote anteriores, ſiue ſint prædia inæſtimata, ſiue non, vt quæ in ea habeat actionem in rem, & hypothecas. & 61. Nouella quæ tractat de non alienandis immobilibus dotis & donationis ante nuptias, dedit ei actionem in rem. lege huius tit. conſt. 11.

b Ego quidem, vt dixi in themate, miſſus ſum in poſſeſſionem domus dotalis. Poteſt autem hoc ipſum quoque poni in fundo dotali. Si enim propter opus quod fit in fundo tuo à te, ſtipulor cautionem damni infecti. nec eam mihi dederis: mittor in poſſeſſionem illius partis fundi in qua opus facis, vt dicit Paulus lib. 39. tit. 2. c. 38.

c INNOM. Merito petitur à marito vt det cautionem de damno infecto. In dote enim maritus eſt inſtar emptoris aut creditoris: vt lib. 44. tit. 7. cap. 19. Emptor autem ſatiſdat non ſolum quando à domino. ſed etiam quando à non domino emerit: vt lib. 19. tit. 2. cap. 13. Et creditor qui pignus accepit, ſatiſdat: vt cap. 12. & 15. vbi etiam dicit generaliter quod quilibet ius habens in ædibus, & non ſatiſdans cum poſſit ſatiſdare, ab eis excidit. Eſt enim officium Prætoris, eum qui miſſus eſt in poſſeſſionem damni infecti, iubere dominii iure locum poſſideri in cuius miſſus fuit poſſeſſionem, ſi diu moram fecerit vicinus in danda ei quæ conſtituta eſt cautione. Sic Paulus in dicto lib. 39. ff. tit. 2. c. 5.

d INNOM. Quomodo & quando fit dominus is qui eſt miſſus in poſſeſſionem, ſcis ex 5. & 15. c. lib. 39.

e Vir qui inæſtimatum fundum aut domum accepit in dotem, ſe vendidit ad pretium participandum: aut cum eſſet libertus, extitit ingratus in ſuum patronum: & cum eſſet redactus in ſeruitutem, omnia ſua bona acquiſiuit, inter quæ etiam fundum dotalem vel domũ ſuo domino. Quæritur, nunquid qui factus fuit eius dominus, poſſit fundum dotalem alienare aut domum. Dicit Vlpianus, Nequaquam. Et ideo etiam ſi contigerit publicari bona eius qui accepit res inæſtimatas, non poteſt fiſcus eas alienare, quamuis fiſcus ſit idoneus, & poſſit mulieri ſatisfacere.

f ENANT. Hoc caput dicit de eo qui paſſus eſt ſe venundari ad pretium ſui participandum. Sed exoleuit per deſuetudinem, vt didiciſti lib. 1. tit. 15. c. 5.

g Sic, vt dixi, pone eum ſe vendidiſſe ad pretium participandum, vel ipſum cum eſſet libertus, & propter ingratitudinem redactus eſſet in ſeruitutem, nec ponas eum ex ſententia fuiſſe redactũ in ſeruitutem. hodie enim nemo fit ſeruus ex ſententia: vt ſciri poteſt ex 22. conſtit. Nouellarum conſtit. quæ ſunt poſt Codicem, quæ loquitur de ſecundis nuptiis.

h Pone enim mariti bona fuiſſe publicata: aut deceſſiſſe quidem, non habuiſſe autem ſucceſſorem, & fiſcum tanquam vacantem occupaſſe eius hæreditatem.

l. 3. §. 1 [a] FVNdus legatus inæſtimato dotali ſeruo, pertinet ad [b] legem. ¶ Tunc Lege c. 17.
autem fundus non alienatur, quando competit dotis actio, vel eſt [c] com-
l. 4 petitura [d] mulieri. [e] NEQVE maritus, neque [f] ſponſus poteſt inæſtima- Quære lib. 4. c. 17 tit. 9. c.
l. 5 tum fundum alienare aut dare in hypothecam. [g] NEQVE eius cedit h. Similiter lib.
l. 6 [h] ſeruitutes, neque alias ei imponit. NEQVE concedit ſeruitutes ædiũ. 50. tit. 6. c. 1.
l. 7. in pr: [i] SI fundum tuum ſeruientem dotali inæſtimato, acquiſierit maritus: confunduntur ſeruitutes. Dat autem litis [k] æſtimationem. Sed ſi maritus non ſit ſoluendo: [l] vtiliter agitur à muliere ad renouandam ſeruitutem.
§. 1 ¶ Sin autem fundus cui ſeruiebat fundus mariti, datus fuerit: extinguitur quidem actio, ſoluto autem matrimonio renouatur: & ſic datur mulieri vel eius [m] hæredi.

a Mulier quędam inæſtimatum ſeruum dedit in dotem. Huic ſeruo decedens quiſpiam legauit fundum. Dicit Paulus locũ habere legem Iuliam in fundo legato ſeruo inæſtimato, nec poſſe eum alienari, vt qui cenſeatur eſſe dotalis. Toties autem prohibetur dotalis fundi alienatio, quoties ipſi mulieri competit de dote actio, aut ſperatur omnino competitura.

b Quæ enim accedunt rebus inæſtimatis, pertinent ad mulierem: vt didiciſti in 10. c. 3. tit. Quæ accedunt rebus inæſtimatis, videntur eſſe dotalia: & cum ſint immobilia, non poteſt maritus ea alienare. *c* Quandiu ergo dubitatur mulierine competat an non dotis repetitio, non impeditur dotalium rerum alienatio. Ecce enim, extraneus dote data reſeruauit ſibi eius redditionem, & decedit incerto hærede quod attinet ad mulierem. Quod dictum eſt autem de muliere, trahere oportet etiam ad eius hæredem: vt dicit Vlpianus in cap. 13. Lege etiam c. 17. huius tit.

CYRILLI. Fundus legatus ſeruo dotali eſt dotalis, & prohibetur eius alienatio, quando mulieri dos eſt competitura.

Digitized by Google

d ENANTIOPHANES. Lege cap. 17. etiam quando competit hæredi mulieris. Habet enim idem auxilium quod mulier: vt cap. 13. them. 3. Quando autem mulieri, & quando marito competat, didiciſti tit. 3 cap. 66. & lib. 15. tit. 1. cap. 19. them. 2.

e Lex Iulia quæ de dotali prædio proſpexit, ne id marito liceat dare pignori aut alienare, eſt latius interpretanda, hoc eſt, oportet id quod in ea ſtatuitur, extendere non ſolum in marito, ſed etiam in eo quod deſpondit quidem, ſed nondum eam duxit: ne ipſe pignori dare aut obligare poſſit fundum dotalem aut domum.

f INNOM. Nam hic quoque dotalis dicitur, & non alienatur. Maritus enim & vxor dicuntur etiam ſponſi abuſiue. Proprie enim poſt matrimonium dicitur maritus & ſponſa: vt lib. 6. Cod. tit. 61 conſtit. 5. Dicit enim lib quoque 38. tit. 10. cap. 8. quod ex ipſis ſponſalibus incipit nomen ſoceri & ſocrus, & generi & nurus. Quod hæc autem non proprie dicantur, didiciſti tit. 2. huius cap. lib. 12. them. 2.

g IVLIANVS. Scripſit lib. 6. ſuorum Digeſtorum, neque ſeruitutes dotali fundo debitas maritum poſſe cedere, neque alias ei imponere. Sed nec ſi ceſſerit libertatem, ea ex hac ceſſione competit, ne domus dotalis fiat cauſa deterior.

CYRILLI. Non recte fundi ſeruitutem cedit maritus, aut eam grauat ſeruitute. Eadem etiam in domo.

h INNOM. Neque non vtendo patitur eas amitti: nam eſt hæc quoque ſpecies alienationis: vt lib. 50. tit. 16. cap. 27. 28.

Dig. Quemadmodum ſeruitutes amittuntur.

i Nam confuſione dominii amittitur ſeruitus quæ debebatur fundo dotali. Quod autem confuſione dominii extinguatur ſeruitus debita fundo dotali, multis quidem ex locis ſciri poteſt, maxime autem in 4 libro voluminis de iudiciis tit. 6. conſtit. 1.

k Hoc eſt, condemnatur maritus dare mulieri æſtimationem ſeruitutis.

l Intellige actionem in factum, vt agens mulier aduerſus venditorem. *Deſunt nonnulla.* Cum fundum emiſſet maritus, rurſus eum reddidit venditori, liberatum ſcilicet à ſeruitute. Ita etiã Thalelæus.

CYRILLI. Si prædium ſeruiens emerit maritus, mulier ab eo petit æſtimationem. Sed ſi non eſt ſoluendo: à venditore, ſi fundum acquiſiuit. Sed ſi fundus erat mariti: renouat ei ſeruitutem ſi poſſidet.

m Nam hæredi quoque mulieris dat lex Iulia idem auxilium, vt dicit Vlpianus in cap. 13.

in fundo dotali

Quære lib. 24. tit. 9. cap. 2. th. 2.

SI[a] rogatu mulieris maritus exciderit oliuetum, & nouellum fecerit, l. 8.
deinde ei legauerit: accipit dotem; & ligna exciſa. SI[b] mulier cui[c] fun- l. 9. in pr.
dus à me debebatur ex ſtipulatione, dixerit mihi ſe habere debitum in §. 1.
dotem: fit inęſtimatus fundus dotalis. ¶ Sed ſi debebam fũdum aut decẽ §. 2.
nũmos, & datũ in dotem fuerit debitũ: id quod volo fit dotis. ¶ Si autem
fundum vel[d] Petrum, & deceſſerit[e] ſeruus: fit inæſtimatus dotalis fun- §. vlt.
dus. ¶ Si vero erant duo fundi: is quem volo fit dos. & ſi vnũ alienauero,
alter fit inęſtimatus dotalis: & ſi redemero eum qui fuit alienatus: poteſt
eum qui manſit alienare. QVOD ſi etiam priuſquam fundum aliena- l. 10.
tum redemero, alium quoque vendidero: confirmatur ſecundi vẽditio.
IN[f] fundo quoque æſtimato, ſi data ſit[g] electio mulieri, prohibetur eius l. 11.
alienatio. Nõ autẽ ſi maritus habuerit electionẽ. ETIAM[h] ſoluto matri- l. 12. in pr.
monio manet fũdus dotalis. ¶ Ne volũtate quidẽ ſoceri fũdus alienatur. §. 1.

a CYRILLI. Maritus qui voluntate mulieris ſuccidit arbores fundi dotalis, legauit dotem mulieri. Ea accipit etiam arbores quæ ſunt ab ea exciſæ.

b Mulier promiſit marito id quod ſibi ab eo debebatur. Si fundus quidem debebatur: ipſe erit in dotem. Sin autem fundus vel pecunia: vtrum velit maritus. Si vero fundus vel ſeruus, & deceſſerit ſeruus, fundus. Si autem hic vel ille fundus: vno vendito alium non recte vendit, niſi primum acquiſierit. Sed ſi vendiderit, acquiſitione primi confirmatur venditio.

c INNOM. Lege tit. 3. cap. 11. & 12. & cap. penult. 47. & 2. them 59 & huius tit cap 14. th. 2.

d INNOM. De alternatione rei vel loci, vel vtriuſque ſimul & de amiſſione vnius vel duorum ex iis quæ ſunt promiſſa, lege lib 13. tit. 4 cap. 2. & lib. 3 cap 47 & lib. 45. tit 1. cap 105.

e Idem eſt etiam ſi Petrus deceſſerit ex alia autem cauſa eum acquiſierit: debetur enim alterum abſque vlla controuerſia, vt dicit Pomponius in 41. lib Dig tit 1. cap. 15. Additur.

INNOMINATO, Et inuenitur lex ambulatoria. Cui etiam hoc adſcribitur. De voluntate ambulatoria, lege etiam aliud th. lib 34. tit 4. & in fine 21. cap. primi tit. lib. 19.

f Hoc eſt, non ſolum fundum inæſtimatum alienare prohibetur maritus, ſed etiam quandoque æſtimatum.

CYRILLI. Si pacta ſit mulier vt fundus ſibi redderetur vel æſtimatio: ſi non ſeruauerit ſibi electionem, non prohibetur alienatio.

g Adeo

Digitized by Google

g Adeo vt ſoluto matrimonio habeat electionem, velitne accipere fundum, an eius æſtimationem. Adſcriptio. Ne putes eſſe contrarium quod ſitum eſt in cap. 32. tit. præcedentis: ſed lege eam quæ illic eſt adſcriptionem. Prædium inæſtimatum etiam ſoluto matrimonio videtur eſſe dotale. Quamobrem nec ſoluto quidem matrimonio poteſt maritus id alienare. lege cap. quod deinceps ſequitur.

l. 13. in pr. Et [a] vrbanum & ruſticanum, dotale dicitur ædificium: eſt enim prohibitio in quouis ædificio. Lege 5. them. ſeq. tit.
§. 1 ¶ Etiam ſi pars fundi data fuerit, non alienatur.
§. 2 ¶ Dotale eſt quod fit [b] dominii [c] mariti, & tunc prohibetur alienari.
§. 3 ¶ [d] Hæres quoque mulieris idem habet [e] auxilium quod mulier.
§. vlt. ¶ Si [f] maritus vxore inſtituta hærede, fundum dotalē alicui legauerit: ſi quidem poſt legata hæreditate mulier dotem habuerit, vel eius partem: valet legatum fundi dotalis vel in totum, vel in partem. Sin minus: eſt inualidum.

a Multa diximus de prædiis dotalibus Lubenter ergo ſcirem quid ſit prædium dotale. Debemus ergo id intelligere non ſolum vrbanum, ſed etiam ruſticanū. In omni enim ædificio, ſiue in vrbe, ſiue ruri ſitum ſit, locum habet lex Iulia. Prædii autem appellatione continetur etiam pars prędiorum. Proinde ſiue totum prædium in dotem ſit datū ſiue pars prædii, non poteſt id ſecundum leges alienare maritus. Tunc autem lex Iulia prædii dotalis prohibet alienationem, quando maritus factus fuit eius dominus. Si enim nondum factus fuit dominus: non poteſt alienare quod non eſt ſub eius dominio: & non eſt lex Iulia neceſſaria vt non poſſit maritus alienare prædium dotale. non ſolum autem marito, ſed etiam eius hæredi dat lex eam conſuetudinem.

Cyrilli. Eadem omnia ſeruantur etiam in domo: & in parte prædii prohibetur alienatio, quando maritus factus fuerit dominus. Hoc priuilegium habet etiam hæres mulieris.

Enant. Ruſticanum quidem eſt prædium: vrbanum autem prædium dicitur omne ædificium, etiam ſi ſit ruri: vt lib. 8. tit. 4. c. 1. & Inſtit. 2. tit. 3. & lib. 15. tit. 16. cap. 196. In quo addit, quod etiam hortus habens ædificium. Sed ſi habeat plurimum in reditu olerum vel vinearum, non dicitur vrbanum prædium In 4 autem c. 2. tit. lib. 20. dicit quod ſtabula ſeparata ab ædificiis, non ſunt vrbanorum prædiorum.

b. Tunc autem fit maritus eius dominus, quando erat eius domina ea quæ dedit. Huic autem conuenit thema quoque 3. ſeq. cap.

c Enantioph. Et qui datus fuit ſponſo. Intelligit autem eum qui eſt inæſtimatus: ipſe enim dicitur dotalis eum enim qui fuit æſtimatus, alienat tanquam emptor. vt lib. 5. Cod tit. 63. in fine. Non ſolum autem æſtimati, ſed etiam inæſtimati eſt dominus maritus: vt tit. 3. huius lib. conſt. 9.

d. Hoc intellige ad hoc quod non poſſit maritus dotalem fundum alienare ſi deceſſerit mulier, & eius hæredi competierit dotis repetitio. Non omne enim priuilegium quod datum eſt vxori, datum eſt etiam eius hæredi, vt ſciri poteſt in 7 lib. C. tit. 74. Datur tamen eius filiis, vt dicit poſt Codicem conſtit. Memento eorum quæ dicta ſunt in fine 7. cap. huius tit.

e Enant. In ſubiecto themate. Sunt enim quædam quæ eius hæredi non competunt, vt lib. 7. Cod. tit. 74. Dicit autem liber quoque 24. tit. 3. c. 27. quod quæcunque ſeruantur muliere agente de dote, eadem fiunt etiam in eius hærede.

f Si quis vxore ſua hærede inſtituta, dotalem fundum quem ab ea accepit, alicui legauerit: diſtingue: & ſi deductis quidem legatis poteſt mulier quantitatem ſuæ dotis ſaluam habere ex hæreditate defuncti: valet in dotali fundo legatum. Sin autem ex hæreditate defuncti non poſſit habere ſaluam dotis quantitatem ex hæreditate defuncti: quæritur quidem an ſic quoque valeat legatum in fundo dotali. Dicit Scęuola, ſi non poſſit totus fundus, ſed aliqua pars eius vendicari propter legatum, quatenus pars eius deeſt ad ſupplendam dotem: eam ſolam partem quæ deeſt ad ſupplendam dotem, non autem totum fundum, manere mulieri ad ſupplendam dotem.

Cyrilli. Si maritus muliere inſtituta hærede legauerit fundum dotalem: in id quod remanet deducta dote valet legatum.

Innom. Mulier quæ aliquid accepit amplius per fideicommiſſum ex teſtamento mariti, & conatur vendicare dotalem fundum ab eo alienatum, repellitur doli exceptione: vt lib. 31. cap. 71. them. 6.

l. 14. in pr. & §. 1. Est [a] dotalis etiam qui voluntate eius qui eſt vxorem ducturus, datus eſt alii, etiam ſi alius dotarit mulierem. Lege tit. 3. & 20 lege conſtit. 1. & tit. 9. c. 29. the. 2.
§. 2 ¶ Si [b] mulier cui fundus alienus debebatur, cum in dotem promiſerit: tunc fit dotalis quando ad [c] eū peruenerit.
§. vlt. ¶ Si ob [d] dotis conſtitutionem fundi legatum vel hæreditatem repudiarit mulier, viro forte ſubſtituto: [e] fundus fit dotalis.
l. 15 [f] Etiam ſi maritus ſcripſerit ad vxorem, non eſſe fundum dotalem: ea tamē moriente in matrimonio fundum retinet maritus. mulier enim ex pacto actionem habere non poterat.

Digitized by Google

a Si quæpiam mulier nuptura Titio, eius voluntate fundum quem ei datura erat in dotem, tradidit cuidam Mæuio: dos erit eius conditionis cuius erat futura ſi ipſi Titio primitus in fundum dediſſet mulier. Et ſi non ipſa primo mulier marito fundum dedit in dotem, ſed aliquis alius pro ea: fundus nihilo ſecius erat dotalis, quoniam propter mulierem videtur ad eum peruenisse. Adſcriptio. Et ſi non marito, ſed alicui alii eius voluntate fundum tradidit mulier: fundus tamen ſic quoque erit dotalis & habebit effectum dotalium. Scis enim te didiciſſe ex iis quæ dicit Vlpianus in cap 19.3. tit. huius lib. quod etiam ſi alicui alii iuſſu mariti dos data ſit, videtur primitus data eſſe mulieri.

b Mulier ſtipulata eſt fundum à quodam Titio, qui non ad ipſum Titium pertinebat, ſed ad quendam alium. Poſtea nubens huic ipſi Titio promiſit ei dare in dotem id quod ab eo debebatur. Dicit Paulus fundum eſſe in pendenti, & tunc fieri dotalem, quando Titius fit eius dominus.

c Aliud eſt in ancilla: neq; enim alias fit dotalis, quam ſi eo tempore quo fit dotis traditio, erat in dominio mariti: vt dicit Celſus in tit. 3. cap. 58. Nec mireris. In rebus enim immobilibus lex Iulia magnam curam geſſit mulierum: & merito fit fundus dotalis, quandocunq; eum acquiſierit maritus.

d Quidam Mæuium quendam inſtituit hæredem: fundum autem legauit mulieri Titiæ: ea autem nuptura Mæuio hæredi, & volens ei dare dotem, de induſtria legatum repudiauit, vt per repudiationem fundus remaneret apud Mæuium qui erat hæres. Aut non inſtituit quidem Mæuium: vxorem autem cum inſtituiſſet hæredem, vel ei legatum reliquiſſet, ſubſtituit ei in hæreditate vel in legato Mæuium: & mulier de induſtria repudiauit hæreditatem vel legatum, vt locus eſſet ſubſtitutioni, & acciperet hæreditatem vel legatum Mæuius. Omnium enim. *Deſunt nonnulla.*

e ENANTIOPH. Lege tit. 3. cap. 5. in quo dicit patrem qui repudiauit, non ideo facere profectitiam, propterea quod non eſſet in bonis id quod fuit repudiatum.

f Mulier quædam fundum dedit in dotem cum aliis rebus. Conuenit autem vt morte mulieris ſoluto matrimonio dos maneret apud maritum. His autem ſic factis, maritus ad eam ſcripſit literas quæ fundum à dote ſubducebant. Poſtea deceſſit mulier, & ſolutum fuit matrimonium. Venerunt hæredes mulieris, & mouerunt aduerſus maritum non de tota dote, eam enim lucratus eſt maritus ex caſu mortis mulieris, ſed volentes accipere fundum, vt qui fuiſſet extra dotem, per literas quæ à marito ſcriptæ ſunt ad vxorem. Dicit Papinianus eos non poſſe fundum petere, ſed eum quoque manere apud maritum. Solæ enim, inquit, literæ fundum non fecerunt extra dotem: neq; per eas literas mulier vllam acquiſiuit actionem. Quamobrem ſi contigerit hæres fundum poſſidere, poſſunt opponere exceptionem.

Quære tia. 11 ca. 18. [a] LICET fundi dotalis dominium vſu ſit acquiri vetitum: ſi tamẽ eum cuius dominiũ à me vſu acquiri cœptum erat: tibi mulier tanquam proprium conſcripſerit: non impeditur quod vſu acquiritur [b] dominium. Si tu autem cum poſſes, eum non exegiſti: id tuo fit periculo, niſi exiguum tempus [c] ſuperfuerit. CONfirmatur fundi dotalis venditio, ſi mortua muliere dos ceſſerit lucro mariti. SI [d] mulier moram fecerit in dando ex pacto conuento dimidio æſtimationis, & fundo recipiendo: fructus [e] diuidunt. l. 16. l. 17. l. vlt. §. 1.

Lege cap. 3. & 4 1. tit. 1. ca. 42. & 18.

a Hæc habe tanquam in præmittenda conſideratione. Lex Iulia ne per longi quidem temporis præſcriptionem concedit fundum dotalem transferri ad alium. Hoc cum ſcias, veni ad propoſitum. Mulier quædam habebat fundum, quem longo tempore poſſidebat Titius, & ad eum erat habitutus longi temporis præſcriptionem ſed tempore nondum finito mulier nubens cuidam, eum ipſum fundum ei dedit in dotem, non ipſum quidem fundum tradens corporaliter, ſed conſcribens in inſtrumento dotali. Cum itaque poſſet maritus agere aduerſus Titium, & vendicare dictum fundum, in eo fuit negligens. Dicit Triphoninus rem eſſe ſui periculi, ſi Titius fundum acquiſierit per poſſeſſionem longi temporis. Nam licet lex Iulia quæ vetat fundum dotalem alienari, videatur etiam pertinere ad huiuſmodi acquiſitiones, nec permittat per longi temporis poſſeſſionem fundum ad alium transferri: non tamen interrumpit poſſeſſionem quæ alteri cœpit currere antequam dos daretur. Eſt ergo periculo mariti, propterea quod Titius habuit præſcriptionẽ longi temporis.

INNOM. Rem enim alienat etiam is qui eam ſinit vſucapi, aut non vtendo eius amittit ſeruitutes: vt lib. 50. tit. 16. cap. 27. Didiciſti autem etiam in cap. 12. ſecundi tit. lib. 6. quod in iis quæ ſunt prohibita à lege alienari, non competit Publiciana.

b Nota quod nec per longi quidem temporis præſcriptionem concedit lex Iulia dotalem fũdum ad alium transferri, niſi ante dotis dationem eum cœperit poſſidere.

c Hoc intellige naturalius, & tot pone dies intra quos non erat conſentaneum poſſe maritum & docere aduocatos, & in ius vocare Titium, & omnia facere quæ oportet fieri ante litem conteſtatam.

d Mulier fundum dedit in dotem, & pacta eſt vt maritus ipſius fundi in certum caſum lucrãs partem, ſoluto matrimonio ei fundi quoque quem in certum caſum lucrifecerat, partem daret,

& acci-

& acciperet eius æſtimationem.Sed ſoluto matrimonio lucratur quidem eſt maritus ex certo caſu dimidium fundi: partem autem fecit mulier, & non ſoluit. Dicit Labeo,fructus qui poſt moram mulieris ex toto fundo ſunt percepti, pertinere ad maritum. Ego autem Iabolenus exiſtimo fructus magis diuidi pro portione,& eorum quidem partem pro portione manere apud maritum,alteram autem partem reſtitui mulieri.& hoc iure vtimur.

e Adſcriptio. Dicebat quidem Labeo totius agri fructus lucrari maritum, nempe eos qui poſt moram mulieris percepti ſunt vſque ad ſolutionem æſtimationis. Dicebat autem Iabolenus pro portione,& non totius fundi fructus lucrari maritum. Solam enim partem fructuum lucratur ſeu retinet maritus,ſi moram fecerit mulier,pro ea parte qua placuerat dotem apud eum manere.

INNOM. De diuiſione vltimi anni fructuum fundi dotalis ſoluto matrimonio, tractat lib.24. tit.3.c.5.6.7.8.11.31.66.67.

l.1.C.de fundo dotali. a LICET fundus dotalis fuerit æſtimatus: tamen ſi conuenerit vt quæ velit recipiat mulier, aut fundum, aut æſtimationem:locus eſt legi † quæ prohibet alienationem fundi b dotalis. c MARITVS qui communem rem accepit in dotem, ipſe quidem non poteſt ſocium prouocare in iudicium: ipſe autem recte vocatur à ſocio. Lib.5. C.tit. 22. Quære tit.1. c.78.lib.2.

† Iuliæ. l. 2

a THEOD.Non alienat maritus fundum dotalem, ſi conuenerit vt ſeruaret mulieri electionem redditionis dotis. Tunc enim ne æſtimationem quidem poteſt ei reddere ſi nolit, etiamſi dos fuerit æſtimata. Similiter didiciſti in prima conſt.13.tit.huius lib.5.Memento autem 5 & 21.conſt. tit. 12. eiuſdem lib. propoſiti. Sed ſciendum quod res dotales inæſtimatas vendit maritus ſecundum obſeruationem Nouellæ 61.

THAL. Ius huius conſtit cognouimus in c.11.vltimi tit.24. ff.

b Additur in τῷ κζʹ πλάτει, Eſt autem alienatio omnis actus per quem dominium transfertur. In quæ verba ſcribens Thalelæus dicit,Didicimus autem in 4 lib.in tit. 51. in vltima tit.conſt. quod etiam emphytheuſis vocari poteſt alienatio,& hypotheca.

c THAL. Qui communem fundum accepit in dotem, non poteſt cogere ſocium nolentem facere eius diuiſionem: contra autem recte cogitur à ſocio diuidere fundum communem per actionem communi diuidundo.Similiter lib.3.tit.37.

THAL. Secundum hanc conſt intellige etiam caput Triphonini,quod ſitum eſt ante duo capita finis tertii tit.lib. 23.

Titulus VII.

NOVELLA LXI.

Vt res immobiles donationis ante nuptias,nec pignori obligari,neque omnino à marito alienari,ne conſentiente quidem vxore liceat,niſi poſtea ei ſatisfiat.

Nou. 61. §.1. in pr.

SANCIMVS,ſi quis donationem ante ſeu propter nuptias,(ſic enim eam appellari oportere legem tulimus) conſcripſerit, ſiue ipſe pro ſe hoc faciens, ſiue etiam alio ſcribente, aut patre aut matre, aut cognatis,aut forte etiam hoſpitibus.Si quis ergo quidpiam eiuſmodi fecerit, & donationem ſcripſerit, in qua eſt aliquid rerum immobilium, ei interdicimus, ne rem conſcriptam in donationem ante nuptias, de cætero det pignori, vel omnino alienet. Quod enim donationis ante nuptias vinculis ſemel eſt illigatū,non fuerit conueniens alienare,vt mulier,lucro forte obueniente quod ei offert donationem ante nuptias, ægre ferat non inueniens rem in bonis mariti,

Digitized by Google

ſed vel aliis alienatam, vel pignori obligatam etiã perſonis fortaſſe potentibus: vt illi propter has cauſas vel omnino ſit intercluſa vendicatio, vel difficilis,& egẽs iudiciis ex quibus hinc ſibi opem ferat.¶ Quamob- §. 1
rem hoc obſeruetur, ſciatq; qui poſt hæc contraxerit, quod ſiue ius emptionis habeat,ſiue hypothecam,ei nihil horum omnino ſit profuturũ: ſed perinde ac non ſcripta & non dicta erunt quæ ob id ſcripta vel conuenta fuerunt: & lucrum mulieri conſeruetur. Nihil enim alienum videtur feciſſe quidam ex noſtris iudicibus,qui ipſam quoq; actionem dederunt mulierib. ſoluto matrimonio in donatione ante nuptias. Quod quidem recte tentatum,deinde à ſequentibus iudicibus prę nimia quadam & nimis accurata ſubtilitate contemptui eſt habitũ. Nec vllas vias inueniant qui arte factas capiunt hypothecas, eo quod efficiant vt mulieres conſentiant,& ſic à ſuo iure excidant.In his enim ſcriptus conſenſus vel ad hypothecam, vel ad emptionem, vel ad aliam alienationem, eum qui accipit,nihil omnino iuuerit, etiamſi fuerit omnino cõſenſus.
Quære li. 26. tit 7. c. 82. & huius lib. tit 2. c. 112. ch 1. Sed quemadmodum ſcripſimus in interceſſionibus, oportere duorum annorũ tempore decurſo, poſtea aliam rurſus ſcribere confeſſionẽ quæ confirmet conſenſum,& tunc id quod fit,ratum eſſe & validum: ita etiã hic fiat:¶ & ſi conſenſerit mulier ſecundum formam interceſſionũ: eſto §. 2
penitus indemnis,niſi ſecundum,ſicut prius diximus,adhibuerit cõſenſum. Multa.n. à primo ſtatim auditu peccari poſſint à muliere vel metu coniugis vel fraudibus facile inducta,& ſua iura negligente:longiori autẽ tempore rem conſiderans, euaſerit cautior. ¶ Sed nec hoc damus §. 3
abſolute:ſed tunc mulierem ſubiicimus damno quod poteſt accipere ex ſecundo cõſenſu, quando ſunt res aliæ ex quibus poteſt eis ſatisfieri pro re quæ continetur donatione ante nuptias, vel rebus immobilibus quæ detinẽtur per modum alienationis vel hypothecæ. Alioqui ſi nihil aliud ſuperſit,ne ſic quidem mulierẽ læſionem ſuſtinere concedimus:ſed licet bis aut etiam ſæpius conſenſerit, ad rationẽ interceſſionis res reducatur: ſitq; ei lucrum omni ex parte tutum, ſi nihil aliud extiterit relictũ quod ſufficiat ad quantitatem donationis ante nuptias. Et hæc dicimus non mulierũ ſolum curam gerẽtes, ſed multo magis virorum quoq; qui hæc faciunt. Siquidem ex multis atque adeo plurimis caſibus communibus liberis ſeruantur bona donationis ante nuptias, & rurſus illa manent in bonis mariti & illius ſucceſſionis ex hac obſeruatione:quo fit vt hanc legem & vxori & marito vtilem reddant hæ rationes.Et multo magis hęc in dote obſeruentur,ſi ex dote aliqua vel alienauerit vel pignori obligauerit.ea enim iam ſunt ſatis elaborata & conſtituta legibus. ¶ Sed nec i- §. 4. ſeu vlt.
pſos contrahentes omnino negligimus. Sicut enim quæ in his conſiſtit obligationem,quod ad mulieres attinet, non dictam & non ſcriptã eſſe volumus:ita ipſos maritos volumus obligari in aliis ſuis bonis, occaſione alienationis aut hypothecæ: mulieribus quidem ipſis ſeruantes ius minime innouatũ quod eis competit in immobilibus rebus donationis ante nuptias: illis autem ius quod competit ex contractuum inſtrumentis, quod ad alias res horum attinet.

FINIS.

Digitized by Google

1344

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ
LIBER LX.

QVO IVRIS CIVILIS TITVLI LXX,

OMNIA CRIMINA, QVÆQVE AD ILlorum cauſas variaq; iudicia ac pœnas ſpectant, continentes, veterum Græcorum Iuriſconſultorum Scholiis explicantur:

Iacobo Cuiacio I. C. Interprete.

AD ORNATISSIMVM ET ERVDItiſſimum virum Io. Iacobum Cambrayum magiſtrum libellorum in regio comitatu, & Vniuerſitatis Biturigum Cancellarium.



HANOVIÆ
Typis Wechelianis apud Claudium Marnium, & hæredes Ioan. Aubrii.
Anno M. DC VI.

Digitized by Google

IO. IACOBO CAMBRAYO V. C. REGI MAGISTRO LIBELLORVM, ET. VNIVERSITATI BITVRIGVM CANcellario Iac. Cuiacius S.

QVOD eram pollicitus, effeci tandem aliquando V. C. vt ſexageſimus βασιλικῶν Latinus eſſet, atque abiret quo vellet. iucunda res quidem tibi, ſed forte non grata. quod enim ſperaueras fore vt te patronum agnoſceret quem dediſſes manumittendum, hoc ego mihi in manumittendo recepi, ac ſi inde tu me ex iure manu conſertum vocas, ego contra reuoco, aut ſi tibi Ius patronatus cedi oportere ego cedi nec poſſe nec debere, tu forte nec recipi potuiſſe. Lis erit immortalis. Quis enim ex vna lite concitas quæſtiones tot, hodie nobis vere definiuerit, vtrũ patronus ſit qui dedit manumittendum, an qui accepit & manumiſit, & an recipi in manumiſſione Ius patronatus poſſit, an vindicari, an cedi alteri, an aliis quã liberis libertus aſſignari: in quibus etiam vix poteris vim magnam haſtarum ſuſtinere, quas aliis ſolemus miniſtrare, in cauſa noſtra curatius exacuemus & torquebimus maiori alacritate. Igitur ſi ius tibi patronatus cedi vis, quod in hac cauſa conuentio, etiam ſi iuris ratio deficiat poſſit efficere, hoc tibi factum optimum fuerit, vt viciſſim mihi relinquas exomidem, qua exutus eſt is quo de agitur, cum de meo ſumpſit togam, ſcilicet ne omnis mihi opera perierit, & vt ſi quando quis libertatis faciat controuerſiam, ſit penes me quo poſſim veluti ex iuſtæ ſeruitutis exuuiis libertatis veritatem adſerere. hac conditione, ni fallor, ſatisfiet vtrique. At, inquies, ſerius aliquanto tibi, quod hoc quicquid eſt operis ſatis lente & faſtidioſe adeffecerim. itaque iuuat lentitudinis cauſas exponere. Non deerant boni viri, qui hanc te mihi potiſſimum operam delegaſſe intelligentes, exilem, obſcuram, inanem eam eſſe immurmurarent, quod in foro libris βασιλικῶν nullus eſſet locus, in ſchola eſſe non deberet. Iuris enim ciuilis eſſe veluti σωματοποιΐας quandam à Juſtiniano confectam, à qua quidquid deerrat, id pro nihilo habendum eſſe. in quo ſane deerrare eos ipſos, an cauillari dicam, ambigo. Nam ſi verum amamus, ſiue iudicium ſequare fori, & Juſtiniani corpus ipſum magna ex parte ad nihilum redegeris, ſiue ſcholæ vſum, ſi huic corpori nihil adhibueris, exangue & eneruc paulo momento reddideris. & hoc tamen cauillo nonnihil ab inſtituto dimouebar. Eo autem maxime quod cenſebant, & idem tibi mihique iudicium

erat, multo plus commodi ſtudioſos laturos ex Græcis ſi ederentur, quam ex Latina interpretatione. & vero ſi qui ea formis exprimerent, non defuiſſent, hoc ſequi conſultius & mihi optatius fuiſſet, qui multas in ea re conſumptas horas melioribus curis impertiiſſem, & vt maxime in eis elegantia & munditia orationis magna non ſit, placuiſſet tamen ſubtilitas pleriſque in verbis ciuilibus Græce reddēdis. Sed quid ageres, vbi deferueſcente Græcarum literarum ſtudio, labaſcit etiam in Græcis libris, ſi paulo grandiores ſint, exprimendis operarum animus. Ad hæc non minimum me Græcorum interpretum offendebant σφάλματα, *vt cum fructus quoquo modo terra ſeparatos colonum ſtatim ſuos facere legebam, & tutorem datiuũ, legitimum, actionem in factum, in duplum, etiam ſi ſimpli duntaxat perſecutionẽ haberet, Publicum iudicium, pœnale. quo errore ducti negant actionem furti eſſe pœnalem, & pleraque alia quæ referre & refellere pudet, maloque eruditioribus ea linenda relinquere, iis quæ retuli libentius nonnulla oppoſiturus, quæ ne prorſus in hoc opere defetiſcerer effecerunt. Neſcimus vulgo quid ſit quod Vlpianus ſcribit his verbis,* Publica accuſatio reo vel rea ante defunctis permittitur. *id Græci ſic expediunt,* ἐὰν ὁ κατηγορούμενος ἢ ἡ κατηγορουμένη τῷ δημοσίῳ ἐγκλήματι τελευτήσωσι, συγχωρεῖται τὸ ἔγκλημα. Permittitur *ergo pro* remittitur *dixit Vlpianus, quod eſt* ἀναιρεῖται *in contextu Baſilici, & ita alibi,* Debitori Reip. à curatore permitti pecunias nõ poſſe. *& alio loco,* Lege Iulia de maritandis ordinibus permittitur iuſiurãdum. *Cuius reciprocũ* remittitur *pro* permittitur, *illo loco,* Patri omnẽ adulterum remiſſum eſt occidere. *& illo,* Quoties deſideratur à prætore vt remittat diſtrahi. *& illo,* Ad tempus relegatio remittenda eſt, *l. 3. §. pen. Stellion. Ouidius* x I. Nec res dubitare remittit. *Tacitus lib.* 1. Remiſit Cæſar adrogãti moderatione. *Id quoq; neſcimus quid ſit Pauli libro ſingulari de pœnis paganorũ,* Quæſtionis habendæ cauſa neminem eſſe damnandum D. Adrianũm reſcripſiſſe. *quod ita interpretantur,* οὐδένα χρὴ καταδικάζεσθαι ἐπὶ τοῦ δημοσίως βασανίζεσθαι. *Ex Latinis interpretibus qui ſibi magis ſapere videntur, hanc quidem eſſe ſententiam aiunt,* Ne quis pœnæ cauſa equuleo torqueatur. *Sed à vero aberrant ſtatim dum eam coanguſtant ad reũ criminibus teſtimoniiſq; nondum conuictum, cui nec vllam aliam pœnam infligi poſſe conſtat, & melius eſt rem ita præcidere, Non poſſe reum confeſſum aut conuictum ita damnari, vt pœnæ cauſa diebus puta ſingulis vel alternis, vel quot menſibus tota vita, vel ad tempus torqueatur. quæſtionem enim eruendæ veritatis nõ rei puniendi cauſa haberi, qua ratione prudentes etiam negarunt quenquã ita eſſe damnandum vt perpetuo carcere vel perpetuis vinculis contineatur, quod carcer cuſtodiæ nõ pœnæ cauſa adinuẽtus ſit. Poſſim proferre multa alia, quæ Græci nobis ſyncerius explicata reliquerunt. Sed nolo eruditioribus præripere, quæ vbi inuenerint, magnificentius exornaturi ſunt. & ignaris, inertibus, iiſdemque plurimum ingratis, an ſemper veluti manſa in os ingeremus? graſſentur noſtris itineribus labore & ſudore pari. inter rubos & ſentes deliteſcunt odores veri. Sunt in hoc libro mala, ſunt quædam mediocria, ſunt bona plura. exerceant ſe in hoc excernendo puluere. Sed ne alia huius libri commoda ſilentio prætereantur, quæ in eo vertendo ne deſponderem animum effecerunt, quis quæſo vnquã antehac audierat imperfectos eſſe libros Digeſtorũ? quod hic liber primum prodidit. Quis crediderat tot Iuſtiniano corpori impoſita eſſe vulnera, quibus male obductis refricandis ſimul ac perſanandis nulla ſunt myrothecia, quæ noſtro Baſilico efficacius ſuppeditare poſſint? nec tædebit præter quæ*

iam

l. adigere. §. vlt. De iur. pat.
l. 8 § pen. De bon. lib.
l. 22 Ad leg. Iul. de adult.

iam conſanaui,& hîc alia quædam obligare. Si atrox, *inquit Vlpianus,* ſit iniuria, quam paſſus ſit, ſi ſua, puta, ſi ſeruilis. Si ſæua, *monent eſſe legendum, qui ſic vertunt,* ὅταν σχετλιαὶ ἢ τραχεῖαι ὕβριν ὑπομείνῃ, καὶ τοῖς δούλοις πρέπουσαι. *Idē,* Nec grauari, *inquit,* debet dominus qui non iuſſit ſeruorum ſuorum factum præſtaret. *Græci,* οὐκ ὀφείλω βαρύνεσθαι ἐναγόμενος ὑπὲρ ὧν ἐποίησαν οἱ οἰκέται. *igitur ſi tertiam perſonam elegeris, rectius dixeris,* Non debet grauari dominus qui non iuſſit ſeruorum ſuorum factum præſtare. *& paulo poſt,* Quod enim noxæ dedere compellitur, in damno debet reputare: *Verius Græci,* οὐ πιστεύεται αὐτῷ ἐπιζήμιον εἶναι. *& mox,* Cum ſeruus, *inquit,* hoc poſſit domini conditionem deteriorem facere. Hoc, *id eſt,* ἐν τούτῳ. *Idem rurſus de iniuria atroci,* Tempore atrociorem fieri ſi ludis & in conſpectu. nam in prætoris conſpectu an in ſolitudine iniuria facta fuerit, multum intereſſe: quia atrocior eſt quæ in conſpectu fit. *Emendaui iampridem,* in cōſpectu P. Romani *quodſi quis improbarit, vt eſt iam tyro feroculus quidam, cuius in oculis ad hanc lucem ſuffuſis incurrunt vmbræ & monſtra, hunc ad Græcos ire iubebo, vt diſcat & hos repoſuiſſe,* πολλῶν ὁρώντων, πολλῶν θεωμένων. *Sed iidem quod legunt* loco *pro* tempore, *eſt ex Inſtitutionibus, qua mutatione recepta, &* prætoris *nomen debuiſſent recipere, vt mihi quoque mutandi eius mens fuit in Labeonis definitione ab Vlpiano relata, non in Inſtitutionibus. Exemplum temporis vnum eſt, ludis & in conſpectu. Loci tria, in theatro, in foro, in conſpectu prætoris, & vt maxime ſoleat prætor in foro ius dicere & in theatro ludos edere, tamen ſi alio loco fiat iniuria in conſpectu prætoris, atrox loco cenſebitur, non etiam tempore, niſi fiat quo die populus frequens conuenire, & otiari in vrbe ſolet, veluti die feſto ludorum, nec eadem eſt ludorum & theatri ſignificatio. hoc enim nomine locus, illo tempus ſignificatur. & præterea cum ludos & ſpectacula exhibuiſſe conſtet non prætorem modo, ſed & conſules, quæſtores, pontifices, augures, quindecim viros, potiſſimumq; ædiles, neſcio cur malint in nomine prætoris adhæreſcere, & hac occaſione arrepta an affectata conatus noſtros petulanter inceſſere, quib. profecerunt proficiuntq; quotidie, homines mendiciſſimi, quorum ego in vlcera ſi vngues contorquere cœpero, vehementibus doloribus adficientur. Sed, vt hæc mittamus, pene præterieram maximo hunc librum vſui fore non Digeſtis modo, ſed etiam Codici redintegrando innumeris conſtitutionibus mutilato, ex quibus & alias pleraſque, niſi Anto. Auguſtinus properet edere, diutius incluſas manere non patiar. optarim certe magis, vt hanc prouinciam doctiſſimus Auguſtinus ſuſciperet, à quo quicquid proficiſcitur, ſcimus & fatemur libenter eſſe purius ſplendidiusq;. Suppeditarunt vero illas nobis alii* Βασιλικῶν *libri, è quibus mihi nunc ſunt in manibus* XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. *commendati beneficio clariſſimi & prudentiſſimi viri Viglii Zuichenii, cui præ cæteris tanto magis debent Iuris ſtudioſi, quanto maiores ſunt illi qui in tantis ſuperioris æui tenebris clarū lumen prætulerunt iis qui de eo ſuum deinde lumen accenderunt. Euolueram & alios plerosque iam ante, ac pene totum* ἑξηκοντάβιβλον *non illum quondam Hippocratis, ſed Leonis philoſophi Imperatoris nō minus quā Hippocratis medendi rationibus locupletem, cuius poſtremus liber* ὕστερον πρότερον *emittitur primus, quod &* ὕστερον πρότερον *te hortatore & optimo viro Cl. Sennetonio maxime, ſine quo is tibi mihique deperiiſſet, prius huic ſe vulgando animus meus applicauerit. Sequentur breui D. Viglii, & alii cum erit ſpatium, & Herueti præcipue* XXVIII. XXIX.

Digitized by Google

& à XLV. *ad* XLIX. *emendatiores. Nam diutius ferre non poſſum, vt ſiti ſiue γνήσιοι, ſint* germani, *perduellionis crimen ſiue ἀποστασία*, inſurrectio, *δωρεαστικὸν, id eſt, donationis inſtrumentū,* donatiuum, *ὑποκαταστάσεις ſiue fideicōmiſſa*, facultates, † *μῆνα παρὰ μῆνα, quod eſt alternis mēſibus,* manere, *ἀναλγή,* ignorantia, & *neſcio quæ alia. Cæterùm legendis his libris, niſi me meum iudicium fallit, placebit etiam valde cunctis mira Græcorum diligentia & ſedulitas, quibus ſatis non fuit habere contextum Codicis & Digeſtorum compendioſiorem, qui βασιλικῶν nomen obtinet, & alium eiuſdem generis auctoris incerti, & Cyrilli in Pandectas, Theodori in Codicem breuia argumenta, niſi Indicem confeciſſent late diffuſum, quod & πλάτος τῶν νόμων nuncuparunt eodem modo quo πλάτος τῆς οὐσίας late diffuſum patrimonium, cuius auctores duo diuerſi, Dorotheus & Cyrillus, Dorotheus vſitatior, alii perſimile τὸ κατὰ πόδας, alii τὸ παλαιὸν condiderunt, antiquioris Latini contextus veſtigia ſubtiliter perſecuti. His adiecere interpretationes ſiue παραγραφάς, & ſimilium locorum notationes, quas παραπομπὰς vocant, alias ἔξωθεν, alias ἔσωθεν κειμένας, vt loquuntur, inter verſus has prætermiſimus, ne deformaretur contextus, & quod eadem plerumq; erant ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν. Interpretum vero turba non minor quam Latinorum, hactenus Occidenti ignota nomina, Stephanus, Nicæus, Thalelæus, Iſidorus, Euſtathius, Eudoxius, Calocyrus, Sextus, Calliſtratus, Leo, Phocas, Modeſtinus, Domnimus, Gobidas, Chumnus Ioannes, Hagiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Patzus, Garidas, Beſtes, Baphius, Theophilus, hæc, inquam, erudita Græcorum interpretum turba non minimum acuet adoleſcentiū animos ad iuris ciuilis ſcientiam amplectendam, quam Græcia affatim excoluerit? His non adnumero Anonymum, Baſilicum, Enanthiophanes, quibus tamen quaſi propriis interpretū nominibus vtuntur, cum vere Anonymus ſit interpres incertus, Baſilicus contextus ipſe βασιλικῶν, Enantiophanes locorum qui inuicem pugnare videntur, coaceruatio, cuius forſitan auctor Photius, qui ſe in nomocanone περὶ ἐναντιοφανῶν librum ſcripſiſſe profitetur. Adducitur etiam his libris neſcio quis* Νομοφύλαξ & Κωδικευτὴς, & *Romani πρᾶξις, vulgo praxis, & Prochirum Conſtantini Harmenopuli ſtudioſi recentioris, ſed quod ante Harmenopulum verſabat Græcia, quodque alias Enchiridii nomine ſignificari putem, cum ſiue Prochiri ſiue Enchiridii* XL. *tantum libri numerentur. Hæ cauſæ & vtilitates omnes, quæ his libris inſunt, vix tandem peruicerunt & perpulerunt cunctantem me, vt ab hoc libro, de quo tibi primum fidem dederam, inciperem, & ad cæteros me alacrius compararem, nec quieſcam ante quam omnes quotquot habeo in commune contulero, ſi modo hæc tibi primum opera placuerit: & faueant vere boni, deinde ſi etiam optimi illi & fronte politiſſimi viri, quorum obgannitum initio commouiſſe me dixi, reſipiſcant, & noſtris conatibus obtrectare deſinant. Cæteroquin ſilentio vitam tranſigere quam vlli hominum angoris præbere materiam tantum non animo meo decretum atq; conſtitutum eſt. Vale Biturigis* X. *Kal. Ian.* M. D. LXV.

† vt Demoſthenes κατὰ Νεαίρας ἡμέραν παρ' ἡμέραν. & Paulus ad Romanos 14.

INDEX

INDEX TITVLORVM QVI HOC ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ LIBRO LX. CONTINENTVR ET EXplicantur.

I. DE pecuniariis pœnis & calumniis, & qui ob calumniam puniuntur, vel non.

II. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

III. De lege Aquilia de damno.

IV. De iis qui effuderint vel deiecerint.

V. De actionibus noxalibus, quibus ſerui vel quadrupedes deduntur pro noxa.

VI. De ſeruo corrupto.

VII. De ſeruis fugitiuis, & ſuſceptoribus atque occultatoribus eorum.

VIII. De aleatoribus.

IX. Si menſor falſum modum dixerit.

X. De condictione furtiua.

XI. De priuatis delictis.

XII. De furto.

XIII. Si quis in teſtamento liber eſſe iubeatur, & poſt mortem domini ante aditionem hæreditatis ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dicatur.

XIV. De furto aduerſus caupones & ſtabularios.

XV. Si familia furtum feciſſe dicatur.

XVI. De arboribus palam vel furtim caſis.

XVII. De vi bonis raptis, & de turba, & de vi armata.

XVIII. Ex lege Iulia de vi publica & priuata.

XIX. De migratione.

XX. De incendio & ruina.

XXI. De iniuriis & famoſis libellis.

XXII. De extraordinariis criminibus.

XXIII. De ſepulchro violato.

XXIV. De concuſſione.

XXV. De abigeis.

XXVI. De accuſatoribus ſiue præuaricatoribus.

XXVII. De receptatoribus.

XXVIII. De iis qui carcere effugerint, & de expilatione.

XXIX. De expilata hæreditate.

XXX. Actio in ſtelliones.

XXXI. De termino moto.

XXXII. De collegiis, ſodalitiis & corporibus, & popularibus actionibus.

XXXIII. De publicis iudiciis.

XXXIV. De accuſationibus & inſcriptionibus.

XXXV. De cuſtodia & exhibitione reorum.

XXXVI. Lex Iulia quæ competit in maieſtatis reos.

XXXVII. Lex Iulia de adulteris, & ſtupro virginum & viduarum.

XXXVIII. Vt ne ſint lenones vllo loco Romanæ Reip.

XXXIX. Lex Cornelia de ſicariis & veneficis & mathematicis & ſimilibus.

XL. Lex Pompeia de parricidiis.

XLI. Lex Cornelia de falſis, & S.C. Libonianum.

XLII. [De] iis, quibus vt indignis legata vel hæreditates auferuntur.

XLI[II]. [D]e lege Iulia quæ intenditur aduerſus magiſtratus vel iudices vel adſeſſores, in iudicio furantes.

[X]L[IV]. Lex Iulia de

XLV. *Lex Iulia contra peculatores, & de ſacrilegis, & de publicarum pecuniarum furibus.*
XLVI. *De lege Iulia in ambitioſos.*
XLVII. *De libero homine reſtituendo.*
XLVIII. *Lex Fabia de plagiariis.*
XLIX. *De requiſitione & abſentibus damnandis.*
L. *De quæſtionibus.*
LI. *De pœnis.*
LII. *De bonis damnatorum.*
LIII. *De bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt.*
LIV. *De interdictis & relegatis & deportatis.*
LV. *Vt ne ſint priuati carceres.*
LVI. *Si reus vel accuſator mortuus fuerit.*
LVII. *Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit.*
LVIII. *De raptu virginum vel viduarum, necnon ſanctimonialium.*
LIX. *De emendatione ſeruorum & propinquorum.*
LX. *De adulteratoribus monetæ & mutatione nominis.*
LXI. *De ſeditioſis & iis qui plebem contra Remp. audent colligere.*
LXII. *Quando ciuilis vel criminalis condemnatio, & vtrum vtraque an vna tantum ab eodem exerceri poſſint.*
LXIII. *De famoſis libellis.*
LXIV. *De abolitionibus & generali abolitione.*
LXV. *Vt intra ſtatutum tempus criminalis quæſtio terminetur.*
LXVI. *De accuſatore deſiſtente.*
LXVII. *Ne ſine iuſſu principis non ſtatutis iudicibus liceat confiſcare.*
LXVIII. *De ſententiam paſſis & reſtitutis.*
LXIX. *De reliquiis punitorum.*
LXX. *De prædæ partitione.*

ΒΑΣΙ-

Digitized by Google

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ
LIBER LX.

Titulus I.

Sive ff. lib. III. tit. VI.

De pecuniariis pœnis & calumniis, & qui ob calumniam puniantur vel non.

VLPIANVS.

L.1.in pr. ff. de calumniatoribus. QVi pecuniam accipit calumniandi, vel non calumniandi cauſa, intra annum tenetur in quadruplum, poſt annum [a] in ſimplum: §.1. ¶ cui actioni locus eſt in pecuniariis & criminalibus cauſis. Tenetur [b] etiam ea lege, qua magiſtratus, & iudices, & adſeſſores, qui quid in lite
§. 2 ſubripuerunt, coercentur: ¶ idque ſiue ante [c] iu-
§. 3 dicium conſtitutũ, ſiue poſtea acceperit. ¶ Qui dedit [d] iudici, vel aduerſario [e] non tranſigendi [f] animo, lite [g] cadit, ſiue * publica [h] illa erat, ſiue priuata, ſiue fiſcalis [i]. *καθολικὴ πάντων.

§.vlt. PAVLVS. Accipere [k] pecuniam [l] dicitur, & qui pro pecunia [m] aliquid
l. 2 accipit. ET qui actione liberatur, vel qui gratis vtendam pecuniam accipit, & qui conducit, vel emit minoris, & qui alteri dari [n] iubet, & qui datum alteri ſuo nomine ratum habet.

l.3.in pr. VLPIANVS. Et generaliter qui propter hoc lucratur aliquid ab ad-
§.1. §.2 uerſario ſuo, vel alio, tenetur, ¶ ſiue calumniatus ſit, ſiue nõ. ¶ Tenetur
§.vlt. & qui turpiter pactus eſt. [o] ¶ Si quis [p] dederit vt mihi per calumniam negotium fieret, nõ ipſe, ſed ego repetitionem habeo: [q] ſin vero & ego dedero, [r] ne mihi per calumniam negotium fieret, duas actiones habeo.

a *Poſt annum.* Vſque ad annos 30. Delicta enim curſu temporis extinguuntur.

b *Tenetur.* Innominatus ſic habet: Tenetur & lege Iulia repetundarum, ſiue ante iudicium, ſiue poſt iudicium conſtitutum acceperit. Idem & in Cyrillo, & in Indice inuenies.

c *Siue ante* Parui enim refert ante, an poſt litis conteſtationem acceperit calumniandi cauſa: vt ſi quis ei qui litigãdi calumnioſe animum habebat, dando magis impulerit eum ad agendum, vel ſi calumniatori qui iam cœperat agere, cum in ea lite defunctorie verſaretur, dederit, vt pergeret. Quære lib.7.tit.4. c 6. them. 2. & concorda cum præſenti, & lib.24. tit. 2.c.2.3.4. & tit.53. huius lib.c.1. & lib.11.tit.2.c.35. & lib.21.tit.2.c 1.

d *Dedit.* Generaliter & indiſtincte actor, qui dedit procuratori, ſiue aduocato aduerſarii, in quibus cauſis per procuratorẽ de crimine experiri licet, veluti de ſuſpecto tutore, & ſepulchro viola-

Digitized by Google

to,& via publica,quod mouetur à priuato,cuius intereſt, & de iniuriis,vt lib.8.tit.2.c.39 the.penult.& c.42 them.1.& 2.& lib.7.tit.8.c.vlt.& lib 9.tit.1.c.40.& tit.26 c vlt & tit.53.c.1.

e *Vel aduerſario.* Si aduerſarium hic principalem dicit,pone & litem motam & datam corrumpendi cauſa,ſecundum 4.the.1.c.2.tit.21.lib.

f *Tranſigendi.* Non ſolum in quibus non licet tranſigere,famoſis videlicet,& quæ ſanguinis pœnam non inferunt,ſed & in pecuniariis lite cadit qui non dat palàm & tranſigendi cauſa Scribitur autem pleriſque locis,in quibus criminibus liceat tranſigere,vt 18.conſtit.4. tit.2. lib. Cod. & tit.2.lib.11. Quære tit.43.c.5.& tit. 41.c.32. Ignoſcitur autem ei qui dedit mortis euitandæ cauſa. vt lib.48.tit 21.Conſt.1.Lege & lib.7.C.tit.49.& lib.12.tit.5.Conſt.2.vel lib.24.tit.2.

g *Lite.* Hoc refertur ad actorem. Illa autem verba,*non tranſigendi animo*,ad reum.

h *Publica.* Populari actione,vt de ſepulchro violato, & quære tit.23.c.6.vel κοινόν dicit, corporis forte,ſiue collegii.

i *Fiſcalis.* Vt ſi fiſcus occupet alicuius bona, quaſi vacantia,& agat aduerſus eum defuncti cognatus petitione hæreditatis,& corrumpat aduocatum fiſci.

k *Accipere.* Quoniam accipientem pecuniam punit,nunc docet quis intelligatur pecuniam accipere.

l *Pecuniam.* Quoniam diximus eum qui accepit pecuniam, vt calumniæ cauſa negotium faceret,vel non faceret,teneri actione in factum de calumnia, pecuniam accepiſſe videtur etiam ſi aliquid pro pecunia acceperit. Si vero debitor à ſuo creditore obligatione ſolutus ſit per acceptilationem,vt per calumniam negotium alteri faceret,vel non faceret,erit etiam tunc locus actioni in factum de calumnia.Idem erit ſi ſine vſuris pecunia data ſit futuro calumniatori,vel minori pretio res locata,aut vendita:nam & ita pecuniam accepiſſe videtur, & tenetur de calumnia in factum actione.Punitur vero qui accepit pecuniam,ſiue ipſe acceperit per ſe,vel iuſſerit alteri dari, ſiue accipiente altero nomine ſuo ratum habuerit: & vt generaliter dicam, qui aliquid lucratus eſt, vt calumnietur,vel vt ne calumnietur.tenetur actione in factum de calumnia,ſiue ab eo lucrum perceperit,quem erat calumniaturus,ſiue ab alio quolibet.Si igitur accepit,vt negotium faceret, id eſt, vt calumniaretur aliquem, ſiue calumniatus ſit.ſiue non , tenetur actione in factum de calumnia: quoniam quod datum eſt. omnino accepit calumniæ cauſa, & qui accepit ne calumniaretur , ſiue fecerit,id eſt,ſiue calumniatus ſit. ſiue non fecerit, id eſt, non calumniatus ſit (facere enim eſt & non facere , quod vt ne fieret , cautum eſt) tenetur de calumnia in factum. Quære tit. 41. cap. 9. finem.

l *Pro pecunia.* Quære lib. 2. tit. 2. c. 177. & 178. in quo ait pecuniæ appellatione non tantum nummos contineri,ſed & corpora omnia.

l *Vt qui accipit rem vtendam gratis.* Quære lib. 44. tit. 19.c.44.& lib. 2.tit.3.c.114.them 2.& qui permutauit,vel compenſauit,vt lib.50.tit.16.c.76.& lib.2.c.72.& Inſt.4.tit.11.& lib 2.tit.2. c 76. Hoc eſt,ſiue ipſe per ſe accipiat, ſiue iubeat alteri dari,ſiue alio accipiente nomine ſuo ratum habeat.Ego enim videor accipere,quod alteri iuſſu meo datur.

m *Dari.* Quod ſibi offertur calumniandi cauſa.

n *Pactus eſt.* Fac ita conueniſſe, ne à me peteres debitam pecuniam,ſi calumniis peterem aliquem,vel non peterem.

o *Si quis.* Vbi enim & dantis & accipientis turpitudo verſatur, melior eſt conditio poſſidentis: & non poteſt,qui dedit,agere condictione ob turpem cauſam, vt in 5. Dig. Vlpianus ait. Quære lib.24.tit.2.c 1.& Inſt.4.tit.6.them.22.

p *Repetitionem habeo* Per actionem in factum, vt in 7. Dig. nec exiſtimes in ſimplum habere me nummorum repetitionem : nam actionem in factum dedit mihi Paulus 7. Dig. qua mihi ſecundum propriam naturam liceret experiri. Vide autem quemadmodum ponat datam pecuniam, vt accipiens calumniaretur. Aliud eſt ſi non ex turpi cauſa det aliquis, ſed vt qui accipit , non calumnietur me: tunc enim is qui dedit , condictionem habet, ego vero pro quo pecuniam dedit,in factum actionem habeo, & hoc Paulus ait 7. Dig quod notandum. Nam poſſe eum agere aduerſus quem data eſt pecunia,vt calumnia ei inferretur, non extat in tit. de condictione ob turpem cauſam.

q *Dedero.* Vt ſi cum alius dediſſet pecuniam,vt mihi calumnia inferretur,id ego intelligens dedero etiam calumniatori pecuniam,ne inferretur. Cyrilli. Non is qui dedit pecuniam vt mihi calumnia inferretur , ſed ego repetitionem habeo. Si ego quoque dedero, ne inferretur, duas in factum habeo.

Gaivs. Hæc actio hæredi non datur [a] : quia ſufficit ei ſi repetat, l. 4
quod defunctus dedit [b].

Vlpianvs. Hæres autem tenetur id quod peruenit, quia turpia l. 5. in pr.
lucra [c] hęredibus auferuntur,licet crimina extinguantur,vt ſi ob falſum, & iudici [d] ob gratioſam ſententiam detur, & ſi quid aliud turpiter quęſitum ſit. ¶ [e] Præter hanc actionem in factum [f] competit repetitio [g],ſi ſo- §. 1
lius [h] accipientis [i] turpitudo verſetur. nam ſi & dantis [k], potior eſt poſſeſſor [l]:vna autem [m] actione contentus eſſe debet actor. Vbi [n] vero competit repe-

Digitized by Google

repetitio dati duntaxat,nõ eſt neceſſe dari poſt annũ actionẽ in duplũ[o].

l. 6 GAIVS. Si ego dedi,vt ne mihi per calumniã negotium fieret,annus numeratur ex quo dedi,ſi modo agendi facultatem habui[p]. Si vero alius dedit,vt mihi calumnia adhiberetur[q], ex quo datum cognoui[r].

a *Non datur.* Non pugnat 3.th.13.c.4.lib.2.tit. Ibi enim datur, Quod metus cauſa,hæredibus intra annum in quadruplum,quod ex ipſo maleficio.i.metu non naſcatur alia actio,quæ indemnitatem præſtet,quemadmodum hic condictio ob turpem cauſam.

b *Dedit.* Habet condictionem dati.quære lib.10.tit.2.c.13.themate 3. Cõdictionem ob turpem cauſam,de qua tit.5.lib.12.& tit.2.lib.24.

c *Lucra.* Si ex eis ad eos peruenerit aliquid. Similiter lib.4.tit.2.ff.15.in fine.vel li.10.tit.2.c.15. Lege & 17.tit.4.lib.C.vel lib.24.tit.7.c.8. Quære & lib.10.tit.2.c.15.th.3.& lib.2.tit.4.c.127.

d *Et indici.* Non quod hoc etiam extinguatur morte.nam certe in hæredes tranſit,vt tit.44.c.2.& 11. Sed exempli tantum gratia poſuit,eo quod accipientis hæres,in id quod peruenit, conueniatur. Quære tit.43.c.12.& 11.& lib.24.tit.7.c.vlt.& in eo primam annotationem. quære & tit. 41.c.12.

e *Quæſitum ſit.* Vt in metus cauſa.

f *In factum.* In multis exemplaribus extat,per quam duplum repetitur. At hac actione quadruplum petitur.& eſt error Græci. Sic enim hanc nominat:quia per eam petatur quod in aliis caſibus eſt duplum.

g *Repetitio.* Condictio qua repetitur datum.

h *Si ſolius.* Vt cum dedit ne calumniam pateretur.

i *Accipientis.* Quid enim ſi dederit aliquid?forte ne calumniam pateretur. Conſidera vero vti ponam dediſſe aliquem,vt ne is ipſe qui dedit, calumniã patiatur: ac dico alia aliã conſumi. Etenim ſi dederit aliquis ne alteri calumnia adhibeatur,tunc & is qui dedit,dati condictionem habet: & is pro quo datum eſt,actionem in factum ſecundum propriam naturam. Hoc enim inuenies in 7.ff.

k *Dantis.* Vt cum dedi vt alteri per calumniam negotium faceres. Dedit forte aliquis vt accipiẽs alterum calumniaretur. Tunc potior eſt poſſeſſor, iuxta regulam quæ dicit,in pari cauſa potior eſt poſſeſſor.

l *Poſſeſſor.* Tenetur tamen ei aduerſus quem data pecunia eſt,vt negotium ei fieret. Vbi vero accipientis tantummodo turpis eſt cauſa,vt ſi quis acceperit ne danti calumniam inferret, tunc præter actionem in factum,competit etiam condictio,vt dicitur lib.12.tit.5.lege lib.2.tit.7.ff.2.

m *Una autem.* Dicitur ſupra quod vbi ſolius accipientis turpis eſt cauſa,tunc præter actionem in factum condictio competit.& hoc quidem manifeſtum eſt. Quæritur vero vtrum ſi condictum ſit,conſumatur in factũ de calumnia,an etiam detur, non quidem in quadruplum ſecundum propriam naturam,ſed in triplum an ad imitationem furis,hæc quidem quadruplum petat, condictio vero ſimplum? Et Vlpianus ait ſufficere alterutram actionem,& alia aliam conſumi. Nec poterit,ſi vna minus conſecutus fuerit,quod amplius eſt,in altera conſequi.& quære lib.10.tit.2. c.9.th.5.& eiuſdem c.13.th.2. quære & lib.11.ti.1.c.10.& in ipſo Domini Doxapatri Gregorii annotationem pulchre de iis actionibus præcipientem: & lib.11.tit.1.c.48.49.51.cur etiam ambo repetitionem habeant rerum.

n *Ubi.* Veluti cum ſolius accipientis turpitudo verſatur.

o *In duplum.* In ſimplum debuit dicere. quoniam & condictio eſt in ſimplum, vt cognouiſti in principio 1.ff.huius tit.

p *Habui.* Forte enim abfui Reip.cauſa.

q *Adhiberetur.* Ego enim habeo repetitionem: is vero qui dedit, cum deliquerit, id repetere prohibetur.

r *Cognoui.* Vtilis enim eſt annus qui currere conſueuit ei qui poteſt agere. Ignorans vero non videtur agendi facultatem habere.quære lib.40.tit.1.c.21.

l.7.in pr. PAVLVS. Si alius[a] dedit,ne mihi negotium fieret,ſi quidem mandato meo dedit,vel ſi generalis procurator meus dedit,aut is qui rerum mearum curam[b] gerebat,& ratum habui,ego videor dediſſe[c]. Sin autem miſericordię cauſa dedit aliquis,nec ratum habui,& ipſe[d] repetit, & ego in

§. 1 quadruplum ago[e]. ¶ Si quis acceperit,vt meo filio calumniam inferret, ego etiam[f] actionem habeo.

v.Item. ¶ Si vero filiusf.accepit,vt calumniaretur, vel vt ne calumniaretur,cum eo agetur[g]: & ſi alii[h] ipſe dederit non meo mandatu[i],ne mihi calumniam[k] inferret,& is repetet, & ego agã in quadruplum.

§.vlt. ¶ Hac actione[l] tenetur publicanus,qui pecuniam indecenter accipit,& mancipium retinet.

l. 8 VLPIAN. Qui accipit ſub ſpecie criminis, ipſo non probato, intra

Digitized by Google

annum[m] quidem tenetur in quadruplum, poſt annum vero in ſimplũ, & pro modo delicti[n] punitur.

P A P I N. Seruo[o] accuſato, & torto[p], deinde abſoluto[q], duplum[r] pretii eius accuſator dat domino, & tenetur calumniæ crimine. l. 9.

a *Si alius*. Si alius dedit, ne mihi per calumniam negotium fieret, ipſe habet condictionem, niſi ſit generalis meus procurator, vel ſpecialiter hoc ei mandauero, vel negotia mea geſſerit, & ego ratum habuero: Ego autem habeo actionem in quadruplum.

b *Curam*. Negotium meum. & quære lib. 24. tit. 1. cap 23.

c *Dediſſe*. Et ego habeo repetitionem, à qua calumniator me exceptione expellere non poteſt. Et condictionem habeo & in factum, ita vt alia aliam conſumat. Diximus enim in 5. Dig. eum qui pecuniam dedit, ne negotium pateretur, habere & in factum, & condictionem. verum ſi alterutra egerit, alteram tolli. Aliter. Et ego habeo vel in factum in quadruplum intra annum, ſi volo, vel cõdictionem in ſimplum.

d *Ipſe*. Is qui mei miſeratione permotus eſt, per condictionem in ſimplum.

e *Ago*. Et non tollitur altera per alteram: quoniam non eidem perſonæ competunt eæ duæ actiones: ſed danti condictio, mihi vero de calumnia in factum. & nota propter id quod dictum eſt in 5. Dig. huius tit. quære lib. 7. tit. 14.. cap. 3.

e *Ego etiam*. Ego & filius duas habemus actiones in factum in ſolidum, exẽplo actionis iniuriarum. At vni ſi ſatisfactum ſit, alter nõ poteſt agere: propterea quod vna eſt actio adquiſita patri per filium. A D I D E M. Videndum an quemadmodum in actione iniuriarum duo habent actionem, videlicet pater & filius, & duæ pœnæ exoluantur.

g *Agetur*. Id cogitandum hoc loco dediſſe aliquem filiof. vt calumniaretur quendã ea actione, qua filiusf. experiri poteſt, forte iniuriarum. Ac deinde filiof. condemnato iudicati agitur aduerſus patrem de peculio, vt lib. 9. tit. 4. Dig. 35. vel lib. 60. tit. 5. cap. 34. & 35.

h *Alii*. Scribendum, *alius ipſi*. & conſeruatur ſenſus in alieno filiof.

i *Mandatu*. Si enim meo mandato, ego ſolus agam, non ille.

k *Calumniam*. Extraneum hic pone, non patrem.

l *Hac actione*. Publicanus retinens mancipia, & petens indebita vectigalia, tenetur actione de calumnia in factũ. quære lib. 39. tit. 4. vel lib. 56. tit. 1 c. 2 th. 7. quæ intra annum quidẽ quadruplatur, poſt annum vero eſt in ſimplum.

m *Intra annum*. Innominatus habet, & in factum tenetur, & pro modo delicti punitur.

n *Delicti*. Hoc eſt, ſi crimen erat quod intentabatur, talioni ſubiicitur.

o *Seruo*. Seius accuſauit ſeruum Titii quaſi noxam facientem ſibi, & idem ipſe poſtulauit eum quæſtionis cauſa dari. Dedit Titius: debebat enim, & cogitur dare. At quæſtione habita, ſeruus innocẽs apparuit Papinianus ait, De ſeruo accuſato, per tormenta quęſtio habetur, ſi quęſtionis cauſa eũ poſtulauerit accuſator. Si vero ſeruus innocens appareat, & abſoluatur, domino ipſius ſerui dat accuſator duplum pretii eius, ac citra pretii ęſtimationẽ, & cõdemnationẽ, quæritur de calumnia eius, qui ſeruum poſtulauit quæſtionis habendæ cauſa. Separatum enim eſt crimen calumnię à damno quod in ſeruo propter quæſtionem domino datum eſt, vt ait 26 cap. 33. tit. & 25. huius tit. quære & 24 cap

p *Torto*. Legitimis tormentis de proprio crimine. quære tit. 50. c. 13.

q *Abſoluto* Vt innocente inuento erga dominum. quære tit. 66. c. vlt. & totum tit. & lib. 60. tit. 5. c. 10. & tit. ipſius 4.

r *Duplum*. Nota quod tunc datur ſerui quæſtioni ſubiecti duplum vel ſimplum pretii, cũ accuſatus innocens apparet. quære etiam alias capitis tranſmiſſiones, maxime vero tit. 50. cap. 5. & lib. 20. tit. 4. cap. 8. Interdum duplum datur, interdum ſimplum. Lege diuiſionem 5. them. 26. c. 37. tit. 60. lib. & 27. c. ipſius. quære & lib. 20. tit. 4. cap. 8 & lib. 24 tit. 1. cap. 15. Duplum quidem ſi de proprio facto torquetur: Simplum vero, ſi de facto domini, vt ait 27. cap. tit. 37. lib. 60. Quæritur, quali actione condemnetur, qui ſeruum in quæſtionem poſtulauit. Ait Stephanus per condictionem, vel ad exhibendum, vel furti. quære c. 33 & tit. 37. c. 27. th 1. & vlt & cap. 2. tit. 4. lib. 20.

ſ *Crimine*. S.C. Turpiliano quo puniuntur calumniatores. quære lib. 24. tit. 1. cap. 15. & lib. 21. tit. 1. c. 13. quære & lib. 49. tit. 4. c. 14. th. 3.

10 M A R C I A. Calumnia trib. modis fit & tripliciter punitur. Vel .n. calumniat̃[b] quis accuſans[c] falſo[d], vel prodit[e] propriã cauſã vera crimina occultans, vel tergiuerſatur[f] in vniuerſũ ab accuſatione deſiſtens. ¶ Non omnino vero calumniator eſt, qui non probat quod intẽdit, ſed in arbitrio[g] iudicis eſt reo abſoluto[h] hac de re inquirere[i]: ¶ & ſi quidem dixerit, Non probaſti[k], pepercit ei. Si vero dixerit[l], Calũniatꝰ es, condemnauit[m] eũ etiã ſi de pœna nihil dixerit, ſubſequitur[n] enim: Quoniã facti quidem quęſtio iudici permittitur, non legis[o] pœna. ¶ Si vero dixerit, Temere accu- l. 1. §. 1 ff. ad S.C. Turpillianum & de abol. crim. §. 3 §. 4 §. 5

§. 6 accuſaſti,non facit ipſum [p]calumniatorem,nec pœnæ ſubiicitur. ¶Ille[q]
prodit propriã[r] cauſam, & vera crimina abſcondit, qui colludit cum
reo, & proprias quidẽ probationes diſſimulat, falſas vero rei excuſatio-
§. 7 nes admittit. ¶Is[s] ẽt qui ab accuſatione deſiſtit citra abolitionem[t],puni-
§. 8 tur[u]. ¶ Specialis[x] abolitio à præſide pro tribunali non de plano datur, &
§. 9 eius[y] cognitionem non mandat alteri. ¶Si idem aduerſus eundem plura
§. 10 crimina intulerit,in ſingula[a] abolitione[b] indiget. ¶Si accuſauerit is qui
præſcriptione[c] ſummoueri poteſt, forte enim poſt quinque annos con-
tinuos,vel ſex[d] mẽſes continuos[e] aliquis accuſatione inſtituit adulterii[f],
etiã ſi nulla videatur eſſe accuſatio[g],tamen abolitione eget.qualiſcunq;[h]
enim inferatur accuſatio,auctoritate[i] iudicis,non voluntate accuſatoris
deleri debet. Non poteſt quis ſimul[k] adulterum & adulterã accuſare. Si
tamen duob.[l] denunciauerit,in vtriuſq; perſona abolitione eget. Omnis
enim accuſator,excepta[m] muliere & minore, ſi abolitionem nõ petierit,
§. 11 incidit in legem[n]. ¶ Si dicatur quis incidiſſe in legẽ quæ eſt contra [o]calu-
mniatorem,præſes[p] cognoſcit. Qui vero dicit aliquem incidiſſe,non eſt
§. 13 accuſator,neq; deſiſtens incidit[q] in legem[r]. ¶Incidit in legẽ[s] & qui ſum-
mittit[t],& qui inſtigat[u] alium ad criminalem accuſationem, & qui man-
dat[x] ſiue per ſe,ſiue per aliũ, & qui miniſtrat[y] huic mandato, & ſummiſ-
ſus. Si in accuſatione non obtinuerit, ſiue[a] calumniator probetur,ſiue
§. vlt. abſit[b]. & hi tenentur. ¶ Et reo condemnato ac prouocante[c] deſiſtens[d]
accuſator,incidit[e] in Senatuſconſultum.

l. 2 " PAVLVS. Qui deſtitit[f],non poteſt amplius accuſare quenquam[g].
l. 3 " ET[h] in priuatis[i] ſiue[k] pecuniariis criminibus omnes calumniatores pro
modo[l] delicti coercentur[m].

a *Calumnia.* Quære tit 37.c.14.th.2 finem neceſſario,& lib.21.tit.1.c.3.th 3 & in ipſo Iſidori annotationem.

b *Calumniatur.* Et is quidem qui proprio nomine accuſat ſine inſcriptione,nec probat,relegatur,vt ait 3.th.3.c.1.tit.21 lib.& ibi Iſidorus.& tit 65.huius lib c.2. Qui vero calumnioſe alienam accuſationem informat vt propriam,nec probat,deportatur,& infamia notatur,vt c.35. huius tit. Deſiſtens citra abolitionem,infamia notatur,& multatur,vt tit. 26. c. 3. th 2. & c.5.& tit.34.c.4. th.1.& 2.& c.35.

c *Accuſans.* Quære lib. 2. tit.1.c.1.th.7. quo oſtenditur hunc pro aliis poſtulare prohiberi,ſi publicũ crimen propoſitum erat. Hîc enim calumniator dicitur proprie,vt c.32.huius tit. Is etiam qui pecuniã accipit in cauſis pecuniariis,calumniator dicitur,vt in hoc tit. ante didicimus, & tenetur de calumnia in factum,quære & c.19. nec tibi opponatur aduerſus iam dicta ſed lege in id paruam Thalelæi annotationem.quære & huius tit.c.32.35 adiiciens etiam deportationem calumniatori,cum videlicet vt ſuam,vel ſuorum cauſam alienum perſequitur crimen.& lib.21.tit.2.c.2.

d *Falſo.* Et accuſator qui non probat.

e *Prodit.* Vel præuaricator, vt tit.27.c.1. & tit.27.c.7.& tit. 34.c.4.totum vltimo th. ipſius & tit.65.c.2.

f *Tergiuerſatur.* Vel deſiſtit. de quo quære tit.26.c 3.th. 2.& tit.66.c.2.hoc eſt ſine abolitione præſidis.

g *Arbitrio.* Voluntate & cognitione.quære lib.21.tit.2.c.4.th.4.

h *Abſoluto.* Abſoluitur vero illis tribus modis,ſi non dederit inſcriptionem.nam ſi dederit,ex neceſſitate is qui non probat,vt calumniator punitur.

i *Inquirere.* Vtrum ſciens ſe mentiri ad accuſandum proceſſerit, an exiſtimans recte ſe accuſationem inſtituere.Sciendum enim eum qui accuſat aliquem criminaliter.ſiue bona conſcientia,ſiue mala,non probantem vt calumniatorem talioni ſubiici. Si vero non dederit inſcriptionem, tũc poſteaquam is defecit,& reus liberatus eſt inquirit iudex:& ſi quidem inueniat ſciſſe illum ſe non habere bonam cauſam,condemnare poteſt vt calumniatorem. ſed ſi erraſſe eum cognouerit, abſoluit, quod non inſcripſerit. Semper vero in criminibus exigitur inſcriptio, niſi per obliuionem omittatur.

k *Non probaſti.* Nam ex hoc verbo accuſator non videtur calumniatus.vſu enim ſæpe venit,vt qui verus accuſator eſt,deficiat probationibus.quære lib.21.tit.3.c.15.16.17.& 19.

l *Dixerit.* Quære lib.21.tit.3 c.14.16.18.neceſſaria. m *Condemnatur.* Infamia tacite. quære lib.37.tit.10.c.3.the.vlt.& c.4.

Google

IO. IACOBO CAMBRAYO V. C. REGI MAGISTRO LIBELLORVM, ET. VNIVERSITATI BITVRIGVM CANcellario Iac. Cuiacius S.

QVOD eram pollicitus, effeci tandem aliquando V. C. vt ſexageſimus βασιλικῶν Latinus eſſet, atque abiret quo vellet. iucunda res quidem tibi, ſed forte non grata. quod enim ſperaueras fore vt te patronum agnoſceret quem dediſſes manumittendum, hoc ego mihi in manumittendo recepi, ac ſi inde tu me ex iure manu conſertum vocas, ego contra reuoco, aut ſi tibi Ius patronatus cedi oportere ego cedi nec poſſe nec debere, tu forte nec recipi potuiſſe. Lis erit immortalis. Quis enim ex vna lite concitas quæſtiones tot, hodie nobis vere definiuerit, vtrũ patronus ſit qui dedit manumittendum, an qui accepit & manumiſit, & an recipi in manumiſſione Ius patronatus poſſit, an vindicari, an cedi alteri, an aliis quã liberis libertus aſſignari: in quibus etiam vix poteris vim magnam haſtarum ſuſtinere, quas aliis ſolemus miniſtrare, in cauſa noſtra curatius exacuemus & torquebimus maiori alacritate. Igitur ſi ius tibi patronatus cedi vis, quod in hac cauſa conuentio, etiam ſi iuris ratio deficiat poſſit efficere, hoc tibi factum optimum fuerit, vt viciſſim mihi relinquas exomidem, qua exutus eſt is quo de agitur, cum de meo ſumpſit togam, ſcilicet ne omnis mihi opera perierit, & vt ſi quando quis libertatis faciat controuerſiam, ſit penes me quo poſſim veluti ex iuſtæ ſeruitutis exuuiis libertatis veritatem adſerere: hac conditione, ni fallor, ſatisfiet vtrique. At, inquies, ſerius aliquanto tibi, quod hoc quicquid eſt operis ſatis lente & faſtidioſe adeffecerim. itaque iuuat lentitudinis cauſas exponere. Non deerant boni viri, qui hanc te mihi potiſſimum operam delegaſſe intelligentes, exilem, obſcuram, inanem eam eſſe immurmurarent, quod in foro libris βασιλικῶν nullus eſſet locus, in ſchola eſſe non deberet. Iuris enim ciuilis eſſe veluti σωματοποιΐαν quandam à Juſtiniano confectam, à qua quidquid deerrat, id pro nihilo habendum eſſe. in quo ſane decrrare eos ipſos, an cauillari dicam, ambigo. Nam ſi verum amamus, ſiue iudicium ſequare fori, & Juſtiniani corpus ipſum magna ex parte ad nihilum redegeris, ſiue ſcholæ vſum, ſi huic corpori nihil adhibueris, exangue & eneruẽ paulo momento reddideris. & hoc tamen cauillo nonnihil ab inſtituto dimouebar. Eo autem maxime quod cenſebant, & idem tibi mihique iudicium

erat, multo plus commodi ſtudioſos laturos ex Græcis ſi ederentur, quam ex Latina interpretatione. & vero ſi qui ea formis exprimerent, non defuiſſent, hoc ſequi conſultius & mihi optatius fuiſſet, qui multas in ea re conſumptas horas melioribus curis impertiiſſem, & vt maxime in eis elegantia & munditia orationis magna non ſit, placuiſſet tamen ſubtilitas pleriſque in verbis ciuilibus Græce reddēdis. Sed quid ageres, vbi deferueſcente Græcarum literarum ſtudio, labaſcit etiam in Græcis libris, ſi paulo grandiores ſint, exprimendis operarum animus. Ad hæc non minimum me Græcorum interpretum offendebant σφάλματα, *vt cum fructus quoquo modo terra ſeparatos colonum ſtatim ſuos facere legebam, & tutorem datiuū, legitimum, actionem in factum, in duplum, etiam ſi ſimpli duntaxat perſecutionē haberet, Publicum iudicium, pœnale. quo errore ducti negant actionem furti eſſe pœnalem, & pleraque alia quæ referre & refellere pudet, maloque eruditioribus ea linenda relinquere, iis quæ retuli libentius nonnulla oppoſiturus, quæ ne prorſus in hoc opere defetiſcerer effecerunt. Neſcimus vulgo quid ſit quod Vlpianus ſcribit his verbis,* Publica accuſatio reo vel rea ante defunctis permittitur. *id Græci ſic expediunt,* ἐὰν ὁ κατηγορούμενος ἢ ἡ κατηγορουμένη τῷ δημοσίῳ ἐγκλήματι τελευτήσωσι, συγχωρεῖται τὸ ἔγκλημα. Permittitur *ergo pro* remittitur *dixit Vlpianus, quod eſt* ἀναιρεῖται *in contextu Baſilici, & ita alibi,* Debitori Reip. à curatore permitti pecunias nō poſſe. *& alio loco,* Lege Iulia de maritandis ordinibus permittitur iuſiurādum. *Cuius reciprocū* remittitur *pro* permittitur, *illo loco,* Patri omnē adulterum remiſſum eſt occidere. *& illo,* Quoties deſideratur à prætore vt remittat diſtrahi. *& illo,* Ad tempus relegatio remittenda eſt, *l.3.§.pen.Stellion. Ouidius* x 1. Nec res dubitare remittit. *Tacitus lib.* 1. Remiſit Cęſar adrogāti moderatione. *Id quoq; neſcimus quid ſit Pauli libro ſingulari de pœnis paganorū,* Quæſtionis habendæ cauſa neminem eſſe damnandum D. Adrianūm reſcripſiſſe. *quod ita interpretantur,* οὐδένα χρὴ καταδικάζεσθαι ἐπὶ τοῦ δικαστικῶς βασανίζεσθαι. *Ex Latinis interpretibus qui ſibi magis ſapere videntur, hanc quidem eſſe ſententiam aiunt,* Ne quis pœnæ cauſa equuleo torqueatur. *Sed à vero aberrant ſtatim dum eam coanguſtant ad reū criminibus teſtimoniisq; nondum conuictum, cui nec vllam aliam pœnam infligi poſſe conſtat, & melius eſt rem ita præcidere, Non poſſe reum confeſſum aut conuictum ita damnari, vt pœnæ cauſa diebus puta ſingulis vel alternis, vel quot menſibus tota vita, vel ad tempus torqueatur. quæſtionem enim eruendæ veritatis nō rei puniendi cauſa haberi, qua ratione prudentes etiam negarunt quenquā ita eſſe damnandum vt perpetuo carcere vel perpetuis vinculis contineatur, quod carcer cuſtodiæ nō pœnæ cauſa adinuētus ſit. Poßim proferre multa alia, quæ Græci nobis ſyncerius explicata reliquerunt. Sed nolo eruditioribus præripere, quæ vbi inuenerint, magnificentius exornaturi ſunt. & ignaris, inertibus, iiſdemque plurimum ingratis, an ſemper veluti manſa in os ingeremus? graſſentur noſtris itineribus labore & ſudore pari. inter rubos & ſentes deliteſcunt odores veri. Sunt in hoc libro mala, ſunt quædam mediocria, ſunt bona plura. exerceant ſe in hoc excernendo puluere. Sed ne alia huius libri commoda ſilentio prætereantur, quæ in eo vertendo ne deſponderem animum effecerunt, quis quæſo vnquā antehac audierat imperfectos eſſe libros Digeſtorū? quod hic liber primum prodidit. Quis crediderat tot Iuſtiniano corpori impoſita eſſe vulnera, quibus male obductis refricandis ſimul ac perſanandis nulla ſunt myrothecia, quæ noſtro Baſilico efficacius ſuppeditare poßint? nec tædebit præter quæ*

l. adigere. §. vlt. De iur. pat.
l. 8 § pen. De bon. lib.
l. 22 Ad leg. Iul. de adult.

iam

Digitized by Google

iam conſanaui, & hîc alia quædam obligare. Si atrox, *inquit Vlpianus,* ſit iniuria, quam paſſus ſit, ſi ſua, puta, ſi ſeruilis. Si ſæua, *monent eſſe legendum, qui ſic vertunt,* ὅταν σκαιαὶ ϗ τραχεῖαι ὕβρεις ὑπέμεινεν, καὶ τοῖς δούλοις πρέπουσαι. *Idē,* Nec grauari, *inquit,* debet dominus qui non iuſſit ſeruorum ſuorum factum præſtaret. *Græci,* οὐκ ὀφείλει βαρύνεσθαι ἀναγόμενος ὑπὲρ ὧν ἐποίησαν οἱ οἰκέται. *igitur ſi tertiam perſonam elegeris, rectius dixeris,* Non debet grauari dominus qui non iuſſit ſeruorum ſuorum factum præſtare. *& paulo poſt,* Quod enim noxæ dedere compellitur, in damno debet reputare: *Verius Græci,* ὃ πιστεύεται αὐτῷ ἐπιζήμιον εἶναι. *& mox,* Cum ſeruus, *inquit,* hoc poſſit domini conditionem deteriorem facere. Hoc, *id eſt,* ἐν τούτῳ. *Idem rurſus de iniuria atroci,* Tempore atrociorem fieri ſi ludis & in conſpectu. nam in prætoris conſpectu an in ſolitudine iniuria facta fuerit, multum intereſſe: quia atrocior eſt quæ in conſpectu fit. *Emendaui iampridem,* in cōſpectu P. Romani *quod ſi quis improbarit, ut eſt iam tyro ferocul⁹ quidam, cuius in oculis ad hanc lucem ſuffuſis incurrunt umbræ & monſtra, hunc ad Græcos ire iubebo, ut diſcat & hos repoſuiſſe,* πολλῶν ὁρώντων, πολλῶν θεωμένων. *Sed iidem quod legunt* loco *pro* tempore, *eſt ex Inſtitutionibus, qua mutatione recepta, &* prætoris *nomen debuiſſent recipere, ut mihi quoque mutandi eius mens fuit in Labeonis definitione ab Vlpiano relata, non in Inſtitutionibus. Exemplum temporis unum eſt, ludis & in conſpectu. Loci tria, in theatro, in foro, in conſpectu prætoris, & ut maxime ſolcat prætor in foro ius dicere & in theatro ludos edere, tamen ſi alio loco fiat iniuria in conſpectu prætoris, atrox loco cenſebitur, non etiam tempore, niſi fiat quo die populus frequens conuenire, & otiari in urbe ſolet, veluti die feſto ludorum, nec eadem eſt ludorum & theatri ſignificatio. hoc enim nomine locus, illo tempus ſignificatur. & præterea cum ludos & ſpectacula exhibuiſſe conſtet non prætorem modo, ſed & conſules, quæſtores, pontifices, augures, quindecim viros, potiſſimumq; ædiles, neſcio cur malint in nomine prætoris adhæreſcere, & hac occaſione arrepta an affectata conatus noſtros petulanter inceſſere, quib. profecerunt proficiuntq; quotidie, homines mendiciſſimi, quorum ego in ulcera ſi ungues contorquere cœpero, vehementibus doloribus adficientur. Sed, ut hæc mittamus, pene præterieram maximo hunc librum uſui fore non Digeſtis modo, ſed etiam Codici redintegrando innumeris conſtitutionibus mutilato, ex quibus & alias pleraſque, niſi Anto. Auguſtinus properet edere, diutius incluſas manere non patiar. optarim certe magis, ut hanc prouinciam doctiſſimus Auguſtinus ſuſciperet, à quo quicquid proficiſcitur, ſcimus & fatemur libenter eſſe purius ſplendidiusq;. Suppeditarunt vero illas nobis alii* βασιλικῶν *libri, è quibus mihi nunc ſunt in manibus* XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. *commendati beneficio clariſſimi & prudentiſſimi viri Viglii Zuichenii, cui præ cæteris tanto magis debent Iuris ſtudioſi, quanto maiores ſunt illi qui in tantis ſuperioris æui tenebris clarū lumen prætulerunt iis qui de eo ſuum deinde lumen accenderunt. Euolueram & alios pleroſque iam ante, ac pene totum* ἑξηκοντάβιβλον *non illum quondam Hippocratis, ſed Leonis philoſophi Imperatoris nō minus quā Hippocratis medendi rationibus locupletem, cuius poſtremus liber* ὕστερον πρότερον *emittitur primus, quod &* ὕστερον πρότερον *te hortatore & optimo viro Cl. Sennetonio maxime, ſine quo is tibi mihique deperiiſſet, prius huic ſe vulgando animus meus applicauerit. Sequentur breui D. Viglii, & alii cum erit ſpatium, & Herueti præcipue* XXVIII. XXIX.

& à XLV. *ad* XLIX. *emendatiores. Nam diutius ferre non poſſum, vt ſχι ſiue γνήσιοι, ſint* germani, *perduellionis crimen ſiue ἀποστασία*, inſurrectio, *δωρεᾶς στίχον, id eſt, donationis inſtrumentū,* donatiuum, *καταστάσεις ſiue fideicōmiſſa*, facultates, † *μῆνα παρὰ μῆνα, quod eſt alternis mēſibus,* manere, *ἐναλλαγὴ,* ignorantia, & *neſcio quæ alia. Cæterùm legendis his libris, niſi me meum iudicium fallit, placebit etiam valde cunctis mira Græcorum diligentia & ſedulitas, quibus ſatis non fuit habere contextum Codicis & Digēſtorum compendioſiorem, qui βασιλικῶν nomen obtinet, & alium eiuſdem generis auctoris incerti, & Cyrilli in Pandectas, Theodori in Codicem breuia argumenta, niſi Indicem confeciſſent late diffuſum, quod & πλάτος τῶν νόμων nuncuparunt eodem modo quo πλάτος τῆς οὐσίας late diffuſum patrimonium, cuius auctores duo diuerſi, Dorotheus & Cyrillus, Dorotheus vſitatior, alii perſimile τὸ κατὰ πόδας, alii τὸ παλαιὸν condiderunt, antiquioris Latini contextus veſtigia ſubtiliter perſecuti. His adiecere interpretationes ſiue παραγραφὰς, & ſimilium locorum notationes, quas παραπομπὰς vocant, alias ἔξωθεν, alias ἔσωθεν κειμένας, vt loquuntur, inter verſus has prætermiſimus, ne deformaretur contextus, & quod eadem plerumq; erant ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν. Interpretum vēro turba non minor quam Latinorum, hactenus Occidenti ignota nomina, Stephanus, Nicæus, Thalelæus, Iſidorus, Euſtathius, Eudoxius, Calocyrus, Sextus, Calliſtratus, Leo, Phocas, Modeſtinus, Domnimus, Gobidas, Chumnus Ioannes, Hagiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Patzus, Garidas, Beſtes, Baphius, Theophilus, hæc, inquam, erudita Græcorum interpretum turba non minimum acuet adoleſcentiū animos ad iuris ciuilis ſcientiam amplectendam, quam Græcia affatim excoluerit? His non adnumero Anonymum, Baſilicum, Enanthiophanes, quibus tamen quaſi propriis interpretū nominibus vtuntur, cum vere Anonymus ſit interpres incertus, Baſilicus contextus ipſe βασιλικῶν, Enantiophanes locorum qui inuicem pugnare videntur, coaceruatio, cuius forſitan auctor Photius, qui ſe in nomocanone περὶ ἐναντιοφανῶν librum ſcripſiſſe profitetur. Adducitur etiam his libris neſcio quis* Νομοφύλαξ & Κωδικευτὴς, & *Romani πρᾶξις, vulgo praxis, & Prochirum Conſtantini Harmenopuli ſtudioſi recentioris, ſed quod ante Harmenopulum verſabat Græcia, quodque alias Enchiridii nomine ſignificari putem, cum ſiue Prochiri ſiue Enchiridii* XL. *tantum libri numerentur. Hæ cauſæ & vtilitates omnes, quæ his libris inſunt, vix tandem peruicerunt & perpulerunt cunctantem me, vt ab hoc libro, de quo tibi primum fidem dederam, inciperem, & ad cæteros me alacrius compararem, nec quieſcam ante quam omnes quotquot habeo in commune contulero, ſi modo hæc tibi primum opera placuerit: & faueant vere boni, deinde ſi etiam optimi illi & fronte politiſſimi viri, quorum obgannitum initio commouiſſe me dixi, reſipiſcant, & noſtris conatibus obtrectare deſinant. Cæteroquin ſilentio vitam tranſigere quam vlli hominum angoris præbere materiam tantum non animo meo decretum atq; conſtitutum eſt. Vale Biturigis* X. *Kal. Ian.* M. D. LXV.

† vt Demoſthenes κατὰ Νεαίρας ἡμέραν παρ' ἡμέραν. & Paulus ad Romanos 14.

INDEX

INDEX TITVLORVM QVI HOC ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ LIBRO LX. CONTINENTVR ET EXplicantur.

I. *De pecuniariis pœnis & calumniis, & qui ob calumniam puniuntur, vel non.*
II. *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.*
III. *De lege Aquilia de damno.*
IV. *De iis qui effuderint vel deiecerint.*
V. *De actionibus noxalibus, quibus ſerui vel quadrupedes deduntur pro noxa.*
VI. *De ſeruo corrupto.*
VII. *De ſeruis fugitiuis, & ſuſceptoribus atque occultatoribus eorum.*
VIII. *De aleatoribus.*
IX. *Si menſor falſum modum dixerit.*
X. *De condictione furtiua.*
XI. *De priuatis delictis.*
XII. *De furto.*
XIII. *Si quis in teſtamento liber eſſe iubeatur, & poſt mortem domini ante aditionem hæreditatis ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dicatur.*
XIV. *De furto aduerſus caupones & ſtabularios.*
XV. *Si familia furtum feciſſe dicatur.*
XVI. *De arboribus palam vel furtim cæſis.*
XVII. *De vi bonis raptis, & de turba, & de vi armata.*
XVIII. *Ex lege Iulia de vi publica & priuata.*
XIX. *De migratione.*
XX. *De incendio & ruina.*
XXI. *De iniuriis & famoſis libellis.*
XXII. *De extraordinariis criminibus.*
XXIII. *De ſepulchro violato.*
XXIV. *De concuſſione.*
XXV. *De abigeis.*
XXVI. *De accuſatoribus ſiue præuaricatoribus.*
XXVII. *De receptatoribus.*
XXVIII. *De iis qui carcere effugerint, & de expilatione.*
XXIX. *De expilata hæreditate.*
XXX. *Actio in ſtelliones.*
XXXI. *De termino moto.*
XXXII. *De collegiis, ſodalitiis & corporibus, & popularibus actionibus.*
XXXIII. *De publicis iudiciis.*
XXXIV. *De accuſationibus & inſcriptionibus.*
XXXV. *De cuſtodia & exhibitione reorum.*
XXXVI. *Lex Iulia quæ competit in maieſtatis reos.*
XXXVII. *Lex Iulia de adulteris, & ſtupro virginum & viduarum.*
XXXVIII. *Vt ne ſint lenones vllo loco Romanæ Reip.*
XXXIX. *Lex Cornelia de ſicariis & veneficis & mathematicis & ſimilibus.*
XL. *Lex Pompeia de parricidiis.*
XLI. *Lex Cornelia de falſis, & S.C. Libonianum.*
XLII. *De iis, quibus vt indignis legata vel hæreditates auferuntur.*
XLIII. *De lege Iulia quæ intenditur aduerſus magiſtratus vel iudices vel adſeſſores, in iudicio furantes.*
XLIV. *Lex Iulia de annona.*

Digitized by Google

XLV. *Lex Iulia contra peculatores, & de ſacrilegis, & de publicarum pecuniarum furibus.*
XLVI. *De lege Iulia in ambitioſos.*
XLVII. *De libero homine reſtituendo.*
XLVIII. *Lex Fabia de plagiariis.*
XLIX. *De requiſitione & abſentibus damnandis.*
L. *De quæſtionibus.*
LI. *De pœnis.*
LII. *De bonis damnatorum.*
LIII. *De bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt.*
LIV. *De interdictis & relegatis & deportatis.*
LV. *Vt ne ſint priuati carceres.*
LVI. *Si reus vel accuſator mortuus fuerit.*
LVII. *Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit.*
LVIII. *De raptu virginum vel viduarum, necnon ſanctimonialium.*
LIX. *De emendatione ſeruorum & propinquorum.*
LX. *De adulteratoribus monetæ & mutatione nominis.*
LXI. *De ſeditioſis & iis qui plebem contra Remp. audent colligere.*
LXII. *Quando ciuilis vel criminalis condemnatio, & vtrum vtraque an vna tantum ab eodem exerceri poſſint.*
LXIII. *De famoſis libellis.*
LXIV. *De abolitionibus & generali abolitione.*
LXV. *Vt intra ſtatutum tempus criminalis quæſtio terminetur.*
LXVI. *De accuſatore deſiſtente.*
LXVII. *Ne ſine iuſſu principis non ſtatutis iudicibus liceat confiſcare.*
LXVIII. *De ſententiam paſſis & reſtitutis.*
LXIX. *De reliquiis punitorum.*
LXX. *De prædæ partitione.*

ΒΑΣΙ-

Digitized by Google

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ
LIBER LX.

Titulus I.

Sive ff. lib. III. tit. VI.

De pecuniariis pœnis & calumniis, & qui ob calumniam puniantur vel non.

VLPIANVS.

L. 1. in pr. ff. de calumniatoribus. QVi pecuniam accipit calumniandi, vel non calumniandi cauſa, intra annum tenetur in quadruplum, poſt annum [a] in ſimplum: ¶ cui a-
§. 1. ctioni locus eſt in pecuniariis & criminalibus cauſis. Tenetur [b] etiam ea lege, qua magiſtratus, & iudices, & adſeſſores, qui quid in lite
§. 2 ſubripuerunt, coercentur: ¶ idque ſiue ante [c] iu-
§. 3 dicium conſtitutũ, ſiue poſtea acceperit. ¶ Qui dedit [d] iudici, vel aduerſario [e] non tranſigendi [f] animo, lite [g] cadit, ſiue * publica [h] illa erat, ſiue priuata, ſiue fiſcalis [i]. * καθολικὰ κοινά.

§. vlt. PAVLVS. Accipere [k] pecuniam [l] dicitur, & qui pro pecunia [m] aliquid
l. 2 accipit. ET qui actione liberatur, vel qui gratis vtendam pecuniam accipit, & qui conducit, vel emit minoris, & qui alteri dari [n] iubet, & qui datum alteri ſuo nomine ratum habet.

l. 3. in pr. VLPIANVS. Et generaliter qui propter hoc lucratur aliquid ab ad-
§. 1. §. 2 uerſario ſuo, vel alio, tenetur, ¶ ſiue calumniatus ſit, ſiue nõ. ¶ Tenetur
§. vlt. & qui turpiter pactus eſt. [o] ¶ Si quis [p] dederit vt mihi per calumniam negotium fieret, nõ ipſe, ſed ego repetitionem habeo: [q] ſin vero & ego dedero, [r] ne mihi per calumniam negotium fieret, duas actiones habeo.

a *Poſt annum.* Vſque ad annos 30. Delicta enim curſu temporis extinguuntur.

b *Tenetur.* Innominatus ſic habet: Tenetur & lege Iulia repetundarum, ſiue ante iudicium, ſiue poſt iudicium conſtitutum acceperit. Idem & in Cyrillo, & in Indice inuenies.

c *Siue ante* Parui enim refert ante, an poſt litis conteſtationem acceperit calumniandi cauſa: vt ſi quis ei qui litigãdi calumnioſe animum habebat, dando magis impulerit eum ad agendum, vel ſi calumniatori qui iam cœperat agere, cum in ea lite defunctorie verſaretur, dederit, vt pergeret. Quære lib. 7. tit. 4. c 6. them. 2. & concorda cum præſenti, & lib. 24. tit. 2. c. 2. 3. 4. & tit. 53. huius lib. c. 1. & lib. 11. tit. 2. c. 35. & lib. 21. tit. 2. c 1.

d *Dedit.* Generaliter & indiſtincte actor, qui dedit procuratori, ſiue aduocato aduerſarii, in quibus cauſis per procuratorẽ de crimine experiri licet, veluti de ſuſpecto tutore, & ſepulchro viola-

Digitized by Google

to,& via publica,quod mouetur à priuato,cuius intereſt, & de iniuriis,vt lib.8.tit.2. c.39 the.penult.& c.42 them.1.& 2.& lib.7.tit.8.c.vlt.& lib 9.tit.1.c.40.& tit.26 c vlt & tit.53.c.1.

e *Vel aduerſario.* Si aduerſarium hic principalem dicit,pone & litem motam & datam corrumpendi cauſa,ſecundum 4.the.1.c.2.tit.21.lib.

f *Tranſigendi.* Non ſolum in quibus non licet tranſigere.famoſis videlicet,& quæ ſanguinis pœnam non inferunt,ſed & in pecuniariis lite cadit qui non dat palàm & tranſigendi cauſa Scribitur autem pleriſque locis,in quibus criminibus liceat tranſigere,vt 18.conſtit.4. tit.2. lib. Cod. & tit.2.lib.11. Quære tit.41.c.5.& tit. 41.c.32. Ignoſcitur autem ei qui dedit mortis euitandæ cauſa. vt lib.48.tit 21.Conſt.1.Lege & lib.7.C.tit.49.& lib.12.tit.5.Conſt. 2.vel lib.24.tit.2.

g *Lite.* Hoc refertur ad actorem.Illa autem verba,*non tranſigendi animo*,ad reum.

h *Publica.* Populari actione,vt de ſepulchro violato, & quære tit. 23. c.6. vel κοινωνικὸν dicit, corporis forte,ſiue collegii.

i *Fiſcalis.* Vt ſi fiſcus occupet alicuius bona, quaſi vacantia,& agat aduerſus eum defuncti cognatus petitione hæreditatis,& corrumpat aduocatum fiſci.

k *Accipere.* Quoniam accipientem pecuniam punit,nunc docet quis intelligatur pecuniam accipere.

l *Pecuniam.* Quoniam diximus eum qui accepit pecuniam, vt calumniæ cauſa negotium faceret,vel non faceret,teneri actione in factum de calumnia, pecuniam accepiſſe videtur etiam ſi aliquid pro pecunia acceperit. Si vero debitor à ſuo creditore obligatione ſolutus ſit per acceptilationem,vt per calumniam negotium alteri faceret,vel non faceret.erit etiam tunc locus actioni in factum de calumnia.Idem erit ſi ſine vſuris pecunia data ſit futuro calumniatori,vel minori pretio res locata,aut vendita:nam & ita pecuniam accepiſſe videtur, & tenetur de calumnia in factum actione.Punitur vero qui accepit pecuniam,ſiue ipſe acceperit per ſe,vel iuſſerit alteri dari, ſiue accipiente altero nomine ſuo ratum habuerit: & vt generaliter dicam, qui aliquid lucratus eſt, vt calumnietur,vel vt ne calumnietur.tenetur actione in factum de calumnia,ſiue ab eo lucrum perceperit,quem erat calumniaturus,ſiue ab alio quolibet.Si igitur accepit,vt negotium faceret, id eſt, vt calumniaretur aliquem, ſiue calumniatus ſit.ſiue non , tenetur actione in factum de calumnia: quoniam quod datum eſt. omnino accepit calumniæ cauſa, & qui accepit ne calumniaretur, ſiue fecerit,id eſt,ſiue calumniatus ſit. ſiue non fecerit, id eſt, non calumniatus ſit (facere enim eſt & non facere, quod vt ne fieret , cautum eſt) tenetur de calumnia in factum. Quære tit. 41. cap. 9. finem.

l *Pro pecunia.* Quære lib. 2. tit. 2. c. 177. & 178. in quo ait pecuniæ appellatione non tantum nummos contineri.ſed & corpora omnia.

l *Vt qui accipit rem vtendam gratis.* Quære lib. 44. tit. 19.c.44.& lib. 2.tit 3.c. 114.them 2.& qui permutauit,vel compenſauit,vt lib.50.tit.16.c.76.& lib.2.c.72.& Inſt.4.tit.11.& lib 2.tit.2. c 76. Hoc eſt,ſiue ipſe per ſe accipiat, ſiue iubeat alteri dari,ſiue alio accipiente nomine ſuo ratum habeat.Ego enim videor accipere,quod alteri iuſſu meo datur.

m *Dari.* Quod ſibi offertur calumniandi cauſa.

n *Pactus eſt.* Fac ita conueniſſe, ne à me peteres debitam pecuniam,ſi calumniis peterem aliquem,vel non peterem.

o *Si quis.* Vbi enim & dantis & accipientis turpitudo verſatur, melior eſt conditio poſſidentis: & non poteſt,qui dedit,agere condictione ob turpem cauſam, vt in 5. Dig. Vlpianus ait. Quære lib.24.tit.2.c 1.& inſt.4.tit.6.them.12.

p *Repetitionem habeo* Per actionem in factum, vt in 7. Dig. nec exiſtimes in ſimplum habere me nummorum repetitionem: nam actionem in factum dedit mihi Paulus 7. Dig. qua mihi ſecundum propriam naturam liceret experiri. Vide autem quemadmodum ponat datam pecuniam, vt accipiens calumniaretur. Aliud eſt ſi non ex turpi cauſa det aliquis, ſed vt qui accipit, non calumnietur me: tunc enim is qui dedit, condictionem habet, ego vero pro quo pecuniam dedit,in factum actionem habeo, & hoc Paulus ait 7. Dig quod notandum. Nam poſſe eum agere aduerſus quem data eſt pecunia,vt calumnia ei inferretur, non extat in tit. de condictione ob turpem cauſam.

q *Dedero.* Vt ſi cum alius dediſſet pecuniam,vt mihi calumnia inferretur,id ego intelligens dedero etiam calumniatori pecuniam,ne inferretur. CYRILLI. Non is qui dedit pecuniam vt mihi calumnia inferretur, ſed ego repetitionem habeo. Si ego quoque dedero, ne inferretur, duas in factum habeo.

GAIVS. Hæc actio hæredi non datur [a] : quia ſufficit ei ſi repetat, l. 4
quod defunctus dedit [b].

VLPIANVS. Hæres autem tenetur id quod peruenit, quia turpia l. 5. in pr.
lucra [c] hęredibus auferuntur,licet crimina extinguantur,vt ſi ob falſum, & iudici [d] ob gratioſam ſententiam detur, & ſi quid aliud turpiter quęſitum ſit. ¶ [e] Præter hanc actionem in factum [f] competit repetitio [g], ſi ſo- §. 1
lius [h] accipientis [i] turpitudo verſetur. nam ſi & dantis [k], potior eſt poſſeſſor [l]: vna autem [m] actione contentus eſſe debet actor. Vbi [n] vero competit repe-

repetitio dati duntaxat,nõ eſt neceſſe dari poſt annũ actionẽ in duplũ[o].

l. 6 G a i v s. Si ego dedi,vt ne mihi per calumniã negotium fieret,annus numeratur ex quo dedi,ſi modo agendi facultatem habui[p].Si vero alius dedit,vt mihi calumnia adhiberetur[q], ex quo datum cognoui[r].

a *Non datur.* Non pugnat 3.th.13.c.4.lib.2.tit. Ibi enim datur, Quod metus cauſa,hæredibus intra annum in quadruplum,quod ex ipſo maleficio.i.metu non naſcatur alia actio,quæ indemnitatem præſtet,quemadmodum hic condictio ob turpem cauſam.

b *Dedit.* Habet condictionem dati.quære lib.10.tit.2.c.13.themate 3. Cõdictionem ob turpem cauſam,de qua tit.5.lib.12.& tit.2.lib.24.

c *Lucra.* Si ex eis ad eos peruenerit aliquid. Similiter lib.4.tit.2.ff.15.in fine.vel li.10.tit.2.c.15. Lege & 17.tit.4.lib.C.vel lib.24.tit.7.c.8. Quære & lib.10.tit.2.c.15.th.3.& lib.2.tit.4.c.127.

d *Et iudici.* Non quod hoc etiam extinguatur morte.nam certe in hæredes tranſit,vt tit.44.c.2.& 11.Sed exempli tantum gratia poſuit,eo quod accipientis hæres,in id quod peruenit, conueniatur.Quære tit.43.c.12.& 11.& lib.24.tit.7.c.vlt.& in eo primam annotationem. quære & tit.41.c.12.

e *Quæſitum ſit.* Vt in metus cauſa.

f *In factum.* In multis exemplaribus extat,per quam duplum repetitur.At hac actione quadruplum petitur.& eſt error Græci. Sic enim hanc nominat:quia per eam petatur quod in aliis caſibus eſt duplum.

g *Repetitio.* Condictio qua repetitur datum.

h *Si ſolius.* Vt cum dedit ne calumniam pateretur.

i *Accipientis.* Quid enim ſi dederit aliquid?forte ne calumniam pateretur. Conſidera vero vti ponam dediſſe aliquem,vt ne is ipſe qui dedit, calumniã patiatur: ac dico alia aliã conſumi.Etenim ſi dederit aliquis ne alteri calumnia adhibeatur,tunc & is qui dedit,dati condictionem habet: & is pro quo datum eſt,actionem in factum ſecundum propriam naturam. Hoc enim inuenies in 7.ff.

k *Dantis.* Vt cum dedi vt alteri per calumniam negotium faceres. Dedit forte aliquis vt accipiẽs alterum calumniaretur. Tunc potior eſt poſſeſſor, iuxta regulam quæ dicit,in pari cauſa potior eſt poſſeſſor.

l *Poſſeſſor.* Tenetur tamen ei aduerſus quem data pecunia eſt,vt negotium ei fieret. Vbi vero accipientis tantummodo turpis eſt cauſa,vt ſi quis acceperit ne danti calumniam inferret, tunc præter actionem in factum,competit etiam condictio,vt dicitur lib.12.tit.5.lege lib.2.tit.7.ff.2.

m *Vna autem.* Dicitur ſupra quod vbi ſolius accipientis turpis eſt cauſa,tunc præter actionem in factum condictio competit.& hoc quidem manifeſtum eſt. Quæritur vero vtrum ſi condictum ſit,conſumatur in factũ de calumnia,an etiam detur, non quidem in quadruplum ſecundum propriam naturam,ſed in triplum an ad imitationem furis,hæc quidem quadruplum petat, condictio vero ſimplum? Et Vlpianus ait ſufficere alterutram actionem,& alia aliam conſumi. Nec poterit,ſi vna minus conſecutus fuerit,quod amplius eſt,in altera conſequi.& quære lib.10.tit.2. c.9.th.8.& eiuſdem c.13.th.2. quære & lib.11.ti.1.c.10.& in ipſo Domini Doxapatri Gregorii annotationem pulchre de iis actionibus præcipientem: & lib.11.tit.1.c.48.49.51.cur etiam ambo repetitionem habeant rerum.

n *Vbi.* Veluti cum ſolius accipientis turpitudo verſatur.

o *In duplum.* In ſimplum debuit dicere. quoniam & condictio eſt in ſimplum, vt cognouiſti in principio 1.ff.huius tit.

p *Habui.* Forte enim abſfui Reip.cauſa.

q *Adhiberetur.* Ego enim habeo repetitionem: is vero qui dedit, cum deliquerit, id repetere prohibetur.

r *Cognoui.* Vtilis enim eſt annus qui currere conſueuit ei qui poteſt agere. Ignorans vero non videtur agendi facultatem habere.quære lib.40.tit.1.c.21.

l.7.in pr. P a v l v s. Si alius[a] dedit,ne mihi negotium fieret,ſi quidem mandato meo dedit,vel ſi generalis procurator meus dedit,aut is qui rerum mearum curam[b] gerebat,& ratum habui,ego videor dediſſe[c]. Sin autem miſericordiæ cauſa dedit aliquis,nec ratum habui,& ipſe[d] repetit, & ego in

§. 1 quadruplum ago[e]. ¶ Si quis acceperit, vt meo filio calumniam inferret,

v.Item. ego etiam [f] actionem habeo. ¶ Si vero filiusf.accepit,vt calumniaretur, vel vt ne calumniaretur,cum eo agetur[g]: & ſi alii [h] ipſe dederit non meo mandatu[i],ne mihi calumniam[k] inferret,& is repetet, & ego agã in qua-

§.vlt. druplum. ¶ Hac actione[l] tenetur publicanus, qui pecuniam indecenter accipit,& mancipium retinet.

l. 8 V l p i a n. Qui accipit ſub ſpecie criminis, ipſo non probato, intra

Digitized by Google

annum [m] quidem tenetur in quadruplum, poſt annum vero in ſimplũ, & pro modo delicti [n] punitur.

PAPIN. Seruo [o] accuſato, & torto [p], deinde abſoluto [q], duplum [r] pretii eius accuſator dat domino, & tenetur calumniæ crimine. l. 9.

a *Si alius*. Si alius dedit, ne mihi per calumniam negotium fieret, ipſe habet condictionem, niſi ſit generalis meus procurator, vel ſpecialiter hoc ei mandauero, vel negotia mea geſſerit, & ego ratum habuero: Ego autem habeo actionem in quadruplum.

b *Curam*. Negotium meum. & quære lib. 24. tit. 1. cap 23.

c *Dediſſe*. Et ego habeo repetitionem, à qua calumniator me exceptione expellere non poteſt. Et condictionem habeo & in factum, ita vt alia aliam conſumat. Diximus enim in 5. Dig. eum qui pecuniam dedit, ne negotium pateretur, habere & in factum, & condictionem. verum ſi alterutra egerit, alteram tolli. Aliter. Et ego habeo vel in factum in quadruplum intra annum, ſi volo, vel cõdictionem in ſimplum.

d *Ipſe*. Is qui mei miſeratione permotus eſt, per condictionem in ſimplum.

e *Ago*. Et non tollitur altera per alteram: quoniam non eidem perſonæ competunt eæ duæ actiones: ſed danti condictio, mihi vero de calumnia in factum. & nota propter id quod dictum eſt in 5. Dig. huius tit. quære lib. 7. tit. 14.. cap. 3.

e *Ego etiam*. Ego & filius duas habemus actiones in factum in ſolidum, exẽplo actionis iniuriarum. At vni ſi ſatisfactum ſit, alter nõ poteſt agere: propterea quòd vna eſt actio adquiſita patri per filium. AD IDEM. Videndum. an quemadmodum in actione iniuriarum duo habent actionem, videlicet pater & filius, & duæ pœnæ exoluantur.

g *Agetur*. Id cogitandum hoc loco dediſſe aliquem filiof. vt calumniaretur quendã ea actione, qua filiusf. experiri poteſt, forte iniuriarum. Ac deinde filiof. condemnato iudicati agitur aduerſus patrem de peculio, vt lib. 9. tit. 4. Dig. 35. vel lib. 60. tit. 5. cap. 34. & 35.

h *Alii*. Scribendum, *alius ipſi*. & conſeruatur ſenſus in alieno filiof.

i *Mandatu*. Si enim meo mandato, ego ſolus agam, non ille.

k *Calumniam*. Extraneum hic pone, non patrem.

l *Hac actione*. Publicanus retinens mancipia, & petens indebita vectigalia, tenetur actione de calumnia in factũ. quære lib. 39. tit. 4. vel lib. 56. tit. 1 c. 2 th. 7. quæ intra annum quidẽ quadruplatur, poſt annum vero eſt in ſimplum.

m *Intra annum*. Innominatus habet, & in factum tenetur, & pro modo delicti punitur.

n *Delicti*. Hoc eſt, ſi crimen erat quod intentabatur, talioni ſubiicitur.

o *Seruo*. Seius accuſauit ſeruum Titii quaſi noxam facientem ſibi, & idem ipſe poſtulauit eum quæſtionis cauſa dari. Dedit Titius: debebat enim, & cogitur dare. At quæſtione habita, ſeruus innocẽs apparuit Papinianus ait, De ſeruo accuſato, per tormenta quęſtio habetur, ſi quęſtionis cauſa eũ poſtulauerit accuſator. Si vero ſeruus innocens appareat, & abſoluatur, domino ipſius ſerui dat accuſator duplum pretii eius, ac citra pretii ęſtimationẽ, & cõdemnationẽ, quæritur de calumnia eius, qui ſeruum poſtulauit quæſtionis habendæ cauſa. Separatum enim eſt crimen calumnię à damno quod in ſeruo propter quæſtionem domino datum eſt, vt ait 26 cap. 33. tit. & 25. huius tit. quære & 24 cap

p *Torto*. Legitimis tormentis de proprio crimine. quære tit. 50. c. 13.

q *Abſoluto* Vt innocente inuento erga dominum. quære tit. 66. c. vlt. & totum tit. & lib. 60. tit. 5. c. 10. & tit. ipſius 4.

r *Duplum*. Nota quod tunc datur ſerui quæſtioni ſubiecti duplum vel ſimplum pretii, cũ accuſatus innocens apparet. quære etiam alias capitis tranſmiſſiones, maxime vero tit. 50. cap. 5. & lib. 20. tit. 4. cap. 8. Interdum duplum datur, interdum ſimplum. Lege diuiſionem 5. them. 26. c. 37. tit. 60. lib. & 27. c. ipſius. quære & lib. 20. tit. 4. cap. 8 & lib. 24 tit. 1. cap. 15. Duplum quidem ſi de proprio facto torquetur: Simplum vero, ſi de facto domini, vt ait 27. cap. tit. 37. lib. 60. Quæritur, quali actione condemnetur, qui ſeruum in quæſtionem poſtulauit. Ait Stephanus per condictionem, vel ad exhibendum, vel furti. quære c. 33. & tit. 37. c. 27. th 1. & vlt & cap. 2. tit. 4. lib. 20.

ſ *Crimine*. S.C. Turpiliano quo puniuntur calumniatores. quære lib. 24. tit. 1. cap. 15. & lib. 21. tit. 1. c. 13. quære & lib. 49. tit. 4. c. 14. th. 3.

[10] MARCIA. Calumnia trib. modis fit & tripliciter punitur. Vel .n. calumniat̃ [b] quis accuſans [c] falſo [d], vel prodit [e] propriã causã vera crimina occultans, vel tergiuerſatur [f] in vniuerſũ ab accuſatione deſiſtens. ¶ Non omnino vero calumniator eſt, qui non probat quod intẽdit, ſed in arbitrio [g] iudicis eſt reo abſoluto [h] hac de re inquirere [i]: ¶ & ſi quidem dixerit, Non probaſti [k], pepercit ei. Si vero dixerit [l], Calũniat⁹ es, condemnauit [m] ẽu etiãſi de pœna nihil dixerit, ſubſequitur [n] enim: Quoniã facti quidem quęſtio iudici permittitur, non legis [o] pœna. ¶ Si vero dixerit, Temere accu-

l. 1. §. 1 ff. ad S.C. Turpillianum & de abol. crim.
§. 3
§. 4
§. 5

§.6 accuſaſti, non facit ipſum [p]calumniatorem, nec pœnæ ſubiicitur. ¶ Ille[q] prodit propriã[r] cauſam, & vera crimina abſcondit, qui colludit cum reo, & proprias quidẽ probationes diſſimulat, falſas vero rei excuſationes admittit.
§.7 ¶ Is[s] ẽt qui ab accuſatione deſiſtit citra abolitionem[t], punitur[u].
§.8 ¶ Specialis[x] abolitio à præſide pro tribunali non de plano datur, & eius[y] cognitionem non mandat alteri.
§.9 ¶ Si idem aduerſus eundem plura crimina intulerit, in ſingula[a] abolitione[b] indiget.
§.10 ¶ Si accuſauerit is qui præſcriptione[c] ſummoueri poteſt, forte enim poſt quinque annos continuos, vel ſex[d] mẽſes continuos[e] aliquis accuſationẽ inſtituit adulterii[f], etiã ſi nulla videatur eſſe accuſatio[g], tamen abolitione eget. qualiſcunq;[h] enim inferatur accuſatio, auctoritate[i] iudicis, non voluntate accuſatoris deleri debet. Non poteſt quis ſimul[k] adulterum & adulterã accuſare. Si tamen duob.[l] denunciauerit, in vtriuſq; perſona abolitione eget. Omnis enim accuſator, excepta[m] muliere & minore, ſi abolitionem nõ petierit, incidit in legem[n].
§.11 ¶ Si dicatur quis incidiſſe in legẽ quæ eſt contra [o]calumniatorem, præſes[p] cognoſcit. Quj vero dicit aliquem incidiſſe, non eſt accuſator, neq; deſiſtens incidit[q] in legem[r].
§.12 ¶ Incidit in legẽ[s] & qui ſummittit[t], & qui inſtigat[u] alium ad criminalem accuſationem, & qui mandat[x] ſiue per ſe, ſiue per aliũ, & qui miniſtrat[y] huic mandato, & ſummiſſus. Si in accuſatione non obtinuerit, ſiue[a] calumniator probetur, ſiue abſit[b]. & hi tenentur.
§.ult. ¶ Et reo condemnato ac prouocante[c] deſiſtens[d] accuſator, incidit[e] in Senatuſconſultum.

l.2 " Pavlvs. Quj deſtitit[f], non poteſt amplius accuſare quenquam[g].
l.3 " Et[h] in priuatis[i] ſiue[k] pecuniariis criminibus omnes calumniatores pro modo[l] delicti coercentur[m].

a *Calumnia.* Quære tit 37.c.14.th.2 finem neceſſario, & lib.21.tit.1.c.3.th 3 & in ipſo Iſidori annotationem.

b *Calumniatur.* Et is quidem qui proprio nomine accuſat ſine inſcriptione, nec probat, relegatur, vt ait 5.th.3.c.1.tit.21 lib. & ibi Iſidorus. & tit 65. huius lib c.2. Quj vero calumnioſe alienam accuſationem informat vt propriam, nec probat, deportatur, & infamia notatur, vt c.35. huius tit. Deſiſtens citra abolitionem, infamia notatur, & multatur, vt tit. 26. c. 3. th 2. & c.5. & tit. 34. c.4. th.1. & 2. & c.35.

c *Accuſans.* Quære lib. 2. tit.1.c.1.th.7. quo oſtenditur hunc pro aliis poſtulare prohiberi, ſi publicũ crimen propoſitum erat. Hîc enim calumniator dicitur proprie, vt c.32. huius tit. Is etiam qui pecuniã accipit in cauſis pecuniariis, calumniator dicitur, vt in hoc tit. ante didicimus, & tenetur de calumnia in factum, quære & c.19. nec tibi opponatur aduerſus iam dicta ſed lege in id paruam Thalelæi annotationem. quęre & huius tit. c.32.35 adiiciens etiam deportationem calumniatori, cum videlicet vt ſuam, vel ſuorum cauſam alienum perſequitur crimen. & lib.21.tit.2.c.2.

d *Falſo.* Et accuſator qui non probat.

e *Prodit.* Vel præuaricator, vt tit.27.c.1. & tit.27.c.7. & tit. 34.c.4. totum vltimo th. ipſius & tit.65.c.2.

f *Tergiuerſatur.* Vel deſiſtit. de quo quære tit.26.c.3.th. 2. & tit.66.c.2. hoc eſt ſine abolitione præſidis.

g *Arbitrio.* Voluntate & cognitione. quære lib.21.tit.2.c.4.th.4.

h *Abſoluto.* Abſoluitur vero illis tribus modis, ſi non dederit inſcriptionem. nam ſi dederit, ex neceſſitate is qui non probat, vt calumniator punitur.

i *Inquirere.* Vtrum ſciens ſe mentiri ad accuſandum proceſſerit, an exiſtimans recte ſe accuſationem inſtituere. Sciendum enim eum qui accuſat aliquem criminaliter ſiue bona conſcientia, ſiue mala, non probantem vt calumniatorem talioni ſubiici. Si vero non dederit inſcriptionem, tũc poſteaquam is defecit, & reus liberatus eſt inquirit iudex: & ſi quidem inueniat ſciſſe illum ſe non habere bonam cauſam, condemnare poteſt vt calumniatorem ſed ſi erraſſe eum cognouerit, abſoluit, quod non inſcripſerit. Semper vero in criminibus exigitur inſcriptio, niſi per obliuionem omittatur.

k *Non probaſti.* Nam ex hoc verbo accuſator non videtur calumniatus. vſu enim ſæpe venit, vt qui verus accuſator eſt, deficiat probationibus. quære lib.21.tit.3.c.15.16.17. & 19.

l *Dixerit.* Quære lib.21.tit.3 c.14.16.18. neceſſaria.

m *Condemnauit.* Infamia tacite. quære lib.37.tit.10.c.3.the.vlt. & c.4.

Digitized by Google

n *Subſequitur.* Quære lib.57.tit.1.c.12.th.2.

o *Legis.* Non eſt ei neceſſe legis pœnam imponere. ipſa enim tacite ſequitur ſententiam, qua calumniatum eſſe pronunciatur.

p *Ipſum.* Papinianus ait temeritatem in ſe continere facilitatis veniam, & inconſultum calorẽ.

q *Ille.* Quære 26.tit.totum, & inuenies quis ſit præuaricator: & lib.2.tit.2.c.212.& vt proditor talioni ſubiiciatur, quære aduerſus eum pœnas in 5.c.64.tit.

r *Propriam.* Quære tit.51.c.32.th.9. quære tit.66.c.1.& 2 quære tit.64.c.2.& 3.& lib.7.tit.5.cap.10.

ſ *Is.* Abolitio poſt inſcriptiones petitur ab actore intra dies 30.etiam inuito aduerſario poſt dies 30.non, niſi illo conſentiente, ſi nondum de teſtibus ſit habita quæſtio. tunc enim nec conſentiente aduerſario abolitio fiet. & ante dies 30. ſi reus iniuria affectus ſit, non fit eo inuito. Hæc ait 64.tit.huius lib. Non datur autem facile volenti abolitio, vt c.14.th.1.tit.4.lib.49. Sed ſi velis ſcire quando audiatur, qui eam petit, & quando non, quære 64.tit.huius lib.c.2.& 3.

t *Abolitionem.* Infamia notatur, & multatur, vt tit.26.c.3.th 2.& c.4.

u *Punitur.* Vt calumniator, vt tit 66.c 1.2.

x *Specialis.* Generalis quidem eſt, vt cum ad tempus aliquod ceſſare iudicia princeps definit, & cum venit inſignis dies, velut Paſchæ, & aliæ, quas inuenies in 16.c.17.li. Specialis autem abolitio eſt cum quis à iudice abolitionem petiit.

y *Eius.* Quære lib.6.tit.24.c.3.

a *In ſingula.* Si enim ab aliquo eorum quæ intulit, deſiſtat ſine abolitione, incidit in Senatuſconſultum.

b *Abolitione.* Si enim propter aliquod crimen abolitionem petiit, ab aliis vero ſine abolitione deſtitit, incidit in pœnam S.C.

c *Præſcriptione.* Hac, At ſi non prætererit legitimum tempus,

d *Vel ſex.* A repudio computandos.

e *Continuos.* Et τὸ πλάτος, & Cyrillus, vtiles Quære ſcholium 35.c.th.2.vel c.20.th.2.& inuenies quando intra ſex menſes, & quando intra quinque annos. Cum aduerſus adulteram agitur, ſilentio ſex menſium extinguitur: cum vero aduerſus adulterum, quinque annorum curſu, vt c.4.th.1.tit.37.& c.11.th.5.& c. 29. the. penultimo, & aduerſus illam quidem ex tempore diuortii ſex menſes computantur, aduerſus hunc vero quinq; anni ex tempore adulterii.

f *Adulterii.* Et non opponatur ei lapſi temporis præſcriptio.

g *Accuſatio.* Quære lib.10.tit.4.c.6.& lib.2.tit.3.c.112. Ait enim ſimile eſſe non habere actionem, & præſcriptione actionem excludi.

h *Qualiſcunque.* Siue poſſit inſtitui, ſiue non.

i *Auctoritate.* Hoc merito, ne quis temere agat, & moleſtia afficiat, quos velit.

k *Simul.* In vno iudicio. quære tit.37.c.17.th.2.& c.5 & th.5.& 39.th.pen.& 29.th.vlt.

l *Duobus.* Aliud etiam tibi thema legislator propoſuit exempli gratia, quo videlicet qui per præſcriptionem ab accuſatione excludi poteſt, ſi proponat, nec excludatur, ei etiam abolitio neceſſaria eſt.

m *Excepta.* Quære tit.66 c.5. Et non eſt contrarium. Ibi enim intelligere oportet mulierem conueniſſe, vt acciperet aliquid, & ab accuſatione deſiſteret. Nota quod ſolus minor, & mulier deſiſtens ſine abolitione, non incidit in S C. Turpilianum.

n *In legem.* Quære in 1. litera Magiſtri, Adulterium & Abolitionem. quære etiam tit.66.c.5.

o *Contra.* Velut deſiſtens ſine abolitione, vel proditor propriæ cauſæ. quære tit. 26.cap.5.& tit. 34.c.4.th.1.2.

p *Preſes.* Et ſi hoc inueniat, eum qui id auſus eſt, condemnat. quære 3 th.

q *Incidit.* Deſertione facta ſine abolitione. Nota vero, quod qui intendit aduerſus aliquẽ quaſi is inciderit in legem de calumniatoribus, non eſt accuſator, & ideo inſcriptio ab eo non exigitur, nec deſertor dicitur.

r *In legem.* Qui ſummittit aliquem ad accuſandum, vel inſtigat, vel mandat alicui, & inſtrumẽtum ei ad capita' ſin accuſationẽ præbet, vel probationes, vel allegationes, incidit in S.C.& merito. Qui enim diffidit crimini, quod mouere vult & eximit ſeipſum periculo calumniæ, vel deſertionis, merito pœnæ calumniatoris & deſertoris ſine abolitione ſubiicitur, niſi ille qui ab eo ſummiſſus eſt accuſator, probauerit verum eſſe crimen quod intendit. nec intereſt vtrum per ſe mandauerit accuſationem, an per alium. Eum vero qui miniſtrat, & obſequitur accuſationis mandato, etiamſi non ex verbis, ex ſententia S C. Papinianus ait debere puniri. Summiſſus enim accuſator ſimiliter S.C. punitur, id eſt, ob id ſolum punitur, quod ſuſceperit miniſterium alieni timoris.

ſ *In legem.* Non pugnat 20.c.2.tit.21.lib. Significatio enim verbi ſummittere, & inſtigare, duplex eſt. Vel enim non vult quis accuſare, & inſtigatur ab aliquo, ſummittiturque, & infamia notatur tam ipſe, ſi non probauerit, quam is qui inſtigauit, & ſummiſit. Vel accuſare quidem vult, ſed propter conſilii ſui infirmitatem, & conſulit alterum, eique demonſtrat ſuas probationes, & inſtigatur ab eo cognoſcente validas eſſe probationes, & infamia non notatur is qui inſtigauit.

t *Summittit.* Alium qui nullo modo animum habebat accuſandi. quære tit.36.c.16.eiuſdem, & lib.21.tit.2.c 20.

u *Inſtigat.* Enant. Cupientem quidem, ſed negligentem. Eiusdem. Qui aliquem ſummittit & inſtigat, hoc eſt, qui nolentem quendam accuſare, inſtigat & ſummittit. Sic enim dixit. Qui

ſummit-

Digitized by Google

ſummittit quendam accuſatorem.& non ſolum ſummittens, ſed & inſtigans. quære tit. 51.c.53. & tit.41.c.24.

x *Mandat*. At quomodo mandatum criminis? Et dicitur lib.21.tit.2.c. 20. eum mandatorem dici, qui nolentem accuſare publico iudicio excitat ad accuſandum.

y *Miniſtrat*. Sciens, vt lib.56.tit.2.c.23.

a *Sine*. Vt ſi non potuerit probare.

b *Abſit*. Sine abolitione ante condemnationem.

c *Prouocante*. Tunc enim litem perſequi debet magis.

d *Deſiſtens*. Et non perſeuerans in appellatione accuſare quem ſemel accuſauit.

e *Incidit*. Ratione enim † vel remedio appellationis, condemnationis pronunciato deletur,& videtur imperfecta lite deſiſtere.

f *Deſtiut*. Sine abolitione. Si enim poſt abolitionem, illo quidem crimine non poteſt eundem accuſare, alio autem poteſt & eundem & alium. vt 13.c.th.2.quære tit.66.c.vlt.& 4.& tit.26.c.5.

g *Quenquam*. Niſi certis quibuſdam, veluti maieſtatis & falſi.

h *Et*. Cyrillus,& in priuatis & in extraordinariis criminibus.

i *Priuatis*. Priuata habita relatione ad publica. Priuata hæc dicit, quod nó omni publice ad eorum accuſationem procedere liceat, ſed priuatim his quorum intereſt.

k *Sine*. Scribatur, Et extraordinariis,& explicetur ex 2.th.15.c.quod eſt 7.digeſtum.

l *Pro modo* Qui enim falſo accuſat, punitur & in extraordinariis,& in priuatis delictis pro modo admiſſi, & infamia notatur. Qui vero ſine abolitione deſtitit ab acuſatione, quam calumniæ cauſa inſtituerat, amplius accuſare nó poteſt,& infamia notatur,& extra ordinem coercetur. Prævaricatores autem non poſſunt publice teſtimonium dicere, poſtulare, iudicare. At in criminibus furti, iniuriarum, vel expilatę hæreditatis, vel ſtellionatus, qui deſiſtit, non punitur ex S.C. quoniá priuata ſunt delicta, ſed officio iudicis coercetur, vt c.15.th. 2.huius tit.quære etiam tit. 64. & 66. huius lib.

m *Coercentur*. In priuatis etiam delictis calumniator punitur cognitione iudicis, vt præſens ait c.& 2.th.15.c.quod eſt 7.ff Qui vero calumniatur in publicis criminibus, deportationem patitur, & infamiam, vt præſentis tit.c.36.cuius initium, Conſtitutio vult.quære c.15.th.2.

l.4.in pr. 13 PAVLVS. Mulier [a] ab accuſatione deſiſtens [b] non incidit in legem
§.1 de calumniatoribus. ¶ Poſt [c] deſertionem [d] idem crimen ab eodé in eundem non recentatur.

l.5 14 [e] IDEM. Qui in libello dato principi pollicetur ſe aliquem falſi accuſaturum, nec accuſat, [f] non incidit in legem de calumniatoribus.

l.6.in pr. 15 IDEM. Deſtitit [g] ab accuſatione, qui cum ſuo [h] aduerſario locutus
§.1 [i] eſt de compoſitione criminis. ¶ Animo [k] ab accuſatione deſtitit, qui af-
§.2 fectum & animũ accuſandi [l] depoſuit. [m] ¶ Deſtitit is qui crimen non per-
§.3 egit intra [n] definitum à præſide tépus. ¶ Facientes [o] notoria † eis adſiſtere
§.vlt. [p] iubentur. ¶ Vt calumniatores puniuntur, qui in fraudem alterius chartam, [q] vel teſtimoniũ conquirunt, vel ſcribunt, vel in iudicio [r] proferunt.

l.7 16 VLPIAN. Is [s] qui repetit [t] accuſationé generali abolitione interueniente, ſic eam repetit, vt accuſabat, & non opponuntur [u] ei præſcriptio-
§.1 nes, quæ oppoſitæ nó fuere [x] ante abolitionem. ¶ Qui deſiſtit [y] ab ſtellionatus, [z] vel expilatæ hæreditatis, [a] vel furti, vel iniuriarum actione, nó incidit in legem de calumniatoribus, ſed officio iudicis coercetur.

a *Mulier*. Mulier falſi crimen, quod propriæ cauſæ gratia inſtituit, poſt interpoſitam denunciationem vt deſiſtens omiſit, lege teneri non videtur.

b *Deſiſtens*. Non pugnat 5.cap.66.tit.in quo dicitur, mulierem deſiſtentem, incidere. Ibi enim Theodorus ponit mulierem pecunias accepiſſe ab aduerſario, atque ita deſtitiſſe. Et hoc diſſoluitur in 6.th.10.c.huius tit. Nota mulierem deſiſtentem ſine abolitione non incidere in S. C. Turpilianum. Sed & inſcriptio non exigitur, vt tit.34.c 34.de filio.quære c.31.huius tit.de patre. quære tit.33.c.14 ſimiliter.

c *Poſt*. Poſt ſemel petitam abolitionem permiſſam à iudice.

d *Deſertionem*. Specialem videlicet. nam ſi generalis fuerit, intra 30. dies crimen inſtaurari poteſt, vt c.19.th.1.& cap.21.th.1.& c.16.& 15.c.vlt.& c.17.quære c. 15. th.1. & c.3.4.tit.66.quære etiam c.24.th.5.

e *Non recentatur*. Aliud vero poteſt & aduerſus eundem,& aduerſus alium inſtitui. Ratio hæc eſt, quia non deſtitit ſine abolitione. quod ſi feciſſet, aduerſus neminem admitteretur, iuxta 11.c. quære c.1.tit.64.

Digitized by Google

f *Nec accuſat.* Non inferens actionem in iudicium.nam ſi intulerit,& inſcriptionem dederit, deinde deſtiterit,ei ſubiicitur.

g *Deſtuit.* Et deinceps tenetur vt calumniator,& incidit in legem de calumniatoribus.

h *Cum ſuo.* Nec à iudice petiit abolitionem in ſcriptis vel coram teſtibus.

i *Locutus.* Et poſtea non accuſauit, id eſt,poſt collocutionem.Si enim verbo quidem crimine compoſito cum aduerſario deſtiterit,animo non item, ſola collocutio eum non infamat. Et ob id animaduertendum eſt ſubiici de deſertione quæ fit animo.

k *Animo.* Et vt deſiſtens punitur.

l *Accuſandi.* Non is qui propter morbum,vel aliam cauſam non peragit reum,& ad tempus accuſationem differt.

m *Depoſuit* Si à præſide certo accuſationis tempore definito,intra id tempus accuſator rem nõ peregerit,deſtitutor eſt.quære tit.65. c.2.

n *Intra.* Id eſt,quantum iudici viſum fuerit.quære tit. 34.c.29.ex quo præſens caput tibi interpretandum erit. AD IDEM. Intra biennium.vt tit.65.c.1.quære tit.34.c.28.them.2.& lib.7.tit. 6.cap.13.

o *Facientes.* Nunciatores,id eſt,denunciantes aliquid fiſco,vt lib.56.tit.2.c.21.quære lib.21.tit. 3.c.2.& lib.56.tit.2.c.2.& tit.7.eiuſdem c.4.& 7.& tit.2.eiuſdem c.24.

p *Adſiſtere.* Et non adſiſtentes, incidunt,vt lib.56.tit.2.c.21.

q *Chartam.* Quæ dicuntur famoſa,quære tit.34.cap.10.& 4. ſine ſcriptis formantes. quære etiam tit.21.c.5.th.6.

r *Iudicio.* Ita vt & inſcriptionem exigantur.

ſ *Is.* Si quis publica abolitione interueniente inſtaurare voluerit à ſe inſtitutum crimen,eodem iure id inſtaurat,quo & accuſabat,& non poſſunt ei opponi præſcriptiones,quæ ante abolitionem oppoſitæ non fuere.

t *Repetit.* Ex qua prohibitus fuit propter eam,quæ incidit,generalem abolitionem.

u *Opponuntur.* Quære tit.17.c.2.th.5.& c.66.& tit.34.c 4.10.8.&9.

x *Non fuere.* Si enim quædam reo competebant temporales,ſiue dilatoriæ præſcriptiones,forte quibus perſona excludebatur non actio,quia initio non ſunt oppoſitæ,nec inſtaurata accuſatione deinceps opponentur. nunc enim non fit litis conteſtatio, vt exceptio lenocinii.hæc enim ſi initio non ſit oppoſita,poſtea nihil valet.& quære lib.12.tit.8.c.45.

y *Qui deſiſtit.* Quia enim hęc crimina extraordinaria ſunt,qui ea cœpit inſtituere,& poſtea deſtitit ſine abolitione,extra ordinem punitur & quia non ſunt publica. lege omnino 2. th.24.cap.

z *Stellionatus.* Quære titulum, De ſtellionatus. Non excedit autem in plebeiis opus metalli,in iis vero qui ſunt in honore poſiti, relegationem temporariam aut officii amotionem. Hoc extra ordinem de improbis,& impoſtoribus.quære tit.29.c.1.2.3.

a *Hereditatis.* Hac actione tenetur qui res nondum aditæ hæreditatis aufert nec enim dicimus eum furtum facere,quandoquidem furtum fit in perſonam,hîc vero perſona non exiſtit.

17 VLPIAN. Abolitio [a] aut publice fit,aut priuatim. Et publice quidem ob diem inſignem,vel publicam [b] gratulationem. l. 8

18 MARCIA. Vel quod proſpere [c] aliquid contigerit. Priuatim [d] vero accuſatore [e] poſtulante. l. 9

19 PAPINIAN. Eſt & tertium genus abolitionis ex lege, vt cum accuſator [f] moritur,vel iuſta [g] ex cauſa impeditur [h] quominus accuſare poſſit. ¶ Facta autem publica abolitione, & repetita accuſatione [i], non quæritur [k] de iure [l] mariti. [m] ¶ Vtile [n] eſt tempus triginta dierum [o] repetendæ accuſationis,in quibus [p] accuſator potuit adire magiſtratum. Numerantur vero finitis feriis,propter quas facta fuit abolitio. l.10.in pr. §. 1 §.vlt.

20 IDEM. Qui tempore [q] excluſus non poteſt adulterii crimen intendere,non incidit in calumniatorum legem. l. 11

21 VLPIA. Si poſt [r] publicam abolitionem,accuſator crimẽ non repetierit intra præſtitutum tempus, non [s] incidit [t] in calumniatorum legem. l. 12

22 PAVLVS. Deſtitiſſe videtur qui plene [u] deſtitit,non qui diſtulit. ¶ Et qui iuſſu principis deſiſtit,impunitus eſt. l. 13. §. 1

23 VLPIAN. Tutor poſt mortem [x] impuberis,non cogitur implere accuſationem [y],quam eius nomine inſtituerat. l. 14

24 MARCIA. Et is qui ſubiecit accuſatorem,& ſubiectus non exequẽs crimen,ſed deſiſtẽs ſine abolitione,ſubiicitur [z] calumniatorũ legi. & qui l.15. in pr.

dedit

Digitized by Google

§ 1 dedit chirographum[a] ob accuſandum, & qui pactus[b] eſt. ¶Hodie etiam
§. 2 [c]extra ordinē[d] publicis criminibus[e] inſtitutis, eadem lex locū habet. ¶Il-
li deſiſtentes in eam legem non incidunt, de quorum calumnia [f]agere
§. 3 non licet. ¶[g]Morte rei extinguitur crimē: & ideo deſiſtens accuſator nō
tenetur, niſi crimē in hæredes tranſeat, veluti maieſtatis[h] & de iniquita-
§. 4 te[i] præſidum prouinciarum.' ¶ Accuſator pœna non releuatur, ſi poſtea-
quā deſtitit, [k]reus[l] moriatur. nec.n. qui deſtitit, poſtea auditur[m] accuſare
§. 5 volēs. ¶Qui poſt inſcriptionem non poteſt in vnū vel alterum[n] annū li-
§.vlt. tē conteſtari præſide occupato,[o] nō incidit[p] in calumniatorū legem. ¶Si
poſt publicam abolitionem nondum crimine repetito alia fiat abolitio
publica, nō ex prima, ſed ex ſecūda triginta dies repetitionis cōputātur.

l. 16 [15] PAVLVS. Ob[q] publicam abolitionem [r]ſerui[s] vinculis, vel accuſa-
tione non eximuntur[t].

l. 17 [16] MODEST. Accuſator[u] poſt publicam abolitionem non repetens
crimen, non tenetur[x].

l.vlt.in pr. [17] PAPIN. Is qui litem traxit[y] nimis, inuito aduerſario non accipit
§.1.§.vlt. abolitionem. ¶Niſi euidenter[z] reus conſentiat, non datur abolitio. ¶[a]Si
tanquā in pecuniaria [b]cauſa[c] fiat abolitio capitali crimine exiſtente, in-
ſtauratur[d] quæſtio, & non probans accuſator quod propoſuit, punitur.

a *Abolitio*. Per quam ſoluuntur iudicia.

b *Publicam*. Victoriam hoſtium.

c *Proſpere*. Suſceptis liberis à principe.

d *Priuatim*. Vt cum nondum iniuria affecto reo, abolitionem accuſator petit.

e *Accuſatore*. Poſt inſcriptionem. ſtatim enim & reus abſoluitur.

f *Accuſator*. Quære neceſſario tit. 34. c. 19.

g *Iuſta*. Quære c. 24 th. 6. & tit. 65 c. 2. tit. 56. c. 2. & prætierit definitum tempus.

h *Impeditur*. Propter abſentiam, forte Reip. cauſa, vel morbum.

i *Accuſatione*. Iam autem cum repetitur accuſatio, prætererant 60 dies.

k *Queritur*. Non retractabitur in repetendo iudicio, iure mariti vir accuſare debeat necne. Sed & inſcriptionem dare non cogetur.

l *De iure* Hoc intelligatur ſecundum 16. cap.

m *Mariti*. Vt in 1. th. 16. c. dixit in repetendo crimine non opponi non oppoſitas exceptiones temporales, ſic & hoc loco dicit in repetitione deinceps non quæri de viro, qui agit adulterii, vtrum iure mariti debeat litigare, vel ſine inſcriptione intra dies 60. an iure extranei quaſi agens poſt dies 60. ſed vt initio antequam fieret abolitio, crimen propoſitū eſt, ſic & inſtaurabitur à viro.

n *Vtile* Triginta repetitionis dies vtiles eſſe D. Traianus interpretatus eſt, computandos videlicet ex die quo fuerint impletæ ferię propter quas facta eſt abolitio. Et Senatus cenſuit eos triginta dies computari, quibus quis potuit crimen repetere. Hoc autem repetitionis tempus non aliter currit, quam ſi accuſator quoq; potuit adire iudicem criminis quære c. 24. th. 7. & hoc ſecundum illud intellige.

o *Triginta dierum*. Accuſans intra dies triginta, alios rurſus habet triginta dies ad repetendum.

p *In quibus*. Hoc eſt ſi in eis eum etiam potuit adire.

q *Tempore*. Veluti quinquennio elapſo non ſua culpa, ſed mora vel occupatione iudicis. quære 6. the. 10. c. nec aduerſatur. Puto enim vtrunque componi à 6. th. 25. cap. de quo & inſcriptionem dedit.

r *Si poſt*. Si interueniente publica abolitione ex S. C. vt fieri ſolet, ob lætitiam aliquā ad honorem diuinæ domus, vel ex alia cauſa, qua motus Senatus iuſſit criminum abolitiones fieri, non repetierit crimen intra dies 30. dicimus ceſſare Turpilianum. Nec enim videtur deſiſtere ab accuſatione, qui exemptum reum non defert. eximitur enim reus interueniente abolitione.

ſ *Non*. Quære c. 4. tit. 64.

t *Incidit*. Quoniam deſertione eius non ſoluitur, adeo vt nec id cogatur repetere. Quære lib. 7. tit. 5. c. 10. & lib. 10. tit. 4. c. 21.

u *Plene*. Qui animo. & punitur. quære lib. 7. tit. 5. c 10. & tit. 64. huius lib. c. vlt.

x *Poſt mortem*. Quære tit. 42. c. 22. & tit. 34. c. 1. 11. th. 11.

y *Accuſationem*. Tale hîc oportet crimen fingere, de quo impubes agere per tutorem poſſit, videlicet ſui vel ſuorum cauſa. vt de falſo teſtamento patris, vel matris cæde. Aliis enim criminibus agere impubes non poteſt, ſicut nec mulier.

z *Subiicitur*. Quære c. 10. th. vlt. & cap. 2. eius.

a *Chirographum*. Vt in hac ſpecie, credidi nummos tibi, & accepi chirographum, deinde reddidi, vt accuſares aliquem. vel qui dedit chirographum, ſic dixit, eo concinnari poſſe accuſationem aduerſum aliquem, & dedit alteri, vt indicaret.

b *Pactus eſt*. Veluti pactus mercedem dare accuſatori, vel cum eo ſimul teſtari & accuſare.

c *Etiam*. Quia enim hodie nullæ ſunt formulæ, omnia crimina & iudicia extraordinaria dicuntur. & quære c.12.tit.14.lib.7. & Thalelæi annotationem.

d *Extra ordinem*. Sciendum quod extraordinaria crimina non ſolum priuata ſunt, ſed & publica. Et in priuatis quidem extraordinariis, veluti ſtellionatus, officio iudicis coercetur, qui ſine abolitione deſiſtit. In publicis autem extraordinariis, vel non habentibus lege definitam pœnam, veluti de termino moto, qui deſiſtit, vt calumniator damnatur, non extra ordinem.

e *Criminibus*. Erant enim olim cum in vſu eſſent formulæ extraordinaria crimina, quæ expreſſim traduntur 2.th.16.c. huius tit. in quibus non erat locus calumniatorum legi. Erant & ordinaria crimina, in quibus vigebat S. C. de calumniatoribus, quæ inuenies in c.33. tit. huius libri. Hodie vero formulis ſublatis, omnia facta ſunt extraordinaria. Merito igitur princeps dicit, Hodie, vt non aduerſetur 2.th.16 cap.

f *Calumnia*. Veluti mater vindicans cædem filii, vel hæres iuſſus à teſtatore mortem ſuam vindicare, vel filius cædem patris. & quære c.29. huius tit. & 31. Intelligitur & hoc caput aliter. Si forte crimen inſtituerit pater, vel patronus aduerſus filium vel libertum, & ſine abolitione deſtiterit. Hi enim à liberis vel libertis non poſſunt calumniæ accuſari & quære lib.22.tit.5.c.34.th.6. quęre li.49.tit.2.c.5.6.7.

g *Non licet*. Parentes & patroni accuſantes liberos, vel libertos. Nota qui non puniantur vt calumniatores.

h *Maieſtatis*. Ex capite proditionis & inſidiarum in principem. quære tit 36.c.12. & vlt.

i *Iniquitate*. Repetundarum. quære tit.43.c.2. & 11.

k *Deſtitit*. Sine abolitione. quoniam prius deſtitit, quam decederet reus.

l *Reus*. Quære lib.49.tit.4 c.14.th.1. & 2.

m *Auditur*. Quære c.13.th.2. & tit.66.c.4. & 2.

n *Alterum* Crimina enim intra biennium & incipiunt, & finiuntur. quære tit.65.cap.2. & tit. 35.c.22.

o *Occupato* Sin vero iudex differat poſt litis conteſtationem, abſoluitur reus, & iudex dat multæ nomine libras auri 20. vt tit.65.c.3. & huius tit.c.18.

p *Non incidit*. Præſes enim non ipſe cauſam præſtitit.

q *Ob publicam*. Domitianus reſcripſit ea quæ dicuntur de feriis & publica abolitione criminũ non pertinere ad eos, qui poſt accuſationem in vinculis eſſe iuſſi ſunt, nec finiri per eam iudicium in eos inſtitutum.

r *Abolitionem*. Abolitio enim legitima eſt. lex autem non nouit ſeruos. denique hinc non iuuantur, niſi ſoli liberi. quære tit.64.c.6.

ſ *Serui*. Quære lib.49.tit.4.c.14 Scias vero quod olim qui maximam capitis deminutionem patiebatur, cum ciuitate & cognatione ſimul libertatem amittebat & ſeruus fiebat, & ſoluebantur nuptiæ, vt damnatus in metallum. quod abrogat 46.c.4.tit.22.lib. quod eſt No. Iuſtiniani.

t *Non eximuntur*. Quidam ſic caput intelligunt, publica abolitione non eximi ſeruos vinculis & accuſatione, quod qui perſonam non habent, & omnino lege incogniti ſunt, non iuuẽtur communi beneficio, id eſt, publica abolitione. Alii vero, publica abolitione non eximi ſeruos pœnæ. & iam condemnatos, vel ſeruientes accuſationi vt condemnatos. quære c.pen. & tit.35.cap.2.them. 1.finem.

u *Accuſator*. Accuſauit aliquis falſi, & priuſquam reum peregiſſet, ex liberalitate principis abolita ſunt crimina & poſtea non repetiit crimen.

x *Non tenetur*. In ſuſpenſo enim eſt velit repetere, necne.

y *Traxit*. Ita vt hinc iniuria afficiatur reus, vt docet 3.c.64.tit. Si enim neque ex eo abducatur, neque iniuriæ quid patiatur reus, etiam ſine conſenſu eius à iudice datur, videlicet intra dies 30.

z *Euidenter*. Videlicet poſt 30.dies. Tunc enim reum abolitioni adſenſum præbere oportet, ſi poſt 3.dies nondum teſtes læſi & tormentis vexati ſunt: nam ſi tormentis vexati ſint, nec reo quidẽ conſentiente abolitio datur. Si vero intra dies 30. poſt inſcriptionem accuſator abolitionem petat, etiam inuito reo dabitur cauſa cognita, niſi intra id tempus iniuria aliqua fuerit affectus reus, forte vinculorum aut verberum, quo caſu rei conſenſus exigitur. vt c.3.tit.63.

a *Si tanquam*. Cum vt in pecuniaria re petiit aliquis abolitionem, inſtauratur cognitio de crimine, vt ſi non probauerit accuſator quod propoſuit, non remaneat impunitus.

b *Pecuniaria*. In criminali cauſa ſi petierit abolitionem accuſator, & acceperit, eam poſtea non poteſt repetere. volens enim deſtitit. Secus eſt ſi de crimine, ciuili iudicio non criminali velit experiri: vt ecce ſeruum meum aliquis occidit, cõpetit mihi Aquilia, & de Sicariis. Si igitur Aquilia egero, deinde abolitionem petiero, velim autem poſtea agere iudicio de Sicariis, non prohibebor, quaſi inſtaurans id à quo ſemel deſtiti. Ab alio enim ſolutus ſum quam quo nunc experior. Alioqui pecuniariæ cauſæ non habentis pœnam vel infamiam, abolitio fieri non videtur.

c *Cauſa*. Pone enim me habere aduerſum te publicum crimen & priuatum (quod & dicitur pecuniarium) & agere publico, ac decepto iudice petere abolitionem, quaſi de priuato, nihilominus inſtaurabitur crimen.

d *Inſtau-*

Digitized by Google

d *Inſtauratur.* Non pecuniaria ſed criminalis.& non videtur nunc repeti,ſed initium accipere.

L1. C. de calumniatoribus. 18 PRæſentem[a] accuſatorem in ipſo iudicio[b] calumniæ coargui oportet.Semel enim finito[c] crimine & vtraque parte iudicio abſcedente, puniri[d] vlterius accuſatorem non oportet. Lib. 9. Cod. tit. 46.

l. 2 19 NEQVE mater[e] vindicans ſui filii mortem[f], neque hæres quem teſtator iuſſit[g] vindicare mortem ſuam,ſpe fruſtati,tenentur de calumnia, ſed ignoſcitur vtrique.

l. 3 20 REO abſoluto, nõ omnimodo is qui accuſauit vt calumniator punitur,niſi iudex pronunciauerit[h] calumniatorem eum eſſe.

l. 4 21 SI filius exequatur mortẽ patris[i], & ſuccũbat,calumnię nõ tenetur.

l. 5 22 CALVMniantes[k] publico vel criminali iudicio periclitantur,nõ qui de ſtatu agunt,& ſuccumbunt.

l. 6 23 LEX[l] iubet vt ſerui torti duplum pretii ab eo qui per calumniam accuſauit[m], dominus accipiat[n].

l. 7 24 Conſtitutio præcipit[o],accuſante aliquo non ante in iudicium trahi[p] reum,quam is qui[q] ſatis dederit à ſe reum peractum iri,vt eo vera docente,reus condemnetur,aut ſi defecerit[r],ipſe periclitetur.

l. 8 25 Conſtitutio[s] vult[t] eum qui calumniatur in publico crimine[u], infamia notari,& deportari[x],modo ſi[y] alienam[z] accuſationem[a] perſequatur vt ſuam,vel ſuorum cauſam.

l. 9 26 QVI[b] in ea cauſa eſt,vt condemnari debeat,quaſi calumniator publico iudicio,ei neque miſſa generalis[c] remiſſio[d], neque ſpecialis[e] gratiã facit,nec ſacrum reſcriptum ei proficit.

l.vlt. 27 Conſtitutio vult calumniantes puniri.

a *Præſentem.* THEOD. Accuſator niſi in ipſo iudicio arguatur,vt calumniator,antequam reus abſoluatur,non intelligitur eſſe eiuſmodi. Plus inducit 3. conſt.huius tit. vt actor non condemnatus pro calumniatore non habeatur,etiam ſi ſit abſolutus reus. Τὸ κατ᾽ πόδας. Calumnia eo tempore ſolet puniri,quo de cauſa præſente accuſatore iudicatur: & ideo poſtquam de cauſa pronunciatum eſt,contra conſuetudinem calumniam accuſatoris puniri deſideras. Iudicatur. vtriſq; præſentibus vſque ad ſententiam. Oportet autem hanc Conſtitutionem penitius intelligere,vt vtriſque iudicio dimiſſis,non oporteat amplius accuſatorem puniri,ſed & illud magis conſtitutio innuit abſente accuſatore reo abſoluto,non debere accuſatorem de cálumnia puniri. Excellens autem ille Patricius inquit,debere reum in initio litis opponere calumniæ cauſam, & petere à iudice vt eam ſibi integram conſeruet.

b *Iudicio.* Quære c.10. & ſecundum hoc illud intelligatur.

c *Finito.* Vt & de ſumptibus dicitur lib. 9. tit.1.& de vſuris non deductis in ſtipulationem.

d *Puniri.* Vt enim ſumptus officio iudicis petuntur,& ſi de eis ſententia nihil comprehendatur, neque à iudice,neque ab alio de eis mouetur quidquam, ita nec de calumnia. Conſequentia enim ſunt:& ſimul cum re principali amittuntur.

e *Mater.* Mater exequens mortem ſui filii,etiamſi vincatur,non tenetur de calumnia. vt autem inquit 4. Conſtit. huius tit. filius etiam exequens mortem ſui patris,licet non obtinuerit,calumniator eſſe non intelligitur. quære c.24.th.3.c.31.& 13.

f *Mortem.* Hæres vindicans mortem teſtatoris & ſuccumbens,calumniæ crimine non tenetur.

g *Iuſſit.* Puto etiam iniuſſu teſtatoris vindicantem hæredem & ſuccumbentem nõ teneri: quia neceſſe habuit vindicare,vt ad hæreditatem perueniret,vt tit.16.lib.39.c.Diuerſa. Vſque adeo autem hi non tenentur,vt nec inſcriptio ab eis exigatur. Sed & à muliere,inſtituta accuſatione, non exigitur,vt 34.c.34.tit.& tit.33.c.14. Nota vero, qui inſtitutum crimen non probantes non incidant in legem latam aduerſus calumniatores. Quære c.1 62.lib.& 22.

h *Pronuntiauerit.* Hoc eſt niſi in ſententia eius contineatur actorem calumniatorem eſſe,infamiæ damnum non ſuſtinet.quære c.10.th.1.

i *Patris.* Idem intelligere debemus in matre. nec enim dixit patris, quaſi hoc tantum in patre procederet.

k *Calumniantes.* THEOD. Non qui in priuato, ſed qui in publico iudicio aliquem calumniatur, ei periculum imminet. Itaque iuxta 9. Conſtitutionem huius tit. non poteſt petere abolitionem, & iuxta 8. Cõſtitutionem huius tit.infamia notatur,& deportatur. Adiicit 10. Conſt. eum vt reum puniri. Priuatum eſt iudicium de libertate.

Digitized by Google

l *Lex.* THEOD. Qui per calumniam ſeruum alienum tormentis vexari fecit, præſtat duplum æſtimationis eius. lege 13. Conſt. 67. tit. huius 9. lib & huius tit. cap. 9 & lib. 20. tit. 4. cap 8. & lib. 7. tit. 14 & tit. 50 cap. 13 huius lib.

m *Accuſauit* Et tenetur calumniæ crimine, vt 9. cap. qui fruſtra egit.

n *Accipiat.* Ob proprium crimen cum dominium apud dominum permanet Quod ſi ob dominum fiat criminis inquiſitio, prædicitur ei ſe amplius non fore domini ſed fiſci, & ita torquetur, ne forte dum timet in quæſtione ſe ad dominum reuerſurum, taceat. Tunc vero & ſimplum pretii ſerui datur. quære neceſſario tit. 37. cap. 27. th. 5.

o *Præcipit.* THEODORI. Non trahitur reus in iudicium, niſi actor ſatisdederit ſe crimen peracturum: & ſi calumniator inuentus fuerit, periculum ſubiturum. Memento 3. Conſt. 1 tit & 17. Conſt. 3. tit & 2. Conſt. 3. tit & 1. Conſt. 45. tit. huius lib. 9.

p *Trahi.* Quære tit. 15 cap. 16. & tit. 66. cap. 1.

q *Quamuis* Actor. Quære tit. 34. cap. 25, & tit. 33 cap. penult.

r *Ipſe.* Imponitur ei talio, vt eadẽ patiatur quæ paſſurus eſſet reus. Imponitur & extraordinaria pœna Fideiuſſor autem eius pecuniarie punitur.

ſ *Conſtitutio.* Alienam, non propriam cauſam inſtituens, infamatur. Memento 22. Conſt. 11. tit. 2. lib & nota neminem agentem ſuo nomine infamari.

t *Vult.* Scholium Nota ſpecialiter hac cõſtitutione maiori pœnæ ſubiici eum qui alienum crimen vt ſuum, aduerſus aliquem proponit. Forte enim dicit falſo, eum qui occiſus eſt patrem ſuum eſſe, vt ſi forte ſuccubuerit, non incidat in S. C. Turpilianum, vt ait 31. cap. Hic igitur grauius punitur ob mendacium & fraudem.

u *Crimine.* Et non dedit inſcriptionem nam ſi inſcripſit talioni ſubiicitur.

x *Deportari.* Hæc conſtitutio eiuſq; pœna debet obtinere in eo qui propria inſtrumenta aduerſario prodit. Qui enim poſt accuſationem ſine abolitione deſiſtit, aliam pœnam ſubit, videlicet, 5. librarum auri, vt 2 th 3. cap. 26. tit. quære tit. 66. cap. 5. & ſecundum hoc illud intellige.

y *Modo ſi.* Sicut didiciſti in 13. ca mulieres non ſubiici calumniæ crimini, eodem modo nec minores. Si igitur minor aut muliere ſummiſſi ab aliquo, alienum crimen vt ſuum inſtituerint, tunc patiuntur pœnam huius legis. Similiter lege 5. cap. 66. lib.

z *Alienam.* Ne exiſtimes vt procuratorem alienam accuſationem inſtituiſſe (publicum enim crimen nemo vt procurator intendit) ſed alienum crimen exercere voluiſſe. neq; enim omnes qui ſua, ſuorumve cauſa agunt. calumniæ ſubiiciuntur. Ecce enim, didiciſti ſupra matrem volentem agere de cæde filii, non ſubiici acuſationi de calumnia, neque hæredem extraneum, ſi iuſſu teſtatoris egerit neque filium, qui ab inteſtato vocatur.

a *Accuſationem.* Τὸ κατ᾽ [illegible] habet, ſi accuſationem alieno nomine corripuiſſent.

b *Quinetiam.* THEOD. Qui conuictus calumniæ iuibi eſt vt condemnetur, non petit abolitionem. quære cap 25. & tit. 64. cap. vlt. neceſſarium.

c *Generalis.* Etiamſi fiat gratia omnibus calumniatoribus, quæ remittat pœnam, ea eis non prodeſt.

d *Remiſſio.* Vel generalem & ſpecialem abolitionem intelligit ſecundum adiectas capiti allegationes. Vel generalem dicit omnium reorum abolitionem, ſpecialem calumniatorum duntaxar.

e *Specialis.* Solius calumniæ. Specialem quidem talem, vt illum forte dimitti, recte ſuſcipimus, quod illo forſitan princeps indigeat.

Titulus II.

VEL ff. LIB. IX. TIT. I.

Hic liber eſt quintus de iudiciis.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

VLPIANVS.

SI quadrupes[a] damno quempiam adfecerit, datur[b] actio in deditionem animalis, vel æſtimationem[c] damni. ¶ & competit cum animal[d] commotũ feritate nocuit, veluti equus calcitroſus[e] calcitrauit, ante bos cornu petere ſolitus cornu petiit. Quod ſi propter loci cõſtitutionum, vel imperitiam mulionis, vel onus nimium, damnum — l. 1. in pr. ff Si quadrupes paup. feciſſe dic. §. 4.

mnum fiat, lex [f]potuit[g], quæ ex inficiatione in duplum, ex cōfeſſione in
§. 5 ſimplum competit, locum habet. ¶ Sed & ſi canis[h] cū duceretur, aſperi-
tate ſua euaſerit, & nocuerit, ſi cōtineri firmius ab alio potuit, vel nō de-
buit per eum tranſire[i] locum, hæc actio ceſſat, & tenetur[k] qui canē tene-
§.6. §.7 bat: ¶ vel qui inſtigauit[l] eum. ¶ Generaliter enim tunc competit actio
de pauperie, cum contra naturā fera mota nocuit[m]. nam ſi ex dolore* e- * [illegible]
quus calcitrauit, ceſſat hæc actio. & is qui percuſſit, aut vulnerauit equū,
tenetur in factum[n], non petitione dupli, quoniam non ſuo corpore da-
mnum dedit. At ſi cum permulceretur, vel palparetur, calcitrauit, locus
§. 8 eſt actioni[o]. ¶ Et ſi alia quadrupes aliā concitauit, nomine eius[p] quę con-
§. 9 citauit, agitur. ¶ Siue ſuo[q] corpore nocuerit quadrupes, ſiue per aliā rē[r],
§. 10 forte plauſtrū, actioni locus eſt. ¶ In natura[s] feris nō agitur[t]: & ideō ſi vr-
ſus fugiens nocuit, non tenetur quondam[u] dominus. deſinit[x] enim eſſe
§. 11 dominus fugiēte beſtia, & qui eam occidit, ad eum corpus pertinet. ¶ Si
duo arietes[y], vel boues commiſerint, ſi quidem adgreſſor perierit, ceſſat[z]
§. 12 actio: ſin alius, agitur[a], & vel[b] adgreſſor deditur, vel ſarcitur damnū[c]. ¶ Et
in actione[d] de pauperie animalis, noxa caput ſequitur: & is qui nunc eſt
§. 13 dominus, nō qui erat damni illati tēpore, conuenitur[e]. ¶ Si vero ante litē
§. 14 cōteſtatam animal perierit[f], extinguitur actio. ¶ Dedere eſt animal tra-
dere viuum. Si plures ſint domini, ſinguli[g] cōueniuntur[h] in ſolidum, ſic-
§. 15 ut in ſeruo. ¶ Interdum[i] dominus in ſolidum[k] cōdemnatur, ſi forte inter-
§. 16 rogatus[l] in iudicio negauerit animal ſuum eſſe. ¶ Si poſt litem[m] conteſta-
tam ab alio animal occiſum ſit, vel cedit actionē dominus[n], vel pręſtat ę-
§. vlt. ſtimationem litis[o]. ¶ Hæc actio datur hæredibus, & ſucceſſoribus, & in
hæredes[p], non ſucceſſionis[q] iure, ſed quod domini ſint.

L. 2 Pᴀᴠʟᴠs. Non tantum domino[r], ſed & ei cuius intereſt, competit[s],
veluti ei cui res cōmodata eſt, vel fulloni[t]. quia enim[u] ad eos periculum
§. 1. ſpectat[x], damnum patiuntur. ¶ Si quis[y] fugiens aliquem, in tabernā in-
grediatur, ibiq; à cane lædatur, ceſſat actio, niſi ſolutus fuerit canis.

l. 3 Gᴀɪᴠs. Si noceatur corpori libero[z], condemnatio[a] fit in curationis[b]
impenſam, & amiſſionem operarum, non deformitatis[c]. Liberum enim
corpus non æſtimatur.

l. 4. Pᴀᴠʟᴠs. Vbi non quadrupes, ſed aliud animal nocuit, vtilis[d] actio
l. vlt. competit. Sɪ equus olfecit mulam, mula autem calcitrauit, & fregit
quendam, cum domino eius agitur[e].

a *Si quadrupes.* Cʏʀɪʟ. Si quo modo quadrupes damnum dederit, dominus eius conuenietur quadrupedaria: & vel æſtimationem dabit, vel animal. Pauperies eſt damnum ſine iniuria. Ea autem agitur cum ex propria feritate animal nocuit. Quod ſi ob loci anguſtias, vel culpam mulionis, vel quod nimium oneris ferret, Aquilia datur. ſicut & cum canis ob infirmitatem, vel culpam eius qui ducebat, fugit & nocuit. Locus eſt huic actioni & cum motum contra naturam animal nocuit, nō cum equus ex dolore calcitrauit: ſed in eum qui percuſſit equum, datur in factum. Si vero dum equum demulceo, vel ſtrigilo, calce percuſſerit me locus eſt huic actioni. Quod ſi alio animali cōcitante nocuit nomine concitatoris agitur. quære lib. 10. tit. 3. c. 7. th. 5.

b *Datur.* Nimirum de animalibus non natura feris, vt ait th. 2. huius cap. & cum quadrupes nocuit. nam ſi non ſit quadrupes, vtilis competit, vt eſt in 4. cap.

c *Vel æſtimationem.* Si nolit dominus dedere animal.

d *Animal* Manſuetum, contra manſuetorum propriam naturam.

e *Calcitrauit.* Ignorante domino talem eſſe equum. Si enim ſcierit, & per viam publicam tranſierit, ipſe videtur damnum dare, non equus: & ideo locus eſt actioni legis Aquiliæ.

f *Lex* Vtiliter autem agitur: quia non ſuo corpore dominus damnum dedit. nam directa Aquilia tunc locum habet aduerſus me, cum meo corpore alteri damnum dedi.

g *Potuit.* Non quadrupedaria. nec enim animal deliquit vt dedatur,

h *Canis.* In lib. 19. tit. 10. c. 40. 41. 42. ait, Qui canem ferocem, vel, aprum, vel vrſum, vel lupum,

Digitized by Google

vel pantheram, aliudve quod nocet animal, ſolutum, vel non ita vinctum, vt non poſſit nocere, in publico tranſitu habet, ſi homo liber ex eo perierit 200. ſolidos dat: ſi non perierit, ſed læſus ſit, in id quod iudici videbitur, condemnatur, cæterarum rerum duplum damni dat.

i *Tranſire.* Sed ſi nihil horum ſubſit, locus eſt quadrupedariæ. Canis enim nō eſt ferarum numero, vt tit. 2. Dig. 2. vel tit. 2 cap. 2. denique agitur quadrupedaria, vt Dig. ſeq. quę non competit de animalibus natura feris.

k *Tenetur.* Aquilia. vt Cyrillus ait.

l *Inſtigauit.* Hoc cum non tenens equum concitauit. quod ſi tenens eum concitauerit, tunc nō in factum, vel vtilis Aquilia, ſed directa competit, vt tit. 3. cap. 2. th. 6.

m *Nocuit.* Hic vero non contra naturam motus tantū nocuit, ſed quod firmiter nō teneretur.

n *In factum.* Id eſt, vtili Aquilia. Lege tit. 2. Dig. 11. them. 6. vel tit. 3. cap. 11. th. 6. Nō directa. hoc enim eſt petitio dupli. Lege Dig. 5. & lib. 10. tit. 3. cap. 7. th. 5. & in eo Indicem.

o *Actioni* Quadrupedariæ, vel de deditione.

p *Nomine eius.* Non nomine concitatæ & calce percutientis, ſed in dominum eius quę concitauit, agitur quadrupedaria.

q *Sine ſuo.* Nam ſi forte à corpore in corpus damnum detur, nec aliter, locum habet Aquilia. Hæc enim in iis locum habet, quæ habent animum nocendi, vt in hominibus. Animal autem rationis eſt expers.

r *Per aliam rem.* Vtroque enim caſu animal deditur, ſiue per ſe nullius interuentu nocuerit, ſiue per aliam rem.

ſ *In natura* In 2. Dig proximi 3 tit. dicitur quę ſint manſuetę. & quę ferę, & quæ medię naturæ.

t *Non agitur.* Actione vt noxæ dedatur animal, vel ſarciatur damnum. neq; quadrupedaria neque alia. nam aduerſus quem ageretur? quære lib. 19. tit. 10. cap 40. 41. & 42. & in ea Antiquos. Ibi enim ſi in via publica dominus vinctam feram habuerit, ea res eſt illi damno. quęre lib. 50. tit. 1. cap. 4. 5. th. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

u *Quondam.* Sed ſi maneat dominus, tenetur, vt Inſtit. 4. tit. 9 vt ſi non fugiētes feræ, ſed ad viā publicam exiſtentes nocuerint. Lege lib 21. tit. 1. Dig. 40. 41. 42. Ait enim eum qui canem ferū, vel lupum, vel pantheram, vel leonem, aliudue quod nocet animal ſolutum, vel nō ita vinctum, vt non poſſit nocere, in itinere publico habet, ſi homo liber ex eo perierit, 200. ſolidos dare: ſi læſus ſit, in id quod iudici videbitur condemnari, cæterarum rerum duplum præſtare.

x *Deſinit.* Quemadmodum deſinat quis eſſe ferarum dominus, dicitur lib. 41. tit. 1. Dig. 4. 5. 55. vel lib. 50 tit. 1. & Inſtit 2. tit 1. th. 16.

y *Arietes.* Quære tit. 3. cap 45. & th. 3 & tit. 12. cap. 25.

z *Ceſſat.* Ille enim deliquerat qui propria audacia vitam amiſit.

a *Agitur.* Quadrupedaria aduerſus dominum adgreſſoris.

b *Vel adgreſſor.* Si dominus dedere velit.

c *Damnum.* A domino non faciente deditionem.

d *Et in actione.* Quia noxalis actio animalium ratione mota caput delinquentis animalis ſequitur, non quærimus quis fuerit animalis dominus, cum nocuit, ſed quis nunc ſit, cum agitur noxali. quare ſi ante litis conteſtationem moriatur animal, extinguitur noxalis.

e *Conuenitur.* Agitur aduerſus eum qui nunc habet animal quod nocuit, non aduerſus eum, qui id habuit cum noceret. quære tit. 3. cap. 37. th. 2.

f *Perierit.* Animal enim mortuum noxæ dedi non poteſt.

g *Singuli.* Vno autem ſatisfaciente alii liberantur.

h *Conuenitur.* Quære tit. 3. cap. 27 th. 1. finem.

i *Interdum.* Quære tit. 3. cap 37. th 1.

k *In ſolidum.* In ſolidum damnum, & non auditur volens animal noxæ dedere. Quære lib. 42. tit. 4 cap. 4. & 17. & 8. & 9.

l *Interrogatus.* De hac interrogatione, in iudicio, & negatione, tractat 1. tit. 11, lib. & 17. cap. 4. tit. 42. lib lege & libr. 6 tit. 1. Dig. 6.

m *Poſt litem.* Quadrupedariæ. quære tit. 3 cap. 37. th 2.

n *Dominus.* Quę ex inficiatione duplū, ex cōfeſſiōe ſimplū repetit, vel Aquiliā de occiſo animali.

o *Litis.* Aduerſus ſe inſtitutæ. Ipſe autem ſi quid Aquilia conſecutus fuerit, id lucrifaciet.

p *In heredes.* Domini animalis cum habent animal. Si enim ſucceſſerint ei qui habuit animal, ipſum autem animal non habeant, non ſunt obligati, niſi fuerit lis conteſtata aduerſus defunctum. quære tit 5. cap. 42. th. penult. & cap. 7. th. 1.

q *Succeſſionis.* Non quod ſint heredes, ſed quod ſint domini animalis quod nocuit.

r *Domino.* Conſumptæ veſtis ab animali.

ſ *Competit.* Quære tit. 3. cap. 11. th. 10. & lib. 13. tit. 1. cap. 19. & 5. th. 3. & lib. 12. tit. 1. cap. 53. th. 3. & in eo 1. annotationem & 2.

t *Fulloni.* Cum datam ei veſtem poliendi cauſa animal tuum diſcidit: vt equus forte calcitroſus quære lib. 20. tit. 1. cap. 41. th. 4 & 5.

u *Enim.* Pone eum ſpecialiter periculum ſuſcepiſſe propter ea quæ dicuntur in fine 11. Dig. ſeſquentis 3. tit & lib. 13. tit. 6. Dig. 19. & lib. 19. tit. 2. Dig. 41. diligentia ſua neminem poſſe cauere damnum ab altero illatum.

x *Spectatque.* INDICIS. Quia enim ad eos rerum periculum ſpectat, ipſi videntur damnum pati. Et quia damnum patiuntur à domino veſtis, ideo agunt aduerſus dominum quadrupedis.

Digitized by Google

quadrupedis. y *Si quis.* Negotiator quidam ædilem fugiens, immiſit ſe in proximam tabernam, & incidit in canem ferocem vinctum in taberna, & morſus eſt ab eo, non poteſt agere in dominum canis: nihil enim deliquit, qui intra ſuam tabernam canem vinctum habuit. Solutum ſi habuiſſet, teneretur.

z *Libero.* Siue ſui iuris, ſiue in poteſtate.

a *Condemnatio.* Inſtituta Quadrupedaria.

b *Curationis.* Emplaſtrorum, cataplaſmatum, mercedis medicorum. quære lib. 19. tit. 10. cap. 40. 41. 42.

c *Deformitatis.* Quære tit. 4. c. vlt. & eiuſdem c. 1. th. 3.

d *Vtilis.* Directa enim in quadrupedibus locum habet. quære tit. 3. c. 12. th. vlt. & tit. 4. c. 1. quære c. 1. th. finem.

e *Agitur.* Agaſo deduxi equum in tabernam, equus hic inueniens mulam eam olfecit, hæc vero calcem reiecit, & fregit crus agaſoni. Quærit Seruius an poſſit aduerſus dominum mulæ quadrupedariam habere agaſo, qui vulneratus eſt: & reſpondit habere. Atqui dominus concitantis tenetur, vt ff. 1. Sed olfacere non eſt concitare. hoc enim eſt naturale in animalibus.

Titulus III.

VEL ff. LIB. IX. TIT. II. ET CODICIS LIB. III. tit. 35. Conſtit. 54. & lib. 4. Inſtit. tit. 4.

De lege Aquilia de damno.

VLPIANVS.

l. 1. in pr. ff. ad l. Aquiliam. A[a]QVILIA[b] generalis[c] † eſt: & derogat omnibus legibus quæ ante eam[d] de damno locutæ ſunt. † καθολικός.

l. 2. in pr. GAIVS. Ex primo capite[e] condemnatur is qui iniuria[f] occidit[g] alienum ſeruum, vel quadrupedem[h] gregatim actam,

§. 2 ¶ veluti bouem, capram, ouem, mulam, equum, aſinum, ſuem. Canis autem & longe magis feræ in eo numero non ſunt, veluti vrſi, leones, pantheræ. Cameli autem & elephanti, quia & natura feri ſunt, & iumentorum operam præſtant, mediæ ſunt naturæ, & primo capite continentur. Et condemnatur domino in æſtimationem occiſi quanti plurimi erat illo anno[i].

§. 1 ¶ In negantem vero actio duplatur.

l. 3 VLPIA. Cum[k] ſeruus iniuria occiditur, legi locus eſt.

l. 4. in pr. GAIVS. Non ſi quis eum occiderit[l] latrocinantem, & ſibi inſidias facientem. naturaliter enim permiſſum eſt ſe aduerſus periculum inferentes defendere.

l. 5. §. 1 VLPIANVS. In Aquilia[m] æſtimatur etiam damnum, quod culpa[n] contigit, etiam[o] ſi nocere noluerit. Interdum vero idem & de damno[p]

§. 2 & iniuriarum actione tenetur: & duæ[q] fiunt condemnationes[r]. ¶ Si furioſus[s] occiderit, vel quadrupes, vel decidens tegula, vel infans, ceſſat Aquilia[t]. Datur tamen in impuberem doli capacem. Nam

§ vlt. & hic furti[u] actione tenetur. ¶ Magiſter occidens, aut vulnerans in diſciplina diſcipulum, tenetur quidem Aquilia, verum[x] an ex locato[y] dubitatur[z]. quia modica caſtigatio permiſſa eſt magiſtro. In-

Digitized by Google

iniuriarum autem[a] non tenebitur: quia non faciendæ iniuriæ cauſa percuſſit.

Pavlvs. Præceptoris autem nimia ſæuitia culpæ[b] adſimilatur. l. 6.

Vlpian. Et pater qui diſcipulum in poteſtate habuit[c], agit aduerſus præceptorem in id quod propter vulnus non eſt habiturus, & in curationis[d] impenſas. ¶ Aquilia[e] tenetur[f] qui quocumque inſtrumēto occiderit. ¶ Sed & ſi quis onus nimium quod geſtabat, deiecerit, vel ipſe lapſus ſit, & ſeruum occiderit, Aquilia tenetur[g], ſicut & qui negligenter per lubricū * tranſierit, & damnum[h] dederit. ¶ Si alterius impulſu damnum detur, is tantum[i] qui impulit, in duplū[k] tenetur. ¶ Si quis in palæſtra, vel pancratio, vel aliter in publico certamine aduerſariū occiderit, aut vulnerauerit, nō tenetur[l] Aquilia, niſi eum poſtea quam ceſſit quaſi victus, vulnerauerit Quod dicitur de publico certamine[m], in ſeruis[n] locū nō habet. nā ſoli[o] ingenui certant publice. [p] Sed ſi priuatim, & in publico certamine aliquis ſeruum occiderit, tenetur Aquilia, niſi domino permittēte inter ſe certarint. ¶ Is[q] etiam tenetur[r], qui ſeruū ægrotum leuiter percuſſit, ſi is obierit. ¶ Is qui nō occidit, ſed mortis cauſam præſtat, in factū[s] nō Aquilia tenetur: vt qui venenū dedit pro medicamēto[t], vel furioſo[u] gladium ¶ Is qui[x] aliquem deiecit in fluuium, vel lapide interemit, tenetur Aquilia[y] ¶ Medic⁹[z] imperite ſecans ſeruū ex locato[a] & Aquilia tenetur.

l. 7. in pr. — §. 1. — §. 2. — §. 3. — §. 4. — §. 5. — §. 6. — §. 7. — §. vlt.

* διὰ σα-θρῶ

Gaivs. Item qui perperam[b] dedit medicamentum, & qui bene quidem ſecuit, ſed curationem[c] dereliquit. ¶ Et mulio[d] ſi per imperitiā, vel infirmitatē mulas nō retinuerit. nec enim debuit quis id affectare, ſciens aut ſcire debens ſuā infirmitatem alii periculoſā futurā. Idē & in equite. l. 8. in pr. §. 1.

a *Aquilia.* Cum multæ eſſent leges de damno latę, tandem omnes eas lex Aquilia infirmauit, diſponēs ea omnia quæ ad hāc de damno quæſtionē ſpectāt, tam 12. Tabularū, quam alias quas nēc referre non eſt neceſſe, quod ſublatæ ſint Hæc Aquilia Plebiſcitum eſt, nō lex: quia eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogauit, & ita Aquilia lata eſt. Quod ſi lex eſſet, a Patricio rogat⁹ fuiſſet populus, vt in Inſtitutionibus didicimus. Et primo quidem capite legis cauetur, *Si quis ſeruum vel ſeruam alienam, vel quadrupede quæ gregatim paſcitur, iniuria occiderit quanti id plurimi dignū fuerit anno præterito, tātū dare damnas eſto. Quod ſi inficiatus fuerit reus, & poſtea conuictus, dupli ſolutio.* Apparet igitur legē ſeruis noſtris exæquare quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur, veluti oues, capras, equos, mulos. Sed an porci pecudis appellatione contineantur quæritur & recte Labeo ait porcos quoque eſſe pecudes. At canes vel feræ beſtiæ, veluti vrſi, & leones vel panthera, pecudis appellatione non continentur Cameli autem & elephanti quoniam actionis miſtæ ſunt, & nobis, vt reliqua dorſuaria* operam præſtant. primo legis capite continentur. licet eorum natura ſit fera.

* νωτοφόρα

b *Aquilia.* Innom Et proprie Aquilia Plebiſcitum eſt, id eſt à plebe ſcitū*, & confirmatū: vt Inſtit. 1. tit 1. Aquilius Tribunus erat plebis. Cum enim orta eſſet ſeditio inter populū & Senatores, & populus ſeceſſiſſet, hunc habuit magiſtratum, & leges ab eo latas ita vocauit. Vnde Aquilia Plebiſcitum eſt potius quam lex. Habet autem tria capita quib de damno pertractat. Sed apud Romanos erant Legislatores, Populus Plebs, Senatus, Princeps, Magiſtratus, Prudentes.

* ψήφισμα.

c *Generalis.* Non faciens differentiam perſecutionum.

d *Ante eam.* Quære Inſtit. 4. totum tit. 3. qui vſui tibi erit in toto hoc tit.

e *Capite.* Vtpote cum ſint tria capita Aquiliæ. Et primum quidem ac tertium caput in vſu eſt. Secundum obſoleuit.

f *Iniuria.* Si enim non occiderit, ſed vulnerauerit ſeruum, vel aliud quodlibet manſuetorū animalium, ex tertio capite tenetur: vt ait 6. th. 27. cap & Inſtit. 4. tit. 3.

g *Occidit.* Si enim non occiderit, ſed duntaxat læſerit, vt damnum inferret domino, ex quondā tertio, nunc vero ſecundo capite Aquiliæ cum eo agitur: vt Inſtit 4 tit. 3. ex quo etiam agitur, ſi alienam feram beſtiam occiderit, vt ipſe titulus ait. Secundum enim caput non eſt in vſu.

h *Quadrupedem.* Manſuetam. De feris enim tertium loquitur caput, vel 5. th. 27. cap. Ab illo enim incipit tertium caput.

i *Illo anno.* Retro computato ex eo die quo occidit.

k *Cum ſeruus.* Recte lex adiecit, *Si iniuria occiderit ſeruum vel quadrupedē.* nec enim ex ſola occiſione naſcitur Aquilia ſed quod occiderit iniuria. Itaque ſi ſeruum latronem, aut vitæ meæ inſidias facientem, cum aliter me tueri non poſſem, occidero, nō teneor. naturalis enim ratio permittit cauere vnum-

Digitized by Google

mittit,vt tamen id prius cum clamore teſtificetur. Interdum autem deprehenſum furem tunc lex occidere permittit,cum gladium fert,vt tamē prius,& id cum clamore teſtificetur ſe illum cum telo deprehendiſſe,& tum occidat. Sed ſi quęcunq; cum ferro irruentem in me,præueniens occidero,non videor iniuria occidere. Et ſi timēs ne me fur occideret,eum occidero, nō teneor Aquilia. Sin autem cum poſſem ſine periculo furem retinere,& tradere maluero occidere,quia iniuria occidi,Cornelia de cæde teneor:vt tit.12.cap 55.th.6.& 7. Nota naturaliter licere periclitātibus ſeipſos defendere,& eum qui vim infert,occidere,ſi aliter ſeipſos conſeruare nequeant.

l *Occiderit.* Tunc enim cui ab illo periculum imminebat,recte eum occidit, ſi ſe aliter tueri nō potuit. quęre tit. 39.cap.17.& 19.& tit.12.cap. 55.th.2. Quære etiam lib.10.tit.2.cap.7.th.3. Prætermiſſum eſt 4.Dig.2.th & 5. Dig. 1. th.

m *Aquilia.* In 1. & 3. capite, vt cum negligenter, ſcalationem ſiue machinam aſcenſoriam, ἢ σκαλωσίαν, faciens iuſſit ſeruum meum diſcipulum ſuum aſcendere,& operari. quære tit.6.cap.5.th.2.& tit.39.cap.5.

n *Culpa.* Id eſt,etiamſi non dedita opera,ſed negligentia nocuerit,præſtare mihi indemnitatem debet. quære cap.7.th. 3.

o *Etiam.* Quære lib.2.tit.1.cap.13.& ex hoc loco interpretare quod ibi dicitur Inuoluntarium crimen.

p *Damno.* Quod eſt in lege. Iniuria non accipitur,vt in actione iniuriarum, pro contumelia,ſed pro eo quod fit illicite,& culpa mea. Vnde interdum accidit,vt ex eodem facto,& Aquiliæ,& iniuriarum actio naſcatur & duæ fiant æſtimationes,ſiue condemnationes,alia damni,alia cōtumeliæ. Quære tit. 21 cap 16 & lib. 52.cap.33.

q *Et duæ.* Cum vna habet aliquid amplius,vt lib 52.cap. 33. & ibi ſcholium.

r *Condemnationes.* Hoc intelligitur ſecundum ea quæ dicta ſunt lib.44 tit.7. Dig 34.th.1.vel lib. 52.cap.33. quando vna actione inſtituta,in id quod plus eſt, altera competit.

ſ *Furioſus.* De furioſo lege lib.1.tit.18.Dig.13.14. In quadrupede autem locus eſt quadrupedariæ:in regula,in factum,vt tit.3. Dig.5.vel tit.4.cap.5.th.penult. In infantem & in furioſum nulla actio datur.

t *Ceſſat Aquilia.* Iniuriam in lege Aquilia accipimꝰ pro damno, quod rei culpa contigit,etiam ſi noluerit nocere. Vnde quæritur an furioſus teneatur Aquilia. Et Pegaſus negauit quoniā nō poteſt eſſe culpa in furioſo mentē non habente.& vera eſt eius ſententia. Ceſſat igitur Aquilia: ſicut ſi animal rationis expers nocuerit, daturque quadrupedaria. nam & ſi regula forte cadens nocuerit, ceſſat Aquilia. itemq; ſi infans,non tamē ſi impubes proximus pubertati. hic enim Aquilia tenetur:nam & furti tenetur,ſi doli ſit & conſilii capax.

u *Furti.* Similiter de furti,& Aquiliæ actione,lib.47.tit.2.Dig.23.vel lib.60 tit. 12.

x *Verum.* Competit actio locati,vt lib. 19.tit.2. Dig.13.vel lib.20.tit.1.cap.13.th. 5.

y *Locato.* Id eſt,an hanc habeat magiſter ad petendam mercedem necne. Et ſi quidē potuit poſt vulnus rurſus operari, & docuerit eum recte,datur ex conducto actio. Quod ſi poſteaquam recte docuit eum,male vulnerauerit, vt iam non poſſit amplius operari,nō datur. Vel ſi mauis dicas,dubitari an domino vel patri eius qui vulneratus eſt, detur aduerſus magiſtrū actio ex locato ob vulnus inflictum. Dubitatio ex eo naſcitur, quod magiſtro liceat diſcipulum modice caſtigare. nam ſi hoc ei licet,quam ob rem tenebitur ex locato? Dubitationem autem tollit qualitas caſtigationis & vulneris

z *Dubitatur.* An locati teneatur magiſter, qui ſeruum diſcipulū percuſſit,dubitat Iulianus, quia leuiter duntaxat licet magiſtris cædere diſcipulos. Cæterum in 5.th.13.cap.1.tit.20.lib. dat actionē locati quære lib.20. tit.1.cap 12.th. 2.

a *Iniuriarum autem.* Sutor quidam ingenuum & filiumf. diſcipulum ſuum non recte iniunctū opus exequentem,forma calcei adeo grauiter percuſſit iuxta ceruicem, vt oculus puero effluceret. Hunc Iulianus ait non teneri iniuriarum,quia docendi non iniuriæ faciendæ cauſa percuſſit. Aquilia tamen eum ſine vlla controuerſia teneri in id quod minus puer operabitur propter vitiatum oculum,& in curationis impendia.

b *Culpæ.* Omnis vero qui negligenter aliquid facit, & eo nocet,damnatur,quaſi ſit in culpa.

c *Habuit.* Nota & de filiif. libero corpore competere Aquiliam.

d *Curationis.* Nam liberi hominis æſtimatio non eſt.

e *Aquilia.* Quære tit.36.cap.1.& tit.12.cap.1.11.

f *Tenetur.* Ligno,conto vel gladio.

g *Tenetur.* Licuit enim non tantum onus geſtare. Tenetur autem vtili, quoniam non ſuo,ſed alterius corpore nocuit. quære tit.2.cap 1.& ibi ſcholium de cōcitatore.& cap.9. huiꝰ tit.th.1.& 2.

h *Damnum.* Nolens & non data opera. Lege finem 51.Dig de pilæ luſore.

i *Is tantum.* Quære cap.42.finem nam non ipſe damnum dedit,ſed is qui impulit,

k *Duplum.* INNOM. In factum, id eſt,vtili Aquilia.

l *Tenetur.* Quia gloriæ cupiditate,& virtutis magis quam iniuriæ cauſa eum occidit. quęre finē 51. cap.de eo qui pila ludit.

m *Certamine.* Sed in filiof. in pugna vulnerato. Nota de libero etiam corpore filiif. Aquiliam dari & quære cap. 7.

n *Seruis.* Ita vt locus ſit actioni,etiamſi in certamine ſeruū percuſſerit,vel vulnerauerit. Et nota ſeruum non certare publico certamine.

o *Soli.* Quære lib.19.tit.8.cap.43.in fine, & in id nouam annotationem,quæ ſoluit quod capiti

Digitized by Google

videtur ineſſe [illegible], vt etiam apparet ex Antiqui annotatione in hoc capite.

p *Publico.* Atqui ſeruus agitator eſſe poteſt, vt eſt ſcriptum ad finem 43. Dig. 1. tit. 9. lib. Sed poteſt quidem agitator eſſe, non tamen certare publico certamine.

q *Is etiam tenetur.* Nam Labeo ſcribit aliud alii mortiferum eſſe. Et hoc caſu propter ægritudinem parua oris percuſſio ſi mortem attulerit, percuſſorem obligat. Quod ſi quis pro medicamento venenum dederit in factum tenetur, ſicut ſi furioſo gladium porrexerit.

r *Is.* Multum hic ab illo diſtat.

ſ *In factum.* Id eſt, vtili Aquilia, non directa, niſi propria manu percuſſerit, & occiderit.

t *Medicamento.* Quia occiſus non dicitur, cui clam non vi datũ eſt venenũ, lib. 29. tit 10. Dig. 1.

u *Furioſo.* Occidenti ſeipſum vel alium.

x *Is qui.* Sed ſi ex ponte præcipitauerit aliquem, ſiue ex ipſo impulſu demerſus in flumine, ſiue aliquantum adnitens, adnatanſque victus tandem vi fluminis interierit, Aquilia tenetur, quemadmodum ſi puerum ad petras illiſiſſet.

y *Aquilia.* Nam ſuo corpore occidit non interueniente aliena manu.

z *Medicus.* Quære lib. 2. tit. 3. cap. 152. vbi ait imperitiam culpæ adnumerari. Similiter Inſtit. 4. tit. 3. & lib. 4. tit. 12. Dig. 6. de eo qui imperite medicinam facit. & lib 2. tit. 4. Dig. 2. de imperitia adſeſſoris & lib. 19. tit. 2. Dig. 9. de imperitia paſtoris, & ſarcinatoris & fullonis quære lib. 20. tit. 1. cap. 9. them. 2. & 3.

a *Locato.* Et amittit mercedem.

b *Perperam.* Inconſulte pro ſanitatem corroborante medicamento, id dans quod eam corrumpit, contrarium morbo. Medicamenta autem ob inconſiderationem dantis venena videntur.

c *Curationem.* Sectionis, ex quo læſus eſt is quem ſecuit nota regulam.

d *Mulio.* Mulio quoq; ſi per imperitiam non potuerit retinere impetum mularum, & eæ ſeruum obtriuerint, culpæ nomine tenetur. Idem eſt ſi per infirmitatem mulas non retinuerit nec videatur iniquum, ſi quis ob infirmitatem corporis quaſi damno dato teneatur: cum non debeat quis eam artem exercere, cui ſcit, vel ſcire debet ſe non eſſe parem, ne alterius infirmitas alteri damnoſa ſit. Sed & ſi quis impetum equi imperite ei inſidens, vel ex infirmitate dum ſuſtinere non poteſt, alteri damnum dederit, Aquilia tenetur.

e *Equite.* Qui male equitat & ob id nocet alteri vel ipſi equo alieno exiſtenti. quære lib. 6. tit. 1. c. 40. th. 2. & lib. 7. tit. 3. cap. 24. & lib. 20. tit. 1. cap. 9. & lib. 45. tit. 2. cap. 14.

Vlpian. Si dante [a] obſtetrice medicamentum mulier [b] acceperit, & l.9. in pr.
perierit, locus eſt actioni in duplum. Quod ſi propriis manibus obſtetrix
medicamentum ſuppoſuerit, Aquilia competit, ¶ quemadmodum ſi §.1
quis quem vngat medicamento, idve infundat ore, vel clyſtere per vim
aut ſuaſionem. ¶ Qui fame [c] necat [d], in factum [e] tenetur [f], ¶ & qui e- §.2.§.3
quum [g] concitat ſeruum occiſurum, & qui in inſidioſa loca [h] ſeruum de-
ducit [i] ab aliis occidendum. ¶ Quod ſi quidam iaculo [k] ludentes occide- §. vlt.
rint [l], locus eſt Aquiliç, niſi in campo luſerint [m]. Nec enim debuit intem-
peſtiue per eum locum iter facere. Sed ſi data opera in eum iaculatus ſit,
Aquilia tenetur. Pavlvs. Nam noxius ludus culpæ imputatur. l.10

Vlpianvs. Si quis pila ludens deiecerit pilam in tonſoris manum, & l.11. in pr.
ſeruo qui tõdebatur, gula fuerit pręciſa, tonſor tenetur. ſi ibi tõdebat, vbi
ex conſuetudine ludebatur, vel vbi trãſitus frequens erat, etiãſi maxime
recte dicat quis ipſum de ſe queri debere, qui ſe in periculoſo loco tõdẽti
tõſori cõmittit. ¶ Si alius tenuerit, alius occiderit, is q tenuit [n], actione in §.1
duplũ [o] tenetur. ¶ Si plures percuſſerint [p], nec certũ ſit cuius ictu interierit, §.2
omnes [q] tenentur [r] quaſi occiſores [s]: & vno ſoluẽte cęteri [t] nõ liberãtur [u]:
pœna enim eſt. ¶ Si quis [x] mortifere vulnerauerit, & alius [y] occiderit, pri- §.3
mus [z] quaſi [a] vulnerauerit, ſecũdus quaſi occiderit [b], tenetur. ¶ Si plures §.4
trabẽ [c] deiecerint & occiderint, omnes [d] Aquilia conueniuntur. ¶ Si quis §.5
canẽ tenens effecerit vt aliũ morderet, tenetur Aquilia [e]. quod ſi nõ tenẽs
irritauit, in duplũ. ¶ Aquilia [f] domino cõpetit. ¶ Is qui redhibet [g] ſeruũ, §.6.§.7
& legis Aquilię actionẽ venditori cedit. ¶ Bona fide [h] poſſeſſor habet du- §.8
pli [i] repetitionẽ. ¶ Si quis cõmodata mihi [k] diſciderit, non ego, ſed domi- §.9
nus habet Aquiliã. ¶ Vſufructuarius [l] & vſuarius vtilẽ Aquiliam habent. §. vlt.
Etiam [m] aduerſus proprietarium occidentẽ eadẽ actio fructuario datur.

Pavlvs.

Digitized by Google

112 Pavlvs. Pro portione [a] vſusfructus, æſtimatur ea pars anni, qua nondum [o] vſumfructum habuit [p].

a *Si dante*. Si obſtetrix medicamentum vel potionem ſuppoſuerit mulieri,& perierit,diſtinguit Labeo,vt ſi quidem ſuis manibus ſuppoſuerit medicamentũ,videtur ipſa mulierem occidiſſe: ſi vero mulieri dederit,vt id ſibi ipſa ſupponeret,in factum tenetur:quoniam mortis cauſam præſtitiſſe creditur,non occidiſſe. Si quis vi, aut ſuaſione infuderit alicui medicamentum, vel eius generis quod ore ſorbetur.vel malo veneno nocuerit alicui,tenetur Aquilia,vt obſtetrix ſupponens.

b *Mulier*. Ancilla. Nam in libera publico tantum criminis locus eſt.

c *Qui fame*. Cyril. Qui fame necat,& qui concitat equum,adeo vt is in flumen cadat,& inde eques moriatur,in factum tenetur.Itemq; is qui in inſidias aliquem deducit,vt interimatur ab alio.

d *Necat*. Alienum animal,vel ſeruum.

e *In factum*. Quære Inſtit.4.tit.3.ad finem,in quo dicitur:regula autem generali comprehẽdendum eſt, quando directa. & quando vtilis Aquilia competat Ac prius ſciendum eſt lege actionẽ dari,cum corpori damnum datum eſt.Sed ſi ex corpore damnũ procedat,vt ſi nudis manibus meis, vel ligno,vel lapide,vel alio quouis inſtrumento percutiens occidero, aut vulnerauero,directa Aquilia competit.Sin vero corpori quidem damnum datum ſit, non tamen corpore, datur vtilis Aquilia, veluti, ſeruum vel pecus meum aliquis incluſit ad tempus, vt fame necaretur, vel iumentum meum ita vehementer egit, vt rumperetur,nec magnitudinẽ itineris ſuſtineret, vel quod ita turbauit, vt in præcipitia ferretur, & periret, aut læderetur, vel ſeruo alieno perſuaſit, vt in arborẽ aſcenderet,aut in puteum deſcenderet,ſciens difficilem & periculoſum aſcenſum & deſcẽſum eſſe, tum ſeruus aſcendens vel deſcendens lapſus eſt,& extinctus, vel parte aliqua corporis læſus Quod ſi alienum ſeruum de ponte, vel ripa in flumen deiecerit, & ſubmerſus fuerit, directa datur. Nam qui ſeruum impulit, is ſuo corpore occidit. Sed ſi neque corpori, neque à corpore damnum datum ſit, damnum tamen aliquod mihi datum ſit, ceſſante directa, quia corpus damnum non intulit, & vtili, quia corpori damnum non eſt illatum, is qui nocuit, in factum tenetur, veluti ſeruum meum ob delictum vincieram, huic alius benigne faciens eum ſoluit, ſciens fugiturum, quære cap.29.them.2.

f *Tenetur*. Vtili actione,cum non ſua manu occidat,quia non ex corpore eſt damnum.

g *Equum*. Si equitantem ſeruum meum percuſſo equo effeceris in flumen præcipitari, teneberis in factum.

h *Inſidioſa loca*. In quibus ſubſidebant qui parabant illi necem.

i *Deducit*. Nam & hic vtili Aquilia tenetur, quod non occiderit, ſed dolo ad inſidiatores perduxerit quære tit.39 cap.15.

k *Iaculo*. Si iaculo ludens occideris,locus eſt Aquiliæ. non ſi in campo ludentibus quibuſdam tranſiens aliquis occiſus fuerit,niſi conſulto quis ei dederit. nam ludus noxius culpæ adſignatur. Hoc intelligatur ſecundum ſupradictam diuiſionem 4. Inſtit.tit. 3. vt ſi dum ludo, vel me iaculo exerceo, tranſeuntem ſeruum occidero, ſi quidem miles ſum, & in ſolito exercitii huius loco id acciderit,non tenear. Quod ſi alio loco, vel ſi priuatus ſim, tenear. Priuato enim non licet ſe armis exercere.

l *Occiderint*. Alium tranſeuntem. De ludentibus ſi voluntate dominorum luſerint,non datur, vt in fine 3.th.7.cap.

m *Luſerint*. Et milites ſint,ſecundum diſtinctionem Inſtit.4 tit.3.

n *Tenuit*. In factum, id eſt,vtili Aquilia: quia mortis cauſam præbuit, occiſor autem directa. quære tit.39.cap.15.16.quære autem an vno ſoluente alter teneatur 50.cap.huius tit.th.ſimile.

o *In duplum*. In factum.quære tit.36. cap.19.& tit.39 cap.13.

p *Percuſſerint*. Quære lib.7.tit.3.cap.9.& eiuſdem tit.13.cap.5.th.13 & tit.15.cap.5.th.3.& tit. 39.cap.15.16.

q *Omnes*. Lege Dig.8.& de familia delinquente Dig.32.& finem 8.tit.48.lib.vel lib.60.tit.39. cap.17.neq; huic obſtat cap.31.Hoc enim eſt de libero, illud de ſeruo.

r *Tenentur*. Lege Cornelia de Sicariis & directa Aquilia.

ſ *Occiſores* Nouella 70. Leonis philoſophi huic conſentiens iubet omnes eidem ſubiici pœnæ, etiamſi omnium non ſint ſimilia facta.nam quid ſi non occiderit quiſq;, ſed alterius manum extulerit ad occidendum? nec enim manus quæ cædem fecit, niſi aliorum fuiſſet impulſa concurſu, id potuiſſet admittere. Et hoc quidem illa ſine diſtinctione, ſiue certum ſiue incertum ſit quis percuſſerit: quia nec ad pecuniariam, nec ad corporalem pœnam ſpectat.

t *Cæteri*. In ſimili quære lib.7.tit.3 cap.7.th.vlt.& cap.8.& nonum.Rationem inuenies 50.cap. huius tit th.vlt.& Indicem potiſſimum legas. Adiicitur in Indice, neminem lege Aquilia liberari, quod alius condemnatus ſoluerit,cum pœna ſit quod ſoluit.

u *Non liberantur*. Nec cædis neq; damni pæna.quære cap.32.& tit. 10.cap.21.& tit.12. cap.21. th penultimum.

x *Si quis*. Quære cap.32.& lib.58.tit.10.cap.51.th.4.

y *Alius*. Quære cap.50.th.2.& in eo Indicem.

z *Primus*. Lege Dig.15.& lib.39.tit.2. vel li.58.tit.10.Dig.24 th.4.differentiam eſſe in lege Aquilia vtrum ſanum hominẽ occiderit quis,an ab alio iam redditũ infirmiorem. Ait autem in fi.8. tit.48.lib.quod ſi in pugna percuſſus quis fuerit,ſingulorum in hoc collectorum ictus ſpectatur.

a *Quaſi*. Aquilia tenetur in id quo deterior factus eſt,non in ſolidum:quia non occidit periit nanque alterius ictu.

Digitized by Google

b *Occiderit*. In ſerui pretium ſolidum non vulnerati, ſed ſani: niſi ante illum annum vulneratus fuerit. nam ſi iudex retro annum computans, inueniat ſeruum nondum fuiſſe vulneratum, ſani pretium dari conſtituet.

c *Trabem*. Quære finem 2. cap. & ex illo hoc intelligas.

d *Omnes*. Omnes Aquilia tenentur, vt cap. 59. th. 2. quære etiam tit. 12. cap. 21. th. penult.

e *Aquilia*. Directa. Videtur enim à corpore in corpus damnum dari.

f *Aquilia*. Lege Dig. 17. & tit 1. Dig. 2. Vtilis autem datur Dig. 27. th. antepenult. habenti ius aquæ aduerſus eum qui aquæductũ diruit, quod non ſit dominus ſoli. quęre tit. 2. c. 2. Datur & fructuario vt th. 11. & bonę fidei poſſeſſori. vt th. 9. Directa nõ datur, niſi domino rei lęſę vel extinctę.

g *Redhibet*. Emptor redhibens vt morboſum.

h *Bona fide*. Quia nondum eſt dominus, licet tempore dominium ſit adquiſiturus.

i *Dupli*. Si ſeruus mihi bona fide ſeruiens læſus ſit, in factum actio competit non Aquilia: quia nondum eius dominium adquiſiui. & quære cap. 17.

k *Commodata mihi*. Forte veſtem aut pellem, hoc vero caſu 30. dies retro cõputamus. quęre tit. 2. cap. 1. in actione quadrupedaria diuerſum. Vſufructuario autem & vſuario rebus illis læſis, in quibus vſumfructum vel vſum habent, Aquilia datur. quære lib. 13 tit. 1. cap. 19. & lib. 20. tit. 1. cap. 41. In Dig. 2. tit. 1. vel tit. 2. c. 2 ponit commodatarium & fullonem ſpecialiter periculum ſuſcepiſſe. nam lib. 13. tit. 6. Dig. 19. vel lib. 13. tit. 1. traditur, ad eos qui ſeruandam rem aliquam conducunt, vel vtendam accipiunt, damnum ab alio datum nõ pertinere: quia nulla diligẽtia poteſt quiſquam cauere, ne ſibi ab alio damnũ inferatur, & lib. 19. tit. 2. Dig 41. vel lib. 20. tit. 1. eum qui mercedem accipit pro rei cuſtodia, periculum cuſtodiæ præſtare, non tamen damnum ab alio datum, niſi cuſtodire potuerit. Sed & ſi ipſe cuſtos damnum dederit, tenetur. lege eiuſdem 2. tit. 19. lib. 25. & 30. Dig. vel 20. lib 1. tit.

l *Vſufructuarius*. Quære lib. 10. tit. 3. c. 7. th. 4. & lib. 16. tit. 1. c. 17 finem.

m *Etiam*. Sed & ſi proprietarius vulnerauerit, vel occiderit ſeruum in quo vſumfructum habeo, datur mihi vtilis Aquilia aduerſus eum pro æſtimatione vſusfructus, & reuoco meipſum ad annum retro ex die ictus illati, & ad id tempus refero æſtimationem, quo nondum vſusfructus erat meus. Idem ſcripſit Cyrillus.

n *Proportione* Si ſolidum vſumfructum habet, in ſolidũ habet actionẽ, ſi ſemiſſem, in ſemiſſem.

o *Nondum*. Nam reuocatur in annum retro, vt Dig. 20 21.

p *Habuit*. Vt Aquiliæ quidem in annum reuocamus, Vſusfructus vero ante annum quam cõpeteret ei, qui nunc habet. quære tit. 4. cap. 1. th. 3.

VLPIANVS. Liber homo de damno ſibi dato vtilem Aquiliam ha- l.13. in pr.
bet. dominus [a] nanque ſuorum membrorum non eſt. Fugitiui [b] ſerui [c]
nomine dominus Aquiliam habet. ¶ Is etiam mihi tenetur Aquilia [d], §.1
qui mihi bona fide ſeruit. ¶ Seruo [e] hæreditario occiſo, adita hæreditate §.2
hęres Aquilia [f] experietur. domina [g] enim eſt hęreditas. ¶ Si ſeruus lega- §.vlt.
tus occidatur poſt aditam hęreditatem, legatario [h] competit Aquilia,
niſi poſt occiſionem agnouit: quod ſi repudiauit, hæredi competit.

PAVLVS. Quod ſi hæres [i] occiderit [k], conuenietur à legatario [l]. l.14

VLPIANVS Si ante aditam [m] hęreditatem [n] occidatur [o], apud hęredẽ l.15
actio remanet [p]. Sed ſi vulneretur [q], eam cedet legatario. ¶ Si mortifere [r] §.1
vulnerauero [s] ſeruũ, & caſu, vel naufragio, vel alio percutiente perierit [t],
de vulnerato [u] teneor, non de occiſo [x]. Sed ſi alienatus, vel manumiſſus
ex vulnere periit, teneor de occiſo [y]. Sin vero hic ſeruus hæres [z] ſcribatur
à domino, deinde moriatur, hęredi eius actio [a] non datur.

MARCIANVS Quia in eum caſum [b] res peruenit, à quo [c] incipere nõ l.16
poteſt [d].

VLPIAN. Si dominus ſeruum ſuum occiderit, eſt in eum actio in fa- l.17. in pr.
ctum bonæ fidei poſſeſſori [e], & ei qui eum pignori accepit [f].

PAVLVS. Sed ſi is qui pignori accepit, eum occiderit, tenetur Aquilia, l.18
& pignoratitia [g] actione: verum vna debet eſſe contentus actor.

VLPIAN. Qui communem [h] ſeruum occidit, aut vulnerat, tenetur [i] l.19
Aquilia pro parte actoris [k].

DAMNVM [l] æſtimatur quanti occiſus illo anno plurimi fuit. l.20

ET incipit annus ex quo occiſus eſt. Quod ſi mortifere [m] vulneratus l.21.§.1

poſt

Digitized by Google

poſt longum interuallum deceſſerit, ex quo vulneratus eſt numeratur.
§.2 ¶ Non tantùm corpus occiſi, ſed & id quod intereſt [n] æſtimatur.
l.22.§.1 FORTE [o] enim occidiſti quem ſub pœna [p] tradendum promiſi, ¶ vel
vnum ex comœdis, aut ſymphoniacis, aut gemellis [q], aut quadriga, aut
iugo mularum. Æſtimatur & diminutio pretii viuorum.
l.23.in pr. VLPIAN. Et qui occidit [r] ſeruum hęredem ſcriptum [s], æſtimationem
§.1 hęreditatis dat [t]. ¶ Si ſeruus à domino hęres ſcriptus occidatur, neq; ipſi-
us, neq; hæreditatis ęſtimationem [u] ſubſtitutus [x], vel legitimus domini
§.2 hęres petet. ¶ Si hæres inſtitutus fuero ſub hac cōditione, ſi ſeruum meū
manumiſero, & tu ſeruum occideris poſt mortem [y] teſtatoris, dabis eti-
am [z] ęſtimationem hæreditatis [a]: quia conditioni [b] impedimento fuiſti.
Sed ſi viuo teſtatore eum occideris, non dabis [c] æſtimationem hęredita-
§.3 tis. quia quid interfuerit, ante [d] occiſionem ſpectatur [e]. ¶ Vnde ſi pictor
amiſerit pollicem, & intra annum occiſus fuerit, ęſtimatur etiam ars, ac
§.4 ſi digitum non amiſiſſet. ¶ Et ſi ſeruum occideris, de quo eram quęſtio-
nem habiturus, vt fraudis participes [f] ediceret, teneris in id quod intereſt,
§.5 ¶ quemadmodū ſi bonū [g] ſeruum hoc anno malū effectum [h] occideris.
§.6 nanq; boni [i] ęſtimationē dabis, ¶ & in ſumma quanti occiſus [k] in anno
§.7 plurimi fuit. ¶ Si ſeptennis [l] nondum anniculus occiſus ſit, æſtimatio ad
§.8 id tempus quo vixit [m], refertur. ¶ Aquilia cōpetit hęredibus [n], nō in hęre-
§.9 des [o], niſi ex damno facti ſint locupletiores. ¶ Dominus [p] occiſi poteſt a-
§.10 gere lege [q] de Sicariis, & ei non pręiudicat [r], ſi egerit Aquilia. ¶ Actio A-
quilia aduerſus confitentem in ſimplum [s] datur, aduerſus negantem in
§.vlt. duplum. ¶ Qui falſo [t] confitetur ſe occidiſſe, damnatur lege Aquilia [u], ſi
modo occiſus à quocunq; fuerit. Sed ſi poſt eam depoſitionem probaue-
rit eum viuere, abſoluitur [x].

a *Dominus.* Lege tit. 1. Dig 3. & lib. 17. tit. 2. Dig 52. th. vlt Quære tit. 2 cap 3. & lib. 12. tit 1. & 52. th. 2. Nota directam Aquiliam ſoli domino competere. vt & in cap. 11 th. 7. in contextu dicitur.

b *Fugitiui.* De fugitiuo quære lib. 50. tit. 1. cap. 54. neceſſaria & tit. 1. cap. 1. th 11. & cap. 47. & tit. 3. cap 14. th. 3. & lib. 15. tit. 2. cap. 15. & lib. 16. tit. 1. cap. 12. th. 5.

c *Serui.* Læſi, vel occiſi in fuga.

d *Aquilia.* Si percuſſerit ſeruum meum, vel alienum, cognita libertate obligatur. quære tit. 6. cap. 38. diſtinctionem neceſſariam.

e *Seruo.* Quære cap. 43. & lib. 50. tit. 1. cap. 33. & tit. 3. cap. 21 & lib. 43. tit. 3. cap. 28. th. 4. & lib. 35. tit 9. cap. 30. th. 2. & tit. 14 cap. 54. & lib. 42. tit. 4. cap. 15. & lib. 2. tit. 3. cap. 138. & 193. & his optime congruit regula poſita lib. 2. tit. 3. cap. 138. quæ dictat quocunque tempore aditam hæreditatem continuari cum morte teſtatoris.

f *Aquilia.* Non ceſſat quaſi fuerit ſine domino.

g *Domina.* Si ſeruus nondum aditæ hæreditatis occidatur, cum dominum non habeat, quis Aquilia agat, quæritur. Et Celſus ait, quia lex voluit domino indemnitatem ſeruaret, competit Aquilia hæreditati, deinde hæres adita hæreditate acquirit eam ſibi.

h *Legatario.* Quære lib. 44 tit. 2. cap. 81. & eiuſdem tit. 1. cap. 85. th. 3. & cap. 39.

i *Heret.* Quære cap. 3. & 4. & lib. 43. tit. 1. cap. 96. & lib. 10. tit. 4. cap. 7. th. 4.

k *Occiderit.* Hærede occidente ante aditionem, ex teſtamento competit. vt lib. 4. tit. 3. Dig. 7. vel lib. 10. tit. 3.

l *Legatario.* Quære lib. 44. tit. 27. cap. 1. & tit. 30. cap. 1. & ex eis diſces num hodie & ante aditam hæreditatem occiſo ſeruo legatarius Aquiliam habeat.

m *Ante aditam.* Quia enim Aquiliam adquiſiuit hæres, meritò apud eum remanet. Vlpianus & Stephanus hoc ex ſummo iure ita dixerunt. Nam & de ſeruo occiſo hæres legatario Aquiliam cedit, licet contextus de vulnerato cedi dicat. Stephanus autem ait ceſſionem ceſſare, quod ſeruus ante aditam fuerit occiſus, cum nondum legatario competeret. male Puta enim legata cedunt à morte teſtatoris, non ab adita hæreditate. vt Inſtitution. 2. tit. 20. & lib. 36. tit. 2. vel lib. 44. tit. 20. Poteſt autem conſequenter dici ideo ceſſioni locum non eſſe, quod Aquilia hæredi non ex hæreditate, ſed occaſione hęreditatis obuenerit. Hanc enim diuiſionem in venies poſitam in petitione hæreditatis lib. 5. tit. 3. Dig. the. 3. vel lib. 42. tit. 1. & Dig. 24. & in Trebelliano lib. 36. tit. 1. Dig. 45. vel lib. 34. tit. 1. & lib. 47. tit. 12. Dig. 9. vel lib. 60. tit. 23.

Digitized by Google

n *Hæreditatem.* Non obſtat 4.th.7.th.3.tit.10.lib Ibi enim datur actio ex teſtamento hærede dolo malo occidēte ſeruū. Danda erat de dolo,ſed quia turpis eſt actio, ex teſtamēto potius datur.

o *Occidatur.* Ab extraneo ſcilicet.nam ad illum pertinet ſeruus,non ad legatarium. & quære lib.42.tit.1.cap.24.& lib.41.tit.1.cap.88.& huius libri tit.23 ca.9.

p *Remanet.* At quin debet ea quæ hæres abſtulit Aquilia actione, legatarius conſequi actione ex teſtamento. Sed didiciſti lib.35.tit.11.cap.45.hæredem ea quæ ex hæreditate,non quæ ex ſeipſo lucrifecit, reddere fideicommiſſario, ſicut & acquiſita ex re legata legatario præſtat, non quæ per ſe lucrifecit. In hac autem ſpecie non ex legato lucratur hæres,ſed ob legatum.

q *Vulneratur.* Extat enim ſeruus legatus,& per eum adquiritur etiam actio legatario. Cum vero occiſus eſt, Aquilia non datur, quia non extat res legata, ſicut ſi eam accepiſſet,& eius nomine competentem actionem exerceret.

r *Mortifere.* Si quidem non vulneratus, ſed mortifere percuſſus & paucis poſt diebus ab alio occiſus ſit. Erat autem indubitatum vtrumque teneri de cæde, ſi à duobus mortifere ictus & percuſſus fuiſſet, vt cap. 50.

ſ *Vulneravero.* Si ſeruus letali vulnere accepto,deinde ruina,vel naufragio,vel alterius ictu maturius interierit,de vulnerato,non de occiſo tenetur is qui eum percuſſit. Sed ſi manumiſſus,vel alienatus alteri ſeruus qui letale vulnus accepit intereat,de occiſo eſt actio. Cur autem nunc de occiſo,alias autem de vulnerato Aquilia agatur,manifeſta eſt ratio. Vbi enim nullo alio ei vulnere illato periit,manifeſtum eſt eum ex primo vulnere periiſſe & ob id de occiſo tenetur qui percuſſit. Vbi autem poſt vulnus acceptum ſeruus ruina aut naufragio periit, quia an ſit occiſus ex vulnere, ea non patiuntur liquere nobis ideo de vulnerato tantum tenetur. Quod ſi mortifere vulneratum liberum & hæredem dominus ſcribat, & is poſteaquam hæres extiterit,moriatur, hæres eius manumiſſi Aquilia experiri non poteſt:quoniam ſi liber vulneratus fuiſſet ceſſaret Aquilia. Quæ autem in eum caſum peruenerunt,à quo incipere non poterant,irrita ſunt.

t *Perierit.* Tunc enim apparet non ex vulnere eum periiſſe,licet mortifere vulneratus fuerit.

u *Vulnerato.* Ex capite quondam tertio nunc ſecundo & repetit iudex 30.dies, non annum,ſicut cum facta eſt cædes,vt Inſtit 4 tit.3.

x *Occiſo.* Quantum ad Aquiliam,id eſt quanti læſus eſt ex vulnere. De occiſo autem occiſor tenetur in ſolidum. quære cap.50.th.2.& cap.23.th.2.

y *Occiſo.* Hic enim, etiamſi poſt longum interuallum interierit,quia nihil aliud interim incidit, videtur ex vulnere interiiſſe,& merito tenetur de occiſo,qui percuſſit,quære etiam c.21.& 23.th 2.

z *Hæres.* Et ex eo etiam neceſſario fit liber.

a *Actio.* Quære cap.36.th.2 Seruo videlicet per hæreditatem,& libertatem adepto.

b *Caſum.* Puta,vt eadē perſona ſit ,quæ vulnus acceperit,& quæ agere debeat, & quæ ſit libera.

c *A quo.* Quia in aditione hæreditatis liber inuentus eſt quære cap.23.th.2.

d *Non poteſt.* Quoniam liber factus eſt & de libero homine occiſo, Aquilia non competit Stephanus autem ait, Ideo hæredi occiſi Aquiliam non competere,quod nec ipſi defuncto competierit,vt 2.th.35.Dig.huius tit. Conſtituendum, Id quod in eum caſum peruenit,à quo incipere non potuit,irritum eſſe, vt lib.45.tit.1.Dig 98.vel lib.43.tit 1.cap.68. Hoc intelligatur ſecundum 36. Digeſt. Sed & 23.legas.

e *Poſſeſſori.* In id quod intereſt propter acquiſitiones,vel propter id quod à venditore conſecutus fuiſſet,ſi eum euiciſſet,non occidiſſet.quære lib.15.tit.1.c.16.quære c.30. th.2. & lib. 25. tit.2. cap.27.Nota & aduerſus dominum Aquiliam dari,& quære lib.58.tit.23.cap.13.

f *Accepit* Aduerſus alium quemlibet agit directa,quod ſit quodammodo dominus, non etiam aduerſus dominum. quoniam hic plus iuris in eo habet.

g *Pigneratitia.* Quære lib.25.tit.1.cap.24.th penult. Quære etiam tit.1 cap.5.th.2.& ibi tranſmiſſiones,& annotationes.

h *Communem.* De communi ſeruo quære Dig.27.the.3.& lib.12.tit.2 cap.27.

i *Tenetur.* Quid ni? cum & dominus teneatur ei cuius intereſt.

k *Actoris.* Quatenus occiſi dominus eſt.

l *Damnum.* Tanti Aquilia damnatur is qui occidit,quanti in eo anno ſeruus plurimi fuit. nam ita lex cenſuit damnum datum æſtimari oportere. Annus autem retro computatur, ex quo occiſus eſt ſeruus. CYRILLVS. Æſtimatio fit quanti plurimi fuit ſeruus anno repetito ex quo vulneratus eſt,non ex quo interiit.

m *Mortifere.* Quod ſi vulneratus ſeruus poſt longum interuallum ex vulnere interiit, non ex quo interiit ſed ex quo vulnus accepit,annus computatur. Porro non ſolum corpus æſtimamus occiſi ſerui,quanti fuerit cum occideretur, ſed & quanti intereſt noſtra non eſſe occiſum, in tantum ſit condemnatio. Vnde ſi ſtipulanti pœnam promiſero,niſi hunc ſeruum ſiſterem,quæ fuerit te ſeruum occidente commiſſa,hæc pœna in condemnationem veniet. Item quæcunque corpori occiſo cohærent cauſæ, æſtimantur,vt ſi ex duobus comœdis,vel ex choro canentium muſico concentu,vel ex gemellis ſeruis ſibi ſimilibus,vel ex quadriga, vel ex iugo mularum vnum vel vnā occideris, non tantum occiſi corporis æſtimatio fit,ſed & illud ſpectatur quanto ſint ſuperſtitum corporum deminuta pretia,non amplius comœdo,vel ſymphoniacis,vel gemello, vel ex quadriga ſuperſtitibus tribus equis,vel vna mula eandem æſtimationem ſeruantibus.

n *Intereſt.* Si hæreditatem inde vel legatum dominus amiſerit.

o *Porte.* Quære lib.7.tit.2.cap.38.& lib.43.tit.1.cap.3.& lib.15.tit.4.

p *Sub pœna* Et quia non potui eum tradere incidi in pœnam. Pœna enim promiſſa,non habetur ratio eius quod intereſt:vt lib.43.tit.1.c.3.& 118.

q *Gemellis.*

Digitized by Google

q *Gemellis.* Quære lib. 19. tit. 10. cap. 15.

r *Occidit.* Quære tit. 12. cap. 52. th. 24.

ſ *Scriptum.* Antequam iuſſu domini hæreditatem adiret. nam niſi iuſſu eius adierit, ei hæreditatem non adquirit. & quære lib. 35. tit. 11. cap. 67. & Inſtit. 2. tit. 9. Nota Aquilia actione etiam id quod intereſt peti. Lege etiam caput ſuperius, & Theodorum in 57. cap.

t *Dat.* Cædes nanque fecit ne domino adquireretur hæreditas.

u *Æſtimationem.* Hic enim, & is qui ab inteſtato vocatur, morte ſerui beneficium potius quã damnum accepit. Igitur ſi querantur de morte ſerui, hoc audient, Si non fuiſſet occiſus, liber & hæres fuiſſet, nec vos fuiſſetis ad hæreditatem admiſſi.

x *Subſtitutus.* Pone ſeruum potuiſſe repudiare id ei teſtatore permittente.

y *Poſt mortem.* Priuſquam manumiſero quære lib. 19. tit. 1. c. 50. & lib. 35. tit. 12. c. 2. & 3. & lib. 44. tit. 19. c 81. & 23. & lib. 43 tit. 1. c 85. th. vlt. & lib. 23. tit. 3. c. 1. 2

z *Dabis etiam.* In Dig. 29. agitur Aquilia ob retia, non ob piſces non captos. idem & in venatoribus & aucupibus.

a *Hæreditatis.* Et ſerui. nam ſerui cædes priuat dominum hæreditate, & tenetur Aquilia, qui eam fecit.

b *Conditioni.* Atqui debet ſuccedere quaſi videatur impleta conditio, iuxta id quod in ſimili caſu ſcriptum eſt lib. 28. tit. 7. Dig. 8. vel lib. 35. tit. 12. & lib. 30. Dig. 54. vel lib. 44. tit. 1. Pomponius ait in eodem 8 Dig. 7. tit 28. lib. mortuo vel manumiſſo ſeruo viuo teſtatore quem hæres manumittere iuſſus eſt non videri defeciſſe conditionem & in 54. Dig 30. lib. eum cui legatum eſt ſub conditione, ſi ſeruum manumiſerit, eo mortuo ad legatum admitti, quod per eum non ſtet, & Dig. 91 tit. 1 lib. 44. Ἐν Βασιλικῶν, Si legauero tibi pecuniã, & rogauero te ſeruum alienum manumittere, & is vel deceſſerit, vel dominus eum non vendat, nihilominus te capere legatum. Præterea lib. 50. tit. 17. Dig. 190. vel lib. 2. tit. 3. dicitur conditionem pro impleta haberi, ſi per eum ſtet cuius intereſt non impleri, quominus impleatur. quod in libertatibus, & legatis, & inſtitutionibus, & ſtipulationibus obtinet: quamuis dicatur Dig. 39. eiuſdem tit. in omnibus pro facto haberi, quod per alium factum eſt ne fieret. Lege itaque diuerſa iura de conditionibus impeditis lib 18. tit. 1. Dig. 8. vel li. 19. tit. 1. & li. 28. tit. 7. Dig. 3. vel li. 35. ti 12. & li. 35 tit. 1. Dig. 81. vel li. 44. tit. 19. ad finẽ, & lib. 45. tit. 1. finem 85. Dig. & lib. 6. Codicis, tit 43. Conſt. 6. vel lib. 44. tit. 16. cap. 30. Tunc videtur impleri conditio, ſi non culpa eius qui eam debeter implere, ceſſauerit, cũ per eũ ſtat in cui' perſona debet impleri, quominus impleatur, vt ecce, Teſtator iuſſit me ſeruum legatum accipere, ſi intra menſes duos Petro dediſſe aureos 10. Eos quidẽ obtuli: Ille tamẽ recuſauit accipere. Videtur impleta conditio, & accipiam legatum, nec poſtea cogat ea 10. dare. & quære lib. 44. tit. 29. cap. 6. Cum vero per alium fit quominus conditio impleatur, equidem legatum * repeto: Is autem qui prohibuit, mihi tenetur in id quod intereſt. & ita accipienda regula. 39. cap. & 161. tit. 3, lib 2. quæ dictat pro impleto haberi, quod per alium fit ne fiat: neque aduerſatur huic capiti. Hæc enim ita Enantiophanes conciliat. Quantum vero ad 55. cap. 1. tit. 44. lib. & 91. quid ab hoc cap. differant, non exponit. At dicendum eſt, ibi fortuito, vel potius naturaliter mortem contigiſſe, nec poſſe me aliunde indemnitatem conſequi. denique videri impletam conditionem, & me ad legatum admitti. Hic vero naturaliter non contigiſſe, ſed alio occidente, aduerſus quem agendo indemnitatem conſequar.

* Videtur deeſſe negatio.

c *Non dabis.* Nam Aquilia, ſiue annus, retro voluitur non ante.

d *Ante.* Ante occiſionem autem nihil erat habiturus, vtpote viuo teſtatore.

e *Spectatur.* Quia retrorſum ex quo occiſus eſt, annus inſpicitur, quo non potuit ſuccedere adhuc viuente teſtatore. Oportet autem occiſi ſerui æſtimationem referri ad id tempus, quo pretioſior fuit Proinde ſi pretioſo & exacto pictori pollex fuerit ablatus, & intra annum quo pollex præcideretur, ab alio fuerit occiſus, æſtimatio fit quanti dignus fuit prius quam artem & pollicem amitteret.

f *Participes.* Pone in rebus meis eum multas fraudes commiſiſſe, conſciis aliis quibuſdam.

g *Si bonum.* Dicto audientem.

h *Effectum.* Depoſito bono animo, quo erat affectus erga me. Lege lib. 9. Codicis tit. 2 Conſt. 17. & finem 10. lib.

i *Bonis.* Nam paulo ante occiſionem bonus erat.

k *Occiſus.* In ſumma, quæcunque ſeruum intra annum quo occiſus eſt, pretioſiorem faciũt, hæc accedunt æſtimationi eius. CYRILLI. Quæcunq; intra annum pretioſiorẽ eũ faciunt, æſtimantur.

l *Septennis.* Vide, vt ex Græcorũ loquẽdi ratiõe, eũ qui nõdũ annũ impleuit, ſeptẽnẽ vocat. Debuit .n dicere infantẽ. Infans autem dicitur vſq; ad annũ ſeptimũ, & vocatur ἄφωνος, id eſt infans.

m *Vixit.* Forte quinto menſe quam natus eſt, lumina amiſit, deinde interfectus eſt. Videntis, non cæci æſtimatio datur.

n *Hæredibus.* Et reliquis ſucceſſoribus quære lib. 41. tit. 1. cap. 32.

o *In heredes.* Et reliquos ſucceſſores quia pœnalis eſt, niſi in id quod lucrifecerunt. quære tit. 2. cap. 1. th. vlt. & li. 12. ti. 2. cap. 10. Nota Aquiliam hæredibus dari, in hæredes autẽ non dari. niſi in id quod peruenit, ſecundum naturam aliarum actionum miſtarum. Quid enim ſi bos, aut equus fuerit occiſus, & peruenerit ad eos corium?

p *Dominus.* Similiter addita ratione lib. 47. tit. 10. Dig 7. vel lib. 60. tit. 21. cap. 7. th. 2.

q *Lege.* Cornelia, cum ſeruus occiditur dolo.

r *Præiudicat.* Vt regulariter traditur tit. 62. cap. 1. Nota eum qui de cæde egit pecuniariter, nõ

Digitized by Google

prȩiudicare ſibi quoniam poſtea agat criminaliter. Hoc enim & in aliis criminibus obtinet. & quęre tit. 17. cap. 2. thĕm. 2. Et ſi vno iudicio vincatur, agit altero. & quære lib. 59. tit. 1. cap. 46. ſpecialiter in teſtamento quod primum inofficioſum dixit, deinde falſum.

ſ *In ſimplum*. Et in id quod intereſt. vt Dig. 21. 22. 23.

t *Qui falſo*. Si quis viuentem ſeruum adfirmet me occidiſſe, idque confitear, poſſũ poſtea oſtẽdere eum viuere, & ceſſabit Aquilia, quamuis confeſſus fuero Cõfeſſio enim mea, & quæ ex ea datur confeſſoria actio, in hoc tantũ prodeſt actori, vt ne cogatur probare me occidiſſe. Cæterum oportet reuera occiſum ſeruũ eſſe. Hoc vero apertius in vulnerato ſeruo tractatur. Nam ſi cõfitear me vulneraſſe, nec ſit vulneratus, cuius vulneris ſit æſtimatio, vel ad quod tempus recurretur? Quod ſi non viuat ſeruus, mortuus autem ſit naturaliter, non tenetur qui dixit eum ſe occidiſſe, ſiue confeſſus ſit, ſiue non. CYRILL. Si cõfeſſus fuero me ſeruũ tuũ occidiſſe, deinde probauero eum viuere, abſoluor. Tu modo neceſſe nõ habes probare me occidiſſe, ſed an occiderim inſpici debet. Cum vero confeſſus ſum me vulneraſſe, nec vulneratus apparet, quomodo ſit ęſtimatio? Porro non ſatis eſt docere mortuum, ſed occiſum eſſe probari oportet. De falſa depoſitione lege li. 11. tit. 1. Dig. 13. 14. 15. 16. vel lib. 42. tit. 4. Quære lib. 9 tit 1. cap. 136. & eiuſdem lib tit. 50. cap. 1. th. 19. & lib. 42. tit. 4. cap. 13. & 14. Nota ex eo, quod ſi quis aduerſus ſeipſum confiteatur de crimine, in pecuniario iudicio iudici hoc ſufficit, licet in criminali non item. Hic enim ideo creditur confitenti, quod ſine tormentis confiteatur. Sed ſi quæſtione adhibita confiteatur, ei fides nõ habetur, niſi & aliæ probationes concurrant. & quære lib. 9. tit. 1. cap. 136. & Theodorũ. Nota & hoc, Nihil nocere confeſſionem, aliter ſe habente veritate.

u *Aquilia*. Non de cæde. nemo enim criminaliter ex propria cõfeſſione damnatur, niſi alia manifeſta indicia ſubſint, vt lib. 9. tit. 1. cap. 136. & tit. 4. cap. 1. & 4. & huius lib. tit. 50. cap. 1. th. 19. & li. 28. tit. 4 cap. 8. & 9. th. 1. cap. 1. & cap. 13.

x *Abſoluitur*. Quæro, An is qui interrogatoria prouocatione falſo confeſſus eſt ſe hæredẽ eſſe, ſi poſtea docuerit alium hæredem eſſe, abſoluatur? Et exiſtimo huius capitis argumento, ſi liqueat viuere eum hominem, cuius ſe hæredem eſſe confeſſus eſt, eum non teneri. Quod ſi mortuus ſit, etiamſi alius ei hæres extiterit, teneri.

PAVLVS. Idem & de vulnere. nã qui confeſſus eſt ſe vulneraſſe, nec L. 24.
vulnerauit, non condemnatur. Sed & ſi nõ occiſus moriatur[a], tenetur[b].

VLPIANVS. Si tutor[c], vel curator, vel procurator me9, vel alius qui- l. 25. §. 1.
uis confiteatur[d] me occidiſſe, in eos agitur vtiliter.[e] ¶ Aduerſus[f] cõfitentẽ §. 2.
datur iudex non rei iudicandæ [g] ſed æſtimandæ[h] cauſa. nam in confiten-
tes iudicium non eſt.

PAVLVS. Puta enim reus fatetur, & vult ſoluere æſtimationem, ſed L. 26.
aduerſarius eam auctiorem facit.

VLPIANVS. Si ſeruus ſeruũ ſubripuerit, & occiderit, furti actio[k] & L. 27. in pr.
Aquilia[l] competit[m]. ¶ Si meus & tuus ſeruus tua voluntate meũ ſeruum §. 1.
occiderit, teneris Aquilia[n]. ꝙ ſi[o] nõ volũtate tua, nec noxalis [p] locum ha-
bet [q]. ¶ Sed ſi cõmunis ſeru9 ab alieno ſeruo occidatur[r], & vnus domino §. 2.
rum agat, vel ęſtimationẽ[s] accipit pro parte, vel occiſorẽ in ſolidum. Di-
uiſionẽ enim noxę deditio nõ recipit. ¶ Domin9[t] occiſoris etiã fugitiui[u] §. 3.
tenetur[x]. Bonę autẽ fidei[y] poſſeſſor nõ tenetur. Hactenus primũ caput.
¶ Secundũ autem Aquilię caput nõ eſt[z] in vſu. ¶ Tertium tractat[b] de alio §. 4. §. 5.
damno[c] prȩter ſeruũ, & pecudem occiſam. & ęſtimatur quãti ea res erat[d]
in proximis 30. diebus.[e] Si quis volens exurere domũ meam ignem ſub- §. 8.
iecerit, & exuſta[f] ſit vicini dom9, ei Aquilia tenetur; & inquilinis[g] ob res
corũ exuſtas. ¶ Si furnari9[h] ſeruus[i] inquilini obdormierit, & exuſta fuerit §. 9.
dom9, cõpetit ex locato[k] ſi negligẽter miniſtros elegerit. Sed ſi alius ignẽ
ſubiecerit, vterq; [l] tenet̃. ¶ Si furnũ[m] ſecũdũ parietẽ cõmunẽ habeas, non §. 10.
cõpetit[n] Aquilia, ſicut nec ſi focũ habeas. Sed ſi exuſt9 ſit paries, in factũ a-
ctio cõpetit. Nondũ vero damno dato, qui id veretur, ſtipulatur damni
infecti. ¶ Si ſeruus coloni villã exuſſerit, ex locato[o] & Aquilię actio[p] com- §. 11.
petit, quarũ mota vna, ceſſat altera. Licet autẽ colono ſarciendi damni
cauſa, ſi ipſe culpa caret, dedere ſeruum ipſum qui incendium fecit. alio-
quin ſibi imputare[q] debet, qui malis ſeruis vſus eſt. Eadẽ & in inquilinis.

Digitized by Google

§.12.§.14 ¶ Si apes[r] meas ad tuas aduolantes[s] exuſſeris, cōpetit Aquilia[t]. ¶ Si loliū[u] aut auenam † inieceris in alienam ſegetem non ſolum actio, QVOD VI AVT CLAM[x], domino[y] & colono[z] cōpetit[a], ſed etiā dupli repetitio[b], & ſi agat colonus, cauere debet[c] dominum non acturum. Aquilia autem nō competit: quoniā nō corrupta, vel mutata res, ſed miſtionis difficilis ſeparatio eſt. †ἄγρωστιν

§.15 ¶ Is qui vino ſtercus iniicit, aut vinum effundit, vel aceſcere[d]

§.16.§.17 facit, tenetur Aquilia. ¶ Et fractum[e] & vſtum corruptum dicitur. ¶ Corrupiſſe[f] dicitur, qui corpus quocunq; modo vulnerauerit, aut tumere fecerit, & cōpetit Aquilia ſi eo minuatur[g] ſerui pretium, vel ſumptus fiat in curationem eius. quod ſi nihil horum interuenerit, ceſſat Aquilia, & iniuriarum agitur.

§.18 ¶ Aquilia datur aduerſus eum qui ſcindit, vel inquinat

§.19.§.20 veſtem, ¶ & eum qui milium, aut frumentū coniicit in flumen, ¶ & eum

§.21 qui arenam, vel aliud quid frumento admiſcet[i]. ¶ Si ex manu mea[k] nummos excuſſeris, ita vt ad neminem peruenerint, puta in flumen, vel mare, vel cloacam, competit Aquilia[l] & in factum[m]. Sin autem ad aliū peruenerint, competit[n] actio furti[o] in duplū.

§.22 ¶ Is qui percutit ancillam, vel equam, atq; ita efficit, vt abortum faciat, tenetur Aquilia.

§.23 ¶ & qui plus iuſto onerat mulam, atq; ita membrū eius aliquod corrumpit,

§.24 ¶ & qui nauem[p] perforat,

§.25 ¶ & qui oliuam[q] immaturā decerpit[r], vel ſegetē, vel vineā. Sed ſi maturi ſint fructus[s], ceſſat. domino enim nihil nocuit[t], niſi vuas proiecerit in terrā, & effuſę ſint, quinetiam hic[u] impēſas[x] domino donat.

§.26 Quod ſi collectos fructus interceperit, furti tenetur in duplū. ¶ Idem[y] &

§.27 de ſylua[z]. & accedit actioni furti actio arborum[a] furtim cęſarum. ¶ Sed &

§.28 ſi ſalictum[b] maturū ita excideris, ne lęderes radices, ceſſat[c] Aquilia. ¶ qui puerum caſtrat[d], & pretioſiorem[e] facit[f], actione iniuriarum[g] tenetur, &

§.29 edicto[h] ędilitio[i] in quadruplum[k]. ¶ Qui calicē διάχυτον faciendum[l] accipit, ſi quidem imperitia[m] id fregit, Aquilia[n] tenetur. Sed ſi rimas † habuit vitioſas, nō tenetur. Solēt aūt artifices ante conuenire nō facere ſe ea ſuo periculo. q̄ res tollit & ex locato & Aquilię actionē. †βίνας.

§.30 ¶ Si in vſum dedero[o] vxori non perforatas[p] † margaritas, illa perforarit[q] inuito[r], vel ignorante me, tenetur mihi Aquilia, & cōſtāte matrimonio[s] & poſt diuortiū. †ἀτρήτους

§.31 ¶ Qui fores[t] clauium, vel ędificia ſoluit, Aquilia tenetur.

§.32 ¶ Is aūt q aquęductū[u] frangit, ei qui ius[x] habet, vtiliter tenetur: q̄a[y] eius[z] ſolum non eſt, quāuis dirutę materię dominus ſit.

§.33 ¶ Si lapis ex plauſtro ceciderit, & fregerit ali-

§.34 quid, plauſtrarius tenetur, ſi male compoſuerit lapides. ¶ Si conductum[a] ſeruum meum mulionē feceris, & is ad pollicē ſuum fręnum alligauerit, turbataq; mula pollicē euulſerit, & ſeipſum pręcipitarit, teneor Aquilia[b], & actione ex conducto ſi pro perito imperitum locauero. q̄ ſi alius mulam turbarit, & ego & dominus eius habemus in eum legis Aquilię actionē.

§.vlt. ¶ Si laccū vino plenum tectori † excolēdum[c], curādumq; locauero, & ille eum pertuderit, & vinū fuerit effuſum, dupli[d] repetitio competit[e]. †κονιατῇ.

a *Moriatur.* Si verbum *Moriatur*, de morte naturali intelligimus, addenda eſt negatio verbo, *Tenetur.* Si de morte vi ab alio illata, rectè dixit Baſilicus, nec addenda negatio.

b *Tenetur.* Vt confeſſus non etiam de cæde. & quære lib. 9. tit. 4. cap. 4.

c *Si tutor.* Cum procurator, vel tutor, vel curator, vel alius quiuis confitetur dominum, vel pupillum, vel adoleſcentem vulneraſſe aliquem, in eos vtilis confeſſoria datur, quādiu tutores, vel curatores ſunt. In hac autem actione confeſſoria Iudex rem nō iudicat, ſed æſtimat. quis enim cognitionis vſus in cōfitentem? Dices forte, quorſum ergo actio, ſi nihil iudicat? Dicam, reo confitente ſe occidiſſe, & parato ſoluere ęſtimationē, omnino neceſſariū eſſe Iudicē, qui litis quantitatē æſtimet. quęre lib. 42. tit. 4. c. 9. th. 2.

d *Confiteatur.* Quære lib. 8. tit. 2. c. 9. & lib. 42. tit. 4. c. 9. th. 4.

Digitized by Google

e *Vtiliter.* Vtiliter autem, quia pro ſe non conueniuntur: nec tamen ſoluentes aduerſus me actionem habent. quære lib. 8 tit. 2. cap. 39. & ibi Innominatum, & lib. 9. tit. 4. cap. 6. th. 3.

ſ *Aduerſus.* In cōfitētē Iudex nō iudicat, ſed ęſtimat tātū id quod intereſt, ꝙ actor magni facit.

g *Iudicanda.* Vt cognoſcat an ſit obligatus Iam enim id confeſſus eſt.

h *Æſtimande.* Quanti ſit damnum quod ſe dediſſe confeſſus eſt. quære lib. 9. tit. 3. cap. 56.

i *Auctiorem facit.* Ob id iudex datur æſtimationis formandæ ſiue ſtatuendæ cauſa.

k *Furti actio.* Tibi aduerſus me dominum. Vna autem noxali actor contentus eſſe debet.

l *Et Aquilia.* Quæro, num vna actio aliam extinguat? Sol. Etiam. Nam ſeruo qui deliquit ſemel noxæ dedito, nulla prior dominus actione tenetur, vt ſi. 2. th. 2. cap. 11. tit. Sed ſi liber homo ſubripuit, & occidit, & vna actione actum ſit, non liberatur, vt idem 2. them. quod & lege.

m *Et tuus.* Quam communiter poſſidemus, id eſt communis.

n *Aquilia.* Non noxali, quia ſciſti, ſed in id quod intereſt tuo nomine.

o *Quod ſi.* Quære cap. 38. & lib. 42. tit. 3 cap. 16. th. vlt.

p *Nec noxalis.* Lege Dig. 44. 45. & initium 4. tit. Ideo autem noxalis ceſſat, quod qui poteſt conueniri noxali, ea non agat aduerſus alterum, vt Dig. 2. & 41. tit. 5. huius lib. Competit igitur communi diuidundo, vt in eodem 41. Dig. & Familię erciſcundæ: & accipio vel ſeruum, vel damni ſimplum, vt lib. 10. tit. 2. In fine 16. Dig vel lib. 42. tit. 3.

q *Locum habet.* Sed ſi non voluntate tua occiderit, nec noxali poſſum agere aduerſus te, ne ſit in poteſtate cōmunis ſerui, vt vni ex dominis quem offenderit, & ſoli ſeruiat noxæ deditus ab alio. quære tit. 5. cap. 8. & 41. Nam pro quibus noxalem actionem patimur, & habere ipſi non poſſumus.

r *Occidatur.* Lege Dig. 19. Sed ſi communis ſeruus deliquerit, vnuſquiſque dominorum vel totum ſeruum noxæ dedit, vel æſtimationem litis præſtat, vt Dig 8. tit. 4. vel Dig. 5. huius lib.

ſ *Æſtimationem.* Occiſi communis ſerui. quære tit. 5. cap. 19.

t *Dominus.* Cum Aquilia agitur in id quod intereſt, contra dominum ſolum agitur. Cum vero directa noxali, contra bonæ fidei poſſeſſorem. Hic autem de Aquilia loquitur. & quære Innominatum 11. cap. 5. tit. Quęre tit. 5. cap. 11. 21. 22. & lib. 7. tit. 15. cap. 2. & lib 42. tit. 4. cap. 2. 13. them. vltimo.

u *Fugitiui.* Nam quandiu à nemine poſſidetur meus eſt, & mihi adquirit, vt lib. 16. tit. 1. cap. 12 th. 5. & vt dominus teneor actori cedere, vt vbicunque illum inuenerit, vindicet. nam vt noxæ deditio dominum facit accipientem, ſic & is cui à domino fit ceſſio, ſeruum vindicat quaſi dominus. bonæ autem fidei poſſeſſor, ſi quidem habeat ſeruum, eum dedit in noxam: nec verus dominus repetere eum aliter ab eo, qui acceperit, poteſt, quam ſi ei ſatisfecerit, vt tit. 5. cap. 22. Si vero iterum fugerit, niſi detineatur ab alio, vel proclamet in libertatem, bonæ fidei poſſeſſorē eum poſſidere, & vſucapere, conſtat ex 10 th. 1. cap. 2. tit. 50 lib. An vero etiam cōuenitur, vt ſatisfaciat, vel cedat quam habet Publicianam? Minime. nam ſi quidem conſtabat, vt quia vel à nemine ſeruus detinetur, vel ab extraneo non à domino, cedit. Cum vero non conſtat, puta qui detinet eum dominus, non cedit tunc enim is qui læſus eſt, Publiciana etiam aduerſus dominum experiri poteſt: cū à bonę fidei poſſeſſore, quem habebat in promptu ſeruum accepit in noxā, deinde poſſeſſionem amiſit, & dominus eam eſt nactus, vt tit. 5. cap. 28. non etiam cum neq; accepit à bonæ fidei poſſeſſore, vtpote non habente ſeruum, neque eius poſſeſſionem amiſit.

x *Tenetur.* Si ſeruus cum in fuga eſſet, occiderit. deinde redierit in poteſtatē domini, recte dominus conuenitur, quia ſeruum poſſidet. Sic dicas, vt ne obſtet 2. th. 17. cap. 12. tit. Si vero is quem bona fide poſſidebam occiderit, deinde fugerit, non teneor. Vt vero recte intelligatur hoc cap. lege ſupra ſcriptam ϖαραγραφὴν, & 7 cap. 5. tit. & 21. & th. 19. cap. 5. tit. & Cyrillum.

y *Bonæ.* Quære tit 5. cap. 11. 19. 28. & lib. 42. tit. 4. cap. 13. them. vlt. & li. 7. tit. 15. cap. 2. de bonæ fidei poſſeſſore. De ſeruo delinquente, nec præſente lib. 11. tit. 1. Dig. 13. in fine. vel lib. 42. tit. 1. Quære tit. 6. cap. 28. neceſſario. Nota Aquiliam in bonæ fidei poſſeſſorem non dari. Idem ait Innominatus tit. 5. cap. 11.

z *Non eſt.* Vt enim legis poſitio vel ſcripta eſt, vel non ſcripta, ſic & abolitio eius fit ſcripto, vel non ſcripto: id eſt, non vtendo, vt lib. 2. tit. 1. cap. 41. Hinc nota legem ſcriptam non vtendo tolli. Similiter lib. 11. tit. 3. Dig. 32.

a *Tertium.* Tertio capite de reliquis omnibus quæſtionibus lex tractat. Itaque ſi quis ſeruum meū, vel quadrupedem quæ ex earum numero eſt, quæ gregatim ducuntur, vulnerauerit, vel quæ non eſt ex earum numero, veluti canem, leonem, vrſum occiderit, aut vulnerauerit, tertio capiti ſubiicitur. Sed & in rebus inanimis domino damnum datum ex hoc capite reſarcitur. Ait enim lex, ſi quid vſtum, ruptum, aut fractum fuerit, competit ex tertio capite actio: veluti, ſi veſtis ſciſſa, aut vas argenteum liquefactum, aut vinum vel oleum effuſum ſit, ex tertio capite datur actio, & nō ſolum ſi quid omnino corruptum, ſed & ſi deterius factum fuerit, veluti ſi quis optimo meo vino, vel oleo aliquid inieccrit, quod ipſum deterius faciat, & peruertat, ex hoc capite tenetur. Conueniunt autem in hoc capita inter ſe, quod ex primo & ex tertio tenetur quis ex dolo vel culpa. Differunt plane in illo, quod primo capite agitur de ſeruo, vel pecude occiſa: Tertio autem quondam, nunc vero ſecundo de cæteris omnibus damnis, & quod in primo capite iudex retro ad annum reſpicit, in ſecundo ad triginta dies. Hæc autem traduntur Inſtit. 4. tit. 3.

Tractat. In tertio capite agitur de omnibus aliis animalibus occiſis præter ſeruum & pecudem, quæ gregatim paſcitur. & ſi quid quis iniuria vſſerit, fregerit, corruperit, tanti damnatur iniuriam paſſo, quanti ea res fuit in triginta diebus à damno dato retro computandis.

c *Damno.*

Digitized by Google

c *Damno.* Vſtionis, fractionis, & de animalibus feris, rebuſque animacarentibus.

d *Erat.* Vt tamen primum, ſic & hoc tertium caput in duplum ex inficiatione condemnat.

e *Diebus.* Adiicitur in τῷ πλάτει. Si quis igitur non occiderit ſeruum, ſed vſſerit, fregerit, vel corruperit, ex tertio capite legis Aquiliæ tenetur. Proinde ſi quis lampada ſeruo meo admouerit & eum parte aliqua aduſſerit, ita vt interiret, ex primo capite tenetur. Hoc vero thema extat in Cyrilli editione, non tamen in Innominato.

f *Exuſta.* Tenetur, & quaſi incendiarius actione criminali.

g *Inquilinis.* Quære lib. 58. tit. 10. cap. 45. th. 3. & cap. 48.

h *Si furnarius.* Pone aliquem à me piſtrinum conduxiſſe.

i *Seruus.* Si ſeruus coloni furnum tractans, vel alio tractante cuſtodiens obdormierit, & ita domus fuerit exuſta negligentia ſerui, competit ex locato Aquilia. INDEX. Piſtrinum quidam à me cõduxit, eius furnarius ad furnum obdormiuit. & ignis exortus combuſſit piſtrinum, vel villam, Neratius ait conductorem teneri locati, ſi negligens in eo eligendo fuerit. Illud autẽ quæritur an is qui ſubiecit ignem, vel obdormiuit, directa actione teneatur? nã is qui obdormiuit incẽdium non fecit, & qui ignem ſubiecit, nõ peccauit, quia neceſſe ei fuit furnum accendere. Quid ergo? Placuit vtilem actionem competere aduerſus eum qui obdormiuit, & negligenter ignem cuſtodiit. Nec quiſquam dicat nihil eũ peccaſſe, naturali ſomno preſſum quaſi hominem: nã dormitare incipiens ignem debuit extinguere, tum dormire, vel ignem ita munire, vt ne ex furno euagaretur, id eſt, ne exiret è furno. quære lib. 20. tit. 1. cap. 11.

k *Ex locato.* Et Aquilia vt 6. th. quære lib. 58. tit. 10. cap. 51. th. 7. & huius tit. cap. 5. Et ſi cõueniatur ex locato, non cedit actionem aduerſus liberos homines, nec ſeruos noxæ dedit. quoniam ipſe ſua negligentia peccauit.

l *Vterque.* Et vno ſoluente alter liberatur.

m *Si furnum.* Quære lib. 58. tit. 5. cap. 8. th. vlt.

n *Competit.* Quia nullum adhuc datum eſt damnum. Aquilia vel ex dolo, vel ex culpa datur. Dolo autem vel culpa non facit, qui habet quod ei legibus permiſſum eſt.

o *Ex locato.* Ex locato actione ei imputatur, quod tales ſeruos habuerit. Aquilia autem agitur vt dedat mihi ſeruos qui villam combuſſerunt. CYRILLI. Si ſerui coloni, vel incolæ domum vel agrum exuſſerint, colonus noxali actione tenetur, vel locati, niſi ipſe deliquerit, puta quia noxios ſeruos habuit.

p *Aquiliæ actio.* Vt noxæ dedat eos, qui noxam nocuerunt. Nam Aquilia damnum iniuria datũ exigit, & à corpore in corpus damnum inferri, & malum animi propoſitum: quoniam vtrunque in hac ſpecie concurrit.

q *Imputare.* Nec enim dolo videtur carere, qui malis ſeruis vtitur.

r *Si apes.* CYRILLI. Qui apes interimit, tenetur Aquilia.

ſ *Aduolantes.* Quære cap. 49. Quod ſi fumo eas fugaueris, competit vtilis Aquilia.

t *Aquilia.* Quia & à corpore in corpus, & mala mente damnum datum eſt.

u *Lolium.* Quod lex Aquilia ait, *Ruperit*, veteres omnes intellexerunt, Corruperit. & ideo Celſus ait, ſi auenam aut lolium in alienam ſegetem inieceris, vt eam inutilem redderes, non ſolum interdicto, Quod vi, aut clam, dominũ poſſe agere, vel colonum, ſi locatus ſit fundus, ſed & in factũ; qua ſi vtatur colonus, cauere debet dominum amplius ea non acturũ. nam aliqua quidẽ ſpecies dãni eſt, rẽ principaliter corrumpere, vel mutare rei qualitatem, alia miſcere ei aliud quiddam, cuius difficilis eſt ſeparatio: vt in hac ſpecie fecit is, qui miſcuit auenam, vel lolium in alienam ſementem. Sed & ſi quis ſtercus iniecit in alienum vinum, aut vinum effudit, aut acetum fecit, alioue modo id deterius fecit, tenetur Aquilia quoniam & effuſum vinum & acetum factum, Corrupti appellatione continetur. Et fractum, & vſtum Corrupti appellatione continetur. Nec nouum eſt legem quibuſdam nominatim commemoratis poſtea generale verbum ſubiicere, quo & ea quæ ſpecialiter commemorata ſunt, contineãtur, vt in hac lege Aquilia. Specialiter enim facta mentione fractarum, vel vſtarum rerum poſtea generaliter ſubiecit, Corruperit, quod omne vitium ſignificat.

x *Quod vi aut clam.* Is etiam qui in puteum vicini aliquid iniecit, vt aquã corrumpat, tenetur interdicto nam aqua viua pars eſt agri, vt lib. 43 tit. 24. Dig. 11. vel lib. 58. tit. 23.

y *Domino* Quære lib. 58. tit. 23 cap. 12. ſi ipſe per ſe poſſideat.

z *Colono.* Si alteri locauerit.

a *Competit.* Nam & colono & vſufructuario fructuum nomine competit interdictum, & domino ſi quid præterea eius interſit. vt lib. 43. tit. 24. Dig. 12. vel lib. 58. tit. 23.

b *Repetitio.* In factum indemnitatis nomine, & quære cap. 9. th. 2, & ibi annotationem Inſtitutionis. Secunda autem Antiqui annotatio in 13. th. vtilem Aquiliam interpretatur, quæ in eo dicitur in factum.

c *Cauere debet.* Nota de cautione, quod valde neceſſarium eſt: & ad alias ſimiles ſpecies trahi poteſt.

d *Aceſcere.* Quoniam & malum vinum & acetum Corrupti appellatione continetur.

e *Fractum.* Quære li 2. tit. 2. c. 13. & lib. 42. tit. 1. c. 21. & lib. 12. tit. 1. c. 63. & lib. 9. tit. 7. c. 12. th. 3.

f *Corrupiſſe.* Quid ſignificet corrumpere, tractatur lib 5 tit. 3. Dig. 21. vel li. 42. tit. 1. & lib. 17. tit. 2. Dig 63. vel lib. 12. tit. Dig. 63. & lib 50. tit. 16. Dig. 13. vel lib. 2. tit. 2. & lib. 42. tit. 1. cap 21. & lib. 2. tit. 2. cap. 13.

g *Minuatur.* Nam Aquilia eas corruptiones perſequitur, quibus damnũ infertur. Et ideo ſi ob ſumptus damno dominus adficitur, Aquilia competit. deniq; ſeruo meo verberato ſi quid inde dãni patiar, Aquiliam: ſin minus, ſolam iniuriarum actionem habeo. Sẽper igitur cęſo ſeruo meo mi-

Digitized by Google

hi competit actio iniuriarum. Aquilia vero ſecundum diſtinctionem huius capitis, modo competit. modo non competit. Vna autem alteram extinguit, necne?

h *Aquilia.* Si quis veſtem ſciderit, vel inquinauerit, tenetur Aquilia, quaſi corruperit. Sed & ſi quis milium, aut frumentum meum effuderit in flumen, ſufficit mihi Aquilia. Itemque ſi arenam frumento meo miſcuerit, vt difficilis ſeparatio ſit, corrupiſſe id videtur, & Aquilia tenetur.

i *Admiſcet.* Vtilis Aquilia, vel in factum competit, vt ſupra 2. th. de eo qui in alienam ſegetem lolium vel auenam iniicit, vbi additur ratio.

k *Si ex manu mea.* Si habente me nummos in manu, veniens aliquis excuſſerit eos, & perierint, puta, ſi in flumen, vel mare, vel cloacam ceciderint, tenetur mihi Aquilia quaſi corruperit. Si vero procidentes nummos alius ſubripuerit, tenetur mihi furti, quaſi furto facto ope eius, qui mihi nūmos excuſſit, quære tit. 12. cap. 52. the. 2.

l *Competit Aquilia.* Si vt eos lucrifaceret, excuſſerit in flumen, vel mare, vel cloacam, tenetur furti. Quid enim ſi nummos excuſſerit in mare, vel flumen, ex quo poſſit eos enatando extrahere? Sed ſi vt damnum inferret, non vt lucrifaceret, competit Aquilia, vel in factum. nec enim aqua nummorum corpus læſit.

m *In factum.* Et, pro vel, id eſt vtili Aquilia. quære lib. 20. tit 4. cap. 14. & lib. 50. tit. 1. cap. 15.

n *Competit.* Recte, *ad alium peruenerint.* Nam etſi maxime hoc animo excuſſerit nummos, vt alius eos lucrifaceret, ſi tamen excuſſos nemo contrectauit, non tenetur furti. Furtum enim ſine contrectatione non fit, vt Inſtit. 4 tit. 1. & lib. 50. tit. 2. cap. 3. th. 17. quære & huius lib. tit. 12. cap. 1. th. 2. & eiuſdem cap. 52. th. 10.

o *Actio furti.* Recte legiſlator abſolute dixit, *Competit actio furti*, nec adiecit aduerſus quem. Dicas igitur quod ſi quidem eo animo nummos excuſſit, vt alius eos ſubriperet, & lucrifaceret, vtrumq; eſſe furem, & furti teneri: eum qui excuſſit, quod eius ope furtum factum ſit, vt tit. 12. cap. 50. th. 2. & cap. 52. th. 1. & 10. eum qui abſtulit, quod detineat, & contrectet rem alienam ſciens inuito domino. vt eiuſdem tit. ca. 43. th. 5. Sed ſi eo animo nummos non excuſſit. non tenetur furti, ſed in factum, vt indemnitatem præſtet. Furtum enim ſine mala animi affectione non fit.

p *Nauem.* Nam is qui perforat nauem mercibus plenam domino mercium tenetur, quaſi eas corruperit. quære lib. 20. tit. 1. cap. 14. & lib. 50. tit. 1. cap. 54.

q *Oliuam.* Et non habet locum interdictum, Quod vi aut clam, vt lib. 58. tit. 23. cap. 7. th. 4. in quo ſic dicitur, *Is qui fructum tangit, non tenetur interdicto, ſed furti in duplum. Is vero qui arborem ſuccidit, vel arundinem, vel ſalictum, vel vineam, tenetur quaſi terræ corruptor.*

r *Decerpit.* Quære lib. 58. tit. 10. cap. 1. th. 7. & tit. 23. cap. 7. th. 5. & cap. 9. & lib. 20. tit. 1. cap. 31.

ſ *Fructus.* Et ſi eos perceperit, tenetur reddere.

t *Nocuit.* Quia potius ei donauit impenſas, quas erat facturus in collectionem fructuum.

u *Hic.* Qui fructus immaturos percipit.

x *Impenſas.* Atqui dicitur lib. 5. tit. 3. Dig. 36. vel lib. 42. tit. 1. fructus eſſe qui ſuperſunt deductis impenſis colligendorum eorum gratia factis.

y *Idem.* Idem & in ſylua quæ ex conſuetudine cęditur, placuit, vt ſi nondum cæſionis tempus fuerit, Aquilia teneatur, quaſi corruperit: quod ſi cædat tempeſtiue, ob id non teneatur. Si tamen cæſas arbores intercipias, furti tenetur, & arborum furtim cæſarum.

z *Sylua.* Id eſt, vt ſi tignum vel materiam immaturam cædat, Aquilia teneatur: ſi maturam, nō teneatur. Verum ſi cæſam auferat: ſubiicitur actionibus quas Baſilicus dicit.

a *Arborum.* Quære th. 5. cap. 22. lib. 22. tit. 5. & huius libri tit. 16. cap. 1. 3. 7. th. 3.

b *Salictum.* Nec exciſum abſtuleris: alioquin eris fur.

c *Ceſſat.* Et ſumam exciſa, nec ſoluam exciſionis impenſas.

d *Caſtrat.* De iis qui caſtrant, dicitur lib. 48. tit 8. Dig 4. vel lib. 60. tit. 39. & lib. 4. Cod. tit. 42. & in Nouell. 142. Quære lib. 48. tit. 14. cap. 5. & lib. 44. tit. 27. cap. 3. Caſtratus liber fit etiamſi ab extraneo non à domino caſtretur: vt ait vlt. cap. 51. tit. Antiquus in 4. lib. 8. tit. 48. Dig. 2. th ait indefinite enim, qui caſtrat ſeruum, vel liberum volentem aut nolentem, teneri pœna legis de ſicariis, quę in honeſtioribus eſt relegatio, & omnium bonorum publicatio: In humilioribus ad gladium, aut beſtias damnatio. in 19 lib. τῶν Βασιλικῶν, tit 6. ait domum tantum in qua id committitur, publicari, & ſeruum caſtratum: eum vero qui caſtrauit, capitaliter puniri. Vtrumque infirmat vt. cap. 51. tit. in quo ita eſt, *Sancimus eos qui in quocunq; loca caſtrare*, &c.

e *Pretioſiorem.* Hoc præceptum non pugnat cum lege lata aduerſus eos qui eunuchos faciunt. Hic enim pœnam ſtatuit qua domino ſatisfiat. ibi autem publicam pœnam definit, vt in ſerui occiſorem. Hic pœna pecuniaria ſtatuitur, in aliis autem, vt ſicarius punitur.

f *Facit.* Nota quando quis ex illata ſibi iniuria fiat pretioſior: quod fit quantum æſtimationem ſolam attinet. Omnium enim ſeruorum eunuchi pretioſiores ſunt, vt lib. 6. tit. 43. Conſt. 3. vel lib. 44. tit. 16. & lib. 9. tit. 7. Dig 1. Si velis inuenire quanti ſint ſerui, qui nulla arte præditi ſunt, & qui artem aliquam didicerunt, & grammatici & medici & eunuchi: quære 15. cap. 14 tit. 48. lib. & lib. 44. tit. 27. cap. 5. & lib. 19. tit. 1. cap. 74. 81. & lib. 53. tit. 4. cap. 52. & huius lib. tit. 51. cap. 66. vel No. 142. Quære Nomocanonis tit. 9. cap. 34.

g *Iniuriarum.* Non Aquilia quoniam pretioſiorem fecit. quære lib. 19. tit. 1. cap. 87.

h *Edicto.* Hoc edictum non extat, nec inuenitur in Baſilico.

i *Ædilitio.* Prohibuerunt Ædiles caſtrare: vt & hodie Conſtitutionibus prohibetur.

k *Quadruplum.* Pretii ſerui. Quære tit. 51. cap. vlt.

l *Faciendum.* Vt eum perforet. quære lib. 20. tit. 1. cap. 13. th. 13. lege lib. 19. tit. 2. Dig. 13. vel lib. 20. tit. 1. circa medium, & penult. th. 25. Dig.

DORO-

Digitized by Google

Dorotheus. Si calicem dederit quis alicui perforandum, ſi quidem imperitia fregerit, Aquilia tenetur. Si non ex imperitia, ſed quod haberet rimas, omni actione artifex ſolutus eſt. Et ideo plerunq; artifices qui eiuſmodi materiam perforandam ſuſcipiunt, cõuenire ante ſolent non periculo ſuo ſe lapidẽ perforare: quod ſi cõuenerint, neq; locati, neq; Aquilia tenẽtur, ſi fractus fuerit calix.

m *Imperitia*. Quære cap.8.th.1.& 2.

n *Aquilia*. Vel locati vt lib.20 tit 1.cap 13.th.6.

o *Dedero*. τὸ πλάτος, vt haberet eas De muliere vtente re mariti, eo prohibente, vel non prohibente, lege pulchram conſtitutionem lib 28.tit 8. Conſt.24.th.penult.

p *Non perforatus*. Veteres non perforatis magis vtebantur, quia eis vtebantur quaſi lapillis.

q *Perforarit*. Vt eis vteretur forte in collari ornamento.

r *Inuito*. Quære lib.28.tit.8.c.24.circa finem, & c.55.& tit.6.cap.17.& lib.20.tit.1.cap.25.

ſ *Matrimonio*. Sed in ſimplum, etiamſi inficiata ſit, condemnatur. vt huius lib.tit.6, c.17, & lib. 28.tit.11, c 25. Hoc vero fit fauore nuptiarum: alioquin ſoluto matrimonio in duplum. Similiter lege allegationes valde neceſſarias, quæ ſunt in ſcholio.

t *Fores*. Quære lib.58.tit.23.cap.11.th.3.& 7.th.4.& 7.& tit.11.eiuſdem 58.lib.c.2.& lib.44. tit.1, c.40.& lib.15.tit 1, c.54.th.4.& lib.19.tit.1.c.42.& lib.58.tit.23. c.11.th.3, & c.7, th.vlt.

u *Aquæductum*. Nam aquæductus in diuerſa loca extenduntur, tam publica quam priuata. Et nota etiam in immobilibus Aquiliam exigere, vt ſoli dominium habeat actor. quære lib.19.tit.1.

x *Ius*. In aquæductu. quære lib 58.tit.5, c.3.

y *Quia*. Nam domino Aquilia competit. vt Dig.11.th.7.

z *Eius*. Actoris, ſed publicum. nam ſi eius eſſet, locum haberet directa actio legis Aquiliæ.

a *Conductum*. Vt tuas mulas regeret, vel exerceret.

b *Aquilia*. Quære th.7.& in eo Cyrillum.

c *Excolendum*. Vt coloraret latera eius.

d *Dupli*. In factum, vel vtilis Aquilia.

e *Competit*. Aduerſus eum, quia quod neſciebat faciendum recepit.

l.28.in pr. Pavlvs. Qui [a] foueam faciunt in publico loco, vrſorum vel ceruo-
rum capiendorum cauſa, Aquilia tenentur, ſi quid [b] in eam deciderit, fa-
§.1 ctumq; ſit deterius, ¶ niſi ante denuntiauerint, vel ſcierit is, qui decidit,
vel potuerit periculum [c] euitare. Et ſi eis locis quibus ſolet, foueam fece-
rint, non tenentur. Idem & in laqueis.

l.29.§.6. Vlpianvs. Hoc capite agitur de damno animalium, quæ gregatim
§.7 non paſcuntur, veluti cane, apro, leone, cęteriſq; feris & auibus. ¶ Etiam [e]
magiſtratus ſi damnum iniuria dederit, Aquilia [f] tenetur, & qui pecudes
pignori cepit, nec ſiuit dominum ea alere, [g] ſi inde fame perierint, & qui
licite vel illicite [h] pignus cepit, idq; reddit tritum [i], vel corruptum. Magi-
ſtratus violentius aliquid faciens aduerſus reſiſtentem, Aquilia non te-
§ vlt. netur [k], nec ſi ſeruus quem pignori cepit, ſuſpenderit ſe. ¶ Ex tertio [l] capi-
te [m] condemnatio fit quanti plurimi res fuerit in diebus triginta.

l.30.in pr. Pavlvs. Qui deprehendit [n] adulterantem ſeruum alienum, & occi-
§.1 dit, Aquilia non tenetur [o]. ¶ Si pignori [p] datus ſeruus occiſus ſit, debitor
habet Aquiliam, niſi ſoluendo non ſit [q], vel exiret tempus [r] actionis [s] cre-
ditoris [t]. Tunc enim creditor [u] ad modum debiti habet Aquiliam, & de-
l.2 bitor ad ſuperfluum. ¶ Qui alienum [x] vinum aut frumentũ conſumit, nõ
§.3 videtur damnũ iniuria [y] dare, tenetur tamẽ vtili [z] actione. ¶ Et in hoc [a] ca-
pite dolus & culpa punitur. nã ſi quis ſtipulæ vel ſpinæ cõburendæ cauſa
ignẽ immiſerit, & ignis progreſſus alienã ſegetẽ, vel vineã exuſſerit, quæ-
rimus nũ imperitia eius, vel negligẽtia id acciderit. nã ſi vẽtoſo die id fe-
cit, tenetur ex culpa. quia qui cauſam damni præſtat, dãnũ dare videtur.
Is etiã qui nõ prouidit, ne ignis lõgius procederet, tenetur. Is vero qui o-
mnia obſeruauit, caret culpa, ſi repẽte, vel vis vẽti lõgius ignẽ [b] produxit.
§.vlt. ¶ Si nõ mortifere vulneratus ſeruus negligẽtia [c] perierit, de vulnere ſolo [d]
actio competit.

l.31 Idem. Si putator [e] vel ligni cæſor cum ramum arboris deiiceret, quen-
dã occiderit, ſi quidem ſecus viam publicam aut priuatam id acciderit,

culpę nomine tenetur, id eſt, niſi proclamauerit. Culpa etiā eſt ſi nō prouiderit quod diligens poterat prouidere, vel ſi tunc clamauerit, cū periculū euitari non poterat. Sed ſi nullum illic iter erat, doli tantum nomine tenetur, qui deiicit in eum quem præuidit.

GAIVS. Si familia[f] damnum dederit, vel furtum fecerit, tantū dominus præſtat, quantū vnus[g] liber ſi damnum daret[h], pręſtaret, ne ex vno delicto[i] tota familia careat[k]. ¶ Si eundem ſeruum vulnerauerit quis, deinde occiderit, & de occiſo[l] tenetur & de vulnerato [m]. Quod ſi vno impetu pluribus eundem vulneribus occiderit, vna eſt actio de occiſo. l.32.in pr. §.1

PAVLVS. In actione[n] legis Aquiliæ, & in aliis[o] non ex affectione[p] neque vtilitate[q] ei[9] qui lęſus eſt, ęſtimatio fit, ſed ex cōmuni præſūptione †. Puta enim quem poſſidebam filiū meū naturalem[r] occidiſti, quē plurimo emerē, ſi alius poſſideret, vel alterius filium naturalem, quem erā ei plurimo vēditurus ¶. Vbi[s] damno dato nō cōpetit Aquilia, dat̄ in factū. l.33.in pr. §.1

† [illegible]

MARCIAN. Legatus eſt ſeruus mihi & tibi, & te deliberāte ego ſeruum agnoui, deinde occiſus eſt, tum repudiaſti, in ſolidum mihi legis Aquiliæ actio competit. l.34

VLPIAN. Quia[t] retro mihi videtur dominium accreuiſſe. l.35

MARCIAN. Quod ſi vnus[u] erat legatarius, & repudiauerit[x], hæredi actio cōpetit. ¶ Si ſeruū meum ab alio mortifere vulneratū hæredē ſcripſero, deinde deceſſerit, & tu hæres extiteris[y], non habes Aquiliā[z]. nā actio[a] quę non competiit teſtatori[b], in hęredem[c] non tranſit[d]. Sed ſi eū ex parte nec ſolum hæredem ſcripſero, cohæredibus eius[e] ea actio datur. l.36.in pr. §.1

a *Qui foueam.* Lege ad finem 7. Dig. 24. tit. 43. lib.

b *Si quid.* Vt ſi manſuetum animal, vel ſeruus in eam deciderit, quære lib. 58. tit. 23. cap. 7. th. 7.

c *Periculum.* Nam ſi cum poſſet euitare, temere non euitauerit, non tenentur.

d *Hoc capite.* Aquiliæ tertio capite. nam de primo iam ante dictum eſt. Secundum autem non eſt in vſu.

e *Etiam.* Si magiſtratus municipales damnū alicui dederint, Aquilia tenētur. nec enim debent abuti poteſtate iuriſdictionis ſuæ. nam & ex facto ſcio cum iuſſiſſet magiſtratus alicuius bruta pignori capi, & fame ea necaſſet, ea domino alere non permittens, datam aduerſus eum in factum actionem. Sed & ſi dum putat magiſtratus ſe ex lege pignus capere, non ex lege ceperit, & tritas res corruptaſq; reddiderit, tenetur Aquilia. Idemque eſt ſi ex lege ceperit, & corruperit. Quod ſi magiſtratus municipalis vel ædilis aduerſus aliquem indecenter reſiſtentem ſibi fecerit aliquid cum damno, non tenetur Aquilia. Nam & ſi ſeruus ei pignori datus laqueo interemerit ſe, nulla in magiſtratum actio datur.

f *Aquilia.* Idem dicitur de actione metus cauſa 4. cap. 2. tit. 10. lib. Dignitas ei nihil prodeſt.

g *Alere.* Nota eum qui pignori dat pecudes, eas alere debere. quære cap. 9. th. 2.

h *Illicite.* Quære lib. 25. tit. 1. cap. 25. th. 3.

i *Tritum.* Nota eum qui pignus accepit, non debere id vſu deterere, vetus efficere & corrumpere. quære lib. 25. tit. 1. cap. 52.

k *Tenetur.* Si id iure magiſtratus fecerit.

l *Tertio.* Quoniam ex tertio capite, ad 30. dies retro nos referimus ex quo datum eſt damnum, etiamſi non dicat lex, quanti plurimi res erit in 30. diebus condemnationem fieri: ſic tamen accipiemus. CYRILLI. Quanti plurimi res fuerit in 30. diebus proximis, Aquilię eſt actio.

m *Capite.* De damno animalium quæ gregatim non paſcuntur.

n *Deprehendit.* Quære tit. 37. cap. 22. th. 2. & cap. 24. & 23.

o *Tenetur.* Qualem & quando vir adulterum poſſit occidere, dicitur lib. 48. tit. 5. Dig. 24. vel lib. 60. tit. 27. De parte autem adulteræ tractat 22. & 23. Dig. eiuſdem tit.

p *Pignori.* Si pignori datus ſeruus occidatur, debitori & domino Aquilia datur. An & creditori? Ait creditoris intereſſe non occidi ſeruū pignoratum. Sæpe enim debitor non eſt ſoluendo, vel perſonalis actio quæ in eum competit, curſu temporis petit. Iniquum tamen eſſe exiſtimat, vt occiſor & debitori & creditori teneatur, niſi quis dixerit occiſo ſeruo debitorem iniuriam non pati, quod agente creditore debito liberetur. Et ideo ad modum debiti optimum eſt Aquilia creditorē experiri, & debitorem liberari, in ſuperfluum autem debitori eādem actionē dari. quære lib. 25. tit. 1. cap. 25. th. 3. & tit. 2. cap. 27.

q *Soluendo non ſit.*

q *Solvẽdo non ſit*. Quære tit.12.cap.12.th.2 & cap.15. Nec opponatur 2.th.12.cap. Nam Aquilia quæ ſolo domino datur, merito creditori non datur, niſi hoc, vel illud contigerit. Furti autem etiã ſi debitor ſoluendo ſit, creditori datur: quia omnibus datur quorum intereſt.

r *Tempus*. Quære lib.25.tit.7.cap.& lib.44.tit.21.cap.11.& lib.51.tit.4 cap.6.

ſ *Actionis*. Perſonalis quæ 30. eſt annorum. Hypothecaria autem manet, cum ſit annorum 40. & quære lib.50.tit.14.cap.8. cuius initium, Conſtitutio iubet hypothecariam actionem. Perſonali igitur extincta pignus manet, & ſalua eſt actio hypothecaria. Lege hac de re pulcherrima iura li. 36.tit.3.Dig.61. vel lib.44.tit.21.& lib.44.tit. 2. Dig 30. in fine, vel lib.51.tit.2. in quo ait, etiam hypotheca ſoluta ſaluam manere hypothecariam.

t *Creditoris*. Quam habet aduerſus debitorem.

u *Creditor*. Lege Dig.17.& lib.20.tit.1. Dig.27. vel lib.25.tit.2. & de vſufructu didiciſti in fine 12.&13.Dig. huius tit. lege & lib.7.tit.3. finem 17 Dig. vel lib 16.tit.3.

x *Alienum*. Si quis alienum vinum aut frumentum conſumpſerit, non videtur rem lædere: nam ob id comparatur vinum & frumentũ vt conſumatur. Vtilis ergo actio potius dabitur in eum qui alienum vinum biberit, vel alienum frumentum ederit.

y *Iniuria*. Quatenus nihil præter naturam facit.

z *Vtili*. Quidam vtili Aquilia, alii in factum. Lege finem 14. Dig.5.tit. 19.lib. vel lib. 20.tit.4.c. 14.them.vlt. quære ibidem [illegible], & eius antiquum contextum. namque ibi neq; directa, neque vtilis. Aquilia datur, ſed in factum. Et dici poteſt hoc etiã loco Baſilicum dicere in factum, per quam ſeruatur indemnitas & hoc eſſe quod ait, vtili actione Omnis enim in factum vtilis eſt.

a *In hoc*. Hæc actio legis Aquiliæ quæ ex tertio capite competit, dolum & culpam punit, vt & illa quæ ex primo capite datur.

b *Ignem*. At quæro indemnis ſeruandus ſit is qui habet ægrum necne?

c *Negligentia*. Domini vel medicorum. quære cap.51.& 21.

d *Vulnere ſolo*. Hoc eſt non in ſolidum pretium. & de vulnerato non occiſo dominus experiri poteſt. Itaque iudex reuocat ſe ad dies 30. duntaxat: vt cap. 29. th. vlt. quære lib. 15. tit. 1. cap. 27.them.3.

e *Si putator*. Quidam cum arborem putaret, & ramum deiiceret, prætereuntium quendam occidit. ſi quidẽ in publicum locum deiecit, & non proclamauit tranſeũtibus vt cauerent, tenetur Aquilia. Sed Mutius dicit etiam ſi in priuato loco lapides vel ramos arborum deiecit, poſſe de culpa eius inſpici ſiue tractari. Culpam autẽ eius eſſe videri, ſi quod alius diligens poterat præcauere, ne quis læderetur, ipſe non præcauerit. Sed & ſi tunc clamauerit cum non poterat imminens periculum euitari, ſimilis eſt non clamanti. Secundum hanc rationem nihil intereſt ſecus viam publicam an ſecus priuata loca, ligna & lapides vel ramos arborum deiecit, cum plerunque & per priuata loca vulgo iter fiat. Quod ſi omnino nullum erat iter, quo loci lapides & ligna deiecit, hoc tãtum præſtare debet, ne quid in eum committat, quem viderit tranſeuntem, non etiam vt prouideat, ne cui prætereuntium noceatur. nec enim debet diuinare an per eum locum viam non habentem tranſiturus aliquis ſit. Quæ ſit publica via, & quæ priuata diſces lib. 43. tit.7.8.9.10. 19. vel lib 58. tit.8. Illi enim omnes in hoc titulo extant. quære lib. 58.tit 8 c.5.them.14. 15. 16. 17. & Inſtit.4 tit.3.

f *Familia*. Quære tit.21.cap 34.& cap.11.them.3.& tit.12.cap.21.th.penult.& lib.7.tit.3.cap. 8. nec tibi opponatur, ſed lege ibi primam annotationem.

g *Vnus*. In 9.Dig.1.tit lib vel 3.tit.7.lib in Aquilia damnum à familia datum multa facta dicit. lege huius lib.tit.1.Dig 31.& lib 47.tit.6. vel lib.60.tit. 15.& tit.15.cap.1. tit. 12. cap. 21. them.penult: & ex illo huic diſtinctio adhibeatur, quantum ad actionem furti.

h *Daret*. Hoc cum certum eſt cuius ictu ſeruus interierit, ne obſtet 3.th.11.cap. Quære etiam 2. th.50.cap & inuenies id huic ſolutioni congruere. Quod autem ad furtum attinet, id ne accipias indiſtincte, ſed ſecundũ pen.th.21.cap.12.tit.huius libri. Vel ſi malis dic quod etiamſi nõ conſtet cuiuſq; ictu interierit, vel res furtiua non potuerit ab vno tolli, dominus in tãtum tenetur quantum vnus liber damno dato, vel furto facto præſtaret, ne careat omnibus ſeruis ob eorum nequitiam. Neque obſtat 34.cap. 21.tit. in quo dicitur familia iniuriam faciente tot iniurias eſſe, quot perſonas. nam etſi oneretur ibi dominus multis in ſe actionibus datis, alia re ſubleuatur. data ſcilicet electione vt noxæ dedat ſeruos qui iniuriam fecerunt, vel cædi verberibus patiatur. Vel 3.th.11.cap. & 2.50.cap. de liberis accipitur non de ſeruis.

i *Delicto*. Quære tit.5.cap.31.& lib.56.tit.1.cap.3.th. 2.

k *Careat*. Aut noxæ dedendo ſeruos omnes.

l *Occiſo*. In ſolidam ſerui æſtimationem quære cap 15.46.& 47.

m *Vulnerato*. Et vtraque actione condemnatur, nec ſi vna ſoluerit, liberatur altera.

n *In actione*. DOROT. Seruo occiſo non oportet ex affectione domini erga illum augeri æſtimationem damni. quid enim ſi filius erat naturalis ex ancilla mea ſuſceptus quem paterna affectione ductus magni eſſem redempturus ni interiiſſet? Non oportet igitur ex affectione ſerui æſtimationem ſpectari, ſed quanti erat eum empturus alius quilibet, tanti is qui occidit, condemnetur. Et generaliter Sextus ait pretia rerum ſpectari * ex affectione vel vtilitate non ſingulorũ, ſed omnium hominum. Nam & ſi quis filium ſuum naturalem poſſideat ex ſua ancilla ſuſceptũ, non ideo videtur eſſe locupletior: quod eum plurimo. ſi alius poſſideret, redempturus eſſet, nec qui filium alienũ naturalem poſſidet, tantum videtur habere in bonis, quanti eum patri naturali vendere poteſt. nam lege Aquilia damnum nobis datum perſequimur. Damnum autem pati ſemper

Kk 2

dicimus eos qui amittunt. quæ conſequi potuerunt.

o *Aliis.* Strictis.& quære lib. 14.cap.54.in iudiciis bonæ fidei haberi rationem affectionis.

p *Affectione.* Antiquus ſimiliter lib.16.tit.7,ca.7.fin.Idem & in Falcidia lib.35.tit.2.Dig.61.vel lib.41.tit.1.& lib.38.tit.5.Dig.1.vel lib.49.tit.6.habetur tamen ratio affectionis,lib.19.tit.7.cap.7.fin & generaliter in actionibus bonæ fidei,lib.14.tit.1.cap.54.lege lib.huius tit.6.cap.14.& lib. *Βασιλικῶν*.58.tit. * Dig.36.& lib.41.tit.1.c.61.& lib.49.tit.6.cap.1.th.7.

q *Vtilitate.* Quæ ex affectione deſcendat.nam ſi erat pictor,vel alterius cuiuslibet ſectator artis,huius vtilitatis ratio habebitur.

r *Naturalem.* Quem quaſi proprium ſeruum poſſidebam.nam in liberis ceſſat Aquilia.Nec tibi videatur obſtare in 1.c.4.tit.huius lib.textus quo dicitur mortuo libero homine 50 aureorum cõdemnationem fieri,quoniam petitio 50.aureorum non vt æſtimatio eſt,ſed vt mera pœna.

ſ *Vbi.* Non a corpore in corpus.quære cap.9.th 2.& in eo inſtitutionis adnotationem.

t *Quia.* Quære lib.44.tit.1.cap.12.& tit.30 cap.1.& eiuſdem tit.1.cap.33.& tit.3.c.87.& lib.2.tit.2.cap.142.& ibi ſcholium neceſſarium.Si vis ſcire quando accreſcat cohæredibus, vel collegatariis vno repudiante,lege lib.35.tit.9.cap.16,30.& lib.44.& tit.1.cap.33.& tit.3.cap.87.& lib.16.tit.2.cap.1.& 2.

u *Si vnus.* Nec ſubſtitutum habuerit.

x *Repudiauerit.* Vt didiciſti in fin.13.cap.Id legas,& rationem ibi poſitam.

y *Extiteris.* Atque ita per eum mihi ſucceſſeris.

z *Aquiliam.* Hoc cum ratione didiciſti 2.them.15.ca. nam quomodo de ſeipſo ei Aquilia competeret?

a *Nam actio.* Quære lib.24.tit.3.cap.19.& lib.43.tit.5.cap.21.& Inſtit.4 tit.29.hęc regula infirmatur lib.24.tit.3.cap.vlt.

b *Teſtatori.* Hic enim neceſſario hęredi vulnerato,& fortaſſe ſuperſtiti non potuit de ſe Aquilia competere. Sed & abſurdum eſſet hæredem neceſſarii perſequi æſtimationem corporis teſtatoris.

c *In haredem.* Morientis ſerui.hoc tamen abrogatur. Lege Antiquum.

d *Non tranſit.* Hoc intelligitur in Aquilia. At potius dicas hanc regulam innouari Iuſtiniani Conſtitutione 11.tit.4.Codicis,vel tit.10.lib.24.quæ generaliter ſtatuit ab hæredibus & in hæredes actiones obligationesq; incipere.

e *Eius.* Quia enim in hac ſpecie prius vulneratus fuit,deinde hæres ſcriptus à me, acquiſita eſt mihi Aquilia eo adhuc exiſtẽte ſeruo, & licet poſtea ex ſcriptura inſtitutionis libertatem adipiſcatur,actionem non amitto.nanq; 55.cap.52.lib.nominatim dicit, actiones mihi ſerui mei nomine adquiſitas manere apud me eo manumiſſo,vel alienato,vel mortuo.Merito igitur cohæredes ſerui mei Aquilia experiuntur, quaſi iuri meo ſucceſſerint,& in ſolidum ea experiuntur. Quod enim duobus dominis non poteſt acquiri,vni inſolidũ adquiritur:vt in ſimili ſpecie dicitur lib.41.tit.1.c.48.& lib.12.tit 1.c.63.th penult.& in hac ſpecie Aquilia non poteſt quondã ſeruo nunc libero adquiri,& cõpetere. Liber enim homo Aquiliam non habet. Sic exiſtimo hoc caput accipiendũ eſſe.

f *Datur.* Quoniam neceſſarii cohæres domini perſonam ſubit. Lege finem 13.Dig.& 14.& 19.& lib.29.tit.11.Dig.30.vel lib.35.tit.21.

IABOLENVS. Si mihi [a] liber homo damnũ dedit iuſſu alterius habentis imperandi [b] poteſtatem, qui iuſſit conuenitur [c]. Quod ſi non habuit eam poteſtatem, cum eo agitur qui fecit [d]. ¶ Si meum animal [e] cuius nomine actionem patior de pauperie occidatur [f], nõ fiet [g] condemnatio ad pretium animalis, ſed in id quanti ob pauperiem [h] condemnabor, dum non poſſum [i] animal noxæ dedere. l.37.in pr. §.1

IABOLEN. Si ſeruum meum tibi bona fide ſeruientem [k] alius ſeruus tuus vulnerauerit, habeo [l] aduerſus te Aquiliam. l.38

POMPON. Equam meam in tuo paſcentem deprehendiſti, & abegiſti [m], & eiecit [n]. Si percuſſiſti, vel cõſulto vehementer egiſti, teneris Aquilia. ¶ Qui enim alienũ pecus paſcentẽ in ſuo deprehẽdit, neq; id includere, neq; vehementer ferire, vel expellere debet, ſed quaſi ſuum [o], quoniã ſi, vt fit, ex ea re damni quid ceperit, habet actionem aduerſus dominũ. l.39.in pr. §.1

PAVLVS. Si cautionem [p] debiti conditionalis deleueris, & hoc probetur argumentis [q], vel teſtibus qui eſſe non poſſint [r] conditionis exiſtentis tempore, condemnaberis [s] quidem, non tamen aliter fiet exactio, quam ſi debiti conditio extiterit [t]. l.40

VLPIAN. Si quis deleuerit teſtamentum, non teſtatori [u] ſed hęredi, & legatariis Aquilia competit. Videtur nanq; teſtamentũ eorũ inſtrumentum l.41.in pr.

tum

tum eſſe. Chirographo deleto competit Aquilia. Qui depoſitum [x] apud ſe teſtamentum deleuit [y], vel pluribus legit, tenetur actione in duplum [z]

§.1 & iniuriarum [a], ſi iniuriæ faciendæ cauſa ſecreta publicauerit. ¶ Interdũ is qui teſtamentum delet, non furti in duplum, ſed ea actione tenetur, qua ex inficiatione duplum, ex confeſſione ſimplum perſequimur, ſi dandi tantum damni cauſa deleuit. fur enim [b] non eſt, qui cum facto animum etiam furis non habet.

l.42 IVLIANVS. Qui teſtamentum [c] vel aliud quodlibet inſtrumentum apud ſe depoſitum delet, ita vt legi non poſſit, & depoſiti [d], & ſuppreſſarũ [e] rerum & Aquiliæ actione tenetur.

l.43 POMPON. Hęres [f] de damno dato ante aditionem hæreditatis, Aquilię actionem habet [g], & poſthumus & captiuus poſtliminio reuerſus. Idem dicam de actione, Arborum furtim cæſarum [h], & Quod vi [i] aut clam, ſi quis prohibitus fecerit, aut ſcire debuerit ſe prohibitum iri, ſi quod fecit,

l.44.in pr. reſcierit hæres [k]. Etiam ex leui [l] culpa, Aquilia competit.

§.1 VLPIAN. ¶ Quoties [m] ſciente domino ſeruus vulnerat, vel occidit, ipſe dominus tenetur, & ſi patiatur nec prohibeat, dum poteſt.

l.45.§.2 PAVLVS. Et ſanato [n] ſeruo vulnerato agitur Aquilia. ¶ Is etiã [o] qui ſer-

§.3 uum quaſi liberum occidit, tenetur Aquilia [p]. ¶ Duo [q] ſerui pyram tranſilientes, in eam ceciderunt, & vnus periit: ſi non appareat vter ab vtro

§.4 euerſus ſit, ceſſat Aquilia. ¶ Si quis cum aliter ſe tueri [r] non poſſet, damnũ dederit, innoxius eſt. Nam vim vi defendere lex permittit [s]. Sed ſi defendendi mei cauſa lapidem in aduerſarium miſero, & alium prętereuntem percuſſero, teneor Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert [t], ferire licet

§.vlt. ſui tuendi non vlciſcendi cauſa. ¶ Qui validum [u] parietem diſſoluit, domino eius Aquilia tenetur.

l.46. VLPIANVS. Si de vulnere [x] lege agatur, & poſtea ex vulnere [y] ſeruus intereat, locus eſt actioni de cæde.

l.47 IVLIANVS. Verum ex vtraq; id tantum conſequetur, quod conſecutus fuiſſet, ſi initio egiſſet de occiſo.

l.48 PAVLVS. Si ſeruus [a] ante aditionem læſerit hæreditatem, & liber factus in eandem rem damnum det, vtriuſq; [b] damni nomine conuenitur.

l.49.in pr. VLPIAN. Qui fumo [c] alienas apes necat, vel fugat, tenetur ea actione [d],

§.1 qua duplum exigitur. ¶ Aquilia [e] damnum iniuria datum requirit. Quod ſi quis incendio orto ſuę domus [f] ſeruandæ cauſa vicinam intercidat, ceſſat [g] Aquilia, ſiue peruenerit ignis, ſiue extinctus [h] ſit.

a *Si mihi.* Quære tit.5.c.2.& lib.2.tit.3.c.168.& tit 15 cap.7.th.6.&7.

b *Imperandi* Id eſt, ſiue ius habuit imperandi ei qui & me adfecit iniuria, forte enim officiali iuſſit, vt mihi damnum daret.

c *Conuenitur.* Lege tit.4.Dig.2.& lib.50.tit.17.Dig.168.in quo ait eum damnum dare, qui iubet dari: eum vero qui parendi neceſſitatem habet, nihil delinquere. quære lib.28.tit.11 cap 21.th. 1.& in eo Enantiophanes. Nota ex hoc capite, quod ſi deliquero iuſſu alterius, cui reſiſtere nõ poſſum, innoxius ſum Quęre etiam lib 2.tit.3.cap.167.& in eo ſcholium, quo optime exponitur quãdo is qui iuſſu alterius delinquit, teneatur, & quando non. Seruus autem iniuriam faciens præcepto domini poſt manumiſſionem tenetur. & quære tit.21.c.17.th 8. Cur enim domino paruit? Et nota in quibus non oportet ſine periculo ſeruos dominis non obtemperare.

d *Fecit.* Sed & is qui iuſſit. quære tit.21.cap 17.th.8.

e *Animal.* Nã ſi antequã ageretur, occisũ ſit, liberamur, vt ti.1.Dig.1.th.10.vel ti.2.c.·. Lege antepen.th.Dig.in quo ait, poſt litẽ cõteſtatã ab alio animali occiſo, vel Aquiliã dominum cedere, vel litis æſtimationẽ dare. lege tit.4.Dig.8.vel tit.5 huius lib. quære tit. c.2.1.th.pen.& th.4.eiuſdem.

f *Occidatur.* Ita vt me totius damni nomine, forte 20. aureorum condemnari oporteat; quod non poſſim animal noxæ dedere.

Digitized by Google

g *Non fiet.* Per Aquiliam.

h *Pauperiem.* Nec poteſt dicere is qui animal interfecit, Cum tibi liceat ex penult. th. 1. cap. 2. tit. cedere Aquilia ei qui tecum Quadrupedaria experitur quam habes aduerſum me, qui animal noxæ dedendum interfeci, hoc facito. hoc enim ſitum eſt in poteſtate domini animalis.

i *Non poſſum.* Nam ſi non fuiſſet occiſa quadrupes, poſſem eam in noxam dare, & liberari.

k *Seruientem.* Pone eum fuiſſe emptum ab aliquo bona fide.

l *Habeo.* Quære cap. 27. th. 2. & in eo ſcholium.

m *Abegiſti.* De muliere abortum faciente & equa, quære Dig. 27.

n *Eiecit.* Abortum fecit, nempe prægnans.

o *Quaſi ſuum.* Additur in Indice, & abigere id debet placide, vel dominum admonere, vt veniat, & ſuum recipiat.

p *Si cautionem.* Deleuit aliquis chirographum mei debitoris ſub cõditione, & nunc forte teſtes habeo, per quos probare poſſim debitum: quia tamen fieri poteſt, vt moriãtur prius quam conditio exiſtat, agam Aquilia aduerſus eum qui deleuit chirographum, & exponam iudici damnũ quod ex ea re mihi futurum contingere poteſt: nam chirographo deleto, & teſtibus que indoq; morientibus, conditionis exiſtentis tempore, nõ habebo quo mihi deberi probem. Interim igitur quod ex ea re intereſt mea, iudici debeo exponere, vt eum condemnet in furti damni æſtimationem: & ſi condemnauerit, non aliter iudicati poterero agere, quam ſi debiti conditio extiterit. ea enim deficiente, infirmatur etiam deleti chirographi condemnatio. Quære tit. 12. cap. 32. th. 2.

q *Argumentis.* Quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. them. vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. them. 7. de argumentis.

r *Non poſſint.* Quære lib. 7. tit. 12. cap. 10 & lib. 12. tit. 1. cap. 28. 29. 39. & lib. 35. tit. 5. cap. 3. th. 6.

ſ *Condemnaberis.* Quaſi obligatus ex delicto admiſſo. Nota ex hoc capite iudicem cõpelli etiã antequam agi poſſit, teſtes interrogare circunſtantia exiſtente tali, ſi teſtes nõ poſſent inueniri eo tempore, quo vſui futuri ſunt. quære & tit. 12. cap 32. th. 1. & 2. & ibi Antiquum. Et conditionali exiſtente contractu actionem dari antequam exiſtat conditio conſiſtatque contractus, non ex cõtractu ſed ex delicto admiſſo Notandum & aliud, veritatem etiam argumentis probari, & legẽ ea ſumere probationis loco citra eam conſequentiam quæ in probationib. exigitur. Argumenta lege ſuſcipi, quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. th. vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. th. 7. & huius lib tit. 50. cap. 10. th. penult & lib. 21. tit. 1. cap. vlt. neceſſarium. Ad hæc & teſtes ante dationẽ libelli produci, & interrogari hac lege.

t *Extuerit.* Et apparuerit quantum in te fuit, datum fuiſſe, & quære tit. 12. cap 27. totum.

u *Non teſtatori.* Nihil enim ipſe læſus inuenitur ab iis qui teſtamentum deleuerunt. quære li. 35. tit. 6. cap. 3. & tit. 5. cap 3. th. 3. & lib. 10. tit. 3. cap. 35. & lib. 15. tit. 4. cap. 4 th. 4.

x *Qui depoſitum.* Quære tit. 41. cap. 1. & tit. 51. cap 38. th. 6. & lib. 13. tit. 2. cap. 1. th. 27.

y *Deleuit.* Lucri faciendi cauſa. Quid enim ſi ab inteſtato vocabatur? Similiter lege ſequ. th. Ob id enim furti tenetur.

z *In duplum.* Et pœnam quidem dat, res autem non exigitur: quia nulla ſubeſt. Vide autem vt hoc loco repugnet Baſilicus Antiquo. Ille enim in duplum actionem dicit, & manifeſtum eſt eũ de actione furti intelligere, ex eo quod ſequitur, Interdum. Antiquus autẽ aperte in factũ ſcripſit.

a *Iniuriarum.* Teſtatori, non hæredi.

b *Fur enim.* Quære tit. 12. cap. 26. th. 2. & lib. 2. tit. 2. cap. 225. & li. 19. tit. 10. cap. 17. Extat regula Inſtit. 2. tit. 1. & Inſtit. 4. tit. 1.

c *Qui teſtamentum.* Non obſtat 35. cap. 3. tit. 10. lib. quo legatariis & heredi datur de dolo. Illic enim ponendum eſt corrupto, vel deleto teſtamento ante aditionem hereditatis prÿteriiſſe tempus aditionis herede non intelligente pure an ſub conditione eſſet heres ſcriptus: & ob id datur de dolo, quod dolo eius qui deleuit, factum ſit ne adiret hereditatem hic autem pones deletum teſtamentum poſt aditionem, atque ita habere eum ad exhibendum, & depoſiti & Aquiliam iure hereditario. Lege in eo capite Stephani annotationem. Vel ſi malis ſic illic fingas, extraneum cũ abeſſet, heredem ſcriptum redire, & experiri aduerſ⁹ cognatos teſtatoris petitione hereditatis hos deſiderare teſtamentum in quo ſcribit ſe heredem ſcriptum. Eſſe autem teſtamentum deletũ ab aliquo, & ideo hereditatem eum amittere, quod non proferat teſtamentum. Aget de dolo in eum qui deleuit, in id quod intereſt. Aquiliam vel ad exhibendum non habebit. nec enim adiuit, vt hoc iure potuerit has actiones adquirere. vt cap. 13. th. 4. huius tit.

d *Depoſiti.* Vt lib. 13. tit. 2 cap. 1. th. 24.

e *Suppreſſarum.* Ad exhibendum: vt lib 15. tit. 4. cap. 3. th 4.

f *Heres.* Si ante aditionem heredis corruperit quis rem hereditariam, recte heres Aquilia actu rus eſt. Nam & ſi domino detur Aquilia, tamen non exigimus vt dominus fuerit damni dati tẽpore: alioquin ſi hoc exigamus, nec heres eius qui damnum paſſus eſt nec captiuus poſtliminio reuerſus in eum qui rebus ſuis nocuerit, poterit Aquilia experiri. Nec ii ſolum ſi hoc ſpectamus, ſed & poſthumi à patribus heredes ſcripti maxime læderentur. nam ſi eis exiſtentibus in vtero rebus patris eorum nocitum ſit, non dabitur eis Aquilia, ſi tempore illati damni dominũ requirimus. Itaque magis eſt, vt dicamus eum qui dominus non fuerit damni dati tempore, ſed poſtea eſſe cœperit, habere Aquiliam. Eadem dicimus ſiquis arbores cæciderit ante aditionem hereditatis, vel domino earum exiſtente in poteſtate hoſtium, vel poſthumo exiſtente in vtero. Sed & ſi quis hoc tempore nouum opus fecerit, tenetur interdicto, Quod vi aut clam, ſi vel prohibitus ab aliquo poſtea fecerit, vel intelligere potuerit ſe à rerum dominis ſi factum ſciuerint prohibitum iri.

Digitized by Google

g *Habet*. Similiter ff. 13. cum ratione, quia domina eſt hæreditas.

h *Cæſarum* De hac tractatur lib. 47, tit. 7. vel lib. 60, tit. 16.

i *Quod vi*. Vt lib. 58, tit. 23. cap. 4, & 13. th. 5.

k *Heres*. Vel poſthumus, vel captiuus.

l *Ex leui*. In lege Aquilia etiam leuiſſima culpa punitur.

m *Quoties*. Cum ſciente domino ſeruus vulnerat aliquem vel occidit, ipſe dominus Aquilia tenetur, eo illi imputato quod ſeruum non prohibuerit. Nam ſcientiam in lege Aquilia pro patientiā accipimus, vt qui prohibere potuit, Aquilia teneatur ſi non prohibuerit. CYRILLI. Si ſeruus tuus te ſciente percuſſerit tu teneris. nam ſcientia patientia † intelligitur. Quære lib. 2, tit. 3. cap. 152. th. 3, & tit. 5, c. 1 & 4. & lib. 2, tit. 3. c. 50, & 109. & lib. 7. tit. 15, c. 6.

n *Sanato*. Huiuſmodi ſeruus non redhibetur venditori. lib. 21, tit. 1. ff. 16. vel lib. 19, tit. 10, ca. 16.

o *Is etiam* CYRILLI. Et qui liberum exiſtimat, & occidit, tenetur. Idem & in ſerui corrupti lib. 11, tit. 3. ff. 5. vel lib. 60, tit. 6. Qui vero liberum quaſi ſeruum cædit, non tenetur iniuriarum.

p *Aquilia*. Et crimine de ſicariis, vt lib. 39. c. 1, th. 2. in fi. vincit enim veritas opinionem.

q *Duo*. Nam quid ſi quidam ſtramenta * comburentes ignem tranſilibant, & euenerit vt currentes duo ſaliendi cauſa ſe mutuo extruderent, & caderent?

r *Tueri*. Quid enim ſi bos me petat nec poſſim periculum euitare niſi eo occiſo? quære tit. 17. cap. 7. th. c. 15. Nota tunc eum qui occidit, vel damnum dedit, innoxium eſſe, cum aliter ſe tueri non potuit. & quære c. 3, 4, 5. & c. 52, th. 2.

ſ *Permittit*. Non indiſtincte, ſed intra duas horas: vt lib. 60, tit. 17. c. 9, them. 5. poſtea non licet. Quære ff. 4, & 5 & ſi tit. 1. ff. 3. vel lib. 2. tit. 1. & lib. 4, tit. 2. ff. 11. vel lib. 10. tit. 2. & lib. 43. tit. 16. ff. 1, 17. & 3. vel lib. 60. tit. 17. in quo additur, Confeſtim.

t *Infert*. INDICES. Sed ſi in aliquem adgredientem me, lapidem miſero, nec eum, ſed alium quēdam tranſeuntem percuſſero, teneor Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert mihi licet ferire, non etiam tranſeuntes. Sed & eum qui vim infert in ipſa congreſſione, ſummaque pugna vi propulſo, recte: quod ſi eum qui mihi iam damnum dedit, poſtea percuſſero, Aquilia teneor.

u *Validum*. Nam ſi putris & ruinoſus erat, dominus damni nihil facit. quin & dici poteſt eum qui parietem diruit, e. impenſas donaſſe, vt ff. 27, th. 18. de eo qui cædit maturos fructus. quære cap. 27. th. 15, & cap. 50.

x *Vulnere*. Vulnerato ſeruo meo egi Aquilia aduerſus eum qui percuſſit, & accepi quanti ea res eſt. Si paulo poſt ſeruus moriatur ex eo vulnere, poſsū rurſus Aquilia experiri de occiſo. & hoc quidem ſummo iure ita ſe habet. Sed ſi priore iudicio ſemel accepi vulneris æſtimationem, mortuo ſeruo rurſus agens de occiſo, repellor exceptione doli, vt nihil amplius vtraq; actione conſequar, quam conſequerer ſi initio ſeruus interiiſſet. & quære c. 32, th. 2. & c. 15, th. 2, & 30. th. vlt.

y *Ex vulnere*. Si ex vulnere ſeruus interierit, etiamſi duplici iudicio qui occidit, conueniatur de vulnerato & de occiſo, id tamen duntaxat infert, quod in iudicium de occiſo venit. Sed ſi hodie vulnerauerit, rurſus alia die occiderit, vtroq; condemnatur, vt c. 32, th. 2.

z *Cæde*. Non de ſicariis. hæc enim criminalis eſt: ſed de occiſo pecuniaria.

a *Si ſeruus*. Si ſeruus libertate honoratus ante aditionem hereditatis adhuc ſeruus exiſtens damnum dederit in res hereditarias, & poſt aditionē libertatem nactus rurſus damnum det in res hereditarias, bis tenetur Aquilia: quia primum quidem rebus hæreditatis, nunc vero rebus hæredis damnum dedit. Deniq; in primo capite ſeruus tenetur: quia delicta caput ſequuntur, vt dicitur hoc caſu & ſi. 2. th. 1, c. 113. In ſecundo autem quoniam poſt libertatem damnum dedit. Quære Inſt. 4. tit. 8, & lib. 24, tit. 5. cap tota.

b *Vtriuſq;* Connexa eſt enim actio delicti.

c *Fumo* Nam ſi combuſſerit igne admoto, recta Aquilia tenetur, vt c. 27. th. 7.

d *Actione*. Vtili actione, quia cauſam mortis dedit, non ſua manu occidit, vt & Inſt. 4. tit. 3. finis.

e *Aquilia* Quod dicitur damnum iniuria datum Aquiliam punire, ſic eſt accipiendum, vt damno inſit iniuria. Nam ſi ex magna neceſſitate non ſua ſponte mihi damnū dedit, non tenetur, quod Celſus in ſubiecto caſu ſcripſit. Similiter lib. 47, tit. 9 ff. 3, the. vlt. vel lib. 60. tit. 20. Lege hanc diſtinctionem lib. 43. tit. 24. ff. 7. vel lib. 58. tit. 23. Et de eo qui aliena proiecit in mare ſuarum rerum ſeruandarum cauſa, lege lib. 19. tit. 5. ff. 14. vel lib. 20. tit. 4.

f *Domus*. Non licet autem nobis indiſtincte in incendio vicini domum diruere: ſed aliter magiſtratus, aliter priuatus. quære lib. 58. tit. 23. cap. 7, th. 3. & diſtinctionem eius.

g *Ceſſat*. Iuſto enim metu perculſus domum vicini intercidit. Sed ſi igne non imminente diruā domum meam, tenetur. Quod vi aut clam. vt lib. 58, tit. 23, c. 7. th. 3. Quære lib. 20. tit. 4, c. 14, & tit. 20. c. 3. th. vlt. Nota legem de his quæ quotidie accidunt, & iudicantur.

h *Extinctus*. Facta interciſione, vel etiam antequam perueniret.

150 IVL. Qui inuito [a] me diruit domum [b] meam, & eo loci balneum æ-

151. in pr. dificat, & ædificiū meū [c] facit, & eius q; diruit nomine Aquilia tenetur. SI quis [d] ſeruum mortifere vulnerauerit, & eum ſeruum hæredem [e] ſcriptū alius occiderit, ambo [f] de occiſo conuenientur [g], & in priore quidem qui percuſſit ex vulnere retro annus computabitur, in altero autem ex mor-

§. 1 te: & hic dabit æſtimationē hęreditatis. ¶ nā etſi plures percuſſerint, nec

g *Non fiet.* Per Aquiliam.

h *Pauperiem.* Nec poteſt dicere is qui animal interfecit, Cum tibi liceat ex penult. th. 1. cap. 2. tit. cedere Aquilia ei qui tecum Quadrupedaria experitur quam habes aduerſum me, qui animal noxæ dedendum interfeci, hoc facito. hoc enim ſitum eſt in poteſtate domini animalis.

i *Non poſſum.* Nam ſi non fuiſſet occiſa quadrupes, poſſem eam in noxam dare, & liberari.

k *Seruientem.* Pone eum fuiſſe emptum ab aliquo bona fide.

l *Habeo.* Quære cap. 27. th. 2. & in eo ſcholium.

m *Abegiſti.* De muliere abortum faciente & equa, quære Dig. 27.

n *Eiecit.* Abortum fecit, nempe prægnans.

o *Quaſi ſuum.* Additur in Indice, & abigere id debet placide, vel dominum admonere, vt veniat, & ſuum recipiat.

p *Si cautionem.* Deleuit aliquis chirographum mei debitoris ſub cõditione, & nunc forte teſtes habeo, per quos probare poſſim debitum. quia tamen fieri poteſt, vt moriãtur prius quam conditio exiſtat, agam Aquilia aduerſus eum qui deleuit chirographum, & exponam iudici damnũ quod ex ea re mihi futurum contingere poteſt: nam chirographo deleto, & teſtibus quandoq; morientibus conditionis exiſtentis tempore, nõ habebo quo mihi deberi probem. Interim igitur quod ex ea re intereſt mea, iudici debeo exponere, vt eum condemnet in furti damni æſtimationem: & ſi condemnauerit, non aliter iudicati potero agere, quam ſi debiti conditio extiterit. ea enim deficiente, infirmatur etiam deleti chirographi condemnatio. Quære tit. 12. cap. 32. th. 2.

q *Argumentis.* Quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. them vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. them 7. de argumentis.

r *Non poſſint.* Quære lib. 7. tit. 12. cap 10 & lib. 12. tit. 1. cap. 28. 29. 39. & lib. 35. tit. 5. cap. 3. th. 6.

ſ *Condemnaberis.* Quaſi obligatus ex delicto admiſſo. Nota ex hoc capite iudicem cõpelli etiã antequam agi poſſit, teſtes interrogare circunſtantia exiſtente tali, ſi teſtes nõ poſſent inueniri eo tempore, quo vſui futuri ſunt. quære & tit. 12. cap 32. th. 1. & 2. & ibi Antiquum. Et conditionali exiſtente contractu actionem dari antequam exiſtat conditio conſiſtatque contractus, non ex cõtractu ſed ex delicto admiſſo Notandum & aliud, veritatem etiam argumentis probari, & legẽ ea ſumere probationis loco citra eam conſequentiam quæ in probationib. exigitur. Argumenta lege ſuſcipi, quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. th vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. th. 7. & huius lib tit. 50. cap. 10. th. penult & lib. 21. tit. 1. cap. vlt. neceſſarium. Ad hæc & teſtes ante dationẽ libelli produci, & interrogari hac lege.

t *Extiterit.* Et apparuerit quantum in te fuit, datum fuiſſe, & quære tit. 12. cap 27. totum.

u *Non teſtatori.* Nihil enim ipſe læſus inuenitur ab iis qui teſtamentum deleuerunt. quęre li. 35. tit. 6. cap. 3. & tit. 5. cap 3. th. 3. & lib. 10. tit. 3. cap. 35. & lib. 15. tit. 4. cap. 4. th. 4.

x *Qui depoſitum.* Quære tit. 41. cap. 1. & tit. 51. cap 38. th 6. & lib. 13. tit. 2. cap. 1. th. 27.

y *Deleuit.* Lucri faciendi cauſa. Quid enim ſi ab inteſtato vocabatur? Similiter lege ſequ. th Ob id enim furti tenetur.

z *In duplum.* Et pœnam quidem dat, res autem non exigitur: quia nulla ſubeſt. Vide autem vt hoc loco repugnet Baſilicus Antiquo. Ille enim in duplum actionem dicit, & manifeſtum eſt eũ de actione furti intelligere, ex eo quod ſequitur, Interdum. Antiquus autẽ aperte in factũ ſcripſit.

a *Iniuriarum.* Teſtatori, non hæredi.

b *Fur enim.* Quære tit. 12. cap. 26. th. 2. & lib. 2. tit 2 cap. 225. & li. 19. tit. 10. cap. 17. Extat regula Inſtit. 2 tit. 1 & Inſtit. 4. tit. 1.

c *Qui teſtamentum.* Non obſtat 35. cap. 3. tit. 10. lib. quo legatariis & heredi datur de dolo. Illic enim ponendum eſt corrupto, vel deleto teſtamento ante aditionem hereditatis pręteriiſſe tempus aditionis herede non intelligente pure an ſub conditione eſſet heres ſcriptus: & ob id datur de dolo, quod dolo eius qui deleuit, factum ſit ne adiret hereditatem hic autem pones deletum teſtamentum poſt aditionem, atque ita habere eum ad exhibendum, & depoſiti & Aquiliam iure hereditario: Lege in eo capite Stephani annotationem. Vel ſi malis ſic illic fingas, extraneum cũ abeſſet, heredem ſcriptum redire, & experiri aduerſus cognatos teſtatoris petitione hereditatis hos deſiderare teſtamentum in quo ſcribit ſe heredem ſcriptum. Eſſe autem teſtamentum deletũ ab aliquo, & ideo hereditatem eum amittere, quod non proferat teſtamentum. Aget de dolo in eum qui deleuit, in id quod intereſt. Aquiliam vel ad exhibendum non habebit. nec enim adiuit, vt hoc iure potuerit has actiones adquirere. vt cap. 13. th. 4. huius tit.

d *Depoſiti.* Vt lib. 13. tit. 2 cap. 1. th. 24.

e *Suppreſſarum.* Ad exhibendum: vt lib 15. tit. 4. cap. 3. th 4.

f *Heres.* Si ante aditionem heredis corruperit quis rem hereditariam, recte heres Aquilia acturus eſt. Nam & ſi domino detur Aquilia, tamen non exigimus vt dominus fuerit damni dati tẽpore: alioquin ſi hoc exigamus, nec heres eius qui damnum paſſus eſt nec captiuus poſtliminio reuerſus in eum qui rebus ſuis nocuerit, poterit Aquilia experiri. Nec ii ſolum ſi hoc ſpectamus, ſed & poſthumi à patribus heredes ſcripti maxime læduntur. nam ſi eis exiſtentibus in vtero rebus patris eorum nocitum ſit, non dabitur eis Aquilia, ſi tempore illati damni dominũ requirimus. Itaque magis eſt, vt dicamus eum qui dominus non fuerit damni dati tempore, ſed poſtea eſſe cœperit, habere Aquiliam. Eadem dicimus ſiquis arbores cæciderit ante aditionem hereditatis, vel domino earum exiſtente in poteſtate hoſtium, vel poſthumo exiſtente in vtero. Sed & ſi quis hoc tempore nouum opus fecerit, tenetur interdicto, Quod vi aut clam, ſi vel prohibitus ab aliquo poſtea fecerit, vel intelligere potuerit ſe à rerum dominis ſi factum ſciuerint prohibitum iri.

g Habet.

Digitized by Google

g *Habet.* Similiter ff.13,cum ratione, quia domina eſt hæreditas.

h *Caſarum.* De hac tractatur lib.47,tit.7.vel lib.60,tit.16.

i *Quod vi.* Vt lib.58,tit.23.cap.4,& 13.th.5.

k *Heres.* Vel poſthumus,vel captiuus.

l *Ex leui.* In lege Aquilia etiam leuiſſima culpa punitur.

m *Quoties.* Cum ſciente domino ſeruus vulnerat aliquem vel occidit,ipſe dominus Aquilia tenetur,eo illi imputato quod ſeruum non prohibuerit. Nam ſcientiam in lege Aquilia pro patientia accipimus,vt qui prohibere potuit, Aquilia teneatur ſi non prohibuerit. CYRILLI. Si ſeruus tuus te ſciente percuſſerit tu teneris. nam ſcientia patientia † intelligitur. Quære lib.2,tit.3.cap.152.th.3.& tit.5,c 1 & 4.& lib.2,tit.3.c.50,& 109.& lib.7.tit.15,c.6.

† [illegible]

n *Sanato.* Huiuſmodi ſeruus non redhibetur venditori.lib 21,tit.1.ff.16.vel lib.19,tit.10,ca.16.

o *Is etiam* CYRILLI. Et qui liberum exiſtimat,& occidit,tenetur. Idem & in ſerui corrupti lib.11,tit 3.ff.5.vel lib.60,tit.6.Qui vero liberum quaſi ſeruum cædit,non tenetur iniuriarum.

p *Aquilia.* Et crimine de ſicariis,vt lib.39.c.1,th.2.in fi.vincit enim veritas opinionem.

q *Duo.* Nam quid ſi quidam ſtramenta * comburentes ignem tranſilibant, & euenerit vt currentes duo ſaliendi cauſa ſe mutuo extruderent,& caderent?

* φρύγανα.

r *Tueri.* Quid enim ſi bos me petat nec poſſim periculum euitare niſi eo occiſo? quære tit.17.cap 7.the.15. Nota tunc eum qui occidit,vel damnum dedit, innoxium eſſe,cum aliter ſe tueri non potuit.& quære c 3,4,5.& c.52,th.2.

ſ *Permittitur.* Non indiſtincte,ſed intra duas horas:vt lib.60,tit.17.c.9,them.5.poſtea non licet. Quære ff.4,& 5.& ſi tit.1.ff 3.vel lib.2.tit.1.& lib.4,tit.2.ff.11.vel lib.10.tit.2.& lib.43.tit.16.ff.1,17.& 3.vel lib.60.tit.17.in quo additur,Confeſtim.

t *Infert.* INDICIS. Sed ſi in aliquem adgredientem me,lapidem miſero,nec eum,ſed alium quendam tranſeuntem percuſſero,teneor Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert mihi licet ferire, non etiam tranſeuntes. Sed & eum qui vim infert in ipſa congreſſione, ſummaque pugna vi propulſo,recte:quod ſi eum qui mihi iam damnum dedit,poſtea percuſſero, Aquilia teneor.

u *Validum.* Nam ſi putris & ruinoſus erat, dominus damni nihil facit. quin & dici poteſt eum qui parietem diruit,e. impenſas donaſſe,vt ff.27,th.18.de eo qui cædit maturos fructus.quære cap.27.th 15,& cap.50.

x *Vulnere.* Vulnerato ſeruo meo egi Aquilia aduerſus eum qui percuſſit,& accepi quanti ea res eſt Si paulo poſt ſeruus moriatur ex eo vulnere,poſſũ rurſus Aquilia experiri de occiſo. & hoc quidem ſummo iure ita ſe habet. Sed ſi priore iudicio ſemel accepi vulneris æſtimationem,mortuo ſeruo rurſus agens de occiſo, repellor exceptione doli, vt nihil amplius vtraq; actione conſequar, quam conſequerer ſi initio ſeruus interiiſſet.& quære c.32,th.2.& c.15,th.2,& 30.th.vlt.

y *Ex vulnere.* Si ex vulnere ſeruus interierit, etiamſi duplici iudicio qui occidit, conueniatur de vulnerato & de occiſo,id tamen duntaxat infert,quod in iudicium de occiſo venit. Sed ſi hodie vulnerauerit,rurſus alia die occiderit,vtroq; condemnatur,vt c.32,th.2.

z *Cæde.* Non de ſicariis,hæc enim criminalis eſt:ſed de occiſo pecuniaria.

a *Si ſeruus.* Si ſeruus libertate honoratus ante aditionem hereditatis adhuc ſeruus exiſtens damnum dederit in res hereditarias,& poſt aditionẽ libertatem nactus rurſus damnum det in res hereditarias, bis tenetur Aquilia:quia primum quidem rebus hæreditatis,nunc vero rebus hæredis damnum dedit. Deniq; in primo capite ſeruus tenetur:quia delicta caput ſequuntur,vt dicitur hoc caſu & fi.2 th 1,c.13. In ſecundo autem quoniam poſt libertatem damnum dedit. Quære Inſt.4.tit 8,& lib.24,tit.5.cap tota.

b *Vtriuſq;* Connexa eſt enim actio delicti.

c *Fumo* Nam ſi combuſſerit igne admoto,recta Aquilia tenetur,vt c.27.th.7.

d *Actione.* Vtili actione,quia cauſam mortis dedit,non ſua manu occidit,vt & Inſt.4.tit.3.finis.

e *Aquilia* Quod dicitur damnum iniuria datum Aquiliam punire,ſic eſt accipiendum,vt damno inſit iniuria. Nam ſi ex magna neceſſitate non ſua ſponte mihi damnũ dedit,non tenetur,quod Celſus in ſubiecto caſu ſcripſit. Similiter lib.47,tit.9 ff.3,the.vlt. vel lib.60.tit.20. Lege hanc diſtinctionem lib.43.tit.24.ff.7.vel lib 58.tit.23 Et de eo qui aliena proiecit in mare ſuarum rerum ſeruandarum cauſa, lege lib.19.tit 5.ff.14.vel lib.20.tit.4.

f *Domus.* Non licet autem nobis indiſtincte in incendio vicini domum dituere: ſed aliter magiſtratus.aliter priuatus.quære lib 58.tit.23.cap.7,th.3.& diſtinctionem eius.

g *Ceſſat.* Iuſto enim metu perculſus domum vicini intercidit. Sed ſi igne non imminente diruam domum meam,tenetur. Quod vi aut clam.vt lib.58,tit.23,c.7.th.3. Quære lib.20.tit.4,c.14,& tit.20.c 3.th vlt. Nota legem de his quæ quotidie accidunt,& iudicantur.

h *Extinctus.* Facta intercisione,vel etiam antequam perueniret.

150 IVL. Qui inuito [a] me diruit domum [b] meam, & eo loci balneum ædificat,& ædificiũ meũ [c] facit,& eius q; diruit nomine Aquilia tenetur.
151. in pr. SI quis [d] ſeruum mortifere vulnerauerit,& eum ſeruum hæredem [e] ſcriptũ alius occiderit, ambo [f] de occiſo conuenientur [g],& in priore quidem qui percuſſit ex vulnere retro annus computabitur,in altero autem ex morte:& hic dabit æſtimationẽ hereditatis.
§.1 ¶ nã etſi plures percuſſerint, nec

g *Non fiet.* Per Aquiliam.

h *Pauperiem.* Nec poteſt dicere is qui animal interfecit, Cum tibi liceat ex penult. th. 1. cap. 2. tit. cedere Aquilia ei qui tecum Quadrupedaria experitur quam habes aduerſum me, qui animal noxæ dedendum interfeci, hoc facito. hoc enim ſitum eſt in poteſtate domini animalis.

i *Non poſſum.* Nam ſi non fuiſſet occiſa quadrupes, poſſem eam in noxam dare, & liberari.

k *Seruientem.* Pone eum fuiſſe emptum ab aliquo bona fide.

l *Habeo.* Quære cap. 27. th. 2. & in eo ſcholium.

m *Abegiſti.* De muliere abortum faciente & equa, quære Dig. 27.

n *Eiecit.* Abortum fecit, nempe prægnans.

o *Quaſi ſuum.* Additur in Indice, & abigere id debet placide, vel dominum admonere, vt veniat, & ſuum recipiat.

p *Si cautionem.* Deleuit aliquis chirographum mei debitoris ſub cōditione, & nunc forte teſtes habeo, per quos probare poſſum debitum. quia tamen fieri poteſt, vt moriātur prius quam conditio exiſtat, agam Aquilia aduerſus eum qui deleuit chirographum, & exponam iudici damnū quod ex ea re mihi futurum contingere poteſt: nam chirographo deleto, & teſtibus quandoq; morientibus, conditionis exiſtentis tempore, nō habebo quo mihi deberi probem. Interim igitur quod ex ea re intereſt mea, iudici debeo exponere, vt eum condemnet in furti damni æſtimationem: & ſi condemnauerit, non aliter iudicati potero agere, quam ſi debiti conditio extiterit. ea enim deficiente, infirmatur etiam deleti chirographi condemnatio. Quære tit. 12. cap. 32. th. 2.

q *Argumentis.* Quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. them vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. them. 7. de argumentis.

r *Non poſſint.* Quære lib. 7. tit. 12. cap 10 & lib. 12. tit. 1. cap. 28. 29. 39. & lib. 35. tit. 5. cap. 3. th. 6.

ſ *Condemnaberis.* Quaſi obligatus ex delicto admiſſo. Nota ex hoc capite iudicem cōpelli etiā antequam agi poſſit, teſtes interrogare circunſtantia exiſtente tali, ſi teſtes nō poſſent inueniri eo tempore, quo vſui futuri ſunt. quære & tit. 12. cap 32. th. 1. & 2. & ibi Antiquum. Et conditionali exiſtente contractu actionem dari antequam exiſtat conditio conſiſtatque contractus, non ex cōtractu ſed ex delicto admiſſo Notandum & aliud, veritatem etiam argumentis probari, & legē ea ſumere probationis loco citra eam conſequentiam quæ in probationib. exigitur. Argumenta lege ſuſcipi, quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. th vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. th. 7. & huius lib tit. 50. cap. 10. th. penult & lib. 21. tit. 1. cap. vlt. neceſſarium. Ad hæc & teſtes ante dationē libelli produci, & interrogari hac lege.

t *Extiterit.* Et apparuerit quantum in te fuit, datum fuiſſe, & quære tit. 12. cap 27. totum.

u *Non teſtatori.* Nihil enim ipſe læſus inuenitur ab iis qui teſtamentum deleuerunt. quęre li. 35. tit. 6. cap. 3. & tit. 5. cap 3. th. 3. & lib. 10. tit. 3. cap. 35. & lib. 15. tit. 4. cap. 4 th. 4.

x *Qui depoſitum.* Quære tit. 41. cap. 1. & tit. 51. cap 38. th. 6. & lib. 13. tit. 2. cap. 1. th. 27.

y *Deleuit.* Lucri faciendi cauſa. Quid enim ſi ab inteſtato vocabatur? Similiter lege ſequ. th. Ob id enim furti tenetur.

z *In duplum.* Et pœnam quidem dat, res autem non exigitur: quia nulla ſubeſt. Vide autem vt hoc loco repugnet Baſilicus Antiquo. Ille enim in duplum actionem dicit, & manifeſtum eſt eū de actione furti intelligere, ex eo quod ſequitur, Interdum. Antiquus autē aperte in factū ſcripſit.

a *Iniuriarum.* Teſtatori, non hæredi.

b *Fur enim.* Quære tit. 12. cap. 26. th. 2. & lib. 2. tit. 2. cap. 225. & li. 19. tit. 10. cap. 17. Extat regula Inſtit. 2 tit. 1 & Inſtit. 4. tit. 1.

c *Qui teſtamentum.* Non obſtat 35. cap. 3. tit. 10. lib. quo legatariis & heredi datur de dolo. Illic enim ponendum eſt corrupto, vel deleto teſtamento ante aditionem hereditatis prętериiſſe tempus aditionis herede non intelligente pure an ſub conditione eſſet heres ſcriptus: & ob id datur de dolo, quod dolo eius qui deleuit, factum ſit ne adiret hereditatem hic autem pones deletum teſtamentum poſt aditionem, atque ita habere eum ad exhibendum, & depoſiti & Aquiliam iure hereditario. Lege in eo capite Stephani annotationem. Vel ſi malis ſic illic fingas, extraneum cū abeſſet, heredem ſcriptum redire, & experiri aduerſus cognatos teſtatoris petitione hereditatis hos deſiderare teſtamentum in quo ſcribit ſe heredem ſcriptum. Eſſe autem teſtamentum deletū ab aliquo, & ideo hereditatem eum amittere, quod non proferat teſtamentum. Aget de dolo in eum qui deleuit, in id quod intereſt. Aquiliam vel ad exhibendum non habebit. nec enim adiuit, vt hoc iure potuerit has actiones adquirere. vt cap. 13. th. 4. huius tit.

d *Depoſiti.* Vt lib. 13. tit. 2 cap. 1. th. 24.

e *Suppreſſarum.* Ad exhibendum: vt lib 15. tit. 4. cap. 3. th. 4.

f *Heres.* Si ante aditionem heredis corruperit quis rem hereditariam, recte heres Aquilia acturus eſt. Nam & ſi domino detur Aquilia, tamen non exigimus vt dominus fuerit damni dati tēpore: alioquin ſi hoc exigamus, nec heres eius qui damnum paſſus eſt nec captiuus poſtliminio reuerſus in eum qui rebus ſuis nocuerit, poterit Aquilia experiri. Nec ii ſolum ſi hoc ſpectamus, ſed & poſthumi à patribus heredes ſcripti maxime lædentur. nam ſi eis exiſtentibus in vtero rebus patris eorum nocitum ſit, non dabitur eis Aquilia, ſi tempore illati damni dominū requirimus. Itaque magis eſt, vt dicamus eum qui dominus non fuerit damni dati tempore, ſed poſtea eſſe cœperit, habere Aquiliam. Eadem dicimus ſi quis arbores cæciderit ante aditionem hereditatis, vel domino earum exiſtente in poteſtate hoſtium, vel poſthumo exiſtente in vtero. Sed & ſi quis hoc tempore nouum opus fecerit, tenetur interdicto, Quod vi aut clam, ſi vel prohibitus ab aliquo poſtea fecerit, vel intelligere potuerit ſe à rerum dominis ſi factum ſciuerint prohibitum iri.

g *Habet.*

Digitized by Google

g *Habet.* Similiter ff. 13. cum ratione, quia domina eſt hæreditas.
h *Caſarum.* De hac tractatur lib. 47, tit. 7. vel lib. 60, tit. 16.
i *Quod vi.* Vt lib. 58, tit. 23. cap. 4, & 13. th. 5.
k *Heres.* Vel poſthumus, vel captiuus.
l *Ex leui.* In lege Aquilia etiam leuiſſima culpa punitur.
m *Quoties.* Cum ſciente domino ſeruus vulnerat aliquem vel occidit, ipſe dominus Aquilia tenetur, eo illi imputato quod ſeruum non prohibuerit. Nam ſcientiam in lege Aquilia pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, Aquilia teneatur ſi non prohibuerit. CYRILLI. Si ſeruus tuus te ſciente percuſſerit tu teneris. nam ſcientia patientia † intelligitur. Quære lib. 2, tit. 3. cap. 152. th. 3. & tit. 5, c. 1 & 4. & lib. 2, tit. 3. c. 50, & 109. & lib. 7. tit. 15, c. 6. († αἰξάν-ξα)
n *Sanato.* Huiuſmodi ſeruus non redhibetur venditori. lib. 21, tit. 1. ff. 16. vel lib. 19, tit. 10, ca. 16.
o *Is etiam.* CYRILLI. Et qui liberum exiſtimat, & occidit, tenetur. Idem & in ſerui corrupti lib. 11, tit. 3. ff. 5. vel lib. 60, tit. 6. Qui vero liberum quaſi ſeruum cædit, non tenetur iniuriarum.
p *Aquilia.* Et crimine de ſicariis, vt lib. 39. c. 1, th. 2. in fi. vincit enim veritas opinionem.
q *Duo.* Nam quid ſi quidam ſtramenta * comburentes ignem tranſilibant, & euenerit vt currentes duo ſaliendi cauſa ſe mutuo extruderent, & caderent? (* φρύγανα)
r *Tueri.* Quid enim ſi bos me petat nec poſſim periculum euitare niſi eo occiſo? quære tit. 17. cap 7 the. 15. Nota tunc eum qui occidit, vel damnum dedit, innoxium eſſe, cum aliter ſe tueri non potuit. & quære c. 3, 4, 5. & c. 52, th. 2.
ſ *Permittit.* Non indiſtincte, ſed intra duas horas: vt lib. 60, tit. 17. c. 9, them. 5. poſtea non licet. Quære ff. 4, & 5 & li tit. 1. ff. 3. vel lib. 2. tit. 1. & lib. 4, tit. 2. ff. 11. vel lib. 10. tit. 2. & lib. 43. tit. 16. ff. 1, 17. & 3. vel lib. 60. tit. 17. in quo additur, Confeſtim.
t *Infert.* INDICIS. Sed ſi in aliquem adgredientem me, lapidem miſero, nec eum, ſed alium quẽdam tranſeuntem percuſſero, teneor Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert mihi licet ferire, non etiam tranſeuntes. Sed & eum qui vim infert in ipſa congreſſione, ſummaque pugna vi propulſo, recte: quod ſi eum qui mihi iam damnum dedit, poſtea percuſſero, Aquilia teneor.
u *Validum.* Nam ſi putris & ruinoſus erat, dominus damni nihil facit. quin & dici poteſt eum qui parietem diruit, e. impenſas donaſſe, vt ff. 27, th. 18. de eo qui cædit maturos fructus. quære cap. 27. th. 15, & cap. 50.
x *Vulnere.* Vulnerato ſeruo meo egi Aquilia aduerſus eum qui percuſſit, & accepi quanti ea res eſt. Si paulo poſt ſeruus moriatur ex eo vulnere, poſsũ rurſus Aquilia experiri de occiſo. & hoc quidem ſummo iure ita ſe habet. Sed ſi priore iudicio ſemel accepi vulneris æſtimationem, mortuo ſeruo rurſus agens de occiſo, repellor exceptione doli, vt nihil amplius vtraq; actione conſequar, quam conſequerer ſi initio ſeruus interiiſſet. & quære c. 32, th. 2. & c. 15, th. 2, & 30. th. vlt.
y *Ex vulnere.* Si ex vulnere ſeruus interierit, etiamſi duplici iudicio qui occidit, conueniatur de vulnerato & de occiſo, id tamen duntaxat infert, quod in iudicium de occiſo venit. Sed ſi hodie vulnerauerit, rurſus alia die occiderit, vtroq; condemnatur, vt c. 32, th. 2.
z *Cede.* Non de ſicariis. hæc enim criminalis eſt: ſed de occiſo pecuniaria.
a *Si ſeruus.* Si ſeruus libertate honoratus ante aditionem hereditatis adhuc ſeruus exiſtens damnum dederit in res hereditarias, & poſt aditionẽ libertatem nactus rurſus damnum det in res hereditarias, bis tenetur Aquilia: quia primum quidem rebus hæreditatis, nunc vero rebus hæredis damnum dedit. Deniq; in primo capite ſeruus tenetur: quia delicta caput ſequuntur, vt dicitur hoc caſu & fi. 2 th 1, c. 113. In ſecundo autem quoniam poſt libertatem damnum dedit. Quære Inſt. 4. tit 8, & lib. 24, tit. 5. cap tota.
b *Vtriuſq;* Connexa eſt enim actio delicti.
c *Fumo* Nam ſi combuſſerit igne admoto, recta Aquilia tenetur, vt c. 27. th. 7.
d *Actione.* Vtili actione, quia cauſam mortis dedit, non ſua manu occidit, vt & Inſt. 4 tit. 3. finis.
e *Aquilia* Quod dicitur damnum iniuria datum Aquiliam punire, ſic eſt accipiendum, vt damno inſit iniuria. Nam ſi ex magna neceſſitate non ſua ſponte mihi damnũ dedit, non tenetur, quod Celſus in ſubiecto caſu ſcripſit. Similiter lib. 47, tit. 9 ff. 3, the. vlt. vel lib. 60, tit. 20. Lege hanc diſtinctionem lib. 43. tit. 24. ff. 7. vel lib 58. tit. 23. Et de eo qui aliena proiecit in mare ſuarum rerum ſeruandarum cauſa, lege lib. 19. tit 5. ff. 14. vel lib. 20. tit. 4.
f *Domus.* Non licet autem nobis indiſtincte in incendio vicini domum diruere: ſed aliter magiſtratus, aliter priuatus. quære lib 58. tit. 23. cap. 7, th. 3. & diſtinctionem eius.
g *Ceſſat.* Iuſto enim metu perculſus domum vicini intercidit. Sed ſi igne non imminente diruat domum meam, tenetur Quod vi aut clam. vt lib. 58, tit. 23, c. 7. th. 3. Quære lib. 20. tit. 4, c. 14, & tit. 20. c 3. th vlt. Nota legem de his quæ quotidie accidunt, & iudicantur.
h *Extinctus.* Facta interciſione, vel etiam antequam perueniret.

150 IVL. Qui inuito [a] me diruit domum [b] meam, & eo loci balneum ædificat, & ædificiũ meũ [c] facit, & eius q; diruit nomine Aquilia tenetur. SI
25. in pr. quis [d] ſeruum mortifere vulnerauerit, & eum ſeruum hæredem [e] ſcriptũ alius occiderit, ambo [f] de occiſo conuenientur [g], & in priore quidem qui percuſſit ex vulnere retro annus computabitur, in altero autem ex morte: & hic dabit æſtimationẽ hereditatis. ¶ nã etſi plures percuſſerint, nec
5.1

culpę nomine tenetur, id eſt, niſi proclamauerit. Culpa etiã eſt ſi nõ prouiderit quod diligens poterat prouidere, vel ſi tunc clamauerit, cũ periculũ euitari non poterat. Sed ſi nullum illic iter erat, doli tantum nomine tenetur, qui deiicit in eum quem præuidit.

GAIVS. Si familia[f] damnum dederit, vel furtum fecerit, tantũ dominus præſtat, quantũ vnus[g] liber ſi damnum daret[h], pręſtaret, ne ex vno delicto[i] tota familia careat[k]. l.32.in pr.
¶ Si eundem ſeruum vulnerauerit quis, deinde occiderit, & de occiſo[l] tenetur & de vulnerato[m]. Quod ſi vno impetu pluribus eundem vulneribus occiderit, vna eſt actio de occiſo. §.1

PAVLVS. In actione[n] legis Aquiliæ, & in aliis[o] non ex affectione[p] neque vtilitate[q] ei[9] qui lęſus eſt, ęſtimatio fit, ſed ex cõmuni præſũptione†. Puta enim quem poſſidebam filiũ meũ naturalem[r] occidiſti, quẽ plurimo emerẽ, ſi alius poſſideret, vel alterius filium naturalem, quem erã ei plurimo vẽditurus. l.33.in pr.
¶. Vbi[s] damno dato nõ cõpetit Aquilia, dat̃ in factũ. §.1

MARCIAN. Legatus eſt ſeruus mihi & tibi, & te deliberãte ego ſeruum agnoui, deinde occiſus eſt, tum repudiaſti, in ſolidum mihi legis Aquiliæ actio competit. l.34

VLPIAN. Quia[t] retro mihi videtur dominium accreuiſſe. l.35

MARCIAN. Quod ſi vnus[u] erat legatarius, & repudiauerit[x], hæredi actio cõpetit. l.36.in pr.
¶ Si ſeruũ meum ab alio mortifere vulneratũ hæredẽ ſcripſero, deinde deceſſerit, & tu hæres extiteris[y], non habes Aquiliã[z]. nã actio[a] quę non competiit teſtatori[b], in hęredem[c] non tranſit[d]. Sed ſi eũ ex parte nec ſolum hæredem ſcripſero, cohæredibus eius[e] ea actio datur. §.1

a *Qui foueam.* Lege ad finem 7. Dig. 24. tit. 43. lib.

b *Si quid.* Vt ſi manſuetum animal, vel ſeruus in eam deciderit, quære lib. 58. tit. 23. cap. 7. th. 7.

c *Periculum.* Nam ſi cum poſſet euitare, temere non euitauerit, non tenentur.

d *Hoc capite.* Aquiliæ tertio capite. nam de primo iam ante dictum eſt. Secundum autem non eſt in vſu.

e *Etiam.* Si magiſtratus municipales damnũ alicui dederint, Aquilia tenẽtur. nec enim debent abuti poteſtate iuriſdictionis ſuæ. nam & ex facto ſcio cum iuſſiſſet magiſtratus alicuius bruta pignori capi, & fame ea necaſſet, ea domino alere non permittens, datam aduerſus eum in factum actionem. Sed & ſi dum putat magiſtratus ſe ex lege pignus capere, non ex lege ceperit, & tritas res corruptaſq; reddiderit, tenetur Aquilia. Idemque eſt ſi ex lege ceperit, & corruperit. Quod ſi magiſtratus municipalis vel ædilis aduerſus aliquem indecenter reſiſtentem ſibi fecerit aliquid cum damno, non tenetur Aquilia. Nam & ſi ſeruus ei pignori datus laqueo interemerit ſe, nulla in magiſtratum actio datur.

f *Aquilia.* Idem dicitur de actione metus cauſa 4. cap. 2. tit. 10. lib. Dignitas ei nihil prodeſt.

g *Alere.* Nota eum qui pignori dat pecudes, eas alere debere. quære cap. 9. th. 2.

h *Illicite.* Quære lib. 25. tit. 1. cap. 25. th. 3.

i *Tritum.* Nota eum qui pignus accepit, non debere id vſu deterere, vetus efficere & corrumpere. quære lib. 25. tit. 1. cap. 52.

k *Tenetur.* Si id iure magiſtratus fecerit.

l *Tertio.* Quoniam ex tertio capite, ad 30. dies retro nos referimus ex quo datum eſt damnum, etiamſi non dicat lex, quanti plurimi res erit in 30. diebus condemnationem fieri: ſic tamen accipiemus. CYRILLI. Quanti plurimi res fuerit in 30. diebus proximis, Aquilię eſt actio.

m *Capite.* De damno animalium quæ gregatim non paſcuntur.

n *Deprehendit.* Quære tit. 37. cap. 22. th. 2. & cap. 24. & 23.

o *Tenetur.* Qualem & quando vir adulterum poſſit occidere, dicitur lib. 48. tit. 5. Dig. 24. vel lib. 60. tit. 27. De parte autem adulteræ tractat 22. & 23. Dig. eiuſdem tit.

p *Pignori.* Si pignori datus ſeruus occidatur, debitori & domino Aquilia datur. An & creditori? Ait creditoris intereſſe non occidi ſeruũ pignoratum. Sæpe enim debitor non eſt ſoluendo, vel perſonalis actio quæ in eum competit, curſu temporis perit. Iniquum tamen eſſe exiſtimat, vt occiſor & debitori & creditori teneatur, niſi quis dixerit occiſo ſeruo debitorem iniuriam non pati, quod agente creditore debito liberetur. Et ideo ad modum debiti optimum eſt Aquilia creditorẽ experiri, & debitorem liberari, in ſuperfluum autem debitori eãdem actionẽ dari. quære lib. 25. tit. 1. cap. 25. th. 3. & tit. 2. cap. 27.

q *Soluendo non ſit.*

Digitized by Google

q *Soluẽdo non ſit*. Quære tit.12.cap.12.th.2 & cap.15. Nec opponatur 2.th.12.cap. Nam Aquilia quæ ſolo domino datur, merito creditori non datur, niſi hoc, vel illud contigerit. Furti autem etiã ſi debitor ſoluendo ſit, creditori datur: quia omnibus datur quorum intereſt.

r *Tempus*. Quære lib.25.tit.7.cap.& lib.44.tit.21.cap.11.& lib.51.tit.4 cap.6.

ſ *Actionis*. Perſonalis quæ 30.eſt annorum. Hypothecaria autem manet, cum ſit annorum 40. & quære lib.50.tit.14.cap.8. cuius initium, Conſtitutio iubet hypothecariam actionem. Perſonali igitur extincta pignus manet, & ſalua eſt actio hypothecaria. Lege hac de re pulcherrima iurá li. 36.tit.3.Dig.61.vel lib.44.tit.21.& lib.44.tit. 2. Dig 30. in fine, vel lib.51.tit.2.in quo ait, etiam hypotheca ſoluta ſaluam manere hypothecariam.

t *Creditoris*. Quam habet aduerſus debitorem.

u *Creditor*. Lege Dig.17.& lib.20.tit.1. Dig.27.vel lib.25.tit, 2. & de vſufructu didiciſti in fine 12.&13.Dig.huius tit.lege & lib.7.tit.3.finem 17 Dig.vel lib 16.tit.3.

x *Alienum*. Si quis alienum vinum aut frumentum conſumpſerit, non videtur rem lædere: nam ob id comparatur vinum & frumentũ vt conſumatur. Vtilis ergo actio potius dabitur in eum qui alienum vinum biberit, vel alienum frumentum ederit.

y *Iniuria*. Quatenus nihil præter naturam facit.

z *Vtili*. Quidam vtili Aquilia, alii in factum. Lege finem 14.Dig.5.tit.19.lib.vel lib. 20.tit.4.c. 14.them.vlt. quære ibidem ἀναπεραίω, & eius antiquum contextum. namque ibi neq; directa, neque vtilis. Aquilia datur, ſed in factum. Et dici poteſt hoc etiã loco Baſilicum dicere in factum, per quam ſeruatur indemnitas & hoc eſſe quod ait, vtili actione Omnis enim in factum vtilis eſt.

a *In hoc*. Hæc actio legis Aquiliæ quæ ex tertio capite competit, dolum & culpam punit, vt & illa quæ ex primo capite datur.

b *Indem*. At quæro indemnis ſeruandus ſit is qui habet ægrum necne?

c *Negligentia*. Domini vel medicorum. quære cap. 51.& 21.

d *Vulnere ſolo*. Hoc eſt non in ſolidum pretium, & de vulnerato non occiſo dominus experiri poteſt. Itaque iudex reuocat ſe ad dies 30. duntaxat: vt cap. 29.th. vlt. quære lib. 15. tit. 1. cap. 27.them.3.

e *Si putator*. Quidam cum arborem putaret, & ramum deiiceret, prætereuntium quendam occidit. ſi quidẽ in publicum locum deiecit, & non proclamauit tranſeũtibus vt cauerent, tenetur Aquilia. Sed Mutius dicit etiam ſi in priuato loco lapides vel ramos arborum deiecit, poſſe de culpa eius inſpici ſiue tractari. Culpam autẽ eius eſſe videri, ſi quod alius diligens poterat præcauere, ne quis læderetur, ipſe non præcauerit. Sed & ſi tunc clamauerit cum non poterat imminens periculum euitari, ſimilis eſt non clamanti. Secundum hanc rationem nihil intereſt ſecus viam publicam an ſecus priuata loca, ligna & lapides vel ramos arborum deiecit, cum plerunque & per priuata loca vulgo iter fiat. Quod ſi omnino nullum erat iter, quo loci lapides & ligna deiecit, hoc tãtum præſtare debet, ne quid in eum committat, quem viderit tranſeuntem, non etiam vt prouideat, ne cui prætereuntium noceatur. nec enim debet diuinare an per eum locum viam non habentem tranſiturus aliquis ſit. Quæ ſit publica via, & quæ priuata diſces lib. 43. tit.7.8.9.10. 19.vel lib 58. tit.8. Illi enim omnes in hoc titulo extant. quære lib. 58.tit 8 c.5.them.14. 13. 16. 17. & Inſtit. 4 tit. 3.

f *Familia*. Quære tit.21.cap 34.& cap.11.them.3.& tit.12.cap.21.th.penult.& lib.7.tit.3.cap. 8.nec tibi opponatur, ſed lege ibi primam annotationem.

g *Vnus*. In 9.Dig.1.tit lib vel 3.tit.7.lib in Aquilia damnum à familia datum multa facta dicit. lege huius lib.tit.1.Dig 31.& lib 47.tit.6.vel lib.60.tit. 15.& tit.15.cap.1. tit. 12. cap. 21. them.penult: & ex illo huic diſtinctio adhibeatur, quantum ad actionem furti.

h *Daret*. Hoc cum certum eſt cuius ictu ſeruus interierit, ne obſtet 3.th.11.cap. Quære etiam 2. th.50.cap & inuenies id huic ſolutioni congruere. Quod autem ad furtum attinet, id ne accipias indiſtincte, ſed ſecundũ pen.th.21.cap.12.tit.huius libri. Vel ſi malis dic quod etiamſi nõ conſtet cuiuſ ictu interierit, vel res furtiua non potuerit ab vno tolli, dominus in tãtum tenetur quantum vnus liber damno dato, vel furto facto præſtaret, ne careat omnibus ſeruis ob eorum nequitiam. Neque obſtat 34.cap. 21.tit.in quo dicitur familia iniuriam faciente tot iniurias eſſe, quot perſonas. nam etſi oneretur ibi dominus multis in ſe actionibus datis, alia re ſubleuatur, data ſcilicet electione vt noxæ dedat ſeruos qui iniuriam fecerunt, vel cædi verberibus patiatur. Vel 3.th.11.cap. & 2.50.cap. de liberis accipitur non de ſeruis.

i *Delicto*. Quære tit.5.cap.31.& lib.56.tit.1.cap.3.th. 2.

k *Careat*. Aut noxæ dedendo ſeruos omnes.

l *Occiſo*. In ſolidam ſerui æſtimationem quære cap 15.46.& 47.

m *Vulnerato*. Et vtraque actione condemnatur, nec ſi vna ſoluerit, liberatur altera.

n *In actione*. ΝΟΡΟΤ. Seruo occiſo non oportet ex affectione domini erga illum augeri æſtimationem damni. quid enim ſi filius erat naturalis ex ancilla mea ſuſceptus quem paterna affectione ductus magni eſſem redempturus ni interiiſſet? Non oportet igitur ex affectione ſerui æſtimationem ſpectari, ſed quanti erat eum empturus alius quilibet, tanti is qui occidit, condemnetur. Et generaliter Sextus ait pretia rerum ſpectari* ex affectione vel vtilitate non ſingulorũ, ſed omnium hominum. Nam & ſi quis filium ſuum naturalem poſſideat ex ſua ancilla ſuſceptũ, non ideo videtur eſſe locupletior: quod eum plurimo ſi alius poſſideret, redempturus eſſet, nec qui filium alienũ naturalem poſſidet, tantum videtur habere in bonis, quanti eum patri naturali vendere poteſt. nam lege Aquilia damnum nobis datum perſequimur: Damnum autem pati ſemper

κοινῶς

tum eſſe. Chirographo deleto competit Aquilia. Qui depoſitum [x] apud ſe teſtamentum deleuit [y], vel pluribus legit, tenetur actione in duplum [z]
§.1 & iniuriarum [a], ſi iniuriæ faciendæ cauſa ſecreta publicauerit. ¶ Interdũ is qui teſtamentum delet, non furti in duplum, ſed ea actione tenetur, qua ex inficiatione duplum, ex confeſſione ſimplum perſequimur, ſi dandi tantum damni cauſa deleuit. fur enim [b] non eſt, qui cum facto animum etiam furis non habet.

L.42 IVLIANVS. Qui teſtamentum [c] vel aliud quodlibet inſtrumentum apud ſe depoſitum delet, ita vt legi non poſſit, & depoſiti [d], & ſuppreſſarũ [e] rerum & Aquiliæ actione tenetur.

L.43 POMPON. Hęres [f] de damno dato ante aditionem hæreditatis, Aquilię actionem habet [g], & poſthumus & captiuus poſtliminio reuerſus. Idem dicam de actione, Arborum furtim cæſarum [h], & Quod vi [i] aut clam, ſi quis prohibitus fecerit, aut ſcire debuerit ſe prohibitum iri, ſi quod fecit,
L.44. in pr. reſcierit hæres [k]. Etiam ex leui [l] culpa, Aquilia competit.

§.1 VLPIAN. ¶ Quoties [m] ſciente domino ſeruus vulnerat, vel occidit, ipſe dominus tenetur, & ſi patiatur nec prohibeat, dum poteſt.

L.45. §.2 PAVLVS. Et ſanato [n] ſeruo vulnerato agitur Aquilia. ¶ Is etiã [o] qui ſer-
§.3 uum quaſi liberum occidit, tenetur Aquilia [p]. ¶ Duo [q] ſerui pyram tranſilientes, in eam ceciderunt, & vnus periit: ſi non appareat vter ab vtro
§.4 euerſus ſit, ceſſat Aquilia. ¶ Si quis cum aliter ſe tueri [r] non poſſet, damnũ dederit, innoxius eſt. Nam vim vi defendere lex permittit [s]. Sed ſi defendendi mei cauſa lapidem in aduerſarium miſero, & alium prętereuntem percuſſero, teneor Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert [t], ferire licet
§.vlt. ſui tuendi non vlciſcendi cauſa. ¶ Qui validum [u] parietem diſſoluit, domino eius Aquilia tenetur.

L.46. VLPIANVS. Si de vulnere [x] lege agatur, & poſtea ex vulnere [y] ſeruus intereat, locus eſt actioni de cæde.

L.47 IVLIANVS. Verum ex vtraq; id tantum conſequetur, quod conſecutus fuiſſet, ſi initio egiſſet de occiſo.

L.48 PAVLVS. Si ſeruus [a] ante aditionem læſerit hæreditatem, & liber factus in eandem rem damnum det, vtriuſq; [b] damni nomine conuenitur.

L.49. in pr. VLPIAN. Qui fumo [c] alienas apes necat, vel fugat, tenetur ea actione [d],
§.1 qua duplum exigitur. ¶ Aquilia [e] damnum iniuria datum requirit. Quod ſi quis incendio orto ſuę domus [f] ſeruandæ cauſa vicinam intercidat, ceſſat [g] Aquilia, ſiue peruenerit ignis, ſiue extinctus [h] ſit.

a *Si mihi.* Quære tit. 5. c. 2. & lib. 2. tit. 3. c. 168. & tit 15 cap. 7. th. 6. & 7.

b *Imperandi* Id eſt, ſiue ius habuit imperandi ei qui & me adfecit iniuria, forte enim officiali iuſſit, vt mihi damnum daret.

c *Conuenitur.* Lege tit. 4. Dig. 2. & lib. 50. tit. 17. Dig. 168. in quo ait eum damnum dare, qui iubet dari: eum vero qui parendi neceſſitatem habet, nihil delinquere. quære lib. 28. tit. 11 cap 21. th. 1. & in eo Enantiophanes. Nota ex hoc capite, quod ſi deliquero iuſſu alterius, cui reſiſtere nõ poſſum, innoxius ſum Quęre etiam lib 2. tit. 3. cap. 167. & in eo ſcholium, quo optime exponitur quãdo is qui iuſſu alterius delinquit, teneatur, & quando non. Seruus autem iniuriam faciens præcepto domini poſt manumiſſionem tenetur. & quære tit. 21. c. 17. th 8. Cur enim domino paruit? Et nota in quibus non oportet ſine periculo ſeruos dominis non obtemperare.

d *Fecit.* Sed & is qui iuſſit. quære tit. 21. cap 17. th. 8.

e *Animal.* Nã ſi antequã ageretur, occiſũ ſit, liberamur, vt ti. 1. Dig. 1. th. 10. vel ti. 2. c. *. Legẽ antepen. th. Dig. in quo ait, poſt litẽ cõteſtatã ab alio animali occiſo, vel Aquiliã dominum cedere, vel litis æſtimationẽ dare. lege tit. 4. Dig. 8. vel tit. 5 huius lib. quære tit. c. 2. 1. th. pen. & th. 4. eiuſdem.

f *Occidatur.* Ita vt me totius damni nomine, forte 20. aureorum condemnari oporteat, quod non poſſim animal noxæ dedere.

g *Non fiet.* Per Aquiliam.

h *Pauperiem.* Nec poteſt dicere is qui animal interfecit, Cum tibi liceat ex penult. th. 1. cap. 2. tit. cedere Aquilia ei qui tecum Quadrupedaria experitur quam habes aduerſum me, qui animal noxæ dedendum interfeci, hoc facito. hoc enim ſitum eſt in poteſtate domini animalis.

i *Non poſſum.* Nam ſi non fuiſſet occiſa quadrupes, poſſem eam in noxam dare, & liberari.

k *Seruientem.* Pone eum fuiſſe emptum ab aliquo bona fide.

l *Habeo.* Quære cap. 27. th. 2. & in eo ſcholium.

m *Abegiſti.* De muliere abortum faciente & equa, quære Dig. 27.

n *Eiecit.* Abortum fecit, nempe prægnans.

o *Quaſi ſuum.* Additur in Indice, & abigere id debet placide, vel dominum admonere, vt veniat, & ſuum recipiat.

p *Si cautionem.* Deleuit aliquis chirographum mei debitoris ſub cōditione, & nunc forte teſtes habeo, per quos probare poſſim debitum. quia tamen fieri poteſt, vt moriātur prius quam conditio exiſtat, agam Aquilia aduerſus eum qui deleuit chirographum, & exponam iudici damnū quod ex ea re mihi futurum contingere poteſt: nam chirographo deleto, & teſtibus quandoq; morientibus conditionis exiſtentis tempore, nō habebo quo mihi deberi probem. Interim igitur quod ex ea re intereſt mea, iudici debeo exponere, vt eum condemnet in furti damni æſtimationem: & ſi condemnauerit, nōn aliter iudicati potero agere, quam ſi debiti conditio extiterit. ea enim deficiente, infirmatur etiam deleti chirographi condemnatio. Quære tit. 12. cap. 32. th. 2.

q *Argumentis.* Quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. them vlt & lib. 57. tit. 1. cap. 5. them 7. de argumentis.

r *Non poſſint.* Quære lib. 7. tit. 12. cap 10 & lib. 12. tit. 1. cap. 28. 29. 39. & lib. 35. tit. 5. cap. 3. th. 6.

ſ *Condemnaberis.* Quaſi obligatus ex delicto admiſſo. Nota ex hoc capite iudicem cōpelli etiā antequam agi poſſit, teſtes interrogare circunſtantia exiſtente tali, ſi teſtes nō poſſent inueniri eo tempore, quo vſui futuri ſunt. quære & tit. 12. cap 32. th. 1. & 2. & ibi Antiquum. Et conditionali exiſtente contractu actionem dari antequam exiſtat conditio conſiſtatque contractus, non ex cōtractu ſed ex delicto admiſſo Notandum & aliud, veritatem etiam argumentis probari, & legē ea ſumere probationis loco citra eam conſequentiam quæ in probationib. exigitur. Argumenta lege ſuſcipi, quære lib. 21. tit. 1. cap. 3. th. 1. & cap. 21. th vlt. & lib. 57. tit. 1. cap. 5. th. 7. & huius lib tit. 50. cap. 10. th. penult & lib. 21. tit. 1. cap. vlt. neceſſarium. Ad hæc & teſtes ante dationē libelli produci, & interrogari hac lege.

t *Extuerit.* Et apparuerit quantum in te fuit, datum fuiſſe, & quære tit. 12. cap 27. totum.

u *Non teſtatori.* Nihil enim ipſe læſus inuenitur ab iis qui teſtamentum deleuerunt. quęre li. 35. tit. 6. cap. 3. & tit. 5. cap 3. th. 3. & lib. 10. tit. 3. cap. 35. & lib. 15. tit. 4. cap. 4. th. 4.

x *Qui depoſitum.* Quære tit. 41. cap. 1. & tit. 51. cap 38. th. 6. & lib. 13. tit. 2. cap. 1. th. 27.

y *Deleuit.* Lucri faciendi cauſa. Quid enim ſi ab inteſtato vocabatur? Similiter lege ſequ. th Ob id enim furti tenetur.

z *In duplum.* Et pœnam quidem dat, res autem non exigitur: quia nulla ſubeſt. Vide autem vt hoc loco repugnet Baſilicus Antiquo. Ille enim in duplum actionem dicit, & manifeſtum eſt eū de actione furti intelligere, ex eo quod ſequitur, Interdum. Antiquus autē aperte in factū ſcripſit.

a *Iniuriarum.* Teſtatori, non hæredi.

b *Fur enim.* Quære tit. 12 cap. 26. th. 2. & lib. 2. tit 2. cap. 225. & li. 19. tit. 10. cap. 17. Extat regula Inſtit. 2 tit. 1 & Inſtit. 4. tit. 1.

c *Qui teſtamentum.* Non obſtat 35. cap. 3. tit. 10. lib. quo legatariis & heredi datur de dolo. Illic enim ponendum eſt corrupto, vel deleto teſtamento ante aditionem hereditatis prępteriiſſe tempus aditionis herede non intelligente pure an ſub conditione eſſet heres ſcriptus: & ob id datur de dolo, quod dolo eius qui deleuit, factum ſit ne adiret hereditatem hic autem pones deletum teſtamentum poſt aditionem, atque ita habere eum ad exhibendum, & depoſiti & Aquiliam iure hereditario. Lege in eo capite Stephani annotationem. Vel ſi malis ſic illic fingas, extraneum cū abeſſet, heredem ſcriptum redire, & experiri aduerſ⁹ cognatos teſtatoris petitione hereditatis hos deſiderare teſtamentum in quo ſcribit ſe heredem ſcriptum. Eſſe autem teſtamentum deletū ab aliquo, & ideo hereditatem eum amittere, quod non proferat teſtamentum. Aget de dolo in eum qui deleuit, in id quod intereſt. Aquiliam vel ad exhibendum non habebit. nec enim adiuit, vt hoc iure potuerit has actiones adquirere. vt cap. 13. th. 4. huius tit.

d *Depoſiti.* Vt lib. 13. tit. 2 cap. 1. th. 24.

e *Suppreſſarum.* Ad exhibendum: vt lib 15. tit. 4. cap. 3. th 4.

f *Heres.* Si ante aditionem heredis corruperit quis rem hereditariam, recte heres Aquilia acturus eſt. Nam & ſi domino detur Aquilia, tamen non exigimus vt dominus fuerit damni dati tēpore: alioquin ſi hoc exigamus, nec heres eius qui damnum paſſus eſt nec captiuus poſtliminio reuerſus in eum qui rebus ſuis nocuerit, poterit Aquilia experiri. Nec ii ſolum ſi hoc ſpectamus, ſed & poſthumi à patribus heredes ſcripti maxime læderentur. nam ſi eis exiſtentibus in vtero rebus patris eorum nocitum ſit, non dabitur eis Aquilia, ſi tempore illati damni dominū requirimus. Itaque magis eſt, vt dicamus eum qui dominus non fuerit damni dati tempore, ſed poſtea eſſe cœperit, habere Aquiliam. Eadem dicimus ſiquis arbores cæciderit ante aditionem hereditatis, vel domino earum exiſtente in poteſtate hoſtium, vel poſthumo exiſtente in vtero. Sed & ſi quis hoc tempore nouum opus fecerit, tenetur interdicto, Quod vi aut clam, ſi vel prohibitus ab aliquo poſtea fecerit, vel intelligere potuerit ſe à rerum dominis ſi factum ſciuerint prohibitum iri.

g *Habet.*

Digitized by Google

g *Habet*. Similiter ff. 15. cum ratione, quia domina eſt hæreditas.

h *Cæſarum*. De hac tractatur lib. 47, tit. 7. vel lib. 60, tit. 16.

i *Quod vi*. Vt lib. 58, tit. 23. cap. 4, & 13. th. 5.

k *Heres*. Vel poſthumus, vel captiuus.

l *Ex leui*. In lege Aquilia etiam leuiſſima culpa punitur.

m *Quoties*. Cum ſciente domino ſeruus vulnerat aliquem vel occidit, ipſe dominus Aquilia tenetur, eo illi imputato quod ſeruum non prohibuerit. Nam ſcientiam in lege Aquilia pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, Aquilia teneatur ſi non prohibuerit. CYRILLI. Si ſeruus tuus te ſciente percuſſerit tu teneris. nam ſcientia patientia † intelligitur. Quære lib. 2, tit. 3. cap. 152. th. 3. & tit. 5, c 1 & 4. & lib. 2, tit. 3. c. 50, & 109. & lib. 7. tit. 15, c. 6.

† ἀνεξικα-κία.

n *Sanato*. Huiuſmodi ſeruus non redhibetur venditori. lib 21, tit. 1. ff. 16. vel lib. 19, tit. 10, ca. 16.

o *Is etiam* CYRILLI. Et qui liberum exiſtimat, & occidit, tenetur. Idem & in ſerui corrupti lib. 11, tit 3. ff. 5. vel lib. 60, tit. 6. Qui vero liberum quaſi ſeruum cædit, non tenetur iniuriarum.

p *Aquilia*. Et crimine de ſicariis, vt lib. 39. c. 1, th. 2. in fi. vincit enim veritas opinionem.

q *Duo*. Nam quid ſi quidam ſtramenta * comburentes ignem tranſilibant, & euenerit vt currentes duo ſaliendi cauſa ſe mutuo extruderent, & caderent?

* φρύγανα.

r *Tueri*. Quid enim ſi bos me petat nec poſſim periculum euitare niſi eo occiſo? quære tit. 17. cap 7 the. 15. Nota tunc eum qui occidit, vel damnum dedit, innoxium eſſe, cum aliter ſe tueri non potuit. & quære c 3, 4, 5. & c. 52, th. 2.

ſ *Permittit*. Non indiſtincte, ſed intra duas horas: vt lib. 60, tit. 17. c. 9, them. 5. poſtea non licet. Quære ff. 4, & 5. & li tit. 1. ff 3. vel lib. 2. tit. 1. & lib. 4, tit. 2. ff. 11. vel lib. 10. tit. 2. & lib. 43. tit. 16. ff. 1, 17. & 3. vel lib. 60. tit. 17. in quo additur, Confeſtim.

t *Infert*. INDICES. Sed ſi in aliquem adgredientem me, lapidem miſero, nec eum, ſed alium quendam tranſeuntem percuſſero, teneor Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert mihi licet ferire, non etiam tranſeuntes. Sed & eum qui vim infert in ipſa congreſſione, ſummaque pugna vi propulſo, recte: quod ſi eum qui mihi iam damnum dedit, poſtea percuſſero, Aquilia teneor.

u *Validum*. Nam ſi putris & ruinoſus erat, dominus damni nihil facit. quin & dici poteſt eum qui parietem diruit, ei impenſas donaſſe, vt ff. 27, th. 18. de eo qui cædit maturos fructus. quære cap. 27. th. 15, & cap. 50.

x *Vulnere*. Vulnerato ſeruo meo egi Aquilia aduerſus eum qui percuſſit, & accepi quanti ea res eſt. Si paulo poſt ſeruus moriatur ex eo vulnere, poſſū rurſus Aquilia experiri de occiſo. & hoc quidem ſummo iure ita ſe habet. Sed ſi priore iudicio ſemel accepi vulneris æſtimationem, mortuo ſeruo rurſus agens de occiſo, repellor exceptione doli, vt nihil amplius vtraq; actione conſequar, quam conſequerer ſi initio ſeruus interiiſſet. & quære c. 32, th. 2. & c. 15, th. 2, & 30. th. vlt.

y *Ex vulnere*. Si ex vulnere ſeruus interierit, etiamſi duplici iudicio qui occidit, conueniatur de vulnerato & de occiſo, id tamen duntaxat infert, quod in iudicium de occiſo venit. Sed ſi hodie vulnerauerit, rurſus alia die occiderit, vtroq; condemnatur, vt c. 32, th. 2.

z *Cæde*. Non de ſicariis. hæc enim criminalis eſt: ſed de occiſo pecuniaria.

a *Si ſeruus*. Si ſeruus libertate honoratus ante aditionem hereditatis adhuc ſeruus exiſtens damnum dederit in res hereditarias, & poſt aditionē libertatem nactus rurſus damnum det in res hereditarias, bis tenetur Aquilia: quia primum quidem rebus hæreditatis, nunc vero rebus hæredis damnum dedit. Deniq; in primo capite ſeruus tenetur: quia delicta caput ſequuntur, vt dicitur hoc caſu & ſi. 2 th 1, c 113. In ſecundo autem quoniam poſt libertatem damnum dedit. Quære Inſt. 4. tit 8, & lib. 24, tit. 5. cap tota.

b *Vtriuſq;*. Connexa eſt enim actio delicti.

c *Fumo*. Nam ſi combuſſerit igne admoto, recta Aquilia tenetur, vt c. 27. th. 7.

d *Actione*. Vtili actione, quia cauſam mortis dedit, non ſua manu occidit, vt & Inſt. 4. tit. 3. finis.

e *Aquilia*. Quod dicitur damnum iniuria datum Aquiliam punire, ſic eſt accipiendum, vt damno inſit iniuria. Nam ſi ex magna neceſſitate non ſua ſponte mihi damnū dedit, non tenetur, quod Celſus in ſubiecto caſu ſcripſit. Similiter lib. 47, tit. 9 ff. 3, the. vlt. vel lib. 60. tit. 20. Lege hanc diſtinctionem lib. 43. tit. 24. ff. 7. vel lib 58. tit. 23. Et de eo qui aliena proiecit in mare ſuarum rerum ſeruandarum cauſa, lege lib. 19. tit 5. ff. 14. vel lib. 20. tit. 4.

f *Domus*. Non licet autem nobis indiſtincte in incendio vicini domum diruere: ſed aliter magiſtratus, aliter priuatus. quære lib 58. tit. 23. cap. 7, th. 3. & diſtinctionem eius.

g *Ceſſat*. Iuſto enim metu perculſus domum vicini intercidit. Sed ſi igne non imminente diruat domum meam, tenetur, Quod vi aut clam. vt lib. 58, tit. 23, c. 7. th. 3. Quære lib. 20. tit. 4, c. 14, & tit. 20. c 3. th vlt. Nota legem de his quæ quotidie accidunt, & iudicantur.

h *Extinctus*. Facta intercisione, vel etiam antequam perueniret.

150 IVL. Qui inuito [a] me diruit domum [b] meam, & eo loci balneum æ-
151. in pr. dificat, & ædificiū meū [c] facit, & eius ꝙ diruit nomine Aquilia tenetur. SI quis [d] ſeruum mortifere vulnerauerit, & eum ſeruum hæredem [e] ſcriptū alius occiderit, ambo [f] de occiſo conuenientur [g], & in priore quidem qui percuſſit ex vulnere retro annus computabitur, in altero autem ex morte: & hic dabit æſtimationē hereditatis.
§. 1 ¶ nā etſi plures percuſſerint, nec

Digitized by Google

apparcat cuius ictu perierit, omnes tenentur de occiſo. Multa enim lex pro cõmuni ſecuritate[h] contrà ſtrictam rationem inducit, vt cum plures trabem ſurripuerunt, quam ſinguli ferre[i] non poſſent, omnes tenentur[k] furti[l], quamuis ſtricta ratio velit neminem[m] teneri[n].

IABOL. Si ex plagis mortem ſeruuus obierit, non ex inſcitia medici, vel l.52.in pr.
negligentia domini, actio de occiſo competit. ¶ Quidam noctu lucer- §.1
nam tabernarii ſuſtulit, tabernarius eum perſecutus eſt, is tabernarium
†ἀνεύθυνος, alias ἀνέγκλητος. verberauit, & pugna orta ei tabernarius oculum effodit, innoxius[o] † eſt tabernarius. Sed ſi prior tabernarius nõ vapulauit, ſed cum vellet lucer-
nam[p] eripere, pugnam concitauit, Aquilia tenetur. ¶ Meum[q] plauſtrũ à §.2
tuo plauſtro impulſum ſeruum obtriuit, equidem non teneor: ſed ſi muliones tui plauſtri, cum poſſent onus ſuſtinere, ſua ſpõte ſubduxerint ſe, ipſi conuenientur, nõ tui. Damnũ enim dat, qui ſua ſponte mittit, quod retinet, vt quis occidatur, veluti agaſo qui nõ retinet aſinum, & qui manu telum mittit, vel aliud quid. Sed ſi mulis metu turbatis muliones verentes ne opprimerentur receſſerint, non ipſi, ſed tu qui mularum dominus es, teneris. Quòd ſi & muliones & mulæ inſontes ſint, vt puta ſi lapſæ ſint vel onus quod graue[r] erat, deiecerint, neq; id potuerint muliones ſuſtinere, neq; tu neq; ipſi tenentur. ¶ Vendens boues dedi tibi eos §.3
probandos, & vnus eorum ſeruum tuum[s] cornu percuſſit, ſi emiſti[t], non
teneor, ſi non emiſti, teneor[u], niſi puer fuerit in cauſa. ¶ Seruum impulit §.vlt.
quidam eorum qui cum illo pila ludebant, & interiit[x], in eum qui impu-
lit Aquilia non competit. Id enim caſu non culpa accidit. NERAT. Si ali- l.53
enos boues egiſti in anguſtum locum, & præcipitati ſint, teneris in factũ.

PAPIN. Si quis animal quod à me ſtipulatus eſt, occidat, vel vulneret, l.54
ante terminum[y] competit mihi[z] Aquilia aduerſus eum. Sed ſi poſt terminum, ego liberor, & ipſe non tenetur[a].

PAVL. Si vero[b] cum debetur tibi Petrus aut Paulus, ante præſcriptum l.55
terminum Petrum occideris, qui vilioris erat pretii, in æſtimationem Pauli condemnaberis, quem cogor dare. Idem eſt & ſi Paulus ante terminum intrà annum prior deceſſerit, licet liberer.

IDEM. Mulier[c] damnum dans viro tenetur Aquilia. l.56

IABOL. Cum à me equum vtendum[d] accepiſſes, & vna cum pluribus l.vlt.
equitares, vnus irruens in equum deiecit te & equum fregit, neque aduerſus te, neq; aduerſus dominum equi eius qui in meum irruit actionem habeo, ſed aduerſus equitem ſi culpam admiſerit.

a *Qui inuito*. Quære cap.29.th.17.& cap.45.th.vlt.& lib.15.tit.1.cap.85.

b *Domum*. Idoneam & firmam, propter fin.45.Dig.

c *Ædificium meum*. Nam is qui ſciens in alieno ſolo ædificat, ædificii dominum eum facit, cuius eſt ſolum. De impenſis quæ fiunt bona fide, & malà fide, tractatur Inſtit.2.tit.1.& lib.5.tit.5.vel lib.42.tit.1.& lib.6.tit.1.vel lib.15.tit.1.

Si quis. Quidam ſeruo talem plagam inflixit, vt ex ea certum ſit eum moriturum, ſed ſpirans adhuc ſcribitur hęres ab aliquo, & poſt inſtitutionem alius eum percutit, & necat, quæritur an cum vtroq; de occiſo ſeruo agi poſſit? Et reſpondit Iulianus, Occidiſſe quidem vulgo dicitur, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit. In lege autem Aquilia ille videtur occidiſſe qui vim intulit & veluti manu propria mortis cauſam præbuit. Occidẽdi enim appellatio proceſſit à cædere quod eſt *τύπτειν*. Rurſus Aquilia teneri videntur non tantũ qui ita vulnerant, vt confeſtim interimãt, ſed is qui tale vulnus infert, vt certum ſit ex eo periturum. Proinde ſi alius ſeruo letale vulnus inflixerit, alius paulo poſt ita eum percuſſerit, vt maturius interiret, quam ex priore vulnere moriturus fuerat, vtrunque eorum Aquilia teneri oportet. Id enim congruit ſententiæ veterum qui dicebant, ſeruo à pluribus ita vulnerato vt non poſſit apparere cuius ictu interierit, omnes teneri. Non tamen

Digitized by Google

men in vtroque eadem æſtimatio fit, ſed qui prior vulnus inflixit ex hora vulneris retro computatis 365. diebus quanti ſeruus plurimi fuerit condemnatur, alter vero qui ſecundum vulnus inflixit, ex quo etiam interiit ſeruus, quanti intra annum à morte computandum plurimi ſeruus fuerit, tanti damnatur, vt in eam æſtimationem & pretium hereditatis conferatur. Eiuſdem ergo ſerui occiſi nomine alius in maiorem, alius in minorem quantitatem condemnabitur. nec mirum, cum vterque ex diuerſis cauſis conueniatur, & diuerſis temporibus ſeruum occidiſſe credantur. Quod ſi quis, inquit Iulianus, abſurde hæc à nobis dici putauerit, cogitet longe abſurdius eſſe ſi dicamus neminem teneri, vel vnū tãtum. Neminem enim puniri abſurdū eſt, & vtrum potius puniri oporteat conſtituere eſt difficile. Multa vero in Iuriſprudentia contra rationem pro vtilitate communi recepta ſunt, & hoc innumerabilibus caſibus probari poteſt. Sed vno in præſentia contenti erimus. Si plures trabem ſurripuerint, quam nullus eorum ferre ſolus poteſt, omnes tenentur furti, quamuis ſubtilis ratio velit neminem teneri vere: quia vere eorum nemo ſolus trabem ſuſtulit. quære cap. 11. th. 4. & cap. 15. th. 2.

e *Heredem*. Poſt vulnus ab extraneo quodam, & hereditatem domino adquirere debet, vt in æſtimatione aduerſus ſecundum etiam pretium hæreditatis veniat.

f *Ambo*. Et præſtabunt ambo ſolidum ſerui pretium, ſecundus hoc amplius etiam hereditatis.

g *Conuenientur*. Hoc eſt diſcriminis huic c. cum 2. th. 15. c. quod ibi primi vulnus non erat ex neceſſitate mortiferum, ſed dubitabatur. hic autem ex primo neceſſario erat moriturus, & forte poſt diem.

h *Securitate*. Et propter religionem & propter communem vtilitatem, veluti vt mortui ſepeliantur, ſtricta ratio inſuper habetur *, vt lib. 11. tit. 7. Dig. 43. vel lib. 59. tit. 1. & lib. 16. tit. 1. cap. 17. th. 2. & lib. 59. tit. 1. cap. 43. & lib. 23. tit. 1. cap. 18.

i *Ferre*. Quære tit. 12. cap. 21. th. penult.

k *Tenetur*. Similiter lib. 47. tit. 2. Dig. 21. ad fin. vel tit. 12. cap. 21. in quo ait ſingulos in ſolidum teneri lege Dig. 11. th. 3. & lib. 39. tit. 1. cap. 24. th. 4.

l *Furti*. Non etiam furtiua. Vno enim rem ſoluente, alii liberantur, quia furtiua nō eſt poenalis.

m *Neminem*. Quaſi nemo videatur furtum feciſſe.

n *Teneri*. Propter incertum, vt & in primo caſu. Multi enim eandem trabem tulerunt. At incertum quis ſit furti cauſa, ſicut primo caſu omnes animum occidēdi habuerunt: quia percuſſerunt omnes, incertum tamen eſt cuius ictu facta fuerit cædes. Ait autem, Stricta ratio velit, quia de rebus certis & manifeſtis lex ponitur. Incerto autem exiſtente delicto, nemo incidit in legem.

o *Innoxius*. Aquilia non tenetur. Prior enim ille verberauit eum.

p *Lucernam*. Atqui licet vim vi defendere: vt Dig. 45. th. 4. Ceterum hoc loco tabernario vim non fecit, ſed ſuſtulit lucernam.

q *Meum plauſtrum*. In loco anguſto duo plauſtra mulæ ducebant, prioris plauſtri muliones id conuerſū ſubleuabant, mulæ retro ceſſerunt, è medio muliones fugerunt, percuſſum eſt poſterius plauſtrum, & ſeruum meum contriuit. Si culpa mulionum retro agitantium mulæ retro ceſſerunt, ipſi tenentur. manu enim nocuerunt, vt & is qui non retinet quem agitat aſinum, aut telum mittit, ſi mulæ reformidarunt. dominus earum, ſi neque muliones, neque mulæ, neuter tenetur. Dominus autem poſterioris plauſtri proculdubio non tenetur. Eaſdem queſtiones de nautis lege Digeſt. 29. them. 2.

r *Graue*. Graue quantum ad muliones, nō quantum ad mulas. nam ſi mulis erat graue, qui onerauerunt tenentur. vt cap. 7. th. 3.

ſ *Seruum tuum*. Pone me dediſſe boues ſeruo experiundi cauſa.

t *Emiſti*. Nam quod in eam cauſam deducitur, ex qua initium capere non potuit, infirmum eſt: vt lib. 43. tit. 1. cap. 89. & huius tit. cap. 16. & Inſtit. 4. tit. 8.

v *Teneor*. Quadrupedaria. quære lib. 53. tit. 10. cap. 14. 15.

x *Interiit*. De iis qui in certamine occiduntur, lege Dig. 7. the. 4. & Dig. 10. & initiū 11. Accidit pila ludentibus, vt ſe inuicem impellant. Pone autem voluntate domini ſeruum luſiſſe, vt in eo qui certat, Dig. 7.

y *Terminum*. Ante interpellationem, ante moram.

z *Competit mihi*. Atqui dicitur lib. 4. tit. 3. Digeſt. 18. ad finem & 19. vel lib. 10. tit. 3. non competere Aquiliam. Pone igitur hic ratione medii temporis intereſſe, vel ibi extraneum occidiſſe, hic ſtipulatorem. lege adnotata in eo 19. Digeſt. 3. vel tit. 4. lib.

a *Non tenetur*. Sibi enim potius ſtipulator iniuriam fecit occidens animal promiſſum quod poſt moram meo erat periculo, & amittens debiti actionem.

b *Si vero*. Promiſi Titio Stichum aut Pamphilum dare cum Stichus eſſet 10. Pamphilus 20. & veniens Titius Stichum occidit nondum à me vlla mora commiſſa. quæſitum eſt de actione legis Aquiliæ. Et reſpondit Paulus cum viliorem ſeruum ſtipulator occiderit, Ipſum teneri Aquilia. Interrogatus iterum, vtrum in 10. duntaxat quanti fuit ſeruus occiſus mihi condemnetur, an potius in 20. cum tanti ſit Pamphilus, quem cogor dare, occiſo Sticho. Quid vero (inquit) dicemus, ſi poſtea deceſſerit & Pamphilus ſine mora mea? num minuitur pretium Stichi? nam moriente etiam Pamphilo deinceps qui occidit Stichum non condemnatur, ſed debitor duntaxat obligatione Stichi liberatur. Verum hæc quaſi in tractatu Paulus dicens repugnat ſibiipſi, & ait, etiamſi mortuus fuerit Pamphilus adhuc ſpectari quanti fuerit Stichus cum occiſus eſt, & intra

Digitized by Google

annum ab occiſione retro computandum, vt ſecundum hanc rationem etiamſi prior Pamphilus deceſſerit,& poſtea intra annum Stichus fuerit occiſus,non in 10.ſtipulator condemnatur,qui eũ occidit ſed in 20.Quod enim referimus nos ad annum,hoc facit,vt videatur viuente Pamphilo ſuperfuiſſe. Viuente autem Pamphilo 20.Stichus exiſtimatur eſſe,quod eo occiſo cogatur promiſſor Pamphilum dare,qui eſt 20. CYRILLI. Promiſi tibi Stichum aut Pamphilum, Stichus erat 10. Pamphilus 20.ante moram tu vel alius occidit Stichum. Pretium Pamphili peto,quem cogor dare etiam ſi poſtea Pamphilus ſine mora deceſſerit. Idem eſt etſi poſt mortem Pamphili intra annum Stichus occidatur.

c *Mulier*. Similiter Dig.27. Poteſt autem dici fauore nuptiarum eam non duplari ex inficiatione, ſed tantum in ſimplum dari,exemplo eorum quę traduntur de actione ſerui corrupti lib.11. tit.3.Dig.17.vel lib.60.tit.6.& lib.5.Codicis tit.31. Conſt.2.vel lib.28.tit.11.cap.32. conſtante matrimonio neque famoſas, neque pœnales actiones dari. Idem & ſupra dicitur cum margaritas viri non perforatas mulier accepit,& perforauit inuito marito.quære cap.27.th.18.& tit. 6.cap.17.

d *Equum vtendum*. Equitandi cauſa.

Lib. 5. Cod. tit. 55 Const. 1.

58 SI TVAM ſyluam [a] combuſſerit quis,habes aduerſus eum directam Aquiliam. L.1.C.De L. Aquilia.

59 IS QVI [b] domum tuam diruit,& inde te damno affecit,cura Prçſidis indemnitatem præſtabit,quinetiam tibi competens aquæ ius quod alio deriuauit in priſtinum ſtatum reſtituet. L.2

60 QVI occidit [c] alienum ſeruum,& pecuniariter conuenitur damni præſtandi cauſa,& criminaliter. L.3

61 MANIFESTA eſt regula Conſtitutionis [d],Aquiliam ex inficiatione duplari [e]. Oportet igitur damnum probari:nec debet iureiurando [f] actoris [g] quæſtio decidi. L.4

62 QVI pecudes incluſit,vel fame necauit,tenetur Aquilia ex inficiatione duplanda. Et nota quod vtilis etiam Aquilia duplatur. multi enim contraria opinione ducuntur huius Conſtitutionis ius ignorantes. L.5.

63 SI QVIS [h] iniuria alienum agrum depaſcatur,tenetur Aquilia de depaſta terra. Quia vero ſuo corpore damnum non dat, merito vtilis Aquilia datur. Recte autem ponit,in alienum agrum ducentem depaſcere: nam ſi fructibus alienis in ſuam terram decidentibus immiſſo pecore ſuo eos depaſcatur,iam non eſt Aquilia,ſed rei perſecutio [i]:ſecundum id quod extat in 8.lib.de rebus [k]. L.vlt.

a *Syluam*. THEOD. Comburens alienam ſyluã,Aquilia tenetur.Subiicit 2.Conſt.huius tit comburentẽ vel deponentẽ alienam domum ipſa lege teneri.Nota Aquiliam perſequi id quod intereſt.

b *Is qui* THAL. Τὸ κ϶ πόδας. Legis Aquilię actione vtens aduerſus eum quem domum diruiſſe vel combuſſiſſe, & damno te adfeciſſe dicis, vt id damnum ſarciatur authoritate præſidis impetrabis. quinetiam aqua alio deriuata vt in priſtinum ſtatum reſtituatur cura præſidis impetrabis. & quidem τὸ κ϶ πόδας ita habet. Ponendum autem aqua ablata eum mihi damnum dediſſe,vel exſiccatis arboribus meis, vel mortuis ſiti pecudibus, vt ſit vtilis Aquilia, vel aquæductum euertiſſe, vt ſit directa nam ſi damni nihil fiat,peto tamen ius aquæ,poſſum in eum de ſeruitute in rem experiri. In eum autem qui combuſſit domum,eſt & alia actio quæ dicitur ædium incenſarum.

c *Qui occidit*. THEOD Qui plagis alienum ſeruum necat,damni nomine Aquilia tenetur. Delicti autem nomine tenetur de cæde. THAL. Poteſt qui habet Aquiliam criminaliter de cæde experiri. Nota,Conſtitutionem duo iudicia concedere, vt & in Inſtitutis poſitum contextum in Aquilia Nota, Conſtitutionem non dicere quid prius,quidve poſterius debeat inſtitui,ſed neq; contextum in Inſtitutis,vt poſſit quis quod voluerit,prius inſtituere,deinde aliud. forte criminali accuſatione inſtituta mediocrem pœnam iudex impoſuit,vt poſſit etiam agi Aquilia.

d *Conſtitutionis*. THEOD. Poſt probationes duplatur Aquilia ex inficiatione Idem ait 5.Conſt. huius tit in eo qui alienas pecudes fame necat,& negat ſe hoc feciſſe.

e *Duplari*. Hactenus Conſtitutio Quod ſequitur annotatio eſt Thalelæi.

f *Iureiurando*. Quære lib.22.tit.5.cap 30 & 9.th.3.& in eo Stephani annotationem circa finẽ.

g *Actoris*. Pœna enim ex iureiurando non petitur,quæ naturaliter delicto non adhæret,ſed ex inficiatione. Quære etiam lib.23.tit.1.cap.60.

h *Si quis*. THEOD. Qui pecudes per iniuriam paſcit in aliena terra,vtili Aquilia tenetur.

i *Perſecutio*. In factum.vt lib.20.tit.4.cap.14 th.4.

k *De rebus*. Quære lib.19.Digeſtorum,qui eſt in Baſilicis lib.20.tit.4.cap.14.th.4.Nota etiam ex hoc capite aliud eſſe in factum,& aliud vtilem Aquiliam. Vtilis quidem Aquilia eſt in factum. At in factum non eſt vtilis Aquilia.Hæc enim latius patet,& aliis caſibus competit.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus IV.

Vel Digestorvm Lib. ix. Tit. iii.

De iis qui effuderint vel deiecerint.

Vlpianvs.

l. 1. in pr. ff. De his qui effuder. vel deiec. SI[b] effundatur, vel deiiciatur in viam publicam, vel vbi quidam ex more conſiſtunt, & fiat damnum, conueniuntur habitatores in duplum. Si perierit liber homo[c], l. aureorum[d] condemnatio fit, ſi non perierit[e], ſed nocitum ei ſit, quanti[f] iudici æquum videbitur. Quod ſi ſeruus[g] inſciente domino fecerit, noxalis actio competit.

§.2 ¶ Et nihil refert vtrum publicus ſit locus an priuatus, dummodo per eum vulgo iter fiat. Ceterum ſi aliquo tempore non ſolebat vulgus illo commeare, tunc is qui deiecit, non tenetur.

§.3 ¶ Siue cum[h] ſuſpenderetur, ſiue poſteaquam ſuſpenſum eſt, deciderit, legi locus eſt.

§.4 ¶ Hæc actio[i] non in dominum domus[k], ſed in habitatorem in duplum competit etiã citra[l] culpam & inficiationem. Aquilia tamen vtrunq;[m] exigit.

§.5 ¶ Libero occiſo in l. aureos datur, non in duplum. Liberi enim corporis[n] æſtimatio non eſt.

§.6 ¶ Quod dicitur, ſi viuet, & nocitum ei ſit, quanti iudici videbitur condemnationem fieri, ad damnũ corpori illatũ pertinet, nõ etiam rebus[o] quæ ſimul læſæ ſunt, puta veſti, vel aliæ cuiuis rei.

§.7 ¶ Si ex habitatione[p] filiif. deiectũ ſit aliquid, ipſe tenetur, non[q] pater[r]. ex peculio[s] enim filii damnum prȩſtat. Nec enim eſt contractus: ſed quaſi delictum.

§.8 ¶ Si ſeruus[t] domũ habeat[u] in qua aliquid horũ fiat[x], neq; de peculio, neq; noxalis actio cõpetit. quia neq; cõtractus neq; delictũ eſt, ſed officio iudicis ſeruus caſtigatur.

§.9 ¶ Habitat[y] quis vel in ſuo, vel in cõducto, vel gratis. hoſpes aũt nõ tenetur, ſed is qui eũ ſuſcepit.

§.10 ¶ Si plures ſint habitatores, ſinguli in ſolidũ[z] tenẽtur: qa diſcerni nõ poteſt[a] qs deiecerit, vel effuderit.

l.2 Gai. Solutione[b] autẽ vnius non litis cõteſtatione, reliqui liberantur.

l.3 Vlpian. Et reddunt[c] ei, qui ſoluit, quiſque pro rata.

l.4 Pavl. Vel pro ſocio, vel vtili[d] actione.

l.5. in pr. Vlpian. Si ſeparatim habitẽt, ſolus ille[e] tenetur, qui inhabitat eã partẽ[f], ex qua effuſum eſt.

§.1 ¶ Si quis[g] gratuito habitationẽ prȩbuerit clientib. vel libertis ſuis, vel vxoris ſuȩ, eorũ nomine ipſe tenetur, & is qui[i] diſtribuerit amicis ſuis parua hoſpitia†, & cœnacularius† qui habitat maximam partem. quod ſi modicam partẽ retinuerit, reſiduum[k] pluribus locauerit, oẽs tenentur. † ξενίας. † ἐνοικοῦσιν.

§.2 ¶ Interdum ob indemnitatẽ actoris ille potius[l] tenetur, qui habet cubiculum ex quo effuſum eſt. Sed ſi ex medio effuſum ſit, omnes tenentur.

§.3 ¶ Si horrearius[m] vel apothecarius, vel qui locũ cõduxit in hoc vt faceret aliquid, vel doceret, deiecerit, vel[n] operantiũ aut diſcẽtiũ aliquis, tenetur.

§.4 ¶ Et condẽnati[o] Aquilia[p] habent aduerſus deiectores[q] actionẽ in factũ[r], vel locati, ſi eis[s] locauerint.

§.5 ¶ Hȩc actio[t] in factũ† perpetua eſt, & cõpetit hȩredib. non in hȩredes. De occiſo autẽ annalis eſt, & neq; hȩredibus[u], neq; in hȩredes datur. Pœnalis nanq; eſt & popularis[x], † & pluribus agere volẽtib. pfertur is cuius intereſt, vel cognatus adfinisve defuncti. At de læſo corpore liberi hominis, ipſi quidẽ[y] perpetuo cõpetit, alio † Alias ἐπὶ δικαίῳ ἀ-παιτοῦσι. † καθολική.

Digitized by Google

autē volēte agere, annalis eſt, nec cōpetit cuiquā iure hereditatis[a], quoni
† ἐν ἐξώστῃ. am pecuniarū damnum non[a] eſt. ¶ Qui[b] in protecto † qua vulgo iter §. 6
fit, vel quidam cōſiſtunt, ſuſpenſū aliquid habet[c] cuius caſus nocere poſ-
ſet, tenetur in factū in aureos 10. Quod ſi ſeru⁹ inſciēte domino fecerit,
noxalis dat̃. ¶ Tenetur quis[d] ſiue domin⁹ ſit, ſiue inquilin⁹, & ſiue ibi ha §. 8
bitet, ſiue nō, etiāſi[e] ipſe nō ſuſpēderit, ſed ab alio poſitū patiatur. ¶ Pro- §. 10
inde qui patitur ſeruū ſuſpēdere, proprio nomine tenet̃[f] nō noxali. ¶ In §. 11
his dūtaxat quę nocere poſsūt[g], loc⁹ eſt actioni in factū. Nō expectamus
vt[h] noceat, ſed omnino ſi nocere poſſit, loc⁹ eſt actioni in factum.[i] ¶ Si ꝙ §. 12
ſu[l]pēſum erat deciderit, & nocuerit, nō in eū qui habitauit[k], ſed in eum
qui[l] poſuit, datur actio. Hęc enim actio[m] in factū nō ſufficit ad damnum,
quia is qui poſuit, non videtur poſuiſſe, niſi dominus ſit domus, vel in-
† ἐξ ὑπερῴου. quilinus. Si pictoris vas vel tabula ex tabulato † deciderit, & lęſerit tranſ-
† ἀπὸ στέγης. euntē, vel amphora[n] ex tecto † ſūſpēſa, vtilis in factum[o] cōpetit. quoniam
non ex protecto decidit. ¶ hęc actio popularis[p] eſt, & competit ſucceſſo- §. vlt.
ribus non in hæredes, quia pœnalis[q] eſt.

Pavl. Non tantū ad ciuitates & vicos, ſed & ad vias per quas vulgo l. 6. in pr.
iter fit edictū pertinet. ¶ Legi locus eſt, cum interdiu decidit, niſi & no- §. 1.
ctu iter fiat. ¶ Inquilinus ſuam & ſuorum culpam præſtare debet.

Gai. Si libero nocitum ſit, cōdemnatio fit in impēſas[r] curationis, & §. 5
operas quibus caruit, & cariturus eſt, ꝙ non poſſit operari. Cicatricū ve- l. vlt.
ro & deformitatis ęſtimatio non fit: quia liberū[s] corpus non æſtimatur.

a *De iis qui*. Hæc actio in factum dicitur, quæ in eos datur, qui deiecerunt, vel effuderunt aliquid in viam publicam, & nocuerunt. quære lib. 52, cap. 5, th. 5.

b *Effundatur*. Ait Prætor in habitatorem, vnde deiectum quid vel effuſum ſit in eum locū quo populus tranſit, vel in quo conſiſtitur, in duplum actionem dabo, ſi ex eo liber perierit, in 50. aureos ſi nocitum ei ſit, in quantum iudici videbitur, ſi ſeruus inſciēte domino hoc fecerit, noxalem dabo.

c *Liber homo*. Qui agant de libero occiſo aut vulnerato dicitur Dig. 5, th. 5.

d *Aureorum*. Occiſo autem libero homine à canę vel alia fera beſtia in via publica, eius rei gratia 200 aureos dari dicitur in lib. 19, tit. 10, cap. 40, 41, 42. Quære etiam lib. 53, tit. 8, cap. 7. Hagio Theodori. Nec videatur tibi pugnare 40 41, 42 cap. 10 tit. 19 lib. Ibi enim maius eſt delictum canem ferum ſolutum habentis, & culpa euidens: vel etiam ſi quis rem vrgeat, inſidiæ quædam ſunt collocatæ tranſeuntibus. & ob id etiam cōdemnatio libero homine occiſo, videlicet in aureos 200. hic verò delictum minus eſt omnino. plerunque enim caſu euenit & leui culpa vt aliquid ex ædibus noſtris deiiciamus, vel effundamus, idq; quod effunditur, fieri poteſt vt nemini noceat. Animal autem ferum antequam noceat, plane ſcimus nociturum, niſi vinciamus diligenter.

e *Perierit*. Quære tit. 13, cap. 13, & tit. 2, cap. 3.

f *Quanti*. Hoc eſt, in mercedes quàs is qui læſus eſt medicis dedit, & in operas. Quid enim ſi faber ſit & ob id totum annum ceſſaturus ſit?

g *Seruus* Index habet, vel in id quod intereſt, vel vt noxæ dedat ſeruum, dominum eius conueniri. Innomin. Pone ſeruum ſimul habitaſſe cum domino, propter id quod eſt in fine Dig. Quidam dicunt tunc locum habere cum pro aliis delinquentibus ſeruus quaſi habitator obligatur. Lege & Dig. 5. th. 6. Poteſt vero dici, ſeruo deiiciente vel effundente competere noxalem: vt hic & in prædicto 5. Digeſt. them. 7. quod ſi ſua ſponte ex habiratione eius deciderit, ceſſare: vt in fine huius Digeſt.

h *Si cum*. Si quid in viam ſuſpenſum ſubito deciderit in aliquem, hoc etiam deiecto ſimile eſt. Sed & ſi quod ſuſpenſum erat effuſum ſit. vaſe pertuſo per ſe licet nullus effuderit, locus eſt edicto. Cyrilli. Deiectum intelligitur etſi ſuſpenſum quid deciderit, vel cum ſuſpenderetur. Effuſum item & quod pendens effuſum eſt.

i *Hæc actio*. Hæc actio non in dominum ædium vnde deiectum quid vel effuſū eſt datur, ſed in eum qui habitauit ea hora qua deiectum vel effuſum quid eſt. Ipſe enim damni cauſa eſt non dominus ædium. Diſtat autem hoc edictū ab Aquilia, quod hic non requirimus an culpa habitatoris deciderit, nec inficiationem exigimus, vt in duplum condemnetur, ſed etſi abſit culpa cum eo agimus, & omnino duplum petimus, etiāſi non inficietur. In Aquilia autem vtrunque exigimus, culpa rei damnum contingere, & inficiari eum vt in duplum condemnetur. Hic citra inficiationem in duplum condemnatur, ſeruo occiſo in 50. aureos libero occiſo, quoniam liberum corpus ęſtimationem non recipit.

Digitized by Google

k *Domus.* Cum non ibi habitat, propter 4, 5, 6. th. 5. cap.

l *Citra.* In 6. ff. ait inquilinum præſtare ſuam & ſuorum culpam.

m *Vtrunque.* Vt tit. 5, c. 30. th. 4. & c. 7. ex quibus diſces Aquiliam non aliter duplari, quam ſi culpa & inficiatio interueniat.

n *Corporu.* Ait enim lib. 50, tit. 17. ff. 106. 175. vel lib. 2, tit. 3. inæſtimabilem eſſe libertatem, & cognationem. Similiter & in fin. 7. ff. lege & tit. 1, & 2. ff. 3. & tit. 2. ff. 7. 12. th. vlt.

o *Rebus.* In iis enim rebus non iudex, ſed lex damnum æſtimat in duplum. vt th. 1. huius c. 1.

p *Habitatione.* Lege tit. 4 ff. 33, 34, 35. & lib. 52. c. 5. th. 5, & 7. & c. 38.

q *Non.* Sic accipiatur & lib. 50, tit. 17. ff. 58, vel lib 2. tit. 3. quo dicitur ex pœnali cauſa non competere in patrē de peculio, hoc eſt, non conueniri patrem de peculio principaliter ex pœnali cauſa, ſed filium. At condemnato filio in patrem datur iudicati de peculio: vt libr. 15. tit. 1. ff. 3. vel lib. 18. tit. 5. c. 3. th. 9. & huius lib. tit. 4. ff. 55. vel lib. 60 tit. 5. Quære & lib. 10. tit. 4. c. 3. th. 5. circa finem, & lib. 7. tit. 5 cap. 15 & ibi Antiquos. Filium autem familias ex omni cauſa conueniri, puta ex contractu & ex delicto oſtenditur lib. 7. tit. 5. cap. 57. & lib. 52. c. 38.

r *Pater.* A quo ſeparatim habitat filius.

ſ *Ex peculio.* Quidam libri habent, Nec pater ex peculio filii damnum præſtat, & recte. hoc enim erratum proprie delictum non eſt, vt furtum, rapina, & ſimilia, in quibus poſt condemnationem filiifamilias datur iudicati de peculio aduerſus patrem, ſed eſt quaſi delictum, vt dicitur 5. titu. 4. Inſtitutionis, & ob id fauetur patri, ne ex culpa filii damnum ferat. magna enim differentia eſt inter culpam & turpe delictum & malum animi propoſitum, & excogitatum dolum. Lege ſequens th quod valde ad hanc quæſtionem pertinet.

t *Si ſeruus.* Id eſt, ſi ſeruus habitet eo loci quo horum aliquid fit.

u *Habeat.* Si ſeruus habens domum peculiarem ſuſcipiat quoſdam extraneos pauliſper hoſpitaturos, & ab eis aliquid committatur, neq; ipſi tenentur, quia habitare non creduntur, qui pauliſper vt hoſpites in domo diuerſantur, neq; ſeruus, quia nec contraxit, nec deliquit. Seruo autem non obligato, merito nec dominus tenetur. Ex arbitrio igitur iudicis pendet, caſtigari ſeruum. Vel etiam ſic dicas, Quia non ſeruus ipſe deliquit, ſed hoſpites qui habitare non intelliguntur, & ob id non tenentur, merito ceſſat in factum. Nec vero dicet quiſquam ſeruum obligari diuerſantium hoſpitum nomine, cum non ſit eorum dominus, vt noxali actione, vel in id quod intereſt conueniri poſſit. Dicas autem aliter, quod melius eſſe arbitror, non dolo ſerui effuſum, ſed caſu fortuito, & ideo non actioni in factum, ſed arbitrio iudicis locum eſſe.

x *Fiat.* Quære in primo th. aduotationem Innominati.

y *Habitat.* Nihil intereſt, habitet quis quaſi dominus in ædibus ſuis, an quaſi conductor mercede data, an gratis ſine mercede. Hi autem qui diuerſantur apud habitatorem ædium non tenentur. nec enim in eis habitare videntur, mox diſceſſuri. At qui eos ſuſcipit, tenetur. quantum enim diſtat is qui domicilium habet in ciuitate aliqua ab eo qui peregrinatur, tantum diſtat habitator ab hoſpite.

z *Inſolidum.* Hoc eſt, agit is qui læſus eſt cum quo voluerit. Aliud in Aquilia tit. 2. ff. 2. ſiue tit. 3. huius libri.

a *Diſcerni non poteſt.* Proinde ſi conſtet qui deiecerit, vel effuderit, in eum ſolum actio erit.

b *Solutione.* De his generaliter tractatur lib. 2. Codicis tit. 40. Conſtit. 28. ſiue lib. 26. tit. 1. c. 92. Nota in hac ſpecie quæ de quaſi maleficio proponitur, vnius ſolutionem liberare ceteros, eundemque à ceteris quod ſoluit pro rata repetere. Id etiam notandum eſt, ſi ex vno delicto vel contractu plures habeo obligatos inſolidum, non ita quidem vt ſingulos ſolidum inferre, ſed omnes ſimul & ſemel ſolidum præſtare oporteat, vnius ſolutione, non litis conteſtatione reliquos liberari. Quære de contractibus lib. 26, tit. 1. cap 92. Sed excipe ſpeciem duorum reorum promittendi, in qua qui aduerſus vnum litem conteſtatus eſt, iam aduerſus alterum experiri non poteſt. hæc enim eſt natura duorum reorum.

c *Reddunt.* Quære lib. 7. tit. 5. c. 64. & lib. 10. tit. 3. c. 17.

d *Vel vtili actione.* Vtili ſiue in factum, ſi non ſint ſocii, vt ff. 10. tit. 4. ſiue tit. 5. c. 10. th. 2.

e *Solus ille tenetur.* In id quod intereſt actoris.

*μεσαίτα-τος. f *Qui inhabitat eam partem.* Sed ſi * medianum fuerit, omnes tenentur, vt th. 4.

g *Si quis gratuito.* Hoc eſt, ſi ſine mercede eis conceſſerit habitandi ius, porro ipſe habiturus eſt in eos actionem in factum, vt infrà.

h *Eorum nomine ipſe tenetur.* Quoniam ii proprie non dicuntur habitare.

i *Is qui diſtribuerit.* CYRILLVS. Si quis cum ædium eſſet dominus vel cœnacularius amicis ſuis parua dederit hoſpitia, & retinuerit ſibi maiorem partem ædificii, ipſe tenetur: ſi minorem retinuerit, habitatores tenentur.

k *Reſiduum,* Nec appareat qua ex parte effuſum ſit.

l *Potius tenetur.* Quid enim ſi is ſoluendo ſit, reliqui inopia laborent?

l Etiamſi alius deiecerit, ne eludatur actor non inuento deiectore.

m *Si horrearius.* Deficit quidem actio directa, quia non videtur quiſquam habitare in apotheca vel ſutrina ſua quoue loci artem ſuam exercet. At in factum actio datur, ſiue ipſe deiecerit vel effuderit ſiue operantium aut diſcentium aliquis.

n *Vel operantium.* Eorum qui horreario, vel apothecario operam dant.

o *Et condemnati.* Apothecarius, horrearius, vel didaſcalus.

o Sic debuit dicere. Tenentur etiam domini ædium & condemnati habent actionem in eos qui deiecerunt.

Digitized by Google

p *Aquilia.* Hoc eſt in factum vtili Aquilia. At vero qua ratione hoc ita ſit, vt damnentur lege Aquilia, non ex hoc edicto in factum actione?

q *Habent aduerſus deiectores.* Operarios puta & diſcipulos.

r *Actionem in factum.* In id quod intereſt.

ſ *Vel locati ſi eis locauerint.* Si quaſi ædificium deiectori locauerint, cum eo experiantur.

t *Hæc actio in factum.* Quæ ſcilicet competit de deiectis & effuſis.

u *Neque heredibus.* Vt hæredibus non competit, ſed quia communis eſt actio pateteque omnibus agere volentibus, poſſunt vt quilibet ex populo hoc iudicio experiri, ſi annus largiatur. Quin etiam præferuntur aliis ſi cognati hominis occiſi fuerint. nam etſi hæredes ſcripti non fuiſſent, quaſi cognati hæredibus præponerentur.

x *Et popularis.* De popularibus actionibus tractat vltimus titulus 47. libri.

y *Ipſi quidem.* Ei cui damnum datum eſt & poſt litis conteſtationẽ etiam hæredi eius extraneo.

z *Iure hereditatis.* Sed iure publico. Quære Inſtit 4. tit. 12.

a *Pecuniarium damnum non eſt.* Nec enim rei pecuniariæ, ſed corpori proprio damnũ datum eſt.

b *Qui in protecto.* Aliud eſt edictum Prætoris quod ſuperioris portio eſt. nam in ſuperiore de damno iam facto agitur deiectione vel effuſione. In hoc vero damni infecti curam gerit Prætor, ne quid in ſupradictis partibus ædiũ periculoſe poſitum habeatur. igitur huic edicto locus eſt hoc ſolo nomine, quod poſitum habeatur aliquid cuius caſus nocere poſſit.

c *Suſpenſum aliquid habet.* Huic enim edicto locus eſt. ſi eius quod poſitum eſt, caſus nocere poſſit, etiamſi nondum ceciderit, vel non ibi perpetuo qui poſuit inhabitauerit.

d *Tenetur quis.* Hoc interdicto in aureos 10.

e *Si ipſe non ſuſpenderit.* Etiamſi ipſe non ſuſpenderit, modo tollendi eius facultatem habuerit.

f *Proprio nomine tenetur.* Breuiter ſic ſtatue, Dominum qui iuſſit ſolum teneri ſuo nomine, ceſſante actione noxali. Sin vero cum prohibere poſſit, non prohibuerit, & ipſum teneri ſuo nomine, & noxalem actionem competere. Si prohibere non potuit, ſolam noxalem. Vbi enim ponimus dominum non iuſſiſſe, ibi ſola noxalis locum habet.

g *Quæ nocere poſſunt.* Non quæ qualitercunque poſita ſunt.

h *Vt noceat.* Nam etiamſi quod poſitum habetur nondum deciderit, ſi modo eiuſmodi ſit vt cadendo nocere poſſit, huic edicto locus eſt.

i *Locus eſt actioni in factum.* Hac ſcilicet actione in 10. aureos. Si enim iam deciderit & nocuerit, prior eademq; grauior in factum actio competit in duplum.

k *Non in eum qui habitauit.* Hoc eſt, non in eum datur qui habitauit quondam, nunc vero neq; habitat neq; poſuit. Quin & in eum non datur qui poſuit, ſi neq; dominus ſit ædium, neq; inquilinus. Sed in eum duntaxat qui poſuit, cum dominus eſſet vel inquilinus.

l *Sed in eum qui poſuit.* Si vel dominus fuerit vel inquilinus.

m *Hæc enim actio.* Hoc adnecte verbis illis, Datur actio, illiſque ſequentia reddas.

n *Vel amphora.* Quære tit. 3. cap. 5. th. 2.

o *Vtilis in factum.* Prior ſcilicet maiorq; actio in aureos 50. vel in duplum vtilis competit.

p *Hæc actio popularis eſt.* Id eſt, in factũ quæ in duplum cõpetit, de qua diſſeruit. ad eam enim redit modo, & quod in eo themate prætermiſerat, reponit. ibi docuit in duplum eam actionem dari: nunc docet popularem eſſe. Nec enim de ea loquitur quæ in 10. aureos competit, quæ cum ſit de damno impendenti nondum facto, qua ratione nondum læſi in re ſua hæredibus dari poſſet?

p καθολικὰ ſiue δημοτικὰ, vt & quæ in 50. aureos datur libero homine occiſo, vt th. 6. c. 5.

q *Quia pœnalis eſt.* Primo Digeſto dictũ eſt in duplũ competere etiãſi abſit culpa vel infitiatio.

r *Condemnatio fit in expenſas.* Arbitrio iudicis, vt ff. 1. th. 1. Quære tit. 2. c. 3. & tit 3 c. 13.

ſ *Liberum corpus non æſtimatur.* Similiter ff. 1. & lib. 50. tit. 17. ff. 106. & 186. ſiue lib. 2. tit. 7.

Titulus V.

Sive Digestorvm Lib. IX. Tit. IIII.

De actionibus noxalibus quibus ſerui vel quadrupedes deduntur pro noxa.

GAIVS.

EX DELICTIS ſeruorum in dominos noxales [a] actiones competunt, ita vt in eis condemnatis ſit deditione corporis [b] noxii euitare æſtimationem [c] litis. l. 1. ff. de noxal. actionib.

VLP. Si ſeruus ſciente domino [d] occiderit, dominus, quaſi ipſemet [e] videatur occidiſſe, conuenitur [f], ſi ignorante domino, noxalis [g] actio competit. ¶ Dominus [h], qui non prohibuit, tenetur [i] etiam poſt alienationẽ aut manumiſſionẽ l. 2. in pr. §. 1

ſerui,

Digitized by Google

ſerui,qui & ipſe tamen obligatur ſecundum regulam [k] quæ dictat, Noxam caput ſequi. Sed ſi dominus iuſſerit ſeruum delinquere, ipſe ſolus [l] ſuo nomine [m],non is qui deliquit tenetur. Rurſus ſi ſeruus ſciente domino furtũ fecerit,aliamve quam noxã nocuerit,dominus noxali [n] iudicio non ſuo [o] nomine tenetur ex 12.tabulis,quod eo iure liceat [p] ſeruis in hac re non obtemperare [q]. At ex lege Aquilia venia datur obtemperantibus. Cũ vero ex prioribus legib.poſteriores formã & regulam [r] ſumere oporteat,dicemus etiã lege Aquilia [s] dominũ noxaliter [t] ſerui nomine teneri [u].

l.3 IDEM. In omnibus noxalibus [x] actionibus,ſcientiam [y] domini ſic accipimus,ſi cum prohibere poſſet non prohibuit [z].

l.4 in pr. PAVL. Aliud enim eſt permittere [a], & aliud pati. nanq; ſatis non eſt ſi dominus facientem viderit nisi & prohibere potuerit.quid enim ſi proclamans in libertatem quis, vel cum trans flumen eſſet, vidente domino,inuito eo deliquerit?

§.1 ¶ Si alienus ſeruus ſciente me deliquerit,& eum redemero,noxalis tantum [b] actio competit.

§.2 ¶ Sciens dominus [c] & ſuo nomine & noxali actione tenetur.vna autem pœna exacta, quam actor elegerit [d],altera tollitur.

§.3 ¶ Siue noxali iudicio, ſiue ſuo nomine egerit quis [e],poteſt [f] ea derelicta etiam intendere ante ſententiam [g]. Poſt ſentẽtiam vero [h] in omni re agenti obſtat exceptio [i] rei iudicatæ.

l.5 VLP. Si ſeruus plurium deliquerit omnibus ignorantibus,ſinguli [k] noxali actione [l] tenentur,ſi omnibus ſcientibus,ſinguli tenẽtur [m] inſolidũ. Si vero aliis ſcientibus, aliis ignorantibus,ſcientes inſolidum, ignorantes noxaliter tenentur.

§.1 ¶ Vbi autem omnes ſcierunt, vno conuento alter non liberatur. Sciens inſolidum tenetur etiam poſt alienationem vel manumiſſionem,vel mortem ſerui,non etiam heres eius [n].

l.6 IDEM Sed & ipſe ſeruus [o] manumiſſus tenetur.

l.7 IDEM. Non alias teneor noxali actione, niſi [p] ſeruus ſit apud me. & ſi eſt,teneor,licet non fuerit apud me eo tempore quo delinquebat.& heres [q] tenetur non vt heres,ſed vt dominus.

§.1 ¶ Si emptor [r] conuentus ſit, noxali actione,venditor non tenetur,quamuis ſciente [s] eo deliquerit.

l.8 IDEM. Si [t] communis ſeruus furtum fecerit,quiuis ex dominis noxali iudicio tenetur,& vel totum [u] ſeruum noxæ dedere, vel litis æſtimationẽ præſtare debet. Sed ſi nolentibus [x] ſociis partes ſuas dedere,coactus ſit præſtare æſtimationem litis [y],habet in eos actionem familię erciſcundę, vel communi diuidundo. Poteſt & ante litis conteſtationem ſua parte cedere ei cui nocitum eſt,& euitare iudicium. quo caſu is cui pars ceſſa eſt [z],habet aduerſus alios actionem [a] communi diuidundo [b], non noxalem [c],quia ſocius [d] in ſocium noxali iudicio non agit.

l.9 PAVL. Si ſeruus familiave communis furtum fecerit vno [e] ex dominis ſciente ipſe tenetur [f], & conuentus [g] liberat ignorantem, & nihil ab eo conſequitur. Quod ſi is qui ignorauit, conuentus præſtiterit duplum [h], à ſciente ſimplum conſequitur [i].

l.10 IDEM. Sed & eo nomine agit [k] cum eo quod ſeruum communem deteriorem [l] fecit,quemadmodum agit cum extraneo,qui rem communẽ deteriorem fecit. Ceterum ſi is qui ignorauit, noxæ dediderit,actionem [m] intendit pro ſocio [n],vel ſi non erant ſocii [o],actionem in factum [p].

a *Noxaliter.* Noxa dicitur corpus,quod nocuit,hoc eſt ſeruus,vt Inſt.4.tit.8. Noxia eſt delictum.

Digitized by Google

Noxalis actio quæ ex priuatis delictis competit in hoc vt dominus noxæ dedat, vel litis æſtimationem præſtet. Ad publica delicta non pertinet, vt lib. 21, tit. 1. ff 17, ſiue lib. 19. tit. 10, & li. 50, ti. 16, ff. 200. ſiue lib. 2. tit. 2. Noxæ autem nomine omnia delicta continentur, vt lib. 50, tit. 6. ff. 238. ſiue lib. 2. tit. 2. In ff. 17. tit. 2. lib. 27. ſiue tit. 21. lib. 60. ait, vt in aliis delictis ſeruorum, ita ex cauſa iniuriarum competere noxalem actionem & electionem domino dari, vt vel ſeruum tradat verberandum, vel noxæ dedat, vel præſtet litis æſtimationem. Nota quod ait de verberibus, quod eſt elegans & alibi non inuenitur ſcriptum. & fortaſſe ſpeciale eſt in actione iniuriarum. quia pecuniarium damnum non dat qui iniuriam facit. Lege & lib. 4. tit. 4. ff. 24. ſiue lib. 10. tit. 4. aut verberari ſeruum vel noxæ dedi. Igitur non eſt ſpeciale in actione iniuriarum. Et ſi quidem 5. th. 17. cap. 21. tit. huius libri, non dixiſſet, vt in aliis delictis ſeruorum, fortaſſe verum eſſet id quod traditur, de verberibus ſpeciale eſſe in actione iniuriarum. Cum vero id adiectum ſit in contextu, ſane non eſt vera tua interpretatio, ô Antique, niſi quis pro tui defenſione dixerit, illa verba, vt in aliis delictis, ad ſolam noxalem actionem referri. Quære autem lib. 10. tit. 4. cap. 24. the. 5. de verberando ſeruo ob minoris circunſcriptionem.

d *Deditione corporis.* Nam iniquum eſt nequitiam ſeruorum vltra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe. Quære lib. 9. tit. 3. c. 6. th. 1. & lib. 10. tit. 4. c. 24. th. 5. & lib. 19. tit. 10. & ti. 21. c. 17. th. 5. & lib. 42. tit. 1. c. 10. th. 5. Nota quod ſi neq; noxæ dedere ſeruum. neq; damnum præſtare dominus velit, poteſt eum tradere verberandum & hoc ait 5. th. 17. c. 21. tit. Lege & Antiquum in hoc cap. dicentem domino electionem dari, vt aut verberandum tradat, aut ex aliis alterutrum efficiat. Quære & lib 10. tit. 4. c. 24 th. 5 Dicunt vero hoc eſſe ſpeciale in actione iniuriarum. Sciendum & illud eſt, deditum in noxam, ſi pecunia quæſita damnum reſarcire poſſit, vel ſi operæ ei impoſitæ damno ſarciendo ſufficiant, manumitti per prætorem inuito domino. & quære Inſtit. 4. tit. 8. quod eſt elegans, nec ſcriptum alibi.

c *Litis æſtimationem.* Habent autem hanc electionem quoad actum ſit in eos iudicati, vt lib. 5. tit. 3. ff. 10. th. 5. ſiue lib. 42. tit. 1. nam actio iudicati abſolute, ſiue μονομερῶς in id quod intereſt intenditur. in noxali autem actione ita pronuntiatur, Condemno illum in 10. aureos, vel noxæ dedere, vt Inſtit. 4. tit. 7. In 6. autem ff 1. tit. 42 lib. ſiue tit. 3. lib. 9. dicitur, damnatum 10. dare, vel noxæ dedere, in. 10. tantum conueniri, ſed noxæ deditione fungi poſſe.

d *Sciente domino.* Adde, Et prohibere queunte, vt ff. 3. 4. dicitur, & tit. 2. ff. 17. 44. 45. ſiue tit. 3. huius lib. & lib. 2. tit. 7. & 6. Dig 1. ſiue lib. 7. tit. 13. Quære & tit. 15. c. 2. & lib. 7. tit. 13. c. 1. th. 2.

e *Dominus quaſi ipſe.* Id eſt, ſuo nomine in id quod intereſt, non noxaliter.

f *Conuenitur.* Et id quod intereſt præſtare cogitur. quia non prohibuit ſeruum.

g *Noxalis.* Quia non debet vltra corpus ſerui damnum pati.

h *Dominus.* Qui ſciebat & poterat prohibere nec prohibuit, vt cap. 4. Sciens delinquere ſeruus nec prohibens ſiue dominus permanſerit, ſiue deſierit eſſe, tenetur in id quod intereſt. Satis enim eſt ſi eo tempore dominus fuerit, quo non prohibuit. Plus dicit Celſus, ſi fuerit alienatus ſeruus in totum, vel in partem vel manumiſſus noxã caput non ſequi. quia nihil deliquit ſeruus qui domino iubenti obtemperauit. & ſane ſi nominatim iuſſerit dominus noxam cõmitti, recte Celſus ait, noxam ſeruum non ſequi. ſin vero non iuſſerit, ſed videns delinquentẽ nõ prohibuerit, rationis non eſt, vt noxa non ſequatur caput ſerui, & ſoluatur noxa ſeruus. Celſus tamen differentiam faciens inter actionem noxalem furti ex 12. tab. & actionem legis Aquiliæ, ait legem 12. tab. etiamſi domino ſciente ſeruus furtum fecerit, aliamve noxam nocuerit, velle, vt dominus ſerui nomine teneatur non ex ſua perſona, Aquiliam autem velle vt ſuo nomine dominus teneatur, ſi eo ſciente deliquerit ſeruus. & vtriuſque legis rationem reddit: quia lex 12. tab. nõ vult ſeruos dominis iniqua iubentibus obtẽperare, imo eis non parere impune permittit. qua de cauſa delinquentibus ſeruis, nomine eorum dominus tenetur, vt noxæ dedãtur, & puniantur, quod male paruerint ſuis dominis. Lex autem Aquilia ignoſcit ſeruo obtẽperanti ſuo domino, metu mortis, & ideo dominus tenetur ſuo nomine in i l quod intereſt omnimodo, non vt ſeruum dedat. & generaliter lex 12. tab. nõ parcit ſeruis, quia potuerunt in delictis domino non obtemperare, lex Aquilia parcit ſeruo extimeſcenti dominum & obtemperanti Sed ſi verum eſt quod Iulianus ait 86. Digeſt. verba 12. tab. Si ſeruus furtum faxit noxamve nocuit, etiam ad poſteriores leges pertinere, dicere poſſumus etiam Aquilia ſeruorum nomine agi poſſe aduerſus dominos, non vt ſeruum liberemus quaſi nihil deliquerit, ſed vt dominum oneremus conuentum tam ſuo quam ſerui nomine.

i *Tenetur.* Quære lib. 2. tit. 3. cap. 50. & 109. & lib. 7. tit. 15. cap. 6. & lib. 35. tit. 6. cap. 1. them. 1. & lib. 53. tit. 2. cap. 6. & tit. 1. cap. 37. th. 2.

k *Secundum regulam.* Eandem regulam inuenies 2. the. 8. cap. 2. tit. 46. lib. & lib. 13. tit. 2. cap. 1. themate 13.

l *Ipſe ſolus.* Quære lib. 7. tit. 13. cap. 1. th. 12. & tit. 16. cap. 1. th. 2.

m *Suo nomine.* Secundum legem Aquiliam, non 12. tab. vt ſubiicitur in hoc capite. Quære ca. 17. elegantiſſimum. & tit. 3. cap. 37. th. 1. & cap. 44. & tit. 21. cap. 17. th 8.

n *Noxali iudicio.* Quo capite inuenies in hoc titulo dominum teneri tam ſuo nomine quã noxaliter. Iuriſconſultus ait de Aquiliæ tantum legis actione id accipiendum eſſe, vt in 2. the. 4. ca. & in 5. cap. non etiam in alio delicto, velut furti, quia in alio delicto, vt Iuriſconſultus ait, etiamſi ſcierit dominus, noxalis tantum actio competit ex 12. tab. vt mox cap. 8. & 9. & quære tit. 15. cap. 4. th. 2. Quære lib. 28. tit. 2. cap. 21. th.

o *Nõ ſuo nomine.* Et poſt cõdemnationẽ vel ſeruũ dedere vel dãni æſtimationẽ præſtare poteſt.

p *Liceat ſeruis.* Quære lib. 2, tit. 3. cap. 157. ſiue lib. 50. tit. 17. ff. 157. & lib. 28. tit. 21. cap. 8. ſiue lib. 25.

Digitized by Google

lib.25.tit.2.ff.21.Pauli & lib.58.tit.23.cap.11.th.7.ſiue lib.43.tit.24.ff.11. Et libr.44.tit.7.ff.20. ſiue lib.52.tit.1. Lege ea quæ tradita & adnotata ſunt in eo 21.ff.2.tit.25.lib.CYRILLI. Si ſciente domino noxam nocuerit ſeruus, dominus inſolidum tenetur nam is qui non prohibet & ſi alienauerit ſeruum in totum vel pro parte aut manumiſerit, tenetur.& damnatus ſuo nomine, non liberat ſeruum, ſed durat actio noxalis, niſi iudicatum fecerit.& quære c.4.th.2.

q *Non obtemperare.* Quære lib.1.tit.3.ff.26.27. ſiue lib.2.tit. cap 36.37.& lib.44.tit.7.ff.40. ſiue lib.52.tit.1.

r *Regulam ſumere.* Atq; ita lex Aquilia poſterior quæ dicit, ſeruum non teneri delinquentem iuſſu domini, trahitur ad 12.tab.quæ præcipiunt, ne in delictis ſerui dominis morem gerant.

ſ *Lege Aquilia.* Vt cum aliquem percuſſit ſeruus iuſſu domini, & ſuo nomine, vt in hoc ff. & in 24.

t *Noxaliter.* Hoc eſt, vt vel dedat noxæ, vel damnum pręſtet. Lex 12.tab. delinquente ſeruo iuſſu domini vult dominum teneri noxali actione tantum, coercendorum ſeruorum cauſa qui iniquis iuſſionibus dominorum parent. Lex autem Aquilia ignoſcens ſeruis dicto audientibus iubet dominos ſuo nomine teneri. qua ex re exiſtit ἀνωμαλία quædam: cui ita medetur Iuriſconſultus, vt noxalem actionem inductam 12.tab trahat ad legem Aquiliam, & ex coniunctione vtriuſque legis, miſturam conficit optimam, dominos quorum iuſſu ſerui deliquerunt tam ſuo nomine quam noxaliter teneri.

u *Serui nomine teneri.* Quære cap.2.th.2.ab initio.

x *In omnibus noxalibus actionibus.* Huic capiti etiam Antiquus conſonat.

y *Scientiam domini.* Breuiter dicamus, iubentem dominum ſolum teneri ſuo nomine non actione noxali. at non prohibentem cum prohibere poteſt, vtraq; actione teneri: prohibere nequeuntem noxali tantum, & locum eſſe regulæ, Noxa caput ſequitur, cum & locus eſt noxali actioni, vt cum non iuſſu domini ſeruus deliquit. Quære cap.2.& tit.3.c.27.th.2.& c.44.

z *Non prohibuit.* Nihil obſtat 109.c.3.tit.2 lib. quo dicitur, nullum crimen pati eum qui non prohibet cum prohibere poteſt. nam id de liberis hominibus intelligitur qui nullius poteſtati ſubiecti ſunt, vt ſequenti capite demonſtratur illo loco, Quid enim ſi proclamans in libertatem. nam ſi quem me vidente & nolente prohibere, cum prohibere poſſem, ſeruus meus verberauerit, datur ei qui vapulauit contra me actio. Ait & lib.2.tit.3.c.50. th. 2 culpa vacare eum qui ſcit & prohibere non poteſt.

a *Permittere.* Quære differentiam patientis & permittentis domini in fine 1.them.17.ca. & ibi adnotationem.

b *Noxalis tantum.* Quia alienum ſeruum prohibere non potui. nec enim eius dominu[illegible] tempore deliquit.& ideo habeo facultatem noxæ dedendi eius.

c *Sciens dominus.* Et non prohibens cum poterat prohibere.

d *Elegerit.* Etiamſi minorem elegerit nec obſtat lib.52 c.33.quod locum habet ſi ex vno [illegible] aduerſus vnam perſonam duæ competant actiones. Sed ſi ex vno delicto teneantur ſeruus [illegible] lege mihi licet vlciſci ſeruum aut liberum, & ſi elegero vnum, non poſſum aduerſus alterum [illegible]tiri, licet aduerſus eundem moueatur vtraq; actio. ſed non in idem, nempe vna deditionis, [illegible] eius quod intereſt nomine.

e *Excepit quis* Si nomine domini actum ſit quaſi cum conſcio, & neq; ſcientia domini probetur neq; delictũ ſerui, atq; ideo dominus abſoluatur, & deinde velit actor agere ſerui nomine noxali iudicio, repellitur rei iudicatæ exceptione quaſi iam finita re priore iudicio. Donec autem prius iudicium pendet quod quaſi cum conſcio domino inſtitutum eſt, actori licet pœnitere & ad noxalem actionem tranſire, nulla mentione facta ſcientiæ domini. de eadem enim re agere videtur qui eiuſdem rei gratia agit, licet actiones mutet, vt lib.51 tit.2.c.5.

f *Poteſt.* Lege lib.2 tit.10.ff.2. Nota propter id quod indiſtincte proponitur in fine.7.ff. Quęre c.24.25.26.

g *Ante ſententiam.* In 7 ff. huius tit ait emptore conuento noxali actione, venditorem non teneri, etiamſi ſciente eo ſeruus deliquerit. Et lib.14.tit 3.ff.13 ſiue lib.18.tit.1.quod ſi quis negotiationi vel kalendario ſeruum præpoſuerit, & ego quaſi in negotiationem ei credidero, & inſtituta inſtitoria actione nequiuero probare pecuniam eum accepiſſe negotiandi cauſa, mihi vtilem creditæ pecuniæ actionem competere. In quarto autem ff.5.tit.14.li. ait eum qui poteſt agere, Quod iuſſu, ſi egerit de peculio, poſtea non poſſe, Quod iuſſu, experiri, niſi deceptus egerit de peculio. Et lib.48.tit 5.ff 35.ſiue lib.60.tit.37.de adulteriis ait intra tempus emendari poſſe errorem accuſationis. quod etiam procedit in omnibus criminibus. Et generaliter traditum eſt ad finem 4.Inſt. cum rem aliam pro alia petiit vel actionem ex ſtipulatu intendit pro actione ex teſtamento, poſſe errorem in ipſo iudicio corrigere. Ait vero etiam lib.2. Codicis tit.1. Conſt.3. ſiue lib 7. eiuſd. in cap.18. editionem actionis non facere litis conteſtationem, ſed narrationem negotii iudici expoſitam. Quære lib.18.tit.2.c.9.& tit.1.c.13.th.1. Si quis præpoſuerit, & tit.3.c.4.& lib.7.tit.18.c.16. & huius lib.tit.17.c.24.

h *Poſt ſententiam vero.* Vt ſi condemnatus ſit abſoluto ſeruo, neq; noxali neq; nomine domini actor experiri poteſt quære lib.51.tit.2.c.5.

i *Obſtat exceptio.* Quære c.45.circa finem & lib 18.tit.1.c.13.& lib.54.tit.1 c.17.18.19.

i Cum videlicet damnatus eſt quaſi furto à ſeruo minime cõmiſſo ne ſciente quidem domino. nam ſi furtum commiſſum probauerit, ſcientiam domini probare nequiuerit, ruſus poteſt noxalem intendere. Nota allegationes Antiqui huius ab initio ad finem, ex quibus diſces, quando poſ-

Digitized by Google

ſit qui egit vna actione,ea omiſſa tranſire ad aliam, & quando is qui vna expertus & damnatus eſt ſummoueatur exceptione rei iudicatę etiamſi alia experiatur.diſces & in eodē iudicio poſſe emendari errorem,vt ſi quod debetur ex cauſa iudicati petitum ſit ex cauſa crediti. Nota & definitionē litis conteſtationis traditam ab Antiquo.

k *Singuli.* Et vno dedente ſeruum reliqui liberantur.

l *Noxali actione.* In ſeruum totum,vt cap.8.

m *Singuli tenentur.* Cur ſinguli conueniuntur inſolidum non pro rata? quia & multis forte furtum facientibus,& ſi ſemel teneatur condictione furtiua & furti, tamen quiuis conuenitur inſolidum,& ſolutione liberet alios,non etiam pro rata. & quære huius tit.c.39.

m Suo nomine neq; noxæ deditione fungi poſſunt, niſi volente actore. At ſi vnus ſolidum damnum præſtiterit,reliquos conuenire actor non poteſt.& quære c.17.

n *Heres eius.* Mixta enim actio in heredem niſi in id quod peruenit non datur.

o *Ipſe ſeruus.* Propter regulam quæ dicit, Noxam caput ſequi.

p *Niſi ſeruus.* Sic intelligitur 3.th.27.c.3.tit. Quære & tit.12.c.17.th.2. Quære & cap.21.24.& lib.7.tit.15.c.2.

q *Et heres.* Si ſeruus viuat & apud eum ſit. Nota eum teneri actione noxali qui poſſidet ſeruum qui noxiam commiſit.& quære c.21.& 29.& 19.th.2. Et ſi fugitiuus eſt, dominus non tenetur.& quære lib.18.c.17.th.2. Quære & tit.3.cap.27.th.3.& in eo nouam adnotationem.

r *Si emptor.* Si dominus quo conſcio ſeruus deliquit eum ſeruum vendiderit,& agatur aduerſus emptorem qui apud ſe habet eum qui noxam commiſit,conueniri iam pro huiuſmodi ſeruo prior dominus non poteſt,licet eo ſciente ſeruus deliquerit.quære c.4.th.2.& c.24.25.& 26.

ſ *Sciente eo.* In fine 4.ff.licentiam dedit agenti noxali iudio ante ſententiam tranſeundi ad actionem ſuo nomine.Sed hoc forſitan cum aduerſus eundem vtraq; competit,ſeruo non alienato.

ſ Hoc ideo quia actū eſt cum emptore prius quā cum vēditore.poſſum enim agere cū venditore ſuo nomine,quo ſciente commiſſa eſt noxa,ſi nondum egero cum emptore. Verum lege Antiquū.

t *Si communis.* Seruis communibus delinquentibus,quilibet dominorum tenetur noxali actione,nec conuentus liberatur damnatione inſolidum aliter quam ſi noxæ dedat integrum ſeruum. nec enim ferendus eſt ſi velit partem tantum quam in ſeruo habet dedere noxæ. Sed ſi dum ſocii non patiuntur ſuas partes dedi, reus damnatus ſit inſolidum ratione damni, & ſoluerit, habet aduerſus ſocios communi diuidundo: vel ſi ſint coheredes, familiæ erciſcundæ actionem. Ceterum poteſt is qui ſerui noxii dominus eſt pro parte, ante litis conteſtationem ſi velit, ſolam partē quam in ſeruo habet præbere in noxam,atque ita non cogetur ſuſcipere noxalem actionem. quia deſiit eſſe ſerui dominus. Verum ſi hoc dixerimus, eueniet vt is cui damnum datum eſt accepta parte ſerui,amittat omnem actionem.nec enim noxali poteſt agere cum ſit dominus ſerui. quia dominus pro parte noxali aduerſus ſocios agere non poteſt. Sed neq; communi diuidundo. quia ante communionem ſeruus maleficium admiſit.& hoc quidem exigit vera iuris ratio. Verum placuit communi diuidundo ei actionem eſſe.quia non ſua ſponte adquiſiuit dominium ſerui, ſed neceſſitate noxalis iudicii.

u *Vel totum.* Quære tit. 3.c.27.th.2.quo dicitur communi ſeruo occiſo, vnum ex dominis agentem aut litis æſtimationem conſequi pro parte aut ſolidum occiſorē ei dedi.& lib.7.tit.15.c.4.

x *Si noxalibus ſociis.* Quære lib.58.tit.13.c.11.th.5.& lib.12.tit.2.c.10.

y *Æſtimationem litis.* Et quomodo cogitur ſoluere omne id quod intereſt ſiue ſolidam æſtimationem litis? Hæc omnibus dominis debentibus ſemel ſoluere id quod intereſt.

z *Ceſſa eſt.* Hoc eſt,actor qui dominus ſerui factus eſt pro parte. quære c.41.

a *Actionem.* Quia venit in locum eius qui ceſſit. Et in omnibus cauſis rigori præfertur æquitas. Hæc regula huic capiti congruit.

b *Communi diuidundo.* Additur in Cyrillo, Licet non competat in maleficiis commiſſis ante communionem.

c *Non noxalem.* Regula enim eſt generalis, Pro quibus tenemur noxali actione, eorum nomine nos noxalem actionem habere non poſſe. Lege adnotationem 41.c.huius tit.

d *Quia ſocius.* Lege ff.7.& lib.2.tit.1.ff.9.ſiue lib.7.tit.3.& lib.47.tit.6.ff.5.ſiue lib.60.tit.15. Quære & cap.41.

e *Vno ex dominis.* Quære c.17.& hoc ſecundum illud intelligas.quære & tit.15.c.1.& 4.th.2.

f *Ipſe tenetur.* Verum poteſt etiam is qui læſus eſt aduerſus ignorantem agere.

g *Et conuentus.* Hoc ff.itemq; 17.quidam intelligunt de eo qui iuſſit. Quære c.46.& ibi ſcholiū & c.47. Quære & cap.5.

h *Præſtiterit duplum.* Lege finem 48.ff.30.lib.ſiue lib.44.tit.1.

i *Simplum conſequitur.* Quia enim ſi cum eo actum fuiſſet,coactus fuiſſet ſolidum præſtare quaſi ſciens, ſoluet & dimidium eo qui ignorauit conuento & condemnato. Lege & 17. c. in quo ait quemlibet à ſe ſoluti dimidium repetere.

i Nec enim cogebatur præſtare damnum, & de ſe queri debet, qui cum poſſet dedere ſeruum, dignum forte 10.maluit præſtare litis æſtimationem, veluti 60.

k *Eo nomine agit.* Serui corrupti. ſic Cyrillus.

k Hoc ff.& 9.& 17.quidam intelligunt de eo qui iuſſit.

l *Deteriorem.* Quære tit.6.c.9.& lib.9.tit.3.c.21.& 52.

n *Pro ſocio.* Vt conſequatur æſtimationem dimidiæ partis ſerui. quia ſciens debuit facientem prohibere. o *Erant ſocii.* Vt quia ex legato vel donatione ſeruum nacti erant, res enim communis

munis eſt etiam ſine ſocietate, vt lib. 20. tit. 3. ff. 2. ſiue lib. 12. tit. 2. & lib. 17. tit. 2. ff. 31. ſiue lib. 12. tit. 1. Quære & lib. 12. tit. 2. c. 2. & eiuſdem tit. 1. c. 32.

p *In factum.* Communi diuidundo actio non habet locum: quæ tunc ſolum intenditur cum agitur de diuidenda re communi vel de damno ſarciendo illato occaſione rei communis, vt lib. 12. tit. 2. c. 3. Communi autem ſeruo noxæ dedito, quî poteſt locus eſſe actioni communi diuidundo? Sed & in 11. c. eiuſdem tituli poſt corruptionem rei communis, datur vtilis communi diuidundo, quod eſt in factum. Nota deficiente omni actione, in factum competere. & quære lib. 29. tit. 1. c. 92. & lib. 44. tit. 1. c. 48. th. 2.

l. 11. VLPIAN. Bonę [a] fidei poſſeſſor furis ſerui, non etiam dominus[b], tenetur. Sed deditum non facit accipientis[c]. Ceterum ſi dominus eum vindicet, vel exceptione ſummouetur[d], vel per iudicẽ indemnitas ei ſeruatur.

l. 12. PAVL. Si bonæ fidei poſſeſſor dimiſerit ſeruum ne ſecum ageretur, tenetur, quaſi dolo deſierit poſſidere[e].

l. 13. GAIVS. Malæ quoque fidei poſſeſſor [f] tenetur noxali actione.

l. 14. in pr. VLPIAN. Si plures conueniant [g] me noxali actione ex noxa vnius ſerui[h], qui prior vicit[i] eum conſequitur: nec tenetur poſtea[k] vincentibus, licet priores egerint[l].
§. 1 ¶ quod ſi erat ſtatuliber[m] & ante ſẽtẽtiam[n] exiſtente[o] conditione eum manumiſero vel præſtitero[p] legatario, liberor[q]: vt & ſi ante ſententiam[r] ei fideicommiſſariam libertatem[s] impoſuero. Is qui dedit noxæ[t], cauere debet [u] de euictione ex ſuo facto [x] contingente.

l. 15. GAIVS. Si ſententiæ tempore pendeat conditio libertatis, noxæ [y] deditione liberabor. Sed ſi ante ſententiam [z] exiſtat conditio, transfertur[a] iudicium in eum [b].

l. 16. IVLIAN. Si hæres ſtatuliberum dolo deſierit poſſidere, atq; ideo conuentus ſit ſuo nomine[c] non noxaliter, etiam poſt euentum conditionis[d] condemnatur, [e] ſicut & [f] poſt mortem ſerui.

l. 17. PAVL. Si vno[g] ex dominis ſciente, altero ignorante ſeruus deliquerit & ignorans cõuentus prior noxę dediderit ſeruum, agetur etiam cũ altero in id quod amplius eſt in æſtimatione damni cõputato[h] pretio ſerui. Ipſi tamen inter ſe ſic admittunt cõmuni diuidundo iudiciũ, vt ſciens[i] quidẽ non totius ꝙ ſoluit dimidium recipiat, ſed dimidium[k] ęſtimationis ſerui, ignorans aũt totius[l] quod ſoluit[m] dimidium[n] repetat à ſciente[o]. At is [p] qui iuſſit[q] ſeruũ delinquere, nihil[r] à ſocio cõſequitur.
§. 1 ¶ Si proprietarius[s] noxę dedat ſeruũ, facit[t] etiam vſumfructũ accipientis: poteſt[u] autẽ proprietarius[x] per Prætorem[y] cogere fructuariũ, vt vel cõferat[z] partẽ condemnationis, vel cedat[a] vſufructu. Sed ſi proprietarius nolit defẽdere [b], defẽſio fructuario ꝑmittitur, & ſi victus dediderit ſeruũ, non tenetur[c] proprietario[d].

l. 18. POMP. Fructuarius [e] ſerui cum domino agit furti, non dominus cum fructuario, [f] quãuis ſeruiat ei. dedens[g] aũt fructuario[h] dominus liberatur.

l. 19. in pt. PAVL. Si [i] in re communi damnum nobis dederit alienus ſeruus, & cũ domino agamus, vel id quod intereſt vtriq; [k] vel ſeruum præſtat. Sed ſi vni [l] dediderit, ab alio liberatur. & ſeruus communicatur[m] per actionem communi diuidundo.
§. 1. ¶ Si [n] operas † fructuarii ſerui dominus conduxerit, noxali actione damnatur [o]. † [illegible]

l. 20. GAIVS. Si [p] ex pluribus noxis diuerſis temporibus de eodem noxaliter egero, dedito [q] mihi ſeruo, amplius agere cum domino[r] non poſſum. ſed ſi dominus litis ęſtimationem ſuſtulerit & à me [s] ex aliis noxis & ab alio conueniri poteſt [t].

l. 21. in pt. VLPIANVS. Dominus qui non vult [u] ſuſcipere iudicium noxale,

Digitized by Google

ſeruum noxæ dedere debet. alioquin [x] conuenietur noxali iudicio, non tamen condēnabitur [y] niſi poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere. ¶ Is qui §. 1.
certo dominus [z] eſt & bonæ fidei poſſeſſor etiam abſentes [a] ſeruos defendunt, cæteri [b] pręſentes tantum [c]. ¶ Si quis [d] negauerit ſeruum ſe exhibe- §. 2.
re poſſe, electionem [e] actor habet vt vel ei deferat [f] iuſiurandum quo iuret ſe nec poſſe exhibere nec dolo deſiiſſe, vel agat [g] cum eo ſuo nomine.
¶ Quod ſi ſeruus ſit in fuga vel peregre, non [i] poteſt eum exhibere. ¶ Et §. 3.
ſi reus nolit [k] iurare, condemnatur quaſi contumax, ſicut & is qui neque §. 4.
defendit abſentem [l] neq; exhibet. ¶ Tutores [m] & curatores huiuſmodi §. 5.
iuſiurandum dant, non etiam procuratores. ¶ Qui [n] iurauit non eſſe in §. vlt.
ſua poteſtate, ſi poſtea, [o] fiat in eius poteſtatem, tenetur, nec habet [p] præſcriptionem iuriſiurandi, nec permittitur [q] ei noxæ deditio.

a *Bonæ fidei.* Lege ff. 27. 28. In lege autem Aquilia bonæ fide poſſeſſor non tenetur, vt tit. 2. ff. 27. th. 4. ſiue tit. 3. Is autem cui liber homo bona fide ſeruit, noxali actione non tenetur, & ſi actū fuerit, integra manet actio cum eo qui admiſit, vt lib. 11. tit. 1. ff. 13. in fine, ſiue lib. 42. tit. 4. Lege & tit. 2 ff. 1. ſiue tit. 3. huius lib. cap. 27. th. 3.

b *Non etiam dominus.* Noxa enim caput ſequitur. Quære tit. 6. c. 1. th. 2. & c. 19. huius tituli th. vlt. & Antiquum, & tit 6. c. 38. elegans, & hoc ſecundum illud intelligatur.

c *Accipientis.* Quia is qui tradit ſeruum, non eſt verus dominus. Lege ff 27. 38. quibus quæ ad hanc rem pertinent, latius explicantur. Verum ſi agat dominus repellitur exceptione ab eo cui ſeruus traditus eſt.

d *Exceptione ſummonetur.* Qui ſeruum accepit in noxam, excludit dominum non præſtantem indemnitatem, neceſſario igitur præſtare dominus damnum debet, ſi velit habere ſeruum. Nota rem inter alios iudicatam aliis nocere.

e *Dolo deſierit poſſidere.* Nam qui dolo deſiit poſſidere, pro poſſeſſore habetur, vt lib. 2. ti 3. cap. 131. & 150.

f *Malæ quoque fidei poſſeſſor.* Abſurdum enim eſt meliorem eſſe conditionem prædonis quam bonæ fidei poſſeſſoris.

g *Si plures conueniant.* Pone ſeruum meum pluribus damnum dediſſe. quære cap. 20. & lib. 7. ti. 14. cap. & tit. 15. cap. 2. ἀναντιῤῥήσεως.

h *Ex noxa vnius ſerui.* Nota pluribus mecum agentibus noxali iudicio eiuſdem ſerui nomine, eum qui prior vicerit, conſequi ſeruum, & liberari à cæteris. Simile lib. 18. tit. 5. cap. 10.

i *Qui prior vicit.* Et non corrumpitur noxæ deditio anterioribus delictis, vt lib. 7. tit. 15. cap. 1. Quære & cap. 20. & lib. 9. tit. 3. cap. 61. Nota victorem hic accipi pro eo qui condemnauit, & exegit.

k *Non tenetur poſtea.* Si vero non tradidi in noxam, ſed litis æſtimationem præſtiti, nihilominus teneor cæteris vt ff. 20. Quære lib. 15. tit. 1. cap 26.

l *Licet priores egerint.* Sic in actione de peculio præfertur non qui prior egit, ſed qui prior ſententiam retulit: vt lib. 15. tit. 1. ff. 10. ſiue lib. 18. tit. 5. Lege quæ in eo adnotata ſunt. & ff. 24.

m *Statuliber.* Vt ſi me dominus eius hæredem inſtituerit & reliquerit ſeruo libertatem ſub cōditione, & is poſt mortem domini antequam exiſteret conditio libertatis, noxiam commiſerit. CYRILL. Si ſeruus legatus ſub conditione vel conditionali libertate aut fideicommiſſaria honoratus damnum dederit, ſiquidem ante condemnationem exiſtat conditio vel manumittatur, iudicium ſoluitur: ſin minus, dedens eum noxæ hæres cauet ex ſuo facto eum euictum non iri. exiſtente autem conditione, ipſe conuenitur ſuo nomine, non exiſtente, hæres tātum noxæ dedere debet. ſed ſi dolo deſierit poſſidere, id quod intereſt exigitur, etiamſi exiſtat conditio vel moriatur ſtatuliber.

n *Ante ſententiam.* Antequam pronuntietur de noxali actione.

o *Exiſtente.* Sub qua relicta eſt libertas. quære lib. 48. tit. 5. cap. 25.

p *Præſtitero legatario.* Cum non manumiſſus ſed legatus eſt.

q *Liberor.* Quia non dolo meo amiſi dominium ſerui.

r *Ante ſententiam.* Hoc eſt, vt ſi in diem relictam libertatem ante ſententiam veniente die præſtitero.

ſ *Libertatem.* Inuitus enim eam impoſui quaſi hæres ex iuſſu teſtatoris domini ipſius ſerui.

t *Dedit noxæ.* Legatum ſeruum vel ſtatuliberum prius quam quid eorum quæ ſupradicta ſunt contingeret.

u *Cauere debet.* Vt ſe non vendidiſſe vel obligaſſe eum alteri vel manumiſiſſe. Cauet & de dolo, vt ff. 32. Quære & lib. 10. tit. 3. cap 9. th. penult.

x *Suo facto.* Non aliunde, vt ſeq. cap. Nam ſi conditionalis erat libertas, & nunc exiſtente conditione eum manumiſerit, non eſt obligatus. nec enim id ſuo facto contigit.

y *Noxæ deditione.* Nam quod pendet, non videtur eſſe, vt lib 2. tit. 3. cap. 170. & ideo recte deditur noxæ cum adhuc ſeruus ſit.

z *Ante*

Digitized by Google

z *Ante ſententiam.* Nam ſi poſt ſententiam exiſtat conditio, in manumiſſum nulla competit actio, cum ſemel deditus fuerit actori cui noxiam commiſerat in ſeruitute. ſed neque domino in ſeruum poſt libertatem competit actio.

a *Transfertur.* Hoc verbo ſignificatur, non ceſſare ea quæ præiudicata ſunt de domino ſerui manumiſſi ſub conditione, ſed illis conſequenter agi etiam hodie cum ſeruo manumiſſo. Ideo enim ait transfertur. quia ſi præiudicata inutilia ſunt, fruſtra vteretur hoc verbo. Quære lib. 21. tit. 2. c. 14. & ibi Antiquum.

b *In eum.* In ſtatuliberum. quia noxa caput ſequitur, quære lib. 7. tit. 15. cap. 4. th. 2.

c *Suo nomine.* Hoc eſt in ſolidum, vt c. 39. & 24. & 25. & 26. th. 3. & c. 21. in fine.

d *Conditionis.* Libertatis, atque adeo ſeruo manumiſſione idoneo facto ad ſuſcipiendum iudicium.

e *Condemnatur.* In ſolidum, propter dolum admiſſum à poſſeſſore.

f *Sicut & poſt mortem.* Si modo poſt litis conteſtationem vita deceſſerit. Nam ſi ante litis conteſtationem deceſſerit, liberatur, vt ff. 26. the. 3. & fin. 3. th. 39. cap. Et generaliter qui dolo deſiniit ſeruum poſſidere, propria actione tenetur in id omne quod intereſt, & noxæ deditione fungi non poteſt.

g *Si vno.* Si ex duobus dominis vno ſciente, altero ignorante ſeruus deliquerit, & prius cum eo, qui neſciebat, actū ſit, & noxæ dediderit ſeruum, iniquiſſimum eſt viliſſimi hominis deditione alterum dominum liberari, quo ſciente ſeruus deliquit. Quid ergo? Agetur etiam cum altero. & ſi quid ſupra pretium dediti ſerui amplius eſt in æſtimatione damni, in id condemnatur. Cæterum inter ſe duo domini agunt communi diuidundo. & quod præſtiterit is quo ſciente ſeruus deliquit, non totius, ſed æſtimationis tantum ſerui partem petit: quod vero alter ſoluit quo ignorante ſeruus deliquit, eius totius partem petet. Hæc de ſciente domino & non prohibente ſeruum delinquere. At ſi dominus iuſſerit ſeruum delinquere, & condemnatus ſit, nihil omnino à ſocio conſequitur, quia ex ſuo delicto condemnatus eſt. Cyrilli. Si cum vno ex dominis quo ignorante ſeruus deliquit, actum ſit, & noxæ dediderit ſeruum, is qui ſciebat non liberatur, ſed tenetur in reliquum. & ſi quidem ſciens præſtiterit æſtimationem damni, non repetit niſi partem æſtimationis ſerui, ignorans datorum partem repetit. Is autem qui iuſſit ſeruum facere, nihil repetit.

h *Computato.* Secundum hoc intelligitur 9. & 10. ff. Nota eum qui noxali actione & ſuo nomine, vnaquaque in ſolidum non teneri, ſed pro ratione eius quod amplius eſt, ſubducto eo quod ante datum eſt.

i *Vt ſciens.* Cum quo actum eſt quaſi conſcio, ſuo nomine, & qui ſolidum ſoluit, veluti aureos triginta.

k *Dimidium.* Veluti 10. aureos tantum. Quære tit. 15. c. 4. th. 2. & ne exiſtimetur obſtare.

l *Ignorans totius.* Quid enim ſi etiam ſoluerit impenſas, quaſi ignorans & fruſtra litigans?

m *Quod ſoluit.* Quære lib. 12. tit. 2. cap. 7. th. vlt.

n *Dimidium.* Æſtimationis impenſarum. quære c. 9. neceſſario.

o *A ſciente.* Nec enim locus fuit noxali iudicio, vt ff. 2.

p *At is qui iuſſit.* Nota differentiam inter dominum ſcientem & non prohibentem, & iubentem aliud enim eſt pati, aliud iubere. & quære cap. 4. Et ignorans quidem omnium, quæ ſoluit, partem recipit: ſciens & non prohibens cum poſſet prohibere, partem æſtimationis ſerui: iubens, nihil.

q *Iuſſit.* Non tantum qui ſciuit ſed & qui iuſſit.

r *Nihil.* Eorum ſcilicet quæ conuentus præſtitit. quia ſolus conuentus eſt ſuo nomine, non noxali, vt c. 2 circa medium, & ex ſuo delicto.

ſ *Si proprietarius.* Lege ff. 27. & lib. 2. tit. 9. ff. 3. ſiue libr. 7. tit. 15. & libr. 7. tit. 1. ff. 17. ſiue lib. 16. tit. 1. Quære cap. 21. them. 2. etiam abſentem ſeruum defendi à domino vel bonæ fidei poſſeſſore.

ſ Et poſſeſſor, ſecundum fin. vlt. th. 19. c. quod lege.

t *Facit.* Non confeſtim, ſed ſi fructuarius non ſoluat æſtimationem litis, denegatur ei vſusfructus poteſt autem intra decennium fructuarius præſtare æſtimationem litis & conſequi ſeruum: quia vſusfructus neque noxæ deditione neque vſucapione corrumpitur. & quære lib. 16. tit. 1. cap. 17. Ita vero demum poteſt intra decennium defendere ſeruum, ſi non fuerit prouocatus ab eo qui in noxam ſeruum accepit. nam ſi vocatus defenſioni defuerit, vſumfructum amittit. & quære cap. 27. huius tit.

Nam noxa diuiſionem non recipit. & quære tit. 3. c. 27. th. 2. finem.

u *Poteſt.* Nam in multis caſibus vſusfructus pars dominii eſt.

x *Proprietarius.* Qui conuentus eſt, necdum ſoluit.

y *Per Prætorem.* Quia non potuit dedendo ius incorporale transferre in accipientem.

z *Conferat.* Quod ex condemnatione debetur pro rata vſusfructus.

a *Vel cedat.* Vt plenum & integrum ſeruum habeat is cuius intereſt.

a Alio præſtante de ſuo ſolidum damnum.

b *Nolit defendere.* Seruum qui deliquit. quære lib. 7. tit. 15. cap. 3. & lib. 16. tit. 1. cap. 17. them. 2. & ibi Antiquum.

c *Non tenetur.* Quia iure dedidit etiam dominium ſerui.

d *Proprietario.* Vt ei dominio cedat.

e *Fructuarius.* Valde congruit huic capiti 25. regula 2. tit. 2. lib. quę dicit, In ſolidum rem meam

Digitized by Google

eſſe in qua alter vſumfructum vel ſeruitutem habet. & ob id merito non habet proprietarius noxalem actionem aduerſus fructuarium. quia noxalis dominum facit accipientem. hic vero cũ ſit dominus ſerui, dominus fieri amplius non poteſt. Sed neque inter ſeruum & dominum eſſe actio poteſt.

e Vt & quilibet extraneus, ſi quid ei ſeruus ſubripuerit. Et hic non eſt locus regulæ dicenti, In multis caſibus vſumfructum partem dominii eſſe. nam ſi fructuarius eſſet dominus, noxali iudicio non ageret. & quære cap. 41. Quære tit. 12. cap. 46. th. 4. & ibi ſcholium.

f *Cum fructuario.* Niſi ad eum ſeruus rem ſubreptam pertulerit.

g *Dedens.* Quære lib. 16 tit. 4. cap. 27.

h *Fructuario.* Manet igitur proprietarius ſolutus omnino, niſi ſciente eo, & cum poſſet prohibere, non prohibente, furtum factum ſit: quo caſu ſuo nomine tenetur, quaſi videatur ipſemet deliquiſſe.

i *Si in re communi.* Lege Dig. 8. & tit. 2. Dig. 27. th. 3. CYRILLI. Si rei communi damnum datum ſit, debent domini ſimul accipere in noxam. & ſi vnus acceperit, reus quidem liberatur, ſed is qui accepit tenetur communi diuidundo.

k *Intereſt vtrique.* Nam & ſi vtrique competat noxalis actio legis Aquiliæ, non cogitur vtrique inſolidum dedere ſeruum.

l *Si vni dediderit.* Puta ab eo ſolo conuentus. quære tit. 3 cap. 27. th. 2.

m *Seruus communicatur.* Quia enim ſolus ob damnum illatum rei communi ſeruum adquiſiuit, tenetur alteri communi diuidundo vt ſeruum noxæ deditum communicet. Quia occaſione rei communis lucrum fecit, vt lib. 10, tit 3. Dig. 3. ſiue lib. 12. tit. 1. cap 3.

n *Si operas.* Si ſerui mei, in quo alius vſumfructum habet, operas conduxero, conuentus noxali actione, cogar eum noxæ dedere, quia apud me [eſt] corporaliter quaſi conductorem operarum.

o *Damnatur.* Quaſi poſſeſſor. Vel finge dominum poſſediſſe ſeruum. nam ſi non poſſidebat, neceſſe eſt domino litiganti adſiſtere fructuarium, vt ne res inter alios iudicata aliis noceat.

p *Si lex.* Lege Dig. 14, & 19.

q *Dedito.* Lite conteſtata ex vna cauſa.

r *Cum domino.* Cum iam ſit apud me noxium caput.

ſ *A me.* Quære lib. 7. tit. 15. cap, 2.

t *Conueniri poteſt* Quandoquidem ſerui dominium habet.

u *Non vult.* Quære lib. 7. tit 7. cap. 2.

x *Alioquin conuenietur.* Si extra iudicium non dedat ſeruum.

y *Non tamen condemnabitur.* Suſcepta actione noxali. quære cap. 7.

z *Is qui certo dominus.* Quia ii ſoli videntur ſuſtinere perſonam ſerui, cum & iis ſolis adquiratur.

z Dominus ſeruum ſuum abſentē defendere poteſt, alienum autem ſeruum abſentem defendere non licet, niſi dubitetur ſuus an alienus ſeruus ſit. & generaliter ſi conſtet ſeruum meum eſſe vel bona fide ſeruire mihi, etiam abſentem defendere poſſum. alioquin non niſi præſentem. quęre lib. 56. tit. 1. cap. 2. Quære cap. 22. & 32. & 29. & tit. 6. cap. 38.

a *Abſentes.* Ea abſentia qualem dicit 22. cap. EIVSDEM. Et non coguntur exhibere reos. quęre & tit. 12. cap. 17. th. 2. & tit. 33. cap. 11.

b *Cæteri.* Veluti curatores, tutores, fructuarii, creditores, negotiorum geſtores, procuratores, depoſitarii, commodatarii. Hi enim neque poſſident neque his acquiritur.

c *Præſentes tantum.* Et eos exhibere coguntur.

d *Si quis negauerit.* CYRILLI. Ait prætor, Conuentus noxali iudicio ſi negauerit ſe habere ſeruum, eligat actor vtrum malit deierare reum, ſe neque poſſidere neque dolo deſiiſſe: an nolente eo deierare, agere directa actione. In poteſtate videtur habere is qui poteſt exhibere. quid enim ſi in fuga ſit vel peregre? Qui non vult iurare, vt contumax damnatur.

e *Electionem.* Quære lib. 7, tit. 15, cap, 2, th. 2. & Stephani annotationem.

f *Vel ei deferat.* Proinde quia delati iuriſiurandi meminit Prætor, prius is qui defert, iurare debet de calumnia. Quære cap. 22, them. vltim. & 26. them. 4. Quære cap. 16. & ibi antiquam annotationem.

g *Vel agat.* Si nolit iuſiurandum deferre. EIVSDEM. Si non iurauerit. quære 3, cap. 22.

h *Suo nomine.* In id omne quod intereſt ratione doli. quod notatu dignum eſt. nam trahi ad eos poteſt qui habent inſtrumenta, neque ea iuſta ratione requirentibus reddere volunt. quære cap. 26. th. 4. & Antiqui finem.

i *Non poteſt.* Quære lib. 15, tit. 4. c. 5, th. 7.

k *Reus nolit.* Quod ſi reus delatum iuſiurandum non præſtiterit, ſimilis eſt ei qui neque defendit ſeruum, neq; exhibet: qui omnino condemnantur quaſi contumaces.

l *Abſentem.* In 3, them. ſequentis Dig. ait eum qui non defendit abſentem, in id quod intereſt damnari.

m *Tutores,* Si ſeruus noxius ſit in dominio eorum qui tutorum vel curatorum auxilio reguntur, tutoribus vel curatoribus deferendum eſt iuſiurandum. Si vero maior 25. annis dominus ſerui procuratorem habeat, dominus iurat non procurator. quęre lib 22, tit. 5, c, 34, th. 2, 3, & 5, & eiuſdem tit. 6, c. 4, & lib. 7, tit. 14, cap. 20. Nota quod dicitur de tutore & curatore, in iureiurando neceſſarium, hoc eſt agi in eum noxali actione, non ſecundum propriam naturam, ſed in id quod intereſt. Sic Stephanus ait in 2. cap. 15 tit. 7. lib. Lege lib. 12, tit. 2, Dig. 34, ſiue lib. 22, tit. 5, & tit, 3. ff. 4, ſiue lib. 28, tit. 6.

n *Qui*

Digitized by Google

n *Qui iurant.* CYRILLI. Si poſt iuſiurandum ſeruum recipiat reus, rurſus tenetur ſuo nomine. quære lib. 15. tit. 4. c. 23. & 8.

o *Si poſtea.* Quære lib. 15. ti. 1. c. 26, & ti. 4. c. 8. 23. & lib. 42. ti. 1. c. 12. 13. & li. 9. ti. 11. c. 8. & li. 51. tit. 2. c. 9. 17. 18.

p *Nec habet.* Quære finem vlt. th 23. cap. 3. tit & lib. 51. tit. 2. c. 17. & 18. & lib 9. tit. 11. c. 8.

q *Permittitur.* Ponendum eſt actum fuiſſe ex actione, ex qua potuit ſuo nomine conueniri veluti Aquilia. Conuentum autem iuraſſe ſeruum ſe habere neque dolo deſiiſſe habere. deinde nactum poſſeſſionem ſerui. Et ait Iuriſconſultus ideo quod ab initio litis ſuo nomine conuentus ſit, ex integro eum ad eundem modum conueniri, nec audiri volentem noxæ dedere, & dicentem priorem litem extinctam iureiurando, nunc quaſi exinde ſibi ſatisfieri non poſſit actor deſiderare, noxali experiundum eſſe. nam rurſus, vt dictum eſt, ſuo nomine conuenitur. At quæro, Cum ſuo nomine ab initio conuentus ſit, quid opus fuit præſentia ſerui? noxalis quidem non aliter intendi poteſt, quam ſi præſens ſit ſeruus, vt c. 7. Sed non ideo cenſeo de ea quæ ſuo nomine intenditur in factum in id quod intereſt, quære c. 16.

q Puta ſi recuperato ſeruo & exhibendi eius facultate indepta, eum contumaciter non exhibeat, damnatur vt cõtumax & doloſ⁹ in id quod intereſt ſuo nomine. Vel ſic: quia poteſt eũ exhibere, antequã exhibuerit, noxę dedere non poteſt: Sed debet primum exhibere, deinde dedere, cum pręſentiũ, nõ abſentiũ deditio fieri ſoleat. quære cap. 22. them. vlt. circa finẽ & ibi annotationem.

q Nam ſi actor hoc plane probauerit, poſt iuſiurandum perueniſſe ſeruum in illius poteſtatem, iam noxę eum dedere non poteſt. quia etſi iuriſiurandi tempore habuerit apud ſe ſeruũ & peierauerit, nunc non habeat, non tenetur. Sic igitur intelligendum illud eſt, non permitti noxæ deditionem, vt cogatur exhibere nec poſſit dedere ante exhibitionem, poſt exhibitionem poſſit. quęre li. 56. tit. 1. c. 1 th. vlt circa finem, & ibi annotationem quære li. 7. tit. 15. cap. 2. th. 2. & hoc ſecundum illud intelligas.

PAVL. Commodati[a], aut depoſiti ſerui nomine dominus tenetur. ei .n. ſeruire intelligitur, & maxime ſi copiam habeat recuperandi ſerui[b]. L. 22. in pr. ¶ Idẽ iuris eſt in ſeruo precario dato vel pignerato[c]; ſi domin⁹ habeat pecuniã qua pigneratũ liberare[d] poſſit. §. 1 ¶ nec .n. ab eo qui pertulit damnũ, cogi[e] poteſt res ſuas vendere repetendi ſerui cauſa[f]. §. 2 ¶ Dominus qui confitetur ſe habere[g] ſeruum, & non exhibet, aut exhibeat eum, aut abſentẽ [h]defẽdat: alioquin in id quod intereſt damnatur, atq; [i]ſi præſentem non dederit. §. 3 ¶ Domino negante ſeruum ſe habere permittitur[k] actori vt iuſiurandum deferat, vel agat[l] in id quod intereſt: & ſi probauerit eum habere, vel dolo deſiiſſe, vincit: ſi minus, cauſa cadit[m]. §. vlt.

GAIVS. Sed ſi poſtea[n] eum reus habuerit, tenetur ſine auxilio[o] exceptionis. L. 23.

Dominus[p] qui dolo deſiit poſſidere tenetur, etiamſi poſſit actor cum alio agere, vt cum manumiſſus[q] vel alienatus ſeruus. electionẽ[r] igitur habet actor in quem volet agendi. L. 24.

GAIVS. Niſi manumiſſus, vel nouus[s] dominus parati ſint iudicium ſuſcipere. L. 25.

PAVL. Vno autẽ electo[t] alter liberat̃. nec .n. lucrũ facere debet actor. L. 26. in pr. ¶ Quod ſi plures dolo fecerint quominus poſſiderent[u], eliget actor quẽ velit conuenire. §. 1. ¶ Item ſi quidam partes ſuas dolo deſierint poſſidere, electio actoris eſt vtrum in eos an in poſſeſſores agere velit. §. 2. ¶ Si alienum [x]ſeruum in iudicio meum dixero[y], & ego teneor & dominus ſerui, & vno ſoluente alter liberatur. §. 3. ¶ Si is quem[z] dolo deſieram poſſidere, deceſſerit priuſquam mecum ageretur, liberor[a], niſi moram fecerim in iudicio accipiendo. §. 4. ¶ Ex mendacio[b] defuncti heredibus vel in heredes actio non competit. neque in ipſum[c] quolibet[d] tempore. nam liberum ei eſt vno modo ſiue abſolute† abſentem ſeruum defendere inſolidum, & euitare nudam vel tormentis exactam † interrogationem[e]. & qui negauit ſe habere ſeruum, poteſt ante litem[f] conteſtatam fateri, non etiam poſt litem conteſtatam, niſi minor ſit[g]. §. 5. ¶ Si abſente domino vel §. vlt.

†αὐτοτελῶς.
†ἀβασάνου.

etiam præſente qui in integrum reſtitui[i] poſſit ſeruus dedatur, redditur[k] eidem defendenti. Domino non defendente[l] liberum eſt fructuario[m] & creditori pigneratitio[n] defendere. Idem dicendum eſt de ſociis ſi vnus ex eis præſens non defendat[o]. & his caſibus non amittit[p] actionem actor[q], licet deditione dominus effectus ſit.

Gaivs. Sed & ſi[r] præſens fructuarius vel creditor non defendat, pignus quidem ipſo iure liberatur[s], ſed vſusfructus manet, donec non vtendo conſtituto tempore pereat. denegatur[t] autem fructuario vſusfructus perſecutio. ¶ Qui alienum[u] ſeruum in iudicio ſuũ eſſe dicit, deditione quidem non liberatur[x], quia eũ non facit accipientis, ſed ſi dominus eum vindicet nõ oblata æſtimatione litis, repellitur præſcriptione doli. l.27.in pr. §. 1

Afric. Et generaliter qui iuſtam ſeruitutem ſeruiebat, ſi conuento poſſeſſore noxæ deditus ſit[y], actor qui nunc poſſidet aduerſus dominum exceptionem habet, niſi litis æſtimationem prǽſtet, & Publicianam[z] domino poſſidente[a], nam & eius dominium adquirit[b], licet ſcierit alienũ eſſe[c], ſicut & is qui à prætore accepit[d] indefenſum. alioquin ſi aliter conſtituatur[e], cogetur omnino bonæ fidei poſſeſſor litis æſtimationem prǽſtare[f], & non dedere noxæ. l.28.

a *Commodati.* Commodatarius & precarius & creditor pigneratitius non tenetur, ſed dominus ſi pecuniam habeat ex qua redimat ſeruum à creditore. Nam etſi depoſitarius & commodatarius iuſte poſſideant, tamen animo domini non poſſident. Quære lib.13.tit.1.cap.8. th.1. & tit.2. c.17. them.2.

b *Recuperandi ſerui.* Ab eo cui commodauit vel depoſuit.

c *Vel pignerato.* Quære cap.26.th.7.& 6.

d *Liberare.* Si vero non habeat pecuniam quam ſoluat, quaque luat pigneratum ſeruum, duo tenentur, dominus ſerui & creditor.

e *Cogi.* Nam non cogitur ob delictum ſerui alias res ſuas vendere & conficere pecuniam, qua ſoluta c editori, ſeruum repetat.

f *Cauſa.* Denique creditor aut defendet eum aut pignus amittet, vt ff.27.

g *Habere.* Habere enim dicitur duobus modis, vno iure domini: altero, tenere ſine controuerſia quod quis emit, vt lib.2.tit.2.c.188.

h *Abſentem.* Et hic abſentiam fingas ſecundum 22.cap. Quære & 21.& lib.15.tit.4.cap.5 th.6. Vel dic eum qui domi habet ſeruum, non cogi eum exhibere iudicio. & propter dolum Iuriſconſultus ait eum teneri, & damnari in æſtimationem damni. nam ſi vere abſit, non cogitur eum defendere inuitus, ſed cauet de eo requirendo & exhibendo, vt ait 2.th.2.c.15.tit.7.lib. Quære & tit. 6.huius libri c.38. valde neceſſarium.

i *Atque.* Niſi in fuga ſit vel peregre, vt ff.21. Quære c.22.& tit.12.cap.17.th.2.

k *Permittitur actori.* Quære lib.15.tit.4.c.8.& 5.th.7.

l *Vel agat.* Vel agat contra eum in factum ſi nolit iuſiurandum deferre.

m *Cadit.* Ait Nomophylax, ex eo quod dicit Iuriſconſultus actorem cauſa cadere, & liberum ei eſſe vt vel ab initio iuſiurandum deferat vel probet, apparere ex inopia probationum rediri non poſſe ad iuſiurandum. quod an verum ſit ambigo. Quære cap.26.

m *Cadit.* Actione in factum inſtituta in id quod intereſt.

n *Poſtea.* Si abſolutus actione dominus, quod tunc non haberet ſeruum in poteſtate, poſtea habuerit eum in poteſtate, ex noua poſſeſſione tenetur noxali actione, nec vlla exceptione vtitur.

o *Sine auxilio.* Similiter in fin.21.ff. In quo additur, non permitti ei noxæ deditionem.

p *Dominus.* Cum dolo fecit quis quominus haberet & poſſideret noxium ſeruum, non tantum tenetur noxali actione, ſi nulla ſit aduerſus alium obligatio, ſed & ſi agi cum alio poſſit. vnde & ſi alienauit aut manumiſit ſeruum qui fugam mandauerat, & ipſe tenetur noxali actione. & is qui ſeruum emit, & ſeruus manumiſſus, electionem habente actore, cum quo agere malit. At ſi manumiſſus paratus ſit ſeipſum defendere, exceptio datur manumiſſori cõuento eius nomine. Idem eſt ſi emptor ſerui vel qui quo alio modo eius dominiũ adeptus eſt, paratus ſit eum defendere. Actione autem in vnũ dictata, alter liberatur. quia prætori curæ fuit actor, ne eluderetur à manumiſſore aut venditore ſerui, non etiam vt lucrum faceret. ideoque vno conuento alteri datur exceptio. Si vero plures ſimul dolo fecerint quominus ſeruum apud ſe haberent, eligere debet quo cum agere velit. Item ſi ex pluribus dominis quidam dolo deſierint poſſidere, quidam partes ſuas poſſideant, electio eſt actoris, vtrum contra poſſeſſores ex lege directo, an contra eos qui deſierunt poſſidere, prætoria agere velit. Cyrilli. Etiam ſi fugam non mandauero ſeruo, ſed vendidero eum aut manumiſero, dolo deſino poſſidere. & ideo in arbitrio actoris eſt, vt vel agat contra me vel contra emptorem, aut manumiſſum, veruntamen habeo exceptionem, ſi paratus ſi manumiſſus ſe-

Digitized by Google

ſus ſeipſum defendere, vel emptor. electio vero alterum liberabit. ſi omnes domini dolo deſierint poſſidere, in quem volet actor experietur. Si quidam, non omnes, rurſus in ipſo eſt vt vel agat in eos ſuo nomine vel in poſſeſſores noxaliter. Nota ex hoc 24. cap. In noxalibus actionibus eum qui dolo deſiit poſſidere, pro poſſeſſore damnari, vt dedat ſeruum noxæ, niſi poſſeſſor paratus ſit ſuſcipere actionem. Idemque eſt in iis qui mobilia vel immobilia dolo deſinunt poſſidere. nam & ii in æſtimationem rei condemnantur, niſi poſſeſſor paratus ſit actionem ſuſcipere.

q *Manumiſſus.* Qui autem ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, non tenetur, vt ff. 14. Lege lib. 47. tit. 2. ff. 42. Siue lib. 60. tit. 12.

r *Electionem.* Propterea quod in hac ſpecie non eſt idem & vnum delictum, nec eodem tempore ſimul deliquerunt, vt qui cædem furtumve faciunt.

ſ *Vel nouus.* Quære lib. 7. tit. 15. c. 1. Quære & c. 39. th. 3. Hoc enim ſi fiat, non videtur dolum admiſiſſe.

t *Vno autem electo.* Quære cap. 4. th. 2. & 7. th. 2. ex quo diſces idem, quod cauetur hoc loco, electione vnius alterum liberari non condemnatione, vt c. 4. th. 2. nam 4. cap. tūc locum habet, cum aduerſus vnam perſonam actiones competunt hoc vero & 7. c. cum aduerſus diuerſas. Quære neceſſario in hanc rem huius libri tit. 12. 42. Nota & Indicem huius capitis, qui ait non vnius ſolutione ſed actione in vnum inſtituta.

u *Poſſiderent.* Quære cap. 17. tit. 4. lib. 42.

x *Si alienum.* Si quis alienum ſeruum in iure ſuum eſſe fateatur, tenetur noxali actione. tenetur & verus dominus ſerui. vno autem ſoluente alter liberatur. quære lib. 42. tit. 4. c. 20. & 8. & lib. 15. tit. 1. c. 25.

y *Dixero.* De interrogationibus quære lib. 8. tit. 2. c. 39. & Indicem.

z *Si quem.* Quære c. 39. finem, & c. 41. th. 2. & finem 16. cap.

a *Liberor.* Quia hæc noxalis actio in locum directæ ſuccedit. directa autem extinguitur moriente ſeruo ante litem conteſtatam.

b *Ex mendacio.* Si quis in iure interrogatus habeat necne ſeruum noxium, alienum ſeruum ſuū eſſe confiteatur, vel ſuum neget ad ſe pertinere, tenetur interrogatoria actione ei ſoli qui interrogauit. Solus item ipſe quandiu ſupereſt tenetur. nam ſi vel qui interrogauit vel qui mentitus eſt moriatur, neque hæredi interrogantis, neque in hæredem mentientis competit noxalis actio. Sed neque ipſe qui mentitus eſt, perpetuo tenetur interrogatoria. namque dicenti ſe non habere ſeruum in poteſtate, & ideo nolenti ſuſcipere noxalem actionem, licet pœnitere, & defendere abſentem ſeruum ſuſcepta actione noxali. quia & ſi negauerit ſe habere ſeruum in poteſtate, poteſt fateri eſſe in poteſtate, niſi iam ſit aduerſus eum quaſi inficiatorem inſtituta actio interrogatoria. nam poſt litem conteſtatam, confeſſionem eius nō admittimus. Labeo autem dicit, Interdum etiam conteſtata actione interrogatoria ei ſuccurri, vt ſi eius ætatis ſit qui mētitus eſt, cui ſoleat ſubueniri, puta minor 25. annis. Et ne dixeris, Quid proficit in omnibus his caſibus, liberari interrogatoria, teneri noxali? nam hoc tantum interrogatoria exigit, vt actor probet confeſſum aut mentitum reum. Noxalis autem etiam delicti probationes exigit, & dominum eſſe reum & habere apud ſe. multum vero proficit reo variis probationibus onerari actorem. quære lib. 26. tit. 7. c. 57. & ibi Antiquum.

c *Neque in ipſum.* Quia liberum ei eſt etiam mentito ab initio, ante litem conteſtatam dicere, ſuum eſſe ſeruum, & eum defendere ſiue præſtare damnum. atque ita qui dupliciter tenebatur, propter inficiationem in id quod intereſt, propter poſſeſſionem ſerui noxaliter, tunc confitens ſe habere ſeruum, vno tantum modo conuenitur, hoc eſt, reſpondet ſuum eſſe ſeruum & reuera deliquiſſe, & ſe velle damnum præſtare, & ſeruum retinere. atque ita præſtat damnum, non quaſi pœnam inficiationis, ſed quaſi defenſor ſerui. quo præſtito, euitat ex mendacio competentē in ſe interrogatoriam actionem: hęc enim eſt nuda interrogatio. & liberatur noxali iudicio. & hęc eſt coacta ſiue tormentis exacta interrogatio, vt Nomophylax ait. Tormētis autem exactam eam dicit, quod liceat actori depoſita dupla æſtimatione ſerui, torquere ſeruum veritatis eruendæ cauſa. Vtramque igitur euitat, bonam fidem agnoſcendo, & damnum præſtando. ſed ſi non agnoſcat bonam fidē, hæc patitur, quæ agnoſcens non pateretur. Vel nudam, tormētis extortam interrogationem dicit, nudam, quod etiam ſi mentitus ſit ante litem conteſtatam, verum fateatur: tormētis extortam ſiue coactam, quod pœnam exigat à mendace, qui perſeuerauit vſque ad litem conteſtatā. qui enim ante litem conteſtatam ſtatim fatetur, videtur errore mentitus, & liberatur. qui poſt litem conteſtatam ſtatim fatetur, quod videatur metu iudicii verum dicere, non liberatur.

d *Quolibet tempore.* Hoc eſt, neque ipſe principalis quolibet tempore, puta vſque ad 30. annos conuenitur, ſed intra annum. Vel etiam πάντη ſic accipitur, neque ipſe omni caſu conuenitur interrogatoria actione, vt ſi mentitus lite non conteſtata, poſtea pœnitentia actus verum dicat. Interrogatio enim non eſt litis conteſtatio. quære lib. 15. tit. 1. c. 26. 27. & lib. 42. tit. 4. c. 11. th. vlt.

e *Interrogationem.* Nam vt didicimus ex 2. th. 21. c. permittitur domino defenſio ſerui etiam abſentis. Cæterum dominus in iudicio negans ſe habere ſeruum & ex huiuſmodi reſponſione obnoxius actioni in factum, poteſt pœnitentia actus ante litem cōteſtatam dicere, vt in ſeq. th. ait, ſe dominum eſſe & paratum defendere etiam abſentē in ſolidum, quaſi nequeat abſentem dedere, vel quaſi hoc ita velit, & hoc modo euitat nudam interrogationem, id eſt, in factum actionem natam ex eo quod interrogatus in iudicio falſum reſpondit: & coactam, quæ locum habet præſente ſeruo, & ab actore poſtulato in quæſtionem, præſtita cautione dupli. nam quærens actor furti probationem, poteſt ſeruum poſtulare in quæſtionem, quia de ſuo facto ſeruus recte interrogatur.

Mm

Digitized by Google

f *Ante litem conteſtatam*. Extat indiſtincte lib.42.tit.4 c.11 th.vlt.

g *Minor ſit*. Generaliter tamen dicit poſſe eum pœnitere, niſi captio actoris lib.11,tit.1,ff.13, ſiue lib.42,tit.4, in fine, & neque minoris meminit neque litis conteſtationis. Verum adhibenda diſtinctio eſt ex hoc cap. & lib.15,tit.1,cap.25, 26.

h *Abſente domino*. Abſente domino & nemine noxium defendente ductus eſt ſeruus ab eo qui de noxa querebatur. vel præſens nec defendens minor erat, cui reſtitutione in integrum ſubueniri ſolet, vel etiam maior qui ex certis quibuſdam cauſis reſtituitur. Hi igitur recte deſiderant ſibi reddi ſeruum oblata defenſione.

Poteſt enim is, qui damnum paſſus eſt, abſente domino & præſentem ſeruum nemine defendente, adire prætorem, & ſeruum petere in noxam, ſummatim enarratis delictis ſerui.

i *In integrum reſtitui*. Vel quaſi minor 25. annis, vel quaſi maior ex certis quibuſdam cauſis. quære lib.7,tit.15,cap.2,th.2, & ex eo diſces quomodo abſente domino ſeruus dedatur noxæ.

k *Redditur*. Domino poſtea reuerſo & parato defendere.

l *Non defendente*. Non domino ſoli hoc ius præbetur, ſed & fructuario & creditori, cui ductus ſeruus pignori obligatus eſt. nam ſi eum præſens dominus defendere nollit, ex eo lædi creditorem fructuariumve non oportet, ne alterius dolus vel deſidia aliis noceat, cum & communem ſeruũ ſi vnus ex dominis non defendat, liceat alteri defendere. At quia is qui ſeruum noxium duxit, adquiſitione dominii amiſit competentem ſibi actionem, ei etiam ſuccurrendum eſt, & danda noxalis actio. quam enim habuit, amiſit adquiſito dominio ſerui. quia eum qui duxit iuſſu prætoris dominum fieri conſtat.

m *Fructuario*. Quære lib.7,tit.12,c.2,th.2, & lib.15,tit.1.

n *Creditori pigneratitio*. Licet eum iam actor acceperit in noxam domino abſente.

o *Non defendat*. Atque ideo eum ducat actor. nam reuerſus abſens dominus eum repetere poteſt.

p *Non amittit actionem*. Noxalem vel potius eam quæ datur in id quod intereſt. nec enim ei obiici poteſt, ſemel amiſſam actionem reddito ſeruo non reſuſcitari, quod ſerui proprii nomine domino neq; hæc neq; illa competat actio. & quære lib.7,tit.15,cap.2, circa finem.

q *Actor*. Forte ii qui non defenderunt quaſi ſcientes tenentur ſuo nomine. Lege ff.17.

r *Si præſens*. Si pro ſeruo pignori dato, vel eo cuius vſusfructus alteri⁹ eſt, noxali iudicio agatur, & creditor vel fructuarius eum defendere nolint, denegamus ei pignoris & vſusfructus perſecutionẽ. & pignus quidẽ ipſo iure liberatur. nec enim poteſt valere pignus, cuius Prætor denegat perſecutionẽ. Vſusfructus autem etiã, denegante eum Prætore, durat ipſo iure, ſed admittitur nõ vtendo, dum non ſinitur eo vti vſufructuarius.

ſ *Liberatur*. Nec iam amplius eum ducere creditor poteſt, cum quo tempore poterat defendere non defenderit. quære lib.16,tit.1,cap.17,th.2, & lib.42,tit.3,cap.16,th.2.

t *Denegatur*. Et ideo non continuo auferetur vſusfructus, ſed pignus quidẽ corrumpitur, vſusfructus manet incorruptus, & poſteaquam inquietatus eſt. Verum non poteſt intra decennium præſtita æſtimatione damni ſeruum recipere. & quære lib.16,tit.1,c.17,th.2, & ibi Antiquum.

u *Qui alienum ſeruum*. Ex his quæ diximus de ſeruo pignorato & de ſtatulibero, apparet eum qui alienum ſeruum in iure *ſuum eſſe confeſſus eſt, & ſi pro eo teneatur noxali actione, noxæ deditione obligatione ſolui non poſſe. quia non transfert dominium, cum ipſe dominus non ſit. Sed ſi verus dominus eum vindicet, nec litis æſtimationem offerat, repellitur exceptione doli. quia generaliter qualecunque mancipium tibi iure ſeruiens conuentus noxali actione dederis & tradideris accipienti, agentem dominum & vindicantem ſeruum doli exceptio repellet, niſi litis æſtimationẽ exſoluat, & amiſſa poſſeſſione eius, etiam ſi dominus eam poſſideat, Publiciana in eum actio eſt, & ſi dominus dicat, At ſi nõ dominus ſum, repelletur doli replicatione. Poſſidens autem ſeruũ à non domino acceptum in noxam, vſucapere eum poteſt, quamuis ſciat alienum. alioquin ſi hoc non admittamus, iniquitate adficietur bonæ fidei poſſeſſor conuentus noxali actione, ſi ſeruum noxæ dedere non poſſit, & litis æſtimationem exigatur. Sed & ſi non defenſum ſeruum à bonæ fidei poſſeſſore duxerit actor, eadem dicimus, videlicet ei qui duxit conuento dari exceptionem doli & Publicianam aduerſus poſſeſſorem ſerui. & vſu capere eum poſſe. Non ſolum autem qui in poteſtate ſeruum non habet, inuitus non ſuſcipit noxale iudicium, ſed & qui habet, palam poteſt indefenſum eum relinquere. cogitur tamen cedere actori ius omne quod habet in ſeruo, perinde ac ſi damnat⁹ eſſet, dedere cogeretur. CYRILLI. Qui tuum ſeruum ſuum eſſe dicit & trahit, non liberatur ipſo iure. Sed ſi eum vindicaueris non oblata æſtimatione damni, excluderis doli exceptione. Idem eſt ſi bonæ fidei poſſeſſor tibi ſeruum noxæ dediderit. nam & ſi dominus eum poſſideat, habes Publicianam, quia & eum vſucapis. Idem eſt ſi non defenſum ſeruum acceperis à Prætore. quære cap. 11. 30. & 39. Nota caſum quo quis ſciens vſucapit rem alienam. & amiſſa poſſeſſione ante vſucapionem, aduerſus dominum habet Publicianam actionem.

*in [illegible]

x *Non liberatur*. Quippe cum incertum ſit an is qui ſeruum accipit conuentus à domino probare poſſit damni cauſam, an non defecturus ſit probationibus. quia non probati dominus auferet ſeruum, atque is rurſus ad illum reuertetur, vt ſibi ſarcietur damnum.

y *Deditus ſit*. Scias noxalem Aquiliam non dari aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem, vt tit.2.ff.27. ſiue tit.3, huius libri c.27,th.3.

z *Publicianam*. Si accepti ſerui poſſeſſionem amiſerit priuſquam vſucepiſſet. nam ſi poſt vſucapionem

pionem poſſeſſionem amiſerit, non Publicianam ſed ſpecialem in rem actionem habet quaſi dominus.quære & lib 14.c.57.

a *Poſſidente.* Publicanam habet qui cœpit vſucapere,& ante impletam vſucapionem, poſſeſſionem amiſit. Porro is qui in noxam ſeruum à non domino accepit, recte vſucapit,quanuis ſciat alienum.Habet ergo Publicianam.& quidem quaſi Publicianam,vt Stephanus ait in 63.cap.1. tit. 15 lib.

b *Dominium adquirit.* Tanquam à iudice accipiens damni ſarciendi cauſa.eſt enim bonæ fidei poſſeſſor,qui auctore iudice accipit.vt lib.50.apparatus,& lib.2.tit.3.c.237.

b Res enim iudicata pro veritate habetur,vt lib. 46.tit.1 c.25.

c *Alienum eſſe.* Quære lib. 50.tit 2.c.13.th.penult.& vlt & c.11.

d *Accepit.* Abſente domino vel præſente & non defendente.quære lib.59.tit.1.c 14.the.3.& lib.2.tit.3.c. 6 & lib 46.tit 1.c.25.& lib.42.tit.1.c.13.th.5.

e *Conſtituatur.* Puta accipientem vſucapere non poſſe ſi ſciat alienum.& ante vſucapionem nõ habere Publicianam aduerſus dominum.

f *Præſtare.* Quia ſeruum non accipiet actor timens ne ſibi euincatur à domino.

l.29 GAIVS. Non ſolum qui ſeruum non habet,non cogitur[a] ſuſcipere iudicium, ſed & is qui habet,& cedit agenti ius ſuum perinde ac ſi damnatus eſſet.

l.30 IDEM. Iuſta[b] cauſa abſens non læditur[c], ſed reuerſus defendit[d] ſiue dominus ſit,ſiue ius habeat,veluti fructuarius aut creditor.

l.31 PAVLVS. Si familia[e] mea furtum fecerit,nec voluero eos noxæ dedere,tantum præſto,quantum[f] vnus liber fur præſtaret,hoc eſt,duplum & rei æſtimationem ſiue nummis ſiue deditione[g] quorundã ex iis qui deliquerunt, & cæterorum[h] nomine non teneor. nam & cum indefenſus ducitur,pretium eius computatur[i]. Furti autẽ tempore ſpectatur quales in familia fuerint. nam ſi hi qui plurium[k] dominorum erant, vnius eſſe cœperint,locus edicto non eſt.

l.32 GAIVS. Qui non defenditur[l],deditur per Prætorem.& ſi præſens dominus eſt[m],tradere eum & de dolo[n] promittere debet.

l.33 POMPON. Nemo cogitur defendere ſeruum,ſed eum amittit niſi de-
l.34 fendat. Filius autem familiâs[o] indiſtincte ſeipſum defendit.

l.35 VLPIAN. Nam in delictis ſi nemo defendat filiumf. ipſe[p] tenetur, & condemnatus[q] iudicatum facit, & pater poſt ſententiam tenetur de peculio[r].

l.36 IDEM. Si debitor[s] pignori obligatum ſeruum ſubripuerit & vendiderit[t], emptor dominus fit[u], licet poſſit ab eo Seruiana[x] actione auocari[y]. Interim igitur noxali iudicio tenetur. Idem de eo[z] dicendum eſt qui emit à minore,vel ſciens[a] in fraudem creditorum.

l.37 TRYPHON. Si ante litem conteſtatam emero ſeruum qui mihi furtum fecit,extinguitur actio.

l.38.in pr. VLPIAN. Si vero poſt[b] litem conteſtatam,condemnabitur venditor, quemadmodum ſi alii vendidiſſet,& præſtabit æſtimationem[c] litis.quia
§.1. vendendo ademit ſibi noxæ deditionẽ. ¶ Si pro derelicto[d] habeam ſer-
§.2 uum,qui furtum fecit,non teneor[e]. ¶ Si ſeruus[f] meus ſubreptam rem tuã vendiderit,tuq; nummos[g] manu ei excuſſeris[h],habemus inuicem furti a-
§.vlt. ctionem[i], tu noxaliter, ego[k] nummorum nomine. ¶ Sed & ſi ſeruo creditoris mei ſoluerim vt domino ſuo det,& is acceptam pecuniam conſumpſerit,competit[l] mihi actio furti.

l.39.in pr. IVLIAN. Si plures[m] domini dolo fecerint quominus poſſiderent,in quem volet actor agit abſolute * ſiue in ſolidum in id quod intereſt[n]. * [illegible]

Digitized by Google

¶ Qui alienum[o] ſeruum ſuum eſſe dicit, noxali iudicio tenetur, & cauſa §. 1
cognita ſatiſdat. qui autem ſerui ſui[p] nomine conuenitur, non ſatiſdat[q].
¶ Dominus[r] recte præſcribit[s] ei qui dicit dominum dolo deſiiſſe poſſide- §. 2
re, ſubeſſe defenſorem cum ſatiſdatione. ¶ Sed & ſi poſt litis cõteſtatio- §. 3
nem ſeruus apparuerit & ductus ſit quaſi indefenſus, exceptione[t] domi-
nus[u] abſoluetur: ¶ itemq́;[x] ſi ante litem conteſtatam ſeruus moritur. §. vlt.

IDEM. Si ſeruus legatus rem hæredis propriam ante aditam hæredi- l. 40
tatem ſubripuerit, actio furti[y] in legatarium competit, qui agnouit lega-
tum. Sed & ſi rem hæreditariam ſubripuerit, competit actio ad exhibẽ-
dum. furtum[z] enim nondum aditæ hæreditati non fit.

IDEM. Si communis[a] ſeruus damnum dederit, vel furtum fecerit vni[b] l. 41
ex dominis, nõ eſt actio noxalis, ſed communi diuidundo[c]. quia domi-
nus cui furtum factum damnumve datum eſt, in ſolidum[d] ab alio noxali
actione conueniri poteſt.

VLPIA. Si poſt litem conteſtatam[e] noxali iudicio noxius proclama- l. 42. in pr.
uerit ad libertatẽ[f], iudicium ſuſtinetur[g]: & ſi quidem ſeruus pronuntie-
tur, peragitur[h]: ſin vero liber, extinguitur[i]. ¶ Si quis ignorans ſeruum de- §. 1
ceſſiſſe nomine eius ſuſceperit[k] noxalem actionem, abſoluitur[l]. ¶ Noxa- §. vlt.
les[m] actiones perpetuæ[n] ſunt, & locum habent tandiu quandiu reus no-
xæ dedere poteſt, & competunt hæredibus[o], & in hȩredes, non quaſi hȩ-
redes, ſed quaſi dominos. Proinde[p] poſt alienationem etiam nouus do-
minus tenetur. VBI[q] ſerui deliquerunt[r], ibi exhiberi debent[s] & defendi: l. vlt.
& dominus qui non defendit, omnibus caret.

a *Non cogitur.* Quære lib. 7. tit. 15. c. 2. th. 2. Qui non vult defendere ſeruum, non cogitur ſi ius transferat in actorem.

b *Iuſta cauſa.* Si iuſta ex cauſa abſente domino, ſeruum quaſi indefenſum ducat is cui noxa cõmiſſa eſt, reuerſo domino poteſtas datur ex bono & æquo defendendi eius, & non tantum domino, ſed & cuiuis habenti ius in ſeruo, veluti creditori pigneratitio & fructuario. Minori autẽ etiam præſenti ſuccurritur, vt ff. 26.

c *Non læditur.* In hoc vt amittat ſeruum quem non defendit. Quære lib. 7. tit. 15. c. 2. fin. & lib. 10. tit. 35. c. 6.

d *Defendit.* Reſtituta actori actione quam extinxerat noxæ deditio, vt li. 2. tit. 9. ff. 2. ſiue lib. 7. tit. 15. circa finem:

e *Si familia.* Eſt edictum Prætoris, vt & in tractatu legis Aquiliæ didicimus, quo cauetur, Si cuius familia omnis furtum faciat, tantum actorem conſequi, quantum ſi vnus homo liber feciſſet. Vtrum vero hoc edictum ad ſolutionem reſpicit, an ad noxæ deditionem, vt ſi ex pretio dediti ſerui colligatur duplum, propter alios ſeruos non agatur noxali iudicio? Et placet imputari in duplum furti actionis, & ſi pretium dediti ſerui non efficiat duplum. & non ſolum cum dominus familiæ dedidit ſeruum, imputatur æſtimatio eius in duplum: ſed & cum indefenſus ſeruus ductus eſt, ducti pretium computatur in duplum. non duplum vero tantum prȩſtari debet ei cui familia furtum fecit, verum etiam habenda eſt ratio condictionis furtiuæ, vt & pœnæ cauſa præſtetur duplum & per condictionem res furtiua recipiatur. Cum autem de familia, quȩ furtum fecit, quæſtio eſt, furti faciendi tempus ſpectamus. & ſi tunc temporis omnes erant eiuſdem familiæ, locus edicto eſt. nam ſi plurium dominorum ſerui communiter furtum fecerint, & poſtea omnes in vnius dominium tranſierint, non eſt locus edicto de familia, ſed pro vnoquoque ſeruo ſeparatim is qui nunc eorum dominus eſt conuenitur. quia ſemel competiit in omnes dominos qui erant furti faciendi tempore, ſeparata noxalis actio. Quære tit. 10. c. 21. De libero.

f *Quantum.* Quære lib. 7. tit. 3. c. 9. & lib. 56. tit. 1. c 3. in fine, & huius tit. cap. 42. th. vlt. & huius libri tit. 3. c. 42.

g *Sine deditione.* Non quaſi deditione ſed præſtatione eius quod intereſt. nam ſi quaſi in noxam traderet, ſic & cæteros omnes deberet tradere. Lege lib. 12. tit. 1. ff. 9. & huius libri tit. 2. ff. 32. & lib. 47. tit. 6.

h *Cæterorum.* Quaſi ſcilicet dediderim. quia ego non quaſi deditionem dedi, ſed quaſi id quod intereſt.

i *Computatur.* Computatur ſcilicet accipienti huiuſmodi ſeruum in duplum, eius ſerui pretium, etiamſi non ſufficiat duplo. quære c. 38.

i Abſen-

i Abſente domino cum ſerui quinq; furtum feciſſent haberet ſecum quatuor, vnus eſſet præſto, is quaſi indefenſus ductus eſt. Si præſens dominus conueniatur reliquorum nomine, & velit tantum præſtare quãtum ſi liber furtum feciſſet, in hanc quantitatem imputatur pretium ſerui indefenſi.

k *Qui plurium*. Forte enim de induſtria cæteri vni venditi ſunt, vt ne omnes domini conuenirentur proinde quos emerit reddet, ſuis vtetur vt volet.

l *Qui non defenditur*. Quære cap. 14. th. 2. & ſecundum hoc intelligatur.

m *Dominus eſt*. Et non defendit, ſed ſinit auferri ſeruum.

n *De dolo*. Cauere cogitur ſe ei venenum non dediſſe eiuſve mores corrupiſſe. Cauere etiam debet de euictione ſuo facto contingente, vt huius tituli Dig. 14.

o *Filiusfamilias*. Nam in omnibus cauſis pecuniariis & criminalibus filiusf. vt paterf. tenetur & conuenitur & condemnatur, vt lib. 5. tit. 1. Dig. 57. ſiue lib. 7. tit. 5. & lib. 16. tit. 5. Dig. 1. th. 27. ſiue lib. 15. tit. 2. & lib. 44. tit. 7. Dig. 58. ſiue lib. 52. tit. 1. & huius libri tit. 4. cap. 1. th. 5. Nam pater inuitus non defendit filiumf. vt lib. 2. tit. 14. Dig. 20. ſiue lib. 11. tit. 1. & Inſt. 3. tit. 10. De peculio tamen actionem neceſſe eſt vt pater dominuſque ſuſcipiant vt quamlibet perſonalem, vt lib. 15. tit. 1. in fine 21. Dig. ſiue lib. 18. tit. 5. Verum ſine dolo & fruſtratione facultas datur cedendi peculii & euitandæ actionis de peculio, vt lib. 10. tit. 3. Dig. 9. ſiue lib. 12. tit. 2. Nota in actionibus, quæ ex delictis filiif. naſcuntur, ipſum filiumf. teneri & condemnari & patrem iudicati de peculio tantum. In contractibus autem ipſa actione ex contractu de peculio tenetur & condemnatur pater. Quære tit. 10. cap. 6. & ibi Antiquum, & allegationes ſiue apparatus qui latius exponunt quæ ad hanc rem pertinent.

p *Ipſe tenetur*. Quære lib. 2. tit. 3. cap. 58.

q *Condemnatus*. Vnde filius ſatisfaciat iudicato quære lib. 18. tit. 5. cap. 21. th. penult. & lib. 12. tit. 2. cap. 9. th. vlt. Quære & Inſtit. 4 tit. 5.

r *De peculio*. Non iudicati ſed iudicati de peculio pro modo peculii, & quanuis filii amplior ſit condemnatio, pater ea tantum quæ in peculio ſunt præſtat.

r In 1. Dig. 3. tit ait ex delicto filii non teneri pattem de peculio, & generaliter lib. 50. tit. 17. Dig. 57. ſiue lib. 2. tit. 3. ex pœnali cauſa non competere in patrem de peculio actionem.

r Iudicati de peculio, vt lib. 18. tit. 5. cap 3. th. 8.

s *Si debitor*. Non is tantum qui firmo iure poſſidet noxii ſerui dominium, tenetur pro eo noxali actione, ſed & qui eius dominium amiſſurus eſt, quiq; non ſatis firmo iure eum tenet, vt in hac ſpecie, Quidam pignori obligauit ſeruum ſuum, & eum creditori ſubripuit, atque alii vendidit. Is qui emit, quia dominus eſt tenetur noxali actione. Atquin non perfecte dominiũ eius nactus eſt, quandoquidem Seruianam aduerſus eum creditor intendere & ſeruum quaſi pignoratum auocare poteſt. Sed & ſi minor 25. annorum noxium ſeruum ſuum vendiderit, emptor tenetur noxali actione, quanuis minor petita reſtitutione in integrum quaſi circumſcriptus reſcindere venditionem poſſit. Item ſi debitor in fraudem creditorum noxium ſeruum ſuum vendiderit, emptor noxali iudicio tenetur, quanuis de eo ſeruo acturi cum eo ſint creditores Pauliana actione. Et generaliter noxali actioni nihil obſtat, quod auferri dominium ſerui ab alio poſſit, ſed qui hodie dominus eſt, omnimodo tenetur, licet manſurus dominus non ſit.

t *Vendiderit*. Quære lib. 50. tit. 3. cap. 4. them. 6. & cap. 49. & tit. 4. cap. 5, & lib. 25. tit. 1. cap. 17. th. 3. & lib. 24. tit. 3. cap. 18. & lib 50. tit. 3. cap. 44. & tit 14. cap. 2. & 13. & lib. 16. tit. 4. cap. 16. & lib. 58 tit. 3. cap. 23. & tit. 4. cap. 12. & lib. 19. tit. 19. cap. 19.

u *Dominus ſit*. Quære lib. 25. tit. 1. cap. 18. th. 3. & eiuſdem tit. 7. cap. 12. & li. 19. tit. 19. cap. 19. & lib. 24. tit. 3. cap. 18. & lib. 16. tit. 4. cap. 16. & lib. 50. tit. 14. cap. 2. 3. & eiuſdem tit. 3. cap. 44. them. 5.

x *Seruiana*. Quanuis dominus fiat, tamen cum eo creditor Seruiano iudicio experiri & pignoris poſſeſſionem auocare poteſt.

y *Auocari*. Dicitur & lib 41. tit. 3. Dig. 4. ſiue lib 50. tit. 3. quod ſi pignus debitor ſubripuerit & vendiderit non vſucapitur, ipſe vero furti tenetur, & tit. 4. Dig. 5. quod ſi debitor pignus creditori ſubripuerit & vendiderit, non vſucapitur. Oportet autem vti diſtinctione 49. Dig. 3. tit. 41. lib. ſiue tit. 3. lib. 50. quod dicitur etiamſi regulariter res furtiua nõ poſſit vſucapi donec redierit in poteſtatem domini, ſubreptum tamen creditori pignus à debitore ſi peruenerit ad creditorem vſucapi. Quomodo autem videatur res furtiua peruenire ad dominum, vt quaſi purgato vitio vſucapi poſſit, dicitur in eodem Dig. 4. tit. 3. lib. 41. ſiue tit. 3. lib. 50. & lege quæ in eo Dig. cum multis quæſtionibus adnotata ſunt.

z *Idem de eo*. Quære lib. 58. tit. 23 cap. 23. & tit. 4. cap. 2.

a *Vel ſciens*. Quære lib. 9. tit. 8. cap. 1. & lib. 19. tit. 1. cap. 26. Nam & hic ſerui empti dominus eſt, vt lib. 18. tit 1. Dig. 26. ſiue lib. 9. tit. 1. quære tit. 12 cap. 18.

b *Poſt litem*. Si ſeruus tuus qui mihi furtum fecit in dominium meum peruenerit, extinguitur quæ mihi propter eum competit noxalis: & ſi poſtea eum alienauero, reſtauratur furti actio. Sed ſi noxali iudicio lite aduerſus dominum conteſtata, eum redemero, mihi venditor condemnatur quemadmodum ſi alii vendidiſſet. nihil enim refert cui vendiderit, agenti noxali iudicio, an alii, & ſibi imputet ſi omnimodo damni æſtimatio petatur, quia vltro vendidit & ſibi ademit dedendi facultatem. Quod ſi ſeruum dominus habuerit pro derelicto, ſtatim liberatur noxali iudicio, quia ſtatim eius eſſe deſinit, & deinceps eſt ſeruus ſine domino, adeo vt eius nomine teneri nullus poſſit. Nota quod Antiquus ait,

Digitized by Google

amitti actionem furti noxalem adquiſito dominio ſerui, reſtitui alienato.

c *Aeſtimationem litis.* Quia enim publica crimina in ipſos ſeruos intenduntur, noxales actiones in dominos, vt hoc cap. demonſtratur & 45. & in fi. 46. merito Iuriſconſultus hoc loco ait venditorem damnari, ſi poſt litem conteſtatam ſeruum redemero. nam & 3. th. 30. c. 1. tit. 17. lib & ibi Antiquus, aiunt, in quem lis cõteſtata eſt, in eum & ſententiam ferri. qua de cauſa Iuriſconſultus dominum qui iudicium accepit, ſententiam quoq; cenſet pati debere, & nihil mutare, quod actor interim dominium ſerui adquiſierit.

c Non ſeruum in noxam. Quære lib. 17. tit. 1. c. 30. cuius initium, Reo poſt litem conteſtatam abſente, & ibi Antiquum. Nota in actionibus perſonalibus de rebus immobilibus, poſt litem conteſtatam alienatis rebus, reum peragere litem. & quære lib. 58. tit. 13. c. 16. ſimile.

d *Pro derelicto.* De pro derelicto tractatur lib. 41. tit. 7. ſiue lib. 50. tit. 7. Quære lib. 50. tit. 7. & lib. 43. tit. 3. c. 36.

e *Non teneor.* Sed ſeruus quaſi liber effectus.

f *Si ſeruus.* Si ſeruus meus rem tuam ſubtraxerit & vendiderit, tuq; inuentum pretium apud eũ abſtuleris, ex vtroq; latere naſcitur actio furti nam & tu habes noxalem, & ego, quia nummos ſeruo meo abſtuliſti, habeo actionem furti cõtra te. Sed & ſi ſeruo creditoris mei ſoluerim nummos, vt domino det, & is ſibi nummos retinuerit, & ego creditori teneor crediti nomine, & creditor mihi noxali iudicio. quære ti. 12. c 48. th. vlt.

g *Nummos* Hoc eſt pretium rei tuæ. quære tit. 12 c 52 th. 10. & tit. 3. c. 27. th. 14.

h *Et excuſſeris.* Vt alius acciperet.

i *Furti actionem.* Furtiuum enim non eſt, quod ex re furtiua quæſitum eſt, vt tit. 12. c. 48 th. vlt. Nummi igitur non erant furtiui, & ad me, non ad te pertinebant.

k *Ego nummorum nomine.* Non omnino in eum, qui excuſſit, competit actio furti: ſed ita demum, ſi excuſſit vt alius acciperet. vt tit. 2. ff. 27. circa medium, ſiue tit. 3. th. 17. & Inſt 4. tit. 1. Nota actionem furti intendi noxaliter, & acceptam rem à ſeruo meo meam non fieri niſi me ſciente acceperit.

k Vtrum vero dedens mihi noxium ſeruum cogetur dominus ſpecialiter vltra noxam ſoluere, & quæ ex delicto ſerui lucrifecit, vt ſi ſubripuit vel rapuit. & puto. *. & quære cap. 46. cum videatur. *.

l *Competit.* Noxalis aduerſus creditorem dominum ſerui eius nomine. nam à creditore ex cauſa crediti nondum liberatus ſum.

m *Si plures.* Cyrilli Si plures domini dolo deſierint poſſidere, ſinguli tenentur in ſolidum, vnum tamen eligat actor. quære c. 24. 25. 26.

n *Inid quod intereſt.* Nec enim reus noxæ dedendi ſerui facultatem habet, etiamſi reducto ſeruo futurum ſit vt noxaliter teneatur.

o *Qui alienum ſeruum.* Qui alienum ſeruum ſuũ eſſe fatetur, quamuis pro eo teneatur, tamen ſatiſdare debet iudicatum ſolui, quaſi alieni ſerui nomine conuentus qui autem pro ſeruo ſuo ſuſcipit noxalem actionem ab eo iudicatum ſolui ſatiſdatio non exigitur. quære c. 26. th. 4. & lib. 7. tit. 15 c 4 ſiue lib. 2 tit. 9. ff. 4.

p *Serui ſui.* Habet enim ſeruum. Sed & ſi alienauerit eum, apud quemcunque fuerit ſeruus, ſalua eſt noxalis actio.

q *Non ſatiſdat.* Niſi ſuſpectus ſit, vt lib. 7. tit. 14. c. 7. th. vlt.

r *Dominus.* Quære c. 24. 25. 26. & 42. th. 2.

ſ *Præſcribit.* Si quis agat cum domino ſerui dicens eum dolo deſiiſſe poſſidere & dominus contendat ab alio defendi ſeruum cum ſatiſdatione iudicatum ſolui excluditur præſcriptione doli. Sed & ſi domino conuento quaſi dolo deſiiſſet poſſidere, celaretve ſeruum, apparuerit ſeruus poſt litem conteſtatam, & quia nõ defendebatur ductus ſit, exceptione doli mali oppoſita dominus abſoluitur. Sed & mortuo ſeruo ante litem cum domino conteſtatam, amplius hac actione dominus non tenetur, quam Prætor dedit aduerſus eos qui dolo malo ſeruum celarent.

Cyrilli. Qui dolo deſiit poſſidere ſi adferat alium defendentem cum ſatiſdatione. vel ſi poſt litem conteſtatam inueniatur ſeruus & ducatur in noxam, vel ſi moriatur ante litem conteſtatam, vtitur exceptione doli.

t *Exceptione.* Nempe hac. At ſi noxium ſeruum non habes.

u *Dominus.* Si nihilominus conueniatur, quod dolo deſierit poſſidere.

x *Itemque.* Hoc eſt, liberatur noxali actione, & eius quæ ſuo nomine intenditur, ſi ſciens ſecum agi alienauerit, & poſtea deceſſerit ſeruus ante litem conteſtatam.

y *Act. furti.* Hæredi poſtea adeunti. Similiter lib. 44. tit. 1. c. 70. & quære tit. 2. huius lib. c. *. & lib. 7. tit. 5. c 5. th. 2. & lib. 42. tit. 3. c. 16. th. vlt. & tit. 12. c. 65. & lib. 7. tit 5. c. 74. th. 2.

z *Furtum.* Quia furtum fit in perſonam. nulla autem eſt perſona cui fiat. Competit tamen expilatæ hæreditatis, de qua lib. 47. tit. 19. & lib. 9. Cod tit. 32. ſiue lib. 60. tit. 29. c. 1. 2. 7. Quære tit. 13. c. 1. th. 2. & 9.

a *Communis ſeruus.* Cum ſeruus communis vni ex dominis damnum dedit, idcirco non datur in alium noxalis actio legis Aquiliæ, quia ſi extraneo ſeruus damnum dediſſet, poſſet agi noxali iudicio cum eo cui nunc damnum datum eſt, & aperta eſt regula dicens, Pro quibus tenemur noxali actione, eorum nomine noxali nos experiri haudquaquam poſſe. Sed & ſi vni ex dominis communis ſeruus furtũ fecerit, non competit actio furti noxalis propter eandem regulam, ſed agitur communi diuidundo.

b *Vni*

Digitized by Google

b *Vni ex dominis.* Quære tit. 12. c. 62. th. 1. & lib. 42. tit. 3. c. 16. th. vlt.
c *Diuidundo.* In 2. th. 27. ff. 2. tit. Aquiliam dedit in ſocium, non noxalem.
d *Inſolidum.* Si communis ſeruus alii furtum fecerit.
e *Poſt litem conteſtatam.* Ante ſententiam. quære c. 14. 25. 26.
f *Ad libertatem.* Lege ff. 26. 24. Lege & lib. 5. tit. 3. ff. 7.
g *Suſtinetur.* Quære lib. 48. tit. 8. c. 24.
h *Peragitur.* Aduerſus dominum cum quo lis conteſtata eſt.
i *Extinguitur.* Quod ſi conuentus condemnatus ſit noxali iudicio, actio iudicati transfertur in eum qui liber pronuntiatus eſt vt lib. 40 tit. 12. ff 24. ſiue lib. 48. tit. 8.
k *Suſceperit.* Quære lib. 56. tit. 1. c. 13. th 3. & lib. 7. tit. 5. c. 74. th. 2.
l *Abſoluitur.* Quia nec exhibere eum poteſt, nec dolum admiſit, vt lib. 39. tit. 4. ff. 13. ſiue lib. 56. tit. 1. lege huius tit. ff. 26. th. 4. Memineris eorum quæ dicta & adnotata ſunt lib. 5. tit. 1. ff. 74. them. 2.
m *Noxales.* Lege ff. 7. & finem t. ff.
n *Actiones perpetua.* Niſi principales temporales ſint, vt lib. 3. C. tit. 41. Conſt. 4. ſiue c. 46. huius tit. quo loco ait, Si ignorante vel ſciente domino & nequeunte prohibere ſeruus rapuerit, intra annum vtilem, in quadruplum, poſt annum in ſimplum noxalem actionem dari. quære ca. 46.
n Quæ ſcilicet ſunt ex iure ciuili, veluti noxalis furti, quam 12. tab introduxerunt, & damni iniuria, quæ eſt ex lege Aquilia, non etiam quæ ſunt ex edicto Prætoris, veluti noxalis iniuriarum & noxalis in factum. Sic diſtinguendæ ſunt noxales actiones, ne obſtet lib 7. tit. 15. c. 1 in fine. Quære Inſt 4 tit. 8.
o *Hæredibus.* Quære c. 7. & tit. 3. c. 23. th. 5.
p *Proinde.* Certe ſi in alienum dominum tranſeat ſeruus, in nouum dominum noxalis actio datur non in hæredem.
q *Vbi.* Quære tit. 34. c. 7. th. 3.
r *Serui deliquerunt.* Lege 2 th. 27. c. & c. 29. & lib. 7. tit. 5. c. 38. & 84.
ſ *Exhiberi debent.* Idem & de criminibus dicitur lib. 48. tit 2. Dig 7. th. 2. ſiue lib. 60 tit. 34.

l. 1. C. de noxal. actionib. 44 QVI habeat[a] filium & ſeruum, deceſſit filio hærede relicto & ſeruo adſcripta libertate conditionali. Pendente conditione ſeruus quędam ſubtraxit ex hæreditate[b] eademq; conſumpſit, poſt conditio extitit, & libertatem adeptus eſt. Vult filius in eum experiri eorum nomine quæ in ſeruitute ſubtraxit. Et ait Conſtitutio, Si quidem poſt libertatẽ res ſubreptas habeat in manu, extantium vindicationem competere & ad exhibendum conſumptis eis poſt libertatem[c]. Sed & tunc furti[d] actioni locum eſſe[e]. Cum vero ipſi domino[f] furtum facit, neque in ſeruitute, neq; poſt libertatem tenetur. Lib. 1. Cod. tit. 41. Conſt. 1.

l. 2 45 DIDICIMVS[g] nono libro Digeſtorũ, titulo primo, ſi domino ignorante ſeruus deliquerit, noxale iudicium cõpetere: ſi domino ſciẽte, dominum teneri detracta noxæ deditione. Proinde ſeruis arbores cędentibus ignorante domino, Cõſtitutio dat actionẽ noxalem, in hęc verba, Si ſerui veſtri neſcientibus vel etiã prohibentibus vobis furtim arbores ceciderunt, quibus propria pœna[h] iuxta legem ei publico[i] ſaltui datã fuerat præſtituta, fruſtra veremini ne ex perſona corũ vltra noxæ deditionẽ ſitis obſtricti, cum ex delictis ſeruorũ domini ignorantes[k] vel prohibẽtes ſi noxali actione conueniantur, ita condemnari debeant, vt noxę dedere aut condemnationem ſufferre habent in ſua poteſtate.

l. 3 46 IN publicis[l] criminib. non eſt noxalis actio, vt dicitur 21. lib ff. tit. 1. ſiue lib. 19. tit 10. c. 20. in caput, Noxa ſolutus. At ex priuatis delictis in dominos noxales actiones intendũtur, ſi ſcierint, omnimodo in id quod intereſt: ſi ignorauerint vel prohibuerint, ſecundum naturã noxalium actionum, vt didiciſti in 2. Conſtitutione. Proinde Conſtitutio reſcribit ad eum, cuius ſeruũ alienus ſeruus ſolicitauerat, & plagio abduxerat: & ait in hunc modũ, Siue ſeruum paras accuſare[m] ſolenniter, præſidẽ prouincię adire nõ prohiberis, ſiue dominũ eius prætoria[n] actione ſolicitati ſerui[o] vel furti actione malueris conuenire, ſuam notionem præſes

Digitized by Google

¶ Etiam[m] ſi exiſtimauerit quis liberum eſſe eum quem[n] corrupit, tenetur[o]. §. 1 ¶ Actio ſerui corrupti etiam in confitentem in duplum[p] §. 2 competit, quamuis Aquilia inficiantem ſolum duplo coerceat. ¶ Serui §. 3 aut ſeruæ ſolicitantium nomine noxaliter agitur. ¶ Actio[q] ſerui corrupti §. vlt. refertur ad tempus delicti & ideo[r] competit etiam poſt ſerui mortem, & manumiſſionem, & alienationem.

PAVLVS. Præterita enim vtilitas æſtimatur. nam manumittuntur etiam mali ſerui. l. 6

VLPIA. Vel etiam poſterior[s] cauſa conciliat ei iuſtam libertatem. l. 7

PAVLVS. Hæredibus[t] quoque datur actio ſerui corrupti, licet ſerui domini non ſint, vt ſi legatus ſit. l. 8

VLPIA. Socius[u] qui corrumpit communem ſeruum, vel recipit celan- l. 9. in pr.
di[x] cauſa, tenetur ſerui corrupti, & communi diuidundo, & pro ſocio[y], ſi ſocii ſint[z]. ¶ Proprietarius aduerſus fructuarium habet actionẽ ſerui §. 1 corrupti, & fructuarius aduerſus proprietarium & extraneum[a], vtilem.

PAVLVS. Hac[b] actione duplatur, quanto ſeruus corruptus minoris l. 10 eſt[c], & veniunt etiam in eam quæcunque abſtulit[d], & omne damnum duplatur, quamuis ad corruptorem res non peruenerint. Res autem po- l. 11. in pr. ſtea ſubreptæ non æſtimantur[e].

VLPIA. Si ſeruo[f] perſuaſero, vt inſtrumẽta corrumperet[g], teneor. Si §. 1 vero conſuetudine peccandi alia etiam corruperit, horum nomine non teneor. ¶ Præter[h] actionem ſerui corrupti competit etiam actio furti[i] re- §. 2 rum ſubtractarum nomine, & altera[k] alteram non tollit. Idẽ & in eo qui ſeruum recepit & celauit[l]. Competit & condictio furtiua. hæc enim rẽ, actio furti pœnam, actio ſerui corrupti id quod intereſt[m] perſequitur.

PAVLVS. Quia manet reus obligatus etiam rebus redditis. l. 12

VLPIAN. Actio ſerui corrupti hæredibus[n] competit, non etiam in hæ- l. 13 redes, & perpetua eſt.

PAVLVS. Qui corrupit ſeruũ hæreditarium & hac actione & petitio- §. 1 ne hæreditatis[o] quaſi raptor[p] tenetur, † in quam tantũ venit, quantum[q] † l. 14. in princ. in actionem ſerui corrupti. ¶ Filiisf. corruptis non competit actio ſer- §. 1 ui corrupti. quia pecuniarium[r] damnum eſſe oportet, dignitate & fama domus[s] ſalua. Vtilis[t] tamen ẽt de iis competit, & æſtimatur[u] officio iudicis. ¶ Hæc actio[y] non competit[z] communi ſeruo ſolicitante[a] ſeruũ vnius §. 2 ex dominis proprium[b]. Sed ſi alienum ſolicitauerit, quiuis dominorum in ſolidum tenetur, vt in cæteris actionibus noxalibus. & vno ſoluẽte alius liberatur. ¶ Si ſeruus in quo vſumfructũ habeo, alium ſeruũ meum §. 3 corruperit, eſt mihi actio[c] cum domino. ¶ Pignerati ſerui nomine debi- §. 4 tor[d] habet actionem ſerui corrupti. ¶ Duplum[e] extra rem non præſtatur. §. 5 nam damnũ[f] duplatur[g] ¶ Si perſuaſeris ſeruo meo vt Petro furtũ faciat, §. 6 non tantum in id quo deterior ſeruus effectus eſt condemnaberis, ſed & in id[h] quod Petro neceſſe habeo præſtare. ¶ Idem erit ſi ei perſuaſeris vt §. 7 alii damnum daret. nam ei teneor lege Aquilia vel ex conducto, ſi eum[i] locaui. Idem erit & in ſimilibus. ¶ Interdũ[k] ſeruus adeo inutilis eſt vt nõ §. vlt. expediat[l] eum habere. quamobrẽ electio eſt domini vt vel duplum damni cõſequatur[m], vel pretium[n] ſerui, corruptori tradito ſeruo. ſed ſi non

habet

Digitized by Google

habet facultatem tradendi eius, pretia conſequitur, & cedit actionibus periculo[o] ſolicitatoris: & hoc ſi ſeruus ſuperſit, ſed ſi manumittatur, non facile audietur volens conſequi pretium & habere libertum[p].

L.15 GAIVS. Corrumpit ſeruum & qui ei perſuadet, vt dominum contemnat.

L.16 AFRICAN. Si ſeruus[q] qui ſolebat adminiſtrare vel fœnori occupare pecuniam domini, rationibus redditis poſt libertatem, inueniatur cum muliere quadam pecuniam conſumpſiſſe, in eam competit actio ſerui corrupti, & furti de iis quæ ſeruus ad eam detulit[r].

L.vlt. MARCIAN. Etiam conſtante matrimonio in vxorem[s] vir habet actionem ſerui corrupti: ſed fauore[t] nuptiarum, in ſimplum[u].

a *In duplum tenetur*. Furti & ſerui corrupti. Sed alia aliam nõ tollit, vt c.11.th.2. & ibi Antiquus apprime neceſſarius.

b *Neque conuenire*. Quia nihil eius intereſt ſeruum non corrumpi. & ſi quis hoc admiſerit, vt detur bonę fidei poſſeſſori actio ſerui corr ipti, eueniet vt duobus competat, domino & bonæ fidei poſſeſſori. quod eſt abſurdum.

c *Neque conueniri*. Conuenitur noxali Aquilia & ſerui corrupti, vt lib.9.tit.4.ff.11.ſiue tit.5. huius libri, & habet vtilem Aquiliam, vt tit.2.lib.9.ff.11.th.9.& ff.17.ſiue tit.3.huius lib.

d *Serui corrupti*. Directa, ſed noxali ſerui corrupti. quia ſolis dominis competit.

e *Sed neque is*. Sed neque ſi liber homo mihi bona fide ſeruiat, poſſum aduerſus corruptorem agere ſerui corrupti.

f *Tenetur*. Quod Prætor ait, Qui alienum ſeruum recepiſſe, ſic accipimus ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. recipere enim proprie eſt refugium abſcondendi cauſa præbere vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificiove. Quia vero & Perſuaſiſſe dixit Prætor, perſuadere eſt valde cõpellere & cogere aliquem ſibi parêre. Sed perſuadere ex mediis verbis eſt, & tam de bono quam de malo conſilio dicitur. nam & bona ſuadere quis poteſt, & in mala compellere & cogere ſibi parêre. & ideo Prætor adiicit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret. neque enim deliquit qui perſuadet ſeruo, niſi quid tale perſuadeat quo deteriorem eum faciat. Qui igitur perſuadet ſeruo, vt aliquid faciat, vel cogitet turpiter, aut improbe, is tenetur hoc edicto. Vtrum vero qui bonum ſeruum corrumpit & impellit ad delinquendum, tenetur hac actione? an & qui malum exhortatur, & ei demonſtrat quemadmodum delictum admittat? & eſt verius etiam ſi peſſimo ſeruo mõſtrauerit vias delinquendi, teneri eum ſerui corrupti. nam & ſi omnino erat furtum facturus vel fugiturus, & hoc eius propoſitum quidam laudauerit, tenetur. nec enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum ſiue malum deteriorem, corrupiſſe videtur. Item ſi ſuaſerit ſeruo vt iniuriam faceret vel furtum vel fugeret vel vt alienum ſeruum ſolicitaret vel comederet pecuniam vel amator exiſteret aut erro vel vt malis actibus ſe dederet vel ſpectaculis nimis ſtuderet vel ſeditiones concitaret, tenetur ſerui corrupti. Sed & ſi actori meo vel verbis nudis ſuaſit quis vel pretio dato, vt rationes meas corrumperet vel vt confunderet rationes ſibi commiſſas, vel ſi luxurioſum fecit aut contumacem, vel vt turpe quid pateretur ſuaſit, tenetur ſerui corrupti. Quære c.11.th.2.

g *Solicitet*. Quia futurum eſt vt conueniatur noxaliter, vt ff.5. & ff. 14.th.6. & eatenus mea intereſt.

h *Stuprum patiatur*. Qui ſtuprat actorem ſeruum ſiue eiuſmodi hominem, vt non ſolum ad cauſam damni ſed ad totius domus euerſionem factum pertineat, ſeueriter punitur, vt lib.1.tit.18. ff.21.ſiue lib.6.tit.1. Lege & lib.21.tit.1.ff.26.th.1.ſiue lib.19.tit.10.

i *Qui ſine dolo malo*. Doli mali mentione facta Prætor notat calliditatem eius qui ſeruum corrumpit. nam ſi abſque dolo deteriorem quis fecerit alienum ſeruum vel quaſi luſus gratia quædam elocutus mores eius corruperit, non tenetur ſerui corrupti. Vnde ſi quis alieno ſeruo ſuaſerit in tectum aſcendere vel in puteum deſcendere, & is ſuadenti parens aſcendendo vel deſcendendo ceciderit, & crus aliudve membrum fregerit vel perierit, quæritur an teneatur qui ſuaſit. & placet ſi dolo ſuaſerit, teneri eum ſerui corrupti: ſi ſine dolo, non teneri ſerui corrupti, ſed vtili Aquilia, quę noxium ludum coercet.

k *Vtili Aquilia*. Quia Aquilia non tantum ex dolo ſed etiam ex deſidia & leui culpa competit, vt lib.9.tit.2.ff 5.7.30.44. & ea tenentur non tantum qui occiderunt ſed & qui mortis cauſam præbuerunt, vt lib.9.tit.2.ff.8.34.ſiue tit.3.

l *Qui dolo*. Doli enim mentio non tantum ad ſolicitatorem ſed ad receptorem alienorum ſeruorum pertinet. Quære tit.3.c.8.& 5.& 30 th.4.

m *Etiamſi exiſtimauerit*. Idem didiciſti & in Aquilia lib.9.tit.2.ff.45.ſiue tit.3.huius lib.

n *Quem corrupit*. Quære tit.3.c.45.th.2.

o *Tenetur*. Magis enim delinquit qui eius corrumpit mores quem exiſtimat eſſe liberum.

p *In duplum*. In duplum damni, vt ff.10.& 14. Nota differentiam actionis ſerui corrupti & Aquiliæ, hæc in duplum datur ſiue fateatur reus ſiue diffiteatur, Aquilia in confitentem datur in

Digitized by Google

¶ Etiam[m] ſi exiſtimauerit quis liberum eſſe eum quem[n] corrupit, tenetur[o]. ¶ Actio ſerui corrupti etiam in confitentem in duplum[p] competit, quanuis Aquilia inficiantem ſolum duplo coerceat. ¶ Serui aut ſeruæ ſolicitantium nomine noxaliter agitur. ¶ Actio[q] ſerui corrupti refertur ad tempus delicti & ideo[r] competit etiam poſt ſerui mortem, & manumiſſionem, & alienationem. §. 1 §. 2 §. 3 §. vlt.

PAVLVS. Præterita enim vtilitas æſtimatur. nam manumittuntur etiam mali ſerui. l. 6

VLPIA. Vel etiam poſterior[s] cauſa conciliat ei iuſtam libertatem. l. 7

PAVLVS. Hæredibus[t] quoque datur actio ſerui corrupti, licet ſerui domini non ſint, vt ſi legatus ſit. l. 8

VLPIA. Socius[u] qui corrumpit communem ſeruum, vel recipit celandi[x] cauſa, tenetur ſerui corrupti, & communi diuidundo, & pro ſocio[y], ſi ſocii ſint[z]. ¶ Proprietarius aduerſus fructuarium habet actionẽ ſerui corrupti, & fructuarius aduerſus proprietarium & extraneum[a], vtilem. l. 9. in pr. §. 1

PAVLVS. Hac[b] actione duplatur, quanto ſeruus corruptus minoris eſt[c], & veniunt etiam in eam quæcunque abſtulit[d], & omne damnum duplatur, quanuis ad corruptorem res non peruenerint. RES autem poſtea ſubreptæ non æſtimantur[e]. l. 10 l. 11. in pr.

VLPIA. Si ſeruo[f] perſuaſero, vt inſtrumẽta corrumperet[g], teneor. Si vero conſuetudine peccandi alia etiam corruperit, horum nomine non teneor. ¶ Præter[h] actionem ſerui corrupti competit etiam actio furti[i] rerum ſubtractarum nomine, & altera[k] alteram non tollit. Idẽ & in eo qui ſeruum recepit & celauit[l]. Competit & condictio furtiua. hæc enim rẽ, actio furti pœnam, actio ſerui corrupti id quod intereſt[m] perſequitur. §. 1 §. 2

PAVLVS. Quia manet reus obligatus etiam rebus redditis. l. 12

VLPIAN. Actio ſerui corrupti hæredibus[n] competit, non etiam in hæredes, & perpetua eſt. l. 13

PAVLVS. Qui corrupit ſeruũ hæreditarium & hac actione & petitione hæreditatis[o] quaſi raptor[p] tenetur, † in quam tantũ venit, quantum[q] in actionem ſerui corrupti. ¶ Filiiſf. corruptis non competit actio ſerui corrupti. quia pecuniarium[r] damnum eſſe oportet, dignitate & fama domus[s] ſalua. Vtilis[u] tamen ẽt de iis competit, & æſtimatur[x] officio iudicis. ¶ Hæc actio[y] non competit[z] communi ſeruo ſolicitante[a] ſeruũ vnius ex dominis proprium[b]. Sed ſi alienum ſolicitauerit, quiuis dominorum in ſolidum tenetur, vt in cæteris actionibus noxalibus. & vno ſoluẽte alius liberatur. ¶ Si ſeruus in quo vſumfructũ habeo, alium ſeruũ meum corruperit, eſt mihi actio[c] cum domino. ¶ Pignerati ſerui nomine debitor[d] habet actionem ſerui corrupti. ¶ Duplum[e] extra rem non præſtatur. nam damnũ[f] duplatur[g] ¶ Si perſuaſeris ſeruo meo vt Petro furtũ faciat, non tantum in id quo deterior ſeruus effectus eſt condemnaberis, ſed & in id[h] quod Petro neceſſe habeo præſtare. ¶ Idem erit ſi ei perſuaſeris vt alii damnum daret. nam ei teneor lege Aquilia vel ex conducto, ſi eum[i] locaui. Idem erit & in ſimilibus. ¶ Interdũ[k] ſeruus adeo inutilis eſt vt nõ expediat[l] eum habere. quamobrẽ electio eſt domini vt vel duplum damni cõſequatur[m], vel pretium[n] ſerui, corruptori tradito ſeruo. ſed ſi non §. 1 † l. 14. in princ. §. 1 §. 2 §. 3 §. 4 §. 5 §. 6 §. 7 §. vlt.

habet

Digitized by Google

habet facultatem tradendi eius, pretia conſequitur, & cedit actionibus periculo[o] ſolicitatoris: & hoc ſi ſeruus ſuperſit, ſed ſi manumittatur, non facile audietur volens conſequi pretium & habere libertum[p].

L.15 GAIVS. Corrumpit ſeruum & qui ei perſuadet, vt dominum contemnat.

L.16 AFRICAN. Si ſeruus[q] qui ſolebat adminiſtrare vel fœnori occupare pecuniam domini, rationibus redditis poſt libertatem, inueniatur cum muliere quadam pecuniam conſumpſiſſe, in eam competit actio ſerui corrupti, & furti de iis quæ ſeruus ad eam detulit[r].

L.vlt. MARCIAN. Etiam conſtante matrimonio in vxorem[s] vir habet actionem ſerui corrupti: ſed fauore[t] nuptiarum, in ſimplum[u].

a *In duplum tenetur*. Furti & ſerui corrupti. Sed alia aliam nō tollit, vt c.11.th.2. & ibi Antiquus apprime neceſſarius.

b *Neque conuenire*. Quia nihil eius intereſt ſeruum non corrumpi. & ſi quis hoc admiſerit, vt detur bonę fidei poſſeſſori actio ſerui corrupti, eueniet vt duobus competat, domino & bonæ fidei poſſeſſori. quod eſt abſurdum.

c *Neque conueniri*. Conuenitur noxali Aquilia & ſerui corrupti, vt lib.9.tit.4.ff.11.ſiue tit.5. huius libri, & habet vtilem Aquiliam, vt tit.2.lib.9.ff.11.th.9.& ff.17.ſiue tit.3.huius lib.

d *Serui corrupti*. Directa, ſed noxali ſerui corrupti. quia ſolis dominis competit.

e *Sed neque is*. Sed neque ſi liber homo mihi bona fide ſeruiat, poſſum aduerſus corruptorem agere ſerui corrupti.

f *Tenetur*. Quod Prætor ait, Qui alienum ſeruum recepiſſe, ſic accipimus ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. recipere enim proprie eſt refugium abſcondendi cauſa præbere vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificiove. Quia vero & Perſuaſiſſe dixit Prætor, perſuadere eſt valde compellere & cogere aliquem ſibi parêre. Sed perſuadere ex mediis verbis eſt, & tam de bono quam de malo conſilio dicitur. nam & bona ſuadere quis poteſt, & in mala compellere & cogere ſibi parêre. & ideo Prætor adiicit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret. neque enim deliquit qui perſuadet ſeruo, niſi quid tale perſuadeat quo deteriorem eum faciat. Qui igitur perſuadet ſeruo, vt aliquid faciat, vel cogitet turpiter, aut improbe, is tenetur hoc edicto. Verum vero qui bonum ſeruum corrumpit & impellit ad delinquendum, tenetur hac actione? an & qui malum exhortatur, & ei demonſtrat quemadmodum delictum admittat? & eſt verius etiam ſi peſſimo ſeruo mōſtrauerit vias delinquendi, teneri eum ſerui corrupti. nam & ſi omnino erat furtum facturus vel fugiturus, & hoc eius propoſitum quidam laudauerit, tenetur. nec enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum ſiue malum deteriorem, corrupiſſe videtur. Item ſi ſuaſerit ſeruo vt iniuriam faceret vel furtum vel fugeret vel vt alienum ſeruum ſolicitaret vel comederet pecuniam vel amator exiſteret aut erro vel vt malis actibus ſe dederet vel ſpectaculis nimis ſtuderet vel ſeditiones concitaret, tenetur ſerui corrupti. Sed & ſi actori meo vel verbis nudis ſuaſit quis vel pretio dato, vt rationes meas corrumperet vel vt confunderet rationes ſibi commiſſas, vel ſi luxurioſum fecit aut contumacem, vel vt turpe quid pateretur ſuaſit, tenetur ſerui corrupti. Quære c.11.th.2.

g *Solicitet*. Quia futurum eſt vt conueniatur noxaliter, vt ff.5. & ff. 14.th.6. & eatenus mea intereſt.

h *Stuprum patiatur*. Qui ſtuprat actorem ſeruum ſiue eiuſmodi hominem, vt non ſolum ad cauſam damni ſed ad totius domus euerſionem factum pertineat, ſeueriter punitur, vt lib.1.tit.18. ff.21.ſiue lib.6.tit.1. Lege & lib.21.tit.1.ff.26.th.1.ſiue lib.19.tit.10.

i *Qui ſine dolo malo*. Doli mali mentione facta Prætor notat calliditatem eius qui ſeruum corrumpit. nam ſi abſque dolo deteriorem quis fecerit alienum ſeruum vel quaſi luſus gratia quædam elocutus mores eius corruperit, non tenetur ſerui corrupti. Vnde ſi quis alieno ſeruo ſuaſerit in tectum aſcendere vel in puteum deſcendere, & is ſuadenti parens aſcendendo vel deſcendendo ceciderit, & crus aliudve membrum fregerit vel perierit, quæritur an teneatur qui ſuaſit. & placet ſi dolo ſuaſerit, teneri eum ſerui corrupti: ſi ſine dolo, non teneri ſerui corrupti, ſed vtili Aquilia, quę noxium ludum coercet.

k *Vtili Aquilia*. Quia Aquilia non tantum ex dolo ſed etiam ex deſidia & leui culpa competit, vt lib.9.tit.2.ff 5.7.30.44. & ea tenentur non tantum qui occiderunt ſed & qui mortis cauſam præbuerunt, vt lib.9.tit.2.ff.8.34.ſiue tit.3.

l *Qui dolo*. Doli enim mentio non tantum ad ſolicitatorem ſed ad receptorem alienorum ſeruorum pertinet. Quære tit.3.c.8.& 9.& 30 th.4.

m *Etiamſi exiſtimauerit*. Idem didiciſti & in Aquilia lib.9.tit.2.ff.45.ſiue tit.3.huius lib.

n *Quem corrupit*. Quære tit.3.c.45.th.2.

o *Tenetur*. Magis enim delinquit qui eius corrumpit mores quem exiſtimat eſſe liberum.

p *In duplum*. In duplum damni, vt ff.10.& 14. Nota differentiam actionis ſerui corrupti & Aquiliæ, hæc in duplum datur ſiue fateatur reus ſiue diffiteatur, Aquilia in confitentem datur in

Digitized by Google

¶ Etiam[m] ſi exiſtimauerit quis liberum eſſe eum quem[n] corru- §. 1
pit, tenetur[o]. ¶ Actio ſerui corrupti etiam in confitentem in duplum[p] §. 2
competit, quamuis Aquilia inficiantem ſolum duplo coerceat. ¶ Serui §. 3
aut ſeruæ ſolicitantium nomine noxaliter agitur. ¶ Actio[q] ſerui corrupti §. vlt.
refertur ad tempus delicti & ideo[r] competit etiam poſt ſerui mortem, &
manumiſſionem, & alienationem.

PAVLVS. Præterita enim vtilitas æſtimatur. nam manumittuntur et- l. 6
iam mali ſerui.

VLPIA. Vel etiam poſterior[s] cauſa conciliat ei iuſtam libertatem. l. 7

PAVLVS. Hæredibus[t] quoque datur actio ſerui corrupti, licet ſerui l. 8
domini non ſint, vt ſi legatus ſit.

VLPIA. Socius[u] qui corrumpit communem ſeruum, vel recipit celan- l. 9. in pr.
di[x] cauſa, tenetur ſerui corrupti, & communi diuidundo, & pro ſocio[y],
ſi ſocii ſint[z]. ¶ Proprietarius aduerſus fructuarium habet actionē ſerui §. 1
corrupti, & fructuarius aduerſus proprietarium & extraneum[a], vtilem.

PAVLVS. Hac[b] actione duplatur, quanto ſeruus corruptus minoris l. 10
eſt[c], & veniunt etiam in eam quæcunque abſtulit[d], & omne damnum
duplatur, quamuis ad corruptorem res non peruenerint. RES autem po- l. 11. in pr.
ſtea ſubreptæ non æſtimantur[e].

VLPIA. Si ſeruo[f] perſuaſero, vt inſtrumēta corrumperet[g], teneor. Si §. 1
vero conſuetudine peccandi alia etiam corruperit, horum nomine non
teneor. ¶ Præter[h] actionem ſerui corrupti competit etiam actio furti[i] re- §. 2
rum ſubtractarum nomine, & altera[k] alteram non tollit. Idē & in eo qui
ſeruum recepit & celauit[l]. Competit & condictio furtiua. hæc enim rē,
actio furti pœnam, actio ſerui corrupti id quod intereſt[m] perſequitur.

PAVLVS. Quia manet reus obligatus etiam rebus redditis. l. 12

VLPIAN. Actio ſerui corrupti hæredibus[n] competit, non etiam in hæ- l. 13
redes, & perpetua eſt.

PAVLVS. Qui corrupit ſeruū hæreditarium & hac actione & petitio- §. 1
ne hæreditatis[o] quaſi raptor[p] tenetur, † in quam tantū venit, quantum[q] † l. 14. in princ.
in actionem ſerui corrupti. ¶ Filiisf[r]. corruptis non competit actio ſer- §. 1
ui corrupti. quia pecuniarium[s] damnum eſſe oportet, dignitate & fama
domus[t] ſalua. Vtilis[u] tamen ēt de iis competit, & æſtimatur[x] officio iudi-
cis. ¶ Hæc actio[y] non competit[z] communi ſeruo ſolicitante[a] ſeruū vnius §. 2
ex dominis proprium[b]. Sed ſi alienum ſolicitauerit, quiuis dominorum
in ſolidum tenetur, vt in cæteris actionibus noxalibus. & vno ſoluēte a-
lius liberatur. ¶ Si ſeruus in quo vſumfructū habeo, alium ſeruū meum §. 3
corruperit, eſt mihi actio[c] cum domino. ¶ Pignerati ſerui nomine debi- §. 4
tor[d] habet actionem ſerui corrupti. ¶ Duplum[e] extra rem non præſtatur. §. 5
nam damnū[f] duplatur[g] ¶ Si perſuaſeris ſeruo meo vt Petro furtū faciat, §. 6
non tantum in id quo deterior ſeruus effectus eſt condemnaberis, ſed &
in id[h] quod Petro neceſſe habeo præſtare. ¶ Idem erit ſi ei perſuaſeris vt §. 7
alii damnum daret. nam ei teneor lege Aquilia vel ex conducto, ſi eum[i]
locaui. Idem erit & in ſimilibus. ¶ Interdū[k] ſeruus adeo inutilis eſt vt nō §. vlt.
expediat[l] eum habere. quamobrē electio eſt domini vt vel duplum da-
mni cōſequatur[m], vel pretium[n] ſerui, corruptori tradito ſeruo. ſed ſi non
habet

Digitized by Google

habet facultatem tradendi eius, pretia conſequitur, & cedit actionibus periculo[o] ſolicitatoris: & hoc ſi ſeruus ſuperſit, ſed ſi manumittatur, non facile audietur volens conſequi pretium & habere libertum[p].

L.15 GAIVS. Corrumpit ſeruum & qui ei perſuadet, vt dominum contemnat.

L.16 AFRICAN. Si ſeruus[q] qui ſolebat adminiſtrare vel fœnori occupare pecuniam domini, rationibus redditis poſt libertatem, inueniatur cum muliere quadam pecuniam conſumpſiſſe, in eam competit actio ſerui corrupti, & furti de iis quæ ſeruus ad eam detulit[r].

L.vlt. MARCIAN. Etiam conſtante matrimonio in vxorem[s] vir habet actionem ſerui corrupti: ſed fauore[t] nuptiarum, in ſimplum[u].

a *In duplum tenetur.* Furti & ſerui corrupti. Sed alia aliam nō tollit, vt c. 11. th. 2. & ibi Antiquus apprime neceſſarius.

b *Neque conuenire.* Quia nihil eius intereſt ſeruum non corrumpi. & ſi quis hoc admiſerit, vt detur bonę fidei poſſeſſori actio ſerui corr ipti, eueniet vt duobus competat, domino & bonæ fidei poſſeſſori. quod eſt abſurdum.

c *Neque conueniri.* Conuenitur noxali Aquilia & ſerui corrupti, vt lib. 9. tit. 4. ff. 11. ſiue tit. 5. huius libri, & habet vtilem Aquiliam, vt tit. 2. lib. 9. ff. 11. th. 9. & ff. 17. ſiue tit. 3. huius lib.

d *Serui corrupti.* Directa, ſed noxali ſerui corrupti. quia ſolis dominis competit.

e *Sed neque is.* Sed neque ſi liber homo mihi bona fide ſeruiat, poſſum aduerſus corruptorem agere ſerui corrupti.

f *Tenetur.* Quod Prætor ait, Qui alienum ſeruum recepiſſe, ſic accipimus ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. recipere enim proprie eſt refugium abſcondendi cauſa præbere vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificiove. Quia vero & Perſuaſiſſe dixit Prætor, perſuadere eſt valde compellere & cogere aliquem ſibi parêre. Sed perſuadere ex mediis verbis eſt, & tam de bono quam de malo conſilio dicitur. nam & bona ſuadere quis poteſt, & in mala compellere & cogere ſibi parêre. & ideo Prætor adiicit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret. neque enim deliquit qui perſuadet ſeruo, niſi quid tale perſuadeat quo deteriorem eum faciat. Qui igitur perſuadet ſeruo, vt aliquid faciat, vel cogitet turpiter, aut improbe, is tenetur hoc edicto. Verum vero qui bonum ſeruum corrumpit & impellit ad delinquendum, tenetur hac actione? an & qui malum exhortatur, & ei demonſtrat quemadmodum delictum admittat? & eſt verius etiam ſi peſſimo ſeruo mōſtrauerit vias delinquendi, teneri eum ſerui corrupti. nam & ſi omnino erat furtum facturus vel fugiturus, & hoc eius propoſitum quidam laudauerit, tenetur. nec enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum ſiue malum deteriorem, corrupiſſe videtur. Item ſi ſuaſerit ſeruo vt iniuriam faceret vel furtum vel fugeret vel vt alienum ſeruum ſolicitaret vel comederet pecuniam vel amator exiſteret aut erro vel vt malis actibus ſe dederet vel ſpectaculis nimis ſtuderet vel ſeditiones concitaret, tenetur ſerui corrupti. Sed & ſi actori meo vel verbis nudis ſuaſit quis vel pretio dato, vt rationes meas corrumperet vel vt confunderet rationes ſibi commiſſas, vel ſi luxurioſum fecit aut contumacem, vel vt turpe quid pateretur ſuaſit, tenetur ſerui corrupti. Quære c. 11. th. 2.

g *Solicitet.* Quia futurum eſt vt conueniatur noxaliter, vt ff. 5. & ff. 14. th. 6. & eatenus mea intereſt.

h *Stuprum patiatur.* Qui ſtuprat actorem ſeruum ſiue eiuſmodi hominem, vt non ſolum ad cauſam damni ſed ad totius domus euerſionem factum pertineat, ſeueriter punitur, vt lib. 1, tit. 18. ff. 21. ſiue lib. 6. tit. 1. Lege & lib. 21. tit. 1. ff. 26. th. 1. ſiue lib. 19. tit. 10.

i *Qui ſine dolo malo.* Doli mali mentione facta Prætor notat calliditatem eius qui ſeruum corrumpit. nam ſi abſque dolo deteriorem quis fecerit alienum ſeruum vel quaſi luſus gratia quædam elocutus mores eius corruperit, non tenetur ſerui corrupti. Vnde ſi quis alieno ſeruo ſuaſerit in tectum aſcendere vel in puteum deſcendere, & is ſuadenti parens aſcendendo vel deſcendendo ceciderit, & crus aliudve membrum fregerit vel perierit, quæritur an teneatur qui ſuaſit. & placet ſi dolo ſuaſerit, teneri eum ſerui corrupti: ſi ſine dolo, non teneri ſerui corrupti, ſed vtili Aquilia, quę noxium ludum coercet.

k *Vtili Aquilia.* Quia Aquilia non tantum ex dolo ſed etiam ex deſidia & leui culpa competit, vt lib. 9. tit. 2. ff 5. 7. 30. 44. & ea tenentur non tantum qui occiderunt ſed & qui mortis cauſam præbuerunt, vt lib. 9. tit. 2. ff. 8. 34. ſiue tit. 3.

l *Qui dolo.* Doli enim mentio non tantum ad ſolicitatorem ſed ad receptorem alienorum ſeruorum pertinet. Quære tit. 3. c. 8. & 5. & 30 th. 4.

m *Etiamſi exiſtimauerit.* Idem didiciſti & in Aquilia lib. 9. tit. 2. ff. 45. ſiue tit. 3. huius lib.

n *Quem corrupit.* Quære tit. 3. c. 45. th. 2.

o *Tenetur.* Magis enim delinquit qui eius corrumpit mores quem exiſtimat eſſe liberum.

p *In duplum.* In duplum damni, vt ff. 10. & 14. Nota differentiam actionis ſerui corrupti & Aquiliæ, hæc in duplum datur ſiue fateatur reus ſiue diffiteatur, Aquilia in confitentem datur in

Digitized by Google

¶ Etiam[m] ſi exiſtimauerit quis liberum eſſe eum quem[n] corru- §. 1
pit, tenetur[o]. ¶ Actio ſerui corrupti etiam in confitentem in duplum[p] §. 2
competit, quanuis Aquilia inficiantem ſolum duplo coerceat. ¶ Serui §. 3
aut ſeruæ ſolicitantium nomine noxaliter agitur. ¶ Actio[q] ſerui corrupti §. vlt.
refertur ad tempus delicti & ideo[r] competit etiam poſt ſerui mortem, &
manumiſſionem, & alienationem.

PAVLVS. Præterita enim vtilitas æſtimatur. nam manumittuntur et- l. 6
iam mali ſerui.

VLPIA. Vel etiam poſterior[s] cauſa conciliat ei iuſtam libertatem. l. 7

PAVLVS. Hæredibus[t] quoque datur actio ſerui corrupti, licet ſerui l. 8
domini non ſint, vt ſi legatus ſit.

VLPIA. Socius[u] qui corrumpit communem ſeruum, vel recipit celan- l. 9. in pr.
di[x] cauſa, tenetur ſerui corrupti, & communi diuidundo, & pro ſocio[y],
ſi ſocii ſint[z]. ¶ Proprietarius aduerſus fructuarium habet actionē ſerui §. 1
corrupti, & fructuarius aduerſus proprietarium & extraneum[a], vtilem.

PAVLVS. Hac[b] actione duplatur, quanto ſeruus corruptus minoris l. 10
eſt[c], & veniunt etiam in eam quæcunque abſtulit[d], & omne damnum
duplatur, quanuis ad corruptorem res non peruenerint. RES autem po- l. 11. in pr.
ſtea ſubreptæ non æſtimantur[e].

VLPIA. Si ſeruo[f] perſuaſero, vt inſtrumēta corrumperet[g], teneor. Si §. 1
vero conſuetudine peccandi alia etiam corruperit, horum nomine non
teneor. ¶ Præter[h] actionem ſerui corrupti competit etiam actio furti[i] re- §. 2
rum ſubtractarum nomine, & altera[k] alteram non tollit. Idē & in eo qui
ſeruum recepit & celauit[l]. Competit & condictio furtiua. hæc enim rē,
actio furti pœnam, actio ſerui corrupti id quod intereſt[m] perſequitur.

PAVLVS. Quia manet reus obligatus etiam rebus redditis. l. 12

VLPIAN. Actio ſerui corrupti hæredibus[n] competit, non etiam in hæ- l. 13
redes, & perpetua eſt.

PAVLVS. Qui corrupit ſeruū hæreditarium & hac actione & petitio- §. 1
ne hæreditatis[o] quaſi raptor[p] tenetur, † in quam tantū venit, quantum[q] † l. 14. in princ.
in actionem ſerui corrupti. ¶ Filiisf. corruptis non competit actio ſer- §. 1
ui corrupti. quia pecuniarium[r] damnum eſſe oportet, dignitate & fama
domus[s] ſalua. Vtilis[t] tamen ēt de iis competit, & æſtimatur[x] officio iudi-
cis. ¶ Hæc actio[y] non competit[z] communi ſeruo ſolicitante[a] ſeruū vnius §. 2
ex dominis proprium[b]. Sed ſi alienum ſolicitauerit, quiuis dominorum
in ſolidum tenetur, vt in cæteris actionibus noxalibus. & vno ſoluēte a-
lius liberatur. ¶ Si ſeruus in quo vſumfructū habeo, alium ſeruū meum §. 3
corruperit, eſt mihi actio[c] cum domino. ¶ Pignerati ſerui nomine debi- §. 4
tor[d] habet actionem ſerui corrupti. ¶ Duplum[e] extra rem non præſtatur. §. 5
nam damnū[f] duplatur[g] ¶ Si perſuaſeris ſeruo meo vt Petro furtū faciat, §. 6
non tantum in id quo deterior ſeruus effectus eſt condemnaberis, ſed &
in id[h] quod Petro neceſſe habeo præſtare. ¶ Idem erit ſi ei perſuaſeris vt §. 7
alii damnum daret. nam ei teneor lege Aquilia vel ex conducto, ſi eum[i]
locaui. Idem erit & in ſimilibus. ¶ Interdū[k] ſeruus adeo inutilis eſt vt nō §. vlt.
expediat[l] eum habere. quamobrē electio eſt domini vt vel duplum da-
mni cōſequatur[m], vel pretium[n] ſerui, corruptori tradito ſeruo. ſed ſi non
habet

Digitized by Google

habet facultatem tradendi eius, pretia conſequitur, & cedit actionibus periculo[o] ſolicitatoris: & hoc ſi ſeruus ſuperſit, ſed ſi manumittatur, non facile audietur volens conſequi pretium & habere libertum[p].

L.15 GAIVS. Corrumpit ſeruum & qui ei perſuadet, vt dominum contemnat.

L.16 AFRICAN. Si ſeruus[q] qui ſolebat adminiſtrare vel fœnori occupare pecuniam domini, rationibus redditis poſt libertatem, inueniatur cum muliere quadam pecuniam conſumpſiſſe, in eam competit actio ſerui corrupti, & furti de iis quæ ſeruus ad eam detulit[r].

L.vlt. MARCIAN. Etiam conſtante matrimonio in vxorem[s] vir habet actionem ſerui corrupti: ſed fauore[t] nuptiarum, in ſimplum[u].

a *In duplum tenetur.* Furti & ſerui corrupti. Sed alia aliam nõ tollit, vt c.11.th.2. & ibi Antiquus apprime neceſſarius.

b *Neque conuenire.* Quia nihil eius intereſt ſeruum non corrumpi. & ſi quis hoc admiſerit, vt detur bonę fidei poſſeſſori actio ſerui corr ıpti, eueniet vt duobus competat, domino & bonæ fidei poſſeſſori. quod eſt abſurdum.

c *Neque conueniri.* Conuenitur noxali Aquilia & ſerui corrupti, vt lib.9.tit.4.ff.11. ſiue tit.5. huius libri, & habes vtilem Aquiliam, vt tit.2.lib.9.ff.11.th.9.& ff.17. ſiue tit.3. huius lib.

d *Serui corrupti.* Directa, ſed noxali ſerui corrupti. quia ſolis dominis competit.

e *Sed neque is.* Sed neque ſi liber homo mihi bona fide ſeruiat, poſſum aduerſus corruptorem agere ſerui corrupti.

f *Tenetur.* Quod Prætor ait, Qui alienum ſeruum recepiſſe, ſic accipimus ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. recipere enim proprie eſt refugium abſcondendi cauſa præbere vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificiove. Quia vero & Perſuaſiſſe dixit Prætor, perſuadere eſt valde compellere & cogere aliquem ſibi parêre. Sed perſuadere ex mediis verbis eſt, & tam de bono quam de malo conſilio dicitur. nam & bona ſuadere quis poteſt, & in mala compellere & cogere ſibi parêre. & ideo Prætor adiicit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret. neque enim deliquit qui perſuadet ſeruo, niſi quid tale perſuadeat quo deteriorem eum faciat. Qui igitur perſuadet ſeruo, vt aliquid faciat, vel cogitet turpiter, aut improbe, is tenetur hoc edicto. Verum vero qui bonum ſeruum corrumpit & impellit ad delinquendum, tenetur hac actione? an & qui malum exhortatur, & ei demonſtrat quemadmodum delictum admittat? & eſt verius etiam ſi peſſimo ſeruo mõſtrauerit vias delinquendi, teneri eum ſerui corrupti. nam & ſi omnino erat furtum facturus vel fugiturus, & hoc eius propoſitum quidam laudauerit, tenetur. nec enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum ſiue malum deteriorem, corrupiſſe videtur. Item ſi ſuaſerit ſeruo vt iniuriam faceret vel furtum vel fugeret vel vt alienum ſeruum ſolicitaret vel comederet pecuniam vel amator exiſteret aut erro vel vt malis actibus ſe dederet vel ſpectaculis nimis ſtuderet vel ſeditiones concitaret, tenetur ſerui corrupti. Sed & ſi actori meo vel verbis nudis ſuaſit quis vel pretio dato, vt rationes meas corrumperet vel vt confunderet rationes ſibi commiſſas, vel ſi luxurioſum fecit aut contumacem, vel vt turpe quid pateretur ſuaſit, tenetur ſerui corrupti. Quære c.11.th.2.

g *Solicitet.* Quia futurum eſt vt conueniatur noxaliter, vt ff.5. & ff.14.th.6. & eatenus mea intereſt.

h *Stuprum patiatur.* Qui ſtuprat actorem ſeruum ſiue eiuſmodi hominem, vt non ſolum ad cauſam damni ſed ad totius domus euerſionem factum pertineat, ſeueriter punitur, vt lib.1.tit.18. ff.21. ſiue lib.6.tit.1. Lege & lib.21.tit.1.ff.26.th.1. ſiue lib.19.tit.10.

i *Qui ſine dolo malo.* Doli mali mentione facta Prætor notat calliditatem eius qui ſeruum corrumpit. nam ſi abſque dolo deteriorem quis fecerit alienum ſeruum vel quaſi luſus gratia quædam elocutus mores eius corruperit, non tenetur ſerui corrupti. Vnde ſi quis alieno ſeruo ſuaſerit in tectum aſcendere vel in puteum deſcendere, & is ſuadenti parens aſcendendo vel deſcendendo ceciderit, & crus aliudve membrum fregerit vel perierit, quæritur an teneatur qui ſuaſit. & placet ſi dolo ſuaſerit, teneri eum ſerui corrupti: ſi ſine dolo, non teneri ſerui corrupti, ſed vtili Aquilia, quę noxium ludum coercet.

k *Vtili Aquilia.* Quia Aquilia non tantum ex dolo ſed etiam ex deſidia & leui culpa competit, vt lib.9.tit.2.ff 5.7.30.44. & ea tenentur non tantum qui occiderunt ſed & qui mortis cauſam præbuerunt, vt lib.9.tit.2.ff.8.34. ſiue tit.3.

l *Qui dolo.* Doli enim mentio non tantum ad ſolicitatorem ſed ad receptorem alienorum ſeruorum pertinet. Quære tit.3.c.8.& 9.& 30 th.4.

m *Etiamſi exiſtimauerit.* Idem didiciſti & in Aquilia lib.9.tit.2.ff.45. ſiue tit.3. huius lib.

n *Quem corrupit.* Quære tit.3.c.45.th.2.

o *Tenetur.* Magis enim delinquit qui eius corrumpit mores quem exiſtimat eſſe liberum.

p *In duplum.* In duplum damni, vt ff.10.& 14. Nota differentiam actionis ſerui corrupti & Aquiliæ, hæc in duplum datur ſiue fateatur reus ſiue diffiteatur, Aquilia in confitentem datur in

amitti actionem furti noxalem adquiſito dominio ſerui, reſtitui alienato.

c *Aeſtimationem litis.* Quia enim publica crimina in ipſos ſeruos intenduntur, noxales actiones in dominos, vt hoc cap. demonſtratur & 45. & in ſi. 46. merito Iuriſconſultus hoc loco ait venditorem damnari, ſi poſt litem conteſtatam ſeruum redemero. nam & 3. th. 30. c. 1. tit. 17. lib & ibi Antiquus, aiunt, in quem lis cōteſtata eſt, in eum & ſententiam ferri. qua de cauſa Iuriſconſultus dominum qui iudicium accepit, ſententiam quoq; cenſet pati debere, & nihil mutare, quod actor interim dominium ſerui adquiſierit.

c Non ſeruum in noxam. Quære lib. 17. tit. 1. c. 30. cuius initium, Reo poſt litem conteſtatam abſente, & ibi Antiquum. Nota in actionibus perſonalibus de rebus immobilibus. poſt litem conteſtatam alienatis rebus, reum peragere litem. & quære lib. 58. tit. 13. c. 16. ſimile.

d *Pro derelicto.* De pro derelicto tractatur lib. 41. tit. 7. ſiue lib. 50. tit. 7. Quære lib. 50. tit. 7. & lib. 43. tit. 3. c. 36.

e *Non teneor.* Sed ſeruus quaſi liber effectus.

f *Si ſeruus.* Si ſeruus meus rem tuam ſubtraxerit & vendiderit, tuq; inuentum pretium apud eū abſtuleris, ex vtroq; latere naſcitur actio furti nam & tu habes noxalem, & ego, quia nummos ſeruo meo abſtuliſti, habeo actionem furti cōtra te. Sed & ſi ſeruo creditoris mei ſoluerim nummos, vt domino det, & is ſibi nummos retinuerit, & ego creditori teneor crediti nomine, & creditor mihi noxali iudicio. quære tit. 12. c. 48. th. vlt.

g *Nummos* Hoc eſt pretium rei tuæ. quære tit. 12 c 52 th. 10. & tit. 3. c. 27. th. 14.

h *Et excuſſeris.* Vt alius acciperet.

i *Furti actionem.* Furtiuum enim non eſt, quod ex re furtiua quæſitum eſt, vt tit. 12. c. 48 th. vlt. Nummi igitur non erant furtiui, & ad me, non ad te pertinebant.

k *Ego nummorum nomine.* Non omnino in eum, qui excuſſit, competit actio furti: ſed ita demum, ſi excuſſit vt alius acciperet. vt tit. 2. ff. 27. circa medium, ſiue tit. 3. th. 17. & Inſt 4. tit. 1. Nota actionem furti intendi noxaliter, & acceptam rem à ſeruo meo meam non fieri niſi me ſciente acceperit.

k Vtrum vero dedens mihi noxium ſeruum cogetur dominus ſpecialiter vltra noxam ſoluere, & quæ ex delicto ſerui lucrifecit, vt ſi ſubripuit vel rapuit, & puto. *. & quære cap. 46. cum videatur. *.

l *Competit.* Noxalis aduerſus creditorem dominum ſerui eius nomine. nam à creditore ex cauſa crediti nondum liberatus ſum.

m *Si plures.* Cyrilli Si plures domini dolo deſierint poſſidere, ſinguli tenentur in ſolidum, vnum tamen eligat actor. quære c. 24. 25. 26.

n *In id quod intereſt.* Nec enim reus noxæ dedendi ſerui facultatem habet, etiamſi reducto ſeruo futurum ſit vt noxaliter teneatur.

o *Qui alienum ſeruum.* Qui alienum ſeruum ſuū eſſe fatetur, quamuis pro eo teneatur, tamen ſatiſdare debet iudicatum ſolui, quaſi alieni ſerui nomine conuentus qui autem pro ſeruo ſuo ſuſcipit noxalem actionem, ab eo iudicatum ſolui ſatiſdatio non exigitur. quære c. 26. th. 4. & lib. 7. tit. 15 c 4 ſiue lib. 2 tit. 9. ff. 4.

p *Serui ſui.* Habet enim ſeruum. Sed & ſi alienauerit eum, apud quemcunque fuerit ſeruus, ſalua eſt noxalis actio.

q *Non ſatiſdat.* Niſi ſuſpectus ſit, vt lib. 7. tit. 14. c. 7. th. vlt.

r *Dominus.* Quære c. 24. 25. 26. & 42. th. 2.

ſ *Præſcribit.* Si quis agat cum domino ſerui dicens eum dolo deſiiſſe poſſidere & dominus contendat ab alio defendi ſeruum cum ſatiſdatione iudicatum ſolui excluditur præſcriptione doli. Sed & ſi domino conuento quaſi dolo deſiiſſet poſſidere, celaretve ſeruum, apparuerit ſeruus poſt litem conteſtatam, & quia nō defendebatur ductus ſit, exceptione doli mali oppoſita dominus abſoluitur. Sed & mortuo ſeruo ante litem cum domino conteſtatam, amplius hac actione dominus non tenetur, quam Prætor dedit aduerſus eos qui dolo malo ſeruum celarent.

Cyrilli. Qui dolo deſiit poſſidere ſi adferat alium defendentem cum ſatiſdatione. vel ſi poſt litem conteſtatam inueniatur ſeruus & ducatur in noxam, vel ſi moriatur ante litem conteſtatam, vtitur exceptione doli.

t *Exceptione.* Nempe hac. At ſi noxium ſeruum non habes.

u *Dominus.* Si nihilominus conueniatur, quod dolo deſierit poſſidere.

x *Itemque.* Hoc eſt, liberatur noxali actione, & eius quæ ſuo nomine intenditur, ſi ſciens ſecum agi alienauerit, & poſtea deceſſerit ſeruus ante litem conteſtatam.

y *Act. o furti.* Hæredi poſtea adeunti. Similiter lib. 44. tit. 1. c 70. & quære tit. 2. huius lib. c. *. & lib. 7. tit. 5. c 5. th. 2. & lib. 42. tit. 3. c. 16. th. vlt. & tit. 12. c. 65. & lib. 7. tit 5. c. 74. th. 2.

z *Furtum.* Quia furtum fit in perſonam. nulla autem eſt perſona cui fiat. Competit tamen expilatæ hæreditatis, de qua lib. 47. tit. 19. & lib. 9. Cod tit. 32. ſiue lib. 60. tit. 29. c. 1. 2. 7. Quære tit. 13. c. 1. th. 2. & 9.

a *Communis ſeruus.* Cum ſeruus communis vni ex dominis damnum dedit, idcirco non datur in alium noxalis actio legis Aquiliæ, quia ſi extraneo ſeruus damnum dediſſet, poſſet agi noxali iudicio cum eo cui nunc damnum datum eſt, & aperta eſt regula dicens, Pro quibus tenemur noxali actione, eorum nomine noxali nos experiri haudquaquam poſſe. Sed & ſi vni ex dominis communis ſeruus furtū fecerit, non competit actio furti noxalis propter eandem regulam, ſed agitur communi diuidundo.

b *Vni*

Digitized by Google

b *Uni ex dominis*. Quære tit. 12.c.62.th.1.& lib.42.tit.3.c.16.th. vlt.

c *Diuidundo*. In 2.th.27.ff.2.tit. Aquiliam dedit in ſocium, non noxalem.

d *In ſolidum*. Si communis ſeruus alii furtum fecerit.

e *Poſt litem conteſtatam*. Ante ſententiam. quære c.14.25.26.

f *Ad libertatem*. Lege ff.26.24. Lege & lib.5.tit.3.ff.7.

g *Suſtinetur*. Quære lib.48.tit.8.c.24.

h *Peragitur*. Aduerſus dominum cum quo lis conteſtata eſt.

i *Extinguitur*. Quod ſi conuentus condemnatus ſit noxali iudicio, actio indicati transfertur in eum qui liber pronuntiatus eſt vt lib.40 tit.12.ff 24. ſiue lib.48.tit.8.

k *Suſceperit*. Quære lib.56.tit.1.c.13.th 3.& lib.7.tit.5.c.74.th.2.

l *Abſoluitur*. Quia nec exhibere eum poteſt, nec dolum admiſit, vt lib.39.tit.4.ff.13. ſiue lib. 56. tit. 1 lege huius tit.ff.26.th.4. Meminetis eorum quæ dicta & adnotata ſunt lib.5.tit.1.ff.74. them.2.

m *Noxales*. Lege ff.7.& finem 1.ff.

n *Actiones perpetuæ*. Niſi principales temporales ſint, vt lib.3. C. tit.41. Conſt.4. ſiue c.46. huius tit. quo loco ait, Si ignorante vel ſciente domino & nequeunte prohibere ſeruus rapuerit, intra annum vtilem, in quadruplum, poſt annum in ſimplum noxalem actionem dari. quære ca.46.

n Quæ ſcilicet ſunt ex iure ciuili, veluti noxalis furti, quam 12.tab introduxerunt, & damni iniuria, quæ eſt ex lege Aquilia, non etiam quæ ſunt ex edicto Prætoris, veluti noxalis iniuriarum & noxalis in factum. Sic diſtinguendæ ſunt noxales actiones, ne obſtet lib 7.tit.15.c .1in fine. Quære Inſt 4 tit.8.

o *Heredibus*. Quære c.7.& tit.3.c.23.th.5.

p *Proinde*. Certe ſi in alienum dominum tranſeat ſeruus, in nouum dominum noxalis actio datur non in hæredem.

q *Ubi*. Quære tit.34.c.7.th.3.

r *Serui deliquerunt*. Lege 2 th.27.c.& c.29.& lib.7.tit.5.c.38.& 84.

ſ *Exhiberi debent*. Idem & de criminibus dicitur lib.,8.tit 2. Dig 7.th.2. ſiue lib.60 tit.34.

l.1.C.de noxal. actionib. 44 QVI habeat[a] filium & ſeruum, deceſſit filio hærede relicto & ſeruo adſcripta libertate conditionali. Pendente conditione ſeruus quędam ſubtraxit ex hæreditate[b] eademq; conſumpſit, poſt conditio extitit, & libertatem adeptus eſt. Vult filius in eum experiri eorum nomine quæ in ſeruitute ſubtraxit. Et ait Conſtitutio, Si quidem poſt libertatē res ſubreptas habeat in manu, extantium vindicationem competere & ad exhibendum conſumptis eis poſt libertatem[c]. Sed & tunc furti[d] actioni locum eſſe[e]. Cum vero ipſi domino[f] furtum facit, neque in ſeruitute, neq; poſt libertatem tenetur. Lib.1. Cod.d. 41.Conſt.1.

l. 2 45 DIDICIMUS[g] nono libro Digeſtorū, titulo primo, ſi domino ignorante ſeruus deliquerit, noxale iudicium cōpetere: ſi domino ſciēte, dominum teneri detracta noxæ deditione. Proinde ſeruis arbores cędentibus ignorante domino, Cōſtitutio dat actionē noxalem, in hęc verba, Si ſerui veſtri neſcientibus vel etiā prohibentibus vobis furtim arbores ceciderunt, quibus propria pœna[h] iuxta legem ei publico[i] ſaltui datā fuerat præſtituta, fruſtra veremini ne ex perſona eorū vltra noxæ deditionē ſitis obſtricti, cum ex delictis ſeruorū domini ignorantes[k] vel prohibētes ſi noxali actione conueniantur, ita condemnari debeant, vt noxę dedere aut condemnationem ſufferre habent in ſua poteſtate.

l. 3 46 IN publicis[l] criminib. non eſt noxalis actio, vt dicitur 21.lib ff.tit.1. ſiue lib.19.tit 10.c.20. in caput, Noxa ſolutus. At ex priuatis delictis in dominos noxales actiones intendūtur, ſi ſcierint, omnimodo in id quod intereſt: ſi ignorauerint vel prohibuerint, ſecundum naturā noxalium actionum, vt didiciſti in 2. Conſtitutione. Proinde Conſtitutio reſcribit ad eum, cuius ſeruū alienus ſeruus ſolicitauerat, & plagio abduxerat: & ait in hunc modū, Siue ſeruum paras accuſare[m] ſolenniter, præſidē prouincię adire nō prohiberis, ſiue dominū eius prætoria[n] actione ſolicitati ſerui[o] vel furti actione malueris conuenire, ſuam notionem præſes

Digitized by Google

prouinciæ commodabit, non ignorans, quod ſi dominum elegeris, & non probaueris, eo ſciente quod intendis commiſſum, vel noxæ dedendæ, vel damni ſarciendi & debitæ pœnæ præſtandæ habeat facultatem.

47 Conſtitutio eſt ſimilis ſecundę & tertiæ, quæ dicit dominum ignorantem delictum ſerui, noxali tantũ iudicio teneri, ſcientem ſuo nomine. Summũ vero ius totius Conſtitutionis hoc eſt: A ſeruo alieno [p] facta rapina, intra annũ [q] eſſe actionẽ vi bonorum raptorum in quadruplum [r]: poſt annum, in ſimplum, vel in hoc, vt noxę dedatur ſeruus, vel dominus teneatur in id quod ad eum peruenit. ¶ Et ſi conſcio domino rapuerit, dominũ omnimodò teneri in id quod intereſt [s]: hoc eſt, vel in quadruplum, vel in ſimplum. ¶ Quod ſi vxorem tuam rapuerit, in ipſum ſeruum [t] publicum crimen intendi. l. 4 v. nam ſi. v. ſane.

48 Si ſeruus [u] aduerſarii tui voluntate domini ancillam tuam cum aliis rebus ſubtraxerit, cum inter ſeruum & liberum iudicium [x] non conſiſtat, ipſum dominũ ob hoc delictum [y] dupli pœnali [z] actione & de rebus vindicatione & condictione conuenire potes. Lvl.

a *Habebat.* Theodori. Qui rem ſubſtraxit domino ſuo, ſi manumiſſus eandem rem habere deprehendatur, non tenetur furti, ſed in rem & ad exhibendum. Lege lib. 4. tit. 14. Conſtit. 6. ſiue lib. 24. tit. 5. & lib. 6. tit. 2. Conſt. 21. ſiue lib 60. tit. 6. c. 28.

Thalelæi. Seruus ex contractibus habitis in ſeruitute non tenetur iure poſt libertatem, natura obligatus manet. Ex delictis autem etiam iure tenetur poſt libertatem, ſi extraneo noxam cõmiſerit: ſi domino, ne poſt libertatem quidem tenetur, vt didicimus 4 Inſt. His cognitis, tracta rem propoſitam, & quæ ſequuntur, vt in Baſilico.

Τὸ κατὰ πόδας. Si extant nummi, quos ablatos ex patris tui hæreditate ab eo, quem nunc eſſe liberum dicis, allegas, vindicare eos actione in rem, vel ad exhibendum agere, non prohiberis. nã quantuis caput ſequatur, & manumiſſus furti teneatur, quæ in hæredes non tranſmittitur, cum tamen ſeruus à domino aliquid aufert, quamuis furtum committat, furti tamen actio non eſt nata, neque aduerſus ipſum ſi poſtea manumiſſus eſt, locũ habere poteſt, niſi furtiuas res poſt manumiſſionem contrectet.

b *Ex hereditate.* Non quia non erat adita hæreditas, filius enim hæres extitit. ſed ex rebus hæreditatis paternæ.

c *Poſt libertatem.* Quære lib. 24 tit 5. c 6. & lib. 10. tit. 4. c. 10. & 11.

d *Furti.* Vtrum ſi qui domino ſubripuit, poſtea manumittatur, & poſt libertatem res ſubreptas poſſideat, conueniri poteſt furti actione, quaſi videatur furari qui res furtiuas contrectat, an in rem tantummodo & ad exhibendum, & quomodo intelligimus quod dicitur, in omnibus dictis actionibus necne, 10. & 11. c. 4. tit. 10. lib.

e *Locum eſſe*. Recte de actione furti, & ad exhibendum tractat, non de crimine expilatæ hæreditatis, nec rerum amotarum. quoniam non iacebat hæreditas.

f *Ipſi domino.* Res quidem eſt furtiua, & non vſucapitur: & qui opem tulit, conueniri poteſt ex illa parte, Ope conſiliove, ſed furti non agitur. quod & demonſtratur 4. Inſt.

g *Didicimus.* Theod. Noxium ſeruum dominus dedere debet, vel litis æſtimationem inferre. Idem ait 3. Conſtit. huius tit. In ſeruo plagiario. Idem & 4. Conſtit. adiiciens, ſeruo accuſato criminaliter, dominum pro eo non teneri, ſed poſtulari eum à domino, vt producatur. quod ſignificat 2. Conſtit. 42. tit. huius lib. 3. ſiue 3. tit. 15. lib. Sciendum vero eſt ita conuentum ſeruum recte defendi à domino, ſententiam in ipſum ſeruum ferri, vt lib. 9. tit. 2. Conſtit. 2. ſiue lib. 60. tit. 35. cap. 15.

h *Propria pœna.* Forte ſpecialis quædam lex pœnam ſtatuebat: & hodie eſt Nouella Conſtitutio De iis qui cædunt Perſean ex ſaltu Daphnes, in libro 11.

i *Publico.* Quære lib. 55. tit. 14. c. 1. & 2.

k *Domini ignorantes.* Didiciſti lib. 5. De iudiciis, dominum, qui poteſt prohibere & non prohibet, ſuo nomine teneri.

l *In publicis criminibus.* Ex publicis delictis ipſe ſeruus tenetur ſolenniter, hoc eſt, depoſita inſcriptione & præſtita ſatiſdatione exequendæ litis. Nota igitur, publica crimina in ipſos ſeruos intendi, vt ex hoc capite apparet & ex fin. 43. aperte. Noxales actiones intendi aduerſus domiros, & lege 47. cap. Cauſa hæc eſt, quod in criminalibus pecuniaria pœna non exigatur, vt titulo 48. cap. 7.

m *Accuſare.* Nota quod ſicuti ſeruo occiſo agitur Aquilia ciuiliter. & de ſicariis criminaliter: ita ſeruo plagio abducto, agitur lege Fabia de plagiariis criminaliter, & ſerui corrupti ciuiliter. & quęre tit. 48. c. 7. & 21. & 5.

n *Prætor actione.* Nota actionem ſerui corrupti eſſe prætoriam.

o *Soli-*

Digitized by Google

o *Solicitati ſerui.* Noxaliter cum ignorauit vel ſciens non potuit prohibere.

p *A ſeruo alieno.* Hinc apparet quod ſi domino ſciente & prohibere non nequeunte ſeruus cõmiſerit vel in legem Aquiliam vel in aliam legem, non noxaliter tantum dominum teneri, ſed & ſuo nomine: ſi domino non ſciente tantum, ſed etiam conſentiente, ſuo nomine duntaxat.

q *Intra annum.* τὸ κατ' πόδας, Si necdum vtilis annus exceſſit.

r *In quadruplum.* De pœna quadrupli quære lib. 58. tit. 11. c. 12. Nou. 63. & huius lib. tit. 17. cap. 2.

r Nec enim poteſt qui adquiſiuit actionem vi bonorum raptorum, licet ſerui nomine noxaliter contra dominum experiatur, mutare eius naturam, ſed eam intendit ſecundum propriam naturam. & ſi dominus pro ſua in ſeruum adfectione dedere eum nolit, præſtat quadruplum.

ſ *In id quod intereſt.* Quære c. 4. th. 2. & c. 9. 17.

ſ Siue poſſideat ſeruum, ſiue non. ſuo enim nomine tenetur. At noxali actione qui non poſſidet, non tenetur.

t *In ipſum ſeruum publicum.* Quia publicum eſt crimen raptus, de quo tit. 58. huius libri. Quære & lib. 4. tit. 1. c. 64.

u *Si ſeruus.* THEOD. Si quid ſeruus ſubripuerit voluntate domini, ipſe non tenetur, quia ſeruus eſt, dominus tenetur non tantum noxali furti, ſed & in rem & condictione furtiua. Lege lib. 9. tit. 12. Conſt. 8. vbi declaratur quemadmodum puniatur dominus cuius voluntate ſeruus vim fecit.

x *Iudicium.* Scilicet ciuile, veluti ſerui corrupti.

y *Ob hoc delictum.* Quære c. 4. th. 2. & c. 9 & 17. & ibi ſcholia.

z *Dupli pœnali actione.* Non dicit noxalem ſed furti ex capite, Ope conſiliove.

Titulus VI.

SIVE LIB. XII. ff. TIT. VI.

De ſeruo corrupto.

VLPIANVS.

l. 1. in pr. ff. de ſeruo corrupto. QVI ſeruum alienum recipit, perſuadetve quid ei dolo malo, quo eum deteriorẽ faciat, in duplum tenetur[a]. §. 1. ¶ Qui bona fide emit, neq; conuenire[b] neq; conueniri[c] poteſt ſerui corrupti[d]. ſed neque[e] is cui liber homo bona fide ſeruit. §. 2. ¶ Tenetur[f] autem qui recipit abſcondẽdi cauſa in ſuo vel alieno loco. §. 3. ¶ Perſuadet qui impellit & cogit ſibi parẽre, §. 4. ¶ & ſiue bonum corruperit, ſiue malum deteriorem fecerit, tenetur: §. vlt. ¶ vt ſi ei qui furtum facturus, vel ſe in fugã daturus erat omnino, monſtrauerit modum, vel laudauerit propoſitum. Corrumpit is qui perſuadet ſeruo, vt damnum det, vel furtũ faciat, vel fugiat, vel alienum ſeruum ſolicitet[g], vel vt peculium conſumat, vel amator exiſtat, vel erro, vel vt malis artibus ſe dedat, vel ſpectaculis nimio, vel vt ſeditioſus ſit, aut rationes dominicas intercidat.

l. 2. PAVLVS. Vel adulteret, vel turbet, vel vt luxurioſus ſit, aut cõtumax, vtve ſtuprum patiatur[h].

l. 3. in pr. VLPIAN. Qui ſine dolo[i] malo vel luſus gratia perſuadet, non tenetur. §. 1 ¶ Qui ſeruo perſuaſit in puteum deſcendere vel in tectum aſcendere, ſeruo fracto, vel mortuo, ſi dolo ſuaſit, tenetur: ſi ſine dolo, non tenetur. l. 4 SED melius eſt eum teneri vtili Aquilia[k].

l. 5. in pr. PAVLVS. Qui dolo[l] recepit, tenetur, non etiam qui vt domino redderet, vel humanitate, vel alia iuſta ratione.

Digitized by Google

¶ Etiam [m] ſi exiſtimauerit quis liberum eſſe eum quem [n] corru- §. 1
pit, tenetur [o]. ¶ Actio ſerui corrupti etiam in confitentem in duplum [p] §. 2
competit, quanuis Aquilia inficiantem ſolum duplo coerceat. ¶ Serui §. 3
aut ſeruæ ſolicitantium nomine noxaliter agitur. ¶ Actio [q] ſerui corrupti §. vlt.
refertur ad tempus delicti & ideo [r] competit etiam poſt ſerui mortem, &
manumiſſionem, & alienationem.

PAVLVS. Præterita enim vtilitas æſtimatur. nam manumittuntur et- l. 6
iam mali ſerui.

VLPIA. Vel etiam poſterior [s] cauſa conciliat ei iuſtam libertatem. l. 7

PAVLVS. Hæredibus [t] quoque datur actio ſerui corrupti, licet ſerui l. 8
domini non ſint, vt ſi legatus ſit.

VLPIA. Socius [u] qui corrumpit communem ſeruum, vel recipit celan- l. 9. in pr.
di [x] cauſa, tenetur ſerui corrupti, & communi diuidundo, & pro ſocio [y],
ſi ſocii ſint [z]. ¶ Proprietarius aduerſus fructuarium habet actionē ſerui §. 1
corrupti, & fructuarius aduerſus proprietarium & extraneum [a], vtilem.

PAVLVS. Hac [b] actione duplatur, quanto ſeruus corruptus minoris l. 10
eſt [c], & veniunt etiam in eam quæcunque abſtulit [d], & omne damnum
duplatur, quanuis ad corruptorem res non peruenerint. RES autem po- l. 11. in pr.
ſtea ſubreptæ non æſtimantur [e].

VLPIA. Si ſeruo [f] perſuaſero, vt inſtrumēta corrumperet [g], teneor. Si §. 1
vero conſuetudine peccandi alia etiam corruperit, horum nomine non
teneor. ¶ Præter [h] actionem ſerui corrupti competit etiam actio furti [i] re- §. 2
rum ſubtractarum nomine, & altera [k] alteram non tollit. Idē & in eo qui
ſeruum recepit & celauit [l]. Competit & condictio furtiua. hæc enim rē,
actio furti pœnam, actio ſerui corrupti id quod intereſt [m] perſequitur.

PAVLVS. Quia manet reus obligatus etiam rebus redditis. l. 12

VLPIAN. Actio ſerui corrupti hæredibus [n] competit, non etiam in hæ- l. 13
redes, & perpetua eſt.

PAVLVS. Qui corrupit ſeruū hæreditarium & hac actione & petitio- §. 1
ne hæreditatis [o] quaſi raptor [p] tenetur, † in quam tantū venit, quantum [q] † l. 14. in princ.
in actionem ſerui corrupti. ¶ Filiiſf [r]. corruptis non competit actio ſer- §. 1
ui corrupti. quia pecuniarium [s] damnum eſſe oportet, dignitate & fama
domus [t] ſalua. Vtilis [u] tamen ēt de iis competit, & æſtimatur [x] officio iudi-
cis. ¶ Hæc actio [y] non competit [z] communi ſeruo ſolicitante [a] ſeruū vnius §. 2
ex dominis proprium [b]. Sed ſi alienum ſolicitauerit, quiuis dominorum
in ſolidum tenetur, vt in cæteris actionibus noxalibus. & vno ſoluēte a-
lius liberatur. ¶ Si ſeruus in quo vſumfructū habeo, alium ſeruū meum §. 3
corruperit, eſt mihi actio [c] cum domino. ¶ Pignerati ſerui nomine debi- §. 4
tor [d] habet actionem ſerui corrupti. ¶ Duplum [e] extra rem non præſtatur. §. 5
nam damnū [f] duplatur [g] ¶ Si perſuaſeris ſeruo meo vt Petro furtū faciat, §. 6
non tantum in id quo deterior ſeruus effectus eſt condemnaberis, ſed &
in id [h] quod Petro neceſſe habeo præſtare. ¶ Idem erit ſi ei perſuaſeris vt §. 7
alii damnum daret. nam ei teneor lege Aquilia vel ex conducto, ſi eum [i]
locaui. Idem erit & in ſimilibus. ¶ Interdū [k] ſeruus adeo inutilis eſt vt nō §. vlt.
expediat [l] eum habere. quamobrē electio eſt domini vt vel duplum da-
mni cōſequatur [m], vel pretium [n] ſerui, corruptori tradito ſeruo. ſed ſi non
habet

Digitized by Google

habet facultatem tradendi eius, pretia conſequitur, & cedit actionibus periculo[o] ſolicitatoris: & hoc ſi ſeruus ſuperſit, ſed ſi manumittatur, non facile audietur volens conſequi pretium & habere libertum[p].

L.15 Gaivs. Corrumpit ſeruum & qui ei perſuadet, vt dominum contemnat.

L.16 African. Si ſeruus[q] qui ſolebat adminiſtrare vel fœnori occupare pecuniam domini, rationibus redditis poſt libertatem, inueniatur cum muliere quadam pecuniam conſumpſiſſe, in eam competit actio ſerui corrupti, & furti de iis quæ ſeruus ad eam detulit[r].

L.vlt. Marcian. Etiam conſtante matrimonio in vxorem[s] vir habet actionem ſerui corrupti: ſed fauore[t] nuptiarum, in ſimplum[u].

a *In duplum tenetur.* Furti & ſerui corrupti. Sed alia aliam nō tollit, vt c.11.th.2. & ibi Antiquus apprime neceſſarius.

b *Neque conuenire.* Quia nihil eius intereſt ſeruum non corrumpi. & ſi quis hoc admiſerit, vt detur bonę fidei poſſeſſori actio ſerui corr ipti, eueniet vt duobus competat, domino & bonæ fidei poſſeſſori. quod eſt abſurdum.

c *Neque conueniri.* Conuenitur noxali Aquilia & ſerui corrupti, vt lib.9.tit.4.ff.11.ſiue tit.5. huius libri, & habet vtilem Aquiliam, vt tit.2.lib.9.ff.11.th.9.& ff.17.ſiue tit.3.huius lib.

d *Serui corrupti.* Directa, ſed noxali ſerui corrupti. quia ſolis dominis competit.

e *Sed neque is.* Sed neque ſi liber homo mihi bona fide ſeruiat, poſſum aduerſus corruptorem agere ſerui corrupti.

f *Tenetur.* Quod Prætor ait, Qui alienum ſeruum recepiſſe, ſic accipimus ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. recipere enim proprie eſt refugium abſcondendi cauſa præbere vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificiove. Quia vero & Perſuaſiſſe dixit Prætor, perſuadere eſt valde compellere & cogere aliquem ſibi parêre. Sed perſuadere ex mediis verbis eſt, & tam de bono quam de malo conſilio dicitur. nam & bona ſuadere quis poteſt, & in mala compellere & cogere ſibi parêre. & ideo Prætor adiicit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret. neque enim deliquit qui perſuadet ſeruo, niſi quid tale perſuadeat quo deteriorem eum faciat. Qui igitur perſuadet ſeruo, vt aliquid faciat, vel cogitet turpiter, aut improbe, is tenetur hoc edicto. Vtrum vero qui bonum ſeruum corrumpit & impellit ad delinquendum, tenetur hac actione? an & qui malum exhortatur, & ei demonſtrat quemadmodum delictum admittat? & eſt verius etiam ſi peſſimo ſeruo mōſtrauerit vias delinquendi, teneri eum ſerui corrupti. nam & ſi omnino erat furtum facturus vel fugiturus, & hoc eius propoſitum quidam laudauerit, tenetur. nec enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum ſiue malum deteriorem, corrupiſſe videtur. Item ſi ſuaſerit ſeruo vt iniuriam faceret vel furtum vel fugeret vel vt alienum ſeruum ſolicitaret vel comederet pecuniam vel amator exiſteret aut erro vel vt malis actibus ſe dederet vel ſpectaculis nimis ſtuderet vel ſeditiones concitaret, tenetur ſerui corrupti. Sed & ſi actori meo vel verbis nudis ſuaſit quis vel pretio dato, vt rationes meas corrumperet vel vt confunderet rationes ſibi commiſſas, vel ſi luxurioſum fecit aut contumacem, vel vt turpe quid pateretur ſuaſit, tenetur ſerui corrupti. Quære c.11.th.2.

g *Solicitet.* Quia futurum eſt vt conueniatur noxaliter, vt ff.5. & ff. 14.th.6. & eatenus mea intereſt.

h *Stuprum patiatur.* Qui ſtuprat actorem ſeruum ſiue eiuſmodi hominem, vt non ſolum ad cauſam damni ſed ad totius domus euerſionem factum pertineat, ſeueriter punitur, vt lib.1.tit.18.ff.21.ſiue lib.6.tit.1. Lege & lib.21.tit.1.ff.26.th.1.ſiue lib.19.tit.10.

i *Qui ſine dolo malo.* Doli mali mentione facta Prætor notat calliditatem eius qui ſeruum corrumpit. nam ſi abſque dolo deteriorem quis fecerit alienum ſeruum vel quaſi luſus gratia quædam elocutus mores eius corruperit, non tenetur ſerui corrupti. Vnde ſi quis alieno ſeruo ſuaſerit in tectum aſcendere vel in puteum deſcendere, & is ſuadenti parens aſcendendo vel deſcendendo ceciderit, & crus aliudve membrum fregerit vel perierit, quæritur an teneatur qui ſuaſit. & placet ſi dolo ſuaſerit, teneri eum ſerui corrupti: ſi ſine dolo, non teneri ſerui corrupti, ſed vtili Aquilia, quę noxium ludum coercet.

k *Vtili Aquilia.* Quia Aquilia non tantum ex dolo ſed etiam ex deſidia & leui culpa competit, vt lib.9. tit.2. ff 5.7.30.44. & ea tenentur non tantum qui occiderunt ſed & qui mortis cauſam præbuerunt, vt lib.9. tit.2.ff.8.34.ſiue tit.3.

l *Qui dolo.* Doli enim mentio non tantum ad ſolicitatorem ſed ad receptorem alienorum ſeruorum pertinet. Quære tit.3.c.8.& 5.& 30 th.4.

m *Etiamſi exiſtimauerit.* Idem didiciſti & in Aquilia lib.9.tit.2.ff.45.ſiue tit.3.huius lib.

n *Quem corrupit.* Quære tit.3.c.45.th.2.

o *Tenetur.* Magis enim delinquit qui eius corrumpit mores quem exiſtimat eſſe liberum.

p *In duplum.* In duplum damni, vt ff.10.& 14. Nota differentiam actionis ſerui corrupti & Aquiliæ, hæc in duplum datur ſiue fateatur reus ſiue diffiteatur, Aquilia in confitentem datur in

Digitized by Google

ſimplum, in negantem in duplum. quære lib. 22. tit. 5. cap. 30. & Stephani annotationem quære 9, tit. 2. Dig. 2, 23, ſiue lib. 60, tit. 3. cap. 23, th. penult.

q *Actio ſerui corrupti.* Actio ſerui corrupti ei competit qui domin' erat eo tempore quo corrupti ſunt mores ſerui, non ei qui dominus eſt quo tempore agitur. & ideo mortuo vel alienato vel manumiſſo ſeruo, nihilominus actio domino competit. nec enim extinguitur manumiſſione, & præteriti temporis æſtimatio habetur in hac actione. & ne mirere, quod dixi de ſeruo corrupto manumiſſo. nam & ſæpe malos ſeruos quaſi abhorrentes eos manumittimus, & nonnunquam deterior factus ſeruus poſtea redit ad bonam frugem & conſequitur libertatem. Hæres quoque eius cuius ſeruus corruptus eſt, habet actionem ſerui corrupti non ſolum ſi manſerit in hæreditate ſeruus, ſed & ſi legatus ſit vel quo alio modo exierit hæreditate.

r *Ideo competit.* Quia non tempus quo agitur ſpectatur, ſed quo corruptus eſt ſeruus, quo mihi corruptio ſerui damnum attulit, licet nunc agens poſt manumiſſionem ſerui nihil damni ſentiam.

s *Poſterior cauſa.* Vt ſi raptum detexerit vel mortem domini ſui.

t *Hæredibus.* Sic Dig. 13. In quo ait in hæredes tamen eam non dari.

u *Socius.* Vel extraneus, & generaliter qui recipit tenetur. quære lib. 12. tit. 2. cap. 2. & ti. 1. cap. 31. & 52. Quære tit. 12. cap. 46. th. 1.

x *Celandi cauſa.* Recte ait celandi cauſa, propter id quod dicitur li. 17. tit. 2. Dig. 51. ſiue li. 12. ti.

y *Pro ſocio.* Quære cap. 10. finem 5. tit. quo datur in factum, & lege in eo nouam annotationem qua declaratur quamobrem ibi non habeat locum actio communi diuidundo.

z *Si ſocii ſint.* Puta ex conſenſu. hęc enim proprie ſocietas eſt, vt lib. 10. tit. 2. Dig. 25. ſiue lib. 42. tit. 3. & tit. 3. Dig. 2. ſiue lib. 12. tit. 2. & lib. 17. tit. 2. Dig. 31. 32. 33. ſiue lib. 18. tit. 1. Sic igitur vnus ex ſociis corrūpens ſeruum communem tribus actionibus tenetur, ſerui corrupti, communi diuidundo, pro ſocio extraneus, ſerui corrupti duntaxat.

a *Extraneum.* Quia fructuarii intereſt bonæ frugi ſeruum eſſe.

b *Hac actione.* Hæc actio duplum quanti ea res eſt petit. Vtrum vero id ſolū æſtimatur quo vilior ſeruus factus eſt corruptus animo vel corpore, an & quidquid intereſt, ſpectatur & duplatur. Et Neratio placet in id tantum quo vilior ſeruus factus eſt condemnationem fieri in duplum. *. quia omne damnum duplatur, neque intereſt ad corruptorem res meas pertulerit ſeruus an ad alium, ſiue etiam conſumpſerit. multo enim iuſtius eſt corruptorem teneri de iis omnibus, quā me oberrare & quærere ad quem res ablatæ perlatæ ſint. Sed ſi ego ſollicitauero tantum ſeruum ad fugam, & is furtum etiam fecerit, non teneor eorum nomine, quę furatus eſt.

c *Minoris eſt.* Minuitur enim pretium ſerui deprauatis moribus.

d *Abſtulit.* Si conſilio meo abſtulit. nam ſi fugam ſolam ſuaſi, furti non teneor, & lege Antiquum circa finem.

d Sine conſilio corruptoris. nam ſi corruptor etiam furtum ſeruo perſuaſit, quaſi fur tenetur furti, & condictione furtiua, vt ait 2. th. 11. cap. & ibi Index.

e *Non æſtimatur.* Huc pertinet regula 158. tit. 3. lib. 2. Ex poſtfacto non augeri præteriti delicti æſtimationem.

f *Si ſeruo perſuaſero.* Seruo perſuaſi vt chirographa debitorum domini ſui corrumpat, videlicet tenebor propter chirographorum iacturam. Sed ſi hoc ei nominatim non ſuaſi, verum conſuetudine peccandi hoc admiſit, vel etiam rationes domini, & alia inſtrumenta abſtulit & interleuit, horum nomine non tenebor, quippe cum ad vnum duntaxat delictum ſeruum impulerim.

g *Corrumperet.* Sed & ſi ſeruo perſuaſero, vt inſtrumenta tranſcriberet, teneor ſerui corrupti: ſi ego tranſcripſero, teneor de dolo, vt lib. 47. tit. 2. Dig. 52. th. 5. paulo ante finem, ſiue lib. 60. tit. 12. quære tit. 12. cap. 52.

h *Præter actionem.* Licet is qui ſeruo furtum perſuadet, teneatur ſerui corrupti: tamen & furti cum eo agere poſſumus. quia ope & conſilio eius videtur furtum factū. quod ita intelligitur, ſi & opem ei tulerit in furto faciendo. nam ex ſolo conſilio non naſcitur actio furti. nec vna ſi vtatur, excidit altera: quinimo vtraque experiri poteſt. Eodemque modo is qui ſeruum recepit, & celauit, & deteriorem fecit, domino etiam tenetur ſerui corrupti, quaſi deteriore ſeruo effecto: & furti, quod celauerit ſeruum: tenetur & condictitia. Quamuis enim condictitia hominem, pœnam furti actione conſecutus ſit, tamen & quod intereſt perſequeretur actione ſerui corrupti, qua obligatus manet, etiam reddito ſeruo. Lege lib. 44. tit. 7. Dig. 53. & quæ in eo adnotata ſunt, ſiue lib. 52. tit. 1. At quin 12. tit. 36. cap. etiam ex conſilio ſolo dedit actionem furti. Sic & in . *. Sed quære eiuſdem tit. cap. 36. th. vlt. in quo inuenies ſeruos ſibi inuicem fugam perſuadentes, furti inuicem non teneri, quod conſilium ſolum in furto impunitum ſit. Mihi autem videtur. *.

i *Actio furti.* Cum perſuaſi ſeruo vt furtum faceret, vel cum ſeruum corruptum celaui. & quęre 7. th. 14. cap.

k *Altera.* Quære lib. 11. tit. 1. cap. 10. th. penult. & ibi Doxopatri annotationem.

l *Recepit & celauit.* Lucrifaciendi cauſa, non vt poſtea eum dimitteret tacente domino.

m *Id quod intereſt.* Actio etiam furti perſequitur id quod intereſt, modo ſimplum, vt 12. tit. 52. cap. modo duplum, modo quadruplum. & lege de his lib. 47. tit. 2. Dig. 27. ſiue lib. 60. tit. 12. & Dig. 50. 52. 75. 81.

n *Heredibus.* Vt & aliæ actiones miſtæ. quære lib. 4. Inſtit. tit. 12.

o *Petitione hereditatis.* Quære lib. 42. tit. 1. cap. 20. th. 5. & 35. th. 3 & ibi Antiquos.

p *Quaſi raptor.* Quaſi prædo. lege lib. 5. tit. 3. Dig. 20.

Digitized by Google

q *Tantum venit.* Quære lib. 42 tit. 3. cap. 16. fin. ἀναπιφαῖς.

r *Filiiſ. corruptis.* Filio filiave familias corrupris, locus non eſt actioni ſerui corrupri. quia de ſeruis tantum, qui in patrimonio noſtro ſunt, conſtituta eſt actio ſerui corrupti, in quibus dominus probare poteſt ſe pauperiorem factum eorum corruptione. quod in filio & filia non procedit. Verum & ſi directa ſerui corrupti non competat filiorum filiarumve nomine: vtilis tamen datur, & officio iudicis æſtimatur id quod intereſt. nam intereſt profecto parentum, animum liberorum ſuorum non corrumpi.

ſ *Pecuniarium damnum.* Liberum autem corpus non æſtimatur, vt dici poſſit, filium dignum fuiſſe aureis 30. nunc poſt corruptionem dignum eſſe 20. proinde pręſtanda eſſe 10. in duplum. CYRILLI. Filiiſ corrupti vtilis datur.

t *Domus.* In fine 18. tit. 1. lib. ſiue tit. 1. lib. 6. ait ſeueriſſime puniri corruptorem, ſi non ad ſolum damnum corruptio pertinear, ſed ad torius domus euerſionem. De filio autem familias agitur vtiliter, quia certe intereſt parentum animum liberorum ſuorum non corrumpi, & vt hic affectionis habearur ratio.

t Hoc ait, tunc pecunię damnum adferre corruptorē, cum dignitas domus integra manet: hoc eſt, cum filii non læduntur qui honorant domum patris, ſed ſerui corrumpuntur.

u *Vtilis tamen.* In id quod intereſt. & quale id quod intereſt hinc fingi poteſt? Pone morientē quendam filios meos hæredes inſtituiſſe ſub conditione, ſi bonis moribus præditi & patri morigeri fuerint & hos quendam corrupiſſe, & contumaces reddidiſſe: atque ita conditionem defeciſſe. Aget ergo pater vtili actione aduerſus corruptorem, & conſequetur æſtimationem vſusfructus hæreditatis, quem ſibi quæſiiſſent filii ſi hæredes extitiſſent.

u Quaſi imminuto pretio & dignitate morum filii.

x *Æſtimatur.* Videtur & hic affectionis ratio haberi in eo quod intereſt, vt lib. 17. tit. 1. Dig. 54. ſiue lib. 14. tit 1 & lib. 18. tit. 7. Dig 7. ſiue lib. 19 ti. 6. quod prohibetur lib. 7. tit. 7. Dig. vlt. ſiue lib. 16. tit. 7. & lib. 9. tit. 2. Dig. 31. ſiue lib. 60. tit. 3.

y *Hæc actio.* Propter rationem 2. th. 27. cap 3. tit. & 41. cap. 5. tit. Excipitur actio communi diuidundo, vt lib. 9. tit. 4. Dig. 41. ſiue lib. 60 tit. 5. & lib. 10 tit. 3 Dig. 11. ſiue lib. 12. tit. 2. Non obſtat 9 cap. quoniam ibi ponit ſocium communem ſeruum corrupiſſe, hic communem ſeruum corrupiſſe ſeruum proprium vnius ex dominis: & ideo ait ceſſare hanc actionem noxalem propter regulam 8. cap. & 41. cap. 5. tit. huius lib.

z *Non competit.* Quemadmodum nec ſi ſeruus meus alium conſeruum ſuum corrumpat.

a *Seruo ſollicitante.* Quære lib. 3. cap. 27. th. & tit 5. cap. 8. & 41. neceſſaria.

b *Proprium.* Socius enim aduerſus ſocium nomine ſerui communis noxalem actionem non habet. vt lib. 9. tit. 4 Dig. 8. & 41. cum ratione.

c *Actio.* Noxalis ſerui corrupti.

d *Debitor.* Hæc enim actio domino competit.

e *Duplum.* In hac actione præter ſeruum non petimus etiam duplum damni, ſed damnum dūtaxat duplatur. Nota actionem ſerui corrupti non extra damnum duplum petere, ſed damnum, & aliud tantum. nam ſola actione furti duplum vel quadruplum petitur extra rem: non alia actione, neque vi bonorum raptorum, neque metus cauſa, neque alia.

f *Damnum.* CYRILLI. Actio ſerui corrupti deminutionis duplum petit.

g *Duplatur.* Duplatur, id eſt res duplo commiſcetur.

h *In id.* Non tantum in id quod læſit me ſeruus à te deterior factus, eſt actio ſerui corrupti, ſed etiam in id quo a ium læſit: quoniam ei teneor noxali actione. Idem & in ſeruo locato. quære ca. 1. them. vlt.

i *Sieum.* Vt ſi mecum conductor agat ob deterioratum ſeruum.

k *Interdum ſeruus.* In actione ſerui corrupti æſtimatio fit pro deminutione pretii ipſius ſerui, & quanti vilior factus eſt, intantum corruptor mihi condemnatur officio iudicis. Quod ſi adeo inutilis factus ſit. vt nō expediat eum habere, hoc caſu ſolidum pretium ſerui cōſequor, & nihilominus inutilem ſeruum retineo. Magis vero placuit domino electionem dare, ſiue ſeruum retinere velit, & quanti deterior ſeruus factus eſt, in duplum accipere, vel ſeruum reddere, ſi copiam eius habeat, & pretium eius conſequi in duplum: ſi vero non habeat copiam ſerui, poteſt quidem pretium ſerui conſequi in duplum, ſed corruptori periculo eius cedere debet actiones quas habet ſerui nomine. Quod tamen dicitu de reddendo ſeruo ita intelligitur, ſi eo viuo agatur ſerui corrupti. nam mortuum qui reddere poſſet? ſi vero eum manumiſerit, non debet eum iudex admittere dicentem ideo ſe manumiſiſſe, quoniam eum habere noluerat, & ſe debere conſequi pretium, & retinere libertum. quinimo iure patronatus cedere corruptori debet.

l *Non expediat.* Vt ſi honeſti hominis ſeruum ſaltatorem vel mimum reddiderit quis.

m *Conſequitur.* Et ſeruum retineat.

n *Vel pretium ſerui.* Sic conſtruas, Quamobrem electio eſt domini vt vel duplum damni cōſequatur, & retineat apud ſe ſeruum, vel ſeruum reſtituat corruptori & conſequatur ab eo pretium ſerui, non in ſimplum, ſed in duplum. Nam & ſic Index habet.

n Vide num totum pretium ſerui petat in ſimplum. hoc enim crediderim ſubintelligere Baſilicum. dum ait electionem habere dominum, vt quanti ſeruus vilior factus eſt conſequatur in duplum vel ſolidum pretium ſerui, quod inutilis factus ſit ſeruus. quod ad pœnam induxit corruptoris, vt cogatur non duplum præſtare deminutionis, ſed ſolidum pretium ſerui.

o *Periculo.* Quęre lib. 15. tit. 1. cap. 69. Quære & cap. 5. th. vlt. & cap. 6. Nota ei, qui pręſtat ęſti-

Digitized by Google

mationem rei pœnæ cauſa, cedi in rem actiones. Lege lib. 6. tit. 1 ff. 69. ſiue lib. 15. tit. 1.

p *Habere libertum.* En hic & lib. 12. tit. 6. ff. 65. th. ſiue lib. 24. tit. 6. locupletiorem videri eum qui libertum habet. Contrarium eſt lib. 19. tit. 9. ff. 5. in fin. ſiue lib. 20. tit 4. & lib. 50. tit 17. ff. 125. Vlpiani: ſiue lib. 2 tit. 3. Lege & lib 24. tit. 3 ff. 61. 62. 64. 65. ſiue lib. 28. tit. 8. & lib. 48. tit. 10. ff. 14. ſiue lib. 60. tit. 41. Nota allegationes huius Antiqui. & ex eis diſces quando videatur eſſe locupletior qui libertum adquiſiuit.

q *Si ſeruus.* CYRILLI. Si ſuſceptor auri, id impenderit in mulierem, etiam poſt libertatem redditis rationibus, tenetur mulier ſerui corrupti & furti.

r *Ad eam detulit.* Lege lib. 12. tit. 5. ff. 4. th. 2. ſiue lib. 24. tit. 2. data meretrici non repeti & lib. 39. tit. 5. ff. 5. ſiue lib. 47. tit. 1. recte donari meretrici. mulieri autem ſtupro cognitæ, ne miles quidem teſtamento iure quidquam relinquit, vt lib. 29. tit. 1. ff. 41. th. 2 ſiue lib. 35. tit 21. & relictum confiſcatur, vt lib. 34. tit. 9. ff. 14. ſiue lib. 60. tit. 42. Ait autem lib. 17 tit. 1. ff. 12. ſiue lib. 14. tit. 1. eum qui ſciens mandato luxurioſi adoleſcentis fideiuſſit pro meretrice non habere actionem mandati. quia ſimilis eſt ei qui pecuniam credit luxurioſo. Idem eſt & ſi iuſſerit meretrici ſolui. In ff autem 3. tit. 3. lib. 15. ait, Verſum eſſe etiam quod ſeruus mutuatus domino eam ir volenti ad delicias vel turpes ſumptus. & in 39 ff. 2. tit. 47. lib. ſiue tit. 12. lib. 60. eum qui rapit vel celat meretricem alienam ancillam neque Fabia neque furti teneri. quia non furandi, ſed libidinis cauſa facit. Sed ſi non erat meretrix, locus eſt Fabiæ & furti actioni, vt ff. 83. Quod ſi ianuam quis meretricis fregerit, & ingreſſi alii ab eo minime introducti res eius ſubtraxerint, non tenetur furti, vt in dicto 39 ff. 2. tit. 47. lib. ſiue tit. 12 lib. 60. De his autem qui illegitime nuptias contrahunt, & donant, vel relinquunt inuicem, lege ff. 3. tit. 1. lib. 24 ſiue tit. 1. lib. 30 & in eo adnotata.

ſ *In vxorem.* Quære lib. 28. tit. 11. c. 32.

t *Sed fauore.* Nam conſtante matrimonio neque pœnalis, neque famoſa actio competit, ſed damni nomine in factum, vt lib. 5. Cod. tit. 21. Conſt. 2. ſiue lib. 28. tit. 11. c. 32.

u *In ſimplum.* Sicut Aquiliam, vt tit. 4. c. 55.

Lib. 6 Cod. tit. 2. 18 SI ſeruus[a] pecuniam domini dederit alicui, mandans emere agros, eligere debet dominus, vt vel[b] mandati agat vel furti[c] ſi is ſciens[d] pecuniã acceperit. nec enim poteſt agere furti & mandati[e], quod cum mandati actio ſit bonæ fidei, non poſſit quod ſemel petitum eſt, rurſus peti. L. 1. C. de furtis & ſeru. corrup.

19 CONſtitutio[f] ſcripta eſt ad negotiatores ignorantes ſe res alienas emere, & ementes res furtiuas, dicens, non debere eos non aliter quam pretio receptos[g], eas res reſtituere. quia cautius negotiari debuerunt. alioquin & in[h] damnum incidunt[i], & in ſuſpicionem furti[k]. L. 2

20 QVI rem nondum dedicatam furatur[l], furti tenetur. nec enim eſt ſacrilegus[m]. L. 3

21 QVI[n] alienum ſeruum ſolicitauit tantum vt fugeret, tenetur quanto moribus ſeruus deterior factus eſt. Qui vero fugitiuum recepit & celauit, furti[o] tenetur[p]. L. 4

22 EMPTOR rei furtiuæ de venditore interrogatus, non debet[q] dicere; Neſcio quis ille ſit; tranſiens enim quidam mihi eam vendidit & abiit: ſed debet furem edicere[r]. L. 5

23 QVI alienum ſeruum ſine voluntate domini vendit, vel donat, vel quo alio modo alienat, domino nihil nocet, & ſi contrectet eum, vel apud ſe[s] detineat, furtum committit[t]. L. 6

24 QVI pecuniam accepit vt ad alium eam perferret, ſi quid ex ea retineat, & eo vtatur, furtum[u] committit[x]. L. 7

25 PVBLICorum exactoribus[y] licet nõ ſoluente collatore res ſubſtantiæ eius capere & vendere. Ideoq; Conſtitutio ait, ſi non[z] ceſſante collatore exactor res ceperit[a] & vendiderit, eum committere furtum, & in duplum[b] teneri, & rem ab emptore non vſucapi. L. 8

26 FVR & raptor re[c] extincta nihilominus tenentur[d]. L. 9

27 SI quis[e] furtiuum vel fugitiuum ſeruum[f] vendiderit, vſucapio in eo non procedit & domino reſtitui eum oportet. L. 10

28 NOVERCA ſubripiens res ſui priuigni, furti tenetur[g]. L. 11

29 SI

Digitized by Google

l.12 [11] SI ancilla furtiua[i] apud furem pepererit, partus etiam furtiuus eſſe intelligitur. ideoq; vſucapi[k] non poteſt, & de eo[l] furti agi poteſt & condictione furtiua in furẽ[m], & rei vindicatione in quemlibet[n] poſſeſſorẽ. Vnius enim electio aliã non tollit[o]. Sed & emptores ipſi qui ſciẽtes furtiuã ancillam emerunt, furti tenẽtur.
l.13 [10] QVI[p] tranſegit de actione furti, iam amplius mouere[q] eam nõ poteſt. Qui vero partem [r] furtiuarũ rerum accepit, de reliquis & furti[ſ] & condictione furtiua experiri poteſt.

a *Si ſeruus.* THEOD. Qui furtiuam pecuniam accepit à ſeruo mandante ſibi vt quid faceret, domino pecuniæ furti tenetur vel mandati. Lege 14. Conſtit. huius tit. qua cauetur actione in rem, furti & mandati inuicem tolli.

b *Vt vel mandati.* Adquiſita ei per ſeruum qui agros emi mandauit.

c *Vel furti.* Non furti, ſed condictitia, quam conſtat tolli per actionem mandati. At lege ſcholium & dices etiam furti.

d *Si is ſciens.* Si ſciebat non ex voluntate domini dari, ſi ſciebat domini nummos eſſe. alioquin furtum non committitur.

e *Furti & mandati.* Electa actione mandati extinguitur actio furti. merito nam actio mandati eſt [illegible] & conſenſum habet ex vtraque parte, & fieri non poteſt vt cui rei quis conſenſit, eius nomine furti agat. Ageret enim aduerſus ſeipſum, quod eſt abſurdum. nam cum mandati egerit videtur ratam habere numerationem à ſeruo factam. Quomodo vero poſſet, qui probat factum, agere furti quaſi re contrectata contra mandatum ſuum?

f *Conſtitutio.* THEOD. Si apud aliquem agnoſcantur res furtiuæ, eas reddere debet non repetito pretio quod pro eis dedit. nam & furti exiſtimatur eſſe. lege quintam Conſt. huius tit. qua cauetur ſi hic cogetur à quo res acceperit, exponere id eum debere protinus. nec dicere ſe neſcire. Similiter lib. 5. tit. 32. Conſt. 23. vel lib. 15. tit. 1. c. 103. Memineris & 6. Conſt. 7. tit. 4. lib. vel tit. 2. lib. 24. c. 15. qua cauetur ab eo penes quem ſunt res furtiuæ, nõ eas ſolum reſtitui oportere, ſed & id quod accepit vt eas reſtitueret. Nota hanc Conſtitutionem quaſi valde neceſſariam, quod ſi rem mihi ſubreptam apud aliquem inuenero & is mihi opponat ſe emiſſe & rem offerat pretiumque repetat, non auditur, ſed rem ei auferam non reddito pretio, verum is regreſſum ſi velit habet aduerſus venditorem.

g *Pretio recepto.* In libro autem 15. ti. 1. c. 103. dicitur quod ſi qui ſubreptam vel alio modo ablatam rem alienam vendiderint, dominum agentem in rem non cogi pretium reddere.

h *In damnum.* Damnum vocat reſtitutionem rei pretio non recepto & non apparente venditore eodemq; fure. Vel ſi mauis damnum dicit in quod incidit qui ſciens rem furtiuam emit, dupli illationem ſcilicet & infamiam. quod rectum eſſe arbitror.

i *Incidunt.* Qui non vltro reddunt res furtiuas ſed fortiter reſiſtunt dominis pretii damnum patiuntur, vt ſi forte venditores præſentes erant & re cognita latitarint ne pretii nomine ab emptoribus conuenirentur.

k *In ſuſpicionem furti* Quia ſuſpicio eſt eos res furtiuas emiſſe ſcientes.

l *Furatur.* Sed paratam tantum in hoc vt dedicaretur.

m *Sacrilegas.* Vt deportari & confiſcari debeat: quæ pœna ſacrilegi eſt, vt tit. 45. c. 1.

n *Qui alienum ſeruum.* Qui alienum ſeruum ſolicitauit vt fugeret, ſerui corrupti tenetur. Sed ſi poſt fugam eum ſuſceperit & celauerit, furti obligatur. Ait vero 6. Conſt. huius tit. eum qui habet alienum ſeruum, furti teneri, & vendentẽ, dominum non lædere. Lege lib. 9. tit. 20. Conſt. 1. vel lib. 60. tit. 48. c. 8. quo dicitur eum qui ſuſcepit alienum ſeruum & fugam ei ſuaſit, ſerui corrupti & lege Fabia teneri. nam vt oſtenditur 9. Conſtit. dicti tit. 20. eiuſdem lib. 9. etiam is qui celat ſeruum lege Fabia tenetur. Memineris & 4. Conſt. 1. tit. huius lib. 6. vel 9. c. 7. tit. 60. lib.

o *Furti.* Quære tit. 48. c. 6. th. vlt. & c. 8. & 9.

p *Tenetur.* Additur in [illegible], quas actiones per procuratorem actor exercere non prohibetur. & ait Thaleleus, Nam & ſi actio furti ſit criminalis, tamẽ quia priuata eſt per procuratorem exerceri poteſt. Theodorus autem interpretans partem illam [illegible] ait, Serui corrupti & furti exercentur etiam per procuratorem. Similiter lib. 9. tit. 20. vel lib. 60. tit. 48. Memineris etiam eorum quæ diximus in 26. Conſt. 12. tit. 11. lib. vel 8. tit. 11. c. 103.

q *Non debet dicere.* Nota & attende ad Antiquum & ad caput quando cogatur quis dicere vnde poſſideat. quære lib. 42. tit. 1. c. 69. vel lib. 56. ti. 14. Nota emptorem rei furtiuæ non poſſe prętendere ignorantiam, cum quis ei vendiderit, exigitur. quære & lege c. 19. etiam non reddito prętio rei rem auferri.

r *Furem edicere.* Additur in [illegible], ſi velit effugere alienam bono viro ſuſpicionem, & ait Thaleleus, Nota quod ſi nuda ſit quęſtio de dominio non cogitur quis dicere vnde poſſideat. Sed ſi de furto, cogitur quis actione furti conuentus oſtendere vnde poſſideat.

ſ *Apud ſe.* Non enim ipſa venditione furtum facit niſi quis contrectet vel celet ſine domini voluntate.

t *Furtum committit.* Tenetur & lege Fabia de plagiariis vel vi bonorum ſecundum affectum detinentis, vt tit. 48. c. 6. & 7.

Digitized by Google

u *Furtum.* Quia enim data eſt perferenda, eius dominus factus non eſt, niſi ea mente numerata ſit. & ob id qui dedit cum dominus permaneat, poteſt furti in eum experiri qui eam conuertit in ſuos vſus. THEOD. Nota furtum inducere actionem furti.

x *Committit.* Et qui dedit: & lege extra Antiquum.

y *Publicorum exactorib.* Si exactor ſciens vendiderit res collatoris non indeuoti, tenetur furti & nota αὐτοδικοπραγίαν. nam vt didicimus lib. 4. tit. 46. Conſt. 1. 2. & 3. vel lib. 19. tit. 13. cap. 11. ceſſante collatore in tributorum fiſcalium præſtatione, bona eius recte exactor vendit.

z *Si non ceſſante.* Quære lib. 50. tit 14 cap. 7 & lib. 56. tit. 3. cap. 7. & lib. 19. tit. 13. cap. 2.

a *Res ceperit.* Additur in τῷ κατὰ πόδας, ſciens quod nihil debetur. & ait Thalelęus, Bene ait, ſi ſciens quod nihil debetur vendidit. nam ſi exiſtimarit eum debere, ceſſat actio furti, & emptor tenetur actione in rem & habet aduerſus venditorem actionem ex empto.

b *In duplum.* Τὸ ἁπλοῦν furti. nam tenetur etiam ad exhibendum & in rem.

c *Re extincta.* Additur in τῷ κατὰ πόδας, non oblata. & ait Thalelæus, Bene niſi oblata ſit. nam ſi poſt oblationem interierit, ſine controuerſia domino perit oblatione enim purgatur mora.

d *Tenetur.* Additur in τῷ κατὰ πόδας, legitima pœna. & ait Thalelæus, Hoc ait Conſtitutio, non tantum poſt interitum rei nomine eos conueniri, ſed & pœnam inferre. Idem dicitur & in condictione furtiua lib. 11. de rebus.

e *Si quis furtiuum.* THEOD. Res furtiua non vſucapitur. Ait autem 12. Cõſtit. huius tituli, partum etiam rei furtiuæ non vſucapi, & poſſeſſorem eius condictione furtiua & in rem actione teneri.

f *Vel fugitiuum ſeruum.* Videtur enim fugitiuus ſui furtum facere, & habet vitium & à nemine vſucapitur, vt tit. 7. cap. 5.

g *Furti tenetur.* Additur in τῷ κατὰ πόδας, Formata condemnatione ex furto nec manifeſto in duplum, ex manifeſto in quadruplum. THEOD. Manifeſti furti eſt in quadruplum, nec manifeſti in duplum. lege quod eſt in 18. Conſt. huius tit. nec opponatur tibi: ſpeciale enim eſt, vt nouerca ſubripiens res ſui priuigni furti teneatur. Lege lib. 9. tit. 32. Conſt. 2. & 3. vel lib. 60. tit. 29. cap. 8. & 9. vbi dicitur nouercam & vitricum teneri expilatæ hereditatis.

h *Si ancilla* In lib. 6. tit. 2. dicitur partum ancillæ furtiuæ vſucapi. quod ita eſt accipiendũ, ſi poſt furtum conceperit. Hic vero prægnans ſubrepta eſt & pars eius videtur eſſe, vt ait lib. 25. tit. 4. ff. 1. them. 2. At lib. 50. tit. 16. ff. 26. ait partum ancillæ furtiuæ partem eius non eſſe, videlicet ſi poſt furtum conceperit, vt eſt in lib. 6.

i *Ancilla furtiua.* Quæ concepit apud dominum. Quære tit. 12. cap. 48. th. 4. & lib. 2. tit. 2. ca 16. & 231. & lib. 15. tit, 2. cap. 11. th. 4.

k *Vſucapi.* Additur in τῷ κατὰ πόδας, Prius quam à domino poſſideatur, & ait Thalelæus, Nam ſi ad dominum redierit, vſucapi poteſt, vt in Inſtit. didicimus.

l *Et de eo.* Has Antiqui allegationes in cap. poſitas lege, & diſtinctionem ad 4. th. 48. ca. 12 tit. huius libri. Ait partum non vſucapi ſi pręgnans ancilla ſubrepta ſit, & furem teneri in duplum, non tantum ancillæ, ſed & partus nomine. Sed ſi apud furem conceperit, partum furtiuum videri, & furem ancillæ nomine in duplum teneri & condictione furtiua, partus nomine condictione furtiua duntaxat, non actione furti. At ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem conceperit, & pepererit, & vſucapi partus poteſt, & furtiuus eſſe non intelligitur. quære lib. 9. tit. 8. cap. 25. th. 5. & 6. & lib. 46. tit. 1. cap. 16. th. 2.

m *In furem.* Condictione furtiua ſolus fur tenetur & heres furis, vt tit. 1. lib. 2. De rebus, traditur. Actione in rem quilibet poſſeſſor.

n *In quemlibet poſſeſſorem.* Quære lib 50. tit. 3. cap. 4. th. 10. & cap. 42. & tit 4. ca. 9. & ti. 9. ca. 4.

o *Aliam non tollit.* Idem & in ſupradicto titulo librorum De rebus, vnius electione alteram non tolli.

p *Qui tranſegit.* Si quis tranſegerit de actione furti, iam amplius ea experiri non poteſt. Quod ſi partem rerum furtiuarum acceperit, de reliquis furti agere poteſt, & condictione furtiua. nec enim ideo tranſegiſſe intelligitur. Lege lib. 8. tit 52. Conſt. 18. vel li. 47. tit. 1. cap. 53. vbi dicitur recte cedi actionem furti in alterum. Nota igitur de de delictis tranſigi poſſe. Plus dicitur lib. 2. tit. 4. Conſt. 18. vel lib. 11. tit. 2. cap. 35. de criminibus tranſigi poſſe, videlicet ſine pecunia. quære lib. 21. tit. 2. cap. 4. totum & 6. th. 3. & eiuſdem tit. 3. cap. 17.

q *Amplius mouere.* Didicimus in tit. de pactis τῶν πρώτων nudo pacto tolli actionem furti.

r *Qui vero partem.* Non tranſigendi animo ſed reliquarum recipiendarum ſpe. quære tit. 10. & cap. 7. & tit. 12. cap. 48. & 55. th. 2.

s *Et furti.* Τὸ κατὰ πόδας habet, & in rem & condictione furtiua.

11 Qui à ſeruo [a] furtim ablata ſcientes ſuſcipiunt, & in rem actione tenentur & actione furti. L. 14.

12 Actio [b] furti in hæredem non tranſmittitur. Actio autẽ furti in quẽlibet poſſeſſorem datur. Scripta eſt Conſtitutio de quodam qui inſtrumentum ſubripuerat, & vita deceſſerat. L. 15.

QVI [c] ſeruum nutriendum accipit & vendit, furti tenetur [d]. L. 16.

MVLIER [e] quedã, marito hęrede ſcripto ſuſtulit res hęreditarias, & po- L. 17.

ſtea mor-

ſtea mortuus eſt maritus, hæredes eius iidemq; filii volunt agere aduerſus mulierem crimine expilatæ hæreditatis, quaſi competierit moriēti. Conſtitutio ait exemplo actionis furti crimen etiam expilatæ hæreditatis non dari viro aduerſus mulierem At ſi quid mulier teneat, hęredes & filios viri de eo poſſe in rem agere[f]. Hæc vna eſt traditio Conſtitutionis. Potior autē illa, Mulierem viuo marito vtentē rebus mariti, furtum non committere. Communē enim eſſe vſum rerum mariti & vxoris. Igitur nec poſt mortē mariti res contrectans tenetur crimine expilatæ hæreditatis, ſed hæredes viri in rem[g] experiri aduerſus eam poſſunt. Subripiens, poſſidens ea quibus promiſcue vſus eſt cōſtante matrimonio.

L. 18 [15] Si quis[h] ex incēdio vel naufragio[i] aliquid abſtulerit aut minuerit[k], intra annum vtilem in quadruplum tenetur, poſt annum in ſimplum[l], præter[m] pœnam olim[n] ſtatutam.

L. 19 [16] Falſus[o] procurator[p] depoſitum recipiēs, vel debitū exigēs citra domini voluntatem quaſi fur furti nec manifeſti actione in duplū tenetur.

L. 20 [17] Si quis[q] alieno ſeruo ſuaſerit, vt rem aliquam domini ſubriperet & fugeret promittēs ſe eum ſuſcepturum, & hoc ſeruus domino expoſuerit iuſſuq; eius re ſublata ad ſuaſorem confugerit, is tenetur[r] furti & ſerui corrupti, hoc eſt bonorum morum ſerui. nec enim impunitos eſſe oportet huiuſmodi hominum conatus.

a *A ſeruo.* Hoc eſt, facti. nam idem erit ſi à libero ſciens ſuſceperit.

b *Actio furti.* Actio furti in hæredem furis non datur. Actio in rē datur & in quemlibet poſſeſſorem rei furtiuæ. quære tit. 11. c. 1. Hæredibus tamen datur eius cui furtum factum eſt.

c *Qui ſeruum.* Theod. Qui ſeruum nutriendum accepit, ſi eum vendiderit, furti tenetur. Eſt autem ſcriptum lib. 7. tit. 14. Conſtit. 2. vel lib. 48. tit. 10. c. 8. non fieri quem ſeruum quod nutritus ſit ab aliquo. Lege No. de expoſitis.

d *Furti tenetur.* Quia enim aliter eo vſus eſt atque accepit, furti tenetur.

e *Mulier.* Actione in rem non crimine expilatæ hæreditatis mulier hæredibus viri tenetur ſi quid abſtulerit ex hæreditate pertinente ad virum eo viuo. Thal. Nulla famoſa actio exerceri poteſt inter virum & vxorem conſtante matrimonio. Id autem ſcimus, in eos qui auferunt res hæreditarias ante aditionem non eſſe actionem furti, ſed extraordinarium crimen, quod dicitur expilatæ hæreditatis. Factum igitur Conſt. tale, vt in Baſilico.

f *In rem agere.* Idem habes 10. c. 29. tit. quære & lib. 28. tit. 11 c. 1. & alia diuerſa. Nota hinc virum & vxorem communiter res ſuas poſſidere inuicem. Nota & rationem propter quam mulier non tenetur conſtante matrimonio, ratione rerum marito ſubreptarum, & quære lib. 35. tit. 13. c. 12. de filiof. auferente aliquid ex paterna hæreditate, non videri eum furari, ſed miſcere ſe hæreditati.

g *In rem experiri* Re extante competit in rem & ad exhibendum: conſumpta, cōdictio. & quęre tit. 29. c. 10. Extante vero apud mulierem, competit condictio ex iniuſta cauſa. & quære lib. 28. tit. 11. c. 25. & 31. & in eo Antiquum, & inuenies alias actiones.

h *Si quis ex incendio.* Qui quid aufert ex naufragio vel incendio, aut deterius facit, intra annū in quadruplum tenetur: poſt annum, in ſimplum, præter pœnam edicti: id eſt, vt det tantundem fiſco. Et nota quando furti in ſimplum detur. Lege lib. 11. tit. 6. Conſtit. 1. vbi dicitur eiecta è naufragio non confiſcari ſed domino reddi.

i *Vel naufragio.* Qui non ex naufragio, ſed ex iactu nautarum accepit aliquid, furtum facit. & quære lib. 53. tit. 3. c. 19. Eivsdem. Eiſdem verbis extat lib. 53. tit 3 c. 48.

k *Aut minuerit.* Τὶ ... vel damnum dederit. & ait Thalelæus. Nota igitur quod non tantum fur, ſed & qui damnum dat, tenetur hac actione.

l *In ſimplum.* Quære lib. 53. tit. 3. c. 19. & cap 20. 21. 22. 23. 24. 25. 33 & 43.

m *Præter pœnam.* Aliæ pœnæ in eum conſtitutæ ſunt, illa imprimis, & tantundem fiſco præſtet, quantum actori, vt traditur lib. 47 ff. 5. th. 3. tit. 9. vel lib. 60. tit. 20. Et eſt in eum actio furti, & aliæ quædam pœnæ.

n *Olim.* Multæ fiſco præſtandæ quære tit. 20. & lib. 58. tit. 23.

o *Falſus.* Theod. Falſus procurator aliquid exigens citra voluntatem principalis, nec manifeſti furti tenetur. Memineris 10. & 19. Conſt. 12. tit. 2. lib.

p *Procurator.* Thalelævs. Ius Conſtitutionis cognouimus & in condictione furtiua, lib. 2. De rebus. Falſus autem procurator eſt non ſimpliciter qui non eſt procurator, ſed qui cum non ſit procurator, exigit, & vtitur nomine veri procuratoris. Hoc traditur ff. 81. de furtis 47 lib. ff.

q *Si quis alieno ſeruo.* Ius Conſtitutionis ſolidum legitur in Inſtitutis. Nota rem pulchram, ad-

uerſus falſum procuratorem æs alienum exigentem creditori dari actionẽ furti, etiam ſi exactarum pecuniarum dominus factus nõ ſit, debitor enim erat dominus procuratori ſolutarũ pecuniarum, & exiſtimo quod nomine creditoris debitum exegerit, ei poſſeſſionem adquiſitam & inde ei furti actionem eſſe, etiamſi is qui accepit pecunias, eas ſubripiendi & ſibi habendi animo acceperit, vel quod eius interſit pecunias non perire, datur ei actio furti hæc enim actio datur cuilibet, cuius intereſt. Conſiderandum autem num furti potius competat ſoluenti, vt ait Antiquus 14. c. Lege & finem 17. c. 4. tit. 20. lib quo dicitur actionem furti nec poſſeſſionem nec dominium rei ablatę habenti competere. quære tit. 10. c. 18. Nota etiam ſcienti domino & permittenti rem ſuam à ſeruo ad alium transferri, dari actionem furti & ſerui corrupti.

1 *Tenetur furti.* Nec enim deliquit dominus qui cum poſſet ſeruum prohibere nõ prohibuit, vt lib 2. tit 3. c. 109 quod ita potes interpretari. Nota interdum fieri, vt ſit furtum non actio furti, vt cum ſeruus ſubripuit rem domini, & vt ſit actio furti non furtum, vt in hac ſpecie. Quæſtio enim erat in hac ſpecie, qualis actio daretur aduerſus ſolicitatorem ſerui. quidam dicebant furti non cõpetere. nam & ſi mala mente res acceperit & contrectauerit, non tamen hoc citra voluntatem domini fecit. Serui etiam corrupti non cõpetere: quod deteriores ſerui mores facti non ſint, quinimo ex ea re beneuolentia eius erga dominum conſtitit ſatis quæ latebat ante. . Has quæſtiones Conſtitutio dirimens, ait tam furti quam ſerui corrupti competere. nam & ſi deteriores ſerui mores facti non ſint, & ideo ceſſent regulæ actionis ſerui corrupti, quia tamen malum conſilium corruptoris ad perniciem bonorum morũ ſerui ſpectauit, ideo datur actio ſerui corrupti, ac ſi ſeruum re vera corrupiſſet, ne ſi hoc impune ferat, idem in alium forte ſeruum tentet, quem facilius poſſit corrumpere. Quære c. 24. & Antiquum, & lib. 20. tit. 4. c. 17. th. vlt & ibi Antiquos, & tit. 12. huius libri, c. 9 th. 2. & c. 67.

[11] SI quis[a] alienum ſeruũ poſſideat bona fide, & is ſeruus extraneo furetur aliquid vel bonę fidei poſſeſſori quandiu ſeruus manet apud bonę fidei poſſeſſorẽ ipſe tenetur noxali actione quaſi dominus, nec[b] eorum nomine quæ per id tẽpus illi ſubripuit aduerſus dominũ, qui quandoq; apparuerit, noxalem actionẽ habet. Quod ſi quo tẽpore ſeruus furtũ fecit, nec apud bonæ fidei poſſeſſorẽ, nec apud verum dominũ, ſed in fuga fuerit, tum bonæ fidei poſſeſſor in duplum furti noxalẽ actionem habet aduerſus dominum ſerui qui quandoq; apparuerit atq; ita rurſus regula[c] ſeruabitur. nã quamdiu ſeruus eſt, apud eũ ipſe tenetur noxali actione furti in duplũ, nec habet eandem actionẽ ſi quid ei ſubreptum ſit. cũ vero receſſit ab eo ſeruus, ipſe habet actionẽ furti, non etiã ea tenetur. & hæc quidem de ſeruis cõſtituta ſunt. Quod ſi liber homo[d] bona fide ſeruiens furtum fecerit extraneo vel poſſeſſori, ipſe furti tenetur in duplũ. noxalis enim actio in liberis hominibus procedere non poteſt. l. 11

[12] ACTIO[e] furti eis competit quorum intereſt rem nõ amittere. ¶ itaq; in domini poteſtate eſt vtrum furti agat in furẽ, an commodati in commodatarium. Sed ſi furẽ elegerit, commodatarius liberatur: ſi commodatarium, ipſe quidem in furem non habet furti actionem, ſed commodatarius[f], qui conuenitur actione cõmodati. hoc ita cum dominus ſciẽs rem furto ſublatam elegit cõmodatarium. l. 12. §. 1

¶ quod ſi cum id ignoraret, & rẽ apud commodatarium eſſe arbitraretur, egerit cõmodati, & poſtea cognito furto velit ad furẽ tranſire, non prohibetur niſi iam ei ſatisfactũ ſit à commodatario, quo caſu fur liberatur, ſicut etiam vt certiſſimum eſt ſi ignorans ab initio egerit cõmodati, & poſtea cognito furto trãſierit ad furẽ, commodatarius omnimodo liberatur, ſiue aduerſus furẽ dominus obtinuerit, ſiue nõ. Hæc[g] vero omnia quæ ſupra dicta ſunt, locũ habent ſiue in ſolidum, ſiue in partem commodatarius ſoluẽdo ſit. nam ſi omnino ſoluendo nõ ſit, conſtat furti actionem domino competere. §. 2

¶ Quod ſi cõmodatarius re amiſſa cum eſſet ſoluẽdo egerit furti & repetierit rem ac pœnam, id eſt, duplum, ac deinde conueniatur à domino commodati actione, nõ tantum rem ſed & pœnam ei reddere debet. vt enim §. 3

Digitized by Google

enim[b] ad dominū rei periculum ſpectat, ſic & lucrum ad eum pertinere debet. ¶ Quod ſi vxor[i] rem marito ſuo commodatam ſubripuerit, ſi quidē dominus eligat[k] actionem furti, ei actio in mulierem datur, ſin actionē commodati, ei actio eſt in virum, cui cōmodauit, & viro in mulierem rerum amotarum[l] non furti propter regulam quę dictat[m], famoſam actionem viro in mulierem non dari. hæc[n] ſi vir ſoluendo non eſt. Quod ſi ſoluendo ſit, omnimodo cogitur extraneus in virum agere cōmodati, & ille in vxorem rerum amotarum. nam abſurdum eſt ſoluendo exiſtente marito, & ſæpius nolente, mulierem trahi in iudicium & pœnalem actionem ſuſtinere.

§. vlt.

a *Si quis.* Theod. Qui ſeruum alienum bona fide poſſidet eius nomine tenetur actione furti noxali ſi quid extraneo ſubripuerit. quod ſi ipſimet ſeruus furtum fecerit, nō habet actionem noxalem in verum dominum eius, niſi poſt amiſſam poſſeſſionem furtum paſſus ſit. Scias vero quod extat lib. .tit. 41 Conſt 1. vel lib. 60 tit. 5. c. 43. eſſe in dominum ſerui actionem in rem & ad exhibendum. didiciſti nanq; in eodem lib. 3. tit. 32. Conſt 20. non ſeruum ſed dominum eius conueniri. Liber homo bona fide ſeruiens ſuo nomine tenetur actione furti nec noxalis in poſſeſſorem datur. nam vt didiciſti lib 4 tit 14. Conſt. 4. vel lib. 24. tit. 5 cap. 4. ſeruus etiam qui furtum fecit, ſi manumittatur. ſuo nomine tenetur.

Thalel. Regula erat apud antiquos de eodem ſeruo eundem hominem non debere & conueniri noxali actione furto alteri facto, & agere noxali furto ſibi facto. vnde quæritur de bonæ fidei poſſeſſore, ſi quis poſſideat ſeruum alienum bona fide, qui furtum faciat extraneo, & ipſi bonæ fidei poſſeſſori, an bonæ fidei poſſeſſor teneatur furti noxali, & an ipſe poſſit habere furti noxalem aduerſus verum dominum ſerui. & prudentum plerique dicebant eum quidem pro rebus à ſeruo ſubreptis noxali actione non teneri, ſed pro rebus ſubreptis cum ſeruus apud eum non eſſet, puta cum fugiſſet & nondum apud ſuum dominum factus eſſet; habere noxalem actionem in verum dominum ſerui quandoque emergentem, quod regula. quæ vult, ne pro eodem ſeruo idem conueniatur & conueniat, agi prohibeat noxali furti in bonæ fidei poſſeſſorem, & non prohibeat eum agere noxali furti in verum dominum ſerui. ita quidem illi dicebant. Conſtitutio vero ea dicit quæ ſunt in Baſilico. Nota quando bona fide poſſidens ſeruum alienum habeat actionem furti noxalem aduerſus dominum de rebus ſibi à ſeruo ſubreptis, & quando non. item quando ipſe pro ſeruo conueniatur furti noxali, & quando non. definitio enim eſt artificioſa. quære tit. 5. c. 11. & 21. th. 2.

b *Nec eorum nomine.* Quia enim poſſeſſor ſerui pro domino habetur actio autem non naſcitur inter dominum & ſeruum, merito in quandoque exiſtentem dominum natam actionem exercere non poteſt. ſed habet in rem & ad exhibendum, extantibus & ſaluis rebus. & quære tit. 5. c. 43.

c *Regula.* Quæ dictat, pro quibus conuenimur actione noxali, eadem nō poſſe nos propter eos experiri, & extat tit. 5. c. 41.

d *Liber homo.* Quia regulariter traditum eſt opinionem quæ non aduerſatur iuri vincere veritatē. ſuperius quidem cum erat ſeruus qui bona fide poſſidebatur & poterat vſucapi, merito poſſeſſor eo delinquente tenebatur; cum vero eſt liber qui non poteſt vſucapi etiamſi bona fide poſſideatur, error hic cum iure pugnat, quia ſcilicet exiſtimat poſſeſſor ſe dominum eſſe rei quæ dominio ſubiici non poteſt, & ideo vincit veritas opinionem. Liber enim vſucapi non poteſt.

e *Actio furti.* Conſtitutio 1. c. 1 tit. 29. lib ait raptis rebus dotalibus virum exercere actionem bonorum raptorum quia dominus eſt. Theod. Subrepta re commodata, vtra voluerit aget commodator, commodati in commodatarium, vel furti in furem. At ſciendum quod ſi vna earum egerit, alteram nō exercet, niſi prius egerit commodati, cum ignoraret rem commodatam furto ſublatam. nam tunc poteſt agere furti, niſi iam ei cōmodatarius ſatisfecerit, quo caſu commodatarius agit furti, & quam conſequutus fuerit pœnam lucratur, quia & eius periculo res eſt, & vt diximus, commodatori ſatisfecit actione commodati. Nota quando locum habeat regula quæ dicit Alterius delicto alter liberatur, & quod quilibet agit furti cuius intereſt. Eiusdem. Vir non agit furti in vxorem, ſed rerum amotarum. Similiter lib. 5. tit. 21. Conſt. 2. vel lib. 28. tit. 11. vbi dicitur neq; famoſa neque pœnali actione inuicem agere virum & vxorem.

Thal. Conſtitutio dicit in 1. & 4. Inſtitut. de commodatario amittente rem commodatam, non ita tamen late vt hoc loco nam id tantum ibi ſimplicius dicitur dominum electionem habere vt vel agat furti in furem, vel commodati in commodatarium, & dicuntur ibi breuia quædam de hac conditione. Hic vero Conſtitutio ait in hunc modum. Manifeſtum eſt furti actionem illis competere, quorum intereſt rem non eſſe amiſſam. An igitur & commodatario re amiſſa ſi ſoluendo ſit, datur furti actio, quia tenetur commodati? & omnes fatentur eum debere furti agere. Sed in eo altera eſt quæſtio, ſi furti tempore commodatarius erat ſoluendo atque ita habebat furti actionem, poſtea fiat non ſoluendo, an debeat agere furti vel nunquid illo inope tranſeat actio ad dominum. Erat & alia quæſtio de commodatario amittente rem commodatam qui pro parte erat ſoluendo. quærebatur enim, vtrum quod pro parte ſoluendo eſſet, haberet actionē furti, an quod pro parte non ſoluendo eſſet, dominus haberet actionem furti. Has igitur quæſtiones

Digitized by Google

Conſtitutio definiens ait, in domini poteſtate eſſe vtrum furti agat in furem, an commodati in commodatarium & quæ ſequuntur, vt in Baſilico.

f *Commodatarius.* Quia enim commodatarius in re commodata ſummam diligentiam debet, ſumma autem diligentia furum vim exuperat, ideo tenetur commodati & habet furti actionem.

g *Hæc vero omnia.* Tres ſunt, vt vidiſti, quæſtiones, quæ olim in diuerſis poſitæ locis hac Conſtitutione collectæ ſunt, quæ nullam differentiam inducit inter eum qui in ſolidum & eum qui pro parte ſoluendo eſt. Exiſtimo ſuperius capitis thema ſic eſſe intelligendum, vt ſi commodatarius idoneus ſit ad rem commodatori reddendam in ſolidum vel pro parte, & ſubripiatur res furtiua neſciente domino, cum effectu agat furti in furem, nec opponatur ei exceptio quaſi non poſſit agere, quod ex parte tantum ſoluendo ſit, ſed vt ſi omnino ſit non ſoluẽdo, & agat furti, exceptione repellatur, At ſi non egenus es. nec enim furto liberatur ſoluta pœna commodatario, ſed iterum cum effectu conueniri à domino poteſt, vt in hoc th. ipſi domino & ſoli per omnia competẽte actione furti. Et quid ſi dicat reus ad commodatarium pertinere actionem furti? Et ait Conſtit. tunc commodatario dari actionem furti cum pro parte vel in ſolidum ſoluendo eſt, & poteſt domino rei æſtimationem præſtare pro parte vel in ſolidum. quod ſi ad hunc modum ſoluendo nõ ſit, domino per omnia competit actio furti, quod à commodatario rei furto ablatæ æſtimationem conſequi nequeat. tunc enim domini intereſt rem ſeruari cum ob inopiam commodatarii ſeruari ęſtimatio non poteſt.

h *Vt enim.* Videlicet cum furto cognito tranſiit ad furem cum poſſet commodatarius pro ſua parte præſtare æſtimationem rei ſibi commodatæ, & furto ſublatæ ab alio. Ita exiſtimo debere intelligi Conſtitutionem, ne pugnet cum legibus multis, quibus dicitur commodatarium ſummam diligentiam debere circa rem commodatam, & ſummam diligentiam vincere furum vim, vt lib. 22. tit. 1. c. 53. th. 3. & in eo ſecunda adnotatio. Lege & lib 13. tit. 1. c. 5. th. 3. & 4. & 6. Sic enim indiſtincte poſſumus dicere dominum agnoſcere damnum rei commodatæ commodatario exiſtente ſoluendo, & ratione furti obnoxio, quod ſumma ab eo exigatur diligentia, quam ſuperare fur nequeat. Sin vero & ob id dixeris Conſtit dixiſſe rei periculum ad dominum pertinere quod non ea ipſa res quæ non apparet vel non extat domino reddatur, ſed æſtimatio, non longe à legum diuiſione diſceſſeris.

i *Quod ſi vxor.* Quære lib. 29. tit. 1. c. 101. rebus dotalibus raptis virum agere vi bonorum raptorum quod dominus ſit rerum dotalium.

k *Eligat.* Marito non exiſtente ſoluendo.

l Quære lib. 28. tit. 11. c. 17. th. 4.

m *Rerum amotarum.* Ex 11. tit. 28. lib. Βασιλικῶν didicimus, quod ſi mulier diuortii conſilio, vel maritus inuicem aliquid abſtulerint, furti eos non teneri, quod abſurdum eſſe lex cenſuerit turpem actionem eis inuicem dari, ſed pro ea ſubeſſe actionem rerum amotarum, qua ablata reuocantur in ſimplum.

n *Hæc.* Agere ſcilicet extraneum in mulierem actione furti.

Titulus VII.

Vel ff. lib. XI. tit. IV.

De ſeruis fugitiuis & ſuſceptoribus atque occultatoribus eorum.

VLPIANVS.

IS[b] qui fugitiuum ſeruum celat, fur[c] eſt, ¶ & multantur[d] œconomi & procuratores poſſeſſorum[e] qui eum recipiunt, vel celant. Qui fugitiuum intra dies 20. quam eũ in ſuo agro inuenit domino reddiderit vel officio[f], ei ignoſcitur. ¶ Et militi & pagano fugitiuos inueſtigare licet in agris ſenatorum vel paganorum, perlatis literis ad magiſtratus: qui ſi eis acceptis non iuuerint eos, centum ſolidis multantur. eadem[g] pœna coercentur qui apud ſe inquiri prohibent. Præſides & magiſtratus & ſtationarii[h] milites dominos adiuuent in inquirendis & accipiendis fugitiuis & puniendis eis qui habent, ſi deliquerint[i]. ¶ Qui

[Margin: l. 1. in pr. ff. de fugitiuis. — §. 1. — §. 2]

§.3. §.4 ¶Qui apprehendit fugitiuum ſeruum, in publicum proferat, ¶& magiſtratus eum tuto cuſtodiat, ne fugiat. ¶Fugitiuus eſt etiam erro[k], non & qui[l] ex fugitiua natus eſt. ¶In publicum profertur[m] qui traditur magiſtratui, vel publico miniſterio. ¶Tuta[n] cuſtodia etiam vincire permittit.

§.5

§.6

§.7

§.vlt. ¶Cuſtodiuntur autem quoad tradantur prætori plebis vel præſidibus, expoſitis eorum nominibus, & quorum ſe eſſe dicunt, & notis forte, ſi cicatrices habeant, & his proſcriptis in templo vel loco publico.

l. 2 GAIVS. Qui[o] ſimpliciter fugitiui ſunt ſerui dominis redduntur. qui vero liberi ſunt, grauius coercentur.

l. 3 VLPIAN. Qui vult ſeruum inquirere in agris alienis, accipiat literas præſidis, & interdum apparitorem, & pœnam ſtatuit præſes in eum qui inquirere nō permittit. Et in Cæſaris & in paganorum & Senatorum agris ingredi licet, & inquirere veſtigia & cubilia fugitiuorum ſeruorum.

l. 4 PAVL. Limenarchæ[p] & ſtationarii[q] inuentos fugitiuos cuſtodiant, & magiſtratus tranſmittant ad officium præſidis.

l. 5 TRYPHON. Fugitiui in arenam deſcendentes, dominis reddantur, ſiue pugnarint[r] cum beſtiis ſiue non.

l. 1. C. de ſeruis fug. & lib. mancip. ciuit. &c. [6]FVGITIuus[s] ſeruus ipſe ſeipſum furari[t] creditur: & ideo quaſi in furtiuo nec vſucapio nec lōgi temporis[u] præſcriptio locum habet. quod idcirco conſtituitur ne fuga ſeruorum dominis ſuis damnoſa fiat[x]. Lib. 6. C. tit. 1.

l. 2 [7]OFFICIVM prouinciæ præſidis eſt poteſtatem dare dominis requirendi fugitiuos ſuos[y].

l. 3 [8]SI fugitiuus ſeruus comprehendatur ad barbaricum tranſiens[z], aut pes ei amputatur, aut in metallū traditur, aut qualibet alia pœna afficitur.

l. 4 [9]QVI fugitiuum[a] ſuſcepit[b], reddat eum cum alio pari vel 20. ſolidos[c]. Si vero ſuſcepit eum cum aliis duob. vel tribus ſeruis[d], reddat eū[e] & alios duos vel tres ſeruos[f] vel 40 aut 60. ſolidos. Et ſi ætatis eſt imperfectæ, tutores vel curatores pœnam præſtant. & ſi ſoluendo non ſit[g], caſtigatur. Quod ſi mentiatur ſeruus, dicens ſe eſſe ingenuum[h], & ſub mercede operas alicui præſtiterit, nō tenetur qui eū ignorans ſuſcepit, ſed torqueri ſeruū oportet[i] vt intelligatur num ex[k] præcepto domini fugerit[l]. quod ſi fuerit comprobatum, priuatur ſeruo[m] dominus & à fiſco vindicatur.

l. 5 [10]SI quis[o] mancipia ciuitatum artium perita ſolicitauerit, & ea cum altero ſeruo reddat & cum 12. ſolidis. Similiter & ſi quis libertū ciuitatis artificem abduxerit, eum cum altero ſeruo & 12. ſolidis reddat. Defenſor vero niſi requiſierit fugitiuum, duos ſeruos ciuitati præſtet, nec beneficio principali hac pœna liberetur, nec venditione, vt ſi forte volens effugere pœnam, imaginarie emit ſeruū, vt ſimplum duntaxat pretium præberet quaſi emptor.

l. 6 [11]PERſæpe fugitiui ſuſceptor volens effugere pœnam Conſtitutionum, vel fugitiuum ſeruum ſuum eſſe dicit, vel eum hortatur ad proclamationem in libertatem, ne videatur habere fugitiuum, ſed vel bona fide poſſidere, vel quaſi liberū defendere. quapropter iubet Conſtitutio, vt hoc ſi fiat, ſeruus ipſe torqueat[p], quo genere & veritas manifeſta fiet, & ſerui fient continentiores.

l. 7 [12]SI quis ſeruum fiſcalem celauerit, nō eum tantum, ſed & 12. libras[q]

Digitized by Google

argenti pœnæ gratia fiſco inferre cogatur. In heredes autem ſuſceptoris pœna non competit.

Si qui ciuitatum ſerui artibus quibuſdam vel aliis operibus ciuitatũ deputati quaſi propriç conditionis immemores domibus ſe alienis & priuatarum ancillarum conſortiis adiunxerint, tam ipſi quam vxores & liberi ſtatim antiquæ conditioni & labori reddantur. Lvk.

a *De ſeruis fugitiuis.* Hic tit. tractat de iis qui lucrifaciendi animo alienum ſeruum celant & ob id furti actione tenẽtur: præcedens autem tit. de iis qui corrumpunt mores alienorum ſeruorum ſuis monitis, & hoc fine eos ſuſcipiunt, merito in eos ſtatuit agi ſerui corrupti. Semper enim lex & contractus & delicta ex affectu æſtimat facientium. & quære tit. 48. cap. 15 & Antiquum. In hoc tit. de pecuniariis pœnis tractatur ſuſcipientium fugitiuos. In 48. autem tit de criminalibus. lege igitur totum tit. ibi & maxime 12. ca.

b *Is qui.* Is qui celat fugitiuum ſeruum, furari eum creditur. Senatus cenſuit ne quis in ſyluis vel paſcuis ſuſcipiat fugitiuos ſeruos, & ne celentur à colonis vel procuratoribus poſſeſſionum, & ſtatuit pœnam in eos qui celant. quære tit. 48. huius lib. cap. 15. & cap. 8. eiuſdem, & titu. 12. cap. 63.

c *Fur eſt.* Et quidem furti actio duplum perſequitur. habet & condictionem furtiuam. hçc autẽ actio ipſum ſeruum perſequitur, & alium ei ſimilem vel 20. aureos, vt tit. cap. 9. huius tit. Quomodo igitur ait furem eſſe ſuſceptorem, à quo minus exigitur quam à furibus?

d *Multantur œconomi.* Diuerſas quaſdam pœnas in eos qui alienos ſeruos aut libertos fugitiuos ſcientes ſuſcipiunt, ſubiectæ Conſtitutiones 1. tit. 6. lib. Codicis ſtatuunt vel 6. cap. huius tit. Et Fabiæ publicum iudicium in eos competit, vt lib. 48. tit. 18. vel lib. 60. tit. 50 & lib. 9. Codicis tit. 20. vel lib. 60. tit. 48. Lege tit. Conſtitutionem 6. & in ea adnotata Qui vero fugienti monſtrat viam, fur non eſt vt lib 47 tit. 2. ff. 63. vel lib. 60. tit. 12.

e *Procuratores poſſeſſorum.* Veluti prouiſores & curatores poſſeſſionum qui ſuſcipiũt fugitiuos.

f *Vel officio.* Dorot. Magiſtratibus municipalibus. Cyrillus vero præſidi.

g *Eadem pœna multantur.* Eadem pœna imminet eis qui fugitiuos prohibent inquiri, qui agros habent in quibus celant fugitiuos.

h *Stationarii.* De ſtationariis tractatur lib. 12. Codicis tit. 22. Conſtit. 1. vel lib. 6. tit. 2. & tit. 57. Conſt. 1. vel lib. 56. tit. 17. & lib. 9. tit. 2. Conſt. 8. vel libro 60. titulo. 36. Stationarii dicuntur qui ordinati ſunt certo loco eſſe & manere & ſtationem ibi habere cuſtodiæ cauſa.

i *Si deliquerit.* Si ſcierint eos eſſe fugitiuos Eivsd. vel hoc dicas iuxta 2. th. 1. cap.

k *Etiam erro.* Nam fugitiuus magnus eſt erro, & erro paruus fugitiuus, vt lib. 21. tit. 1. ff. 17. vel lib. 19. tit. 10. in quo declarat quis ſit propriè erro.

l *Qui ex fugitiua* Denique eiſdem pœnis ſubiicitur qui erronem, quibus & qui fugitiuũ celat, id eſt, præſtationi eiuſdem ſerui, & alterius vel 20. ſolidorum, nõ etiam ſi ancilla fugitiua prçgnans dum celatur ab aliquo pepererit apud eum. hic enim ſolius ancillæ ſuſtinebit pœnam non partus, ſed ipſum ſolum reddet. Partus enim fugitiuus non eſt. quære tit. 12. cap. 48. th. 5. & cap. 61.

m *In publicum profertur.* Quod Prætor ait vt qui fugitiuos apprehenderit, eos in publicũ deducat, ſic intelligendum eſt, vt eos magiſtratibus municipalibus tradat, vel aliis publicis miniſteriis, puta defenſoribus vel aliis.

n *Tuta cuſtodia.* Quod autem diligenter eos à magiſtratibus cuſtodiri iubet, ſciendum eſt eum cui permittitur diligenter cuſtodire fugitiuum. & vincire eum poſſe. Tandiu vero cuſtodiuntur à magiſtratibus & vinciuntur, quandiu præſidi prouinciæ vel præf. vigilum tradantur, & eorum nomina fiant manifeſta, & aliæ notæ & cuius domini eſſe dicantur Ideo autem hoc magiſtratibus defertur, vt facilius agnoſcantur & accipiantur à dominis. Nota autem ſerui & cicatrix intelligitur eſſe. Idem iuris eſt ſi quis nomina & notas fugitiuorum ſcripſerit, & dominos eorum publica propoſitione vel in templo. De vinculis & cuſtodia lege lib. 4. Conſt. 9. & tit. 6. vel. lib. 14. tit. Quære & lib. 2 tit. 2. cap. 214. & lib. 10 tit. 31 cap. 9.

o *Qui ſimpliciter.* Qui fugitiui tantum ſerui ſunt, & vt ſerui in fuga verſantur, dominis redduntur. At ſi fugitiuus cœperit ſe pro libero gerere, deprehenſus grauius coercet. In 17. ff. 1. tit. 21. lib. vel ti. 10. li. 19. dicitur fugã eſſe ſpeciẽ libertatis quoniam ad præſens liberatur domini poteſtate.

p *Limenarcha.* Si limenarchç & ſtationarii deprehendant fugitiuum, recte eum retinent vt magiſtratus municipalis. at debent eum ad officium præſidis vel proconſulis transmittere.

q *Officiũ præſidis.* Cõſiſtẽtes hac de cauſa certis definitiſq; locis. Quid vero ſit ſtatio inuenies li. 12. tit. 2.

r *Siue pugnarint.* Nam plerunque vel ſubrepta pecunia vel commiſſo aliquo maiore maleficio fugiunt, & ne fiat inquiſitio ac pœnæ iuſtitiam ſubeant, tradunt ſe arenariis.

ſ *Fugitiuus ſeruus.* Fugitiuˀ ſeruus nõ vſucapitur, quoniã ſeipsũ furari videtur. rẽ autẽ furtiuã nõ vſucapi, extat li. 7. ti. 26. Cõſt. 1. vel li. 50. ti. 4. ca. 15 vbi ait, Etiã ſi vẽdita ſit. Sciẽdũ vero quod ait 10. Cõſt. 2. ti. huiˀ li 6. vel ti. 6. huiˀ libri, ca. 27. etiã ſi vẽditus ſit ſeruˀ fugitiuˀ, vſucapi eũ nõ poſſe. Lege li. 9. tit. 20. Cõſt. 6. vel li. 60. tit. 48. ca. 12. vbi dicitur eũ qui vẽdit alienũ ſeruũ fugitiuũ, Fabia teneri.

t *Seipſum furari.* Hæc quidem Conſtitutio ait, Fugitiuum ſuiipſius furtum facere. At in 21. lib. 1. tit. vel lib. 19. tit. 10. dicitur quod fugitiuus ſeruus videtur de libertate contendere. & vtrunq; eſt

verum

Digitized by Google

verum:nam & vt fugitiuus non vſucapitur,& vt de libertate contendens, vt aduerſus venditorem duplum committatur efficit.quære tit.12.c.61.& lib.50 tit.2.c.15.

u *Nec longi temporis.* Cum omnia mobilia triennio adquirantur,vt lib.50.tit.10.c.4. quamobrem hîc ait,in re mobili longi temporis præſcriptionem nihil prodeſſe quæ in immobilibus vſucapionem conſtituit?Hoc explicandum eſt ex lib.61.tit 3 c.8.& lib.50.tit.14.c.1.vbi inuenies quando etiam mobilia decennio vſucapiantur Dicendum igitur in propoſito,quod etiam ſi talis ſpecies incidat,qua res mobilis decennio vſucapiatur,ſi res furtiua fuerit,nihil prodeſſe decennium, quod ad vſucapionem prodeſſet re non exiſtente furtiua. Hoc didiciſti in Inſtit In vitioſos nec longi tẽporis præſcriptionem locum habere.Lege lib.12.tit.1.ff.42.vel lib.9.tit.1.

x *Damnoſa fiat* Didiciſti in tit. de pactis,ſeruum nõ paciſci aduerſus dominum,& in 1.De rebus, quod delato iureiurando à ſeruo,dominus non læditur,& in 11.Codicis inuenies,quod poſſeſſionem domini lædere ſeruus aut colonus adſcriptitius non poteſt.

y *Fugitiuos ſuos.* Nota ad officium præſidis pertinere, vt fugitiuos inueniri procuret.Noueris etiam id quod dicitur in 1.ff. 8. tit. 4. lib. De iudiciis.in alienis locis ſeruos fugitiuos requirere licitum eſſe.

z *Barbaricum tranſiens.* Non dicit degens,ſed tranſiens. An igitur & ſi nondum attigit barbaricum, pœnæ ſubiicitur.

a *Qui fugitiuum.* Theod. Quoties quis ſuſcepit ſeruum fugitiuum citra domini voluntatem, toties cogitur eum reddere cum alio pari vel cum 20.nummis: quod ſi nequeat æſtimationem dare,corporaliter punitur. Lege autem 7.Conſt. huius tit.qua dicitur ſuſceptorem ſerui fiſcalis,eum reddere cum 12.argenti libris.Scias & id quod ait 13.Conſtit.3.tit huius lib. Suſceptorem liberti pro eo operas exſoluere Lege 10.c.huius tit. quo eadem pœna ſtatuitur in liberto & in ſeruo.

b *Suſcepit.* Vt eum celaret,& ne à domino requirente inueniretur, ne pugnet 2.th.11.c.6.tit. huius lib.quo dicitur, ſuſceptorem & occultatorem ſerui teneri furti & condictione furtiua. Id enim intelligitur de eo qui occultat ſeruum lucrifaciendi animo. Hoc vero de eo qui occultat ſeruum non lucrifaciendi animo,ſed vt eum dum celat domino,abſoluat: & ob id ſpecialem pœnam hic titulus adinuenit, nihil commune habentem cum actione furti. Quod vero hic titulus tales ſupponat eſſe eos qui celant ſeruos, declarat 2.th.1 cap nanque ait, eum qui fugitiuum producit officio,vel domino,intra dies 20. liberari. quære etiam tit.12. cap. 48. them. 2. cuius initium, Seruus alienus.

c *XX.ſolidos.* Ne exiſtimes grauem eſſe pœnam,nam qui ſciens ſuſcipit fugitiuum celandi forte cauſa,furtum committit,niſi quod & multa definitur in eum qui fugitiuum inuenit,nec tradit publicis perſonis in lib.2,de iudiciis,ſub titulo de furtiuis.

d *Seruis.* Quære tit 6.c.14.th.vlt.& c.11.th.2.

e *Reddat eum.* Et eum & alium cum iis qui cum eo ſuſcepti ſunt & aliis totidem.

f *Vel tres ſeruos.* Didicimus ſæpe ſummariam æſtimationem ſerui eſſe 20.ſolidorum. Tunc igitur locus eſt Conſtitutioni cum eundem ſæpius ſuſcepit.

g *Soluendo non ſit.* Τὸ κατὰ πόδας habet, ſi non ſufficiat, & ait Thalelæus. An igitur & ſi parti ſoluendæ ſufficiat non integræ pœnæ,caſtigatur? Nota quod in delictis legibus definitam pœnam ſiue multam qui pendere non poteſt,caſtigatur.quære & lib.7.tit.3.c.24.

h *Ingenuum.* Ingenuus hîc pro libero accipitur,vt 1.lib.5.tit.15. Conſt. Ingenuum diſtinguit à ſeruo,vt appareat ingenuum non omnino ingenuum,ſed liberum vocari.

i *Torqueri ſeruum oportet.* Nota in hoc themate ſeruum torqueri aduerſus dominum.quære tit. 12.c.48.th.3.

k *Ex præcepto.* Quære tit.6.c.37. Ibi enim lex ideo integras omnes domino actiones dat,quod ipſe delicto cauſam prior minime præbuerit,ſed quod alio delinquente,id ſeruo permiſerit,vt delinquens puniretur.

l *Fugerit.* Vt ſi dominus cuidam nocere volens,ſeruo ſuo præcepit,vt fugeret & iret in domum vel ſuburbanum eius quem lædere cupiebat, quo prætextu ſuſceptionis ſerui extorqueat pœnam Conſtitutione comprehenſam.

m *Priuantur ſeruo.* An igitur eum ſeruum duntaxat reddit abſque multa, quia fugitiuum non ſuſcepit?nec enim eſt fugitiuus qui voluntate domini dimittitur.

n *Vindicatur.* Vt domini ſcelus coarguat.& quære tit. 37.cap.26.th.1. & ibi Scholium & Antiquos.

o *Si quis mancipia.* Theod. Qui ciuitatis ſeruum aut libertum artificem ſolicitat,eum reddere debet & alium cum 12.ſolidis,ac ne diuina quidẽ iuſſione huiuſmodi pœna liberatur. Lege 8. Cõſt. huius tit.& diſces de ſeruo ciuitatis. Nota priuilegium ciuitatum. quære & lib.2.tit.1.c.vlt. In artificibus autem huic Conſtitutioni locus eſt:in non artificibus,ſuperiori. An hæc Conſtitutio in ſolicitatorem hanc pœnam ſtatuit, ſuperior ſimplicius loquitur de fugitiuorum ſuſceptoribus,ſi non ipſi mentiantur ſe eſſe liberos?

p *Torquentur.* Hoc de ſolo fugitiuo intelligendum eſt vt torqueatur. alias qui in libertatẽ proclamat non torquetur.Omnino enim lex ponit reuera ſeruum & fugitiuum fuiſſe. Nota mota in rem actione,ſeruum torqueri in hoc vt dominum ſuum exponat. & hoc dicitur lib. 9. ſub. tit. de cauſæ cognitionibus 12. Conſtit. Nota rem adprime neceſſariam contra eos qui ſeruos fugitiuos ſuſcipiunt,& in memoria habeas Conſtitutionem quæ definit ſeruos torqueri contra ſuſceptores, & locum eſſe quæſtioni cum dubitatur de dominio ſerui. & quære lib. 15. tit 1.c 90.& huius lib. tit.50.c 34 & tit.47.c.20.

Digitized by Google

q *Libras.* Quære lib. 55. tit. 1. c. 11. & nota priuilegium fiſci.
r *Cogatur* Hactenus Conſtitutio. Quod ſequitur, adnotatio eſt Thalelæi.
ſ *Conditionis immemores.* Seruus ciuitatis arte aliqua prędit⁹ ſi alienę ancillæ iungatur, propriæ fortunæ reſtituitur vna cum vxore & liberis. Nota igitur quandoque ex duobus ſeruis natum patrem ſequi, & memineris 7. Conſt. 32. tit. 3. lib. & lege lib. 11. tit. 68. Conſt. 4.
t *Labori reddantur.* Antiquæ conditionis, id eſt, vt fiant ciuitatis ſerui.

Titulus VIII.

Vel ff. Libri XI. Tit. V.

De aleatoribus.

VLPIANVS.

QVI eum verberat damnumve dat ei apud quem alea luditur[a], vel qui quo tempore alea luditur, ei furtum facit, non tenetur. Prætor autem de eo cognoſcit qui alium cogit alea ludere[b]. ¶ Si, qui alea ludunt, ſibi inuicem rapinam fecerint, tenentur actione vi bonorum raptorũ. ¶ Suſceptor nanque ſolus inultus manet. Non aleatores tantum, ſed & quilibet, vbicunque & quandocunq; ſuſceptorem ſine periculo[c] verberat damnumve ei dat. At furtum facere ei in domo eius & eo tempore quo alea luditur, tantummodo licet, etiam ſi fur nõ ſit ex aleatoribus. Domus eſt vbi habitat. ¶ Nec vindicationem[d], nec ad exhibendum actionem, nec condictionem furtiuam ſuſceptor habet, ſi quid ſubtractum ſit[e]. ¶ Qui alium cogit[f] alea ludere, vel multatur, vel in latumias mittitur, vel in carcerem publicum coniicitur.

(Margin: l. 1. in pr. ff. de aleatorib. — §. 1 — §. 2 — §. 3 — §. vlt.)

PAVLVS. Aut vero cogit ab initio[g], aut victus[h]. Ludere pecunia prohibetur quis, præterquam virtutis cauſa curſu, ſaltu, iaculo[i], lucta, pugna. l. 2

MARC. Intus nanque ſponſionem facere[k] licet. l. 3

PAVL. Veſcẽdi cauſa ludere licet. Filioſ.[l] aut ſeruo victo, pater & dominus[m] repetitionem habent. Et ſeruo vincente dominus tenetur non noxali[n], cũ ſit ex cõtractu, ſed de peculio[o] in id tantũ quod ex ea re inuectum in peculio fuerit. Et parentes ac patroni[p] vtili repetitione tenentur. l. vl. in pr.

Lib. 3. Cod. tit. 43. Conſtitutio[q] prohibet ludos exceptis quinq;. definit etiã multam in aleatores, permittẽs præf. vrbi & præſidibus prouinciarum & epiſcopis ea inquirere & prohibere, & in eis habitos cõtractus reſcindere. Dat & actiones ex quinq; conceſſis ludis & repetitionem eorum quæ ex ea cauſa debentur, & ſtatuit 10. librarum multam in eos qui Conſtitutionem violari permiſerint. l. 1. C. de aleatorib. & alear. luſu.

Conſtitutio prohibet ea quæ dicuntur ξύλινα ἱππικά, periculi repetitione propoſita in luſores & publicatione domorũ, in quibus huiuſmodi luſus peracti ſunt. Datur & repetitio ei qui ſuperatus eſt, & ſoluit. quod ſi nolit repetere, id iubet in opera publica eius ciuitatis erogari. l. 3

a *Luditur.* Qui domum ſuam præbet volentibus alea ludere, quæ dicitur ἀβολεδόχοι. Si quis igitur eum verberauerit damnumve ei dederit, vel ſi quid ab eo ſubripuerit, in illum prætor nullam dat actionem, ratione tabulæ quam præbuit.
b *Alea ludere.* Pœnam huius habes in fine huius Digeſti, & in 2.

c *Sine*

c *Sine periculo.* Suſceptorem verberatum quidem & damnum paſſum vbicunque & quandocunque prætor non vindicat. In furto autem quærimus, an in domo eius furtum factum ſit, & in tempore illo quo alea quidem ludebant, licet vnus aleatorum furtum non fecerit, & tunc impunitum eſſe crimen dicimus Quia vero domus mentionem facit, ne exiſtimes hoc exigi vt dominus ſit domus, ſed vt in ea habitet. Nota vbicunque ſuſceptorem aleatorum impune à quolibet verberati damnumve ei dari. Furtum autem ei fieri non poſſe, niſi domi eius, & eo tempore quo alea luditur. Si quid ſibi inuicem faciunt colluſores, tenentur competentibus actionibus.

d *Nec vindicationem.* Non tantum furti, ſed & vindicationem non habet.

e *Subtractum ſit.* Ex domo eius aleæ tempore. quod ſi alibi vel alio tempore, habet actiones.

f *Qui alium cogit.* Quoniam prætor ait, in eum qui vim intulerit, vt quęque res erit animaduertam, ſcire oportet prætorem loqui de eo qui quem cogit alea ludere, quem comminatur ſe puniturum vel multa vel latumiis, vel publica cuſtodia. Sunt enim quidam qui alios cogunt alea ludere, vel, ſtatim ab initio ludi, vel volentes, quod dicitur, interrumpere* & ſurgere, manere cogũt, quod maxime victi faciunt. *ἀναστῆναι.

g *Ab initio.* Petrum, vt ludant ſimul

h *Aut victus.* À Petro qui ſponte luſit initió, & vicit, nec deinceps ludere vult.

*i *Iaculo.* Quære c.5. & lib. 60. tit. 4. c.17 fin.

k *Sponſionem facere.* De eo qui dat arrã ſponſionis cauſa, lege lib. 9 tit. 5. fin. 17. ff. vel lib. 20. ti. 4. Nota non eſſe prohibitum pecuniæ ſponſionem facere in certaminibus virtutis cauſa inſtitutis. In aliis quæ virtutis cauſa non inſtituuntur, ſponſionem facere permiſſum non eſt, niſi in edulium aliquod fiat ſponſio; cum in conuiuio quidam, vt qui victus fuerit prębeat aliis edulia quædam, ſponſionem deponunt. hæc enim ſponſio valet.

l *Filioſ aut ſeruo.* Si filiusf aut ſeruus alea victus fuerit, patri & domino repetitio cõpetit. Quod ſi victor ſeruus acceperit aliquid ex tabula luſoria, dominus eius tenetur de peculio, non noxali; quia quaſi ex contractu ſeruus accepit. Sed neque aliud dominus præſtare cogitur; quam quod ex alea in peculio fuerit. Sed & in parentes & patronos, ſi eorum liberi aut liberti vicerint, datur vtilis actio, vt data reſtituant.

m *Pater & dominus.* Exiſtimo & luſoribus ipſis exiſtentibus ſui iuris omnimodo repetitionem dari, etiamſi ex iniuſta cauſa dederint, & ceſſare regulam quæ dicit, In pari cauſa eum qui accepit eſſe potiorem. Quod ſi alieni iuris ſint, repetitio eis competit in quorum ſunt poteſtate aduerſus accipientes. vel aduerſus eos in quorum qui acceperunt ſunt poteſtate. & breuiter dicas ad aleatores non debere trahi regulam prolatam de turpibus cauſis, ex quibus ſi promiſſa aut pacta ſit pecunia, eius petitio non eſt, ſi ſoluta, ſoluenti repetitio non eſt. habentibus eos parentibus vel dominis in poteſtate repetitio eſt aduerſus eos in quorum poteſtate ſunt ii qui acceperunt. & lege 6. cap. & lib. 20. tit. 4. c.17 th. vlt & ibi Antiquos.

n *Non noxali.* Hæc enim ex delictis ſeruorum mouetur. Hîc vero contractus eſt, & ex contractu naſcitur actio non ex delicto.

o *Sed de peculio.* Contrahente ſeruo mutuum vel depoſitum, vel aliud contractus genus, in dominum datur debiti de peculio, vel depoſiti de peculio, vel alterius contractus de peculio actio: Seruo autem iniuriam facienti vel furtum, vel committente in legem Aquiliam, vel ſimilia, non de peculio, quoniam vt dictum eſt, ex contractu datur ſed noxalis iniuriarum vel noxalis furti, vel noxalis Aquiliæ. Cum igitur ſeruus ex aleæ ludo victor quid retulit, non teneor noxali actione, ſed quia inter eum & alium quaſi contractus habitus eſt, de peculio condictio exercetur in me, ad cuius finem reddo quæ victor retulit ſeruus meus.

p *Patroni.* Qui heredes extiterunt libertis vel ab eis acceperunt, cum eis ſcilicet ludentes.

q *Conſtitutio.* THEOD. Numerat hęc Conſtitutio quinq; ludos quibus non prohibemur ludere ad ſolidum vſque vnum. Quod de vno ſolido, non extat in Baſilico. Aliam autem aleam ludere nõ licet, & maxime ex 2. Conſt. huius tit. ζήτημα ἐν ποιά. Memineris 25. & 36. Conſt. 4. tit. 1. lib.

Titulus IX.

VEL ff. LIB. XI. TIT. VI.

Si menſor falſum modum dixerit.

VLPIANVS.

l.1. in pr. ff. ſi mẽſ. falſ. mod. dix. MENSOR[a] qui falſum modum dicit agri litigioſi[b] aut venditi, in duplum tenetur[c]. neque enim eſt locator & in eum locati conducti inutiliter agitur, & quod datur menſori, non eſt merces, ſed remuneratio ſiue ἀντίδωρον.

§. 1 ¶ Ex dolo[e] tantum tenetur, & magna negligentia[f],

etiamſi mercedem[g] acceperit. ¶ Is[h] tenetur qui renunciauit falſum modum per ſe, vel per alium, vel per literas. § vlt.

PAVLVS. Sed & ſi menſor cui mandatũ eſt vt menſuram ageret, alii mandauerit, & is dolum fecerit, ipſe[i] tenetur, quod tali crediderit. l. 2

VLPIA. Si duo menſores dolum fecerint, ſinguli in ſolidum conueniuntur, & vno[k] ſatisfaciente alter nõ conuenitur. ¶ Hæc actio[l] competit ei cuius intereſt, ſiue venditor, ſiue emptor ratione falſi modi plus dederit, qui & inuicem[m] de ablatis rebus, & de pretiis actionem habent, ¶ & in menſorem actio eis non aliter competit, quam ſi is qui plus accepit, ſoluendo nõ ſit[n]. ¶ Siue à litigatoribus, ſiue à iudice[o] adhibitus menſor fraudem fecerit dolo malo, tenetur. ¶ Hæc actio datur heredibus nõ in heredes. ¶ Serui nomine[p] noxalis[q] non de peculio[r] actio competit, etiamſi maxime[s] ciuilis actio de peculio[t] competat. l. 3 in pr. § 1. & 2 § 3 § 4 § 5 § vlt.

PAVLVS. Hæc actio[t] perpetua eſt. l. 4

VLPIAN. Si[u] menſor non renunciauerit falſum modum, ſed dilata renunciatione læſerit venditorem, vt quia vẽditor forte promiſit[x] ſe intra certum diem modum adſignaturum, de dolo[y] actione tenetur. ¶ Si[z] à menſore falſo modo renunciato egerit emptor in venditorem ex empto petens reliquum, poteſt & in menſorem[a] agere. Sed ſi nihil eius intereſt[b], non condemnatur menſor. Quod ſi non de toto modo[c] qui deerat, cũ venditore egerit, ſed de parte, poteſt de reliquo agere cum menſore. ¶ Non tantum[d] in agro locus eſt huic in duplum actioni[e] ſed & in aliis rebus, veluti domo, vino, frumento, ſeruitutibus[f] & lapidibus[g]. l. 5. in pr. § 1 § vlt.

VLPIAN. Etiam aduerſus mechanicum fallentem dolo malo hæc actio competit, ¶ & aduerſus non menſorem fallentem tamen in modo, ¶ & aduerſus architectum & redemptorem ¶ & tabularium fallentem in computatione[h]. l. vlt. § 1 § 2 § 3 § vlt.

a *Menſor.* Quem aduocauimus, vt metiretur agrum venditum eiuſq; modum diceret.

b *Agri litigioſi.* Cum erat communis inter me & alium, nec volumus per iudicem rem dirimi. Quære lib. 58. tit. 9. c. 5. th. 2.

c *Tenetur.* In factum æſtimatoria in duplum modi falſo impoſiti vel ſuppreſſi. quære c. 6.

d *Non eſt merces.* Merces enim pro arte datur. Metiri vero ars non eſt adeo vt nec ex culpa vel imperitia menſor teneatur, ſed ex dolo tantum. quod ſi merces eſſet. etiam ex culpa & caſu teneretur. quia omnibus in artibus non debet quis diſſimulare quod debet ſcire. Lege finem 5. ff. & li. 19. tit. 2. finem ff. vel lib. 20. tit 1. & tit. 5. eiuſdem lib. ff 27. In quinto autem ff. 1. tit. 10. lib. vel ti. 9. lib. 28. ait menſorem mercedem accipere, & lege quæ ibi adnotata ſunt.

e *Ex dolo.* Hęc in Geometram in factum actio dolum duntaxat exigit. nam cum iure ciuili nullo modo obligetur, merito prætori danti nouam actionẽ placuit eam ex dolo duntaxat dare. proinde ſi per imperitiam falſum renunciauerit, ſibi imputare debet qui imperitum adhibuit. Sed & ſi negligenter circa menſuram verſatus ſit, ex negligentia non tenetur, niſi magna ſit negligentia quæ dolo comparatur. Sed & ſi mercedẽ accepit ante menſuram, ex negligentia non tenetur propter verba edicti. Prætor. n. ſcit mercede eos interuenire, neq; dixit eos ex diligentia conueniri.

f *Negligentia.* Lata culpa dolus eſt, vt li. 36. tit. 4. ff. 5. vel lib. 44. tit. 22. & lib. 44. tit. 7. ff. 11. vel li. 52. tit. 1. & lib. 50. tit. 16. ff. 226. vel lib. 2. tit. 2. in quo ait magnam negligentiam culpã eſſe. Culpam autem eſſe non intelligere quæ omnes intelligunt, vt ff 213. 226.

g *Si mercedem acceperit.* Nec enim eſt merces, ſed remuneratio.

h *Is tenetur.* CYRIL. Is etiam tenetur, qui per alium renunciauit modum vel per literas.

i *Ipſe tenetur.* Primus vel qui mandauit.

k *Vno ſatisfaciente.* Similiter lib. 9. tit. 4. ff. 26. vel lib 60. tit. 5. & tit. 3. huius libri ad finem 14. ff. vel lib. 60. tit. 6.

l *Actio.* Hæc actio competit ei cuius intereſt falſum modum renunciatum nõ eſſe, hoc eſt emptori vel venditori, cuius dolus geometræ obfuit. Pomponius tamen ait, Si propter mendacium geometræ emptor plus dederit venditori, vt ſi in ſingula iugera certum pretium dari conuenerit, & geometra renunciante agrum eſſe c. iugerum, emptor venditori c. iugerum pretium exſoluerit, quia poteſt condicere venditori, in menſorem agere eum non debere. nec enim læditur emptor qui condicere venditori poteſt niſi venditor ſoluendo non ſit, tunc enim menſor merito tenebitur

tur venditore id reddere nequeunte quod accepit. Sed ſi è contrario propter mendacium menſoris venditor ampliorem agrum tradiderit, in menſorem actio non eſt, quia eſt in emptorem actio ex vendito, qui maiorem quam conuenerit modum accepit, niſi & hic emptor ſoluendo non ſit.

m *Inuicem.* Emptor quidem ex empto, cum minorem modum accepit, maius pretium dedit: venditor autem ex vendito cum maiorem modum dedit, minus pretium accepit. In ſimili ſpecie venditori plus danti indebiti condictionem competere dicit lib. 4. tit. 3. ff. 18. de iniquis menſuris.

n *Soluendo non ſit.* Quidam aiunt tunc vere in menſorem actionem non dari, cũ de ſolido damno inuicem egerunt & indemnitatem conſecuti ſunt. At prius quam egerint inuicem & etiam poſtea ſi non de ſolido damno egerint, indiſtincte in menſorem agi primum poſſe. Alii aiunt, tunc læſis in menſorem eſſe actionem, cum non inuicem agentes ſibi ſeruarunt indemnitatem. nam ſi poſſent inuicem agendo quod ſua intereſt recipere, conuento menſori dabitur exceptio. ſed ſi nõ poſſint ob inopiam rei, vel ſi partem tantum damni auferant, in reliquum aduerſus menſorem eſt actio Lege 2. th. 5. cap. & in eo Antiquum. & inuenies ſic ab eo potius caput accipi, vt non agatur in menſorem, niſi cum is qui lucrum ex eo fecit, vel cum quo contraxit, ſoluendo non eſt.

o *Sine a iudice.* Dat interdum menſorem iudex, vt in iudicio finium regũdorum, vt lib. 10. tit. 1. ff. 9. vel lib. 58 ti. 1.

p *Serui nomine.* Seruo geometra male iudicante noxalis datur potius quam de peculio, quãuis ſi eſſet ex conducto actio in geometram, daretur de peculio ſerui nomine.

q *Noxalis.* Quia non eſt ex contractu ſed ex delicto ſiue mendacio.

r *Maxime ciuilis.* Quanuis ſi hic eſſet contractus locationis, locati actio de peculio cõpeteret. hæc enim eſt ciuilis actio.

r Hoc eſt, quanuis ſeruus admetiendi cauſa ſumptus liberam habeat peculii adminiſtrationem, & agi propterea ſoleat de peculio. nam & ſic agitur in factum. quod menſoris neque ars ſit, neque contractus cum eo habeatur proprie

ſ *De peculio.* Hoc eſt licet videatur danda conducti de peculio. Sed hæc non competit quia nõ eſt locatio. deinque noxalis actio potius eſt. Nota quando in menſorem detur conducti & quãdo ex contractu noxalis & ex delicto de peculio. Scias quod dicitur lib. 4 tit. 3. ff. 37. vel lib. 10. tit. 3. Alii vero Antiquum ita intellexerunt. Quanuis, inquiunt, ſoleat conducti de peculio exerceri, hic tamen noxalis in factum datur. nam conducti in menſorem non eſt, vt ff. 1. huius tit.

t Hæc actio. Quia initium & radix eius non à circunſcriptione menſoris, ſed vt e contractu originem accipit ex ſuſceptione dimenſionis. Nota perpetuam eſſe hanc actionem, licet prætoria ſit.

u *Si menſor.* Si menſor circa renunciationem modi non mentiatur, ſed trahat reſponſum in aliquod tempus, & inde venditor obligatione liberetur. puta conuenit intra dies 30 modum tradi, & iis elapſis obligatione liberatus eſt, hæc actio in factum ceſſat, ac nec vtilis quidem datur. Deficiente igitur actione omni ad actionem de dolo decurrimus. CYRIL. Si venditor promiſit intra annum admetiri agrum & menſor trahat renunciationem quoad exeat annus, tenetur de dolo. Hæc autem actio in eum qui falſum modum dixit datur, vt ff. 1.

x *Promiſit.* Et pœnam adiecit niſi ad diem adſignarit.

y *De dolo.* Quia non renunciauit modum dolo malo, vt dilata adſignatione venditor incideret in pœnam. Cur vero non tenetur actione in factum? quia non renunciauit falſum modum, ſed admenſus eſt, modum autem non dixit. inter quæ differentia eſt.

Si à menſore. Si falſo modo renunciato læſus emptor egerit ex empto contra venditorem, poteſt nihilo minus agere etiam contra menſorem. Sed ſi nihil eius intereſt. puta venditore exiſtente ſoluendo. condemnari menſorem non oportet actione in factum. quod ſi non de toto eo quod deerat egerit emptor cum vẽditore, ſed de minori parte, in reliquam partem recte aget cum menſore CYRIL. Licet male acta menſura egerit emptor cum venditore, in menſorem eſt actio ſi eius interſit, vt ſi non in totum, ſed in partem, egerit cum eo.

a *In menſorem agere.* Cum indemnitatem inſolidum ſibi à venditore nõ ſeruauit.

b *Intereſt.* Vt ſi ei ſatisfactum ſit à venditore. Antiquus autem ait, venditore exiſtente ſoluendo.

c *Modo.* Forte ſciens eum plus facere non poſſe.

d *Non tantum.* Hoc edictum licet à geometra cœperit, à prætore tamen porrigitur etiã in eos qui rem aliam quamlibet admetiuntur falſo. proinde ſi architectus in admetienda domo, vel mẽſor frumẽtarius in admetiendo frumento, vel alius quis in admetiendo vino fefellerit circa menſuram, vel de latitudine viæ orta controuerſia, vel de ſeruitute facto proiecto, vel in menſura areæ aut ligni aut lapidis, aut rei alterius ſi fefellerit quis, hac tenetur actione: & ſi mechanicus fefellerit, tenetur. Sed & qui mẽſor non fuit, ſi ſimularit ſe mẽſurę agendæ petitum eſſe & fefellerit, hac actione tenetur. datur & in architectum & in redemptorem. Tabularius etiam, hoc eſt logographus in computatione fallens credentes ei. hac actione tenetur.

e *In duplum actione.* In eum qui fefellit in modo agri.

f *Seruitutibus.* Latitudinem viæ mihi ceſſæ in tua iura.

g *Lapidibus.* Quot cubitum ſit altitudo columnæ.

h *Computatione.* Atqui error calculi non nocet, vt lib. 2. Codicis tit. 5. Hic error alius eſt, vt ſi cũ eſſent duo & duo, dixerunt in ſummam quinque.

Titulus X.

VEL ff. LIB. XIII. TIT. I.

De condictione furtiua.

VLPIANVS.

CONDICTIO[a] furtiua[b] ſoli domino[c] cõpetit.[d] & ea obligãtur[e] furioſi & infantes[f] cum hæredes neceſſarii[g] extiterunt.[h] l. 1. ff. de cõdict. furt.

POMP. Quanuis ipſi non conueniantur[i]. & venit in ea id quod intereſt. §. 2.

PAVL. Nam ſi[k] hæres inſtitutus ſeruus meus ſubripiatur & moriatur[l], hæreditatis etiam pretium exigam.[m] l. 3.

VLPIAN. Filii & ſerui nomine[n] in patrem & dominum[o] actio competit in id quod peruenit[p], & in ſuperfluum damni ſarciendi cauſa dominus ſeruum dedere poteſt. l. 4.

PAVL. Et filiusf.[q] conuenitur condictione furtiua[r]. Solus enim[s] fur & hæres eius ea actione tenentur[t]. l. 5.

VLPIAN. Nam & ſi[u] ope & conſilio tuo fiat furtum, furti[x] teneris, non etiam[y] condictione furtiua. l. 6.

IDEM. Qui tranſigit[z] de actione furti, non extinguit[a] cõdictionẽ furtiuam & è contrario. ¶ hęc enim rẽ, illa pœnam[b] perſequitur. Is cui furtũ factum eſt[c], habet actionem furti & cõdictionem furtiuã[d] & rei vindicationem & actionẽ ad exhibẽdũ[e]. ¶ Condictio furtiua[f], quia rei perſecutionem habet[g], in hæredes[h] & ſucceſſores[i] competit, & poſt mortem ſerui furtiui ſiue apud hęredẽ[k] deceſſerit, ſiue non[l], poſt mortẽ tamen furis. l. 7. in pr. §. 1. §. 2.

IDEM. Si fur[n] rẽ obtulit, non[o] tenetur: ſin minus, æſtimationẽ[p] præſtat quanti quandocunq;[q] plurimi fuerit. ¶ Semper enim[r] fur moram facit. & deteriorem rem dans, non liberatur. ¶ & in eam veniunt fructus[s]. l. 8. in pr. §. 1 §. vlt.

IDEM. Hęres[t] ex parte pro ea parte qua hęres eſt tenetur[u]. Solus autem & inſolidum & non in id[x] tantum quod peruenit. l. 9.

IDEM. Manifeſtus & nec manifeſtus fur tenetur cõdictione furtiua. & raptor niſi dominus rẽ apprehẽderit ¶.[z] Cõpetit vero, ſi fur occiderit[a], vel fregerit, vel effuderit id quod intercepit. ¶ Cũ facto[b] domini recedit ab eo dominium rei furtiuæ[c], condictio furtiua extinguitur, vt ſi alienauerit rem furtiuam[d] vel legauerit ſine condictione[e] furi vel alii. l. 10. in pr. §. 1 §. 2. & vlt.

PAVL. Quia nec hæres[f] nec legatarius[g] condicere poteſt. ei nanque ſoli condictio competit[h] cui furtum factum eſt, & hæredi eius:[i] legatarius tamen rei vindicationem habet[k]. l. 11

a *Condictio.* CYRILLI. Condictione furtiua ſolus dominus experitur. tenetur autem ea etiam infans

infans & furioſus ſi neceſſarius heres fiat. in ea venit quod intereſt, vt ſi ſeruus furtiuus heres ſcriptus ſit & deceſſerit. quære c.4.& 9.

b *Furtiua.* Condictio furtiua certa. nam incerta etiam creditori datur, & non domino, vt cap. 12.the.2.

c *Soli domino.* Condictione furtiua agit dominus & heres eius, vt 1.c.& 11.in furem & in heredem eius, ſi poſt mortem furis res furtiua manſerit in ſubſtantia eius, etiam ſi ante aditam hereditatem corrupta ſit. & quære c.7. th. vlt. & licet pars rerum furtiuarum perierit poſt mortem furis, pars ſalua ſit, omnium tamen nomine tenetur heres furis. & quære c.9. & in eo Antiqui finem. Neque vero exiſtimes re furtiua extincta viuo fure, heredem eius teneri. hæc enim eſt vetus regula In furto, non ſpectari tempus litis conteſtatæ, vt ſi inueniatur eo tempore reus ſine dolo deſiſſe poſſidere abſoluamus eum, ſicut in aliis actionibus. Sed omnino ſi inuenta fuerit res furtiua in hereditate, etiam ſi poſtea interierit, heres tenetur. Venit autem in hanc actionem non tantum res furtiua, ſed etiam id quod intereſt. & quære c.11.de ſeruo ſubrepto, qui fuerat heres ſcriptus.

Stephani Nota quod condictio furtiua ſoli domino rei competit. Hoc etiam ait Vlpianus in 17.lib.ff.tit.2.ff.14. Datur tamen & heredi eius, vt Paulus ait in 11.ff.huius tituli. Excipe ſpeciem intextæ purpuræ, quæ eſt in 1.tit.2.Inſt.ibi enim ideo agit condictione furtiua quondam purpuræ dominus qui nunc propterea deſiit eſſe dominus, quod non videatur purpura extare, quæ per ſe non ſubſiſtit, ſed veſti ceſſit, quia facto ſuo purpuræ dominus eſſe non deſiit. & ita poteſt agere condictione furtiua. & hoc eſt quod dicitur in 10. ff huius tit. Dominus rei furtiuæ etiamſi deſierit eſſe dominus modo non facto proprio agit condictione furtiua. Poteſt etiam creditor pignore ſubrepto incerti condicere, qui dominus non eſt, vt diſces in 12. ff. huius tit.& in 22.ff. Pignoratitiæ. Condictio furtiua habet imaginem contractus quatenus de peculio competit, vt ff. 19. & delicti, quatenus ſeruus noxæ deditur, vt ff.4.

d *Competit.* Ad ſimplicem repetitionem rei.

e *Obligantur.* Obligantur dixit. non conueniuntur. nam de infante quidem nō cum eo agi, ſed tutorem eius pro eo cauſam dicere compelli, extat perſpicue in libro ſingulari de tutelis tit. 7.ff. 1. vel lib.37.tit.7.c. 1.th. 2. De furioſo autem à curatore ſuo defendi eum debere & cauſam dici pro eo, ait Conſtit. in 5.lib. Cod.tit.37.vltima, vel lib.38.tit.9 c.41.debere omnem tutorem pupilli vel curatorem vel adoleſcentis vel furioſi vel aliorum quibus ex veteribus legibus & imperatorum Conſtitutionibus curatores ſolent dari, eorum lites ſuſcipere, & eos defendere vſq; ad terminum cauſæ, quæ Conſtitutio & de iis latius tractat.

f *Et infantes.* In 29.ff. 2.tit. 47.lib. vel lib.60.tit.12.cap.23.ait infantem non teneri condictione furtiua.

g *Heredes neceſſarii.* Additur, cum heredes neceſſarii extiterunt, propter 23.c.10.tit.38.lib.in quo ait furioſum patri heredem exiſtere, ſi ab eo heres ſcriptus ſit. Quod ſi ab extraneo, apprehendit hereditatem curator eius facto inuentario rerum hereditarium, & ſi quidem compos mentis factus ſuſcipiat eam adquirit ſibi, ſin minus, ad ſubſtitutos tranſmittitur. Ante vero quam mentis compos fiat, non obligatur condictione furtiua, quia nondum eſt heres furis Sed & ſi patri furioſus heres extiterit, cum eo condictione furtiua agi non poteſt, quaſi herede furis obligatur quidē, non tamen cum eo, ſed cum curatore eius agitur, vt lib.38.tit.9.c.41. Similiter infans ab aliquo heres ſcriptus niſi fari poſſit, non adquirit hereditatem, vt conſtat ex contrario ſenſu 9.c.14. tit.35.li. & ita non quæſita hereditate non tenetur cōdictione furtiua, quia nondum heres eſt. & hæc quidem ex Digeſtis. Succeſſit Conſtitutio in lib 35.tit. 14.c.113. quæ dat facultatem ſuſcipiendæ vel repudiandæ hereditatis tutori. Vel dic ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt de furioſo, quod etiamſi impubes patri heres extiterit, obligatur quidem, ſed non conuenitur. At tutores eius conueniuntur, vt curatores furioſi vel alterius cuiuslibet, vt c.41.tit.9 lib.38. Igitur ſi mauis ita dicas, Nō conuenitur, vel obligatur quidem, ſed non conuenitur quia curatores vel tutores eius conueniuntur, vel cum nondum heres extiterit, qua ratione cum eo agetur. vt diximus ſupra, vt ſi nondum furioſus reſipuerit, infans nondum fari queat. Quod ſi hoc nolis, ita dicas. etiamſi impubes & furioſus ſuo nomine vt fur teneri non poſſit, quod non poſſit furtum facere, vt lib.60.tit.12.c. 23. cum neſciat quid faciat: tamen vt heres furis condictione furtiua tenetur. & ſic igitur dicas, non obligatur. & hæc eſt interpretatio, meo iudicio, pulcherrima. Quære lib. 35.tit.14.cap.62.th.3.& ex illo hoc caput interpretare.

h *Extiterunt.* Hoc ſecundum ius antiquum. nam ex Conſtitutione infans nō dicitur heres, ſed bonis curator datur, quoad pubuerit, aut fuerit annorum 10. Quære lib.38.tit.10.c.23. Quære lib. 40.tit.2.c.1.& lib.44.tit.2.c.48.th.2.

h Infans & furioſus non niſi neceſſarii heredes ſunt defuncto, & vt neceſſarii exiſtunt, nō fiunt heredes. Cum vero extranei cuiuſdam hereditas furioſo defertur, traditur hereditas curatori furioſi facto prius inuentario, deinde ſi reſipuerit furioſus, reſtituitur ei volenti hereditas. Si in furore deceſſerit, vel ſi reſipuerit quidem, ſed repudiarit hereditatem, tunc ſubſtituto, vel iis qui ab inteſtato veniunt ad hereditatem defuncti, & proximiores ſunt tempore mortis furioſi, vel fiſco non exiſtente ſubſtituto vel legitimis heredibus reſtituuntur res hereditatis, decretali illa cautione ceſſante, de qua 37. Digeſtorum tit. 3 Iuriſconſultus tractat. & ſic traditur lib 5.Cod.tit.9.Conſtit. vltima. vel li. 38.tit. 10.c.35.& hæc de hereditate extranei furioſo delata. nam furioſus qui neceſſarius heres eſt patri vel domino, hereditatem eius adquirit, vt Marcellus ait lib.25. Digeſtorum. Hactenus de furioſo. Cum autem pupillo extranei defertur hereditas, & infans eſt pupillus, nec tutore auctore ſecundum ius vetus adire eam infans & adquirere poteſt, vt ex contrario

Digitized by Google

ſenſu Paulus ſignificauit in 29. Digeſtorum libro, titu. 2. ff. 9. vel lib. 35. titu. 14. cap 9. quod Conſtitutioni 5. congruit lib. 6. Codicis tit. 30. At ex poſtrema Conſtitutione quæ extat in eodem 6. lib. Codicis, ſiue lib 35. tit. 14. cap 113. ſub eodem titu. 30. & eſt 18. poteſt tutor etiamſi infans ſit pupillus delatam ei hæreditatem nomine eius adire, & ſi voluerit competentem petere bonorum poſſeſſionem, & hoc modo vindicare pupillo hereditatem. Lege 11. ff. 8. titu. libri ſingularis de tutelis.

h Veluti filiif. & ſerui etiamſi res ad eos non peruenerit, ſed perierit poſt mortem furis.

i *Non conueniantur.* Vel dicit, non conueniantur, vt cap. 23. tit. 12. quod ipſi ſubripientes non conueniantur, vel quod pro eis curatores conueniantur.

k *Nam ſi heres* Hoc præparatio eſt eius quod intereſt.

l *Et moriatur.* Mortuo ſeruo fugitiuo agitur condictione furtiua. Hoc Vlpianus tradit in 7. ff. & in 47 Digeſtorum libro titu 2. ff. 51. vel tit. 12. huius lib. vbi & ratio redditur.

m *Exigam.* Ab eo qui ſeruum ſubripuit. quære tit. 12. cap. 52. & tit. 3. cap. 23. th.

n *Filii & ſerui nomine.* Nota quod condictio furtiua habet imaginem contractus, quatenus in peculium, & delicti, quatenus in noxam mouetur. Habet & alia in re imaginem contractus; quod ea eſt poſt libertatem non teneatur ſeruus, vt cap. 15. & quodammodo miſta eſt. Similiter lib. 15. ti. 1. ff. vel lib. 18. titu 5. & lib. 19. titu. 1. Digeſt. 39. vel lib. 19. titu 8. CYRILLI. Si ſeruus filiusve furtum fecerit, dominus paterue in id tenetur quod ad eum peruenit, & in reliquum ſeruus deditur noxæ.

o *Dominum.* At in ſeruo quidem ab initio, in filio non ita, ſed filio conuento & condemnato. tum pater tenetur iudicati de peculio. Baſilicus igitur effectum ſpectauit. Vide enim caput quod ſequitur.

o Habet autem hoc præ cæteris actionibus quæ ex delicto naſcuntur cōdictio furtiua, quod & de peculio & noxaliter intenditur. Aliis enim noxaliter duntaxat agitur etiamſi res quædam ad dominum ſerui peruenerint, puta ex rapina ſerui aut vi. Has actione in rem vindicat qui amiſit, vel in factum, ſi locum non habeat actio in rem, vt ſi nummos amiſerit. In condictione autem furtiua non eſt ita, ſed in peculium agere poteſt. & accipere id quod peruenit, & in reſiduum noxaliter.

o Conuenitur autem dominus condictione furtiua non ſecundum regulam iuris. ſolus nanq; fur & heres & ſucceſſor eius regulariter tenentur condictione furtiua ſed conuenitur ex bono & æquo, quod iniquum ſit ſerui dominum ex alterius damno locupletari, ſicut & alium quemlibet, vt Vlpianus ait in 7. ff. neque obſtat quod habetur in 4. lib. huius tractatus tit. 1. ad finem 3. ff Nam & ibi Vlpianus ait dominum ſerui teneri condictione furtiua in id quod ad eum peruenit, & quia ſciebat præter regulam in dominum ſe dare condictionem furtiuam ſubiicit, eam dari, quod iniquum ſit ex furto ſerui dominum locupletari. Hoc vero nihil aliud eſt quam demonſtrare non ex regula ſiue rigore iuris in eum condictionem dari, ſed ex bono & æquo quod non ſit æquum, vt diximus ſupra, dominum ſerui ex alterius damno lucrum ſibi comparare, in id quod ad eum peruenit, qua vbi cœpit conueniri, neceſſe habet dare quod ad ſe peruenit, & ſeruum in noxam, ſi eum nolit defendere. Idem vero dici non poteſt in perſona patris. nam etſi lucretur quod ad eum peruenit, non tamen ex alieno damno, quia damni nihil facit is cui furtum factum eſt, cum poſſit in filiumf. inſolidum experiri, vt ſequenti capite oſtenditur, ac deinde condemnatione facta in patrem de peculio iudicati, & in peculium filiif. computatur quod ad patrem peruenit ex furto filiif. Quin potius igitur nihil lucratur pater, cum poſſit is, cui factum furtum eſt, principaliter agere in filium, ac deinde in patrem iudicati de peculio quod dici in ſeruo non poteſt nam & ſi dixeris eſſe de rebus furto ſubreptis actionem, dicam noxalem eam eſſe. quo genere nullius forte pretii ſeruum accipiet. denique ex accidenti ipſe quidem erit in damno, ſerui autem dominus lucrabitur id quod ad ſe peruenit. merito igitur antiquæ regulæ locus eſt, iniquum eſſe quenquam locupletari ex damno alterius. & tenetur dominus ſerui non recta condictione furtiua, ſed ex bono & æquo ob rationem dictam ſupra. quo tamen modo filiif. pater non tenetur. neque obſtat ff. 19. huius tit nam earum rerum nomine quas filia amouit diuortii cauſa condictio in patrem datur non furtiua, vt quidam tentarūt dicere, cum hęc condictio in eum tantum detur qui furtum fecit, & heredem eius, ſed generalis, ex omni cauſa, ex omni obligatione, inſtituta loco Rerū amotarum. hac enim ſpecialiter teneri actione, id eſt, rerum amotarum, in id quod ad eum peruenit, vel dolo non peruenit, clare ait Paulus & Pomponius. lib. 25. Digeſtorum tit. 2. ff. 3. & 4.

o Præter regulam propter bonum & æquum. & quære lib. 18. tit. 5. cap. 3. th 9. & tit. 4. 1. th. 5. & Antiquum eius.

p *In id quod peruenit.* Dicitur lib. 5. tit. 17. ff. 57. vel lib. 2. tit. 3. ex pœnalibus cauſis non dari actionem in patrem de peculio.

q *Filiusf.* CYRILLI. Condicitur filiof. quia huic actioni locus non eſt niſi in furem & heredem eius. Hoc eſt, ipſe filiusf. furtum committens principaliter tenetur condictione furtiua, & non oportet hanc in patrem actionem dare. quoties enim non ex contractu actio eſt in filium, non tenetur pater de peculio, vt diſcere eſt ex. 5. De iudiciis tit. 3. ff. 1. them. 3. vel titu. 3. huius lib. Sed conuenitur quidem ipſe filiusf. & condemnatur, ac deinde iudicati agitur in patrem, vt lib. 4. huius tractatus tit. 1. ff. 3. nec opponatur tibi 19. ff. huius tit. Sed lege ibi appoſitam adnotationem.

r *Condictione furtiua.* Quarto, an cum ex delicto naſcatur condictio furtiua, infamia notet condemnatum? STEPH. Nulla condictio notat infamia, etiamſi ex turpi cauſa naſcatur, vt definit Vlpianus

Digitized by Google

pianus lib.44.tit.de obligationibus. Dictum eſt dominum ſerui furtum committentis teneri condictione furtiua in id quod peruenit, nō ſecundum regulam, ſed præter regulam ex bono & æquo. Quæro quid interſit teneatur condictione ſecundum regulam an præter regulam? STEPH. Is qui ſecundum regulam conuenitur, veluti fur, tenetur, etiamſi ex re furtiua lucrum non fecerit, vt ſi ſeruus furtiuus deceſſerit, itemq; heres furis, ſi ſeruus furtiuus ſuperſtes fuerit furi. Is autem qui præter regulam conuenitur, veluti furis dominus, in id duntaxat tenetur quod ad eum peruenit, quia ob nihil aliud conuenitur, vel quia æquum non eſt eum lucrari ex alieno damno. Quod ſi nō lucratur, vt ſi perierit vel aliâs amiſerit quod ad eum peruenerat, non tenetur. & hæc eſt differentia præter regulam conuentionis. quia ob id ſolum ne ex alieno damno lucrum fiat, conuentio eſt. quære lib.7.tit.5.c.57.

r Quære c.7.& lib.18.tit.5.c.5.th.9.

ſ *Solus enim fur.* Quære tit.4.c.1.th.5.& in eo nouam adnotationem & tit.5.c.34.35.

t *Tenetur.* Condictione furtiua tenetur heres furis & reliqui ſucceſſores, vt Vlpianus ait in 7. ff.huius tit.

INNOM. Obligatione omni ex delicto & contractu filiusfamilias tenetur vt paterfamilias, vt lib.5.tit.1.ff.57.vel lib.7.tit.5.&lib.44.tit.7.ff.38.vel lib.52.tit.. Lege & lib.9.tit.4.ff.34.vel lib. 60.tit.5.& lib.16.tit.1.ff.1.th.27.vel lib.13 tit.9.

u *Etſi ope & conſilio.* CYRILLI. Is cuius ope & conſilio furtum fit, non tenetur condictione. STEPH. Nota quod non omnis qui tenetur furti, & condictione furtiua tenetur. Ecce enim, Is cuius ope cōſilio furtum fit, furti tenetur, non etiam condictione furtiua. Tunc vero furti tenetur cum & rem furtiuam contrectat, vt Vlpianus ait lib.47.ff.tit.2.ff.52 vel lib 60.tit.12. Id nota, & memineris eorum quæ dixit Paulus lib 1.huius tractatus, vel lib.22.& tit.2.ff.28.vel huius lib.tit. 5. Nec opponatur quod extat lib.4.huius tractatus tit.1.ff.4.vel lib.18.tit 5.ad finem 2.th. Sed lege ibi appoſitam adnotationem. Rurſus non opponatur de arbitraria formula, & pœna eius quod extat ad finem huius lib.13.tit.4 ff.5.vel lib.24 tit.9. quo ait actorem ſuſcipientem ſortem, remittere pœnam videri, vel quod intereſt loci ratione. quoniam ab initio ex contractu naſcitur ea actio & id quod intereſt perſequitur potius quam pœnam: & arbitraria eſt. tantum vero præſtare debet arbitrium iudicantis quantum habent naturaliter actiones bonæ fidei, id eſt, bonum & æquum. & lege omnino eius Digeſti adnotationem.

EIVSDEM. Lege diſtinctionem quam hîc tradit Antiquus ad illa verba, Si & rem furtiuam contrectat. EIVSDEM. Puto quod contrectauerit & non contrectet. legere tamen oportet 13. th.22. c.12.tit.& c.1.th.2.

x *Furti* Actio furti in omnes datur qui cōſilium dederunt, quæ pœnam exigit. Condictio furtiua, quæ pœnam exigit, non datur in alium quam furem.

y *Non etiam condictione.* Quære lib.22.tit.5.c.28.& ibi 2. adnotationem.

z *Qui tranſigit.* INNOM. Aliud in iureiurando, vt lib.22.tit 2.ff.13.th.3.vel lib.22.th.5. Huic autem ſimile in ſententia lib.47.tit.2.ff.52.vel lib.60.tit.12. CYRIL. In eum qui tranſegit de furti actione agitur condictione furtiua. neutra enim earum alteram extinguit. quære lib 11.tit. 2. c.9. th.2.& 48. Non eſt autem nouum quod habetur lib.22 eum qui iurauit ſe furtum non feciſſe, nec furti teneri nec condictione furtiua, cum fieri non poſſit, vt quis furtum non fecerit, & conueniatur tamen condictione furtiua, niſi ſit heres furis. & quære dictum caput. In rem vero poſtea cum eo agitur, ſi rem poſſideat. & quære tit.12.huius lib.c.52.th.10. Qui iurauit ſe non feciſſe, apparet eum nihil tale feciſſe, vel id quod iurauit: Qui tranſigit non item. nam tranſactio rei dubiæ deciſio eſt Nota eum qui tranſigit de condictione furtiua vel actione furti, aliam actionem habere integram, ſicut ſi partem rerum furtiuarum acceperit, vt tit.6.c.30. Aliud eſt in contractibus. & lege capitis additiones extrinſecus poſitas.

a *Non extinguit.* Pactionem de furto ipſo iure extinguere actionē furti dicimus lib 2. [illegible] tit de pactis, ff 17.vel lib.11.tit.1 c.17.th.2.

b *Pœnam perſequitur.* Nota actionem furti ſolam pœnam perſequi dupli, vel quadrupli, vt didiciſti 1.tit 4 Inſtitutionis Condictio autē furtiua, rem furtiuā, ſed etiam id quod intereſt, vt Paulus in 3 ff.huius tit.docuit. Nota & illud, nō ſolum tranſactionem, verum & actionem furti in iudicium deductam non extinguere condictionem furtiuam vel è contrario. POENAM PETIT LEGITIMAM. Hoc vero facit, vt extinguatur condictio furtiua deciſione litis furti, quod furti pœna ſit legitima. didiciſti enim lib. 2. [illegible] tit.11.vel lib.7.tit.16.c.2. conuentionalem pœnam extingui deciſione principalis negotii. quære lib.7.tit.2 c.22.& 23.& tit.16.c.2.

c *Furtum factum eſt.* CYRIL. Is cui furtum factum eſt, habet condictionem furtiuam, in rem, ad exhibendum. Quære c.8.& lib.* tit 17 c.50.th.2.

d *Condictionem furtiuam.* Si dominus ſit, vt ff.1.vel creditor, vt ff.12.th.2.

e *Ad exhibendum.* Re ſcilicet non apparente quæ enim apparentia vindicamus, de eis extantibus, ſed non apparentibus, vel de eis dolo conſumptis, ad exhibendum agimus.

f *Condictio furtiua.* CYRILLI. Hac actione tenetur omnis ſucceſſor furis & poſt interitum rei furtiuæ.

g *Habet.* Nota condictionem furtiuam rei perſecutionem eſſe. & ob id ex multis furibus vno ſatisfaciente alii liberantur condictione furtiua, videlicet ſi de re ſatisfecerit nam ſi pœnam ſoluerit, alii non liberantur actione furti, vt refertur lib.4.Cod.tit.8.Conſt.1.vel 21.cap.huius tit. Hoc vero intelligatur ſecundum diſtinctionem traditam lib.47 tit.2. ff.21.th.penult vel lib.17.tit.12. Quære lib.28.tit.1.c.21.th.penult.

Digitized by Google

h *In heredes.* Non etiam actio furti.& quære tit.11.cap.1.2.& tit.6.c.10.& Inſtit.1.tit.1.circa medium.

i *Et ſucceſſores.* Ecce quomodo hîc dicat non ſolum heredes furis, ſed & reliquos omnes ſucceſſores,teneri condictione furtiua:quod ita intelligendum, ſi iuris potius quam rei ſucceſſores ſint. alioquin cur non ſubiecit ſpecialiter,etiamſi in rem ſucceſſerint,vt fecit 1.lib.huius tractatus tit.2. ff.8.Quære tit.12.c.47.16.& 17.

i Omnes, vt puto,ſiue bonorum poſſeſſores ſint,ſiue rei ſucceſſores. veluti legatarius aut emptor. Hoc enim mihi perſuadeo ſignificari Inſtit.2.tit.1. in quo dicitur condictione furtiua agi in quemlibet poſſeſſorem, etiam ſi fur non ſit. Omnibus vero ſucceſſoribus condictio non datur, veluti emptoribus aut legatariis,ſed domino tantum cui furtum factum eſt,vel heredi eius, vt cap. 1.& 11.

k *Si apud heredem.* Hoc eſt, ſiue poſt aditionem hereditatis ſeruus deceſſerit,ſiue ante aditionem, poſt mortem tamen furis. quod ſi viuente fure deceſſerit, quî fieri poteſt vt heres teneatur, niſi lis conteſtata ſit?

l *Siue non.* Vt ſi vendiderit eum,vel donauerit, vel legauerit,vel alicui tradiderit.

m *Poſt mortem.* Si viuo fure corrupta fuerit res furtiua,non tenetur condictione furtiua. Anastasii. Idem eſt & ſi viuo fure deceſſerit. Stephanus contra: Si viuo fure deceſſerit,non tenetur heres. Lege ff 9.

n *Si fur.* Hæc actio competit in quemlibet ſucceſſorem furis etiam re corrupta niſi poſt oblationem non ſuſcepta corrumpatur. Quod non ſi obtulit, tenetur æſtimationis nomine eius temporis quo plurimi res fuerit: nam deteriorem rem offerens non liberatur. Semper enim videtur moram facere,petuntur etiam ab eo fructus. quære c.20. Si rem furtiuam offerat fur & dominus nolit eam accipere,fur non tenetur,ſi poſtea res deterior fiat quod ſi non offerat,ſed paratus ſit iudicium ſubire, & per dominum ſtat quominus ſubeat, ac deinde res perierit, competit condictio furtiua.qui enim rem non vult reſtituere,ſed litigare,moram facit,cum ab initio fur ſit.

o *Non tenetur.* Poſtea forte perempta re furtiua Hoc intelligas ita, ſi rem integram & incorruptam fur obtulerit.alioquin non liberatur, vt Iuriſconſultus ſignificat inferius.

p *Æſtimationem præſtat.* Quære lib. 28.tit.11.c.19 & lib.22.tit.6.c.9.& ibi Stephanum.

q *Quandocunque plurimi fuerit.* Sic & in actione furti vt tit.12.c 50 & 68.th.3. Excipe ſpecies poſitas in 14.ff. Quod autem hîc dicitur, Iudicem ſpectare quanti quandocunque,poſt furtum ſcilicet,res plurimi fuerit,& in eam æſtimationem condemnare, de furtiua condictione intelligatur.quoniam in actionem furti iureiurãdo in litem habente locum duplum vel quadruplum redigitur ad æſtimationem quanti res fuit furti tempore, vt Iauolenus ait in 11.ff. tit.de in litem iurando,vel c.21.tit.6.c 9.

Eivsdem. Dixerit aliquis ſecundum Interpretationem Antiqui intelligendum eſſe c.lib. 22. vt quia in hac ſpecie in litem iuſiurandum locum habet bis non puniatur reus, iureiurando ſcilicet in litem,& duplatione vel quadruplatione rei quanti vnquam plurimi fuerit. Cum vero ſine iureiurando in pœnam furti damnatur, tunc duplationem fieri ſpectato tempore, quanti res plurimi fuerit. Innom. In 2 ff.1.tit.47.lib.th.2.dicitur non retro agi condictionem furtiuam ad tempus quo 1 fuit ante litem conteſtatam.

q Ex quo furtum factum eſt.& quo tempore inuenimus rem pretioſiorem fuiſſe,illius temporis petimus æſtimationem,vt 13.cap.

r *Semper enim.* Nota furem moram ſemper facere videri in re furtiua, & ob id perempta vel amiſſa re quouis modo,condictione furtiua tenetur. Quæro an & ſi integram & incorruptam rem obtulerit, quam non ſuſcipiat is cui furtum factum eſt, nihilominus fur facere moram videatur. Stephanvs. Minime vero,cum ſi poſt oblationem perierit res furtiua,fur non teneatur,vt ex contrario ſenſu diſcere eſt,ex 4.lib.Cod.tit.8.Conſt.2.vel vlt.c.huius tit.

ſ *Veniunt fructus.* Nota in condictionem furtiuam venire fructus perceptos ante litem conteſtatam.Fructus autem ne intelligas proprie in re immobili, nam rei immobilis furtum non fit, ſed fœtus pecorum vel operas ſeruorum. Id etiam noueris, quod vbi res furtiua poſt furtum commiſſum deterior facta non eſt,tunc litis conteſtatę tempus ſpectamus.& hoc eſſe quod Vlp.ait lib.47. tit.1.ff.2.quod ſi deterior facta ſit,tunc ſicut dicitur hoc loco non omnino litis conteſtatæ tempus ſpectamus, quia nec dando rem deteriorem liberari fur poſſet, ſed maiorem æſtimationem ſpectamus.

t *Heres ex parte.* Cyrilli. Heres non in id quod peruenit,ſed in ſolidum pro hereditaria parte tenetur. Nota heredem furis etiamſi nihil ad eum peruenerit, teneri condictione furtiua pro hereditaria parte,quoties videlicet non ſuperſtite fure interiit res furtiua,vt didiciſti in fine 7.ff.

u *Tenetur.* Ita vt ſi poſſit ſolidam rem reſtituere,nec reſtituat,iudicio accepto condemnetur in ſolidum ſicut & dominus furis ſerui conuenitur in id quod ad eum peruenit,vt didiciſti in 4.ff.& heres vero commodatarii etiamſi pro parte ſit heres, tenetur pro hereditaria parte, ſed ſi facultatem habeat ſolidæ rei reſtituendæ, in ſolidum damnatur, vt Vlpianus ait in 3. ff. Commodati,vel lib 13.tit.1.c 3 th.1.

x *Non in id.* Quantum erat tempore mortis furis & non quantum erat tempore aditionis,quid enim ſi ante aditionem ſalua res erat.poſt aditionem periit pro parte?

y *Manifeſtus.* Cyrilli. Etiam in manifeſtum furem hac actione agitur,niſi dominus rem ſibi ablatã apprehenderit,& in raptorem.quære Inſt.4.tit.1.Nota enim,qui tenetur vi bonorum raptorum,condictione etiam furtiua teneri. quoniam qui aliena rapit, improbus fur eſſe videtur & furti

Digitized by Google

furti quoque tenetur, vt Inſt. 4 tit. 2. in principio. Quis ſit fur manifeſtus, & quis nec manifeſtus, quære tit. 12. cap. 3. 4. 6. 7 & 8.

z *Rem apprehenderit.* Nota quod ſi dominus fiat in poſſeſſionem rei furtiuæ, iam non eſt locus condictioni furtiuæ.

a *Si fur occiderit.* Pone ſeruum ſubreptum vel aliud animal & occiſum à fure tantum non deprehenſo. Didiciſti autem 1. tit. 4 Inſtit. manifeſtum furem eſſe non tantum deprehensũ, ſed & viſum cum re furtiua in domo vel ianua, vel ſepto, vel alio quolibet loco prius quam rem deponeret quo deſtinauerat. Theophilus beatæ memoriæ. Occidiſſe, ad eum refert, qui furtum paſſus eſt, dicens, ita eſſe ponendum manifeſto deprehenſum furem eum occidiſſe, qui apprehendit. Ex hoc nota furem teneri, etiamſi quod intercepit interierit caſu, vel ſuo vitio.

b *Cum facto domini.* Si dominus rem alienauerit, non condicit. quod ſi legauerit rem pure furi vel alii, neque hæres condicit, neque legatarius. hæc enim actio ei datur, qui furti tempore dominus fuit, & hæredi eius. habet tamen actionem in rem.

c Nota facto ſuo dominum rei furtiuę dominium amittentem, condictionem etiam furtiuam amittere. Quando vero facto ſuo dominium amittat, oſtendunt ea quæ Iuriſconſultus infert.

d *Dominium rei furtiuæ.* Nota poſſe nos alienare ea etiam quæ non poſſidemus, veluti cõmodatario vel conductori vel depoſitario. ſi res væneat non eſt neceſſaria receptio & traditio, ſed poſt venditionem ſi patiar rem eſſe apud eum, quaſi ex emptione dominium rei in eum transfertur, vt didiciſti in 1 tit. 2. Inſtit.

e *Sine conditione.* Si rem furtiuam ſub conditione legauerit teſtator, hæres interim quaſi dominus poteſt agere condictione furtiua, & deinde ſi ante condemnationẽ conditio extiterit, & competierit legatario legatum, reus iudicio abſoluitur.

f *Nec hæres.* Cum res alii pure legata eſt nam ſi non ſit legata hæres agere poteſt, ſicut ſi legata ſit ſub conditione.

g *Nec legatarius.* Hæres quatenus non eſt rei furtiuæ dominus: Legatarius quatenus rei non iuris ſiue actionis ſucceſſor eſt quære tit. 12. cap 47. & 67. th. 2.

h *Competit.* Hoc ita accipiendum, ſi is cui furtum factum eſt, dominus ſit vel creditor, vt traditum eſt 1. ff. quære cap. 1. & 2. th. 12. cap.

i *Heredi eius.* Re videlicet furtiua manente in bonis nec vlli relicta. Actionem autem furti legatarius & quilibet nouus dominus habet, vt lib. 47. tit. 2. ff 47. vel tit. 12.

k *Rei vindicationem habet.* Nam ex Digeſtis datur legatariis hęreditaria in rem. Conſtitutio autem quæ eſt in lib. 44. tit. 27. cap. 1. hoc innouat.

L. 12. in pr. VLPIAN. Sed ſi[a] non ſuo facto dominium amiſerit[b], habet cõdictio-
§. 1. nẽ furtiuã. ¶ vnde in re cõmuni qui prouocauit[c] ad diuiſionẽ, nõ qui[d] prouocatus eſt, condictionem furtiuam amittit[e]. Is qui pignus[f] accepit, habet eo ſubrepto condictionem furtiuam incertam[g].

L. 13. PAVL. Competit[h] etiam hæc actio ex re ſubrepta[i] vaſe confecto, & ęſtimatur[k] opera, etiamſi ſumptibus furis facta ſit. nam & cum apud furẽ creuit ſubreptus infans[l] ſeruus, vt adoleſcens æſtimatur.

L. 14. in pr. VLPIAN. Si ſeruus furtiuus[n] ſub conditione legatus aut manumiſſus ſit, hęres interim condictionẽ furtiuam habet: & tãti ſequitur cõdemna-
§. 1. tio[o] quãti vẽdi potuit[p], ¶ & nõ[q] cauet actor reo, ꝙ ſi poſt litis cõteſtationẽ ante ſententiam extiterit conditio, fur abſoluitur.[r] ¶ Boue[s] ſubrepto cõ-
§. 2. dictio cõpetit carnis & corii & cornuum, ſi hæc cõtrectata ſint: etſi dominus æſtimationem bouis non acceperit. Sed & ſi accepta æſtimatione
§. vlt. corii de boue agat, deducitur quod datum eſt. ¶ Et vuis ſubreptis[t], petitur vinum & vinacea.

L. 15. CELSVS. Seruus[u] qui alii furtum fecit, tenetur actione furti poſt libertatem,[x] non condictione furtiua niſi liber contrectauit[y].

L. 16. POMP. Qui[z] rei ſibi cõmodatæ vel depoſitæ furtũ committit, tenetur furti in duplum & cõdictione furtiua, etiamſi ſine dolo eius & culpa res interierit, quamuis non facile[a] in commodati actione vltra culpam[b], & in depoſiti[c] vltra dolum teneatur.

L. 18. PAPIN. Tollitur[d] condictio furtiua, ſiue offeratur res furtiua[e] ſiue[f] in aliam obligationẽ[g] transferatur: & nihil refert[h] pręſens fuerit[i] res furtiua necne.

Digitized by Google

Scæv. Si[k] procurator meus ſuos nummos ſoluerit[l] indebitos, ipſe habet condictionem furtiuam[m]. Si ratum habeam quod datum eſt, mihi[n] competit, altera autem alteram tollit. Qui[o] vero ſciens indebitum accipit, furtum facit[p]. L. 18

Pavlvs. Nomine[q] filiæ furtum facientis in patrem[r] competit actio de peculio[s]. L. 19

Tryphon. Licet[t] paratus ſit fur ſuſcipere condictionem, & is cui furtum factum eſt, impedimento fuerit ac poſtea res furtiua interierit[u], nihilominus competit[x] condictio furtiua[y]. nam qui ab initio rem contrectauit inuito domino, ſemper videtur in ea reſtituenda[z] morā facere. L. vlt.

Lib. 4. Cod. tit. 8.

11 Cvm[a] plures furtum fecerunt, omnes tenentur actione[b] furti in duplum & à ſingulis exigitur pœna. Omnes quoque tenentur condictione furtiua: ſed ſi cum vno actum ſit, & ſatisfecerit, iam in reliquos agi non poteſt. L. 1. C. de Condict. furt.

12 Si priuſquam[c] rem fur offerat, res perierit, periculum eſt furis. L. vlt.

a *Sed ſi non ſuo facto.* Cyrill. Si res tua mihi ſubrepta ſit. condices. ſed & ſi eam non tuo facto amiſeris, æque condices Si vero res communis ſit, & adiudicetur ſocio tuo, ſi tu prouocaſti, non condices ſi ſocius tuus, condices. Pone commodatam mihi rem vel depoſitam & mihi ſubreptam. Quid enim ſi princeps largitus ſit alicui rem quam à domino commodato acceperat, nec volente domino, nec habente animum rei cedendæ primo commodatario, deinde dono accipienti à principe. Sic intelligas hoc loco, Tuo facto, hoc eſt, non ex affectione tua. neque dixeris ſine facto tuo dominium transferri in alium. hoc enim pugnat cum Pomponio in 15. lib. Digeſtorum tit. de peculiis ff 11. definiente id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro in alium transferri non poſſe. Hic igitur Tuo facto dicit, non ex animi tui ſententia. & animi ſententiam ſpectari, apparet ex eo quod de re communi dicit. Si tu procuraueris, ſocium videri de facto tuo dominium amiſiſſe. prouocator enim alienantis affectum habet. Poteſt & Tuo facto dicere, vt ſi interierit res furtiua, vel ſi purpura ſubrepta poſt furtum veſti intexta ſit, exit dominio priſtino non facto domini.

b *Dominium amiſerit.* Et quomodo cum dominium licet inuitus rei furtiuæ amiſerit, eam omnino condicere poteſt, & petere æſtimationem eius quæ alteri addicta eſt dominii iure?

c *Qui prouocauit.* Nota quod de rebus furto ablatis quarum poſſeſſionem nondum apprehendimus, poſſumus agere communi diuidundo quære lib. 7. tit. 5. c. 13. & 14. & lib. 12. tit 2. c 2.

d *Prouocatus.* Qui prouocauit in tribus duplicibus iudiciis actor eſt, vt lib. 5. tit. 1. ff. 13. 14. vel lib. 7. tit. 5. & lib. 10. tit. 3. ff. 2 vel lib. 12 tit. 2. Hoc ait, ſi duo ſint qui rem habeant communem, quæ ab aliquo furto ſubrepta ſit, & vnus eorum petat rem diuidi, ignorans forte ſubreptam eam eſſe, & iudicio diuiſionis adiudicetur ei, poſtea poteſt in furem agere condictione furtiua, quod non poteſt, ſi res aduerſario adiudicetur, quia ipſe aduerſarium prouocauit ad iudicium diuiſionis, cuius effectus ſciebat, videlicet eo forſitan rem ſibi adiudicatum non iri. deniq; eam videtur alienaſſe, & quaſi alienauerit non poteſt agere condictione furtiua Sed ſi aduerſario prouocante ad iudicium, res prouocanti adiudicatur, vnus ſociorum cui res aufertur per adiudicationem, condicet: quia nō voluntate eius res alienata eſt, ſed contra voluntatem. deniq; etiamſi adiudicata ſit alteri, quia furti tempore apud eum fuit, nunc alienata eſt non ex voluntate eius, habebit condictionem furtiuam. Quære lib. 29. tit. . c. 78. th. 2. & tit. 6 c. vlt.

e *Amittit.* Non adiudicata ei re communi. quod ſi prouocanti adiudicata ſit, condicere poteſt.

f *Is qui pignus.* Cyrilli. Qui pignori acceperat rem furto ſublatam, agit incerti. quia enim creditor eſt is cui furtum factum eſt, & æquum eſt creditorem furi præferri pignus habenti, merito non dominii æſtimatio, ſiue id quod intereſt, ſpectatur, quod plerunque facile cōprehendi poteſt: ſed pignus, & ideo creditori lege datur incerti condictio. & nota quando non dominus agat condictione furtiua Quæro an & commodatarius habeat condictionem furtiuam.

Stephanvs. Minime. nam & ipſe creditor contra regulam eam habet. ex regula enim ſoli domino datur, & heredibus atque ſucceſſoribus eius. quæ autem contra regulam introducta ſunt, ad ſimilia non trahuntur, vt Paulus ait lib 1. tit. 3. ff. 14. vel lib. 2. tit. 6. & in 50. lib. tit. vlt. ff. 141. vel lib. 2. tit. 3. Aliter & ſpecialius Vlpianus in 47. lib. tit. 2. ff. 14. vel lib. 60. tit. 12. ait neque commodatario neque aliis qui furti agere poſſunt, ſi domini rei furtiuæ non ſint, condictionem furtiuam competere.

g *Incertam.* Siue ἀσωμ̃. nam certam ſolus dominus habet Tam autem certa quam incerta eſt in ſimplum. Verum ideo creditor habet incerti, quod non ſolidum quærat rei dominium, id eſt, quod certum non petat, ſed vſuras & ſortem, quæ egent computatione, & ob id incerta ſunt. Tunc vero agit incerti creditor, cum præſens dominus eſt, vel cum ipſe dominus furtum pignoris fecit. abſente debitore de ſolido pignore creditor agit. Falſum quod dixit ſupra. nam vt liquido conſtat ex cap. 88. tit. 12. pignoris æſtimationem creditor petit.

h *Com-*

Digitized by Google

h *Competit*. CYRILLI. Ex argento ſubrepto facta pocula condicuntur, & æſtimatur etiam impenſa, quam fur fecit, ſicut & cum infantem ſeruum educauit. Simile lib. 47. tit. 2. ff. 68. th. 3. vel lib. 60 tit. 12. Lege ff. 41. tit. 3. ff. 4. factam veſtem ex lana furtiua, furtiuam eſſe.

i *Ex re ſubrepta*. Hoc ſpeciale in condictione furtiua. nam vt dicitur lib. 6. tit. 1. ff. 31. vel lib. 15. tit. 1. improbe deſiderat petitor fructus artificii. quod poſſeſſor ſuis ſumptibus docuit.

k *Æſtimatur*. Id eſt, non petitur res ſimplex, ſed quanto nunc facta eſt melior. Nota rem transformatam condici poſſe, & ea non reſtituta, in condemnationem operæ æſtimationem fieri: licet ſumptibus furis effecta ſit. Quære lib 60. tit. 1. cap. 7. th penult.

l *Subreptus infans*. Hoc eſt, cum non res furtiua ſed æſtimatio danda eſt. in æſtimationem venit opera furis & in eam condemnatur. nam cum infans ſeruus ſubreptus eſt, & apud furem creuit, vt adoleſcens æſtimatur, ſiue vt nuper ſubreptus, nec iam accipitur, quaſi infans. aliud enim hoc, & aliud illud. nam quamdiu fur rem cõtrectat, furari videtur. vnde cum & nunc furetur, licet eadem res non appareat, eiuſdem tamen conditionis exiſtat, qualis cenſeretur, ſi appareret, pretium à fure petam.

m *Vt adoleſcens æſtimatur* Veluti aureorum 20. non vt infans 10. non habita ratione ſumptuũ. quære lib. 15. tit. 1. cap. 31. At dicitur lib. 50. tit. 17. ff. 138. vel lib. 2. tit. 3. ex accidentibus non creſcere præteriti delicti æſtimationem. Verum fur quandiu rem furtiuam contrectat, furtum facit.

n *Si ſeruus furtiuus*. CYRILLI. Si ſeruus ſubreptus ſub cõditione legetur vel manumittatur, heres condicit. & ſi conditio extiterit ante conditionem, nihil exigit: ſin minus, tantum exigit quanto vendere eum potuit. Non debet autem actor cauere de euictione. De pure legato lege finem 10. ff. Nota quod licet in hæredem tranſmiſſio alienatio ſit, atque adeo videatur facto teſtatoris alienatio fieri, tamen quia vna cenſetur perſona defuncti & heredis, heredi ſeruatur condictio.

o *Condemnatio*. Si fugerit ſeruus furtiuus, & dandi eius facultatem fur non habeat.

p *Quanti vendi potuit*. Vt ſtatuliber æſtimatur. quære tit. 12. ca. 52. th. vlt. Et quanti potuit vendi poſt furtum non poſt condemnationem vel litis conteſtationem. nam 8 capite quod pugnare videtur ait in condictione furtiua, poſt furtum quanti plurimi res furtiua fuerit iudicem ſpectare & in id facere condemnationem. quære tit. 12. cap. 68. th. 3 & lib. 2. tit. 3. cap. 138. th. 2.

q *Et non cauet*. Seruum inuentum furi dari. nam interim forte exiſtente conditione liber fiet: vel etiam aliter, quia qui inuitus vendit non cauet, vt lib. 10. tit. 2. ff. 49. lib. 42. tit. 3. cap 49. De ea cautione dicit quam in aliis actionibus ab actore peti Pomponius ait in 13. ff. Commodati, vel lib. 13. tit. 1. cap. 13. Si res in manus ſuas venerit, eam redditum iri, & de euictione non eſſe obligatam creditori.

r Ab hærede. quia nihil eius intereſt.

ſ *Boue*. CYRILLI Boue ſubrepto ſi primo bouem condixero, deinde condicam corium, vel carnem. repellat. quod ſi hæc primo condixero, petam & iis deductis æſtimationem bouis. idem & ſi ex vuis vinum fiat.

t *Vuis ſubreptis*. Qui ſciens ex meis oliuis vel vuis vel lanis oleum aut vinum aut veſtem facit, tenetur ad exhibendum. meum enim eſt quod ex meo fit, vt lib. 10. tit. 4. ff. 12. vel lib 15. tit. 4.

u *Seruus*. CYRILLI. Seruus poſt furtum manumiſſus, furti tenetur non cõdictione furtiua, niſi rem contrectet. Nota quod condictio furtiua non deſcendit ex delicto. quære cap. 4 & 19. & ca. 1. & ibi 2. & 3. adnotationem.

x *Poſt libertatem*. Tenetur furti poſt libertatem ex regula, Noxa caput ſequitur. Ob id vero non tenetur condictione. quære lib. 24. tit. 5. cap vlt. quia non videtur eſſe ex delicto: & ſeruus ex contractibus habitis in ſeruitute poſt libertatem non tenetur, ex delictis tenetur etiam manumiſſus, & ideo furti merito tenetur poſt libertatem, cum ſit ex delicto, non condictione furtiua, quæ contractibus comparatur.

y *Contrectauit*. Vel poſſideat poſt libertatẽ. & quære lib. 13. tit 2. cap. 21. ſimile de depoſito.

z *Qui rei ſibi commodatæ*. CYRILLI. Qui re commodata vel depoſita aliter vtitur, tenetur furti & condictione furtiua, & ei caſus fortuiti adſcribuntur. Quære lib. 13. tit. 2. cap. 13. & lib. 50. tit. 2. cap. 2. th. 14.

a *Non facile*. Nam ſi conuenit ab initio, vt caſus fortuiti præſtentur, vel etiam ſi non conuenit, ſed data eſt commodatario res æſtimata, tenetur ob caſus fortuitos, vt Vlp ait in huius tractatus tit. 7. Commodati. & propterea dixit Facile. In commodato autem etiam diligentia venit, vt tit. 6 ff. 5. th. 4. vel lib. 13. tit 1. interdum dolus tantum, vt in eodem ff. & 10. De conuentione autẽ dicitur lib. 50. tit. 17. ff. 23. vel lib. 2. tit. 3. & huius lib. tit. 6. ff. 6. vel lib. 13. tit. 1. cap. 5. th. 4. Quære li. 13. tit. 1. cap. 10. th. 2. & cap. 18. Quære & lib. 2. tit. 3. cap. 23.

b *Vltra culpam*. Id eſt magnam diligentiam. Culpam enim hic pro magna diligentia accipit, vt lib. 13. tit. 1. cap. 10.

c *Vltra dolum*. Quære lib. 13. tit. 1. cap. 5. th. 3. & 7. & 5. Simile Dig. 8. Pone vero etiam deminutionem præſtari.

d *Tollitur*. CYRILLI. Si offerat ſeruum fur vel nouationem aut delegationem faciat, mora extinguitur ſiue præſens fuerit ſeruus, ſiue non. Non tamen extinguitur actio furti, vt cap. 7. th. 2. & tit. 12. ca. 66. & 55.

e *Res furtiua*. Integra non deterior, vt cap. 8. & ibi Antiqui.

f *Siue in aliam*. Vt ſi nouetur furtiua condictio in ſtipulationem. Nouatio enim tollit prio-

rem obligationem.& quære lib.43.tit.5 cap.83.th.penult & cap.82.& cap.29.th.3.

g *Obligationem.* Pone de fure confitente furtum dominum ſtipulatum nouandi animo, rẽ furtiuam reddi. translata eſt condictio furtiua in actionem ex ſtipulatu ac pone ita conceptam ſtipulationem, Promittis reddere rem illam. nam ſi concipiatur hoc pacto, Promittis mihi reddere rem meam, inutilis erit ſtipulatio. nemo enim poteſt rem ſuam ſtipulari, vt 19. tit. 3. Inſtit. didicimus. inutilis autem ſtipulatio non nouat condictionem furtiuam, vt Vlp. ait in lib.43. Digeſtorum tit 1. Dig. 20.th.13. Neque obſtat quod habetur in 1.ff. eiuſdem tituli & libri, nouationem fieri ſiue naturaliter ſiue ciuiliter valeat ſtipulatio nouandi cauſa interpoſita: vt ſi quis quod alius debebat ſtipulatus ſit de pupillo ſine tutoris auctoritate. quia enim pupillus omnino perſonam habet, quæ & interdum obligari poteſt, & iudicium ſuſcipere, ideo etiam ſi neque naturaliter obligatur, neque ciuiliter, nouatio non fit recte. quia ſeruus qui iudicii eſt incapax, nouationẽ non facit, vt didiciſti in vlt. tit.4. Inſtit. Vbi vero quis rem ſuam ſtipulatur, quia neq; naturaliter neque ciuiliter ſtipulatio cõſiſtit, ſed impoſſibile quiddam videtur ſtipulari, fieri ſe dominum ei cuius dominus eſt, ſtipulatio eſt inutilis, nec nouat priorem obligationem. inutili ſtipulatione non nouari priorem obligationem, oſtendit etiam ſtipulatio conditionalis. nam vt didiciſti in vlt tit. 3. Inſtit. ſi quod pure debetur, ſub conditione nouandi ãnimo ſtipuleris, conditione non exiſtente, quia non conſiſtit ſtipulatio pura obligatio non nouatur Pone igitur, vt diximus, ita factam ſtipulationem, Promittis reddere ſiue reſtituere rem illam pura ſeruum quem furatus es? hoc enim recte ſtipulamur rem noſtram. & ita Vlp. ait in 43. Digeſtorum lib. tit.1. Dig.82. Memineris autem eorum quę dicta ſunt in præcedenti libro tit. 6. ff. 41. vel lib. 24. tit. 6. pupillum ſine tutoris auctoritate ſtipulanti nec naturaliter obligari, vbi dixi tunc nec naturaliter pupillum obligari cum nullo accepto ſtipulanti promiſit. nam ſi quid accepit & non bene conſumpſit, tenetur naturaliter non ciuiliter.

h *Nihil refert.* Nihil intereſt, inquit, pręſens fuerit ſeruus necne. in oblatione quidem neceſſe eſt omnino præſentem ſeruum eſſe & præſentem offerri ei cui furtum factum eſt. in nouatione nihil refert præſens fuerit necne, & iam non videtur ipſo iure moram facere fur qui ſeruum non offert, & qui domino ſtipulanti nouandi animo ſemel promiſit.

i *Præſens fuerit.* Id eſt ſalua fuerit, cum nouatur furtiua condictio.

k *Si procurator meus.* Qui ſciens accipit indebitum, furtum committit. Si vero procurator ſoluerit indebitum ſuis nummis, & ipſe condicit, & ego ſi ratum habuero. vnus vero tantum condicit. Quære lib. 24. tit 6. finem & eiuſdem tit. 1. cap.14.

l *Soluerit indebitos.* Sciens creditori ſe indebitos accipere. quia ex re furtum committere videtur quod ſi ignorauerit, repetitur quidem, ſed non condictione furtiua.

m *Habet condictionem furtiuam.* Quære lib. 24 tit. 1. cap.23.& tit. 12. huius libri cap.18.th.8.

n *Mihi competit.* Non conteſtatione, ſed ratihabitione per quam videtur ſibi vindicare dominium ſolutæ pecunię ſcienti: denique condictio furtiua ei datur quaſi dominus fuerit faciẽdi furti tempore, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur vt Vlp. ait lib. 10. tit. 17 ff. 60. & 152. vel lib 2. ti 3. alioquin nec ipſe principalis per ratihabitionem habet condictionem furtiuam, niſi cenſeatur dominus fuiſſe furti faciendi tempore, nec procurator, niſi non facto proprio, ſed neceſſitate ratihabitionis cenſeatur ſuam pecuniam alienaſſe

o *Qui vero ſciens.* Vt & 12. tit cap.44. th. penult. & cap. 43. th. 2. & tit. 12. cap. 21. th 2. Quære tit. 5. cap. 33. 34. 35.

p *Furtum facit.* Nota furtum facere eum qui indebitum accipit ſciens dico, qui accipit. nã ſi nõ accepit, ſed delegauit ſoluturum indebitum, furtum non committit niſi eo præſente ſoluatur indebitum. & ita Vlp ait in 47. lib. tit. 2. ff 43. th. 4. vel tit 11. huius libri. Nota etiam eum qui ſciens accipit indebitum accepti dominum non fieri alioquin non teneretur condictione furtiua, quæ in non dominum datur. Idem etiam hoc Vlp. ait in 47. lib tit 2. ff. 43. Sciendum eſt, quod ſi quis non procurator dicat ſe procuratorem eſſe Titii. & acceperit à debitore eius, tunc furti tenetur, cum nomen veri procuratoris Titii falſo ſibi imponens, conuenit verum Titii debitorem, hoc eſt, admonuit extra iudicium, quod Papinianus ſæpe docuit verbum Conuenerit ſignificare. & hæc diſtinctio obtinet etiam in his qui ſeipſos heredes Titii eſſe comminiſcuntur, vt Papinianus ait li. 47. tit. 2. ff 83. th. vlt. vel tit. 12. Thalelæus beatæ memoriæ hac diſtinctione vtitur in quolibet ſcienter indebitum accipiente, verbum Conuenerit ſumens ἐμφατικῶς, vt ſi oblatum quis ſibi indebitum tacitus acceperit ſciens eſſe indebitum, furtum non committat, quod videatur voluntate domini ſolutum contrectare: ſin vero non oblatum iudicio exegerit ipſe, furtum committit. quia videtur rem alienam inuito domino contrectare. At ſi quis illud Conuenerit ἐμφατικῶς accipiat, alia ei obſtabit ratio, quia res iudicata pro veritate eſt. At in eo qui ſibi veri procuratoris appellationẽ impoſuit, ſi accipiat quis ἐμφατικῶς verbum Conuenerit, & ideo ex ſententia ponat eum exegiſſe, locus eſt actioni furti, quoniam falſam ſibi adſumpſit procuratoris appellationem: qui autem ex falſa re aliqua vincit, infirmat rem iudicatam vt refertur lib. 7 Codicis tit. 58. in ſubiectis titulo diſtinctionibus

q *Nomine filiæ.* Si filiaf. res amouerit, competit condictio de peculio. Condictionem intelligo non furtiuam, nec enim in patrem datur furtiua condictio de peculio, ſed generaliter condictionem qua agitur ex omni obligatione, vice rerum amotarum. nam in patrem in id tantum quod ad eum peruenit vel dolo eius non peruenit, rerum amotarum actionem dari Paulus & Pomponius ſcribunt lib. 25 tit. 2. ff. 3. & 4. vel lib. 28. tit. 11. Ob id vero datur in patrem, quia non eſt furtiua, licet res quaſi furtiuæ non vſucapiantur, vt lib. 25. tit. 2. vel lib. 28. tit. 11.

r In

r *In patrem.* Hoc eſt iudicati de peculio, ſecundum adnotationem 4.cap. & ſecundum 35.cap. 5.tituli.

ſ *Actio de peculio.* Similiter de actione rerum amotarum lib.15.tit.1.ff.3. vel lib.18.tit.5.cap.3. th.penult. Lege lib.50.tit.17.ff.58.vel lib.2.tit.3. Competit vero in id quod peruenit, vt huius tit ff.10.

t *Licet paratus.* CYRILLI. Si paratus ſit fur litigare, non liberatur caſibus fortuitis. quia ſemper moram facere videtur. quære lib.23.tit.3.c.21.22.23.24 & lib.43.tit.1.c.82.th.2. huius tit c.8.

u *Interierit.* Lege ff.24.tit 1.lib.22.vel tit.3 lib.23. In quo ait non ſoluentem, paratum tamen accipere iudicium, non facere moram, ſi modo iuſtam cauſam habuerit. lege & lib.45.tit.1.ff.82. vel lib.43.tit.1.& lib.50.tit.17.ff.62.vel lib.2.tit.3. In eo enim ff.62. ait moram non facere eum qui ſine dolo ad iudicium prouocat. in 22.autem ff.1.tit.45.lib. vel lib.43.tit.1.c.82. poſt moram moriente ſeruo promiſſorem teneri reſtituere. in 3.ff.1.tit.22.lib. vel tit.3.23.lib. non facile ante moram litem dici.

x *Competit.* In 8.ff. obtulit rem. Hic paratus eſt litigare. & hæc eſt duorum capitum inter ſe differentia.

y *Condictio furtiua.* Nam qui litigare mauult quam reſtituere rem, moram nihilominus facit, cũ fur ab initio fuerit, vt Vlp. ait lib.45.ff.tit.1.ff.82. Vide vti dixerit, reſtituenda fur ab initio. alias enim non videretur moram facere, ſi modo ex iuſta ignorantia cauſaq; iudicium expetat, vt Paulus in 4. ſingulari libro [illegible] tit.1.ff.24.vel lib.23.tit.3.c 24. quære c.8.

z *Reſtituenda.* At ſi rem obtulerit, & is cui furtum factum eſt, eam non acceperit, deinceps periculum ad eum non ſpectat, nec videtur moram facere, vt traditum eſt 8.ff. huius tit.

a *Cum plures.* THEODORI. Si condictione furtiua actum ſit in vnum ex furibus, & domino ſatisfactum, in alios non exercetur. Sed ſi furti actum ſit in vnum ex furibus, nihilominus agitur etiam in alios.

b *Actione furti.* De actione furti latius tractatur lib.47.tit.2.vel lib.7.tit.12. vbi etiam Vlp. docet plures fures in ſolidum teneri. Sed poſt multam diuiſionem, ſtatui hæc nimirum regula debet, non indiſtincte, vt hæc Conſtitutio dicit. & cum in ſingulos agi poteſt, ex ea regula agitur quæ dicit, Quoties plures ad pœnam tenentur, vno eorũ conuento & ſoluente, alium non liberari. Quære lib.7.tit.3.c.9.& eius additiones, & eiuſdem tit.13.c.5 th penult. Quære tit.3 c 11.th.3.& lib.10. tit.2.c.13.th.vlt. Quære tit.12.c.21.th.penult. & ſecundum illud hoc thema non totum caput intelligas. Quære 7.c.th.11.& tit.3.c.50.th.2.& lib.3.tit.7 c.50 th.2.& c.54 circa medium. Nota quod quæ Digeſta dicunt ſine diſtinctione, hæc Conſtitutio dicit indiſtincte, & tamen non dicimus ea abrogari, ſed hanc potius ſecundum illa intelligendam eſſe, quod non ſint abrogata aperte, vt extrinſecus Antiquus ait.

c *Si priuſquam fur.* Fur non reſtituens quod ſubripuit, præſtat caſum fortuitum. Idem ait 7. Conſtit.7.tit huius 4.lib. de abigeo. Quod ſi corruptam rem offerat fur, ſibi imputare debet dominus qui eam accepit.

Titulus XI.

VEL DIGESTORVM LIB. XLVII. TIT. I.

De priuatis[a] delictis.

VLPIANVS.

l.1. in pr. ff. de priuat delict. POENALIBVS[b] actionibus hęredes non[c] tenentur: idcirco nec furti[d] tenentur. Sed ſi poſſideant vel dolo[e] deſierint poſſidere, ad exhibendum tenentur, & in

§.1 rem, & condictione. ¶ Hæredes autem furti[f] habent actionem. quorundam[g] enim delictorum hæredis perſecutionem habent[h], vt Aquiliæ. iniuriarum[i] tamen

§.vlt. actionem non habent[k]. ¶ Et actio furti & alia delicta tam ciuilia quam prætoria delinquentes ſequuntur.

l.2.in pr. IDEM. Si delicta[l] inuicem concurrant, non impeditur perſecutio

§ 1.&2. eorum. ¶ idcirco[m] is qui ſeruum ſubripuit, vel rapuit, & occidit, tene-

§.3. tur[n], ¶ & ſi actum ſit condictione furtiua, vel vi bonorum raptorum, nõ tollitur[o] Aquilia. Æſtimatio enim Aquiliæ in annum retroducitur[p],

condictio autem furtiua non egreditur retrorſum litis conteſtatæ tempus. Sed ſi ſeruus hæc commiſerit, quacunque actione noxæ fuerit deditus, tollitur actio altera. ¶ Qui ſeruum ſubripuit, & flagellauit, furti & §.4.
iniuriarum actione tenetur. & ſi occiderit, lege Aquilia tenetur. ¶ Qui §.5.
ancillam furatur & corrumpit mores eius aut corpus, furti & ſerui corrupti tenetur, ¶ & qui furatur & vulnerat, furti & Aquilia. §.vlt.

IDEM. Qui agit ex delicto', ſi quidem pecuniariter, non exigitur inſcriptionem: ſin vero criminaliter, exigitur. l.vlt.

a *De priuatis delictis.* Ad differentiam publicorum hoc dixit.

b *Pœnalibus actionibus.* Quære tit.4.cap.5.th.5.& tit.6.c.12.13.32.& lib.7.tit.16.c.10.& tit.17.c.3.& lib.2.tit.3.c.139.& 111.th.2.

c *Hæredes non tenentur.* Niſi lis fuerit conteſtata, vt tit.21.c.13.& lib.2.tit.3.ca.111. Quære & lib.7.tit.16.c.10.& tit.17.c.3.

d *Nec furti tenentur.* Quære tit.21.c.13.& lib.10.tit.2.c.15.th.3.in fine.& c.15.th.3.& lib.41.tit.1.c.31.

e *Dolo deſierint poſſidere.* Quære lib.2.tit.3.c.130.& 157.th.3.

f *Furti habent actionem.* Dubitauerit aliquis quod regula ſit generalis, mixtas actiones hæredibus quidem dari non in hæredes, niſi in id quod peruenit: meras autem neque hæredibus neque in hæredes, & furti actio igitur cum meram pœnam contineat, neque hæredibus, neque in hæredes dari debet. Solutio. Videtur quidem furti actio eſſe mera pœnalis, quod ſolam pœnam perſequatur: at certe talis non eſt, ſed ſubtilius intuenti mixta videbitur. quia enim commiſtam in ſe habet condictionem furtiuam, quæ rem perſequitur, quod in nulla alia pœnali inuenire eſt, miſta & ipſa videtur eſſe. nam furtum minuit ſubſtantiam eius cui furtum fit. Actio autem iniuriarum, quę mera pœnalis eſt, rei perſecutionem non habet. ſic & lex de patronis qui in ius vocati ſunt ſine venia, quæ extat lib.8.cap.12. Actio igitur furti quaſi miſta habet proprietatem miſtarum, vt detur hæredibus non in hæredes. quære etiam tit.15.c.4.& tit.13.c.1.th.9. IOANNIS. Quia enim fur poſt aditam hæreditatem rem detinet, etiam nunc furtum committere videtur, & ideo recte in eum agitur furti. Agitur vero non iure teſtatoris, quaſi is quæſierit eam actionem. vel iure eius non poteſt intendi actio cuius litem is non eſt conteſtatus, ſed iure hæredis quaſi nunc videatur ei furtum fieri. nam fur quandiu contrectat rem furtiuam, furtum committit. Plerumque vero etiam iure teſtatoris hæres furti agit, & ſimilibus pœnalibus, quæ deminuunt patrimonium, vt ſi moriente teſtatore adhuc largiatur annus, & quære Inſtit.4.tit.12.lib.10.tit.2.ca.13.th.3.& lib.7.tit.15.c.5.th.vlt.& tit.13.eiuſdem cap.5.finem. Scholium Nicæi in locum ſuperioris ſcholii in quo eſt ſignum tale.†.iure potius teſtatoris hæres in furem agit furti. alioquin non debet agere, propterea quod hæres non poſſedit rem furtiuam, cum furtum admiſſum fuerit viuo teſtatore. Furtum autem non fit niſi poſſideat quis, & hæres alia quidem iura habet ante aditionem & poſt aditionem, ſed non poſſeſſionem ante quam eum corporaliter apprehenderit, vt tit.13.cap.1.th.9. denique furti agit iure teſtatoris, vt & condictione furtiua. In hæredes autem furis non habet actionem furti, quod delictum cum capite extinguatur, ſed eſt in eos cõdictio furtiua & actio in rem ſi poſſideant. Et ſi hæres eius, cui furtum factum eſt, ſuo iure furti agit in furem, quaſi contrectatione præſenti etiam nunc videatur furari, debent & eadem ratione hæredes furis ſi poſſideant rem furtiuam, conueniri actione furti. hoc autem eſt falſum propter rationem allatam ſupra. & quære titu.12.cap.5.

g *Quorundam delictorum.* Quæ deminuunt patrimonium, vt furti, vis, Aquiliæ, metus, rapinæ, & ſimilium.

h *Perſecutionem habent.* Etiamſi defunctus litem conteſtatus non ſit.

i *Iniuriarum actionem.* Quære lib.10.tit.2.c.13.

k *Non habent.* Hæredes iniuriam paſſi. quia iniuria non minuit hæreditatem, ſed poſt litis conteſtationem eam habent. quære tit.21.c.13.

l *Si delicta.* Quære lib.2.tit.3.c.130.& lib.22.tit.5.c.28.th.5.& lib.52.c.26.31.33.52.59.

m *Idcirco is qui.* Quære lib.11.tit.1.c.10.th.penult.& ibi, Do patri adnotationem.

n *Tenetur.* Quære tit.3.c.4.& tit.6.c.11.tit.16.c.1.8.9.& tit.17.c.1.& 16.

o *Non tollitur Aquilia.* Vt ſi forte inficietur adeo vt ſit locus duplo, & ratione inficiationis accipiat ſimplum, cum iam aliud ſimplum condictione conſequutus ſit.

p *In annum retroducitur.* At Iuriſconſultus ait in 8.cap.10.tit. furem præſtare æſtimationem rei quanta maxima fuerit poſt furtum commiſſum. quomodo igitur hic ait furtiuam condictionem non egredi retrorſum litis conteſtatę tempus? Solutio. Ex duobus vnũ hic dici neceſſe eſt, vel quod ſtatim à furto facto lis conteſtata eſt, vel quod res pretioſior non fuit quam fuerit temporis litis conteſtatæ. Aquilia autem ante quam damnum daretur annum retroducitur, quod non eſt in furto.

Titulus

Digitized by Google

Titulus XII.

Vel Digeſtorvm Lib. xlvii. Tit. ii.

De furto.

l.1. in pr. ff. de furtis. FVrtvm [a] nominatur à furuo, in quo fit, vel à fraude, vel à ferre, vel à græco φώρας. ¶ Fur[b] ex ſola animi deſti-
§.1 natione non fit[c]. ¶ & ideo inficiator[d] depoſiti niſi in-
§.2 tercipiendi cauſa inficiatur[e], fur nõ eſt. ¶ Nam furtum
§.vlt. eſt contrectatio rei frauduloſa lucrifaciendę rei gratia[f], vel vſus vel poſſeſſionis eius, quod delictum etiam iure naturali prohibetur.

l.2 Gai. Furti[g] duo ſunt genera, manifeſtum & nec manifeſtum.

l.3.in pr. & §.1 Vlpian. Manifeſtus fur eſt qui cum re furtiua quacunque perſona deprehenditur[h].

l.4 Pavl. Priuſquam rem pertulerit quo deſtinauerat.

l.5.in pr. & §.1 Vlpian. Eo die, ſiue in publico ſiue in priuato loco. ¶ Sed ſi pertulerit quo deſtinauit, tametſi poſtea deprehendatur cum re furtiua, non eſt fur manifeſtus.

l.6 Pavl. Quamuis enim ſæpe furtum contrectando fiat, tamen ab initio fur manifeſtus cenſetur.

l.7. in pr. Vlpian. Seruus furtum faciens, & poſt libertatem deprehenſus, non
§.1 eſt[i] fur manifeſtus. ¶ Deprehenſione fit fur manifeſtus. nam ſi videns me furtum facere in domo tua, abſcondiſti te ne occiderem, non ſum fur
§.2 manifeſtus. ¶ Sed ſi proſecutus me fueris ad comprehendendum, & ab-
§.vlt. iecto furto fugero, fur manifeſtus ſum. ¶ & nihil refert dominus an vicinus an tranſiens quis apprehendit.

l.8 Gai. Qui non eſt manifeſtus fur, nec manifeſtus eſt. Habenti[k] actionem furti, ex continua[l] contrectatione non naſcitur ſępius ne in id quidem in quod creuit.

l.9. §.1 SI primo actum ſit rei vindicatione, ſalua manet condictio furtiua[m]. Sed non debet iudex iubere reſtitui rem antequam liberetur[n] condictione furtiua[o]. Quod ſi hac damnatus prius, litis æſtimationem præſtiterit, vindicatione liberatur[p], niſi paratus[q] ſit reſtituere pretiũ & rem accipere. tunc enim moram trahens fur ſubiicitur iuri iurando in litem[r].

l.10 Vlpian. Is habet[s] actionem furti, cuius intereſt[u] furtum non fieri.

l.11 Pavl. Si ex iuſta cauſa interſit.

l.12.in pr. Vlpian. Fullo ſubrepto eo quod datum eſt ei, habet actionem furti. debet enim exactiſſimam[x] cuſtodiam. Quod ſi ſoluendo non ſit, domi-
§.1 nus eam actionem habet. ¶ Malæ autem fidei[y] poſſeſſori non competit, licet periculo eius res ſit. quia[z] nemo ex improbitate ſua conſequitur a-
§.2 ctionem. ¶ Hæc etiam actio de pignoribus creditori datur[a] non tantũ in extraneum, ſed etiam in dominum[b]. Sed & ipſi domino datur. & licet debitor[c] ſoluendo ſit, creditori competit actio[d].

l.13 Pavl. Is[e] cui ex ſtipulatu res debetur, ea ſubrepta, furti actionem non habet[f], cum per promiſſorem ſtetit, quo minus eam daret.

Digitized by Google

a *Furtum nominatur.* Furtum dixere veteres à nigro quod dicitur furuũ: quia furta clã & obſcure fiunt, & plerunque nocte, vel à fraude, vt Sabinus ait, vel à ferendo, ſiue auferendo, vel à Greco ſermone, quia φῶρας Græci vocant fures, à ferendo. Sola enim cogitatio faciendi furti furem non facit. ſane depoſitarius qui negat depoſitum, non ſtatim obligatur furti, ſed ita ſi intercipiendi cauſa occultauerit depoſitum. & hęc de etymologia nominis. Furtum autem eſt contrectatio rei fraudulosa lucri cauſa facta, puta rei ipſius lucrandæ cauſa, vel vſus vel poſſeſſionis eius, quod iure naturali prohibitum eſt admittere.

b *Fur.* Quære lib 2. tit. 2. cap. 225. & lib. 19. tit. 10. cap. 17.

c *Non fit.* Sed & ex mala contrectatione. neque vero ex contrectatione ſola, niſi & animus furandi fuerit. vt tit. 3. cap. 41. fin. & Inſtit. 4. tit. 1. & . 2. tit. 1.

d *Inficiator.* Quære lib. 50. tit. 2. cap. 47. & 2. th. 5. & lib. 13. tit. 2. cap. 13. th. 1. & 2. & Inſtit. 2. tit. 1. & 4. tit. 1. in principio.

e *Inficiatur.* Sed ſi inficietur obliuione vel ignorantia, vt hæres depoſitarii.

f *Gratia.* Rei, vt ſi abſtulero ſeruum tuum. Vſus, vt ſi datum mihi ad diem vtendi cauſa viterius detinuero. Poſſeſſionis, vt ſi datum quaſi pignus vel depoſitum poſſideam quaſi dominus.

g *Furti.* Furti duo ſunt genera, manifeſtum & nec manifeſtum. Fur manifeſtus eſt quem Greci vocant ἐπαυτοφώρῳ, hoc eſt, cum fur deprehenditur cum re furtiua. & nihil refert à quo deprehendatur, vtrum à domino rei an ab alio. Vtrum vero tunc eſt manifeſtus cum in committendo furto deprehenditur, an & ſi alicubi deprehendatur. & placuit magis, vt & Iulianus ſcripſit, & ſi non eo loci deprehendatur quo furtum fecit, eſſe eum furem manifeſtum, ſi cum re furtiua fuerit deprehenſus priuſquam eo loci rem pertulerit, quo deſtinauerat initio eam deponere. Deſtinare autem furem certo loco rem perferre ſic intelligimus, quo deſtinauerat fur eo die manere cum re furtiua. Siue igitur in publico loco, ſiue in priuato comprehendatur priuſquam ad deſtinatum locum rem perferat, manifeſtus fur eſt, modo ſi cum re furtiua comprehendatur, & ita Caſſius ſcripſit. ſed ſi rem pertulit quo deſtinauerat, licet poſtea auferens rem furtiuam deprehendatur, non eſt fur manifeſtus. quamuis enim ſæpe furtum fiat aſſidua contrectatione rei furtiuæ, tamen initio tantum, id eſt, facti furti tempore, viſum eſt Iuriſconſultis conſtituere furem manifeſtum eſſe quem.

h *Deprehenditur.* Vel videtur. & quære tit. 10 cap. 10. & ibi 4. Antiqui adnotationem, & Inſtit. 4 tit. 1. initio, & huius tit. cap. 7. th. 2.

i *Non eſt fur manifeſtus.* Nam origo & initium furti facti in ſeruitute non fuit manifeſtum.

k *Habet actionem furti.* Ei qui ſemel quæſiuit actionem furti non naſcitur ſæpius actio ob aſſiduam furis contrectationem, ſed etſi poſtea rem augeri contingat, augmenti nomine non naſcitur actio furti. Si in rem actione vindicauero rem furtiuam, ſalua manet condictio, ſed ad officium iudicantis de actione in rem pertinet, vt non aliter iubeat rem reſtitui quam ſi actor remiſerit cõdictionem. quod ſi condictione prius conuentus & condemnatus fur, rei æſtimationem præſtiterit, omnino abſoluit eum iudex actione in rem: vel ſi paratus eſt actor quam per condictionem æſtimationem accepit reſtituere & ei non reddatur res furtiua, condemnat reum iudicio in rem in quantum iurauerit is cui furtum factum eſt.

l *Ex continua contrectatione.* Hoc eſt, ſi conuentus fur actione furti non condictione furtiua ex ſoluerit pœnam, etiamſi re adhuc aſſidue vtatur, non ideo rurſus eidem pœnæ adſtringitur. ex vno enim delicto ſemel tantum quis obligatur ad pœnam. Sed neque partus vel fœtus nomine rurſus adſtringitur: hoc eſt, incrementi. Quando vero reſtituto partu à fure per condictionem eius etiam nomine conueniatur actione furti, & quando non, nec condictione furtiua partus nomine teneatur, docet 5. th. 48. cap.

m *Condictione furtiua.* Quia forſitan inde pluris intereſt, vt ſi ſeruus ſubreptus hæres ſcriptus, & amiſſa hæreditas, vt cap. 52. th. 3.

n *Antequam liberetur.* Per apocham & cautionem actoris.

o *Condictione furtiua.* Sed ſi condictione furtiua plus ſit petiturus quam petierit actione in rẽ, an prohibebitur officio iudicis?

p *Vindicatione liberatur.* Quia dando pretium videtur rem dare.

q *Niſi paratus.* Actor qui pretium accepit.

r *Moram trahens fur.* Qui detrectat accipere quæ dedit, & reddere quæ ſubripuit.

s *Iureiurando in litem.* Sine taxatione, quia eſt cõtumax. Quęre li. 22. tit. 6. & in eo [illegible] adnotationem.

t *Is habet actionem furti.* Is habet actionẽ furti cuius intereſt furtum non fieri, ſi modo ex honeſta cauſa interſit. Itaque fullo cui veſtimenta polienda vel curanda dantur, eis ſubreptis, ſemper agit furti, vtpote cum debeat cuſtodiam. Sed ſi fullo ſoluendo non ſit, actio furti ad dominum veſtimentorum redit. nam qui non habet quod perdat, eius periculo nihil eſt. At mala fide poſſidẽti rem alienam actio furti non competit, licet interſit eius furtum non fieri, quippe cum res periculo eius ſit. Sed nemo ex improbitate ſua adquirit actionem. & ob id ſoli bonæfidei poſſeſſori non etiam malæfidei actio furti competit. Sed & ſi res pignori data ſubripiatur, creditori damus actionem furti, licet rei dominus non ſit, non in extraneum tantum, ſed & in dominum hoc eſt debitorem, nec non & ipſi domino dari placet, & ita fit vt idem agat, & cum eodem agatur furti. Ideo autem vtrique datur actio furti, quia vtriuſque intereſt. quære cap. 86. & 69.

u *Cuius intereſt.* Hoc eſt non dominus ſolum, ſed & omnis cuius intereſt. vt ſarcinator. fullo, ſubrepto eo quod accepit, quia culpæ nomine domino obligati ſunt, videlicet ſi ſoluendo ſint, & domino

mino

mino æſtimationem rei ſuæ præſtare poſſint quod ſi non ſint ſoluendo, nihil eorum intereſt, cum non poſſint præſtare æſtimationem. & hoc ſignificat 12 c.

x *Debet exactiſſimam cuſtodiam.* Ideo tenetur re amiſſa per furtum, quia debet ſummam diligentiam. furum autem caſus ſuperat quidem diligentiam, ſed non ſummam. Hic itaq; fullo verſatur in damno & ad rem domino tenetur, ideoq; habet in furem furti actionem. Vbi enim damnũ; ibi & lucrum Neq; vero exiſtimes fullonẽ vel ſarcinatorem debere ſummam diligentiam, ſed pone ita conueniſſe, vel ęſtimationem factam, vel auxiſſe aliquid diligentiam. naturaliter enim ii mediam diligentiam debent, vt lib. 13. tit. 1. c. 5. th. 3. Quære lib. 20. tit. 1. c. 10.

y *Malefidei poſſeſſori.* Vt ſi quis ſciens poſſideat rem alienam, vi aut rapina, ea ſubrepta, non habet actionem furti, quia eam poſſidet male & improbe.

z *Quia nemo.* Quære lib. 7. tit. 5. c 64 & lib 13. tit. 1. c. 15. & tit 2. c. 1. the. 25. & lib. 25. tit. 1. c. 9. th. 4. & c 22. th. 2. Quære lib. 23. tit. 1. c 13. & ibi Antiqui adnotationem, & lib. 2. tit. 3. c. 134. th. 2. & lib. 53. tit. 1. c. 17.

a *Creditori datur.* Quære lib. 25. tit. 1 c. 26.

b *In dominum.* Sed ſi creditor egerit furti aduerſus extraneum, & conſecutus aliquid fuerit, id pro modo debiti retinet, ſuperfluum debitori reddit quaſi domino pignoris, vt c. 15. & lib. 25. tit. 1. c. 22. Si quid vero conſecutus ſit à d bitore qui rẽ pignori obligatam ſubripuit id neq; reſtituit, neque in debitum computat, vt c. 80. & lib. 25. tit. 1. c. 22. Sciendum autem eſt, creditorem agentem furti aduerſus debitorem, in duplum accipere non æſtimationem pignoris. ſed debiti & vſurarum, aduerſus extraneum vero agentem conſequi duplum pignoris, vt c. 88 huius tit.

c *Licet debitor.* Lege pulcherrimam diuiſionem in vlt c. 6. tit. huius lib.

d *Creditori competit actio.* Semper enim creditoris intereſt pignus non amittere.

e *Is cui ex ſtipulatu.* Si res alicui ex ſtipulatione debeatur, ea ſubrepta, non habet actionem furti, quoniam per debitorem ſtetiſſe videtur quominus eam daret & in eũ habet actionẽ ex ſtipulatu.

f *Non habet.* Sed cum promiſſor moram fecerit, habet ex ſtipulatu. & quære lib. 45. tit. 1. c. 91. them. 3. Quod ſi per promiſſorem non ſteterit, vt ſi dandi dies nondum fuerit, nec ex ſtipulatu actionem habet.

L. 14. in pr. VLPIANVS. Ante traditionem [a], venditor [b] habet actionem furti, & cedit eam emptori, atque etiam condictionem furtiuam & vindicationem. Sed etſi quid ex his actionibus fuerit conſecutus, id præſtat emptori. nam [c] ante traditionem periculum eſt emptoris, cuſtodia [d] venditoris.
§. 1 ¶ Quod ſi emptor ipſe ſubripuerit rem venditam, ſi quidem ſoluto pretio, non tenetur [e] furti, ſi nondum [f] ſoluto pretio, tenetur [g] ſicut de-
§. 2. 3. & 4 bitor [h] pignus ſubripiens. ¶ Colonus [i] habet actionem furti [k]. ¶ Depoſitarius autem non habet. nam vel dolo caret & rei periculum ad eum non ſpectat [l], vel dolo fecit, & licet [m] periculum eius ſit, ex dolo ſuo furti actionem non habet propter regulam quæ dicit, furem habentem rem
§. 5. furtiuam [n] non habere [o] poteſtatem †. ¶ Si ex duobus ſeruis mihi pigno- † κλέπτης τὸ κλοπιμαῖ-
ri obligatis vnus ſubripiatur, mihi competit actio furti, etiamſi is qui [p] ον ἔχων οὐκ
§. 6. apud me manſit ſufficiat ad debiti quantitatem. ¶ Si autem mota actio- ἐξουσιάζει.
ne furti debitum impleuero, & iterum ſubripiatur pignus, ſi quidem mea culpa [q], habeo actionem furti, quod tenear [r] pigneratitia actione:
§. 7. ſi ſine mea culpa, debitor [s] habet actionem furti. ¶ Quod ſi duo ſerui pignerati ſubripiantur, ego creditor [t] duorum nomine habeo actionem furti non inſolidum [u], ſed [x] pro rata debiti. eis vero ſeparatim ſubreptis, ſi egero vnius nomine & debitum impleuero, non poſſum alte-
§. 8. & 9. rius nomine agere. ¶ Neque commodatarius [y], neque mandatarius, cui mandaui aliquid perferendum, ſi dolo [z] fecerint, furti actionem habent.
§. 10. ¶ Neque pater [a] filiifam. accipientis [b] depoſitum, neq; fideiuſſor [c] accipientis commodatum, furti actionem habent. quia non omnis cuius intereſt rem non amitti, in duplum furti agit, ſed qui ideo tenetur, quod
§. 11. & 12 eius culpa res amiſſa ſit. ¶ Et qui [d] precario rogauit & qui conduxit [e]
§. 13. quaſi debeant exactiſſimam cuſtodiam, furti actionem habent. ¶ Si
§. 14. filiofamil. ſubripiatur, pater furti actionem habet. ¶ Si mortuo com-

Digitized by Google

modatario res ſubripiatur, licet nondum aditæ hæreditatis furtum non
fiat, tamen commodator [f] habet furti actionem, idemq; & in re pigne-
rata & locata[g]. ¶ Non ſolum in re mihi commodata, furti actionem ha- §.15.
beo, ſed & in fœtu & ſequela [h], vt in pullo [i] commodati equi & veſte ſer-
ui. Debeo enim in his, licet non debeantur [k] quaſi cōmodata, exactiſſimā
diligentiam. ¶ Omnes [l] quorum periculo res aliena [m] eſt, ea ſubrepta, ha- §.16.
bent actionem furti, vt in re commodata [n], locata [o], mandata [p], pignori [q]
obligata. ¶ Si epiſtolam [r] tibi miſero [s] ſiue per ſeruum tuum [t], ſiue [u] per li- §.vlt.
berum hominem, tua [x] fit prius quam receperis eam. nam & [y] per liberam
perſonam poſſeſſionem adquirimus [z]. Quod ſi ita miſi, vt ad me rediret [a],
mea manet. Ea itaq; epiſtola ſubrepta ille habet actionem furti in duplū
cuius intereſt. Vnde ſi is qui eam perferendam accepit, exactiſſimam cu-
ſtodiam recepit, vel mercedem accepit [b], vel ſi eius [c] commendandi gra-
tia ſcripta ſit epiſtola, furti actionem habet. Et præpoſiti cauponæ & na-
ui, ſi ſoluendo ſint [d], habent actionem furti, quia periculum rerum ad
eos pertinet.

Pavl. Pignore [e] ſubrepto non pro modo debitæ quantitatis creditor l.15. in pr.
furti actionem habet, ſed inſolidum [f], & id quod ſupra [g] debitum accipit,
debitori præſtat pigneratitia actione. ¶ Et fructuarius à domino re ſub- §.1.
repta in eum furti actionem habet, ¶ & commodatarius [h] ſi ob impenſas §.vlt.
factas in rem commodatam velit eam retinere [f], quia ratione impenſa-
rum quaſi pignori res commodata eſt.

Pomp. Nec nos in filiosfam. noſtros habemus furti actionem [k], nec il- l.16.
li aduerſus nos.

Vlpian. Filius & ſeruus furtum quidem faciunt [l], ſed non tenentur l.17. in pr.
actione furti, ¶ nec poſt libertatem [m], vel alienationem, niſi poſt manu- §.1.
miſſionem rem contrectet [n]. ¶ Sed & ſi redhibuero [o] ſeruum, qui fur- §.2.
tum fecit [p], furti actionem non habeo [q]. Sed in actione redhibitoria ha-
betur ratio furti [r]. ¶ Si fugitiuus [s] ſeruus meus ſubripuerit mihi aliquid, §.vlt.
in bonæfidei [t] poſſeſſorem competit mihi actio furti. nomine autem fu-
gitiui, dominus non tenetur actione [u] furti, quia non eſt in eius [x] pote-
ſtate. quod enim videmur poſſidere fugitiuum, ad vſucapionem [y] dun-
taxat nobis proficit.

Pavl. Licet noxa [z] caput ſequatur, tamen ſi eius ſerui, qui mihi fur- l.18.
tum fecit, dominium adquiſiero, ac deinde eum vendidero, non habeo
* actionem furti.

a *Ante traditionem.* Perfecta nimirum venditione, iamq; emptore quodammodo domino. Nō eſt autem nouum ante traditionem periculum ad emptorem ſpectare. nam & lucrum ad eum pertinet, veluti alluuionis. & quære lib. 19. tit. 6. & tit. 8. c. 13. th. 10. & 13. & c. 70. Traditio autem dicitur dominum facere emptorem, quatenus poſt traditionem emptori leges dederunt actionem in rē, vt lib. 15. tit. 1. c. 50. & lib. 19. tit. 8. c. 40. & quod poſt traditionem, vtpote iam emptore facto domino, non poteſt venditor alii vendere, & ſi vendat, nihil agit, nec quidquā proficit ſecundo emptori. at ante traditionem poteſt, vt lib. 19. tit. 8. c. 98.

b *Venditor habet.* Rei enim dominus eſt, vt c. 82. & lib. 19. tit. 4. c. 21. in fine, & lib. 58. tit. 10. c. 45. th. 5. & c. 65. & lib. 19. tit. 8. c. 13. th. 9. & lib. 35. tit. 9. c. 37. th. vlt. & c. 38.

c *Nam ante traditionem.* Quære lib. 15. tit. 1. c. pen. & lib. 19. tit. 19. c. 1. th. vlt. & tit. 11. c. 11. & tit. 6 eiuſdem lib. 19 totum & tit. 8. c. 13. th. 10. & 13. & c. 4.

d *Cuſtodia venditoris.* Et ſi ipſo bene cuſtodiente ſubripiatur, non tenetur.

e *Non tenetur furti.* Quia non lædendi emptoris cauſa furari videtur, ſed vt habeat quod emit, quodq; proprium factum eſt iam. In rebus autem propriis quæ ab alio poſſidentur ſine cauſa, non committitur furtum. Quære lib. 58. tit. 10. c. 45. th. 5. & c. 65.

f *Si non-*

f *Si nondum ſoluto pretio.* Quære lib. 19. tit. 12. c. 1. th. 4. & lib. 50. tit. 2. c. 5.

g *Tenetur.* Tunc enim videtur furari lædendi venditoris cauſa, vt petente eo pretium dicat non alias id ſe daturum quam ſi pretium præſtiterit. & quære c. 80. 88. & lib. 25. tit. 1. c. 20.

h *Tenetur ſicut debitor.* Quære lib. 25. tit. 1. c. 22.

i *Colonus.* Quaſi debeat ſummam dil gentiam, vel ex conuentione, vel quod res æſtimatæ locatæ ſint. & ob id periculum eius eſt, atq; adeo lucrum.

k *Furti.* Quære lib. 20. tit. c. 3. 6. 9. 10. 11. & 13. th. 3.

l *Ad eum non ſpectat.* Et quia nihil eius intereſt non habet actionem furti.

m *Licet periculum eius.* Licet rei periculum ad eum pertineat propter dolum, non debet ex ſuo dolo quærere furti actionem.

n *Rem furtiuam.* Quia in omnibus furibus conſtitutum eſt ne ea de re habeant furti actionem, cuius nomine ipſi tenentur furti.

o *Non habere.* Vt poſſit agere furti quaſi dominus.

p *Is qui.* Non enim debemus reſpicere quanti digna ſit res pignori data quæ ſubrepta non eſt, ſed quanti ſit ea quæ ſubrepta eſt.

q *Mea culpa.* Non dolo. quære lib. 25. tit. 1. c. 22. & ibi ſecundam adnotationem. Nec opponatur 2. th. 13. c. 1. tit. 25. lib. quo dicitur creditorem debere exactam diligentiam, quæ excedat etiã furum caſum, vt lib. 12. tit. 1. c. 53. th. 3. & in eo Stephani adnotatio. ibi enim merito hanc diligentiam creditor debet, quia nondum debitum ſolutum eſt. Hic vero proponitur ob pignoris primum furtum creditor debitum omne conſequutus, ita vt iam non ſit apud eum res pignoris loco, cum ſolutum ſit creditum, ſed quaſi depoſitum. cõſtat autem à depoſitario dolum tantum exigi & culpam eam quæ dolo comparatur. & ſic conciliantur capita ne aduerſentur, nam ſi dixeris & hic exactam diligentiam deberi, accipiens culpæ nomen vt ὁμώνυμον etiam de exacta diligentia, pugnabit quod Iuriſconſultus ait, ſi ſine culpa, habere debitorem actionem furti. quo enim modo dixeris exactam diligentiam ſubiacere furibus? Nota, quod ſi quis quid culpa amiſerit non dolo, etiamſi mediam diligentiam in eo debeat, eo ſubrepto habet actionem furti. ſecus ſi dolo, vt 12. c.

r *Tenetur pignoratitia.* Debeo enim ex pignore, & vt debitor teneor etiam ex culpa, vt lib. 25. tit. 1. cap. 13.

ſ *Debitor.* Quia mea deſiit intereſſe recepto ſemel debito, nec ſum obligatus debitori.

t *Creditor.* Non obſtat 15. c. Sed in hoc debitorem dicas ſeruuos ſubripuiſſe. habet enim creditor in debitorem furti actionem. non in rei æſtimationem, ſed in ſummam debiti & vſuras, vt c. 88.

u *Non inſolidum.* Hic ponas ſeruos ſubreptos à domino. & ob id actionem non dari induplum pretii ſeruorum ſubreptorum. Vel hoc cum præſens eſt dominus & cernit me petentem, & paratus eſt etiam ipſe reliquum petere. nam ſi abſit & paratus non ſit petere, agam inſolidum, vt c. 15. Nota igitur ſpecierum differentiam.

x *Sed pro rata.* Sed pro qua parte in ſingulos ſeruos diuiſo debito mea intereſt.

y *Neq; commodatarius.* Niſi ſit in culpa. tunc enim quia obligatus eſt ratione culpæ, furti agit, vt lib. 13. tit. 1. c. 6 th. 2. & c. 7. & 10.

z *Si dolo fecerint.* Qui dolo facit, fur eſt. fur autem furti actionem non habet. Quære lib. 25. tit. 1. c. 13. th. 2. & lib. 2 tit. 3. c. 23. & lib. 13. tit. 1. c. 18.

a *Neque pater.* Quæritur an patri cuius filio commodata res eſt, ea amiſſa competat actio furti. & Iulianus ait non competere, quia cuſtodiam non debet commodati filiof. pater, ſicut nec fideiuſſor cõmodatarii furti actionem habere poteſt. nec enim omnis cuius quacunq; ex cauſa intereſt rem non perire, actionem furti habet: ſed qui ob eam rem tenetur, quod culpa eius perierit. An autem is qui precaria poſſeſſione ſeruum accepit poſſit eo ſubrepto agere furti, quæritur. & quia nulla in eum eſt ciuilis actio, cum donationi ſimile precarium potius ſit, ideoq; & neceſſarium viſum eſt interdictum, ob id non habet furti actionem. Quia vero poſteaquam in eum interdicto agi viſum eſt, in ea re cuſtodiam debet, merito & ea amiſſa agere furti poteſt.

b *Filiif. accipientis.* Et non facientis in eo dolum, etiamſi culpa interueniat, vt in 2. th. didiciſti.

c *Neque fideiuſſor.* Tanquam perſonis principalibus nihil obligatis. hac quidem, id eſt, eo qui commodato accepit quod in culpa non ſit: illa, id eſt depoſitario, quod in dolo non ſit, vel magna negligentia. Et commodatarius quidem ſummam diligentiam debet, ſicut & is qui precario rogauit. Summa autem diligentia furum iniuriam ſuperat, vt lib. 12. tit. 1. cap. 53. th. 3. & in eo Stephanus. Quî ſit igitur vt hic vno capite precario accipienti re ſubrepta detur actio furti, commodatario & fideiuſſori eius non item: & 9. tamen th. huius cap. Iuriſconſultus ait commodatarium habere furti actionem?

d *Qui precario rogauit.* Quære lib. 58. tit. 24. cap. 8. th. 4. & 7. & lib. 2. tit. 3. cap. 23. Quære 7. th. 8. c. 24. tit. 58. lib.

e *Qui conduxit.* Vt & lib. 20. tit. 1. c. 6. & in eo adnotatio & huius cap. th. 2. Nota qui habeant actionem furti. quære th. 2. 3. 4. & c. 12. & 48. th. vlt. & 52. & 76. th. 2. & 86. & huius c. th. 9. & c. 49.

f *Commodator.* Id eſt dominus adhuc ſuperſtes, qui rem commodauit, qui initio poſſedit rem furtiuam per commodatarium.

g *Re pignerata & locata.* Nam etſi hæredi non competat actio furti, tamen alii cuilibet cuius intereſt rem non perire, datur.

h *Sequela.* Nam & horum cuſtodia ad me pertinet. Quære lib. 13. tit. 1. cap. 5. th. 6. & eiuſdem tit. 2. cap. 1. th. 2.

i *Vt in pupillo.* Nam etſi ſeruum tibi commodauero, & veſtis eius amittatur, ages furti veſtis no-

mine, licet non videar tibi veſtem commodaſſe quam fur ſeruus. Sed & ſi equam tibi commodauero, quam ſequitur pullus, pulli nomine tibi competit actio furti, licet commodatus non ſit.

k *Liceat non debeantur.* Id eſt licet commodata non ſint, vel lib. 13. tit. 1. cap. 5. th. 6. Cur vero non cenſeantur commodata, quære lib. 13. tit. 2. ca. 1. th. 2. & in eo Nomophylacis adnotationem.

l *Omnes.* Quæritur qualis actio furti commodatario competat. & puto generaliter omnibus quorum periculo res alienæ ſunt, veluti commodatario, conductori, accipienti pignus, eis rebus ſubreptis competere furti actionem: condictionem autem furtiuam domino.

m *Res aliena.* Quære lib. 2. tit. 3. cap. 23. & lib. 52. cap. 1. th. 2.

n *In re commodata* Quære lib. 13. tit. 1. cap. 5. th. 3. & cap. 18. & 19.

o *Locata.* Vt lib. 20. tit. 1. cap. 3. 6. 9. & 15. th. 2. & cap. 40.

p *Mandata.* Vt lib 14 tit. 1. cap. 5.

q *Pignori obligata.* Vt lib. 25. tit. 1. cap. 13. 26. & lib. 58. tit. 10. cap. 43. th. 14.

r *Si epiſtolam.* Si epiſtola quam miſi tibi, intercepta ſit, quis habet actionem furti? & primum quærendum eſt cuius ſit epiſtola, vtrum eius qui miſit, an eius ad quem miſſa eſt. & ſi quidem alicuius ſeruo dedi ad eum epiſtolam, confeſtim ipſi quæſita eſt cui miſi, ſicut & ſi procuratori eius dedi, quia per liberam perſonam poſſeſſio acquiritur, æque mea epiſtola eius fit ad quem miſſa eſt. & maxime ſi interſit ei⁹ eam habere. quod ſi ita miſi epiſtolam, vt mihi remittatur, in meo dominio manet, quia nolui eius dominium amittere ſiue transferre in alium. manifeſtum igitur eum habere epiſtolæ nomine actionem furti, cuius intereſt eam non ſubripi, id eſt, ad cuius vtilitatem pertinent ea quæ ſcripta ſunt. & ideo quæritur melius, cui epiſtola mea data eſt perferenda, an etiam poſſit agere furti. Sed & ſi intereſt eius epiſtolam reddere, habet actionem furti, finge hoc epiſtolam continere, vt labori eius detur aliquid, vel fiat. Sed & ſi mercedem acceperit perferendi cauſa, æque habet actionem furti, quia periculum ad eum pertinet, & eſt hoc caſu ſimilis conditio accipientis epiſtolam & cauponis & magiſtri nauis. nam & his damus actionem furti, ſi ſoluendo ſint, quia eorum periculo ſunt res quæ inferuntur in nauem, vel inducuntur in cauponam.

ſ *Tibi miſero.* In qua forte donatio perſcripta eſt, vt lib. 15. tit. 1. cap. 77.

t *Siue per ſeruum tuum.* Quære lib. 47. tit. 1, cap. 3. & ibi Innominatum.

u *Siue per liberum.* Quære lib. 30. cap. 5. 11. th. 4.

x *Tua ſit.* Quære lib. 50. tit. 1. cap. 7. th. penult. cap. 64.

y *E per liberam perſonam.* Quære lib. 50. tit. 1. cap. 49. & tit. 2. cap. 1. them. 13. & cap. 49. them. 3. & lib. 16. th. 9. cap. 13.

z *Poſſeſſionem adquirimus.* Quomodo autem adquiramus inuenies lib. 50. titu. 1. cap. 53. & tit. 2. cap. 1. th. 13. & cap. 50. & li. 16. tit. 9. cap. penult.

a *Vt ad me rediret.* Vt ſi à tergo epiſtolæ donationis, chirographum debitoris mei adſcriptum ſit.

b *Vel mercedem.* Ita vt ob id teneatur quandocunque charta amiſſa.

c *Vel ſi eius.* Quære de epiſtola commendataria lib. 50. tit. 1. ca. 60. th. penult.

d *Si ſoluendo ſint.* Et ideo conueniri poſſint. quære tit. 6. cap. vlt. Quære tit. 14. & lib. 53. tit. 1. c. 6.

e *Pignore ſubrepto.* De pignore amiſſo quære lib. 25. tit. 2. c. 21. th. vlt. Quære & c. 14. th. 3. & c. 88.

f *Sed in ſolidum.* Abſente debitore nec parato agere propter 4. th. 14. cap.

g *Id quod ſupra debitum.* Quære lib. 20. tit. 1. cap. 6. & lib. 25. tit. 1. cap. 22. th. 2. Et lib. 20. ti. 1. ca. 6. ait conductorē non reſtituere quod actione furti conſecutus eſt occaſione rei cuius periculum ſuſtinebat & cuſtodiam. Quî fit igitur hic, vt creditor reſtituat quod occaſione pignoris actione furti conſecutus eſt, qui & periculum cuſtodiæ ſuſtinet?

h *Et commodatarius.* Habet ſcilicet actionem furti in eum qui commodauit. nam etſi lib. 13. tit. 1. cap. 21. non detur actio in hac ſpecie, ſed commodati liberetur commodatarius, tamen hæc componit 60. cap. huius tit. quo ait tunc non habere commodatarium actionem furti, & commodati tantum liberari, cum nihil impendit. nam ſi quid impenderit, & commodati liberatur, & habet actionem furti pro modo impenſarum. quære lib. 13. titu. 1. cap. 21. & 18. them. vlt.

i *Velit eam retinere.* Nam ſi hoc nō dicamus, non habet actionē furti, quia nihil tenetur commodatori qui fruitur commodato.

k *Furti actionem.* Ne cum filiofamilias pater furti agere poſſit non iuris ratio prohibet, ſed natura rei impedimento eſt: quia non magis in filiosfamilias quam in noſipſos agere videmur. & quicunque poteſt iure in furem ſtatuere quod videbitur, neceſſe non habet aduerſus eum litigare.

l *Furtum quidem faciunt.* Si auferant res eorum in quorum ſunt poteſtate.

m *Nec poſt libertatem.* Nam actio quæ initio non eſt nata aduerſus furem, poſtea oriri non poteſt.

n *Rem contrectet.* Tunc tenetur furti, quia hodie furtum facit.

o *Si redhibuero.* Venditori ob vitium aliquod eorum quæ pariunt actionem redhibitoriam intra ſex menſes.

q *Furtum*

Digitized by Google

p *Furtum fecit.* Qui ſolebat antea furari, & ob id redhibetur.

q *Non habeo.* Nec enim ita exiſtimatur eſſe ac ſi nunquam fuiſſet meus. Fuit enim & deſiit eſſe. Et etam dominus cum furtum fecit. Seruus autem domino non videtur furtum facere. denique furti actio mihi aduerſus venditorem non eſt. Sed alia ratione mihi conſulitur. nam cum redhibeo eum, licet pretium quod dedi, mihi reddatur ab eo qui recepturus eſt ſeruum, tamen niſi & damnũ mihi ſarciat, vel ſeruum noxæ dedat, non redhibebo eum, vt lib. 19. tit. 10. cap. 23. th. 7. cuius initium, Redhibitoria actio.

r *Habetur actio furti.* Id eſt, peto id quod intereſt.

ſ *Si fugitiuus.* Quæſitum eſt ſi cum in fuga eſſet ſeruus furtum domino feciſſet, an poſſit habere actionem furti aduerſus bonæfidei poſſeſſorem fugitiui non reuerſi ad dominum. mouet autem quæſtionem, quod quamuis poſſidere eum videatur dominus tempore fugæ, tamen non tenetur pro eo noxali furti, quia non eſt in eius poteſtate. in hoc nanque ſolum fugitiuum videtur dominus poſſidere, vt poſſit eum vſucapere. Ait igitur Pomponius competere domino furti actionem ſerui fugitiui nomine.

t *In bonæ fidei poſſeſſore.* Puta ignorantem eſſe fugitiuum: non tamen vſucapit. quære tit. 6. ca. 38. Pone mandato poſſeſſoris fugitiuum ſeruum domino furtum feciſſe. niſi enim hoc dixeris, effectum non habet furti actio poſſeſſore ſeruum in noxam dante, atque ita ſeruum duntaxat dominus conſequitur, non ablata, quę etiam potuit actione in rem vindicare. Ponendum igitur ſuo nomine poſſeſſorem conueniri. quære tit. 6. cap. 38. & animaduerte non illud eo dici bonæfidei poſſeſſorem quaſi dominum ratione poſſeſſionis, domino teneri actione furti noxali. Lege & 11. th. 27. c. 3. tit. huius libri. Exiſtimo autem primam interpretationem eſſe veriorem, vt contentientem 2. th. 27. cap. 3. tit. nam 38. cap. non dicit à domino agi furti in bonæfidei poſſeſſorem, ſed ab extraneo. Nota bonæfidei poſſeſſorem æſtimari ex emptoris ignorantia, & ſola non ex eo quod res vitio ſoluta ſit. & quære lib. 23 tit. 1. c. 31. th. 2. & lib. 50. tit. 1. cap. 39. & 48. Bonæ autem fidei poſſeſſor audiens ſeruum fugitiuum, ne turbetur & exiſtimet iam ſe eum vſucapere non poſſe. nam fugitiuus cum ſit fur ſui ipſius, & ideo vitium habeat, non vſucapitur.

u *Actione furti.* Noxaliter & quære tit. 3. c 27. th. & tit. 5. cap. 7. & 21. th. 1. & 2.

x *Non eſt in eius poteſtate.* Vt ſi quis dicat, Et quomodo, ô Iuriſconſulte, dicis fugitiuum non eſſe in poteſtate prioris poſſeſſoris. quandoquidem etiam poſt fugam ſæpius demonſtratum eſt videri fugitiuum à nobis poſſideri? Hæc obiicit & declarat Iuriſconſultus.

y *Ad vſucapionem.* Nam bonæfidei poſſeſſoribus currit etiam tempus quo ſeruus eſt in fuga. & hoc cum à nemine detinetur. nam ſi detinetur, vſucapio interrumpitur, vt lib. 50. tit. 2. c. 1. th. 9. & tit. 1. cap. 55. th. 5.

z *Licet noxa.* Quod dicitur noxam caput ſequi, ita verum eſt, vt quæ ab initio aduerſus aliquem competiit actio ſequatur nocentis caput. ideoq; ſi ſeruus tuus furtum mihi fecerit, & dominus eius poſtea factus eum vendidero, non poſſum furti agere in emptorem.

à *Non habeo actionem furti.* In emptorem furis. me enim facto domino ſerui, extincta eſt vetus actio.

l.19.§.1. VLPIAN. Is qui agit furti vaſis nomine, dicere debet ſpeciem [a] eius &
§.2.3.&4. materiam non etiã pondus. ¶ Argẽti autẽ infecti põdus debet exponere,
§.6. & nummorũ numerũ, & veſtium colorẽ, niſi iurauerit nõ poſſe. ¶ Non tunc duntaxat debitor ſubripiens [b] pign⁹, tenetur furti actione, cũ id creditor poſſidebat, ſed & [c] cum non poſſidebat ſi id vendiderit. nam & tũc furtum facit.

l.20.in pr. PAVL. Si æs [d] pro auro pignori detur, non competit [e] actio furti [f]. Sed ſi aurum pignori detur, & ſimulans debitor volentem ponderare vel ob-
§.1 ſignare, æs ſubiecit, competit actio furti [g]. ¶ Si bona fide rem meam emeris, vel ſi vſumfructum in ea habes, & eam ſubripuero, teneor furti actione, & vſucapio [h] rei furtiuæ non impedietur [i]. nam & ſi alius ſubripuiſſet, & rediiſſet [k] res in poteſtatem meam [l], vſucaperetur.

l.21.in pr. IDEM. Si quis ex aceruo vel dolio vel vaſe partem abſtulerit, in eam [m] tantum tenetur. Sed ſi integrum armarium quod tollere non poterat, aperuerit, & omnia quæ in eo erant contrectauerit clam, & diſceſſerit, ac reuerſus vnam ex eis acceperit, & deprehenſus fuerit prius quam perduceret quo deſtinauerat, eiuſdẽ rei & manifeſtus [n] & nec manifeſtus
§.1 fur eſt, ſicut & qui ſegetem in luce contrectat & ſecat [o]. ¶ Si depoſueris apud me ſaccum habentem 20. nummos, & ignorans, alium tibi ſcienti reddidero habentem 30. teneris [p] furti actione 10. nomine:

Digitized by Google

¶ Si quis æs ſubripuit quod putabat eſſe aurum [q], vel contra, vel ſi maiorem quantitatem ſubripuit [r], exiſtimans eſſe minorem eius quod ſubripuit, competit actio furti. §.2 ¶ Sed & ſi quis duas res ſubripuit, cum exiſtimaret vnam [s] eſſe ſuam, de altera [t] tantum competit actio furti. §.3 ¶ Sed ſi ſubrepti poculi anſam ſuam eſſe putauit, etiamſi vere [u] ita ſe habet, totius [x] poculi fur eſt. §.4 ¶ Si ex apotheca, vel naui, vel ciſterna menſuram vini vel rem ſubripuit, eius duntaxat non reliquarum fur eſt. l.5. & 6. ¶ Qui ingreditur conclaue furandi cauſa, nondum fur eſt [y]. tenetur tamen iniuriarum §.7
†βούρμαλον actione: & de vi, ſi per vim intrauit. ¶ Si vnum quis integrum † inuolucrum, vel aliud quid quod tollere non poterat, aperuerit, vel fregerit, non omnium quæ in eo ſunt fur eſt, ſed eorum [z] quæ abſtulit. Sin vero inuolucrum potuit tollere [a], omnium rerum fur eſt, licet ſoluerit, vt ſingulas vel quaſdam auferret [b]. §.8 ¶ Si lignum duo ſubripuerint, quod [c] ſinguli tollere non potuerint, ſinguli [d] actione furti [e] inſolidum tenentur. §.9 ¶ Quamuis & qui non abſtulit [f] teneatur furti, condictione tamen furtiua non [g] tenetur. §.vlt.

Pavl. Si fur fregit [h] vel rupit quædam quæ furandi animo non contrectauit, eorum nomine furti tenetur. l.22.in pr.

Vlpian. Impubes doli & culpæ capax, non etiam minor annorum vii [i], tenetur actione furti & Aquiliæ & condictione furtiua. l.23

Pavl. Opem [k] autem ferens furi non tenetur actione furti. Si fregero arcam furandarum inaurium cauſa, quę ibi erant, & eas contrectauero, earum tantũ nomine teneor furti actione, etiamſi inueniendarũ inaurium cauſa alias res contrectauero [l]. Qui diſcum abradit [m], totius diſci nomine in id quod intereſt actione furti tenetur. l.24 De fvndo [n] non cõpetit actio furti [o], l.25.in pr. ¶ etiamſi quis ex eo vi deiectus ſit. ¶ De eis tamẽ quæ ex eo ſublata ſunt furandi animo, veluti arboribus, lapidibus, arena, fructibus, competit actio furti. §.1. §.vlt. Repetendæ autem poſſeſſionis cauſa condictio [p] competit, vt in rebus mobilibus.

Pavl. Si quis [q] feras apes [r] in tuo agro fœtificantes auferat vel fœtum earum, non tenetur, quia non ſunt tuæ. l.26.in pr. ¶ Colonus [s] agri fructuum nomine habet actionem furti. ſtatim enim atque decerpti ſunt, eius fiunt [t]. §.1

Vlpian. Cautionibus [u] ſubreptis non tantum chartarum pretium ſed & quantitas [x] quę eis continetur duplatur. l.27.in pr. Interdum vero accidit vt poſt ſolutionẽ debiti creditoris interſit eas habere, vt ſi debitor eas repetat [y], vel calumnietur [z] quaſi indebito ſoluto. igitur omne id quod intereſt duplatur. ¶ Quod ſi debitum aliunde poſſit probari [a], nihil eius intereſt. §.1 ¶ Is etiam qui apocham ſubripuit, in id quod intereſt tenetur. nihil autem intereſt ſi aliunde ſolutio probetur. §.2 ¶ Qui autem non amouit ſed deleuit [b] inſtrumentum, non tantum furti [c] in duplum, ſed & Aquilia [d] tenetur [e]. §.vlt.

Pavl. Sed ſi prius [f] ſubripuit, deinde deleuit, vt ex furto in id quod intereſt tenetur. deletio enim nihil ad pœnam adiicit [g]. l.28

Vlpian. Tenetur etiam actione ad exhibendũ [h], & Quorũ bonorũ [i]. l.29

Pavl. Si hæreditaria erant inſtrumenta. l.30

Vlpian.

Digitized by Google

l.31. in pr. Vlpian. Is etiam qui imaginem & librum deleuit, Aquilia tenetur.
§.1. ¶ Qui ciuitatis[k] vel cuiuſdam collegii inſtrumenta vel alias res ſubripit[l] aut corrumpit, furti actione in duplum tenetur.

l.32. in pr. Pavl. Et ſubrepto & deleto & corrupto inſtrumento, fieri poteſt aliis probationibus deficientibus, vt à debitore actor vincatur. nunc
§.1. vero agentem furti in duplum[m] ¶ vel Aquilia facile ſit oſtendere quid interſit, vt ſi nunc[n] nactus ſit inſtrumentum vel eos qui in eo ſubſcripſerunt.

a *Speciem.* Veluti lancem aut poculum. Similiter & in depoſito hæc debet exponere qui depoſiti agit, vt lib. 13. tit. 2. c. 1. th. 26. & in actione in rem, vt lib. 15. tit. 1. c. 6.

b *Subripiens pignus.* Quod creditori ded t.

c *Sed & cum non poſsidebat.* Quære c. 67. & tit. 13. cap. 1. them. ante ſecundi th. finem, & exiſtimo hic creditorem habere furti actionem ex regula quæ dicit, In credito multa ſingularia introducta eſſe. Nec obſtat 10. th. 1. cap. 13. tit. nam etſi hic dicat creditori non poſſidenti furti actionem dari, dicens tamen pignus, ſoluit [illegible]. Id enim ſcis proprie pignus eſſe quod in manum datur. Fingendum igitur creditori ab initio datum pignus in manum, & eius poſſeſſionem in eum translatam, deinde vel precario, vel locatione debitori datum, & ideo eſſe locum furti actioni. & quære c. 49.

d *Si æs pro auro.* Quære lib. 25. tit. 1. c. 1. th. 21. 36.

e *Non competit.* Quære lib. 43. tit. 1. c. 21.

f *Actio furti.* Sed ſtellionatus, vt lib. 25. tit. 1. c. 1. thom. 26. 36. & lib. 26. tit. vt cap. 46. & lib. 43. tit. 1. cap. 21.

g *Competit actio furti.* Idem enim corpus quod dederat ſemel intercepit.

h *Vſucapio rei furtiuæ.* Nec impedimento eſt regula quæ dicit, Res furtiuas non vſucapi. nam à fure non vſucapiuntur, ab eo à quo prius recte poſſidebantur vſucapiuntur. & regula quę vetat res furtiuas vſucapi, ſubiicit, niſi ad priorem dominum redierint, vt perfecta regula hæc ſit, Res furtiuas non vſucapi niſi ad dominum redierint. Dominus autem dicitur qui animo domini poſſidet. & quære lib. 2. tit. 3. c. 4. th. 6.

i *Non impedietur.* Quære c. 75. & ibi Antiqui adnotationem, & cap. 88.

k *Et rediiſſet res.* Quære c. 85. & lib. 50. tit. 3. c. 4. th. 6. & c. 32.

l *In poteſtatem meam.* Qui prius poſſidebam bona fide.

m *In eam tantum tenetur.* Vnum frumenti modium & vnam menſuram vini, non in omnem aceruum vel omne vinum.

n *Et manifeſtus.* Manifeſtus quidem, vt deprehenſus prius quam deponeret: Nec manifeſtus, vt qui prius clam contrectauerat, & receſſerat. itaque vt manifeſtus & vt nec manifeſtus tenetur, & ſi vt in nec manifeſtum furem agat dominus & conſequatur duplum, rurſus agere poteſt & conſequi quod deeſt manifeſto furto non ſolidum quadruplum. quod ſi prius egerit manifeſti furti, & conſequutus fuerit quadruplum, actio nec manifeſti extinguitur.

o *Contrectat & ſecat.* Clam & reliquit quo loco ſecuit, deinde in ea legenda deprehenſus eſt. nã & hic eſt nec manifeſtus, qua latuit in ſecanda ſegete: & manifeſtus, qua in legenda deprehenſus eſt, atq; ita condemnatur in quadruplum. Vel etiam ſic dicas, ſicut qui ſegetem interdiu contrectat, nec deprehenditur, deinde alia die ſecat & deprehenditur.

p *Teneris.* Quære tit. 10. c. 18. & in eo vltimam adnotationem.

q *Eſſe aurum.* In hoc rhemate animus erat, res non erat, in ſequenti contra, animus aberat, res aderat. igitur neque ex re ſola, neque ex animo ſolo ſine re furti actio non competit in eo à quo animus vel res abeſt.

r *Quod ſubripuit.* Puta æris non auri quod non ſubripuit. errauit vero aurum exiſtimans. Atqui in ære non habuit animum furis, ſed in ipſo furto rei qualis qualis fuerit, affectum habuit, eamque ſubripuit.

ſ *Vnam eſſe ſuam.* Et non obſtat 2. th. 20. cap. Nam ibi eorum qui rem detinebant intererat non ſubripi eã à domino, alterius vt fructuarii, alterius vt bonæfidei poſſeſſoris qui erat rem vſucapturus. Hic vero nihil intereſt eius cui furtum factum eſt, vt ſi Titius apud eum rem depoſuerit, deinde deceſſerit hærede relicto qui ſubripiat rem depoſitam cum alia quadam re depoſitarii, nihil depoſitarii intereſt, cum amiſſionis periculum non ſuſtineat, vt cap. 14. th. 2.

t *De altera tantum.* Non etiam de alia, in qua affectum furis non habuit.

u *Etiamſi vero.* Nam etſi ad illum pertineat, iuncta tamen poculo pars eius effectum eſt, & domini poculi, & alienum ſubripuit.

x *Totius poculi fur eſt.* Quære de hoc lib. 15. tit. 1. c. 23. th. 3. & lib. 60. tit. 1. c. 26.

y *Nondum fur eſt.* Antequam res auferat, licet animo furandi ingreſſus ſit, quia furtum ſine contrectatione non fit.

z *Sed eorum quæ abſtulit.* Quia totum auferre non potuit.

a *Potuit tollere.* Et conſtituerat totum tollere. idque feciſſet niſi dum cunctatur fuiſſet deprehenſus. Hic igitur quamuis res impleta non fuerit, tamen inuito eo abeſt & videtur impleta. Ea vero res dicitur abeſſe, quam volens omiſit, vel ex qua nihil prorſus adeſt, vt th. 3.

Digitized by Google

b *Auferret.* Nunc ſcilicet, alias vero poſtea. nam ſi has tantum probauerit furandi ſe animum habuiſſe, in iis tantum tenetur non in aliis.

c *Quoſinguli.* Quære tit. 3. cap. 50. th. vlt. & lib. 7. tit. 3. cap. 9.

d *Singuli.* Quære tit. 10. cap. 21. nec opponatur tibi, ſed illud ex iſto interpretare.

e *Actione furti.* Non condictione furtiua. Additur, Quanuis id tollere nullus potuit ſolus. nec enim poſſumus dicere, ſingulos pro parte ligni furtum feciſſe, ſed totius ligni nomine omnes teneri furti.

f *Qui non abſtulit.* Quibuſdam caſibus, vt qui deprehéditur antequam ſuſtulerit, vt in fine 1. th. 21. cap. & qui opem fert furi, vt cap. 34.

g *Non tenetur.* Quia condictio furtiua ea tantum quæ ablata ſunt repetere poteſt.

h *Si fur fregit.* Aquilia autem tenetur.

i *Minor annorum ſeptem.* Quære lib. 2. tit. 3. cap. 111. quo dicitur impuberem proximum pubertati, & furti & iniuriæ capacem eſſe. Lege & Inſt. 3. tit. 19. quo pupilli in tria genera diuiduntur, infantes, quales ſunt qui lactantur, vel etiam paulo maiores: proximos infanti, qualis eſt ſeptennis vel octennis. hic enim licet loqui poſſit, tamen diſcernere non poteſt, quod nó intelligat quid loquatur: proximos pubertati, qui recte ſtipulantur. Quære & lib. 28. tit. 1. cap. 12. & lib. 35. tit. 16. cap. 1. th. 11. & cap 14. titu. 37. huius libri. ca. 35. & tit. 41. cap. 22. & ti. 51. cap. 49. & titul. 39. cap. 10. & 21. omnia neceſſaria. & lib. 58. tit. 10. cap. 45. th. 8. & ibi ſcholium Antiqui. & lib. 31. tit. 3. cap. 5. quod ait, Conſtitutionem quæ emancipatum conſentire emancipationi exigit non habere locum in ſeptenni, quia hic conſentire non poteſt, vt ibi ait Iſidorus, ſed abſque eo ſui iuris fit.

k *Opem ferens furi.* Hoc diſtat impubes à maioribus, quod hi opem ferentes teneantur furti, illi vero tantum ſi furentur. quære cap. 36. th. 1. & penult. & 50. th. 2.

l *Contrectauero.* Aliarum autem nomine non teneor. nec enim furandi animo eas contrectaui.

m *Qui diſcum abradit.* Quid enim ſi diſcus habuit hiſtorias quaſdam, quibus abraſis diſcus reddatur inutilis? itaque fur totius diſci dabit mihi duplum pretii, & rurſus condictione furtiua ſimplum. Ex eo nota, furem, qui rei iuncta ornamenta detrahit, remque inutilem reddit, totius rei æſtimationem dare, non eius quod abſtulit. & huic attende quaſi vtili. Quære etiam ſimiliter de actione ſerui corrupti tit. 6. huius libri cap. 14. th. 8.

n *De fundo non competit.* Veriſſimum eſt quod pleriſque placuit, rei immobilis furtum fieri non poſſe. vnde quæritur, ſi quis vi fundo deiiciatur, an poſſit agere condictione in eum qui deiecit. Et Labeo & Celſus putant poſſe, non repetendi agri, ſed poſſeſſionis tantum ademptæ cauſa, ſicut ſi res mobilis auferatur. Licet autem de agro non agatur furti, agitur tamen de ablatis ex agro, arboribus, vel lapidibus, vel arena, vel fructibus, quos quis furandi animo decerpſit. Similiter lib. 50. ti. 3. cap. 48.

o *Actio furti.* Sed de vi. hæc enim in rebus mobilibus locum habet. immobilium autem furtum non fit. Quære tit. 17. cap. 7. th. 2. & 3.

p *Condictio competit.* Triticiaria.

q *Si quis feras apes.* Quære lib. 50. tit. 2. cap. 3. th. 15.

r Si apes in arbore fundi tui fœtum fecerint, & quis eas apes vel ſobolem earum abſtulerit, non tenetur tibi furti. quia vbi euolarunt ex tuo agro, tuæ non manent. comparantur enim apes venatione captis terra, mari, cœlo. Et fiunt occupantis, vt lib. 50. tit. 1. cap. 5. th. 2.

ſ *Colonus agri.* Colonus qui nummis colit, cum eo qui fructus in arboribus ſtantes ſubripuerit, recte agit furti. quoniam ſtatim atque arboribus ſeparati ſunt fructus, dominii eius fiunt. quære lib. 20. tit. 1. Nota colonum non fieri dominum fructuum, antequam decerpantur, ſed decerptorum dominum fieri, etiamſi non ab alio decerpantur quam ab eo qui furandi animo eos aufert & decerpit.

t *Eius fiunt.* In vſufructu aliud eſt, vt lib. 16. tit. 1. cap. 12. th vlt. & ratio differentiæ hęc eſt, quia vſusfructus ſtatim atque deceſſit fructuarius, extinguitur, & dominus fit plenus dominus. In colono autem poſt mortem eius, ſi nolint hæredes, ab agro non recedunt, ſed & totius anni ante mortem eius fructus, etiamſi duobus tantum menſibus, vel minori tempore colonus poſſederit, ad colonum vel hæredes eius pertinent. dat enim mercedem, & quodammodo emit fructus, & tranſmittit in hæredes. ideoque propter incertum mortis fructuarii fructus eius non fiunt, niſi ab eo ex arboribus percepti ſint. quære & lib. 20. tit. 1. cap. 15. th 11.

u *Cautionibus ſubreptis.* Confeſſionibus debitorum. Idem & in quolibet inſtrumento ſcripto. & quære tit. 41. cap. 16.

x *Sed & quantitas.* Si nondum creditori debitum ſolutum ſit.

y *Eas repetat.* Poteſt enim, cum & actionem habeat, vt lib. 15. tit. 4. cap. vlt.

z *Vel calumnietur.* Sæpe debitores poſt ſolutionem exigunt creditores, quaſi indebitum acceperint: & ideo intereſt eorum, & poſt redditionem debiti chirographum habere, ne de indebito controuerſiam patiantur.

a *Aliunde poſſit probari.* Vt ſi argentarii per quem credidit, ſcripturam habeat, & chirographum ei ſubreptum ſit, vel ſi binis chartis debitum ſcriptum & vna earum amiſſa ſit.

b *Sed deleuit.* Furti tempore. nam ſi poſtea, lege ſeq. th.

c *Non tantum furti.* Quære tit. 3. cap. 41. th. 3.

d An ex vna ſi quid conſecutus fuerit, poterit deinde is qui læſus eſt, alia experiri & ex ea ſolidum conſequi?

e *Sed & Aquilia.* Quia inſtrumẽta videt̃ diſſoluere qui ea delet. Tenet̃ & de falſis criminaliter.

f *Sed*

f *Sed ſi prius ſubripuit.* Statim atque hæc inſtrumenta ſubripuit,& prius quam deleuerit ea,in id tenetur quod domini intereſt non ſubripi ea.delendo enim nihil ad pœnam adiicit. Tenetur & ad exhibendum qui aliena inſtrumenta delet,& interdicto Quorum bonorum,ſi hæreditaria inſtrumenta deleuerit.

g *Adiicit.* Nam ex poſtfacto non augetur æſtimatio præteriti delicti, vt lib.1.tit.3.c.138.th.2.

h *Ad exhibendum.* In æſtimationem eius,quod eo continetur.

i *Quorum bonorum.* Quo agitur cum hæreditariæ res ablatæ ſunt,vt lib.40.tit.8.

k *Qui ciuitatis.* Si quis inſtrumenta ad ciuitatem pertinentia ſubripuerit vel deleuerit,eum Labeo ait furti teneri: quod & in aliis rebus ciuilibus obtinet, ſicut & ſi ea quæ erant ſocietatis ſubripuerit quis, ſocio tenetur furti. Quidam vero in omnibus inſtrumentis priuatis & publicis dicebant ſolam æſtimationem chartarum venire in actionem furti. quia ſi in iudicio furti poſſit probari quantum debeatur,poterit & in iudicio de debito.Quod ſi in iudicio furti non poſſit probare quantitatem debiti,nec quanti interſit probare poteſt.Sed hæc dicunt quidam Placet tamen quãtitatem quam ſublata charta continet,duplari.ſæpe enim euenit, vt poſt furtum quis inſtrumenta nanciſcatur, & ex eis probet quantum interſit,ſi creditum tabulis comprehenſum conſequutus nõ ſit.De Aquilia maior eſt quæſtio, quemadmodum poſſit probari quanti interſit eius inſtrumenta non deleri. nam ſi poteſt alias probare debitum, deletis inſtrumentis non videtur damnum pati. quid ergo ſi forte pecuniam ſub conditione credidit.& interim habeat teſtes,quibus poſſit probare debitum,qui poſſint pendente conditione decedere. vel pura exiſtente conditione me egiſſe de debito,& quia teſtes & ſignatores inſtrumenti qui contractus meminiſſent, præſentes non erant, ideo victum me eſſe in crediti cauſa: nunc vero cum furti ago præſentes teſtes eſſe & meminiſſe contractuum,atque ita nunc me poſſe probare quod nequiueram prius.

l *Vel alias res ſubripit.* Vt ne quis opinetur teneri eum crimine falſi,quo tenentur qui fiſci inſtrumenta vel pecunias auferunt,vt tit.41.c.2.Lege & 82.c huius tit.& in eo adnotationes.

m *In duplum.* Nam forte fur dicit, Nihil debeo.nec enim potuiſti probare deberi. Quid igitur petis? qui & audiet, Quæ inter alios.nam ei forſitan actor poterit probare.

n *Vt ſi nunc nactus ſit.* Quære lib.7.tit.18 c.10.th.2.

l.33. VLPIAN. Tutores ſubripientes res pupilli tenentur actione furti & tutelę: & res ſubrepta vſucapi non poteſt.Idem & de curatoribus [a].

l.34. PAVL. Is qui opem fert furi, numquam manifeſtus fur eſt, etiam ſi is qui ſubripuit manifeſtus ſit [b].

l.35. POMP. Si quis rem furtiuam ſciens eſſe furtiuam, in aliquem locum perferendam acceperit,& deprehendatur,ipſe duntaxat [c] manifeſtus eſt: quod ſi ignorauerit,neq; ipſe,quia furtum non fecit, neq; fur, quia de-
§.1. prehenſus non eſt. ¶ Si vnus ſeruus tuus hauſiſſet vinum vel oleum, vel aliquid tale, & abſtuliſſet,alter hauriendo deprehenſus eſſet,prioris nomine nec manifeſti,alterius manifeſti furti teneberis.

l.36.in pr. VLPIAN. Qui ſeruo perſuaſit [d] vt fugeret,vel vt ſe præcipitaret,aut occideret,non tenetur actione furti [e],niſi ſi vt ab alio [f] ſubripiatur,fugam ei perſuaſit. Sed & abſque eo [g] cum fugam perſuaſit, tenetur furti ſi quis fugitiuum ſubripuerit.Tenetur & corruptor [h] rerum nomine à fugitiuo
§.1. & 2. ſubreptarum [i].¶ Filius [k],& ſeruus,& vxor non tenentur [l] actione furti,qui
§.vlt. tamen opem eis fert, tenetur.¶ Si duo ſerui inuicem ſibi fugam perſuaſerint [m], alter alterius fur non eſt. Sed ſi inuicem ſe celauerint, inuicem fures [n] ſunt etiam rerum ablatarum nomine.

l.37. POMP. Si pauonem meum manſuetum ex domo mea fugientem perſequutus ſis quoad periit,tunc teneris [o] furti,cũ quis eum [p] apprehẽderit [q].

l.38.in pr. PAVL. Filio [r] ſubrepto mater non habet actionem furti.¶ Licet libera-
§.1. rum perſonarũ nomine [s] ſit actio furti,tamen condictio nunquã cõpetit.

l.39. VLP. Qui rapit [t] vel celat meretricem [u] alienam ancillam, neq; in metallum damnatur,neq; actione furti tenetur [x]. quia non furti, ſed libidinis [y] cauſa hoc fecit. nam & ſi fores meretricis effregerit, & ingreſſi alii non ab ipſo inducti res eius ſubripuerint,non tenetur furti.

l.40. QVI commodatum [z] ſibi iumentum longius ducit, vel alia re inuito [a] domino vtitur,furtum facit.

Digitized by Google

VLPIAN. Captiuus reuerſus habet[b] actionem furti[c] in duplum[d] de re- l.41.in pri.
bus ſubreptis captiuitatis tempore. ¶ Adrogator & de ſubreptis[e] ante ad- §.1.
rogationem & de ſubreptis poſtea habet actionē furti. ¶ Quamdiu[f] vi- §.2.
uit fur[g], non perit actio furti. nam vel cum ipſo eſt actio, ſi ſui iuris ſit, vel
cum eo, qui eum habet in poteſtate: noxa ſequente caput. ¶ Si fur capti- §.vlt.
uus fiat, perit actio furti, & eo reuerſo renouatur.

PAVL. Si ſeruum qui furtum fecit, ideo manumiſero, ne furti mecū a- l.42.
gatur, ambo[h] tenemur. ¶ Sed ſi mecum actū ſit, manumiſſus liberatur[i]. §.1.

VLP. Qui ſimulat ſe creditorem eſſe, nec ſoluti dominus fit, & actio- l.43.in pri.
ne furti tenetur. ¶ Si falſus procurator pecuniā acceperit[k] perferendā cre- §.1
ditori, & ſubripuerit eam, non fit eius, & furtum cōmittit. Si vero eā de-
bitor dederit[l] ea mente vt procuratoris fieret, nō delinquit[m], cū volunta-
te domini acceperit. ¶ Si daturū[n] indebitū delegauero, vt pro me ſolue- §.2.
ret, nō aliter teneor furti, quā ſi me præſente ſoluerit. ¶ Qui ſe locupletē §.3.
dicit, vel qui pollicetur ſe fideiuſſores daturū, vel in merces[o] ſe collocatu-
rum q̀ accepit mutuo, vel confeſtim pecuniā ſoluturū, impoſtor eſt po-
tius q̄ fur. datur aūt in eum actio de dolo ſi alia actio[p] non ſit. ¶ Qui ali- §.4.
enam rē proiectā tulit[q] lucrifaciendi cauſa, etiamſi ignoret[r] cuius ſit, furti
tenetur, ¶ niſi ſi dominus eā pro derelicto, habuerit. tunc enim quamuis §.5.
vt fur eam tulerit, quia domini deſiit[s] eſſe, non tenetur. nā furtū[t] non fit
niſi ſit cui fiat[u]. ¶ Sed ſi quod nō erat pro derelicto, exiſtimarit derelictū, §.6.
nō eſt fur[x]. ¶ Quod ſi neq; erat, neq; putauit derelictū, tulerit aūt id ea mē- §.7.
te, vt inuento[y] domino redderet, non tenetur furti, ¶ etiamſi εὕρηϑρα acce- §.8.
perit. ¶ Si ſua ſpōte[z] dominus rē iecit nō quaſi pro derelicto ſiue derelictā §.10.& 11.
is q tulit exiſtimarit, ſiue nō, nō tenetur[a] furti. ¶ Etiāſi partē ſerui adqui- §.vlt.
ſiero, qui mihi furtū fecit, extinguitur actio furti[b], quia & ab initio[c] non
conſiſteret, ſi partē in eo haberē. Plane ſi vſumfructum tantum in eo ad-
quiſiero, non extinguitur actio furti, quia fructuarius dominus non eſt[d].

POMP. Si quid[e] iuſſu debitoris[f] acceperit falſus procurator creditoris, l.44.
ipſe debitor[g] fit pecuniæ dominus, & habet[h] in eum qui accepit furti a-
ctionē. ¶ Qui ſciens[i] rem meam lucrifaciendi cauſa quaſi ſuam à me ac- §.1.
cipit, mihi tenetur furti. ¶ Teſtamento manumiſſus ſi ante aditionem[k] §.vlt.
hæreditatis rem hæredis[l] ſubripuerit, ei tenetur furti actione[m].

IDEM. Si extinguatur[n] res furtiua vel ſeruus furtiuus moriatur, aut l.45.
manumittatur, vel in poteſtatem hoſtium veniat, vel pro derelicto[o] ha-
beatur, integra manet actio furti & condictio furtiua.

VLP. Socius[p] etiam meus ſubripiens rem communem, mihi tenetur l.46.
furti. ¶ Et qui proprietatem[q] & qui vſumfructum habet[r], furti actionem §.1.
habent. ¶ & quod cuiuſq; intereſt[s] duplatur vel quadruplatur ſi manife- §.2.
ſtum furtū ſit. ¶ Et vſuario cōpetit & creditori & debitori, ſi quid exce- §.3.4.& 5
dat[t] debitum. & ſi quis eorum tranſegerit cum fure, aliis cōpetens actio
ſeruatur. nam & ſi quis ſociorum de actione furti trāſigat, alii ſalua ma-
net. ¶ Proprietarius quoq; aduerſus fructuarium[u] furti actionem habet, §.6.
ſi quid celandæ proprietatis cauſa[x] fecit. ¶ Qui ſe putat re vti domini vo- §.7.
luntate, etiamſi erret, fur nō eſt. ¶ Sed etſi ego exiſtimem dominum nol- §.8.
le vti me, cum tamen velit, non ſum fur. ¶ Si poſteaquam res furtiua ad §.vlt.
dominum rediit, iterum ſubripiatur, competit alia furti actio.

Digitized by Google

a *Idem de curatoribus.* Minorum & aliorum.

b *Manifeſtus ſit.* Vnde accidit vt qui opem fert nec manifeſti teneatur, fur vero cum re ipſa deprehenſus manifeſti.

c *Ipſe duntaxat.* Non is qui dedit.

d *Qui ſeruo perſuaſit.* Quære cap. 63. & tit 6. cap. 5. th. 2.

e *Non tenetur actione furti.* Sed vtili Aquilia.

f *Vt ab alio ſubripiatur.* Neſciente ſeruo ſe ſubreptum iri, vtrum ſciente eo qui ſubreptus erat. Antiquus autem non ſic dicit.

g *Abſque eo.* Licet ſeruo perſuaſerit fugam, interim non tenetur furti. tenetur tamen ſi quis hunc ſeruum fugitiuum ſubripuerit. quia ex euentu videtur ope & conſilio eius furtum factum. Nota quod etiamſi non ſubripuerit quis, ſed opem tulerit furi, furti tenetur, non etiam condictione furtiua, licet ad eum qui opem tulit lucri nihil peruenerit. Plus dico ſi id ope & cõſilio ſuo egerit, vt id quod ad me pertinebat quomodocunque periret, ex ope autem eius contigerit rem ab alio quodam ſubripi nec ſciente nec opem ferente eo qui re mea fraudare me ſatagebat, ita quoque is qui opem tulit etiamſi furtum non fecerit furti tenetur. Lege & Antiquum extra. & ecce thema quo furti tenetur is qui animum furandi non habuit. quære & cap. 37. ſimile. Eivsdem. Quære titu. 6. cap. 11. them. 2. & Indicem eius, quo dicitur ſuadentem furtum, non teneri furti, niſi & furi opem tulerit.

h *Tenetur & corruptor.* Id quoq; Pomponius ait, ſi cum rebus fugerit ſeruus meus, poſſe ſollicitatorem furti conueniri rerum nomine quas ſeruus abſtulit. quia opem & conſilium ſollicitator ei dedit.

h Videlicet ſi & opem ei tulerit. nam ex ſolo conſilio non naſcitur actio furti. & quære tit. 6. ca. 10. & ibi Antiquum, & ca. 11. th. 2. & ibi Antiquum.

i *Rerum nomine à fugitiuo ſubreptarum.* Si conſilio eius & hæc ſubripuerit.

k *Filius & ſeruus & vxor.* Si quis filiof. meo, vel ſeruo vel vxori opem tulerit res meas intercipientibus, tenetur furti, licet filius meus & ſeruus & vxor non teneantur furti.

l *Non tenentur.* Quære lib. 28. tit. 11. cap. 1. & 2.

m *Sibi fugam perſuaſerint.* Quære tit. 6. cap. 11. th. 2. & in eo ſcholium quintum rationem adducens.

n *Inuicem fures ſunt.* Tenentur ergo inuicem furti. quia alter alteri opem tulit.

o *Tunc teneris furti.* Etiam intra tres dies, ex quo eum detinuerit, licet videatur adhuc mei eſſe dominii, in eum qui perſecutus ſit, habeo furti actionem. idcirco & in eum qui detinet, habeo competentem actionem ſecundum eius affectionem. quære Inſtit. 2. tit. 1.

p *Quum quis eum.* Quod ſi à nemine apprehẽſus periit, teneris mihi in factum de indemnitate.

q *Apprehenderis.* Et tu hoc fine perſecutus ſis.

r *Filio ſubrepto.* Filio ſubrepto mater non habet actionem furti, pater habet nomine filiorumfamilias, condictionem habere non poteſt. Quære cap. 14. th. 2. Pater habet actionem furti propter lucra adquiſitionum, quæ mater non habet, propterea quod filios non habet in poteſtate.

ſ *Liberarum perſonarum nomine.* In id quod intereſt. nam quid ſi heredes eas ſcripſit Titius ſub conditione, Si in ciuitate fuerint Kal. Ianuarii 5. tu vero eas ſubripueris, & in alium locum duxeris?

t *Qui rapit.* Quære cap. 83. th. 3. & tit. 21. cap. 25. & tit. 57. cap. 8. 9. & tit. 58. cap. 1.

u *Meretricem.* Quod ſi non erat meretrix, in metallum damnatur. & quære totum tit. 38.

x *Neque actione furti tenetur.* Caſtigatur tamen pecuniariter ſecundum 8. cap. 37. titu. Reddit & ancillam.

y *Sed libidinis cauſa.* Theodoriti. Sciendum eſt malum aut bonum ex animo & fine diiudicari. hoc ſeparantur nuptiæ ab ſtupro, & coitionis nullum cum ſit diſcrimen, animo & lege conſtituitur, ita vt hæc legitima, illa legitima iudicetur. ſic & in cæde. occidit ſicarius, occidit & iudex, hic legitime, ille illegitime, & re quidem ipſa factum idem, animo & ſcopo non idem, & vt hoc apertius ex ſcriptura diſcamus, in hæc animaduertamus. Occidit Cain, ſed liuore & dolo. Occidit Phinees, ſed amore & pro pietate pugnans. Factum idem, animus ex diametro cõtrarius. Subripuit Iacob benedictionem, ſubripuit & Achar in Iſrael, ſed ille laudatur, hic lapidibus cæditur. Ieiunauit Elias, ieiunarunt & qui Naboth lapidarunt, ſed ille pietatis cauſa, illi calumniæ & inuidię. Eiecit Saul Agag illegitime & nudauit regno. Iugulauit Samuel Agag, & diuinam Legem impleuit.

z *Qui commodatum ſibi iumentum.* Si quis iumentum commodatum ſibi longius duxerit loco in quem vtendum acceperat, vel alia qua re aliena inuito domino vſus ſit, furtum committit.

a *Inuito domino.* Quære lib. 13. tit. 1. cap. 5. th. 6. & huius tit. cap. 77.

b *Habet actionem.* Videlicet de his quæ peculiari nomine filiusf. poſſidebat propter 37. cap. 1. tit. 39. lib. quo dicitur captiuum nihil vſucapere poſſe, niſi per ſeruum peculiariter poſſidentem, & propter 15. cap. 1. ti. 50. lib. in quo ait in hunc modum. Bonæfidei emptori ab hoſtibus capto, interrumpitur poſſeſſio, & neque reuerſo computatur præcedens tempus, neque herede eius procedit vſucapio. Quod vero emit ſeruus eius, reuerſus longa poſſeſſione adquirit. non etiam heres eius, ſi ibi moriatur. Lege & 2. them. 24. cap. 35. titu. 10. lib. quo ait captum ab hoſtibus, nec cœptam vſucapionem implere, nec reuerſum vſucapionem repetere: & quod extra Antiquus in partem, hoc eſt ad vſucapionem ei non computatur captiuitatis tempus. nam vſucapio ex poſſeſſione quæ facti eſt procedit. Factum autem poſtliminii iure non continetur, vt ait 20. cap. eiuſdem libri & tituli.

c *Furti.* Hoc non intelligatur indiſtincte, ſed de iis tantum rebus quarum poſſeſſionem habuit

per filioſf.peculiariter poſſidentes. nam furtum non fit niſi ſit qui poſſideat, vt tit. 13. cap. 1. th. 9. & huius tit. c. 43. th. 5. circa medium. & lib. 34. tit. 1. c. 10. th. 3. Quod ſi captiuus erat plenus dominus ante captiuitatem rerum poſt captiuitatem ſubreptarum, an reuerſus aget furti? & puto. Nota quẽadmodum is qui nec corpore nec animo poſſidet, adquirit actionem furti.

d *In duplum.* Quære lib. 34. tit. 1. cap. 10. th. 3. & c. 27. & lib. 10. tit. 35. c. 24. the. 1. & 2. & lib. 50. tit. 3. c. 15. & 44. th. 7.

e *De ſubreptis ante ſubrogationem.* Omnes enim actiones quæſitæ adrogato filio, patri eius adquiruntur.

f *Quãdiu viuit.* Quandiu viuit is qui furtum fecit, non perit furti actio. nã vel ſui iuris eſt & cũ eo eſt actio, vel alieni iuris cœpit eſſe in ſeruitutem alicui addictus, & cũ domino eſt furti noxalis. & hoc eſt quod dicitur noxam caput ſequi, & ita ſi dederit ſe adrogandum, cum adrogatore eſt actio.

g *Fur.* Quidam de 20. annis accipiunt illud, Quandiu viuit. Alii dicunt, etiamſi 30. vel 40. anni præterierint, furem teneri perpetuo, propterea quod quotidie rem contrectando furtum committit, nec vnquam exiſtunt 30 anni. nam quoties re vtitur, furatur, & exinde currunt 30. anni. igitur qui anno 29. vtitur, tunc furatur, & ex eo tempore eget præſcriptionem 30. annorũ. Verum quære lib. 50. tit. 14. c. 6. & ibi tertiam adnotationem.

h *Ambo tenemur.* Quære tit. 5. c. 7. th. 2. & cap. 24. 25. 26. & Antiquos. & eiuſdem c. 6. & in 26. nouum ſcholium.

i *Manumiſſus liberatur.* Ipſo iure quaſi tranſactione de furto facta.

k *Pecuniam acceperit.* Forte obſignatam, vt creditori daret.

l *Si eam debitor dederit.* Puta ſi non obſignatam dedit, vt quam vellet procurator domino daret, eandem vel aliam eiuſdem bonitatis.

m *Non delinquit.* Quære tit. 10. c. 18. & ibi vltimam adnotationem.

n *Si daturum indebitum.* Si quis indebitum accepturus delegauerit debitorem vt alii ſolueret, & abſente delegante ſoluatur debitum, non tenetur furti. Sed ſi præſente eo ſoluatur, quia ipſe videtur indebitum accipere, furtum committit.

o *Vel in merces.* Dominicas forte, cum ſeruus eſſet.

p *Si alia actio non ſit.* Non famoſa. nam ſtellionatus in turpibus infamat, licet extraordinaria ſit.

q *Tulit.* Non volente domino, ſed ignorante, vel etiam inuito propter ſeq. th.

r *Etiamſi ignoret.* Nihil enim ad furtum minuendum proficit, quod cuius ſit ignoret.

ſ *Quia domini deſiit eſſe.* Nam in duplum eius quod intereſt datur actio furti. Hic autem nihil intereſt.

t *Nam furtum non fit.* Quære tit. 13. c. 1. th. antepenult. & lib. 50. tit. 1. cap. 32. in fine.

u *Niſi ſit cui ſiat.* Nam placuit Sabini & Caſſii ſententia exiſtimantium ſtatim noſtram eſſe deſinere rem, quam derelinquimus.

x *Non eſt fur.* Quia non habuit animum furis. furtum autem ſine prauo affectu non fit.

y *Vt inuento domino.* Solent enim pleriq; inuenientes res alienas in chartis ſcribere & proponere ſe inueniſſe & paratos reddere petenti.

z *Si ſua ſponte.* Partim vero inuitus, vt cum forte eam non poſſet ferre animo recipiendi, vel habendi, obligatum eum qui eam acciperet.

a *Non tenetur furti.* Quod humane receptum eſt, & quod non videatur eam cuiquam auferre.

b *Extinguitur actio furti.* Nam etſi ab initio ſeruus meus fuiſſet & mihi quid ſubripuiſſet, non haberem in eum actionem furti, & quia in hac ſpecie res in eam cauſam venit à qua initium ſumere actio furti non potuit. Aliud eſt ſi in eo qui mihi furtum fecit vſumfr. adquiſiero.

c *Ab initio.* Nam ſocius in ſocium non agit noxaliter, vt tit. 5. c. 8. finis. & c. 41.

d *Dominus non eſt.* Ait enim lib. 2. tit. 2. c. 25. In ſolidum rem meam eſſe in qua alter vſumfr. vel ſeruitutem habet.

e *Si quia iuſſu.* Species hæc eſt, Cuidam pecuniam debebam, Falſus procurator creditoris mei debitum exegit. Ego non habens vnde ſoluerem, mandaui alteri, puta Marco, vt pro me ſolueret, ac tandem procurator meus ſoluit falſo procuratori creditoris mei. Ait igitur Iuriſconſultus, quia procurator propter me & in mei gratiam pecuniam ſoluit, eius me fieri dominum, & mihi competere actionem furti in falſum procuratorem.

f *Debitoris.* Forte alius quidam debitori debet, & vult ei ſoluere, is autem mandat, vt creditori ſoluat: vel ſi eum non inueniat, procuratori.

g *Ipſe debitor.* Qui iuſſit pecuniam ſolui.

h *Habet.* Ideo hic debitor actionem furti habet in eum qui pecuniam accepit, licet abſente eo ſoluta ſit, quia & ſi ipſi fuiſſet ſoluta, dominus eius fieret. In 3. autem th. 43. c. ob id non tenetur furti qui indebitum alteri iuſſit ſolui eo abſente, quia ipſe ſolutum non accepit, & quod is qui accepit, ſuo iure accepit, quaſi debitum ſibi. Quære tit. 10. c. 18. & in eo adnotationem propter regulam quæ dicit, Ego videor ſoluere quod voluntate mea alius ſoluit.

i *Qui ſciens.* Si errans rem meam tradidero tibi quaſi tuam ſcienti meam eſſe, & tu eam lucrifaciendi animo acceperis, teneris furti.

k *Si ante aditionem.* Tunc enim ſpecies maxime quæſtionem habuit. nam idem eſt multo magis, ſi poſt aditionem.

l *Rem heredis ſubripuerit.* Si vero hæreditatis, quære tit. 13. vbi in eum datur actio, quære & fin. 7 th. 1. c. eiuſdem.

m *Tenetur furti actione.* Qui domino furtum facit non tenetur, quia tempore ſeruitutis furtum fecit

fecit. Hic vero nunquam fuit hęredis ſeruus,quia à morte teſtatoris liber cenſetur, & ob id ab herede conuenitur recte.

n *Si extinguatur.* Inter omnes prudentes conſtat, extincta re furtiua, attamen actionem furti remanere aduerſus furem. proinde mortuo quoque ſeruo furtiuo,non extinguitur actio furti.nec diſſimilis eſt morti manumiſſio,quantum attinet ad ſubtrahendum domino ſeruum. Apparet itaque, qualiter qualiter domino ſeruus ſit ſubtractus,attamen ſupereſſe ei actionem furti nec enim ideo competit,quod nunc non habeat ſeruum, ſed quod aliquando propter furtum furis eum deſiit habere. Quod de actione furti dicimus, & in condictione furtiua placet. nam & hæc in furem datur, etiamſi res aliqua ratione extincta ſit. Vnde & ſi res furtiua in poteſtatem hoſtium peruenerit,nihilominus poteſt de ea furti agi. Sed & ſi poſtea à domino habita ſit pro derelicto, remanet actio furti.

o *Vel pro derelicto.* Vt ſi facta ſit inutilis,vel ſi mores eius à fure deprauati ſint.

p *Socius etiam meus.* Cum videlicet fraude & dolo animo furandi amouit & abſtulit rem communem.plurimum enim dominus pro parte ſuo iure videtur vti re communi non furandi animo, vt lib. 12.tit. 1.c.52. Quære tit. 6.c. 9.& 34.

q *Qui proprietatem.* Si ſeruus ſubripiatur in quo alius habet vſumfructum, vtriſque competit actio furti,proprietario & fructuario,diuiſa inter eos. fructuarius enim aget de fructibus ſubrepti ſerui,& petet duplum eius quod intereſt. proprietarius quod intereſt proprietatis nomine petet in duplum.Sed ſi manifeſtus eſt fur,ſingulis in quadruplum competit actio furti. Sed & ſi quis vſum tantum ſerui habeat,huic etiam datur actio furti. Item ſi quis proponat hunc ſeruum pigneratum eſſe,creditor habere poteſt furti actionem. Eandem & debitor habet,modo ſi plus valeat quã ſub eo creditori debeatur. In tantum vero diuerſæ ſunt actiones quæ fructuario & proprietario & creditori & debitori competunt, vt ſi quis eorum de furto tranſegerit, actio ſola quæ ei competit extinguatur, aliis vero competentes remaneant. nam & ſi communem ſeruum ſubripuerit quis,& vnus ex dominis tranſegerit,alius qui non tranſegit,integram habet furti actionem.

r *Habet furti actionem.* Vſusfr. eſt in agro quidem omne id quod in eo naſcitur quacunq; ratione. In animalibus,partus & fœtus & lac & lana & ſterquilinium. Vſus nudus,percipere ligna arida in vſum,vel fœnum in animalibus,vti ſtercore in ſuis agris,& in ſeruis miniſterium ſolum.

ſ *Cuiuſque intereſt.* Forte agente domino rei furtiuæ,& dicente maius eſſe pondus,quam ſit reuera,exhibita re à fure eam domino auferente,fur condemnatur, ſi manifeſtus eſt in quadruplum, vel ſi nec manifeſtus in duplum.

t *Si quid excedat.* Pone debitorem adeſſe,& ſimul cum creditore agere,atque adeo creditorem non petere ſolidum.

u *Aduerſus fructuarium.* Non obſtat 18.c.5.tit.nam de noxali loquitur, qua fructuarius merito non tenetur, quia noxalis actio diuiſionem non recipit,vt tit.3.c.27.th.1. circa finem, & ex regula, quia quod meum eſt amplius meum fieri non poteſt. Hoc autem caput non eſt de actione furti noxali,ſed de actione Suo nomine. Ait enim,ſi quid fecerit celandi domini cauſa,vt ſi ſeruum fructuarium vendiderit,tenetur.ergo tenetur ſuo nomine proprietario in duplum proprietatis.

x *Cauſa.* Siue rei auferendæ cauſa,ita vt res non appareat.

l.47. PAVL. Mutato dominio rei furtiuæ,nouo [a] domino competit [b] actio
furti,veluti hæredi,bonorum poſſeſſori [c],adrogatori.
l.48. VLPIAN. Etiamſi [d] dominus rem furtiuã receperit [e],fur obligatus ma-
§.1 net [f] in duplum vel quadruplum. ¶ Qui nouit furem,etiamſi nõ indicet
§.2. eum,fur non eſt.qui vero celat furem,fur eſt. ¶ Qui ſeruum alienum ſuſ-
§.3. cipit voluntate domini, neq; fur eſt neq; plagiarius. ¶ qui vero ignoran-
te domino celandi cauſa ſuſcipit,fur eſt:ſi non celandi cauſa,fur nõ eſt [h].
§.4. ¶ Si fullo commodauerit quod ei dederam & cõmodatario ſubripiatur,
& mihi [i] aduerſus fullonem actio furti cõpetit, & ei [k] aduerſus furem.&
§.5. in hac ſpecie [l] furi [m] actio furti competit. ¶ Si ancilla [n] prægnans ſubripia-
tur,vel apud furem concipiat, partus furtiuus eſt [o], ſiue apud furem pa-
riat [p],ſiue apud bonæ fidei [q] poſſeſſorem.Sed in hoc poſteriore caſu [r],ceſ-
ſat [s] actio furti [t].Sed ſi concepit [u] & peperit apud bonæ fidei poſſeſſorem,
§.6. non eſt furtiuus & vſucapitur.Idẽ & in pecudibus,& fœtu earum. ¶ Fœ-
tus [x] equarum,vt fructus, [y] bonę fidei poſſeſſoris fit [z].Ancillę autem partus
§.vlt. non eſt fructus [a]. ¶ Si fur rem furtiuam vendidit,& per vim [b] dominus ei
pretium extorſit,& furti & vi bonorum raptorum actione tenetur. Fur-
tiuum enim non eſt quod paratur ex re furtiua,ſiue pretium eius.itaque
recte aget fur cum domino furti actione.

Svbrepta [c] re debitoris vel mariti, neque creditor, neque vxor [d] furti l.49.
actionem habent, [e] & ſi aliunde ſuum ſeruare non poſſint, niſi ea res eis
pignerata ſit [f]. Itaq; non omnis cuius intereſt [g] furti agit.

Vlpian. Non id [h] quod intereſt [i], ſed verum [k] rei pretium duplatur l.50.
vel quadruplatur, etiamſi condemnationis [l] tempore deſierit eſſe in re-
rum natura. Æſtimatio autem fit ex vtilitate actoris ſiue furti [m], ſiue cõ-
demnationis tempore res pretioſior fuerit. ¶ Ope & conſilio furtum fit, §.1.
cũ fit propter inimicitiãs quas quis cum eo exercet, cui furtum fit. ¶ Nã §.2.
vt furtum nemo facit ſine dolo malo, ita nec opem & conſiliũ fert. ¶ Et §.3.
conſilium quidem dat qui furtum perſuadet. Opem vero fert qui mi-
niſterium & adiutorium furto præbet. ¶ Si quis pecudes terreat [n], vt §.vlt.
in latrones incidant, ſi quidem dolo fecit [o], tenetur furti, ſi ſine dolo [p],
ſimplici repetitione.

Gai. Nam & ſi præcipitata ſint, vtilis Aquilia competit. l.51.

Vlp. Si quis cũ vxore ſubripiente res mariti furtum faciat, vel ſi opem l.52.
ei & cõſiliũ ferat, furti tenetur, ¶ licet ipſa non teneatur [q], ſiue cũ alio fur- §.1.&2.
tum fecerit, ſiue alii furanti opem tulerit. ¶ Serui vero ſui nomine furti §.3.
tenetur. ¶ nam & filius [r] miles furtum faciens patri non tenetur furti. [s] §.4.
¶ Sed ſi ſeruus [t] eius caſtrenſis peculii, furtũ faciat, nomine eius tenetur. §.5.
¶ Sed ſi filius habens caſtrẽſe [u] peculiũ furtũ fecit patri vel pater filio ſub- §.6.
lata re caſtrenſis peculii, inuicem tenentur vtili [x] actione furti [y]. ¶ Credi- §.7.
tor qui poſt ſolutionem debiti celandi animo pignus non reddit, tene-
tur furti. ¶ Si quis effodiens [z] ex agro ſulphur auferat, domino furti te- §.8.
netur, & quod [a] fuerit dominus conſequutus [b], colono reſtituit [c] con-
ducti actione. ¶ Si quod ſeruo vel filiofamilias poliendum [d] datum eſt §.9.
ſubripiatur, tunc pater & dominus habent furti actionem [e], cum pecu-
lium ſoluendo eſt [f]. ¶ Et qui bona fide emit rem furtiuam [g], furti actio- §.10.
nem habet [h], ſi res ei ſubripiatur. ¶ Si [i] ſilignarium iuſſero dare petenti §.11.
meo nomine, & extraneus aliquis audiens nomine meo acceperit [k], non
ego, ſed ſilignarius [l] furti actionem habet. ¶ Si quis ſeruum meum qui §.12.
detinebatur [m] à præſide vel duumuiro quaſi ſuum dimiſerit, ſi quidem ſi-
ne fideiuſſoribus [n], mihi tenetur furti [o], ſi vero fideiuſſores dederit, habeo
actionem cum præſide & duumuiro, vt mihi cedant [p] actiones. hic au-
tem plagiarius [q] eſt. ¶ Si quis ex manu mea nummos vel aliam rem ex- §.13.
cuſſerit, ita tenetur furti [r] ſi ideo excuſſit, vt eos alius acciperet, i[illegible] ac-
ceperit. ¶ Si quis ex meo ſubripiens maſſam vel vuas, fecerit v[illegible]s aut vi- §.14.
num, habeo actionem furti [s] & condictionem furtiuam ma[illegible]æ & vaſis
nomine & vuarum & vini & vinaceorum. ¶ Si ſeruus [t] ſimulans ſe eſſe §.15.
liberum, vel ſi filiusfam. dicens ſe eſſe patremf. mutuam pec[illegible]niam acce-
perit, non tenetur [u] furti. ¶ Si tibi pecuniam dedero, vt c[illegible]ditori meo §.16.
ſolueres, & tu eam ei ſolueris proprii debiti nomine, teneris [illegible]mihi furti.
¶ Qui alienam rem vendit, in pretio furtum non facit [y]. ¶ Si quidam ſint §.17.&18.
ſocii omnium bonorum & vni eorum res pignori detur & ſubripiatur,
ipſe ſolus [z] habet furti actionem [a]. ¶ Neque verbo [b] neque ſcriptura ſed §.19.
contrectatione furtum fit. & opem & conſilium ferre, tunc nocet [c] cum
ſecuta eſt contrectatio. ¶ Qui aſinum [d] vel equum meum accepit, & §.20.
ſobolis

Digitized by Google

ſobolis cauſa ſubiecit ei ſuas equas, ſi furandi animo hoc fecit, vt fur
§.21. tenetur in duplum [e]: ſin minus, in ſimplum. ¶ Si cum eſſem Petro viro locupleti pecuniam crediturus, tu alium Petrũ inopem ſubieceris, quaſi locupletem, & cum eo pecuniam partitus ſis, vtrique furti obligamini.
§.22. ¶ Si quis ignorante venditore maiora [g] pondera ſubiecerit [h], & ipſe [i] &
§.23. emptor [k] furti actione tenentur [l]. ¶ Si quis ſeruo meo perſuaſerit, vt no-
§.24. men ſuum ex inſtrumento emptionis tolleret, tenetur furti. ¶ Quod ſi ei perſuaſerit, vt inſtrumenta mea deſcriberet, tenetur ſerui corrupti: ſi
§.25. ipſe [m] deſcripſit, de dolo. ¶ Si linea [n] margaritarum, vel vinum vel vaſa
§.26. ſubrepta ſint, neceſſe eſt numerum dici. ¶ Si quid ſubripiatur ſeruo habenti liberam peculii adminiſtrationem, & paciſcatur [o] cum fure non donationis cauſa [p], vel accipiat ab eo pœnam, vel rem quæ ei ſatisfaciat, tranſegiſſe videtur [q], & perit domino [r] furti actio [s]. ¶ Si quis poſtea-
§.27. quam iurauit ſe furtum non feciſſe, rem contrectet, non actione furti,
§.28. ſed perſecutione [t] rei ſuæ tenetur. ¶ Si ſeruus [u] hæres inſtitutus ſubripiatur, & ante aditionem hæreditatis moriatur, pretium [x] hæreditatis in a-
§.29. ctionem furti & in condictionem furtiuam venit. ¶ Si ſeruus in diem manumiſſus vel res ſub conditione legata ſubripiatur, & ante aditionem hæreditatis exiſtat conditio, non agitur furti [y], quia iam non intereſt hæredis. Pendente [z] autem conditione tanti [a] æſtimatur quanti vendi [b] potuit.

§.vlt. IDEM. ¶ Qui ex domo in qua nemo erat rapuit, vt fur manifeſtus cum viſus ſit à nemine, non tenetur in quadruplum, vt nec manifeſtus tenetur in duplum, vt raptor quoque tenetur in quadruplum [c].

a *Nouo domino.* Cum videlicet poſt mutationem dominii ſecuta eſt contrectatio. nam ſi ea deficiat, ceſſat actio furti, & quę priori domino competebat, puta ſi rem legauerit, quia legauerit, rei eſt ſucceſſor non actionis, ſicut hæres & bon. poſſeſſor & adrogator, qui actionum & totius iuris ſucceſſores ſunt, & habent etiam actionem furti, niſi vt dictum eſt ſupra, vt c 67.th.2. At quæritur quemadmodum actio furti detur legatario contrectata re furtiua poſt dominii mutationem, cum antequam poſſederit rem legatam eius dominus legatarius non fiat.

b *Competit actio furti.* Hoc intelligatur ſecundum diſtinctionem 11.c.10.tit.

c *Bonorum poſſeſſori.* Veluti cognato. quæ tit.10.c.7.rh.vlt.& 11.c.

d *Etiamſi dominus.* Qui vas argenteum perdiderat, egit furti, & controuerſia cum eſſet de pondere vaſis, & actor maius fuiſſe diceret quam eſſet reuera, vas fur protulit, & hoc videns dominus abſtulit ei, n hilo autem minus fur domino vaſis in duplum condemnatus eſt. & Vlpianus ait recte factam condemnationem. nam in actione furti, quæ pœnalis eſt, non venit res furtiua, ſiue manifeſti agatur, ſiue non manifeſti.

e *Rem furtiuam receperit.* Inuito fure. quære c.66.& 55.th.2. Nota Antiquum dicentem eum qui rem ſibi ſubreptam aufert per ſe, non puniri, vt furem, ſed aliter. & quære Inſt.4.tit.2.& huius libri tit.17.c.2.th.9.

f *Obligatus manet in duplum.* Vt tit.15.cap.2. quære cap.66. huius tit. & 55.thema.2.& tit.17. cap.8.them.1.

g *Qui ſeruum alienum ſuſcepit.* Quem non corrupit ante, propter 37.c.7.tit.

h *Fur non eſt.* Etiamſi inuito vel prohibente domino hoc fecit. Prohibere autem videtur dominus, etiamſi ignoret factum, & non conſentiat.

i *Mihi aduerſus fullonem.* Qua ipſe deliquit rem commodans, tenetur furti: qua vero non furandi animo hoc fecit, non eſt proprie fur, & ideo habet in furem actionem furti. quære c.12.& ibi additionem. Nota quando fur poſſit agere furti. & hoc ideo, quia non eſt ſimilis aliis furibus, qui omnino re ſua dominum ſpoliant, & ob nimiam turpitudinem odio ſunt digni maiore.

k *Ei aduerſus furem.* Debet enim rei cuſtodiam. quære lib.13 tit.2.c.1.th.28.

l *In hac ſpecie.* Et vt opinor, etiam in commodato & depoſito & aliis contractibus, ſi ii rem alii vtendam dederint.

m *Furi.* Id eſt, fulloni. Furem eum hic vocat, quod rem ſibi poliendam datam alteri commodauerit citra domini voluntatem.

n *Si ancilla pregnans.* Quære titul 6.cap.29.& ibi additiones, & lib.9, tit.8. cap.25.them. 5.& libr.2.titul.2. cap.26.& libr.50.titul.3.cap.4.thema 10.& cap.9.them.2.& tit.14. cap. ante tertii finem.

Digitized by Google

o *Partus furtiuus eſt.* Et non habet locũ vſucapio, ſicut ſi apud bonę fidei poſſeſſorem cõcepiſſet, vt ait 17. cap. 4. tit. 50. lib. Petitio autem pœnæ quantum ad partum ceſſat. Lege 1. th. 26. cap. 1. tit. quo dicit partum ancillę furtiuę, eius partem nõ eſſe. quod ſecundũ hanc diſtinctionẽ intelligitur.

p *Sine.* Quære lib. 46. tit. 1. cap. 26. th. 2.

q *Apud bonæ fidei poſſeſſorem.* Qui ignorans rem furtiuam tenet.

r *In hoc poſteriori caſu.* Cum non prægnans ſubrepta eſt, ſed apud eos concepit.

ſ *Ceſſat.* In bonæ fidei poſſeſſorem ceſſat actio furti. quære lib. 2. titu. 2. cap. 26. & lib. 31. titu. 7. cap. 1. th. 2. & tit. 7. huius lib. cap. 1. th. 7.

t *Actio furti.* Ceſſat actio furti partus nomine. At condictio furtiua competit.

u *Si concepit.* Quære lib. 50. tit. 3. cap. 4. th. 12. & cap. 10. th. vlt. & eiuſdem cap. 33.

x *Fœtus equarum.* Si ex equis furtiuis naſcantur equi apud bonæ fidei poſſeſſorem, ſtatim ei adquiruntur, & merito, quia in fructu rationis expertium numeratur fœtus. at partus ancillæ nõ eſt in fructu, & ob id etiam non fit bonæ fidei poſſeſſoris.

y *Vt fructus.* Quære lib. 25. tit. 2. cap. 1. th. 3.

z *Bonæ fidei poſſeſſoris fit.* Quære lib. 23. tit. 3. cap. 25. th. 2. Etiamſi prægnantes equæ ſubripiãtur. & quære lib 50. tit. 1. cap. 48. th. 2. & ibi Antiquum qui in partem ait ita, etiamſi prægnantes pecudes ſubreptæ vel venditæ ſint, & eiuſdem tit. 3. cap. 2. the. 14. quo lanam ouium ſi fur eas tondeat non poſſe vſucapi, ſi bonæ fidei poſſeſſor, ſtatim eius fieri. fructus enim eſt. Idem & in agnis ſi conſumpti ſunt. Ex vtroq; igitur huic capiti interpretationem adhibeas. At noueris extantes ex fructus à bonæ fidei poſſeſſore repeti.

a *Non eſt fructus.* Et ideo non fit bonæ fidei poſſeſſoris ſi prægnans mater eius ſubrepta ſit. quod in fructibus non eſt. Sed etſi apud bonæ fidei poſſeſſorem concipiat & pariat, non confeſtim eius fit ancillæ partus, vt fructus, ſed vſucapione triennii.

b *Et per vim.* Pone eum dominum inueniſſe forte fortuna ferentem in manibus pretium rei furtiuæ. quære & tit. 5. cap. 38. th. 3.

c *Subrepta re debitoris.* Interdum accidit vt non habeat furti actionem is cuius intereſt rẽ ſaluã eſſe. nam creditor ob res debitoris furti agere non poteſt, etiamſi aliunde creditum ſeruare non poſſit. Non loquimur autem de rebus creditori pignori obligatis. Nomine etiam rerum dotalium licet periculo mulieris ſint, non ipſa ſed maritus habet furti actionem.

d *Neque vxor.* Sed agunt ea actione, quam habent in debitorem & maritum, qui ſi ſoluendo non ſint, cedunt illis actionem furti.

e *Actionem furti habent.* Nam & ſi mulieri tacite obligata ſint omnia mariti bona, non tamen ſunt pignerata vt eis ſubreptis habere furti actionem poſſit. Furtum enim poſſeſſori fit. & quære ca 19. th. 2 & in eo nouam adnotationem.

f *Pignerata ſit.* Quære cap. 19. th. 2. & cap. 68. 10. 11. 12. 13. & th. 3. 4. & 5. cap. 14.

g *Cuius intereſt.* Ex his. n. quorũ intereſt is agit furti cuiꝰ intereſt quaſi domini vel ex cõtractu.

h *Non id.* In actione furti non quod intereſt duplatur vel quadruplatur ſed verum rei pretium. Poſt duplationem vel quadruplationem pretiũ petitur etiam id quod intereſt in ſimplum, vt ff. 52. Tunc vero pretiũ tantũ multiplicatur cum dominus agit: ſin minus, quod intereſt multiplicatur.

i *Quod intereſt.* Lege penult. th. 52. ca. & 68. 2. & inuenies etiam in actione furti quod intereſt duplari vel quadruplari, ſicut & condictione furtiua petitur quod intereſt, ſemel puta. & quære tit. 10. cap. 10 Quid eſt igitur quod ait hoc loco quod intereſt non duplari? Solutio. Multæ sũt ſpecies eius quod intereſt. aliud quod neceſſario debet lucrari dominus, quodque rei ineſt & non hodie exiſtit, ſed in futurum ſeponitur, vt cum ſeruus meus heres ſcriptus eſt. Hoc ſemper duplatur, ſicut & illud de quo 2. thema. 68. cap. Cum vero, finge, rem quis habet dignam 10. aureorum, & neceſſitatis tempore fit pluris, ſi ſubripiatur, hoc quod plus eſt veniet quidem in condictionem furtiuam. ceterum actione furti non duplabitur vel quadruplabitur.

k *Sed verum rei pretium.* Nam quid ſi equus ſubreptus ſit cuius pretium erat aureorum 40. qui tamen ſi gratis obligatus fuiſſet, principi plus domino profuiſſet?

l *Si condemnationis tempore.* Etiamſi condemnationis tempore res furtiua non ſit in rerum natura, nihilominus condemnatio fit, ſicut & ſi deterior res ſit, non ad hoc tẽpus ſed ad illud quo furtum factum eſt æſtimatione facta. Sed etſi poſt furtum res pretioſior fiat, ſecundum hanc rei æſtimationem, condemnatio fiet, quia & nunc videtur rei furtum fieri.

m *Sine furti.* Quid enim ſi illo tempore vænibant ſerui decem aureis, hoc vero 20. vel contra? quære tit. 10. cap. 13. th. 1. & lib. 22. tit. 6. cap. 9. & ibi Stephani adnotationem.

n *Si quid pecudes terreat.* Vt ſi oſtenſo panno rubro fugauerit pecus.

o *Si quidem dolo fecit.* Vt forte pretium ipſe cum latronibus partiatur.

p *Si ſine dolo.* Forte luſus cauſa ignorans imminere latrones.

q *Licet ipſa non teneatur.* Furti, ſed rerum amotarum. quære lib. 28. tit. 2. cap. 1. & 2.

r *Filius miles.* Filiusfamilias non habens caſtrenſe peculium.

ſ *Non tenetur furti.* Nec enim videtur filius patri furtum facere etiamſi faciat, quia quodammodo ſua furatur. Sed in rem vel cõdictione.

t *Sed ſi ſeruum* Quem habuit in caſtrenſi peculio.

v *Caſtrenſe peculium.* Quære lib. 10. tit. 3. cap. 11. & in eo Doxapatri adnotationem.

x *Tenetur vtili actione.* Exiſtimo vtilem furti hic dicere Iuriſcõſultum actionem in factum, quę id tantũ quod intereſt perſequitur, id eſt quod ſatis eſt. Quære lib. 28. tit. 2. cap. 15. & lib. 7. tit. 8. cap. 28. & ibi Thalelæi adnotationem.

y *Furtum*

Digitized by Google

z *Furtum.* Nam ſi filius habens caſtrenſe peculium furtum faciat patri, pater in eum habet vtilem actionem furti, cum poſſit ſatisfacere.

z *Effodiens ex agro.* Si in agro ſit ſulphuris metallum alteri conducto, & veniens aliquis inde effodiat & auferat ſulphur, cum eo dominus agit furti, colonus autem conducti actione conſequitur vt id ſibi præſtetur quod actione furti conſequutus eſt.

a *Quod fuerit.* Quia etſi colonus ageret, quod ferret, cederet lucro eius, vt lib. 20. tit. 1. c. 6. Igitur & cum non ipſe colonus, ſed dominus agit & aliquid conſequitur ab eo qui ſulphur ex agro ſubripuit quem alteri locauit, id merito reddit colono qui & mercedem conuentam ſoluit. Nota fructibus ex agro ſubreptis vel qua re alia quæ vicem fructuum obtineat, & colonum & dominum habere actionem furti. & quære c. 26. th. vlt.

b *Dominus conſequitur.* Pro ſubrepto ſulphure. Quære lib. 25. tit. 1. c. 22. & lib. 16. tit. 1. cap. 12. finem, & huius tit. c. 83. th. 2.

c *Colono reſtituit.* Ne plus mercede lucretur dominus.

d *Poliendum datum eſt.* Quære c. 14. th. 5. & 2. & cap. 12.

e *Habent furti actionem.* In eum qui rem commiſſam filio vel ſeruo abſtulit.

f *Soluendo eſt.* Et mota actione furti ſatisfacturi ſunt iis qui veſtimenta filio vel ſeruo tradiderũt.

g *Emit rem furtiuam.* Ignorans à fure.

h *Furti actionem habet.* Non quod periculo eius res ſit, ſed quia domini vicem obtinet & quia læſus eſt. nam ſi pretii damnum non faciat, non habet actionem, vt c. 72. th. 2. c. 75.

i *Si ſilignarium.* Vendentem ſiliginem.

k *Nomine meo acceperit.* Fingens apud ſilignarium ſe filium aut ſeruum meum eſſe.

l *Sed ſilignarius.* Quia non mihi ſed ſibi ſilignarius negotium geſſit. quære tit. 14. c. 2.

m *Qui detinebatur.* Vt fugitiuus in carcere vel cuſtodia.

n *Sine fideiuſſoribus.* Vt ſi credentes ſeruum eius eſſe ei dederint ſeruum meum.

o *Mihi tenetur furti.* Quære lib. 10. tit. 3 c. 7. th. 6.

p *Vt mihi cedant actiones.* Serui corrupti & de plagiariis vel de fideiuſſione.

q *Plagiarius eſt.* Habeo & ipſe actionẽ ſerui corrupti & accuſationẽ ex lege Fabia de plagiariis.

r *Ita tenetur furti.* Quære tit. 3. c. 27. th. 14. & 41. th. vlt. circa finem.

ſ *Habeo actionem furti.* Hoc eſt, is qui agit furti æſtimat pœnam non quanti erat furti tempore, nondum ex re mea vllo opere facto, ſed quanti nunc eſt opere facto. Is autem qui agit condictione furtiua, æſtimationem perſequitur rei quanti erat nondum opere facto. At quære tit. 1. c. 13. & ibi Antiquum. & c. 14. th. vlt.

t *Si ſeruus.* Si ſeruus volens pecuniam mutuari cum ei fides non haberetur affirmauit ſe liberum eſſe vt crederetur, non fecit furtum. quia nihil aliud quam idoneum ſe debitorem eſſe affirmauit. & ita filiusfam. ſi finxerit ſe patremf. eſſe vt ſibi promptius pecunia crederetur, nummorum furtum non facit.

u *Non tenetur furti.* Sed dominus vel pater de peculio. quod ſi non ſit peculium, ſeruus quidem verberatur, filius autem ſuiiuris factus creditori tenetur.

x *Teneris mihi furti.* Videlicet creditore eam conſumente bona fide. nam ſi extet, neuter liberatur, ſed eam vindico actione in rem, cum non ſit dominium translatum in accipientem citra voluntatem domini ſolutæ pecuniæ. mea enim voluntas hæc fuit, meo nomine pecuniam dari creditori & me liberari obligatione. De hoc lege lib. 26. tit. 5. c. 17.

y *Furtum non facit.* Hoc eſt, non tenetur in pretium & duplum pretii. nec enim pretium ſubripuit. Sed quanti erat res furtiua condemnatur. quære c. 48. th. vlt.

z *Ipſe ſolus.* Nec enim inuicem ſibi adquirunt ex ſpeciali delicto ortas actiones. quære lib. 12. tit. 1. c. 53. th. 15.

a *Habet furti actionem.* Et hac ſi quid conſequatur, id in ſocietatem confert.

b *Neque verbo.* Neq; nudo ſermone, vt ſi quis dicat ſe furari, neq; ſcripto, vt ſi ſcribat ſe furari, videtur furtum committi. Obtinet enim apud nos ſine contrectatione rei furtum non fieri. Vnde, & opem ferre & conſilium dare faciendi furti tunc nocet cum res contrectata eſt.

c *Tunc nocet.* Vt & lib. 2. tit. 2. c. 53. ait non nocere conſilium niſi & factum ſequatur.

d *Qui aſinum.* Quære lib. 15. tit. 1. c. 5. th. 1.

e *Tenetur in duplum.* Cyrillus & Index, tenetur furti, ſin minus, in factum.

f *In ſimplum.* Damni. læſus enim eſt equus.

g *Maiora pondera.* Quære lib. 10 tit. 3. c. 4. & c. 18. th. 3.

h Vt ſuperfluum cum emptore partiretur.

i *Subiecerit.* Quære lib. 19. tit. 8 c. 32. & 41. & tit. 41. c. 32. th. 2. & tit. 22. c. 6. th. 2.

k *Et emptor.* Emptor videlicet ſciens & paciſcens de parte cum eo qui ſubiicit maiora pondera ſecundum diſtinctionem præcedentis th. Alia eſt ſpecies 4. c. 3. tit. 10. lib.

l *Furti actione tenentur.* Nec enim videtur ex voluntate venditoris accipere, cũ erret in põdere.

m *Si ipſe* Non ſeruus. quære tit. 6. c. 11.

n *Si linea margaritarum.* Si margaritæ in lino vinctæ & catenæ vice compoſitæ ſubripiantur, numerum earum dicere debet qui de eis agit furti. nam & vino ſubrepto, neceſſe eſt dici quot amphoræ ſubreptæ ſint. Sed etſi vaſa ſubrepta ſint qualiacunque, eorum numerum dici oportet.

o *Et paciſcatur.* Id eſt remittat vel tranſigat ſeruus. Nota de peculiaribus actionibus ſeruos poſſe tranſigere licet dominis eorum actiones adquirantur.

p *Non donationis cauſa.* Sed vt forte hoc in debitum computetur.

Digitized by Google

q *Tranſegiſſe videtur.* Quære lib.11.tit.2.c.28.th.3. & c.59.& lib.2.tit.3.c.133.& lib.47.tit.1.c.7.& lib.19.& tit.1.c.18.th.vlt.& lib.18.tit.4.c.3.th.12.& lib.25.tit.3.c.1.

r *Perit domino.* Quia peculiaris eſt domini hæc actio.

ſ *Furti actio.* Nam licet domino adquiratur actio furti,tamen peculiaris eſt ſerui actio.

t *Sed perſequutione rei ſuæ.* In rem actione. nam actione furti eum liberauit iuſiurandum,quod habet Deum vltorem.Quære lib.22.tit.5.cap.13.th.3.& in eo ſecundam adnotationem & cap.28.th.7.

v *Si ſeruus heres.* Si quis ſeruum meum heredem ab aliquo ſcriptum ſubripiat,hereditatis etiam pretium petitur ſi ſeruum meum mori contingat ante aditam iuſſu meo hereditatem. Condictio quoque poſt mortem ſerui quod ratione hereditatis intereſt perſequitur.

x *Pretium hereditatis.* Quære tit.3.cap.23.& 50.th.2.

y *Non agitur furti.* Neque ab herede, quia eius ſeruus non eſt: neque à legatario, quia nihil ei ſubreptum eſt.

z *Pendente conditione.* Hoc eſt,adita hereditate & legati conditione pendente, quære tit.10. cap.14.& 11.& 10.th.2.& finem 10.

a *Tanti æſtimatur.* Tantum exiſtimatur intereſſe heredis ratione ſtatuliberi vel rei ſub conditione legatæ.& datur æſtimatio heredi quaſi adhuc domino.

b *Quanti vendi poteſt.* Nam priuſquam exiſtat conditio legati vel libertatis, ad heredem iure dominii pertinet,adeo vt poſſit ſtatuliberum & rem ſub conditione legatam vendere. Vendit autem non iuſto pretio,ſed quanti ſolet emi res de qua ambigitur,vt hic de conditione legati aut libertatis ambigitur,extitura ſit necne.

c *Tenetur in quadruplum.* Vi bonorum raptorum,& tollitur actio furti ſicut & ſi prius actum ſit furti,tollitur in duplo actio Bonis raptis & quære tit.17.c.1.

PAVL. Si iniuriæ cauſa ianuam tuam effregero,& ingreſſi alii res tuas ſubripuerint, non teneor furti. nam delicta ex voluntate & propoſito delinquentis diſtinguuntur [a]. ¶ Si abs te rem commodato accepi,quam ſeruus tuus ſubripiat,ego aduerſus te actionem furti, tu aduerſus me actionem commodati habes.Sed ſi remittas mihi commodati actionẽ, vel mihi reddas quod ea conſecutus fueris, euaneſcit [b] actio furti. Quod ſi ſeruus meus rem mihi commodatam ſubripiat, non furti, ſed cõmodati [c] tantum actione teneor.Qui aliena negotia adminiſtrat, ſi culpa eius [d] res perierit,non habet [e] actionem [f] furti. At niſi eam dominus cedat, non damnatur actione negotiorum geſtorum.Idem & in eo qui pro tutore negotia gerit,& in tutore qui cõtutoribus ſatiſdedit,& adminiſtrationem totam ſuſcepit.Si rem meam tibi ab alio donatam ſubripiam, habes in me furti actionem ſi potuiſti [g] retẽtione vti ob impenſas ea vindicata [h], vt ſi ſeruus erat & eum defendiſti noxali iudicio [i] vel circa ægrum ſumptus feciſti. l.53.in pr. §.1.

GAI. Et creditor [k] qui pignore vtitur & commodatarius qui alii rem ſibi commodatam commodat,& qui ideo rem amouet vt donet alteri, furti actione tenentur.videntur enim lucrari dum ex alieno largiuntur, & accipientem debitorem beneficii faciunt. ¶ Pœna ſoluta, ſalua rei furtiuæ vindicatio,& re furtiua ſoluta ſalua [l] eſt actio furti in duplum. ¶ Qui ſciens ferramentum [m] dedit ad furtum faciendum, licet nullum eius conſilium interuenerit [n], furti tenetur. ¶ Et tutor qui tutelam gerit [o] & curator tranſigentes [p] cum fure extinguunt furti actionem. ¶ Furem [q] nocturnum extra ciuitatem licet [r] occidere etiam ſi miles ſit,in ciuitate autem non licet occidere ſi aliter effugere periculum occiſor potuit. Diurnum vero non licet occidere niſi telum ferat. Teli appellatione ſignificantur omnia [ſ] quæ nocent.In vtroq; [t] autem id oportet cum clamore teſtificari. Fures nocturni grauius coercentur vſque ad damnationem in opus publicum ad tempus. Idem & in furibus balneariis. Sed ſi fures vel effractores vel iis ſimiles telo ſe defendant, etſi neminem percuſſerint, l.54.in pr. & §.1. §.3. §.4. §.vlt. §.2.

Digitized by Google

rint, humiles in metallum damnantur, honeſtiores relegantur. Qui autem interdiu furtum facit, ſi manifeſtus fur eſt, in quadruplum tenetur: ſi nec manifeſtus, in duplum. Et ſine periculo occidit quis qualemcunque ferrum ferentem, & qui furem occidit, dum timet ſibi, nõ punitur, niſi cum poſſet eum retinere, occidit. hic enim lege de ſicariis tenetur.

l.55. VLP. Creditor[u] qui rem ſibi pigneratam aufert[x], furtum non facit.

l.56. in pr. IVL. Interdum fur qui nondum pœnam intulit eiuſdem rei nomine tenetur alia actione furti, vt ſi rem ad dominum reuerſam[y], rurſus ſubripiat eidem vel ei cui is vendiderit aut commodauerit. Sed etſi perſona

§.1. domini mutetur[z], alia pœna obligatur. ¶ Si quis furem[a] deducat[b] ad præfect. vigilum[c] vel præſidem, & eo damnato recipiat rem furtiuam

§.2. vel ſimplum, vel cum eo aliud quid, extinguitur actio furti. ¶ Si ex pe-

§.3. culio[d] res ſubrepta redeat ad ſeruum, ſoluitur vitium furti. ¶ Si ſeruus ex ſuo peculio rem ſubripiat, niſi alii eam tradiderit, furtum non facit.

§.4. ¶ Tutor qui tutelam adminiſtrat cum fure tranſigere poteſt. & ſi res in eius poteſtatem redierit[e], deſinit eſſe furtiua. quia domini locum obtinet. eadem & de curatore furioſi, qui & dominium transfert[f] rerum furioſi. Tutor aut curator nomine eorum rem furtiuam vindicant.

§.vlt. ¶ Si duo ſerui tui argentum & veſtem meam ſubripuerint, & alterius nomine tecum de veſte actum fuerit, recte[g] alterius nomine agam de argento.

l.57. AFRIC. Non[h] ob id ſolum quod effoderit quis cretam ex agro meo, furti tenetur, ſed quod eam abſtulerit.

l.58. VLPIAN. Si filiofam. furtum factum ſit rei ſuæ vel ſibi locatæ, paterf. factus[i] recte aget.

l.59. IDEM. Si is qui mihi rem commodauit eam ſubripiat, non tenetur[k] furti. ſed ego actione commodati liberor, niſi ob impenſas neceſſario in eam rem factas vtilior mihi fuit retentio. tunc enim actio furti competit.

l.60. AFRIC. Ancilla[l] mea fugitiua & ſeipſam & partum videtur furari.

l.61. in pr. IDEM. Si vni ex dominis communis ſeruus furtum fecerit, neceſſe habet[m] alius vel partem ſerui cedere ei cui furtũ factum eſt, vel damnum[n] præſtare. & cum is cui furtum factum non eſt, partem ſuam alienauit, furti nomine emptor tenetur. quia noxa ſerui caput eius ſequitur. mortuo autem ſeruo, is cui furtum factum eſt, in damno verſatur[o]. Quod ſi

§.1.&2. liber fiat[p], cum eo agi poteſt ſicut nec ſi meus fuiſſet. ¶ Si ſeruus pigneratus quive in cauſa redhibitionis eſt, furtum faciat[q] creditori vel emptori, neceſſe habet debitor[r] & venditor[s] aut damnum reſarcire aut ſer-

§.3. uum relinquere ei cui furtum fecit, ¶ niſi ſcierit eum furem eſſe. quia

§.4. tunc omnimodo damnum præſtat. ¶ Idem & de locatore[t] aut commo-

§.5.6.&7 datore ſerui. ¶ Is autem qui depoſuit[u] vel qui mandauit[x] mihi vt certum ei ſeruum emerem, omnimodo[y] damnum præſtat mihi ſi is mihi furtum fecerit, niſi ego cauſam præbuero, committens ei res

§.8. quas dominus non commiſiſſet. ¶ Si in locatione[z] agri conuenerit[a] vt fructus mihi pignori eſſent, & tu eos ceperis vel vendideris[b] pendentes,

§ vlt. & emptor eos ceperit, locus eſt actioni furti. ¶ Si[b] eo qui manumiſſus

Digitized by Google

eſt ſub conditione ſi 10. dederit furtum faciente, noxali iudicio heres conueniatur & pendente iudicio heredi manumiſſus det 10. quę dare iuſſus eſt, ſi quidem ex peculio[d] dedit, non cogitur ea præſtare agenti noxali iudicio. Sed ſi aliunde ea præſtabit, quia ſi ante dationem [e] pecuniæ noxæ deditus ſeruus fuiſſet, non heredi, ſed ei cui deditus eſſet[f], daturus fuiſſet eam pecuniam quam conditionis implendæ cauſa dare iuſſus eſt.

MARC. Qui[g] fugienti monſtrat iter non eſt fur. l.62.

EIVSDEM. Non poteſt[h] præſes efficere vt furti damnatus non ſit in- l.63.
famis.

a *Diſtinguũtur.* Nota pulchram regulam, delicta ex affectione delinquentis diſtingui & quęre lib.2.tit.3.cap.153.

b *Euaneſcit.* Quia nihil mea amplius intereſt, rem ſubripi.

c *Sed commodati.* Propterea quod non committitur furtum inter me & ſeruum meum, ita vt habeam in eum furti actionem vel cõndictionem. nam quod ſeruus meus tenet, ipſe videor tenere. & ideo commodati duntaxat teneor.

d *Si culpa eius.* At 3.th.14.cap dedit actionem culpa rem amittenti. quære & cap.10.

e *Non habet.* Nam vel ratam dominus rerum adminiſtrationem habet, & ex hoc tempore negotiorum geſtorum competit actio furti, non ex præcedenti: vel ratam non habet, & tunc quemadmodum poſſet agere, re aliena ſubrepta?

f *Actionem furti.* Necdum enim conſtat an dominus ratam faciat adminiſtrationem, & locum habeat actio negotiorum geſtorum, cui ſi ratam non faciat adminiſtrationem, locus non erit. Idem & in iis qui ſequuntur, qui ex mandato vel ſententia dominorum negotia non gerunt. & vero quẽadmodũ fures ſuſcipient actionẽ, dicturi plane actoribus, in rebus alienis quib' non volũtate dominorũ pręfuerunt, nullam eis eſſe actionem, aliasq; negotiorum de fortuitis non tenetur.

g *Si potuiſti retentione vti.* Quære cap.15.th.3.& cap.60.& 67.

h *Ea vindicata.* Id eſt, re à me vindicata in rem actione.

i *Noxali iudicio.* Id eſt, conuentus noxaliter non dediſti ſeruum pro noxa, ſed defendiſti.

k *Et creditor.* Si pignore creditor vtatur, furtum committit. Sed & ſi quis quod à me commodato accepit, alii commodauerit, furtum committit. ex his igitur ſatis apparet furtum fieri, etiamſi quis vſum ſolum alienæ rei in ſuum lucrum conuertat. nec mouere quem debet quaſi nihil hic ſui lucri cauſa faciat. Species enim lucri eſt ex alieno largiri & beneficii debitorem facere eũ qui beneficiũ accipit. vnde & ſi ideo quis rem ſubripiat vt donet alteri, furti tenetur. Nota nouum genus lucri.

l *Salua eſt actio furti.* Quære cap.48.& 66.& tit.15.cap.2.

m *Qui ſciens ferramentum.* Vectem vel alia ferrea inſtrumenta.

n *Interuenerit.* Licet ipſe principaliter nihil ſuaſerit.

o *Qui tutelam gerit.* Nota quando tutor & curator recte tranſigant. & quære cap.57.th.5. An indiſtincte, in omnib. iuuenis cauſis tutor & curator recte tranſigunt? ſic ſane. Sed ſi eo circunſcribatur iuuenis, & hoc probetur, habet reſtitutionem in integrum.

p *Tranſigentes.* Qui pupilli vel adoleſcentis res abſtulit.

q *Furem nocturnum.* Quære tit.3.cap.3.& 4.lib.10.tit.2.cap.7.th.3.

r *Licet occidere* Quære tit.39.cap.17. cuius initium, Qui aggreſſorem occidit.

ſ *Significantur.* Veluti ferrum, ligna, lapides, & generaliter quæcunque nocendi cauſa habẽtur. Quære lib.2.tit.2.cap.233.th.2 & huius lib. tit.18.cap.11.th.2.

t *In vtroque.* Id eſt, in ciuitate nocturno & diurno, vt tit.3.cap 4.& in eo Antiquus.

v *Creditor.* Cum creditor rem ſibi pigneratam aufert, non videtur eam contrectare inuito domino, nec furtum facere, ſed potius ſuo pignori incumbere.

x *Aufert.* Non vi, non furandi animo, ſed ſuo iure audenter, ita vt & ſi ſciret dominus, ſe iniuria affici exiſtimaturus non foret. Iure pignoris. Nam ſi ea mente vt dominio rei dominum interuertat, furti tenetur. Quære lib.25.tit.2.cap.40.& ſecundum illud hoc intelligatur, vel illud intelligatur de immobilibus, hoc de mobilibus, in quibus & habere locum actio furti poſſit. & ponendum creditorem non furandi animo rem abſtuliſſe. Lege & Inſtit.4.tit.2.& magis ſecundum illud hoc intelligatur, & huius lib. tit.17.cap.2.th.9.& 10.

y *Reuerſam.* At ſi alius furi furtum faciat, & rurſus ille illi. bis quidem furtum facit, ſemel vero tenetur. At dominus habebit in ambos inſolidum actionem, vt cap.77.th.2.

z *Mutetur.* Pone rem Titio ſubreptam in dominium Seii tranſiiſſe, & rurſus ab eodẽ eandẽ rem ſubtractam. Duabus furti actionibus tenetur.

a *Si quis furem.* Qui furem tradit præf. vigilum vel præſidi prouinciæ, eligere viã creditur qua rem conſequi poſſit, & ſi ibi lis terminata, & damnato fure recepta eſt res furtiua, in ſimplum videtur quæſtio furti ſublata, maxime ſi non ſolum rem furtiuam fur reddere iuſſus fuerit, ſed amplius aliquid in eum iudex conſtituerit. Sed & ſi nihil aliud quam furtiuam rem reſtituere iuſſus fuerit, & hoc ipſo quod in periculum maioris pœnæ fur deductus eſt traditus præf. vigilum, vel præſidi, videtur & ita quæſtio furti tranſacta.

b *Deducti*

b *Deducat.* Nam qui ſua ſponte furem tradit præſidi puniendum, videtur pœnam corporalem vice dupli aut quadrupli eligere, & caſtigationem furis proprio quodammodo lucro permutare. At ſi ita tradidit quaſi verberandum non aliter traditurus, non videtur remittere actionem dupli. & nota diſtinctionem.

c *Ad præfectum vigilum.* Quære lib. 28.tit.2.cap.13.th.8.& tit 3.cap.8.& huius libri tit. 51.cap. 10.th.vlt.& lib.2.tit.2.cap.131.& 243.& lib.49.tit.4 cap.14.& 15.Nota quando data ſola re furtiua actio furti extinguatur,& eſt neceſſarium hodie in ſeruis deprehenſis & ad præſides deductis.

d *Si ex peculio.* Si res ex peculio ſerui ſubrepta in poſſeſſionem ſerui redierit, non eſt furtiua, ſed incipit rurſus in peculio eſſe,& à domino poſſideri. Cum vero ipſe ſeruus rem ſui peculii furandi animo aufert, quandiu eam retinet, rei conditio non mutatur.nec enim furtiua fit, cum domino non abſit.Sed ſi alii ſeruus rem tradat,tunc furtum facit, & fit res furtiua.

e *Redierit.* Lege lib. 50.tit.4.cap.7.th. 4.& ibi Antiquum dicentem rem ſubreptam à tutore ex bonis impuberis non aliter deſinere eſſe furtiuam, quam ſi ad dominum redierit, & in eius poteſtatem. quod recte dici arbitror propterea quod ibi tutor proponitur furtum feciſſe. & veriſimile non eſt, Iuriſconſultum dicere, purgari vitium furti ſi redierit ad furem non ad dominum.hic igitur dicendum rem furtiuam reuerſam ad tutorem ideo liberari vitio furti, quod ab alio & non à tutore ſubrepta ſit. Tutor autem, vt ait 27.cap.7.tit.37.lib. in iis quæ pupillo proſunt, loco domini eſt.Quære lib.50.tit.3.cap.41.diſcrimen in procuratore qui non obtinet locum domini.

f *Dominium transfert.* Cum res corrumpi poteſt, vel immobilem cum decreto.

g *Recte alterius nomine.* Et nullam exceptionem habebis ob eam rem, quod iam de veſte actum ſit.

h *Non ob id.* Si ex agro meo cretæ auferendæ cauſa foueam vel ſpecum quis feciſſet, & cretam abſtuliſſet, fur eſt, non quia fodiſſet cretam, ſed quia abſtuliſſet.

i *Paterf. factus.* Morte patris & heres ei factus. nam ſi alia ratione paterf. fiat, agere furti nõ poteſt. Ius enim quod hæret perſonæ, non transfertur niſi in adoptatorem & heredem.

k *Non tenetur furti.* Quia rem ſuam abſtulit. Quære lib.13.tit.1.c.21.& ibi Antiquum,& cap.18. th.vlt Quære cap.14.th.2.& cap.54.th.2.& tit.6.cap.39.

l *Ancilla mea.* Quære tit.6,cap.27.& tit.6.& in eo additiones.

m *Neceſſe habet.* Per actionẽ communi diuidũdo, non per noxalem,& quære tit. 5.cap.8.& 41.

n *Vel damnum præſtare.* Quære lib.25.tit.1.cap.31.

o *In damno verſatur.* Et nihil poteſt dicere niſi ex ipſo furto aliquid ad ſocium peruenerit.

p *Liber fiat.* Nam & ſi ei qui dominus eſt, inſolidum ſeruus furtum faciat, non tenetur furti poſt libertatem. quære lib. 48. tit.14.cap.4.& lib.24.tit.5.cap 6.Et poteſt etiam dominus ex parte ſeruum communem ob furtum caſtigare.& quære cap.17.& eius Antiquum.

q *Furtum faciat.* Simile quære lib.25.tit.1.cap.31.

r *Debitor.* Per actionem pigneratitiam contrariam.

ſ *Venditor.* Vt enim acceſſiones & fructus emptor cogitur reddere venditori actione redhibitoria, & ſic venditor econtrario vel damnum furti decidere debet vel pro noxa ſeruum relinquere.

t *De locatore.* Simile lib.20 tit.1.cap.43.Quære & lib.13.tit.1.cap.22.

u *Qui depoſuit.* Exiſtimo ideo hos omnimodo id quod intereſt præſtare, quia commodum ſolius depoſitoris & mandatoris eſt, quibus & abunde ſufficit in afflictione forſitan aliqua homines inueniſſe, quibus res ſuas cuſtodiendas darent, nec fuit ea eorum mens, vt læderentur ii à quibus commodata ferrent Non obſtat 8. them. 26.cap 14. lib. nam ibi mandator non mandauit certum ſeruum emi,& ob id tenetur non omnimodo in id quod intereſt, ſed electionem etiam habet relinquendi ſerui.

x *Commodatore.* Quære lib.14.ca.26.th. 8.& Stephani adnotationem,& lib.24.tit.5.c.6.finẽ.

y *Omnimodo damnum præſtat.* Siue ſciat, ſiue ignoret furem eum eſſe. & nota quomodo in pignore & venditione de ſcientia & ignorantia tractat. In depoſito vero & mandato indiſtincte ſiue ſciat, ſiue ignoret, eſſe furem, omnimodo damnum præſtare tenetur non noxæ dedere.

z *Si in locatione agri.* Locaui tibi agrum, vt fieri ſolet, conuenit inter nos, vt fructus ob mercedem pignori mihi eſſent ſi eos fructus clam deportaueris,& aliubi tranſtuleris, furti tecum agi poſſe Iulianus aiebat. Sed ſi pendentes adhuc fructus agri alii vendideris, & emptor eos deportauerit, conſequens eſt, vt dicamus fructus incidiſſe in vitium furti, & furtiuos fieri. quandiu enim ſuo loco cohærent fructus, agri videntur eſſe & in eo colonum, quia voluntate domini eos percipit, dominum eorum fieri dicimus. quod in propoſita ſpecie non æque dicitur. qua enim ratione coloni fieri poſſunt, cum emptor eos ſuo nomine cogat?

a *Conuenerit.* Ex abundanti nam & tacite fructus ob mercedẽ pignori ſunt, vt li.25.tit.3.cap.7.

b *Vel venditoris.* Si pendentes eos colonus vendiderit. quia eorum adhuc dominus erat idẽ qui & fũdi, cum ſint pars fundi. domino datur actio furti in duplum ſolidę fructuum ęſtimationis. Sed ſi colonus eos fundo ſeparauerit & collegerit, qui perceptione dominus eorum fit, domino fundi datur actio furti, non in duplum æſtimationis fructuum, ſed in duplum mercedis quod fructus obligati fuerint ob mercedem, & videatur colonus vendendo fructus, mercedis furtum facere.

c *Si eo qui manumiſſus.* Statuliberum ſeruum 10. dare iuſſum & liberũ eſſe noxali iudicio defendit heres,& pendente iudicio datis 10. heredi ſtatuliber, liber factus eſt. Videamus an nõ aliter debeat heres liberari iudicio noxali, quam ſi 10. quę accepit ab ſtatulibero actori dederit. Hac de re

Digitized by Google

quæſtio cum eſſet, Iulianus ait intereſſe vnde pecuniam dederit. & ſi aliunde quam ex peculio dedit, vt eam heres præſtet. quia ſi non pendente iudicio manumiſſus, ſed prius noxæ deditus fuiſſet, illi cui deditus eſſet in noxam, 10. dediſſet. Si vero ex peculio 10. dedit, quia hæredis ſunt nummi quos noxæ dedito ſeruo non paſſurus ſit hęres eum ſumere ex peculio, contra ſtatuendum eſt, hoc eſt nõ debere hęredẽ actori 10. præſtare. Quære lib. 24. tit. 1. c. 5. & li. 48. tit. 5. c. 5. 6. 7. 8. 17. 18. & 21.

d *Ex peculio.* Quia enim ex peculio ſeruus dedit quod hęredis eſt, propterea quod morte domini manumiſſo ſeruo eum peculium non ſequitur, ideo quod dedit ſeruus ſi ex peculio ſit hęres non reſtituit.

e *Si ante dationem pecuniæ.* Quia quod pendet non videtur eſſe, vt lib. 2. tit. 3. c. 170. recte deditur. ante deditionem vero exiſtente conditione liber ſit & non deditur, ſed ipſe iudicium ſuſcipit, vt tit. 5. huius lib. c. 15. th. 1. & 2. Lege & 14. c. eiuſdem.

f *Cui deditus eſſet.* Nam quæcunque poſt legatam ei libertatem adquirit ſeruus, ſi ante dationem & adquiſitionem eorum dedatur ei cui furtum fecit, ea ei adquirit quaſi facto domino per deditionem, nondum exiſtente conditione libertatis. merito igitur & hæc dicimus reſtitui ei cui furtum factum eſt, non apud hæredem remanere.

g *Qui fugienti.* Non dolo vel eius celandi cauſa.

h *Non poteſt præſes efficere.* Non poteſt præſes prouinciæ furti damnare aliquem, & ſeruare ei exiſtimationem. Quære lib. 21. tit. 2. c. 13. th. 7. & eius quod obſtare videtur ſolutionem, & huius lib. tit. 51. c. 10. th. 3. & lib. 49. tit. 4. c. 14. 15. & huius lib. tit. 1. c. 10. th. 1.

NERATIVS. Si[a] legatus mihi ſeruus furtum hæredi[b] fecerit ante adi- l.64.
tionem hæreditatis, & eum vindicauero poſt aditionem, eius nomine
teneor actione furti, nec[c] enim videtur hæredis fuiſſe.

VLPIAN. Fur[d] etiamſi mutato conſilio rem domino reddiderit, non l.65.
deſiit[e] eſſe fur.

PAVL. Debitor vendens pignus, furtum[f] committit, ſiue id[g] tradidit l.66.in pr.
creditori, ſiue ſpecialiter tantum obligauit. ¶ Si res[h] quæ eſt apud furem, §.1.
legetur[i] mihi, & contrectetur[k], mihi ſoli competit actio furti non etiam
hęredi ſuo nomine. quia quacunq; ratione mutato dominio, domino a-
ctio furti[l] competit. ¶ Si quis[m] mulionẽ dolo malo in ius vocarit, & mu- §.2.
læ interim perierint, tenetur furti. ¶ Seruus qui ſolebat tractare pecuniã §.3.
domini poſt libertatem, exigens debitum, vel tutor poſt pubertatem te-
netur furti. ¶ Si mihi Petro credituro[n] quendam non idoneum quaſi Pe- §.4.
trum ſubieceris, ſiquidem ſciuit[o] ſubiectus, vtrique furti obligamini: ſi
vero neſciuit, neuter[p] actione furti, tu[q] doli nomine in factum tene-
ris[r]. ¶ Si ſtipulatus[s] de te ſim, per te non fieri quominus Petrus ſeruus §.vlt.
mihi detur intra kalendas, & ſubripiatur, niſi[t] per te factum ſit quomi-
nus mihi detur, neque ex ſtipulatu in te actionem habeo, neque furti in
furem.

CELS. Qui inficiatur[u] depoſitum, non tenetur furti, niſi & animum l.67.in pr.
habeat eius habendi ſibi. ¶ Si pœnam[x] promiſero, niſi darem illam rem, §.1.
& tu eam ſubripueris, etiam pœna[y] in actione furti æſtimatur. ¶ Si ſub- §.2.
reptus ſeruus[z] minor annorum vii.[a] creuit apud furem, adoleſcentis[b] æ-
ſtimatio in actione furti ſpectatur. hoc enim actori vtilius eſt. ¶ Si quod[c]
fur ſubripuit, alius ei auferat, & id rurſus ſubripiat, duo quidem furta fa-
cit, ſed furti ſemel duntaxat tenetur. ¶ Si ſeruus furtiuus furi furtum fe- §.4.
cerit, in dominum[d] eius competit actio furti. ¶ Si ſeruus[e] ineptus fiat, nõ §.5.
poteſt[f] emptor furti ſibi facti nomine poſt emptionem antequam is red-
deretur[g], cum venditore furti[h] agere. ¶ Colonus[i] qui impleto tempore §.vlt.
conductionis inuito domino fructus percipit, tenetur furti. Sed & fur
conſumens rem furtiuam, repetitione tenetur.

MARC. Rei hereditariæ[k] furtum non fit, niſi forte[l] à defuncto alii fu- l.68.
erit commodata vel pignerata.

SCÆVO-

Digitized by Google

l.69. SCÆVOLA. Vel in ea alius vſumfructum habuerit. In his enim [m] & furtum committitur & competit [n] heredi.

l.70. MARC. Et vſucapio impeditur.

l.71. in pr. IAVOLEN. Si cum commodatario [o] furti actum ſit, commodati actio [p] extinguitur. Si vero actum ſit commodati [q], actioni furti obii-
§.1. citur [r] exceptio. ¶ Qui exiſtimat [s] ſe heredem eſſe, licet vſucapiat, actionem tamen furti non habet. quia in id quod intereſt datur. Intereſt autem eius qui damnum patitur, non eius qui lucrum non facit.

l.72. MODEST. Si libellos [t] compoſuero quaſi eos daturus officio, [u] nec dedero, ſed eos alius clam auferens recitarit pro tribunali, tenetur furti [x].

l.73. IAVOL. Creditor [y] vendens pignus ante diem vel ſine conuentione, tenetur furti.

l.74. SI ancillam [z] bona fide emptam ſubripuerit quis, & emptori in duplum [a] eius quod intereſt [b] tenetur, & domino in duplum pretii eius.

l.75. POMP. Si quis ſe procuratorem eſſe ſimulans effecerit vt ſibi vel cui me delegauit adpromittere, non tenetur furti. quia nō eſt corpus [c] quod contrectatum ſit.

l.76. IDEM. Si quis re depoſita vel commodata aliter vtatur, exiſtimans nō inuito domino ſe id facere, nec furti nec depoſiti tenetur. In commodati autem actione culpam [d] quærimus, id eſt, an [e] non debuerit exiſtimare
§.1. id [f] dominum permittere. ¶ Fur altero ſubripiente ſibi rem furtiuam, nō habet [g] cum eo actionem furti [h], etiamſi dominus non extet, nec extaturus ſit. Habet igitur dominus in vtrunque actionem furti & condictionem furtiuam, nec lite aduerſus vnum conteſtata [i] extinguitur actio aduerſus alium.

l.77. IDEM. Qui ſaccum habentem pecuniam ſubripit, ſacci etiam nomine furti tenetur, licet non habuerit animum ſubripiendi eius.

l.78. PAVL. Qui rem inſpiciendam accepit [k], ſi periculum eum ſpectet, habet furti actionem.

l.79. IDEM. Si debitor [l] pignus ſubripuit, quod actione furti ſoluit, non recipit [m].

a *Si legatus.* A Titio herede ſcripto ſeruus Seio legatus ante aditionem heredis ei furtum fecit, adita vero hereditate Seius ſtatim legatum agnouit, Titius cum eo furti aget. quia neque tunc cum faceret furtum, eius fuit. & licet quis exiſtimet, ſi ſeruus eſſe cœperit eius cui furtum fecerat, tolli actionem furti, vt nec ſi alienatus ſit poſſit cum eo agi, hic tamen nec poſt aditam hereditatem Titii factus eſt. quia ea quæ legantur quæ recta via à teſtatore in legatarium tranſeunt in medio heredis fuiſſe non creduntur. Nota legata non videri heredis facta ne minimo quidem tempore, etiamſi ipſe eis ea reſtituerit.

b *Furtum heredi fecerit.* Rei non hereditariæ.

c *Nec enim videtur.* Quære lib. 18. tit. 5. cap. 9. circa medium. & lib. 44. tit. 1. cap. 38. & 85. the. 5. & cap. 70.

d *Fur.* Quære c. 48. & 55. th. 2. & tit. 15. c. 2. & tit 10. c. 17.

e *Non deſiit eſſe.* Sed tenetur in duplum. At in actione Metus cauſa ſi ſimplum vltro præſtiterit, pœna extinguitur. nec enim de pœna eſt propria actio, ſed pœnæ res ineſt, vt lib. 10. tit. 2. c. 13. th. 2.

f *Furtum committit.* Quantum attinet ad ius hypothecæ.

g *Sine id tradidit.* Quære c. 19. th. 2. & lib. 25. tit. 1. & 3. & 16.

h *Si res quæ eſt.* Si is cui res ſubrepta eſt eam dum detinetur à fure legauerit mihi, quæritur, ſi poſtea fur rem contrectet, an teneatur mihi actione furti. & ſecundum Octaueni ſententiam placuit mihi ſoli actionem furti competere, & heredem ſuo nomine hanc actionem non habere. quia ſi quacunque ratione dominium rei furtiuæ mutatum ſit, conſtat nouo domino competere furti actionem.

i *Legetur mihi.* Ab eo cui furtum factum eſt.

k *Et contrectetur.* Quere ca. 11. tit. 10. & cap. 57. propria enim voluntate id alienauit ſecundum 12. cap. 10. tit.

l *Actio furti.* Non condictio furtiua. & quære tit. 10. ca. 10. th. 1. & cap. 11 Nam actio furti datur cuilibet cuius intereſt, & ideo legatario datur. Condictio furtiua ſoli domino datur non legatario nondum facto domino, re nondum apprehenſa.

m *Si quis mulionem.* Mala animi deſtinatione, hoc eſt, vt eo liti operam dante perirent mulæ.

n *Credituro.* Vel depoſituro quaſi idoneo. Pone me in eum inquiſiiſſe, & idoneū eū reperiiſſe.

o *Si quidem ſciuit.* Nam ſi ſciuit, apparet eos voluiſſe inter ſe diuidere pecuniam, & cum ambo acceperint, furtum faciunt. Sed ſi ignorauit is qui accepit ſolus neuter fur eſt, ille quia ignorauit, hic quia non accepit. Igitur quia dolo fecit, qui alium ſubiecit, in factum tenetur.

o Me fraudari & decipi.

p *Neuter.* Cum enim principaliter furtum non fit, nec is qui ſubiecit aliquem cui crederetur, furtum committit.

q *Tu doli nomine.* Quære lib. 10. tit. 3. cap. 7. th. vlt.

r *In factum teneris.* Videlicet poſt biennium actionis de dolo, tenetur perpetuo in factum, vel finge talem eſſe perſonam, vt agi cum ea furti non poſſit, vel biennium præteriiſſe.

ſ *Si ſtipulatus.* Si ſtipulatus de re ſim, per te non fieri quominus mihi Eros ſeruus detur intra Kalendas illas, quāuis mea interſit eum nō ſubripi, cum ſubrepto eo non recte ſim aduerſus te acturus ex ſtipulatu, tamen niſi per te fiat quominus mihi detur ſeruus, non habeo in te actionem furti.

t *Niſi per te.* Id eſt; ſi nondum venerint dies Kalēdarum. Sed & ſi venerint, ex ſtipulatu quidem actionem habet, ſed non furti, quia poſſidenti furtum fit.

v *Qui inficiatur* Nemo inficiando depoſitum quod accepit, furtum facit. nec enim furtum eſt ipſa inficiatio, licet proxima ſit furto. Sed ſi apprehendat rem depoſitam eius corrumpendæ ſiue ſubripiendæ cauſa, tunc furtum facit. & nihil refert in ſuo digito habeat depoſitum anulum, & neget eum ſe habere, an in dactyliotheca depoſuerit eum, & tenens pro depoſito, habere pro ſuo deſtinauerit. Inficiatur depoſitum ſi actori dicat: Proba vera eſſe quæ intendis. eorum enim ego conſcius non ſum. Quære lib. 13. tit. 2. cap. 13. th. 1. & 2. & lib. 50. tit. 2. cap. 3. th. 17. & cap. 47. Nota inficiatorem depoſiti non eſſe furem. & quære cap. 1. th. 2. nec enim inficiatio ſola depoſiti inducit furtum, ſed probari oportet eum rem depoſitam pro ſua habere, & furtum facere deſtinaſſe. hoc vero & in alia re ſimili ſatisfiet tibi. nec enim continuo de vi mihi poſſeſſor tenetur.

x *Si pœnam promiſero.* Si ſtipulatus ſim, niſi intra diem certum rem dederis pœnam præſtari, & ea res ſubripiatur tibi, atque adeo cum non poſſes eam dare in pœnam incideris, agente te furti in eam actionem veniet damnum pœnæ.

y *Etiam pœna.* Hoc eſt, non tantum datur duplum rei, ſed & pœna in quam incidi.

z *Si ſubreptus ſeruus* Infantem quis ſubripuit, & is apud eum creuit, tam adoleſcentis quam infantis nomine tenetur furti. nam & infantem & adoleſcentem contrectauit. Attamen vnum eſt furtum, & ſemel petitur duplum quanti vnquam plurimi ſeruus fuit. nam quod ſemel duntaxat agi furti cum eo poteſt, nullam differentiam facit propoſitæ quæſtioni.

a *Minor annorum* 7. Quære lib. 2 tit. 3. cap 138. th. 2. & non opponatur tibi, ſed lege ibi adnotationem, & tit. 6. huius lib. cap. 10. 11. quod vtrunque interpretatur.

b *Adoleſcentis æſtimatio.* Quære tit. 10. cap. 13. & lib 22. tit. 6. cap. 9. & ibi Stephani adnotationē.

c *Si quid fur ſubripuit.* Si quis alius ſeruum furi ſubripuerit, & rurſus prior fur eum poſteriori abſtulerit, licet duo furta fecerit eiuſdem ſerui, domino primum, deinde furi, tamen ſemel tantū furti tenetur.

d *In dominum eius.* Nota furem habere in dominum noxalem furti actionem, & ratio hæc eſt, ne talia delicta ſeruorum non tantum ipſis ſeruis inpunitatem, ſed dominis eorum quæſtui ſint. plerunque enim eius generis ſeruorum furtis peculia eorum augentur.

e *Si ſeruus inemptus.* Emi ſeruum de te, & conuenit, vt ſi mihi diſpliceret, inemptus eſſet, vel ob vitium egi redhibitoria & inemptus factus eſt, ſi poſt emptionem furtum mihi fecit antequam tibi redderetur, non poſſe tecum agere furti noxali. quia dominus eram cum mihi furtum fecit. Quære lib. 19. tit. 10. cap. 23. th. 6. nec tibi opponatur legenti finem. 2. th. 29. cap. eiuſdem tit.

f *Non poteſt.* At in redhibitione ſerui debet damnum illatum præſtare, vel ſeruum relinquere, vt 2. th. 62. cap.

g *Antequam is redderetur.* Hoc eſt, cum eum haberet necdum redhibuiſſet.

h *Furti agere.* Sed habet actionem ex empto, per quam non cogitur reddere ſeruum, niſi ei præſtetur indemnitas, ſed pretium ſerui recipit, ſeruum autem retinet pro iis quæ ſubripuit. lege additiones 19 lib.

i *Colonus qui.* Si colonus impleto quinquennio cōdictionis inuito domino ſequentis anni fructus perceperit, & meſſis & vindemiæ nomine furti tenetur. conſtat vero omnem furem etiamſi rē furtiuam conſumpſerit, teneri condictione furtiua. Quære lib. 23. tit. 1. cap. 4. the. 3. & li. 20. ti. 1. cap. 14. th vlt. & cap. 14.

k *Res hæreditaria.* Rei hæreditariæ, id eſt, nondum aditæ hæreditatis furtum non fit, niſi forte pignori dederat defunctus, vel commodauerat. vel in ea vſusfructus alienus erat. His enim caſibus etiam hereditariarum rerum furtum fit, & vſucapio earum impeditur. idcirco heredi quoque adeunti competit actio furti.

l *Niſi*

l *Nisi forte.* Idco enim furti agere heres non poteſt. quia res hereditariæ à nemine poſsidebantur. furtum enim fit in perſonam Hic vero erant perſonæ quæ poſsidebant.& nota rem nouam, ex his petionis heredi lucrum adferri.

m *In hic enim.* Vtpote perſona exiſtente, & in perſonam furto commiſſo. quære cap.14. th.7.

n *Et competit heredi.* Videlicet habentis nudam proprietatem rei furtiuæ ab vſufructuario ſubreptæ. quia enim apud perſonam res eſt, id eſt, fructuarium, tenetur proprietario, cui poſſidet, adeo vt & per eum rem proprietarius vſucapiat. nam ſi fructuarius mortuo domino & nondum adita hereditate rem ſubripiat, cuius vſumfructum habet, & poſtea heres proprietarii adeat hereditatem, vtiliter furti cum vſufructuario aget: quia etſi furti tempore hereditas adita non fuerit, tamen res apud perſonam fuit, & merito furtum committitur, & furti actio poſt aditionem heredi adquiritur per eum qui ſubripuit.& lege ſequens 71.ca. Sed & ſi ab alio dixeris furtum commiſſum, nihil diſſonans dixeris. nam & ſic per fructuarium heredi adquiritur. quære lib.50.tit.2.ca.30. th.7.& tit.1.cap.34.

o *Si cum commodatario.* Si commodatarius rem ſubripiat, poteſt commodati & furti conueniri. at ſi actum ſit furti, extinguitur commodati: & ſi actum ſit commodati. actioni furti obſtat exceptio.

p *Commodati actio* Quære lib.13. tit.1. cap.7. circa finem, & ibi ſecundam adnotationem huic congruentem. Aliud in actione pro ſocio.& quære lib 12.tit.1.cap.46.47.& ibi Antiquos.

q *Actum ſit commodati.* Quære lib.52.cap.33.the.2. quo dicitur actione commodati condictionem furtiuam tolli & è contrario.

r *Obiicitur exceptio.* Quidam dicunt, pro concurrenti quantitate. lege tamē παραπεμπτάς.

ſ *Qui exiſtimat.* Qui poſsidet pro herede, re ſubrepta non habet actionem furti, licet eam poſſit vſucapere. quia is demum recte agit furti, cuius intereſt rem non ſubripi: intereſt autem eius qui damnum paſſus eſt, non eius qui lucrum facturus eſſet non re ſubrepta. Sed & ſi heres verus fuit, & res aliena ex lucratiua cauſa defuncto obuenerit, ea ſubrepta non habet actionem furti. at ſi emerit forte eam defunctus à non domino, tunc aget furti, quia damnum patitur, & non lucrum facit. quære lib.50.tit.5.cap.5.6.7.8.& in 6. Thalelæi adnotationem. & diſces Conſtitutionibus tolli vſucapionem pro herede. Aliis bonæ fidei poſſeſſoribus veluti emptori, vel ei qui permutauit re ſubrepta datur actio furti, vt cap.52.th.5.

t *Si libellos compoſuero.* Sempronia libellos compoſuit quaſi datura centurioni. Sed nō dedit. Lucius vero aliquis eos recitauit pro tribunali quaſi ad officium à Sempronia miſſos. quæſiti autem libelli in officio inuenti non ſunt. quæro quo crimine ſubiiciatur Lucius qui libellos recitauit pro tribunali, neque centurioni, neque officio traditos.& Modeſtinus ait ſi clam ſubtraxit eos ex domo Semproniæ, furtum commiſſum. Nota hoc caput. id enim habes hodie ad libellos in iudicio datos. magis vero ad eos qui dant libellos, & poſtquam ſubſcripſerunt, retinent.

v *Daturus officio.* Vt ad meum aduerſarium tranſmittantur. ſic enim Antiquus. Perficitur datio libelli, & cauent apud officium tam is qui dat, quam qui accipit litem à ſe deſertum non iri.

x *Tenetur furti.* Mea intereſt non recitari libellos me ignorante vel officio tranſmittente ad aduerſarium. quid enim ſi aduerſarius auditis libellis, iiſque quorum nomine acturus ſum, diſcedat & lateat, nec iam conueniendi eius facultatem habeam? qua ex re damnum patior.

y *Creditor vendens.* Si is qui pignus accepit, cum de vendendo eo non conueniſſet, vendidit, vel cum conueniſſet poſt certum tempus venditionem fieri ante vendidit pecunia non ſoluta, furtum committit. quære lib.25.tit.1.cap.4.& tit 7.cap.58. eiuſdem lib.25.& cap.29.

z *Si ancillam.* Furtiuam ancillam bona fide duobus aureis emi, & eam me poſsidente, Attius quidam ſubripuit mihi.& ego & dominus recte agimus furti. quære quomodo æſtimatio pro vtroque noſtrum fieri debeat. Reſpondit Iauolenus in duplum quanti intereſt emptoris ęſtimationem fieri, & in duplum quanti intereſt domini. nec mouere nos debet, quod duobus pœna furti præſtabitur, cum eiuſdem rei nomine emptori poſſeſsionis eius, domino proprietatis ęſtimatio pręſtetur.

a *In duplum.* Hoc eſt in duplum quanti eius intereſt ſeruum poſsidere quoad à domino repetatur. Intereſt autem propter adquiſitiones medii temporis, & quia vſucapi non poteſt.

b *Eius quod intereſt.* Quid enim ſi dignam 20. emit 10?

c *Quia non eſt corpus.* Furtum enim non fit ſine cōtrectatione, vt ait 16.th 52. ca.& animo tantum furandi facta eſt ſtipulatio.

d *Culpam quærimus.* Vt ſi veſte anno vtatur, quam ad diem vtendam acceperat, & exiſtimet ſe id non inuito domino facere. hæc ſumma eſt culpa & ſtultitia.

e *An debuerit.* An debuerit exiſtimare ſe re vti non inuito domino, vt ſi talis ei cum domino intercedat amicitia, vt iuſta ratione credat dominum approbaturum.

f *Exiſtimare id.* Vt amplius, vel in aliam neceſsitatem vtatur.

g *Non habere.* At ſi res ad dominum redierit, ac rurſus ſubripiatur, bis agitur inſolidum, vt c.57. Quære lib.23 tit.1.cap.13.& eius adnotationem.

h *Cum eo actionem furti.* Quia domini interfuit rem non ſubripi, non furis. nam licet interſit furis rem ſaluam eſſe, quia condictione tenetur, tamen non damus actionem furti, niſi cum ex iuſta cauſa intereſt rem non ſubripi. Quære cap.12.& lib.2.tit.3.cap.134.th.2.

i *Cōteſtata.* Sed nec facta cōdemnatione, extinguitur actio furti aduerſus aliū. nā ex diuerſis factis obligātur. At cōdictionis furtiuę ſemel ſi ſatisfactū ſit, iā amplius ei aduerſus aliū locus non eſt.

k *Rem inſpiciendam accepit.* Vt ſi conuenerit vt cognoſceret caſus fortuitos. alioquin dolum tantum debet, vt in fullone 12.cap.

Digitized by Google

l *Si debitor.* Quære c.88.& lib.25.tit.1.ca.20.21.& lib.2.tit.3.c.46.& ibi noua ſcholia legens recte intelliges, & conciliabis hæc capita.

m *Non recepit.* Quin potius conuenitur debiti nomine, vt lib.25.tit.1.c.21.

IDEM. Venditori[a] ante traditionem competit actio furti[b], quia & dominus eſt & tenetur ad cedendas actiones. ¶ Actio furti in æſtimationem rei domino competit etiamſi nihil aliud eius interſit. Aliis[c] vero in id quod extrinſecus intereſt, & non in æſtimationem corporis. ¶ Si egero ad exhibendum optaturus ſeruum mihi legatum, & vnus ex familia ſubripiatur, heres habet actionem furti: quia eorum cuſtodiam[d] debet. ¶ Raptor[e] manifeſtus fur eſt. Is autem, cuius dolo fit rapina, non eſt fur, ſed raptor. ¶ Si falſo procuratori meo ſoluatur indebitum, & ratum habuero, habeo[f] in eum negotiorum geſtorum actionem, & qui dedit in me condictionem[g] indebiti, & in procuratorem meum[h] condictionem furtiuam, quam ego conuentus[i] condictione indebiti recte petam mihi cedi. Quod ſi ſoluta pecunia fuit debita, ratum habente me debitor liberatur, & actio[k] furti ei non competit. ¶ Falſus vero procurator eſt qui fingit ſe verum eſſe procuratorem creditoris: ſicut & qui falſo[l] hæredem ſe dicit creditoris, furtum committit. ¶ Si is qui negotia mea adminiſtrat, ſoluat falſo procuratori creditoris mei & ratum habuero, indebiti[m] condictionem habeo, non[n] actionem furti[o], is autem qui ſoluit habet condictionem furtiuam[p], quam mihi cedet[q] pecuniam petens actione negotiorum geſtorum. l.80.in pr. §.1. §.2. §.3.& 4. §.5. §.6. §.vlt.

IDEM. Pecunia ciuitati ſubrepta[r] actio furti[s] competit, & non pœna[t], quæ in eos ſtatuta eſt, qui auferunt pecuniam publicam[u]. l.81.

PAVL. Fullo & ſarcinator qui vtuntur ſibi datis[x] veſtimentis furtum faciunt, ¶ Fructibus ex fundo ſubreptis tam coloni[y] quam dominus[z] habent actionem furti. ¶ Qui ancillam[a] non meretricem libidinis cauſa ſubripuit, furti tenetur. Quod ſi ſuppreſſit, etiam actione de plagiariis. ¶ Qui inſtrumenta ſubripit in eam quæ eis continetur, quantitatem tenetur, etiamſi cancellata[b] fuerint, quia ex his debitum[c] ſolutum eſſe probari poteſt. l.82.in pr. §.1. §.2. §.vlt.

NERAT. Qui exiſtimans ſe heredem, poſſidet viuentis bona, quem mortuum putat, non eſt fur. ¶ Dominus[d] ſuo nomine conuentus actione furti, recte ſerui nomine de alia re conuenitur furti. l.83. §.1.

PAVL. Res furtiua[e] ſiue ad dominum redierit[f], ſiue æſtimationem litis acceperit, ſiue eam furi vendiderit, vſucapi poteſt. l.84.

IDEM. Is agit[g] furti cuius intereſt rem non ſubripi, ſi & eam tenuit voluntate domini, vt colonus, non ſi ſua voluntate, ſicut nec qui pro tutore negotia gerit, nec tutor vel curator[i] de re ſua culpa ſubrepta[k], nec is cui ex teſtamento vel ſtipulatu debetur, nec fideiuſſor coloni. l.85.

TRYPHON. Non videtur res furtiua aut vi poſſeſſa ad dominum rediiſſe, ſi ignorante[l] eo redierit. & ideo ſi poſtea bona fide vænierit, non vſucapitur. l.86.

PAVL. Creditori actio furti in extraneum competit in æſtimationem pignoris[m], in debitorem vero, in debitum[n] & vſuras. l.87.

IDEM. Si quis[o] egerit vi bonorum raptorum, extinguit furti actionem. l.88.

Digitized by Google

nem.[p] Si vero furti egerit, ſalua manet actio vi bonorum raptorum, ſic vt non excedat quadruplum.

l.89. Idem. Si libertus[q] patrono vel cliens ei ad quem confugit, vel mercenarius[r] ei qui conduxit, furtum fecerit[s], non tenetur furti[t].

l.90. Iavol. Si fullo[u] actione locati liberatus ſit, antequam ageret cum fure vel poſtea, extinguitur actio furti. quia nihil amplius eius intereſt.

§.1. ¶ Qui[x] non poteſt habere animum furti faciendi, nec alii opem vel cõſilium præſtare creditur.

l.91. Labeo. Etiamſi ſciat dominus rei eam ſibi ſubripi, nec[y] prohibeat, habeat actionem furti, ſiue potuerit prohibere, ſiue non. quid enim ſi libertus patrono furanti in præſentia[z] reſiſtere ob pudorem noluit?

l.vlt. Hodie plerunque criminaliter agitur furti cum inſcriptione[a], non quia ſit publicum, ſed ob auſteram perſecutionem calumniatorum. Volenti autem etiam agere ciuiliter licet.

l.1.in pr. ff. de tigno iuncto. [91] Vlp. Tignum[b] furtiuum iunctum ædibus vel vineis non ſoluitur[c]: ſed qui iunxit, in duplum tenetur. ¶ Tigni autem appellatione ſignificatur omnis materia ficta ædificiorum vel vinearum cauſa. ¶ Tenetur[d] & ad exibendum non quaſi[e] poſſideat, ſed quaſi deſierit poſſidere. Lib.47.ff.tit. 3.

§.1. §.vlt. l.vlt. [91] Idem. Et poſteaquam actum eſt de furtim iniuncto, ſalua manet actio in rem.

a *Venditori.* Quære c.14.& lib.19.tit.4.c.21.& tit.8.c.13.th.9.& lib.58.tit.10.c.45.th.5.

a Additur in τῷ πλάτει, niſi culpa eius res ſubripiatur.

b *Actio furti.* Si quid vero venditor conſecutus fuerit, id emptori præſtat: quia enim re corrupta poſt venditionem ante traditionem emptor damnum agnoſcit, niſi in tradenda re vendita moram venditor fecerit, omne lucrum & omne damnum pertinet ad emptorem. & ideo ſubrepta re vendita ante traditionem & pœna dupli à venditore exacta, quaſi adhuc domino, emptori præſtatur, vel ceditur actio in furem.

c *Aliis vero.* Veluti creditoribus, fructuariis.

d *Eorum cuſtodiam debet.* Quære lib.44.tit.1.c.26.th.2.& c.47 & tit.2.c.32.th.penult.

e *Raptor manifeſtus.* Quære c.53.& tit 17.c.1.in quo ait raptorem teneri furti nec manifeſti.

e Et tenetur furti in quadruplum perpetuo, non intra vnum annum ſolum vi bon. raptorum.

e Et ideo non furti, ſed vi bon. raptorum tenetur. Nota rapinæ genus quod non ſubiicitur furto.

f *Habeo.* Neq; hoc capite neq; ſequenti fit mentio actionis furti nam is agit furti cuius intereſt. quid vero intereſt eius qui indebitum ſoluit, ſi ego, cuius negotium geritur, ei reſtituo quod ſoluit? ego vero æque non habeo condictionem furtiuam.

g *Condictionem indebiti.* Nec enim ego furtum feci, quod ratum habuerim, quodque habeam actionem ſoluti conſequendi cauſa.

h *In procuratorem meum.* Hoc eſt, ſi nolit in me agere, aget in procuratorem meum condictione furtiua.

i *Conuentus.* Hoc ſi maluerit in me agere condictione indebiti. cogitur nanq; mihi cedere condictionem furtiuam, quam habet in procuratorem meum. licet enim habeam neg. geſtorum actionem in procuratorem meum, tamen melior eſt condictio furtiua, quod ea tenetur fur etiam re caſu fortuito perempta, vt c.45. non etiam negotiorum geſtorum, & illa quanti vnquam plurimi res fuerit, æſtimationem perſequitur, non neg geſtorum. Itaq; non alias ſoluam quod indebito ſolutum eſt procuratori meo, quam ſi mihi cedatur condictio furtiua.

k *Actio furti.* Neque ei, neque mihi. Ei, quia nihil eius intereſt, cum ratum habeam: Mihi, quia mihi furtum factum non eſt. ſed habeo actionem negotiorum geſtorum. Sed ſi ratum non habeam habebit ille ſolus in falſum procuratorem actionem furti. quia mihi obligatus manet.

l *Qui falſo heredem ſe dicit.* Atque ita affirmat ſibi deberi pecuniam.

m *Indebiti condictionem habeo.* Quia ratam habui indebiti ſolutionem.

n *Non actionem furti.* Nec ego, nec ille. Ego, quia ratum habui, & quia mihi furtum factum non eſt: ille, quia nihil eius intereſt, cum ratum habuerim, & ſit ei in me actio negotiorum geſtorum. At condictionem furtiuam habet, quam mihi cedet, ſi agat neg. geſtorum.

o *Actionem furti.* Quæ ſtatim ex ſolutione competiit ſoluenti indebitum: quia eius pecuniæ neque dominium, neque poſſeſſio mea fuit.

p *Habet condictionem furtiuam.* Non etiam furti. quia deſiit competere me ſolutionem habente ratam, cum nihil amplius eius interſit. & quære c.91.

Digitized by Google

q *Quam mihi cedet*. Officio iudicis.

r *Pecunia ciuitati ſubrepta*. Ab eo cui cuſtodia & reditus eius obtigit, ne obſtet 2.th.5.c.45.tit. Indicis. Pecuniam ciuitatis ſubripientes furti tenentur, non crimine peculatus, quo ii tenentur, qui publica pop. Romani ſubripiunt.

ſ *Actio furti competit*. Non peculatus, quo agitur cum publicæ vel ſacræ res ſublatæ ſunt ſecundum 2.& 3.& 4.c.45.tit. huius libri, ſed furti, qua agitur etiam de re priuata.

t *Et non pœna*. Vide ne opponatur 2.th.5.c.45.tit. quo dicitur aperte eum qui ſubripit res ciuitatis, crimine peculatus teneri. neceſſe enim eſt hic fingere ipſum cuſtodem ſcientem ſubripuiſſe, ibi vero extraneum ignorantem. differentia vero eſt maxima inter extraneum & cuſtodem, quam inuenies 45.tit. huius lib. cap. 11.th. 1.& 3.

u *Auferunt pecuniam publicam*. Res autem ciuitatis non ſunt publicæ ſiue fiſcales. maiora vero & in mille aliis ſunt priuilegia fiſci quam ciuitatum.

x *Si datis veſtimentis*. Poliendi vel ſarciendi cauſa.

y *Tam coloni, quam dominus*. Dominus quod habeat eos tacite obligatos ob mercedem, vt lib. 25.tit.3.cap.7. Coloni quaſi domini fructuum. Vtriuſq; enim intereſt conſequi fructus. Quære ca. 52.th.5.& tit.6.c.vlt.

z *Dominus*. Solam autem mercedem retinet ex eo quod exegerit, reliqua præſtat colono.

a *Qui ancillam*. Quære c.39 & tit 21.c.25 & tit.37.c.5. quod ſi meretrix erat, non tenetur.

b *Etiamſi cancellata fuerit*. Quid enim ſi quis accepta pecunia mutua confeſſionem fecerit creditori, & ea ſoluta noluerit eam repetere, ſed reliquerit cancellatam apud creditorem?

c *Debitum ſolutum eſſe*. Vt ſi exoriatur is qui ſoluit, dicens ſe indebitum ſoluiſſe.

d *Dominus ſuo nomine*. Si plurium rerum ſimul furtum fiat, non poteſt ſeparatim de vnaquaque furti agi, ſed agenti obſtat exceptio, At ſi non ſimul furtum factum ſit, & non oportet eam diuidi, At ſi quis vt fur conueniatur, & vt dominus furis, qui aliam rem ſubripuit, non poteſt hac exceptione vti.

e *Res furtiua*. Quamuis res furtiua non poſſit vſucapi niſi ad dominum redierit, tamen ſi pro furto æſtimatio ſoluatur, vel dominus rei eam vendat, furti non impeditur vſucapio.

f *Siue ad dominum redierit*. Quære c.20. th.3.& lib 50.tit.3.c.4.th.10.& c.32.th.1.

g *Is agit furti*. Is cuius intereſt rem non ſubripi habet actionem furti, ſi tenuit rem domini voluntate, qualis eſt is qui rem conduxit. Is autem qui ſua voluntate tenet rem alienam & pro tutorio nomine negotia gerens & tutor & curator ob res ſuo vitio ſubreptas non habent actionem furti. Sed & ſi cui ex ſtipulatu vel ex legato debeatur ſeruus, & is ſubripiatur, quamuis interſit eius non ſubripi ſeruum, tamen non habet furti actionem, ſicuti nec fideiuſſor coloni habere poteſt furti actionem in eum qui fundi fructus ſubripit. Nota qui habeant furti actionem, & qui non habeant. & quære c.76.& c.12.& 52.th.6.& 48.th.vlt.& capiti iniectas prętermiſſiones.

h *Qui pro tutore*. Quia enim cum non eſſet, finxit ſe eſſe tutorem, & amiſit rem pupilli, ex ſuo delicto non adquirit furti actionem.

i *Nec tutor vel curator*. Quia & ii ex ſuo delicto nō debēt habere actionē furti. lege & 2.th.14.c.

k *Culpa ſubrepta*. At in 3.& 5.th.14.c. ei qui culpa non dolo amiſit rem alterius datur actio furti & ignoſcitur ei. quomodo igitur hoc loco non habere tutorem & curatorem actionem de iis quę culpa ſua amiſerunt.

l *Si ignorante eo*. Vt ſi cum cognouiſſet dominus ſe rem amiſiſſe, & contrectatam fuiſſe, nec eam inueniret, rurſus fur depoſuerit in arcam ex qua ſumpſerat, deinde aliquis nactus ſit poſſeſſionem arcæ & eorum quæ in ea erant bona fide, & vendiderit omnia quæ erant in ea, reliquorum quidem dominus fiet ipſe & emptor poſſeſſione triennii, rei autem ſubreptæ & rurſus ſuo loco repoſitæ ignorante domino, non item. quære lib.50.tit.3.c.4.th.10.& 6.& 7.tit.4. eiuſdem c.7.th.8.

m *In æſtimationem pignoris*. Inſolidum & retinebit tantum creditum, reliqua domino reſtituet. quære & lib.25 tit.1.c.22 & eius nouum ſcholium.

n *In debitum & vſuras*. Hoc eſt, in id quod extrinſecus intereſt, puta in duplum debiti & vſurarum. nec enim dicendum actione furti debitum peti, quod actione competenti petitur.

o *Si quis egerit*. Qui egit vi bonorum raptorum, iam non poteſt agere furti. Qui vero ante egit furti in duplum, poſtea poteſt agere vi bonorum raptorum: ita vt ex vtraque condemnatione non excedamus quadruplum.

p *Extinguit furti actionem*. Si eſt nec manifeſtus. Raptor enim interdum manifeſti tenetur, vt 4. th.81.c. interdum nec manifeſti, vt tit.17.c.1.

q *Si libertus patrono*. Qui ſimul habitat, vt exiſtimo. Lege tamen lib.21.tit. 1.c. 4. & in eo ἀντιφάσεις, & prætermiſſiones.

r *Vel mercenarius*. Mercenarium dicit liberum hominem, qui mihi locauit ſuas operas.

ſ *Furtum fecerit*. Quære tit.51.c.11.th.2.

t *Non tenetur furti*. Etiamſi furtum fecerit. Sed neque ſocius conſcio, ſed in ſimplum tenentur, propter nimiam familiaritatem perſonarum.

u *Si fullo*. Si veſtimenta fulloni data ſubripiantur, & competat ei actio furti, quod ea eius periculo fuerint, dominus autem veſtimentorum liberauerit eum actione locati, iam non recte aget furti, cum ſit periculo liberatus. Sed & ſi furti egerit, priuſquam locati conueniretur, & antequam iudicaretur de furto, liberatus ſit actione locati, oportet & furem ab eo abſolui. quod ſi nihil eorū ante accidiſſet, tunc fur ei condemnatur. Hæc ideo dicit, quia fullo eatenus habet actionem furti, quatenus eius intereſt. Quære tit.2.c.2.& tit.3.c.11.th.penult. & lib.13.tit.1.c.19 & lib.20.tit.1.c.19.& 41.

x *Qui*

x *Qui non poteſt habere. &c.* Furioſus vel infans.

y *Nec prohibeat.* Ex iuſta forte cauſa, vt in ſeq. th. Nullum enim crimen patitur qui poteſt prohibere, & non prohibet, vt lib. 2. tit. 3. c. 109. Tunc vero præiudicium patitur qui poteſt prohibere, & non prohibet: cum filiusf. eſt is qui delinquit, & non prohibet eum pater delinquentem cernens. & lege in 2 libro ſcholium.

z *In præſentia.* Hoc quantum ad exemplum domini videntis & non prohibentis. quia libertus in patronum actionem furti non habet. puto nec filium in patrem, vt c. 52. th. 2. nec patronum in libertum, vt cap. 90.

a *Cum inſcriptione.* Simile in Vnde vi, lib. 50. tit 3. c. 53. 58. quære tit. 33. c. 7.

b *Lignum furtiuum.* Lex 12. tab. non permittit ſolui dominum vel lignum furtiuum iunctum vineis auferri, neq; de his in rem agi. ne ædificia hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed ſi quis conuincatur furtiuum lignum iniecisse vineis vel ædificiis, dat in eum actionem de ligno iuncto in duplum. Appellatione autem ligni omnis materia continetur, qua ædificia conſtant, & quæ vineis neceſſaria eſt. vnde quidam aiunt tegulas quoq; & lapides ædificii & teſtam & cetera. quæ ædificiis ſunt vtilia, contineri. ligna enim à legendo dicta ſunt. vnde & calx & arena ædificio vtilis ligni appellatione continetur. In vineis autem hac appellatione vineis neceſſaria continentur, vt perticæ vinearum & pedamenta. Sed & de his datur actio ad exhibendum. nec enim fauere debemus ei qui ſciens alienam rem ædificio incluſit aut vinxit. nec enim quaſi poſſideat agimus ad exhibendum, ſed quaſi dolo deſierit poſſidere. Sed ſi proponas ſemel actum de ligno iuncto, dubitatur an poſt eam ſalua ſit & actio in rem. & placet ſaluam eſſe.

c *Non ſoluitur.* Siue ſciens quis, ſiue ignorans alienum lignum induxerit in domum ſuam, tenetur de ligno iuncto in duplum, lignum vero non ſoluitur, vt lib. 15. tit. 1. c. 23. th. penult. At inter eũ qui ſciens & ignorans inducit, ea eſt differentia quę habetur ſcholio ſequenti. Quęre lib. 15. tit. 4, c. 6. & lib. 50. tit. 1. c. 5. th. 7. & Inſt. 2. tit. 1. th. 15.

d *Tenetur & ad exhibendum.* Puto non hac agi ſi nolit is qui lignum amiſit agere de ligno iuncto. quaſi electio ei detur. Sciendum enim quod ſi furtiuum lignum iniiciatur, agitur & de ligno iuncto. & præſtatur domino duplum: & ſi contingat poſtea ædificium dirui, habet etiam dominus actionem in rem, & manente ædificio ad exhibendum. atq; ita triplum conſequitur. At ſi furtiuum non ſit, ſola actio de ligno iuncto competit in duplum, & nulla alia, vt lib. 15. tit. 4 cap. 6. & eiuſdem tit. 1. cap. 23. them. 4. & ibi 2. & 3. adnotatio, quæ in bonæ fidei poſſeſſorem ait agi de ligno iuncto in duplum.

e *Non quaſi poſſideat.* Neq; enim nunc poſſidet lignum, ſed domum. deniq; iureiurando actoris in id quod intereſt condemnabitur.

Titulus XIII.

Vel Digestorvm Lib. XLVII. Tit. IIII.

Si quis [a] in teſtamento liber eſſe iubeatur, & poſt mortem domini ante aditionem hereditatis ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dicatur.

Vlpianvs.

L. 1. in pr. ff. Si is qui teſtā. lib. eſſe iuſs. erit, &c. §. 2. TESTAMENTO liber eſſe iuſſus, ſi [b] ante aditionem hereditatis damnum dederit hereditati, in duplum intra annum [c] tenetur. ¶ Vt vero [d] hæc actio competat, concurrere etiam debet dolus liberti, & vt poſt mortem domini & ante aditionem deliquerit. nam ſi poſt aditionem, quaſi liber [e] tenetur [f]. Ex culpa autem vel negligentia non competit niſi culpa ſit dolo proxima, ſed [g] ex confeſſione ſimplum, ex inficiatione duplum quæ perſequitur actio competit.
§. 3. ¶ Si ſub conditione ſit relicta libertas, non competit [h] hæc actio,
§. 5. ſed vt ſeruus coerceatur. ¶ Quod ſi pure [i] legetur, & ante aditionem he-
§. 6. reditatis, aliquid admittat in hereditate, huic actioni [k] locus eſt. ¶ quoties enim in ſeruo dominium mutatur vel amittitur [l], vel poſt internallum modicum [m] aditæ hereditatis libertas competit, hæc actio da-

Digitized by Google

tur.¶ Si pure honoratus fideicommiſſaria[n] libertate, damnum dederit §.7.
hereditati,præſtatio eius non impeditur:datur tamẽ ei hęc actio. Quod
enim dicitur[o],iudicem dari rationum inſpiciendarum cauſa,de rationi- §.8.
bus[p]dicitur actus ab eo adminiſtrati.¶Etiamſi vnus tãtum ex heredibus
adierit[q]hereditatem, in duplum actio[r] competit. ¶ Si is qui à ſubſtituto §.9.
impuberis liber eſſe iuſſus eſt admiſerit aliquid in hereditate, ſi quidem
viuo[s]impubere,huic actioni locus nõ eſt:ſi[t]poſt mortem eius antequam
hereditatem adiret ſubſtitutus, hæc actio competit. ¶ Non tantum[u]in §.10.
rebus defuncti hæc actio competit, ſed etiam in omnibus quas ſeruari
heredis intereſt,vt in pignore[x]defuncto dato, & commodato, & in eis
quæ bona fide poſſedit, ¶& in fructibus poſt mortem teſtatoris perce- §.11.
ptis,& in partu. nam in omnibus caſibus quibus furti agi poteſt in du-
plum, hæc actio locum habet, quaſi in eius locum excogitata. ¶ Et in §.12.&13.
quæſitis[y] impuberi & ſubreptis antequam eius adeatur hereditas,[z]& in
omnibus quæ heredis intereſt non amoueri, actioni locus eſt.¶Non ſo- §.14.
lum ad furtum,ſed etiam ad omne damnum ab eo hereditati illatum,
hæc actio pertinet.¶Si nemo[a]poſſideat, non fit furtum. hereditas vero §.15.
non poſſidet,quia poſſeſſio facto[b]eget & animo.heres igitur non poſſi-
det antequam apprehendat[c],nec hereditas in eum transfert[d] poſſeſſio-
nem, cum ipſa non poſſideat. ¶ Si heres alio modo poteſt ſuum recipe- §.16.
re[e], ceſſat hæc actio. quia in id quod intereſt mouetur. ¶ Præter[f] hanc §.17.
actionem eſt vindicatio. ¶ Hæc vero heredibus & ſucceſſoribus datur. §.18.
¶Si plures[g]libertatem acceperint, & aliquid admiſerint, ſinguli inſo- §.vlt.
lidum,id eſt in duplum, tenentur: & vno conuento, vel ſoluente, al-
ter non liberatur.

GAI.Si paulo[h] antequam cõpeteret libertas[i]ſeruus damnum dederit l.2.
hereditati[k],non competit hæc actio,licet domin⁹ damnũ ignorauerit[l].
nam & qualiſcunque dominus, licet ignorauerit furtum damnumve
ſibi à ſeruo factum, vel datum, poſt libartatem agere cum eo non
poteſt.

VLP.Si ſub conditione manumiſſus res amoueat, & cito[m] exiſtat cõ- l.vlt.
ditio,hæc actio competit.

a *Si quis.* In hoc titulo Iuriſconſultus tractat de vtili quæ non ipſo iure competit. datur enim cum ſeruus teſtamento manumiſſus,directo vel poſt modicum interuallum aditæ hereditatis,ſubripuit ante aditionem heredis ex hereditate aliquid.quia ſummo iure nulla in eum dari actio deber,cum furti tempore in ſeruitute fuerit,& nemo in ſeruum ſuum habeat actionẽ.At ne ſerui hęc admittentes impuniti relinquantur,ſummo iure præfertur æquitas.

b *Si ante aditionem hereditatis.* Omnes prætoriæ actiones temporales ſunt.idcirco & hæc actio annalis eſt, cum ſit à prætore excogitata deficiẽte directa, & vtilis dicitur ex genere delicti à ſeruo commiſſi, ſpeciale accipiens nomen. nam cum furtum fecit,vtilis furti dicitur, cum rapuit, vtilis vi bonorum raptorum.at frequentius & proprius nomen eius eſt furti. Videtur autem,vt intelligere licet ex 2.th huius cap.& 1.th.2. cap. tunc competere hæc actio heredi poſt aditionem in ſeruum ſtatuliberum,qui ante aditionem furtum fecit,cum ſimul atque adierit heres, liber futurus eſt, vel conditione aut die veniente ſtatim poſt aditionem nec dilata in annum forſitan integrum, vel cum legatus alicui directo,ante aditionem furtum fecit, vt 2. th.ait in quo ait, Quoties enim in ſeruo dominium mutatur. Non cum manumiſſus eſt ſub conditione, & incertum eſt multo poſt aditionem an poſt modicum interuallum aditæ hereditatis extitura ſit conditio libertatis. Sed ſi ſtatim à commiſſo furto & fere etiam ante aditionem hereditatis extitit conditio,iam non videtur ſub conditione liber eſſe iuſſus,ſed directo.quære q.them.1.cap.quo dicitur generaliter hanc actionem locum habere in omnibus caſibus quibus furti agi poteſt,cum in locum eius excogitata ſit.

c *Intra*

c *Intra annum tenetur*. Hæc actio, vt Labeo ait, naturalem potius quam ciuilem habet æquitatem, quia ciuilis actio deficit ſeruo rem domini ſubripiente, ſed natura æquum eſt non eſſe impunitum eum qui hac ſpe audacior factus eſt. quia neq; vt ſeruus ob furtum coerceri poteſt, cum nullus ſit eius interim dominus ſperata libertate, neq; vt liber condemnari poteſt. quia regulariter definitum eſt hæreditati non aditæ furtum non fieri, hoc eſt dominæ ſubripientis ſerui. dominus autem vel domina non poſſunt habere furti actionem cum ſeruo ſuo, quamuis poſtea ad libertatem peruenerit, vel alienatus ſit, niſi poſt alienationem vel libertatem rurſus contrectauerit rem furtiuam. Neceſſarium Prætor putauit calliditatem & proteruitatem horum qui hæreditatem depopulantur, dupli actione coercere.

d *Vt vero hac actio*. Non alias vero tenetur hac actione iſte libertus quam ſi dolo res hæreditarias diſſipaſſe dicatur. nam culpa & negligentia ſerui poſt libertatem excuſata eſt. ſed maxima culpa dolo proxima dolum repręſentat, id eſt facit vt & is poſt libertatem conueniatur. Si quid igitur iſte libertus damni dedit hæreditati ſine dolo, ceſſat hæc actio, quamuis Aquilia teneatur qualiter qualiter damnum dederit. deniq; hæc actio certum finem habet, vt & dolo damnum dederit hęreditati & poſt mortem domini & ante aditionem hæredis. ceterũ ſi quid fecerit ſine dolo, aut dolo quidem, verum viuo domino, non tenetur hac actione. Sed etſi poſt mortem domini & poſt aditionẽ, rurſus ceſſat hæc actio. ſemel enim adita hæreditate, vt liber quilibet, furti tenetur. Quid igitur dicemus ſi ſub conditione acceperit libertatem? nam & hic nondum eſt liber pendente conditione. At certum eſt adita hæreditate eum vt ſeruum coerceri qui in ſeruitute furtum fecit, & ideo dicimus ceſſare hanc actionem. Sed vbi libertas competit continuo ab aditione, tunc dicimus hanc actionem dari aduerſus eum qui peruenit ad libertatem.

e *Quaſi liber*. Quod libertas ei competierit ſtatim ab adita hæreditate.

f *Tenetur*. Aquilia vel furti, vel alia competenti actione.

g *Sed ex confeſſione ſimplum*. Quære 9. th. huius cap. cuius initium, Non ſolum ad furtum, ſed & quoquo modo deliquerit, nondum ſcilicet adita hæreditate cum eſſet ſtatuliber.

h *Non competit hac actio*. Quoniam aditione hæres dominus fit ſerui, nondum exiſtente conditione libertatis, & eum caſtigare poteſt vt ſuum ſeruum.

i *Quod ſi pure legetur*. Si ſeruus pure legatus quid admiſerit in hæreditate, ab aditione hæredis mutatur ſerui dominium. fit namq; legatarii. Ita vero huic etiam actioni locus eſt. & generaliter dicimus quibus caſibus ſerui dominium mutatur vel amittitur, vel competit ei libertas poſt modicũ interuallum aditionis, eis hanc actionem competere. Sed & ſi fideicommiſſaria libertas detur ſeruo & is admittat aliquid in hæreditate, nunquid non prius cogatur hæres eum manumittere, quam ſi ſatisfecerit in quibus hæreditati nocuit? eſt autem ſæpiſſime à Diuo Marco & ab Imperatore noſtro cum patre reſcriptum, pure datam fideicommiſſariam libertatem non impediri. Diuus ſane Marcus reſcripſit, iudicem ex continenti dandum apud quem oporteat rationes reddi. Sed hæc Conſtitutio pertinet ad rationem reddendam actus in ſeruitute adminiſtrati. puto autem in eum qui hæreditati nocuit poſſe dari prætoriam actionem in duplum. Quod autem dicitur hanc actionem pertinere ad ea quæ ante aditam hæreditatem admiſſa ſunt, ſic accipere debemus, antequam vel ab vno adeatur. nam vbi vel vnus adit, ſtatim competit libertas, & tunc vt liber furti tenetur.

k *Huic actioni locus eſt*. Noxali in nouum dominum. quære tit. 12. c. 65. & tit. 5. c. 40.

l *Vel amittitur*. Vt cum directo manumittitur.

m *Poſt interuallum modicum*. Poſt duos vel tres dies aditionis hæredis.

n *Pure honoratus fideicommiſſaria libertate*. Vt ſi ita dixero, Rogo te vt poſt mortem meam ſeruum meum manumittas.

o *Quod enim dicitur*. In πλάτει Indicis, locum, vt videtur, habente Conſtitutione in ſeruo manumiſſo, qui forte adminiſtrauit res domini, & de tali quodam facto facta eſt Conſtitutio.

p *De rationibus*. Si poſtulet igitur, hoc caſu ſuſpenditur libertas propter futuram examinationẽ actus à ſeruo geſti.

q *Adierit hereditatem*. Confirmatur enim libertas etiam vnius aditione, licet alii repudiarint.

r *In duplum actio competit*. Hoc eſt furti, quod iam vno adeunte libertas ſeruo competierit, & vt liber conueniatur. & lege finem Indicis.

ſ *Viuo impubere*. Adhuc enim ſeruus erat, qui futurus eſt liber ex pupillari teſtamento.

t *Si poſt mortem eius*. Cum & incipit competere libertas ſola indigens aditione ſubſtituti.

u *Non tantum in rebus*. Hic latius bonorum appellationem accipimus pro vtilitate hæredum videlicet. quia enim in locũ actionis furti quę deficit propterea quod fur ſeruus eſt, ſubſtituit hanc actionem prætor, veriſimile eſt omni caſu quo furti agi poteſt, & hanc actionem competere.

x *Vt in pignore*. Quære tit. 12. c. 19. th. 2. & c. 88.

y *In quæſitis impuberi*. Si impubes poſt mortem patris quædam adquiſierit, & mortuo eo necdũ adita hæreditate à ſubſtituto, ea ſubripiantur, iſtam quoq; actionem competere dicemus. In omnibus enim quæ hæredis intereſt non ſubripi locum habet hæc actio.

z *Adeatur hereditas*. Pertinent enim hæc ad ſubſtitutum eius.

a *Si nemo poſſideat*. Ait Scæuola in hæreditate poſſeſſionis furtum fieri. deniq; ſi nullus ſit poſſeſſor, negat furtum fieri. idcirco ait rei hæreditariæ furtum non fieri quia hæreditas poſſeſſionem non habet quæ in ipſo facto detentionis & animo detinentis conſiſtit. Sed nec hæres poſſidet res hæreditarias, antequam poſſeſſionem earum apprehenderit. illa enim transfert in eum hæreditas quæ hæreditatis fuerint. poſſeſſio autem hęreditatis nõ fuit in hæreditate. Quere lib. 50. tit. 1. c. 35. circa medium, & lib. 35. tit. 9. c. 30. th. 2.

Digitized by Google

b *Facto eget.* Hoc eſt corporali detentione & facto. De animo autem dicit propter furioſum, qui cum ſenſu careat, nec apprehendere poſſeſſionem poteſt. & ideo ſi quis ſubripiat quod furioſus in furore apprehendit, non tenetur furti. nec enim poſſeſſori furtum fecit. Aliud eſt ſi dum ſapit apprehendat poſſeſſionem, hanc enim & poſt furorem ſeruare poteſt.

c *Antequam apprehendat.* Quære lib. 50. tit. 2. c. 3. 50. 55. & tit. 3. c. 24. th. 2. 43. 45. & tit. 1. c. 19. & 35. & 59. Quære & tit. 5. c. 40. & tit. 12. c. 65.

d *In eum transfert.* Poſt mortem teſtatoris apprehenſam at quam antea habuit transfert.

e *Poteſt ſuum recipere.* Forte in rem vel ad exhibendum.

f *Præter hanc actionem.* Præter hanc actionem & habere eum in rem actionem conſtat. hæc enim ad ſimilitudinem actionis furti competit. Item hæredibus & ceteris ſucceſſoribus eam competere dicimus, ſicut actionem furti. & quære tit. 11. c. 1. & Inſtit. 4. tit. 12.

g *Si plures.* Ex hoc nota pœnalem eſſe. nam ſi eſſet miſta, ſinguli non tenerentur in duplum. & quære tit. 3. c. 50. th. 2. & c. 11. th. 3. & tit. 10. c. 21. & tit. 12. c. 21. th. penul. & nota quod ſi plures ſerui honorentur libertate, & dolo quid admittant in hereditate, omnes in duplum tenentur, & quia ex delicto tenentur, ex vnius conuentione, alter non liberatur, exemplo actionis furti.

h *Si paulo antequam.* Poſt aditionem hæreditatis.

i *Competeret libertas.* Si paulo antequam libertas conditionalis competeret, ſubripuerit aliquid ſeruus aut corruperit ignorante domino, non introducit hanc actionem. & ideo licet ignorauerit hæres aut quilibet alius dominus à ſtatulibero vel à ſeruo ſuo amotam rem vel corruptam, non impetrat poſt libertatem eius vllam in eum actionem, quamuis in plurimis aliis cauſis iuſta ignorantia veniam mereatur. Labeo autem ait ſi cito extitit conditio libertatis, cum iam furtum feciſſet ſeruus, eum hac actione conueniendum.

k *Damnum dederit hæreditati.* Poſt aditionem. nam niſi hoc dixeris pugnabit cum fine 2. them. 1. cap. & 3. cap.

l *Damnum ignorauerit.* Id eſt, priuſquam heres ſciret damnum hæreditati illatum, ſi impoſuerit ei libertatem. quod ſi ſcierit, debuit eum vt ſeruum caſtigare.

m *Cito exiſtat conditio.* Furti tempore & fere ante aditionem vel in ipſa aditione.

Titulus XIV.

Vel Digestorum Lib. XLVII. Tit. V.

De furto aduerſus caupones & ſtabularios.

SI quid in caupona [a] vel ſtabulo ſubripiatur ab iis qui in eo ſunt, ſiue ope & conſilio eius qui præeſt [b], in poteſtate eius eſt, cui furtum factum eſt, agere furti cum fure, vel prætoria [c] cum eo qui cauponæ [d] præeſt. ¶ At ſi caupo cuſtodiam rei receperit, ipſe [e] habet actionem furti non dominus [f]. Liberi [g] & ſerui [h] alieni nomine inſolidum tenetur. ¶ Seruum autem ſuum, noxæ dedendo [i] liberatur. ¶ Et eorum qui miniſterii [k] cauſa in caupona ſunt, & eorum qui ibi habitant perpetuo [l], factum caupo agnoſcit, non etiam viatorum. nec enim eos ſtabularius repellere poteſt.

l. 1. in pr. et §. 3. ff. furti aduerſus naut. caup. ſtab. §. 4.

§. 5. §. vlt.

a *Si quid in caupona.* Exercitor & inſtitor, hoc eſt qui præeſt naui & cauponæ vel ſtabulo, prætoria actione tenentur. is autem qui furtum fecit, ciuili furti. quære lib. 53. tit. 1. cap. 1. 4. & 3. th. 2. & in eis Antiquos. Hoc vero caput extat ſimiliter lib. 53. tit. 1. c. 17.

b *Conſilio eius qui præeſt.* Exercitoris. quære lib. 50. tit. 1. c. 2.

c *Vel prætoria.* Cum enim in caupona res periit, ex edicto prætoris exercitor cauponæ obligatur. hæc vero actio in duplum competit.

d *Qui cauponæ præeſt.* Etiamſi à tranſeuntibus furtum factum ſit, ſi modo eius conſilio factũ ſit.

e *Ipſe habet actionem furti.* Quia recepit periculum cuſtodiæ & eius intereſt rem non perire. quære lib. 53. tit. 1. c. 17.

f *Non dominus.* Qui rem amiſit, ſed agit aduerſus cauponem.

g *Liberi.* Si ſeruus exercitoris furtum fecit, noxæ dedendo eum liberatur. Si alienus, non liberatur. Cur ergo exercitor nõ condemnatur qui tam malum ſeruum in ſtabulo admiſit? & cur liberi quidem hominis nomine tenetur inſolidum, ſerui vero ſui non tenetur? niſi forte idcirco quod liberum

berum quidem hominem adhibens, debuit de eo ſtatuere qualis eſſet. In ſeruo vero ſuo ignoſcimus ei, quaſi in proprio malo, ſi noxæ dedere paratus ſit. Sin autem alienum adhibuit ſeruũ, quaſi pro libero ſuo nomine tenetur. nam liberum & alienum ſeruum non poteſt noxę dedere.

h *Et ſerui.* Secundum diſtinctionem 39.c.6.tit. intelligi hoc debet.

i *Noxæ dedendo.* Quære lib. 53.tit. 1.c. 15. nec tibi opponatur, quod dicat ſtabularium ſerui ſui nomine furtum facientis damnumve dantis in ſolidum teneri, non in noxam. Ibi enim, vt Antiquus ait, ſpecialiter ſtabularius rerum cuſtodiam recepit: & ideo in ſolidum tenetur. Hic vero ſpecialiter non recipit rerum cuſtodiam: & ideo noxę dedendo ſeruum liberatur. & hoc ita ſe habere, lege 5.c. eiuſdem tit. & lib. & ibi Antiquum docentem de duabus actionibus in factum ibi Iuriſcõſultum tractare: quarum vna & prior in eum competit, qui ſpecialiter recepit cuſtodiam ſusceptarum rerum: altera in eum qui res quidem ſuſcipit, ſed non promittit cuſtodiam. & lege 28. c. eiuſdem tit. quo idem dicitur, & ita vtrunque diuiditur.

k *Miniſterii cauſa.* Quia tradidit in 1. th. fine cauponem ipſum teneri qui rei cuſtodiam recepit, & non exercitorem, & eum habere actionem, & non dominum. in hoc themate, & ſequenti deinde tradit ex quibus cauſis teneatur caupo, qui cuſtodiam non recepit, & inquantum & quando non teneatur, & ait ſi quis eorum qui miniſterium ei præbent furtum fecerit liber vel ſeruus, alienus vel proprius, cauponem teneri, ſi tranſeuntium quis, non teneri.

l *Perpetuo.* Habitatores enim perpetuos ipſe quodammodo eligere videtur qui non reiecit.

Titulus XV.

Vel ff. lib. XLVII. tit. VI.

Si familia furtum feciſſe dicatur.

l. 1. in pr. ff. Si fam. furt. fec. dic. SI plures ſerui ignorante domino ſimul furtum fecerint, electionem[a] dominus habet vt vel omnes dedat vel tantum[b] præſtet quantum ſi vnus liber furtum feciſſet liberaretur dando.

§. 1 ¶ Is autem qui ſcit, &[c] ſuo nomine & ſingulorum ſeruorum[d] nomine tenetur, nec tantum[e] præſtando quantum liberum præſtare oportet liberatur. Scit[f] vero is qui voluit fieri, & qui potuit prohibere. nam qui ſcit & prohibet, ſupradictam electionem habet.

§. 2 ¶ Eadem & in Aquilia[g].

§. vlt. ¶ Si pluribus furtum facientibus, vel damnum dantibus vnius nomine agatur cum domino[h], tamdiu nomine aliorũ ſuſtinetur actio quamdiu priore iudicio actor conſequi poteſt[i] quantum liberum hominem furtum facientem præſtare oporteret.

l. 2 VLPIAN. Hoc eſt[k], dupli pœnam & ſimplum[l] rei. Sin vero[m] ſoluendo non ſint[n] qui hoc fecerunt, verberibus cæſi[o] relegantur. & ſi non ſemel ſed ſæpius in furto deprehendantur, manus eis abſcinditur.

l. 3. in pr. VLP. Et liberatur[p] nõ tantum ipſe, ſed & is qui emit quendam ex furibus, & is qui furtum fecit manumiſſus[q]. Sed ſi ipſe manumiſſus præſtiterit, non liberat dominum nomine[r] familiæ[s]. At emptor[t] ſi ſoluerit, liberat venditorem, cum habeat in eum actionem[u].

§. 1 ¶ Legatarius autem vel donatarius ſi conueniatur[x], ceterorum dominum[y] non liberat[z]. Non tantum poſſidenti ſeruos, ſed & ei qui dolo deſiit poſſidere, ſolutionis electio[a] datur.

l. 4 IVLIA. Hæc actio[b] etiam heredibus eius cui furtum factum eſt, competit, ſicut ei competebat.

l. 5 SI communis familia furtum fecerit vno dominorum ſciente, & alio ignorante, cum eo qui ſcit[d] agitur

omnium nomine, nec repetet ab alio niſi quantum[e] nomine vnius[f] ſerui dediſſet. Is autem qui ignorauit, ex edicto electionem habet, & redit ad ſcientem is cui furtum factum eſt, nomine ceterorum. PRO parte[g] heredes agunt: & ſi teſtator ſuperſtes abſtulerit partem quod deeſt duplo, heredes ferunt. Qui in foſſato furantur, ſi quidem arma[h], grauiter cædi: ſi iumenta, manus eis amputari conſtituimus. l. vlt.

a *Electionem dominus habet.* Quod dicitur de tigno tit. 12. cap. 21. th. penult. in libero intelligendum, nec eandem diſtinctionem etiam conſtituas in ſeruo. vnde perſpicuum id eſt.

b *Tantum præſtet.* Quære tit. 3. cap. 32. & 11. th. 3.

c *Et ſuo nomine.* Quęre tit. 5. cap. 4. th. 1. & tit. 3. cap. 44.

d *Singulorum ſeruorum nomine.* Vt dedat omnes ſeruos.

e *Nec tantum præſtando.* Hoc eſt, cum agitur noxaliter, vt dedat ſeruos, non eſt in eius arbitrio, ſicut ignorantis, vt præſtet id quod intereſt, non ſeruos dedat. Quęre de hoc 2. th. 4. cap. 5. tit. & ibi diſtinctionem, & eiuſdem cap. 2. totum. Nota, cum ſciente aliquo delinquunt ſerui, nõ poſſe dominum conuentum actione noxali ob factum ſeruorum, ſemel præſtare id quod intereſt & liberari noxa, quod eſt in ignorante.

f *Scit vero is.* Is ſcire creditur qui ſcit, & ſeruum prohibere potuit. ſcientiam enim ſpectare debemus, quę habet etiam in ſe voluntatem. nam qui ſciens prohibuit nec obtinuit aduerſus ſeruos, dicemus vſurum eum edicti beneficio.

g *In Aquilia.* Si plures ſerui ſimul damnum dederint, æquum eſt eandem facultatem domino dari.

h *Cum domino.* Quid enim ſi exiſtimans vnum ſeruum furtum feciſſe de eo tantum egerit, & intelligens poſtea omnem familiam feciſſe, agat de aliis? Sed ſi priore iudicio conſequatur duplum & rem ad ſe pertinentem, iam de aliis experiri non poteſt.

i *Conſequi poteſt.* Id eſt, ſi id quod intereſt dominus præſtiterit, non noxæ dediderit ſeruum. nam & tunc alios petet is cui furtum factum eſt.

k *Dupli pœnam.* Τὸ πλάτος, & id quod intereſt pœnæ nomine.

l Condictionis furtiuæ.

m *Et ſimplum rei.* Hoc thema non eſt ex contextu τοῦ πλάτους.

n *Soluendo non ſint.* Hoc caput non extat in Indice. Id tamen lege. eſt & παράτιτλον. nam cum titulus tractet de ſeruo, hoc caput tractat de pœna liberi hominis. Serui enim noxæ deduntur tantum.

o *Verberibus cæſi.* Quære lib. 7. tit. 3. c. 9. Serui autem qui non defenduntur à dominis, vt inopes in corpus torquentur.

p *Liberatur.* Hoc caput eſt coniungendum extremo 1. c. Quia enim ibi dixit pluribus ſeruis delinquentibus, dominum præſtare rem furtiuam & duplum & alios liberari, ſubiicit, quod ſi ita fecerit dominus & liberauerit eos, exinde ſiue manumiſſi ſint, ſiue emerit eos aliquis, non poſſe agi in emptorem ab eo qui læſus eſt, quaſi noxa caput ſequatur. quia & ii liberati ſunt. Quoties tantum præſtat dominus vnius ſerui nomine conuentus, quantũ præſtaretur ſi liber furtum feciſſet, ceſſat ceterorum nomine actio, & non tantum aduerſus ipſum actio ceſſat, ſed & aduerſus emptorem, ſi quis eorum qui ſimul furtum fecerant venierit. idem eſt & ſi fuerit manumiſſus vnus ex ſeruis. Quod ſi prius aduerſus manumiſſum actum ſit furti, tunc dabitur aduerſus dominum nomine familiæ obligatio. nec enim poſſumus dicere quod à manumiſſo præſtitum eſt quaſi à familia pręſtitum videri. Sed ſi emptor ſerui prius conueniatur & ſoluat, denegamus in venditorem actionem. quodam enim modo quod præſtitit emptor, à venditore præſtitum videtur, quia ſoluens emptor regreſſum habet aduerſus venditorem, maxime ſi promiſit omni obligatione, & noxa ſolutũ eſſe eum. Quod ſi legati vel donati ſerui nomine actum ſit noxaliter cum legatario vel donatario, non prohibetur agere cum domino ceterorum ſeruorum.

q *Manumiſſus.* Nec tenetur, quaſi noxa caput ſequatur.

r *Non liberat dominum nomine familiæ.* Quia nihil damni fecit dominus, ideo tenetur ceterorum nomine.

ſ *Nomine familiæ.* Quæ cum eo ſeruo furtum fecit.

t *At emptor.* Dum non agitur cum venditore, vel dum venditor non ſoluit.

u *Habet in eum actionem.* In id quanti læſus eſt ob ſeruum quem emit.

x *Si conueniatur.* Quaſi habens apud ſe eum qui furtum fecit.

y *Ceterorum dominum.* Nec enim damni quidquam dominus fecit, ſicut & in ſuperiori themate. Quære lib. 44. tit. 1. cap. 25. th. 2. Neque legatarius vel donatarius actionem habet in dominum ſicut emptor.

z *Non liberat.* Etiamſi dederit quantum ſi vnus liber furtum feciſſet, non liberat. quia non habet actionem in eum qui donauit, vel in partem eius qui legauit, qua ſoluta repetat. & lege lib. 47. tit. 1. cap. 18. th. vlt. deniq. dominus reliquæ familiæ qui nihil quidquã adhuc pro furto præſtitit, vel pro alio delicto, recte conuenitur. quære & lib. 44. tit. 1. cap. 45. th. 2.

a *Solu-*

Digitized by Google

a ***Solutionis electio datur.*** Nam ſi is qui dolo deſiit poſſidere, nunc exhibeat ſeruos, & noxæ dedat, liberatur, nec omnino cogitur damnum præſtare.

b ***Hec actio.*** Vt & ſi omnes non amplius cõſequantur, quam ſi liber homo furtum feciſſet. Nota actionem furti heredibus dari. quære & tit. 11. c. 1. & tit 13 c. 1. lib. 9.

c ***Si communis familia.*** Si communis familia vno ex dominis ſciente, altero ignorante furtum fecerit, qui ſcit furtum fieri omnium ſeruorum nomine tenetur, qui ignorat habet edicti beneficium. Quod ſi is qui ſcit conuentus ſoluerit, non poteſt repetere ab ignorante ſi quid totius familiæ nomine ſoluerit, quoniam ignorans totius familiæ nomine nullo modo tenetur. Nam & vnus communis ſeruus ſi iuſſu vnius ex dominis damnum dederit, & is qui non iuſsit, coueniatur Aquilia vel furti noxali, & ſoluat, rep tit a ſocio, ſicut ſi rei communi nocuerit vnus ex ſociis, alteri cum eo eſt actio. Si igitur, verbi gratia, duos habemus ſeruos communes, & vno ex nobis ſciente furtum faciant ſciens furtum fieri, duorum ſeruorum nomine tenetur: & condemnatus non habet in ſocium actionem, niſi in id quod nomine vnius ſoluit. S vero & in ignorantem velit agere is cui furtum factum eſt, duplum tantum ab eo conſequetur vnius ſerui nomine. At videamus an ignorante vnius duntaxat ſerui nomine condemnato poſſit ob alium ſeruum in ſcientem act o dari, ſicut ſi omnium ſeruorum nomine dominus tranſegiſſet, niſi forte hoc caſu ſeuerius prætor conſtituit, & non parcit furti ſeruorum conſcio.

d ***Cum eo qui ſcit, agitur.*** Sicut in 1. th. 1. cap cum ipſe ſolus ſeruorum dominus eſt.

e ***Niſi quantum*** Quære tit. 5. cap. 7. quod non pugnat. nam de vno ſeruo communi tractat, & ob id ignorantem ait dare dimidium pretii delinquentis ſerui. Idcirco & ſi ipſe prior conueniatur, propter ignorantiam, liberatur ſeruum dedendo noxæ, nec litis æſtimationem totã ſubire cogitur Hoc autem caput non de vno ſeruo loquitur ſed de familia, cuius nomine, vt huius tituli 1. cap. didicimus, & ignorans dominus non pretium vnius ſerui, ſed ſolidum duplum pretii rei ſubreptæ præſtat, & rem ſubreptam. quamobrem ſoluente eo qui ſciuit, ei tenetur, in quantum Baſilicus ait.

f ***Nomine vnius ſerui.*** Puta rem furtiuam, & duplum quod ſi vnus ſeruus furtum feciſſet, præſtando liberaretur. Idem vero & ſi plures ignorante domino furtum fecerint.

g ***Pro parte.*** Labeo ait, Si de furto facto à familia coheres meus egerit & duplum abſtulerit, me non impediri quominus dupli agam. & hoc modo fraus ſit edicto propoſito Sed mihi non placet Labeonis ſententia. Iniquum enim eſt plus habere heredes noſtros quam nos ſuperſtites eſſemus habituri. Idem Labeo ait, ſi ſuperſtes teſtator minus duplo conſecutus ſit, ſingulos heredes eius poſſe in ſolidum experiri. Sed mihi Scæuolæ videtur coheredes etiam in hac ſpecie pro parte acturos, & partem quam ſuperſtes teſtator conſequutus eſt, heredibus computari, & quod deeſt duplo, eis præſtari.

h ***Siquidem arma.*** Qui arma ſubripit non tã delinquit quam is qui iumenta. illa enim cum proxima militum ſint ſi ſubripiantur, arguunt negligentiam militum Iumentis autem ſeruandis quæ ſoluta vagantur paſcendi cauſa, domini exactam cuſtodiam præſtare non poſſunt.

Titulus XVI.

VEL ff. LIBRI XLVII. TIT. VII.

De arboribus palam vel furtim cæſis.

PAVLVS.

l. 1. ff. arbor. furtim cæſar. IN eos qui furtim arbores cædunt, & Aquilia & ex XII. tab. actio competit: & in poſteriorem computantur[a] quæ ex priori præſtita ſunt[b].

l. 2 GAIVS. Qui arbores & maxime vites cędunt, etiam tanquam latrones[c] puniuntur.

l. 3. in pr. §. 1. 2. & 3. VLPIA. Arbor dicitur & vitis ¶ & hedera & arundo & ſalix. Quod vero nondum radices egit[d], non eſt arbor, nec cuius radices exaruerunt, quamuis terra contineantur. ¶ Si vero radicitus euellamus,

§. 4. & plantari poſſit[e], arbor eſt. ¶ Radices oleæ arbores ſunt, ſiue radi-

§. 7 ces egerint, ſiue non[f].

l. 4 GAIVS. Quod ſi adeo tenerum ſit vt herbæ loco ſit, non eſt arbor.

l. 5 PAVLVS. Cædere eſt non tantum perfecte cædere, ſed & partem feri-

re cædendi cauſa. Cingere, eximere corticē. Subſecare, ὑποτέμνειν.[g] ¶Hu- §. 1
ius actionis eadem eſt cauſa quæ legis Aquiliæ. ¶Fructuarius [h]hāc actio- §. 2. & vlt.
nem non habet. Emphyteutes habet, ſicut & de aqua arcenda. & de fi-
nibus regendis. Si plures eandem arborem cæciderint, ſinguli in ſoli- l. 6
dum[i] tenentur. ¶Quod ſi plurium quorundam arbor cędatur, omnibus §. 1
vna actio & vna pœna competit. ¶Si mea arbor radices in vicini agrum §. 2
immiſerit, non licet ei eas excidere, ſed agit[k] ſicut de tigno aut protecto
immiſſo. Quamuis radices arboris[l] ex alio agro alantur, tamen eius eſt
in quo origo eius fuerit.

Vlpian. Furtim cædere, eſt ignorante domino cædere celandi eius l. 7. in pr.
cauſa. ¶Hæc autē actio non eſt actio furti[m]. ¶Qui eradicat[n] arborem nō §. 1. §. 2
tenetur hac actione, ſed Aquilia. ¶Non is tantum qui ſuis manibus cę- §. 4
dit, tenetur, ſed & qui ſeruo mandat vel libero. ¶Sin vero ſeruus ſua ſpō- §. 5
te cædat, in dominum noxalis actio competit. ¶Hæc actio[o] perpetua eſt §. vlt.
& heredibus, non etiam in heredes competit, & dupli habet condem-
nationem.

Pavl. Qui cędit in id quod intereſt[p] condemnatur, & deducitur pre- l. 8. in pr.
tium cæſæ arboris, & reliquum[q] præſtatur. ¶Qui lucrifaciendi[r] cauſa cę- §. 2
dit, & furti & condictione furtiua tenetur. ¶Qui ſciente domino vi cæ- §. vlt.
dit, non tenetur hac actione.

Gaivs. Si colonus cædat[s], tenetur etiam ex locato. Vna[t] vero debet l. 9
actori ſufficere.

Ivlia. Si gemina arbor eſt, & iunctura eius ſupra terram, vna eſt ar- l. 10
bor. Sin vero ſub terra, tot ſunt arbores quot ſupra terram apparent.

Pavl. Si de arboribus cæſis Aquilia actum ſit, & grauatus fuerit reus, l. 11
abſoluitur iudicio Quod vi aut clam[u]. hæc autem[x] actio ſalua manet.
Qvi agrum vendidit, recte experitur hac actione[y]. l. 12

Lib. 43. ff. tit. 27. [14] Vlp. Si arbor[z] ex tuis ædibus impendeat ædibus meis, & mihi noce- l. 1. §. 2 ff. de arbo- rib. cędēd.
at, niſi adimas eam, Prætor ait ex ſtirpe mihi eam excidere[a] licere, & ad
comburendum ligna tollere. ¶Arbor autē & vitis eſſe intelligitur. ¶Et- §. 3. §. 4
iam fructuario[b] interdictum competit. ¶Quod ſi communes ſint ædes, §. 5
ſinguli eo in ſolidum experiuntur, vt[c] & de ſeruitutibus. ¶Dominus ar- §. 6
boris primum adimere eam poteſt, niſi adimat, tunc vicinus, cui ea no-
cet, eam cædit. ¶Arbor[d] quæ ex agro tuo impendet agro meo, ſi ſupra §. 7. & 8.
15. pedes alta ſit, & non coerceas eam, ait Prætor me coercere & ligna
tollere poſſe idem & lex 12. tab. Ne vmbra arboris vicino noceat. ¶Ap- §. vlt.
paret igitur ædium quidem arborem ex ſtirpe excindi, agri vero coerce-
ri, ſi ſupra 15. pedes emineat.

[14] Pomp. Si arbor tui agri in meum agrum inclinauerit, recte ago[e] ex l. vlt.
12. tab. non eſſe tibi ius ita arborem poſſidere.

a *In poſteriorem computantur.* Nam ſi is qui conuentus lege Aquilia & confeſſus præſtitit ſimplum, deinde conueniatur in duplum actione Arborum furtim cæſarum, vt cap. 7. vlt. computat in id duplum. Simplum quod præſtitit lege Aquilia, & alterum tantum præſtat. quære lib. 52. cap. 33. th. 2. 3.

b *Quæ ex priori præſtita ſunt.* Hoc eſt, is qui ſecundæ actionis iudex eſt, debet deducere quod ex prima reus condemnatus ſoluit, & in reliquum eum condemnare.

c *Tanquam latrones.* Quære tit. 51. c. 28. th. vlt.

d *Radices agit.* Quid enim ſi ſaligneas virgas inſtituendi ſalicti cauſa plantauerit, & quidam eas euel-

euellant vel ſuccidant priuſquam radices egerint? Et Pomponius ait non teneri eos de arboribus cæſis.

e *Et plantari poſſit.* Vt ſi radices recenter euulſæ ſint.

f *Siue non.* Omnium eorum nomine quæ retulit in arborum numerum, hæc actio moueri poteſt.

g *Y'mnpuem.* Nec enim poteſt cæcidiſſe arborem intelligi, qui ra'ices eius cæcidit.

h *Fructuarius.* Verum aquæ pluuiæ arcendæ vtilis datur fructuario, vt lib. 5 1.tit. 13.c. 12.& finium regundorum, vt lib. 52.tit 9.c.1.th.7.& 17.

i *In ſolidum tenentur.* Solutione autem vnius liberant·r ceteri.& quære adſimile 17.c 5.tit. huius lib. maxime vero lib.10.tit.2.c.13 th. vlt. vbi tractat Iuriſconſultus de actione meius cauſa, quæ miſta eſt, id eſt, pœnæ & rei perſecutoria, & competit in quadruplum, & ait vi à pluribus illata ſi vnus præſtiterit quadruplum ceteros liberari. ac deinde indiſt·n.te dicit & in hac actione vnius ſolutione alios liberari. quamobrem hæc actio non eſt pure pœnalis, ſed miſta. duplo nanque ineſt r·s, ſicut & ibi quadruplo ineſt res.

k *Sed agit.* Hoc eſt, in eum experiri poteſt, Non licere tibi im arborem habere ſicut ſi quis lignum vel protectum immiſerit in parietem, vel cœlum alienum, agitur in eum prohibitoria de ſeruitute in rem.

l *Radices arboris.* Quære lib.50.tit 1.c.7.th 10.quo dicitur, Si vero tua arbor in meum agrum radices egerit mea fit. Sic vero huic conciliatur.*.

m *Non eſt actio furti* Nam & ſine furto fieri poteſt, vt quis cædat aliena ligna.

n *Qui eradicat arborem.* Qui radicitus euellit, euertit, nec ngit arborem, non tenetur Arborum furtim cæſarum. nec enim cædit vel ſubſecuit. At tenetur Aquilia. nam & hæc eiuſdem eſt conditionis cuius Aquilia, vt c 5.

o *Hæc actio perpetua eſt.* Idem & in actione furti ait lib.4 Inſtit.tit.11.& huius lib tit.11.c.1.& tit.13.c.1.th.vlt.

p *In id quod intereſt.* Quanti intereſt domini non lædi. Hoc cum cæſam arborem non abſtulit, ſed ibidem reliquit.

q *Reliquum præſtatur.* Ad æſtimationem eius quod intereſt relato pret'o arboris cæſæ. Si igitur id quod intereſt ſit aureorum L.arbor 50.deductis 10.fit æſtimatio quadragenorum.

r *Qui lucri faciendi cauſa.* Puta, vt venderet & pretium inde ferret.

ſ *Si colonus cadat.* Lege 4.th.15.c tit.1 lib.10.quod ſic habet aperte. Culpa coloni eſt ſi propter inimicitias eius vicinus arbores cæciderit. Ipſe quoqu- ſi exciderit præter actionem ex locato tenetur actione Arborum furtim cæſarum, & Quod vi aut clam. At Iudex actionis ex locato curat ei remitti alias act.ones. Quære lib.12.tit 5 c.28.th.4.& lib.56.tit.2.c.42.th.4.& lib.20.tit.1.c.25.them.4.

t *Vna ve.o.* Quæ tamen amplior ſit, nam ſi minori egerit, ſalua eſt altera in id quod amplius in ea eſt, vt c.1.

u *Quod vi aut clam.* Nam & interdictum Quod vi aut clam, id quod intereſt, ſimpliciter perſequitur.

x *Hac autem actio.* Vt quia forſitan inſtituta actione leg's Aquiliæ confeſſus eſt reus ſe arbores excidiſſe, & condemnatus eſt in ſimplum. Manet nihilominus hæc actio in id quod amplius eſt, hoc eſt, in aliud tantum, cum ſit in duplum: quod non eſt conſequutus lege Aquilia.

y *Recte experitur hac actione.* Nam ſi arbores cæſæ in agro manſiſſent, pluris væniſſet ager.

z *Si arbor.* Differt hoc c.à 12 tit.2. lib.58.quod ibi ſi arbores proſpectum non impediant, non excinduntur. & liber ille tractat de ſeruituribus. Hoc caput de ſeruitutibus non tractat, ſed de damno illato, vel quod extenſæ & porrectæ ſint radices arboris in parietem vicini, ita vt ex impulſu radicum metus ſit ne paries cadat, vel quod rami arboris incumbant parieti vicini, aut tegulis, & facilem aditum præbeant volentibus perfodere domum vicini.

a *Excidere licere.* Nam & radices in compagem murorum ingreſſæ, ei nocent, & ob id radicitus excinduntur, & hoc quidem de ædibus. De agris quære 2.th. 6. c. quære & penult. th. huius cap. quære lib.58.ti.2 c.12.15.16.17.& eiuſdem tit 10. cap.14.

b *Etiam fructuario.* Non tantum domino læſarũ ædium, ſed etiam fructuario hoc interdictum competit. quia & ipſius intereſt non obumbrari ædes ab arbore. c *Vt & de ſeruitutibus.* Nam communium ædium domini ſeruitutum vindicationem in ſolidum habent. d *Arbor.* De ædibus dixit Prætor. poſthac de agro dicet. e *Recte ago.* De auferenda arbore.

Titulus XVII.

Vel Libri XLVII. ff. Tit. VIII.

De vi bonis raptis[a] *& de turba & de vi armata.*

PAVLVS.

RAPTOR[b] & nec manifeſtus[c] fur eſt. & ſi quidem prius l. 1. ff. vi bonor. raptor.
actum ſit [d] Vi bonorum raptorum extinguitur actio
furti in duplum: ſi prius actum ſit furti in duplum, hęc
ſalua manet in id quod amplius in ea eſt.

VLP. Si cuius [e] dolo hominibus coactis damnum l. 2. in pt.
vel rapina fiat, in eum qui fecerit actio datur. Sed ſi ſeruus eſt, actio competit in dominum, vt ſeruũ noxæ dedat, vel damnum præſtet. ¶ Competit autem ei qui vim paſſus eſt de vi actio pecuniaria[f], §. 1
& non fit præiudicium criminali [g] iudicio[h], ſi quis pecuniarium eligat.
¶ Non tantum raptor, ſed & is qui cogit homines armatos, vt damnum §. 2. & 3.
det vel rapiat, dolo facit, & qui vtitur ab alio coactis. ¶ Edicto locus §. 5. 6. & 7
eſt, ſiue plures coegerit, ſiue vnum, & ſiue ſolus vim fecerit, & ſiue ſeruos, ſiue liberos, ſiue armatos, ſiue inermes coegerit. ¶ Hic dolus[i] §. 8
vim etiam continet. nam qui vim facit, & dolum facit, qui vero dolum facit, non vtique & vim facit. ¶ Clam[k] illatum damnum[l] non contine- §. 9
tur hoc edicto, etiam ſi coacti homines fuerint. ¶ Nam nec furti[m] in §. 10
duplum actio, nec Aquilia continentur hoc edicto[n], licet habeant cum eo communionem. quia & raptor[o] improbus eſt fur, & is qui damnum dat hominibus coactis, tenetur Aquilia. ¶ Etiam re vna ſubrepta lo- §. 11
cus eſt edicto. ¶ Is etiam qui non coegit, ſed inter coactos inuentus eſt, §. 12
& damnum dedit, vel rapuit, tenetur. Et non ſolum ſi reus coactis à ſe hominibus rapuit, ſed & ſi dolo fecit, vt alius raperet vel damnum daret, licet ab alio homines coacti ſint. Continentur vero & ii qui cogunt, & ii qui coguntur. ¶ intra annum[p] verum rei pretium quadruplatur[q], §. 13
non id quod intereſt[r]. ¶ Familiæ etiam nomine agitur, & non cogitur §. 14
oſtendere qui ex familia ſint qui rapuerunt vel damnum dederunt. Nomine[s] autem familiæ continentur ſerui miniſtrantes nobis & liberi & ſerui alieni bona fide ſeruientes. ¶ At non agitur nomine ſingulo- §. 15
rum ſeruorum, quia ſatis eſt[u] domino ſemel quadruplum præſtari. ¶ Nõ §. 16
deditur vero noxæ familia omnis[x], ſed ii tantũ qui dolo fecerunt. ¶ Vo- §. 17
catur hæc actio De vi bonorum raptorum. ¶ Dolum vero hæc actio exi- §. 18
git: & ideo ſi quis rem ſuam rapuerit, ea actione non tenetur, ſed aliter[y] multatur[z], nec is qui ſeruum ſuum fugitiuum rapuerit, quem alius bona fide poſſidebat[a]. At is qui rem ſibi obligatam rapuit tenetur. ¶ Im- §. 19
pubes non doli capax hac actione non tenetur niſi noxaliter ſerui & familiæ nomine. ¶ Si publicanus [b] exiſtimans me aliquid feciſſe §. 20
contra

contra legem publicanorum abduxerit mea pecora, hac actione[c] non
tenetur[d]. Sed ſi ea incluſerit, vt fame perirent, etiam vtili Aquilia tene-
§. 21. §. 22 tur. ¶ Is etiam qui vi abductũ pecus incluſit, tenetur[f] hac actione. ¶ Nõ[g]
tantum ſi actoris eſt res rapta, hæc actio competit, ſed & ſi quomodo-
cunque licet modice eius interſit[h] non rapi eam, vt in re commodata &
locata & pignerata & depoſita, ita vt eius interſit, puta quia culpam re-
promiſit, vel aliud quid, non vt mercedem accepit: & in re bona poſſeſ-
§. 23 ſa, vel in qua vſumfructum habuit, vel ſi aliter interſit mea, ¶ & vt gene-
raliter dicam, ex quibus cauſis competit actio furti in his quæ fiunt clã.
§. 24 ¶ Competit actio furti etiam in depoſito, ſi, vt propoſuimus, ponatur
intereſſe. Sed etſi[k] non competat actio furti, iure competit Vi bonorum
§. 25 raptorum, quaſi aſperior & effectum habẽs[l] publici criminis. ¶ Si fugiti-
uus meus[m] quædam emerit vſus ſui cauſa, & rapta ſint, habeo[n] actionem
§. 26 Vi bonorum raptorum[o]. ¶ Rerum raptarum[p] nomine etiam furti & A-
§. vlt. quilia & condictione furtiua & vindicatione agitur. ¶ Hæc actio[q] he-
redibus datur non in heredes, ne in id quidem quod peruenit[r], ſed con-
dictione tenentur.

l. 3 Pavlvs. Qui habet facultatem agendi intra annum, poſtea agẽs re-
pellitur. & ideo ſi cũ poſſet agere[s] cum domino, ipſo raptore manumiſſo
egerit poſt annũ, repelletur. quod ſi intra annum egerit cum domino,
deinde agat cum manumiſſo, repelletur exceptione[t] rei iterum iudicatę.

a *De vi bonis raptis.* Actio vi bon. raptorum à Prætore excogitata eſt. & quære c. 2. th. 3. finem.

b *Raptor.* Bonorum raptor & nec manifeſti furti tenetur in duplum, & vi bonorum raptorum in quadruplum. Si tamen prius actum ſit Vi bonorum raptorum, denegamus actionẽ furti. Quod ſi prius furti actum ſit, non denegamus actionem Vi bonorum raptorum. agitur autem ea in id quod habet amplius quam actio furti. quære tit. 12. c. 53. 81. th. 4. & 89.

c *Manifeſtus fur eſt.* Exiſtimo hic ponere nos debere hunc raptorem, vt ait 53. c. 12. tit. huius libri, nec manifeſtum, vt non pugnet cum 4. th. 81. c. eiuſdem tit. & 2. tit. 4. Inſt. & vltima adnotatione 10. c. 10. tit. huius lib. Vel etiam ſic dicamus, quod cum ſit manifeſtus & nec manifeſtus eſt, quia maiori minus ineſt.

d *Prius actum ſit.* Quęre lib. 22. tit. 5. c. 28. th. 5. finem & lib. 42. c. 8. & 33 th. 1. & 2.

e *Si cuius dolo.* Quære 18. tit. c. 14. & 35. tit. c. 1. & 62. c. 1. & huius c. 14. & 34. c. 15.

f *Actio pecuniaria.* Puta Vi bonorum raptorum. Pecuniaria vero dicitur, quod eius condemnatio redditionem pecuniarum ablatarum contineat, non publicationem. Quidam dicunt hanc eſſe De vi priuata, quod non ita eſt. De vi priuata enim non dicitur actio pecuniaria ſed criminalis, vt & de vi publica. Publicationem enim habent & infamiam, De vi priuata tertiæ partis bonorum, De vi publica omnium bonorum. Qui igitur egit pecuniaria Vi bon. raptorum, non prohibetur agere criminali iudicio ſiue legibus Iuliis de vi priuata & de vi publica. ſed etſi illa egerit, & res ablatas exegerit, poteſt criminaliter experiri in hoc, vt publicetur is qui vim intulit. Ceterum Vnde vi interdictum non habet. quia deiecto è poſſeſſione rei immobilis tantum competit vna cum legibus Iuliis.

g *Criminali.* Legi Iuliæ, ſi cum armis vim intulit.

h *Iudicio.* Vt in Aquilia & de cæde. quære tit. 3. c. 23. th. vlt.

i *Hic dolus.* Doli mali mentio in hoc edicto etiam vim in ſe habet. nam qui vim tibi facit, dolo facit, non econtrario qui dolum facit, omnino & vim facit. Tunc vero dolus habet in ſe vim, & ſi ſine vi admittatur, cum callide aliquid fit.

k *Clam illatum.* Damni dati Prætor meminit. Omne igitur damnũ Prætoris verba cõplectuntur etiam clandeſtinum. Sed non puto ad clam illatum damnum edictum pertinere, ſed ad id quod & vim permiſtam habet. Et ita quis recte definiet, ſi quis ſolus deliquerit non vi, nõ contineri hoc edicto. ſi quid vero hominibus coactis admiſerit etiam ſine vi, dummodo dolo, ad hoc edictum ſpectare. Ceterum nec furti nec Aquiliæ actio cõtribuuntur in hoc edicto, licet interdum cum eo communionem habeant. nam Iulianus ſcribit eum qui vi rapit, improbiorem eſſe furem, & vero ſi quis hominibus coactis damnum dederit, vtiq; etiam Aquilia tenetur.

l *Damnum.* Quia enim & præter interdictum Quod vi aut clam competit actio furti & Aquilia, vt in 19. th. 27. c. 3. tit. hic vero non competit, ideo dicit hoc edicto Vi bonorum raptorum non contineri interdictum Quod vi aut clam. Et nota, ſi vnus ſit raptor, eum teneri furti, ſi plures, non item & lege ſequens thema.

m *Nec furti in duplum.* Si quis dicat, At de eo quod clam fit, furti agit̃ & Aquilia & quod vi aut clam: ita Iuriſconſultus reſpondet, Vere dicis eas locum habere, ſed non vocantur Vi bonorum raptorum, vt dicere poſſit competere ſimul & actionem Vi bonorum raptorum.

n *Hoc edicto.* Cum multi rapuerunt.

o *Et raptor.* Hoc allegãdum eſt iis, licet habeant cum eo communionem. Eatenus enim, inquit, habent quatenus raptor fur eſt improbus.

p *Intra annum.* Mota hac actione. Poſt annum vero vſque ad 30. annos in ſimplum mouetur, vt cap. 32.

q *Quadruplatur.* Quære lib 1. tit. 1. cap. 9. in quo inuenies raptorem duplum præſtare. Sic enim ait aperte. Tranquille agentes Iudęos ſi Chriſtiani perturbarint, & diripuerint, in duplum condemnantur. quære & huius tit. cap. 4. th. 1. & 2. cap 32 & 34.

r *Non in id quod intereſt.* Vt in actione furti tit. 12. cap 50. & lib. 58. tit. 11. cap. 12. vel No. 63. & lib. 52. cap. 5.

ſ *Non cogitur oſtendere.* Quære lib. 10. tit. 2. cap. 13. th. 4. & lib. 51. tit. 4. cap. 4. th. vlt.

t *Nomine familiæ.* Quære lib 2. tit. 1. cap. 40 th. vlt. & cap. 195. thema. 2. totum & cap. 196. & li. 56. tit. 1. cap. 1 th. 3. & huius tit. cap. 7. th. 8.

v *Satis eſt domino* Non poteſt actor ſingulorum ſeruorum nomine, agere aduerſus dominum in quadruplum. Semel enim quadruplum præſtatur nec omnis familia deditur noxæ, ſed ii qui dolo malo fecerunt, vel is qui fecit, ſiquidem vnus eſt, qui deliquerit.

x *Familia omnis.* Mota noxali actione Vi bonorum raptorum.

y *Sed aliter.* Hic vero punitur amiſſione rei ſuæ. Quære lib. 50. tit. 3. cap. 57.

z *Multatur.* Quod ſua auctoritate rem auferat, id eſt, eam amittit. & quære lib 10. tit. 2. cap. 12. & lib. 50. tit. 3. cap. 61. 62. Nota eum qui rapit rem propriam non præſtare quadruplum, ſed rei ſuæ dominio cadere. quære & Inſtit. 4. tit. 2. & lib. 50 tit. 3. cap 57. & lib. 58. ti. 9. cap. 18. & huius li. tit. 31. cap. vltim.

a *Bona fide poſſidebat.* Tenetur Vi bonorum raptorum: ſed ſuum amittit. Tenetur & de vi ſi vim fecerit, vt tit. 8. cap. 24. & 18.

b *Si publicanus.* Quære lib. 56. tit. 1. cap. 1. 2. 6. 8. 11, 10.

c *Hac actione.* Nec enim animum raptoris habet nec dolo aufert.

d *Non tenetur.* Quamuis errans hoc fecerit & putans me deliquiſſe.

e *Vi abductum pecus.* A ſe vel ab alio abductum, à ſe vero retentum.

f *Tenetur hac actione.* Sicut & is qui ſciens rem furtiuam ſuſcipit, tenetur furti.

g *Non tantum.* In hac actione non vbique exigimus rem raptam in bonis actoris eſſe, ſed ſiue dominus eſt rei raptæ, ſiue nõ, locus eſt huic actioni. Vnde ſiue commodata mihi res ſit, ſiue locata, ſiue pignerata, ſiue depoſita, ita vt mea interſit eam non auferri, ſiue bona fide poſſeſſa, ſiue vſumfructum in ea habuero vel quo alio iure mea interſit rem non rapi. dicemus hanc actionem competere non ſpectantes an dominus ſit is cui res erepta eſt, ſed id ſolum, an ex bonis eius res ablata ſit. Et generaliter dicemus ex quibus cauſis furti competit, in re etiam ſubrepta. ex eiſdem cauſis. & Vi bonorum raptorum competere At dicet aliquis, Atqui depoſitarius non habet actionem furti. Sed ideo addidi, Si interſit eius rem non rapi. nam & furti actionem habeo, ſi diligentiam in re depoſita repromiſi, vel pretium periculi accepi, non mercedem cuſtodiæ, ne res locata videatur. Plus dico, etiam ſi ceſſet actio furti in depoſito, dari debere Vi bonorum raptorum: quia non parua differentia eſt inter eum qui clam furatur, & raptorem. ille enim ſuum delictum celare tentat. hic vero publicat: certe & publico crimine tenetur. Si quis igitur doceat vel modice ſua intereſſe rem non rapi, Vi bonorum raptorum actionem habet.

h *Eius intereſt.* Puta ſi rei periculum ad eum ſpectet & lege ſeq th.

i *Non vt mercedem accepit.* Sed vice remunerationis. nam ſi mercedem accepit non depoſitũ, ſed locatio conſtituitur. & multo magis hęc actio competit.

k *Sed etſi non, &c.* Vt in 2. th. 14. cap. 12. tit. & in 5. & 6. th eiuſdem cap. Quære & cap 86.

l *Effectum habens.* Iuliarum de vi priuata, vel de vi publica. Nota ex quibus cauſis cõpetit actio furti, ex eiſdem & vi bonorum raptorum competere. Latior hęc tamẽ eſt. Et alia eſſe dominii noſtri alia in bonis noſtris. & quære Inſtit. 4. tit. 2. & lib. 44. tit. 22. cap. 5. th. 5.

m *Si fugitiuus meus.* Priuſquam ab alio apprehenderetur.

n *Habeo actionem.* Cum rapinæ damnum ſentio etiamſi apud me ſeruus non eſt.

o *Vi bonorum raptorum.* Nam in bonis meis fiunt res à ſeruo meo emptæ.

p *Rerum raptarum.* Ab vno. nam ſi à pluribus quære 5. th. 2. cap.

q *Hac actio heredibus.* In heredes non datur Vi bonorum raptorum cum ſit pœnalis. Ideo vero prætor non eſt pollicitus in eos actionem ſe daturum ne in id quidem quod lucrati ſunt. quia putauit ſufficere in eos condictionem.

r *Ne in id quod peruenit.* Id enim quod peruenit petitur vt aliis miſſis actionibus non actione Vi bonorũ raptorum, ſed cõdictione infamis enim eſt & ſolum nomen. vt ne igitur ex nomine infamia ipſis irrogetur, in eos hæc actio non datur.

ſ *Si eum poſſet agere* In ſimplum agens recte agit, ſiquidem non prius egerit cum domino & ſatisfactum ei fuerit. tunc enim etiam ſi agat in ſimplum, repellitur exceptione rei iudicatæ.

t *Exceptione.* Quære lib. 51. tit. 2. cap 7. 11. 13. th. 6. & 16.

VLP. Si quis dolo in turba [a] damnum dederit, intra annum conti- L. 4. in pr.
nuum

§. 3 nuum in duplum tenetur, poſt annum vero, in ſimplũ. ¶ Turba autem
fit ex 10. hominibus, vel etiam pluribus. pauciorum enim rixa non turba
§. 4 dicitur. ¶ Non is vero tantum qui in turba damnum dedit tenetur, ſed
& is qui dolo fecit, vt ab alio damnum daretur, ... e turbæ præſens ipſe
§. 5 fuerit, ſiue non[b]. ¶ Et is qui venit in turbam, & doli ac damni particeps
§. 6 fuit, tenetur[c]. ¶ Etiam ſi quis nõ ipſe turbam coegerit[d] ſed ob eius dicta
vel facta turba coacta ſit vel etiam alius eam coegerit, tenetur, licet non
habuerit conſilium turbę cogendæ. & diſtat hoc edictum à præcedenti,
quod illo agitur de damno & rapina facta dolo coactis hominibus vel
non coactis. Hoc vero de damno quod in turba dolo contigit, licet non
ipſe coegerit, ſed ad eius facta vel dicta atrociter vel miſerabiliter coacta
§. 7. & 8 ſit, etiam ſi alius damnum intulerit. ¶ Quare illud quidem ob atrocitatem in quadruplum, hoc in duplum dat actionẽ, vtramq; intra annum[e],
§. 9 & poſt annum in ſimplum. ¶ Hoc edictum de damno & amiſſione lo-
§. 10 quitur non de rapina[f]. ¶ Amiſſum autem dicitur & ſciſſum vel fractum.
§. 11 ¶ Hæc actio[g] in factum eſt, & intra[h] annũ perſequitur duplum pretium
§. 12 rei quanti nunc digna eſt. ¶ Debet autẽ actor docere in turba damnum
§. 13 datum. nam ſi alibi contingat, ceſſat hæc actio. ¶ Si quis damni dandi
cauſa[i] pulſauerit ſeruum meum, & turba facta aliquid ſeruus amiſerit, is
§. 14 qui pulſauit tenetur mihi. ¶ Si vero non damni, ſed iniuriæ[k] faciendæ
cauſa, turbam coegit, vt coram eis ſeruum cæderet, hac actione tenetur
§. 15 damni ſi quod contigit inde nomine[l]. ¶ In ſeruum & familiam datur a-
§. vlt. ctio. ¶ Quæ de heredibus[m] & ſucceſſoribus dicta ſunt in actione Vi bon.
raptorum, hîc etiam locum habent.

l. 5 Venvleivs. Vi poſſeſſum[n] & raptum non vſucapitur, antequam in
poteſtatem domini heredisve eius redierit.

l. vlt. Gaivs. Raptor[o] pœna non liberatur oblatione rei ante litem.

a *In turba.* Cum multi ab aliquo coacti ſunt, & damnum datum eſt, quo nomine agitur Vi bon. raptorum, vt c. 2 huius tit. ea ſpecies hoc diſtat ab iſta, quod in ea homines dolo coacti ſunt damnũ dandi cauſa, in iſta non ſunt coacti dolo, ſed forte ob clamorem eius qui trahebatur, deinde ab aliquo dolo malo damnum datum eſt. & lege 4. th. Nota minores 10. turbam non facere.

b *Siue non.* Nam poteſt etiam ab abſente dolus malus admitti.

c *Etiam ſi quis non ipſe.* Si quis aduentu ſuo concitauit turbam & contraxit ſuo clamore, vel facto aliquo vel dum reprehendit aliquem, vel dum clamat Miſeremini, & dolo malo eius damnum datum ſit, etiam ſi non habuerit conſilium cogendæ turbæ. tamen tenetur hac actione. verum eſt enim dolo eius in turba damnum datum. & Prætor non exigit ab ipſo conuocari turbam, ſed hoc tantum an dolo alicuius in turba damnum datum ſit. & eſt differentia inter hoc edictum & ſuperius hæc, quod ſuperiore de damno vel rapina loquitur prætor cum coactis hominibus damnum datur, vel rapina fit, etiam non coactis hominibus. Hîc vero de illo damno loquitur, quod dolo in turba contingit, etiam ſi non ipſe turbam coegit, ſed ad clamorem eius vel dicta, vel ex miſericordia erga ipſum turba contracta ſit, vel alius turbam contraxit, vel etiam ſi ipſe quis ex turba fuit.

d *Turbam coegerit.* Forte dixit, Si quis in illius agrum ingrediatur, reſpicite ſignum in cœlo.

e *Vtrunque intra annum.* Nota actionem Vi bonorum raptorum, & edictum de turba poſt annum moueri in ſimplum. quære lib. 2. tit. 2. c. 9. & tit. 3. huius libri cap. 27. them. 15. & lib. 42. tit. cap. 21.

f *Non de rapina.* De rapina ex ſuperiore edicto agitur Vi bonorum raptorum. Hic vero de eo damno loquitur quod in turba cõtingit. Quare ex ſuperiore edicto quadruplum, ex hoc vero duplum patitur.

g *Hec actio in factum eſt.* Hęc actio in factum eſt narratiua, & datur in duplum quanti intereſt, quod ad verum refertur pretium.

h *Et intra annum perſequitur.* Quære lib. 1. tit. . c. 11 adq; intellige ſecundum 2. & 3. th. huius c.

i *Damni dandi cauſa.* Nam ſi alia cauſa fuit verberandi ſeruum meum, ceſſat hæc actio.

k *Iniuriæ faciendæ cauſa.* Non damni dandi conſilium habens, ſed iniuriæ inferendæ metu.

l *Nomine.* Verum eſt enim dolo in turba damnum datum ſeruo meo: & eum qui iniuriæ mihi inferendæ cauſa ſeruum meum verberat dolo facere: & eum qui cauſam præbuit damni dandi, damnum dediſſe videri.

m *Quæ de heredibus.* Puta dari eam heredibus non in heredes. id tamen quod peruenit peti.
n *Vi poſſeſſum* Quære tit. 12. c. 87. & lib. 50. tit. 3 c. 4. th. 6. 7. & c. 52.
o *Raptum* Hoc enim eſt in actione metus cauſa, vt lib. 10. tit. 1 c. 1. th. 5.

Lib. 43. tit. 16 ff. de in. terd. Vnde vi. [7] VLPIAN. Prætor ait[a], Si [b] quem loco deieceris vi aut tu, aut familia tua, de eo deq; iis quæ ibi[c] habuit intra annum, poſt annum vero de eo quod peruenit ad eum qui vi deiecit, eſt actio. ¶ Hoc interdictum is qui vi deiectus eſt habet recuperandæ poſſeſſionis cauſa. ¶ Habet & Iulias leges[d]. ¶ Et pertinet nó ad omnem vim, ſed ad ſolam atrocem, & cum de poſſeſſione rei immobilis[e] deiicitur quis non mobilium, de quibus vel furti vel vi bonorum raptorum vel ad exhibendum actio competit. Sed ſi res ſunt in agro vel domo, vnde quis deiectus eſt, de iis etiam agitur interdicto[f]. ¶ Naue deiectus vel vehiculo detractus, non habet[g] hoc interdictum. ¶ Aliud eſt ſi de ligneis[h] ædibus deiectus ſit[i]. ¶ Deiicitur is[k] qui poſſidet ciuiliter[l] vel naturaliter[m]. ¶ Vnde & ſi maritus vxori donauerit & deiiciatur, aget interdicto[n], non etiam colonus[o]. ¶ Deiicere videtur, & qui mandat vel iubet[p], vt aliquis vel vt ſua familia hoc faciat[q]. ¶ Si procurator meus deiecerit te, licet tibi aduerſus me vel aduerſus eũ agere, & præſtans litis æſtimationem liberat alium. nec enim ignoſcitur ei qui iuſſu alterius deiicit vel occidit. Sed ſi falſus eſt procurator, ipſe ſolus tenetur. ¶ Quod ſi cum alius deiecit, ego ratũ habuero, teneor. quia facti ratihabitio in maleficio, mandato comparatur. ¶ Si ſua ſponte familia mea vim fecerit, ſi quidé peruenit ad me, reſtituo[r]: ſin minus, noxę dedo ſeruos & indemnis maneo. poteſt enim ſeruus[s] in hoc domini deteriorem conditionem facere. ¶ Familiæ[t] nomine[u] ſerui continentur, etiamſi vnus ſeruus deiecerit, & ii quos ſeruorum loco habemus. ¶ Quod ſi quis ſeruum vel familiam non defendat, ita conuenietur vt quod ad ſe peruenit reddat. ¶ Filiof.[x] vel mercenario vi deiiciente, vtiliter[y] agitur. ¶ Si[z] aduerſus eum qui de ſtatu ſuo litigat egero, quod familia eius me deiecerit, & iudicetur liber, etiamſi ignorante eo vim paſſus ſim, reſtituetur mihi poſſeſſio. ¶ Quod tenet[a] ſeruus[b] vel procurator vel colonus[c], dominus tenet, & ſi deiiciantur, ipſe deiicitur poſſeſſione, etiamſi ignoret quod agitur. Sed etſi alius quis per quem poſſidebam deiiciatur, mihi competit actio. ¶ Agit autem is qui tempore deiectionis poſſidebat corpore vel animo. quare ſi ex agro vel domo procedam nemine ibi relicto[d], deinde rediens ingredi prohibear, vel etiam in itinere retinear, vim patior. aufertur enim poſſeſſio quam animo retinebam, etſi non corpore. ¶ Quod dicitur[e] æſtiuorum & hybernorum ſaltuum nos poſſeſſiones animo retinere, exempli cauſa dicitur. nam in omni prædio quod nó volumus derelinquere, ſi ex eo recedamus, idem eſt. ¶ Qui prohibetur[f] ingredi quod non cœpit poſſidere, non deiicitur[g], ſed is qui amittit poſſeſſionem quam ante habebat. ¶ Vim[h] vi & arma armis repellere[i] licet. ¶ Vi poſſidet[k] qui expulſo vetere poſſeſſore per vim poſſeſſionem obtinet, vel qui præparat[l] ſeipſum auxilio contra bonos mores, vt non prohibeatur vi apprehendere poſſeſſionem. Is autem qui vi ſuam poſſeſſionem retinet, vi non poſſidet. ¶ Vi deiicitur etiam is qui metu[m] turbę perterritus fugit, ſi ſuperuenientes eo fugato vi[n] teneant poſſeſſionem. ¶ Is qui vi poſſidet[o], ſi ab alio[p] vi deiiciatur, recte agit. ¶ Qui vi deiectus

Right margin: l. 1. in pr. ff. de vi & vi armata. — §. 1 — §. 2 — §. 3. 4. & 6 — §. 7 — §. 8. §. 9 — §. 10 — §. 12 — §. 13 — §. 14 — §. 15 — §. 16. 17. & 18. — §. 19 — §. 20 — §. 21 — §. 22 — §. 24 — §. 25 — §. 26 — §. 27 — §. 28 — §. 29 — §. 30. §. 31

Digitized by Google

deiectus[q] eſt,ſi quid poſſidebat recipit.priſtina.n.cauſa reſtitui debet,id
§.32 eſt,quod erat,ſi non fuiſſet deiectus[r]. ¶ Quamuis agrum recepero à quo
expulſus ſum,ſi quæ in eo erant nō recepero,nihilominus ago[s]. Poſſum
de rebus immobilibus interdicto, de mobilibus[t] ad exhibendū & vi bo-
§.33 norum raptorū agere. ¶ Quod ait Prætor, Quæ ibi habuit,non ſolū res
proprias ſignificat,ſed & depoſitas,vel commodatas, vel pigneratas,vel
§.34 locatas,vel quarū vſum aut vſumfructū,aut cuſtodiam habuit.[u] ¶ Quæ
vis[x] tempore ibi fuerint oportet ſpectare,etſi poſtea eſſe deſierint, vt ho-
mines vel pecora demortua ſint,& ſine culpa deiectoris[y],tenetur in æſti-
§.35.& 36 mationem eorum,ſicut fur tenetur mortuo homine furtiuo[z]. ¶ Etiamſi
villa agri & domus vnde me deieciſti,incendio cōſumatur,æſtimationē
eorū debes.cur enim non cōfeſtim poſt deiectionē reſtituiſti? vnde & ſi
§.37.& 38 abſq; dolo qui deiecit deſierit poſſidere,tenetur. ¶ Ibi[a],aduerbiū ſignifi-
cat,vt ne quis alibi poſita quærat, ſed de ea quæ in omni parte poſſeſſio-
§.39.§.40 nis[b] fuerunt,vnde quis deiectus eſt. ¶ Annus hîc continuus[c] eſt. ¶ Ex die
quo deiectus eſt quis, fructus perſequitur tam loci quā mobiliū quæ in
eo erāt, licet in reliquis[d] interdictis,fructus perſequatur quis ex die quo
§.41 egit. ¶ Non tantū vero fructus[e], ſed[f] & omnem vtilitatē[g] perſequitur,&
quæcunq; habiturus[h] erat vel adſecuturus, vel pretia eorū,& vt ſumma-
§.42 tim dicam,quanti intereſt eius ſi deiectus nō eſſet. ¶ Hîc reſtituit[i] etiam
§.43 is[k] qui non poſſidet. ¶ Non hoc[l] interdictum liberi aduerſus parētes, vel
libertus[m] aduerſus patronum habent[n], ſed in factum[o] actionē, niſi cum
§.44.§.45 armis vis illata ſit[p]. ¶ Cōpetit vero heredibus & ſucceſſoribus. ¶ Et poſ-
ſeſſori ſoli. quamobrem is qui me non meos[q] expulit,non tenetur, quia
§.46 per eos ego poſſideo. ¶ Sed ſi ex ſeruis vel ibi manentibus[r] alios expulit[s],
alios vinxit,aliis imperauit[t],vel ſi omnes[u] poſſideat,poſſeſſione deiectus
§.47 ſum[x]. ¶ Si non te deiecero, ſed ingreſſus vinxero,& opus facere cogam,
deiectus videris.

L. 2 [a] HEREDES & ſucceſſores in id quod peruenit,in factum[y] tenentur,
vel ſi quid dolo eorum minus[z] peruenerit.

a *Prætor ait.* Titulus inſcribitur De vi & de vi armata.

b *Siquidem loco deiecero.* Aliud interdictum Vnde vi,ſed non pœnale,quale proponitur lib.50. tit.*. Verum id tantum perſequitur quod abeſt & mouetur intra annum aduerſus eum.qui deiecit aliquem è re ſoli ex qua amiſſa ſunt etiam quædam. Si igitur intra annum moueatur, omnia quæcunq; amiſit,actor perſequitur,etiamſi ad reum nihil peruenerit. Poſt annum vero ſi agat, id tantum perſequitur quod peruenit ad reum.

c *Quæ ibi habuit.* Etiamſi is qui d iecit nihil accepit,ſed concurrens alius quidam. cauſam enim ipſe præbuit.quære lib.50.tit.3.c.51.aliam differentiam.

d *Habet Iulias leges.* Non vt poſſit vtraque indiſtincte agere,ſed ſi cum armis vis illata ſit,poteſt agere de vi publica vel de vi priuata,& ſi de publica egerit,certe iam non habet locum De vi priuata. Cum enim lex de vi publica omnia bene publicet, quomodo iam poterit agi de vi priuata quæ publicat tertiam partem? An vero qui cum poſſet agere de vi publica, de vi priuata egit,poſt condemnationem poteſt de vi publica agere? Supereſt enim & poſt condemnationē legis de vi priuata alia ſubſtantia, vel quia elegit minus & condemnauit reum, non etiam adhuc intendet maius. Et dicimus eum maiori non acturum niſi in minori condemnatio facta nondum ſit. Ideo autem electo minore iudicio & terminato non poteſt maius intendere, id eſt, legem Iuliam de vi publica, quia regula eſt, Vnum delictum eadem lege variis non ſubiici pœnis, quæ extat in tit.51.c.1.& hîc vero vna eſt lex Iulia de vi publica & de vi priuata. Et hæc quidem quia vis armata illata eſt, cuius nomine is qui vim paſſus eſt omiſſa lege De vi publica poteſt agere de vi priuata. Nam ſi priuata,hoc eſt, inermis,vis inferatur, De vi priuata poteſt agi, non de vi publica: neque electionem habet actor.

d De vi publica & de vi priuata. Eis enim legibus proſpectum eſt ne quid per vim admitteretur. proſpexerunt & huic rei Conſtitutiones.

e *De poſſeſſione rei immobilis.* De poſſeſſione ædium, fundi, areæ, & generaliter cuiuscunque loci.proinde & ſi à domo ſuperficiaria deiiciatur quis, locus eſt interdicto.

Digitized by Google

f *Agitur interd. ℓto.* Habet & Vi bonorum- torum, vt th.11.

g *Non habet.* Quære lib.53.tit.1.c.76. Sed de audacia facti vel de rapina.

h *Si de ligneis ædibus.* Vehiculum enim & nauis ſolo non cohęret, & ideo immobilium appellatione non continentur. Lign æ ædes ſolo cohęrent, & ideo immobilibus adnumerantur.

i *Deiectus ſit.* Nam qualecunque ſit quod ſolo cohęreat, deiectus ex eo, recte vtitur interdicto.

k *Deiicitur ſis qui.* Quære lib.58.tit.24.c.4 th.1.& Inſt.4.tit.15.circa finem.

l *Poſſidet ciuiliter.* Vt ex emptione vel dona n. Naturaliter vero, vt bonæ fidei poſſeſſor.nā lex ciuilis hanc poſſeſſionem non nouit.

m *Et naturaliter.* Nam & naturalis poſſeſſio ad hoc interdictum pertinet. quære c.9.th.6.& 8. & c.14.& 20.& lib.50.tit.2.c.1..& c.3.th.vlt.& tit.3.c.62.& lib.51.tit.5.c.2.th 2.& ibi adnotationem tertiam.& lib 58 tit.17.c.3.th.penult.& Antiquum.

n *Aget interdicto.* Quære Inſtit 4.tit.15.circa finem,& lib.50.tit.2.c.1.the.3. Nota de colono rem neceſſariam.& quære lib.15.tit.4 cap.3.them. vlt. & ibi Innominatum, & eiuſdem cap. 4. neceſſario.

o *Non etiam colonus.* Hic enim alii poſſidet quære lib.58.tit.18 c 1.

o Non enim ſibi ſed alii poſſidet, vt c 26.& ob id deiectus non agit & quære etiam c.17.& 25. & huius c th.12. Quære & tit.1.c.37.& tit.33.c.18.

p *Vel iubet.* Quære lib.2.tit.3.c 152.th 2.

q *Hoc faciat.* Nihil enim refert ſuis manibus quis deiiciat poſſeſſorem an per alium.

r *Reſtituo.* Nec enim conuentus debeo grauari ob ea quæ ſerui meſfecerunt.

ſ *Seruus.* Quod enim ſeruum, qui deliquit, dominus noxæ dedere compellitur, damnoſum ei eſſe non creditur, quoniam ſeruo licet in ſui pretio lædere dominum. Vel poteſt ſeruus ſui corporis damno afficere dominum.

t *Familia nomine.* Quia ſupra dixit, Si familia mea vim fecerit, & aliquid peruenerit ad me, id me reſtituere, ſi vero nihil peruenerit, noxæ dedi ſeruos, ad hæc veniens ait, quod de noxa familiæ audis differentem me, ne exiſtimes nomine familiæ etiam liberos contineri, vt 3.th.40.ca. 2. tit. 2. lib ſed ſeruos tantum. Liberi enim non deduntur, ſed proprio nomine tenentur & conueniuntur, Et quod ait vlt. th. dicti 40. cap. vnum vel duo familiam non facere, id in aliis ſpeciebus procedit. lege enim ibi adnotationem. Hic vero vt competat Prætoris interdictum quod in 7.c.huius tit. refertur, id eſt, vnde vi coercendorum eorum cauſa, qui vim fecerunt, etiam vnus ſeruus familia cenſetur nec licebit quibuſdam dicere prætorem in 7 c interdictum tunc dediſſe cum ego vel familia mea vim fecit vnum autem ſeruum famil am non facere, & ob id ceſſare interdictum debere. quęre huius tit.c 2.th nec opponatur huic capiti, ſed attende initio huiſce adnotationis.

u *Familia nomine ſerui continentur.* Et manifeſtum quidem eſt familiam ſeruos ſignificare. quærit vero quem numerum ſeruorum contineat, vtrum plurium, an duûm vel trium. Et verius eſt in hoc interdicto, etiamſi vnus ſeruus vi deiecerit, familiam deieciſſe videri. Continentur vero familiæ nomine etiam ii quos habemus ſeruorum loco, cum ſint liberi. quære lib.2.tit.2 c.100.& 140. & 159.th.2.& c.41.& 40.th. vlt. Nota ex hoc mercenarios eſſe ſeruorum loco & idcirco teſtimonium non ferant pro eo qui eorum operas locauit, cum eis imperare poſſit.& quære lib.21.tit.1.c. 6.& lib 16.tit.8.c.4.& lib.2.Inſtit.tit.5.th.5.& huius libri tit.12.c.90.

x *Filioſ* Si filiusf. vel mercenarius vi deiecerit, vtile interdictum datur in patrem, vel in eum qui locauit operas mercenarii.

y *Vtiliter agitur.* Hoc interdicto Vnde vi in patrem vel in dominum.

z *Si aduerſus eum.* Si aduerſus eum qui ex ſeruitute in libertatem proclamat, vel ex libertate in ſeruitutem trahitur, poſt inchoatum liberale iudicium, vtar hoc interdicto, & liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignorante.

a *Quod tenet ſeruus.* Seruis eius me vi deiectum, reſtitui mihi poſſeſſionem oportet.

a Quære lib.50.tit.2 c.2.th.12.& c.24.

b *Seruus vel procurator.* Sciente domino. Si vero peculii nomine, ſuperuacua eſt ſcientia.

c *Vel colonus.* Abſente autem domino, ii etiam ſi deiiciantur & ſerui agunt, vt lib.50.

d *Nemine ibi relicto.* Quęre lib.50.tit.2 c.6.th.2.ſimile.

e *Quod dicitur.* Quære lib 50.tit.2.c.2.th.11.& c.44.th.3.& 4.& c.45.46.& Antiquos eorum valde neceſſarios.

f *Qui prohibetur.* Quære lib.9.tit.6.c.14.& lib.51.tit.5.c.1.& lib.58.tit.10.c.45.th.10.

g *Non deiicitur.* Denique non agit interdicto Vnde vi, ſed in factū, vt indicant intra hoc caput poſitę prætermiſſiones quære c.24.& 18. Agit autē in factū quanti res eſt in eum qui prohibuit.

h *Vim vi & arma armis.* Quære c.9.th.3.& c.23.& lib.10.tit.2.c.11.th.2.& lib.50.tit.3.c.50. & lib.2.tit.2.c.40.th.3.

i *Repetere licet.* Et hoc ius natura comparauit.

k *Vi poſſidet.* Is creditur vi poſſidere, qui expulit veterem poſſeſſorem, & vi detinet poſſeſſionem, qui in hoc ipſum aptatus & præparatus venit, vt & contra bonos mores non poſſit ab aliquo prohiberi, nolente ipſum ingredi poſſeſſionem. Quod ſi quis quam habuit prius poſſeſſionem, conetur vi cuſtodire, ne ea deiiciatur, hic non videtur vi poſſidere, vt Labeo ait.

l *Qui preparat ſeipſum.* Forte dolo malo affirmauit fore vt in agro aduerſi aliquid accideret, vel eum nunc à gentibus detineri, quod audiens dominus retroceſſit.

m *Is qui metu.* Aliquo de induſtria dicente gentes aduenire.

n *Vi teneant poſſeſſionem.* Nam ſi abſque vi occupauerint poſſeſſionem, quam is qui fugit dereliquit,

Digitized by Google

liquit, poſſeſſione vi deiectus non videtur.quia vis ſine corporali vi non poteſt locum habere ſecundum Pomponium.quære c.19.& 21.

o *It qui vi poſſidet.* Nota eum qui vi poſſidet, ſi ab alio vi deiiciatur, habere interdictum Vnde vi reſtituendæ poſſeſſionis cauſa.& quære lib.50.tit. 3.cap.4. them. 18. Si re vi agro meo deiecero, non videtur rediiſſe ad me:quia teneor de vi.quære & eiuſdem c.57.& Inſtit.4.tit.15. Quære & lib.13.tit.1.c.15.& tit.2.c.1.th.25.& lib.7.tit.5.c.64.& lib.25.tit.1.c.9 the.4.& lib 50.tit. 2. cap. 49.finem.

p *Si ab alio vi deiiciatur.* Quære lib.10 tit.2.c.11.them.2.& lib 50.tit.14.c 9.integrum,& diſces pulchram diſtinctionem.

q *Qui vi deiectus.* Quære lib.50.tit.3.c.53.& lib.2.tit 2.c.75.& lib.23.tit.3 c.2.

r *Si non fuiſſet deiectus.* Quidquid damni ſenſit ob deiectionem.

ſ *Nihilominus ago.* Quia verum eſt me vi eſſe deiectum.

ſ Si nolens & de iis agere interdicto cum vi deiectus ſum agro, agrum recepero, hæc non recepero.

t *De mobilibus.* Poſſum de iis agere interdicto ſi ſint acceſſiones rerum immobilium, vt cap.9. them. 10.

u *Aut cuſtodiam habuit.* Vel quarum cuſtodiam recepit vel ſi quæ ei locatæ ſint.

x *Quæ vis tempore.* Quia enim omnino vi me de poſſeſſione deieciſti, videtur per te ſtare quominus ea mihi reſtituantur: & ideo ait conſtare eum qui vi deiecit etiam eorum nomine,quę dolo deſiit poſſidere teneri hoc interdicto.

y *Sine culpa deiectoris.* Quære lib.10 tit.2.c.13.th.14.& lib.15.tit.1 c.15.th. 3.& ibi Stephani & Innominati adnotationem.

z *Mortuo homine furtiuo.* Rectiſſime ait. quæ tunc ibi habuit. Tunc enim ſic accipimus cum poſſeſſione deiiceretur,adeo vt ſi poſtea deſierit ea habere,dicamus & hæc in interdictum venire. atque ita accidit, vt etiam ſi ſerui vel pecora mortua ſint, poſteaquam deiectus quis eſt cuſtodia rei ſiue poſſeſſione,recte de eis agatur interdicto.

a *Ibi.* Ibi addidit prætor, vt non cogeretur qui vim intulit,& quæ non erant in agro reſtituere. Sed illud, Ibi, quomodo debemus accipere? vtrum in loco vnde vi deiectus eſt,an in omni poſſeſſione, id eſt, in omni prædio vel in omni domo?& melius eſt dicere non ad vnum angulum tantum vel locum in quo vis facta fuerit, hoc debere referri, ſed ad omnem partem poſſeſſionis domus vel prædii,qua quis caruit vi,cum deiicitur poſſeſſione.

b *In omni parte poſſeſſionis.* Id eſt,in eodem prædio poſita.

c *Continuus eſt.* Vtilis.& ideo etiam ſi in medio ſint dies feriati currunt.

d *Licet in reliquis interdictis.* Sic oportebat Iuriſconſultum dicere & non ſolum ab eo qui vim intulit,ſed etiam ab illo qui ab eo accepit, licet bona fide accepit,petuntur fructus ex die deiectionis. & forte etiam in aliis, ſi bona fide poſſideat quis poſt litis conteſtationem ſoli fructus petuntur. Cauſa hæc eſt, quia vi poſſeſſa non vſucapiuntur, niſi quoquo modo ad dominum redierint nec furtiua. Quære lib.58.tit.14 c.3.

e *Fructus.* Non tantum fructus in hoc interdicto veniunt,ſed & cetera omnia lucra.nam & Iulius ait in hoc interdicto quæcunque habiturus vel adſecuturus eſſet quis,ſi poſſeſſione deiectus non eſſet,hæc ei debere reſtitui, vel eorum omnium litem à iudice æſtimari, & accipere actorem, ſi quid eius interſit non deiici poſſeſſione.

f *Sed &.* Sic & in metus cauſa,vt lib.10.tit. 2.

g *Omnem vtilitatem.* Puta culturam agri.quam ipſe facturus erat.

h *Quæcunque habiturus.* Is qui vim paſſus eſt,non quæcunque accepit qui vim intulit.

i *Hic reſtituit.* Poſſeſſionem qua quem deiecit.

k *Etiam is qui non poſſidet.* Sed vim intulit,ad alium vero tranſtulit poſſeſſionem.licet enim nō poſſideat quaſi poſſeſſor,tenetur vt poſſeſſionem reſtituat,vel id quod intereſt.

l *Non hoc interdictum.* Nam etſi famoſus non ſit,vt tit.51.c. 32. tamen notam inurit.quære & huius tit.c.18.

m *Vel libertus.* Quære lib.10.tit.3.c.10 & lib 29.tit.1.c 91.

n *Habent.* Quoniam multam atrocitatem in ſe habet interdictum.

o *Sed in factum.* Sic & in actione de dolo,vt lib.10.tit.3.c.10.& lib.29. tit.1.c.91.& lib.7. tit.8.c. 10.th. 11.& lib.31.tit.2.c.2.

p *Vis illata ſit.* Tunc enim de vi armata interdictum competit in parentes vel patronos.

q *Qui me non meos expulit.* Quia enim illos reliquit, per eos ego poſſideo,nec videor deiectus.

r *Vel ibi manentibus.* Mercenarius,qui mihi cuſtodiunt poſſeſſionem.

ſ *Alios expulit.* Non obtemperantes eius mandatis.

t *Aliis imperauit.* Vt cuſtodirent poſſeſſionem.

u *Vel ſi omnes poſſident.* Hoc eſt, Quod in parte ſeruorum dictum eſt,in omnibus ſeruis dictum videri.

x *Deiectus ſum.* Quia deſii poſſidere cum ſerui mei ab alio poſſideantur.

y *In factum tenentur.* Ne exiſtimes in duplum heredes teneri,cum omnis ſucceſſor in id duntaxat quod ad ſe peruenit teneatur,ſed loco actionis Vi bonorū raptorum, & De vi armata agitur aduerſus heredes in factum quam Græci in duplum ſolent appellare.

z *Minus peruenerit.* Nam ex omnibus delictis defunctorum in id quod ad ſe peruenit heredes tenentur. Satis enim eſt ſi nihil lucretur heres, nec oportet eum in damno verſari.

Tt

Digitized by Google

[9] Vlp. Sed & ſi quis armis deiecerit, heres in id quod peruenit tene- l. 3 in pr.
tur[a] perpetuo. ¶ Arma autem ſunt omnia tela, veluti fuſtes[b], lapides, gla- & §. 1. §. 2
dii, rhomphææ: ¶ licet vnus vel duo ea tenuerint[c], licet inermes venerint, §. 3. 4. & 5
deinde in cõcertatione fuſtes vel lapides ſumpſerint, licet eis non ſint v-
ſi[d]. ¶ Quod ſi videns quis armatos alibi tendentes fugerit, non eſt deie- §. 6. & 7
ctus, ſicut nec ſi audiẽs[e] vere vel falſo armatos venire fugerit, niſi illi poſ-
ſeſſionem[f] occuparint ¶ Si[g] dominum venientem in poſſeſſionẽ armati §. 8
qui ante eã inuaſerant prohibuerint, armis deiectus videtur. ¶ Eum[h] qui §. 9
cum armis[i] venit, recte armis repello, incontinenti puta[k], & nõ tantum
reſiſtere[l] licet, ſed & eum qui deiecit confeſtim reiicere, non poſt duas
horas. ¶ Si procurator meus vel familia mea armata venerit, ego vim fa- §. 10. & 11
cio, ſiue mandaui, ſiue ratum habui.[m] ¶ Si dolo meo alius deiecerit, re- §. 12
cte[n] mecum agitur. & poſt annum vero in id quod peruenit conuenitur
qui prohibuit. ¶ Fructuarius ſi prohibeatur vti frui agro quem poſſidet, §. 13. & 14
vel ad eum reuerti cum receſſiſſet non deſerendi[o] animo, recte agit. Sed
ſi ab initio[p] prohibeatur vti frui, non agit hoc interdicto, ſed vindicat[q]
vſumfructum[r]. ¶ Is etiam qui domo[s] vti frui prohibetur, agit, non qui §. 15
rebus mobilibus, niſi acceſſiones ſint immobilium. nam de mobilibus
quæ ſunt in agro vel domo competit. ¶ Is etiam qui vſum[t] habet, re- §. 16
cte agit[u]. ¶ Quod ſi poſteaquam prohibitus eſt, capite minuatur[x], vel §. 17
moriatur[y], heredes eius agent, non vt in futurum vſusfructus conſtitua-
tur, ſed vt[z] damnũ præſtetur. ¶ Suſcipit etiam heres actionem in factum §. vlt.
in id quod peruenit.

[10] Idem. Si nomine ciuitatis deieceris me, agam[a] in ciues in id quod l. 4
peruenit.

[11] Idem. Si vi tradidero tibi poſſeſſionem, non ago[b] hoc interdicto: l. 5
quia vi deiectus[c] non ſum.

[12] Pavl. Interdictum condemnat quanti intereſt mea poſſidere, l. 6
quod vel pluris[d] vel minoris æſtimatur. Sæpe enim plus intereſt mea ſer-
uum retinere quæſtionis habendæ aut rei[e] probandæ aut hereditatis ad-
eundæ gratia, quam pretium accipere.

[13] Idem. Si tu me deieceris, alius vero poſſideat, tecum[f] agam, non l. 7
cum alio.

[14] Idem. Vi poſſideo etiamſi non dominum[g], qui tamen poſſidebat, l. 8
deiecero.

[15] Pavl. Ex pluribus[h] heredibus ſinguli in id quod ad eos peruenit l. 9
tenentur. ¶ Si dominus[i] vel alius deiecerit me ab vſufructu, ad reſtitutio- §. 1
nem agam. quare ſi poſt deiectionem tempore finiatur, iterum[k] opor-
tet[l] conſtitui vſumfructum ad idem tempus.

[16] Gaivs Si dominum[m] & fructuarium ex fundo deiecero, & extin- l. 10
guatur vſusfructus non vtendo, dominus eum retinet. fructuario au-
tem prætor indemnitatem præſtat.

[17] Papin. Vim tibi facio, niſi ſinam te rebus tuis tuo arbitrio vti[n], ſe- l. 11
rentem, vel fodientem, vel arantem, vel ædificantem, vel quid omnino[o]
facientem, per quod[p] liberam tibi poſſeſſionem aufero.

[18] Marc. Colonus[q] non admiſit[r] emptorem fundi, deinde & ipſe l. 12
vi de-

Digitized by Google

vi deiectus eſt, veniet quidem aduerſus eum qui deiecit, at domino fundi tenebitur[s] perinde ac ſi ipſum prohibuiſſet[t] ingredi, niſi[u] iuſtam prohibendi cauſam habuit.

l.13 19 Vlp. Nullum interdictum[x] famoſum eſt.

l.14 20 Pomp. Si de fundo[y] me vi deieceris, quem vi aut clam[z] aut precario[a] poſſidebam, & eum & quæ in eo erant mobilia recipiam.

l.15 21 Pavl. Si vi[b] aut clam quid feciſti, licet ſine dolo aut culpa amiſeris poſſeſſionem, quanti intereſt teneris.

l.16 22 Vlp. Si vim[c] fecero, etiã pater meus in id quod peruenit cõuenitur.

l.17 23 Idem. Si eum qui mihi vim fecit, confeſtim[d] vi deiecero, vi nõ poſſideo. quare ſi rurſus deiiciat me, recte in eum ago.

l.18 24 Pap. Si vendidero tibi agrum, & colonus meus te ingredi prohibuerit[e], deinde tu vi eum deieceris, colonus quidem mihi[f], nec enim eras tu poſſeſſor[g]: tu vero etiam ſi mea voluntate[h] deieceris, illi teneris.

§. 1 ¶ Qui habet interdictum[i], & mauult rem vindicare pendente iudicio, recte vtitur interdicto.

l.19 25 Tryph. Si deieceris[k] me de fundo, & moram[l] me in agendo faciente quæ in eo erant mobilia fortuito amiſſa ſint, in ea etiam condemnaberis. quia ex tempore[m] deiectionis plus quam debitor[n] moroſus[o], de damno teneris.

l.vlt. 26 Iavol. Si colonus[p] tuus vel inquilinus, vel ſi horum colonus, aut inquilinus deiectus ſit, tu ages.

a *Tenetur.* Quia rei perſecutionem continet. quære lib. 10. tit. 2. c. 19. & 18.

b *Velut i fuſtes.* Quære lib. 2. tit. 2 c. 41. th 2.

c *Ea tenuerint.* Nam & tunc armis deiectus videtur.

d *Non ſint vſi.* Qui armati venerunt vis inferendæ cauſa, licet armis vſi non ſint ad deiiciẽdum poſſeſſorem, armatam vim feciſſe videntur. Sufficit enim & ſolus terror armorum, vt videatur quis vim armatam ſuſtinuiſſe.

e *Nec ſi audiens.* Hic neque metus cauſa poteſt agere. vt lib. 10. tit. 2. c. 9.

f *Poſſeſſionem occupauerint.* Tunc enim poteſt agere. ſi iam eis ingredientibus fugerit. Nota quod ſi quis videns armatos venientes receſſerit de poſſeſſione quam habuit, & illi eam occupauerint, vi deiectus videtur quære lib. 10. tit. 2. c. 8. & lib. 50. tit. 3. c. 34.

g *Si dominum.* Si dominum venientem in ſuum agrum armati quidam ingredi prohibuerint, & ii agrum detineant, armis poſſeſſione deiectus videtur.

h *Eum qui.* Quære lib. 24 tit. 8. c. 8. & lib. 50. tit. 3. c. 48.

i *Cum armis venit.* Quære lib. 50. tit. 2. c. 5. integrum, & c. 18. th. 2. & 4. & cap. 33. & 34. & 38. & tit. 7. c. 2 & Antiquum eius.

k *In continenti puta.* An vero hic incontinenti intra tres dies debemus intelligere, vt eſt in Thalelæi annotatione 45. c 1 tit. 8. lib. An pro confeſtim, & ipſo tempore deiectionis? Et exiſtimo non habere hic locum quod de tribus diebus dicitur, ſed incontinenti accipi pro confeſtim, & in ipſa deiectione. idque manifeſtum eſt ex eo quod Baſilicum, Confeſtim ſubiicit, Confeſtim, non poſt duas horas. & ratio aperta. nam ſimul ac deiectus ſum, aduerſarius meus poſſeſſor conſtituitur, & hoc obtinente poſſeſſionem, ſi ego mea auctoritate eum deiecero, vim facio, & teneor interdicto Vnde vi, & rem meam amitto.

k Intra duas horas. non poſt longam moram. videtur enim altera vis eſſe.

l *Reſiſtere.* Ne deiiciat poſſeſſione. Quære lib. 10. tit. 2 c. 11. th. 2. quære & tit. 37 c. 22. 23. Nota vi poſſeſſione deiectum recte armis eum qui ſe deiecit repellere: verum intra duas horas. Sic enim Incontinenti accipitur. ego vero non ita ſentio. nec enim Baſilicus habet [illegible], ſed [illegible], quod eſt ex interuallo.

m *Siue ratum habui.* Nam in maleficiis ratihabitio ſpectatur. comparatur enim mandato.

n *Recte mecum agitur.* Et cum illo ſi ſcierit dolum. mecum quod dolo fecerim, licet nihil ad me peruenerit: cum illo quod & ipſe dolo fecerit & rem abſtulerit. Poſt annum vero mecum non agetur, cum nihil habeam, cum eo agetur in id quod peruenit.

o *Non deferendi animo.* Non deferendi vſusfructus cauſa quære c. 7. th. 5.

p *Si ab initio.* Cum nondum poſſidet, ſed nunc primum cœpturus eſt poſſidere.

q *Sed vindicat.* Quære lib. 16. tit. 6. c. 5. th. 2.

r *Vſumfructum.* Agens de vſufructu confeſſoria in rem quod prohibeatur vti frui.

ſ *Qui domo.* Non tantum ſi fundo prohibeatur fructuarius vti frui, ei competit interdictum,

Digitized by Google

ſed & ſi ędificiis agri. Ad res mobiles vero hoc interdictum fructuario non competit, niſi res mobiles acceſſiones ſint immobilium. nam ſi in agro ſint mobilia, ad ea etiam refertur interdictum.

t *Qui vſum habet.* Quære cap.7.th.5.& lib.50.tit.2.cap.12.

v *Recte agit.* Recte agit interdicto ſi prohibeatur vti.

x *Capite minuatur.* Fructuarius. quære li.16.ti.2.cap.33. Si prioris ſtatus mutationem patiatur, vt ſi deportetur vel quid tale patiatur.

y *Vel moriatur.* Quære lib.16.tit.2.cap.6.th.3.& tit.4.cap.1.& finem 3.cap.& tit.8.ca.33.& tit.1.cap.36.th.3.

z *Sed vt damnum præſtetur.* Præteriti temporis.

a *Agam in ciues.* Simile in actione de dolo, lib.10.tit.3.

b *Non ago hoc interdicto.* Sed metus cauſa, vt lib.10.tit.2.cap.9.th.2.&3.& eiuſdem cap.25.

c *Quia vi deiectus.* Coactus eum inducere in poſſeſſionem.

d *Quod vel plures.* Interdum enim amplius, interdum minus inuenitur.

e *Aut rei probandæ.* Non enim ſpectamus quid non habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere prohibitus fuerit, vt lib.2.tit.3.cap.78.

f *Tecum agam.* Intra annum, & aduerſus te, qui vim intuliſti, nec poſſides, vt cap.7.th.27. Nota in eum qui deiecit, agi etiam ſi alius poſſideat.

g *Etiam ſi non dominum.* Veluti fructuarium, aut bonæ fidei poſſeſſorem.

h *Ex pluribus heredibus.* Hinc quandoque inſolidum tenetur heres ex parte, ſi totum ad eum peruenerit, quandoque in minus, ſi ex vi minus lucrifecerit.

i *Si dominus.* Deiectum fructuarium iubet Prætor in eandem cauſam reſtitui, in qua futurus eſſet ſi deiectus non eſſet. itaque ſi tempore vſusfructus extinguatur poſtquam vi deiectus eſt à domino agri, nihilominus cogitur iterum nouum vſumfructum conſtituere.

k *Item.* Me agente vtili actione, vt lib.18.tit.1.cap.60.th.2.

l *Oportet conſtitui.* Si dominus me deiecit. nam ſi alius me deiecerit, non dominus, non reſtituitur mihi vſusfructus poſt decennium, ſed qui vim fecit, mihi indemnitatem præſtat, vt cap. ſeq.

m *Si dominum.* Si prædo quis & dominum fundi & fructuarium poſſeſſione expulerit, atq; ob id non vtēdo fructuarius amiſerit ius ſuum, nemo dubitat quin ſiue cum fructuario agat dominus fundi aduerſus prædonem, ſiue non, retinere vtique poſſit reuerſum ad ſe vſumfructum. pro amiſſo autem vſufructu qui deiecit fructuarium, ei tenetur.

n *Tuo arbitrio vti.* Qui poſſeſſorē certi loci non ſinit eo vti ſuo arbitrio, ſiue coniiciendo & coaceruando ei aliquid, ſiue fodiendo, ſiue arando, ſiue ædificando, ſiue aliud quodcunque faciendo, non ſinit eum libere rem poſſidere, vim ei facere creditur. Nota quibus modis vis committatur. quære & cap.7.th.2.

o *Vel quod omnino facientem.* Vt ſolent domini in ſuo facere.

p *Per quod.* Hæc verba, Per quod, ad ſuperiora referuntur, & ita exponuntur. Vim tibi facio: per quod, id eſt, in quo, liberam poſſeſſionem aufero.

q *Colonus.* Sciens voluntatem domini & non faciens.

r *Non admiſit.* Fingendum in venditionis inſtrumento ità clare perſcriptum fuiſſe. Eſto tibi traditus ſine corporali traditione. denique nō indigebat traditione.

r Locatore agrum vendenre & iubente emptorem ire in agrum & eum inſpicere, & non admiſſo emptore, videtur quodammodo agrum ſuum facere, & vim inferre domino agri, & vi poſſidere. ideoq; ſi deiiciatur ab aliquo, recte in eum agit. & quære cap.7.th 18.

ſ *Domino furti tenebitur.* Quia nihil refert veterem dominum prohibuerit colonus ingredi fūdum, an emptorem cui poſſeſſionem tradi vetus dominus iuſſit.

t *Si ipſum prohibuiſſet ingredi.* Videtur enim poſſeſſione eum pellere, cum non patitur poſſeſſionem emptori tradi.

v *Niſi iuſtam, &c.* Vt ſi forte ignorauit eum eſſe emptorem. tūc enim ipſe neque tenetur neque conuenitur. Vel ſi nondum impleta fuerint tempora locationis.

x *Nullum interdictum famoſum eſt.* Quære tit.51.cap.32.& lib.52.cap.35.

y *Si de fundo.* Armis deiectus poſſeſſione ſicut ipſum fundum recipit, licet vi aut clam aut precario eum poſſideat: ita & res mobiles omnimodo recipit.

z *Vi aut clam.* Quære cap.7.th.18.& lib.50.tit.2.cap.49.

a *Aut precario.* Lege Antiquum.6.th.14.ca.12.tit. quod donationi cōparatur precarium Nota ex hoc eum qui precario poſſidet, deiectum habere interdictum Vnde vi. Nota eum qui vi quem aut clam deiicit teneri, etiam ſi ſine dolo vel culpa amiſerit poſſeſſionē & quære lib.37.tit.7.c.7.

b *Si vi aut clam.* Si vi me poſſeſſione deieceris, vel vi aut clam aliquid aduerſus me feceris, poſtea vero rem amiſeris, etiamſi ſine dolo omni & culpa eam amiſeris, tamen damnaberis mihi quāti intereſt mea vim nō pati. quia in eo ipſo culpa tua videtur fieri, quod omnino vi me deieceris, vel vi aut clam feceris quid circa rem. quære lib.42.tit.1.cap.23.th.2.

c *Si vim fecero.* Vt ſi vi erepta donauero patri meo.

d *Confeſtim.* In ipſo congreſſu. quęre lib.10.tit.2.cap.11.th.2.& 3.& ibi Antiquos. Nota quod ſi quem vi deiecero, deinde is ex interuallo me deiiciat recte in eum ago.

e *Prohibuit.* Sibi vindicans rem locatam. quære cap.18.& lib.10.tit.2.cap.11.th.2.

f *Colonus quidem mihi.* Nihil enim intereſt vtrum me deiiciat poſſeſſione, an ex voluntate mea miſſum emptorem non ſinat ingredi poſſeſſionem. neque enim videtur amiſiſſe poſſeſſionem

venditor

venditor fundi, licet eum emptori tradere iuſſerit, antequam vere tradatur emptori. quia nemo hunc animum habet, vt poſſeſſione cadat propter emptorem quam emptor adeptus non eſt.

g *Poſſeſſor.* Didiciſti eum deiici qui poſſidet ciuiliter vel naturaliter. Tu vero emptor nondum rem accepiſti nec poſſidere cœpiſti.

h *Si mea voluntate.* Quia nõ emptorem ſed venditorem videtur colonus prohibuiſſe poſſeſſione, & ob id ipſi venditori tenetur interdicto Vnde vi. Sed ſi voluntate venditoris emptor colono vim fecerit, quæritur an emptori ſuccurri debeat, quod voluntate venditoris colonum expulerit. Et placuit non iuuari eum. quia illiciti mandati venditoris miniſter fuit.

i *Qui habet interdictum.* Vnde vi. quære tit. 5. huius lib. c. 4 th vlt. & lib. 50 tit. 2 cap. 12. th. 2. Nota eum qui egit in rem pendente iudicio, poſſe agere de poſſeſſione, & tranſire ab vna actione ad aliam.

k *Si deieceris me.* Si vi me deieceris de poſſeſſione fundi vel ædium, in quibus habebam res mobiles, cum Vnde vi interdicto debeas non tantum prędium vel ædes mihi reſtituere ſed & res mobiles quæ in eis ſunt, licet me moram faciente in agendo Vnde vi moriantur ſerui aut pecora quæ erant in agro vel ædibus, vel aliæ res mobiles, tamen fortuitos caſus feres ex tempore deiectionis: & plus debebis quam moroſus debitor, & fortuitis caſibus obnoxius.

l *Et moram.* Quære lib. 10. tit. 2. c. 13. th. 14. integrum.

m *Ex tempore.* Quære lib. 15 tit. . c. 15. th. 3. & ibi Stephani & Innominati adnotationem.

n *Plus quam debitor.* Hic de fortuitis non tenetur.

o *Debitor moroſus.* Veluti promiſſor qui ſeruũ dare in diem certum promiſit & poſt diem moram facit, quem & contingit poſtea mori. & hic enim tenetur.[1]

p *Si colonus tuus.* Quære cap. 7. them. 5. & 17. & 23. Quære tit. 21. c. 5 the. 2. circa medium, de Iniuria.

l. vn. ff. de Vtribi. — 27 QVI[a] ſeruum poſſedit vel rem mobilem[b] maiore[c] parte anni, is eam ducat. par eſt hoc interdictum de rerum ſoli poſſeſſione[d] interdicto, vt & hîc is qui nec vi nec clam nec precario poſſidet[e] vincat. — Lib. 41 ff. tit.

l. 1. in pr. ff. de Saluiano interdicto. — 28 VLP. Si colonus[f] fundi ancillam pignoris nomine intulerit, & vendiderit eam tibi, etiam in id quod ex ea natum erit apud te vtili[g] interdicto agatur. — Lib. 43 ff tit. 33.

§. 1 — ¶ Si in[h] fundum duorum colonus intulerit aliquid quaſi pignus, ita vt vtriq; in ſolidum[i] obligaretur, vterque aduerſus extraneum rapientem rem illatam recte agit. Sed ſi inter ſe agant, potior eſt poſſeſſor. Quod ſi pro parte res obligauerit, vtiliter[k] vterq; agit, & dimidium poſſeſſionis vindicat.

§. vlt. — ¶ Idem & ſi rem communem colonus intulerit, nam pro dimidia parte quaſi pignus vindicatur.

l. vlt. — 29 VLPIAN. Si in[l] communem fundum[m] pignora illata ſint, poſſeſſor vincit, & deinde mouetur actio in res coloni.

l. vn. C. vti poſſidetis. — 30 CVM de poſſeſſione[n] actio mouetur[o], is vincit qui nec vi nec clam nec precario poſſidet, & deinde vel ſatiſdationem præſtat, & ſuſcipit de re actionem, vel non præſtat, & transfertur poſſeſſio in alium. — Lib. 8 Cod. tit. 6.

l. 1. C. vi bon. rapt. — 31 VI bonorum[p] raptorum actio de mobilibus non de immobilibus competit. — Lib. 9. Cod. tit. 33.

l. 2 — 32 SI[q] quis rem mobilem quã donauit alteri rapuerit, tenetur actione[r] Vi bonorum raptorum[s] in quadruplum: & poſt annum in ſimplum.

l. 3 — 33 CREDItor[t] rapiens res ſibi obligatas tenetᷣ actione Vi bon. raptorũ.

l. 4 — 34 DE iis[u] quæ ſeruum alienum neſciente[x] domino vi rapuiſſe dicis intra annum in quadruplum Vi bon. raptorũ actione, & poſt in ſimplum conuenire dominum eius noxali actione potes.

l. vlt. — 35 Noverca[y] adminiſtrãte res priuigni, & quaſdã ex eis rapiẽte, poteſt priuignus vel Vi bon. raptorũ[z] in eam agere vel negotiorum geſtorum.

a *Qui ſeruum poſſedit.* Ait Prætor, Vtro noſtrum hic homo, de quo agitur, maiore parte huius anni fuit, quominus hic eum ducat, vim fieri veto. Hoc interdictum de poſſeſſione rerũ mobilium competit. Sed placuit & obtinuit vim eius exæquatam eſſe interdicto Vti poſſidetis, quod de reb. immobilibus competit. vt is & in hoc & in illo interdicto vincat, qui nec vi nec clam nec precario rem poſſidet, dum ab aduerſario inquietatur.

b *Vel rem mobilem.* De interdicto Vtrubi, quo agitur cum dubitatur apud quem poſſeſſio rei mobilis fuit, & vtrique aduerſarii cõtendunt ſe poſſediſſe. Hodie interdictis ſiue de mobilibus ſiue

Digitized by Google

de immobilibus edantur, is vincit, qui tempore litis conteſtatæ eſt in poſſeſſione, non vi, nō clam, non precario, & iam non ſpectamus quis poſſideat, cum datur interdictum, nec quis poſſederit maiore parte anni, & lege 15. tit. 4. Inſtit.

c *Maiore parte anni.* Siue maiori tempore quam aduerſarius, vt lib. 2. tit. 2. cap. 156. & lib. 4. Inſtit. ti. 15.

d *Poſſeſſione.* Vti poſſidetis, de quo quære tit. 17. li. 58. ca. 1. th. 2.

Nec precario poſſidet. Quære cap. 30. huic ſimile, quia & hic exigitur poſſeſſio non vi non clam non precario. & attende Antiquo.

f *Si colonus.* Titulus inſcribitur De Saluiano interdicto. Huius interdicti vim didicimus in 4. Inſtit. tit. 15.

f *Vtili interdicto agetur.* Quia partus nominatim pignori obligatus non eſt, vt lib 25. tit. 5. cap. 11. th. 3. Quære & lib. 25. tit. 1. cap 18. the. 4. & Antiquos. & tit. 2. cap. 29. th. 2. & cap. 26. the. vlt. & in eo annotationem, & prætermiſſa.

g Etiamſi non conuenerit, vt exiſtimo.

h *Si in fundum.* Si colonus à duobus quibuſdam communem fundum cōduxerit, & res in eum intulerit pignoris nomine, ita vt vtrique inſolidum obligarentur, ſinguli inſolidum aduerſus extraneum ea pignora detinētem agere poſſunt. Si vero inter ipſos interdictum moueatur, poſſeſſor eſt potior altero. Quod ſi conuenerit, vt vtrique domin rum pro partibus pignora obligarentur, tūc aduerſus extraneum ea poſſidentem & inter ipſos dominos vtilem hypothecariam dari oportet, & ſinguli pro parte dimidia poſſeſſionis pignora apprehendent. Idem ſeruari conuenit, & ſi colonus rem quam habet communem cum alio pignoris nomine induxerit, vt pro parte dimidia quæ ad colonum pertinet vtilis Seruiana detur domino fundi.

i *In ſolidum.* Hac de re conuentione habita, alioquin pro partibus obligantur. quære lib. 25. tit. 2. cap. 10. & pulcherrimam diuiſionem 8. th. 16. cap.

k *Vtiliter.* Finge agrum eſſe obligatum pro indiuiſo, & ob id vterque agit vtiliter. quære lib. 25. tit. 2. cap. 56. & Iſidori annotationem.

l *Si in communem fundum.* Si in fundum cōmunem duorum ab aliquo pignora illata ſint, & duo domini certent inter ſe de poſſeſſione pignorum, poſſeſſor in eo certamine vincet. deinde vero, victus aget Seruiana & hypothecaria vindicans τὸ μέρος eorum quaſi obligatum ſibi.

m *Communem fundum.* Ita vt vtrique obligaretur inſolidum.

n *Cum de poſſeſſione.* ISIDORI. Cum de interdicto Vti poſſidetis eſt quæſtio is vincit qui nec vi nec clam nec precario poſſidet. Victor autem apprehendit poſſeſsionem. At debet ſatiſdare ſe actionem in rem ſuſcepturū, vel ſi non ſatiſdet, transfertur poſſeſsio in alium ſecundum edicti formam: & ita de proprietate lis ſoluitur. THEOD. Qui nec vi nec precario poſsidet, debet ſatiſdare ſe in iudicio permanſurum, & litigaturum quoad appareat num poſsideat recte. Lege Nouellas De litigatoribus.

o *Actio monetur.* Quære ſimile vlt. cap. 3. tit. 50. lib. Quære & lib. 7. tit. 14. cap. 7. th. vlt.

p *Vi bonorum raptorum.* THEOD. Vi bonorum raptorum non agitur de immobilibus. Sed memineris 1. Conſt. 20. tit. huius lib. dicentis agi hac actione de ſeruis. Seruus enim eſt ex mouentibus.

q *Si quis rem mobilem.* EIVSDEM. Qui rapit quod cuidam donauit, tenetur vi bonorum raptorum. Memineris 2. Conſt. 55. tit. 8. lib. Vi bonorum intra annum perſequitur quadruplum, & vt ſubiicit 3. & 4. Conſtit. huius tit. poſt annum, ſimplum.

r *Actione vi bonorum raptorum.* Quære cap. 4. th. 2. circa finem. & 9 & cap 7 th. 2.

ſ *In quadruplum.* Adiicitur in τῷ ... intra annum quod agendi poteſtas fuerit & ait Thalelæus. Nota actionis vi bonorum raptorum annum vtilem eſſe.

t *Creditor.* Creditor rapiens rem, ſibi obligatam tenetur vi bonorum raptorum. Didiciſti enim ex 5. Conſt ti. 12. huius 9. libri creditorē qui per vim ſui debitoris rem accepit, lege Iulia de vi teneri. Quære tit. 18. cap. 18. & 24. & lib. 9 tit. 3. cap. 6. th. 2 & lib. 10. tit. 2. cap. 12.

v *De iis qui ſeruum.* THEOD. Seruo rapiente dominus tenetur noxali Vi bonorum raptorum. Hoc intellige niſi per vim ſeruus rapuerit, tunc enim non conuenitur dominus, ſed ſeruus tenetur lege Iulia de vi. vt didiciſti in 4. Conſtit 12. tit. huius lib. 9.

x *Neſciente domino.* Nam ſi ſcierit non poterit ſeruum noxæ dedere, ſed tenebitur in id quod intereſt.

y *Nouerca adminiſtrante.* THEOD. Si nouerca adminiſtrans bona priuigni rapuerit quædam ex eis, tenetur non tantum negotiorum geſtorum, ſed & vi bonorum raptorum. Memineris 3. Conſt. præcedentis 32. tit. z *Vi bonorum raptorum.* Finge nouercam rapinam feciſſe cum eſſet adminiſtratione diſceſſura, vt conueniat ſpecies. Quære titulo 29. capite 8. & 9.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus XVIII.

Vel ff. lib. XLVIII. tit. VI.

Ex lege Iulia de vi publica & priuata.

MARCIANVS.

l.1. ff. ad l. Iul. de vi pub. LEGE de vi publica tenetur qui habet arma domi ſuæ, vel in agro vel in villa.

l. 2 SCÆV. Non venationis, vel itineris[a], vel nauigationis, vel mercimonii cauſa, vel quæ hereditate ei obuenerunt.

l.3.in pr. MARC Et qui conſilium inierint turbæ vel ſeditio-
§.1.&.2 nis faciendæ, & qui[b] liberos[c] vel ſeruos armatos habuerint, ¶ & pubes qui gladium in publico geſſerit, & qui agros ex impreſſione inuadunt,
§. 3 & cum armis bona rapiunt, ¶ & qui ex incendio aliquid rapit præter
§. 5 materiam[d], ¶ & qui in incendio armatus fuerit rapiendi cauſa vel pro-
§.vlt. hibendi dominum res ſuas ſeruare, ¶ & qui cum armis poſſeſſorem deiecerit domo vel fundo vel naue[e], vel expugnauerit.

l. 4 VLP. Et qui homines commodauerit vt id fieret.

l.5.in pr. MARC. Et qui[f] cœtu coacto incendium fecerit, & qui dolo hominẽ incluſerit, & qui[g] vi ſibi aliquem obligauerit, & reſcinditur obligatio.
§. 1 ¶ Si ſimul[h] quæratur de vi & poſſeſſione & dominio[i], de vi prius cogno-
§. 2 ſcendum eſt. ¶ Rapina maius eſt adulterio crimen. & is qui rapit[k] nuptam vel innuptam, legib. coercetur. & extraneo[l] accuſante, cum pater puellæ exoratus crimen remiſit, non opponitur præſcriptio[m] quinquennii.

l. 6 VLP. Et qui[n] puerum ingenuum rapit & includit & verberat, grauiter[o] coercetur.

l. 7 IDEM. Et magiſtratus[p] qui prouocantem necat vel verberat[q] vel collaria ei apponit, & qui legatos vel oratores vel aſſeſſores pulſauerit, vel iniuria affecerit.

l. 8 MARC. Et qui vincit vel obſtat reo[r] quominus conſtituto[s] tempore Romæ adſit.

l. 9 PAVL. Armati ſunt qui ferunt quodcunque nocere poteſt.

l.10. in pr. VLPIANVS. Et qui dolo[t] facit ne tuto exerceantur* iudicia, vel iu- * χρηματι-κῶς.
dex vti oportet iudicet, & magiſtratus, qui vltra[u] quam ei permiſſum ſit decernit[x], vel imperat vel facit, & qui id egerit inique vt inuitus quis ſpectaculum vel pecunias polliceretur publice vel priuatim. Et qui cum telo dolo inuentus in concione fuerit, vel vbi publicum[y] exercetur iudicium. Venationis gratia ho-
§. 1 mines habere licet. ¶ Tenetur[z] & qui conuocauerit homines

Digitized by Google

& vim fecerit, quo quis verberaretur, & ſi nullus vita deceſſerit. ¶ Criminis[a] de vi publica condemnatio eſt in metallum perpetua[b] relegatio. §. 2

Pavl. Qui[c] cum armis veniunt & expugnant alienas ædes vel agros, capite puniuntur. Telum[d] dicitur omne quod nocere cuiquam poteſt. Qui ſuæ tuitionis cauſa telum gerit, non videtur occidendi cauſa gerere. Et qui[e] nouum vectigal exigit, crimine de vi publica tenetur. l. 11

Lib. 48. ff. de 7. [11] Marc. Damnati lege de vi priuata[f] tertia[g] pars bonorum publicatur, & neque Senator vel Magiſtratus fit, aliumve honorem capit. l. 1. in pr. ff. ad l. Iul. de vi priuata.

[12] Scæv. Et qui conuocatis hominibus verberat[h] aliquem, ſi nemo interiret, tenetur. l. 2

[14] Marc. Et nihil intereſt liberos an ſeruos conuocauerit, & ſuos an alienos. ¶ Tenentur etiam qui conuocati ſunt, & qui auferunt res alienas, etiamſi neminem conuocauerint[i] vel pulſauerint. l. 3 §. 1. & vlt.

[15] Pavl. Et qui cōcurſum faciunt vt ne quis adſit iudicio, & qui torquet[k] ſeruum alienum, tenetur. ¶ Melius vero eſt actionem iniuriarum quaſi moderatiorem intendere. l. 4 §. 1

[16] Vlp. Et qui conuocata multitudine ſine armis deiecit aliquem ſuo fundo, tenetur. l. 5

[17] Modest. Et qui improbe coeunt in alienam litem in hoc vt communicentur quæ ex condemnatione retulerint, tenentur. l. 6

[18] Callist. Et qui ſine Magiſtratu[l] inuadit temere res debitoris, debitum amittit. l. 7

[19] Modest. Et publicatur tertia pars bonorum eius, & infamis fit. l. vlt.

a *Sine itineris.* Nota qui teneantur de vi armata ſiue publica. Quære lib. 21. tit. 2. c. 2. th. 3.

b *Et qui.* Quære lib. 58. tit. 20. c. 1. th. 2.

c *Liberos vel ſeruos.* Quære 50. tit. 3. c. diuerſum de violento poſſeſſore.

d *Materiam.* Ligna quibus ædificia conſtruuntur, quæ augent magis incendium.

e *Vel naue.* Quære lib. 53. tit. 1. c. 36. At Vnde vi interdictum in naue ceſſat, vt ti. 17. c. 7. th. 3. Quære & lib. 53. tit. 1. c. 77.

f *Et qui cœtu.* Si quis cœtu coacto ſeditionem vel turbam, vel incendium fecerit, vel hominem dolo malo incluſerit, vel per vim ſibi quē obligauerit, lege de vi tenetur, ſimul & obligatio reſcinditur.

g *Et qui vi.* Sciendum quod cum populo coacto armato vel inermi cogitur quis facere aliquid non ſua ſponte, licet ei & de vi agere & Metus cauſa. Sed ſi ſolus à ſolo potentiore quodam vel magiſtratu ornato minas paſſus ſit, Metus cauſa tantum locum habet. & nota hoc vt neceſſarium. Quære lib. 19. tit. 2. c. diuerſum.

h *Simul iuratur.* Quære lib. 7. tit. 5. c. 37. & lib. 9. tit. 1. c. 89. & lib. 58. tit. 10. c. 26.

i *Et domino.* Per vim turbato ei cui illata vis eſt, vtpote cum habeat cohęrentem poſſeſſionem. Vis enim ſine poſſeſſione non fit. & quære tit. 17. c. 7. th. 5. Semper enim ea quæ exuperant primū ſpectantur, vt lib. 51. tit. 1. c. 18. & lib. 24. tit. 7. c. 5.

k *Is qui rapit.* In 40. c. 39. tit. Prochiri ait, Si cum armis vel gladiis vel fuſtibus rapinam fecerit, gladio puniatur. ſi vero ſine armis, manus abſcindatur.

l *Et extraneo.* Nam licet raptæ pater preces pro raptore porrexerit poſtulās remitti ſibi factam iniuriam, tamen quilibet extraneus poteſt raptorem mulieris accuſare, qui nec quinquennii præſcriptione excludetur. Quære tit. 58. c. 5. & tibi id non opponatur. Extraneum enim dicit curatorem vel tutorem.

m *Præſcriptio quinquennii.* Quæ in adulterio opponitur. Sed rapina maius eſt adulterio.

n *Et qui.* Si quis puerum ingenuum rapuerit, puniri eum D. Pius reſcripſit, dicens in hunc modum, Exemplum precum mihi datarum à Domitio Siluano patruo eius ſubiici iuſſi motus querela eius, qua ſignificauit filium ſuum ingenuum & iuuenem admodum raptum, & concluſum, & mox verberibus ac tormentis vſq; ad ſummum periculum afflictum. Gemine cariſſime velim audias eum: & ſi compereris hæc ita admiſſa, rem ſeuerè exequeris.

o *Grauiter coercetur.* Plus quam ſolus raptor. Hic & rapuit ingenuum & incluſit & verberauit.

p *Magiſtratus.* Tenetur lege de vi publica.

q *Vel verberat.* Quære lib. 9. tit. 1. c. 23. th. 3.

r *Vel obſtat reo.* Accuſato à ſe.

ſ *Conſtituto tempore.* Si alium quam actorem dixeris obſtitiſſe reo coacta turba, & eum vi retinuiſſe,

nuiſſe, datur vim paſſo in eum qui vim fecit cum armis De vi publica. Sed ſi eum qui agebat aduerſus illũ de vi publica dixeris vim feciſſe, non datur facultas reo referendi criminis, vt c.5.tit.33.ſed habet exceptionem, vt lib. 7. tit.15.c.9. At melior eſt ſpecies: Vt ſi Petrus promiſerit Titio intra dies 20. Romæ ſiſti, & detineatur ab aliquo vi cum armis, habebit in eum qui detinuit vi accuſationem ex lege.

t *Qui dolo facit.* Hi iam non publicantur & deportantur, ſed extra ordinem officio iudicis coercentur.

u *Qui vltra quam.* Plus quam promiſſum ei fit.

x *Decreuit.* Vi in criminalibus. nam in pecuniariis in factum tenetur, vt lib.7.tit.5.

y *Publicum.* Id eſt, Commune. neque enim criminale hic dicit.

z *Tenetur.* Lege Iulia de vi publica.

a *Criminis.* CYRILLI. Condemnatio de vi publica aquæ & ignis interdictio eſt. Nota ſemper in criminibus qualitatem criminis ſpectandam eſſe. & hinc definimus publicationem non relegatione. quære & lib.35.tit.4.c.vlt.

b *Perpetua relegatio.* Quam ſequitur publicatio omnium bonorum, quia fit ſeruus pœnæ.

c *Qui cum armis.* Si quis alienas ædes aut villas expilauerit vel effregerit, vel expugnauerit, vel in turba, aut tumultu fecerit aliquid cum armis, capite punitur. Armorum autem appellatione omnia continentur, quibus homines poſſunt nocere. quære tit. 51.c.2.& 12.

d *Totum dicitur.* Quære lib.2.tit.2.c.233.th.2.

e *Qui nouum vectigal.* Quære lib.56 tit.4 c.13.& huius libri tit.46.c.1.th.2. Quære & lib.56. tit.1.c.8.9.th.6. Nota hoc valde neceſſarium in exactores qui ſuperexigunt, quod nouum vectigal exigens crimine de vi publica tenetur.

f *De vi priuata.* Inermi, quæ & ipſa à quolibet mouetur.

g *Tertia pars.* Nota legem de vi priuata publicare tertiam partem bonorum, & eum qui in eam incidit, neque magiſtratum neque ſenatorem fieri, neque alium honorem adipiſci poſſe. Lex autem de vi publica in perpetuum exilium metalli damnat, vt c.10.the. vlt. quod ſequitur publicatio omnium bonorum.

h *Verberat.* Quaſi vim faciens verberandi cauſa.

i *Conuocauerit in.* Sed ſi nulli conuocati nullique pulſati ſunt, per iniuriam tamen ex bonis alienis quid oblatum ſit, hac lege tenetur qui fecit.

k *Qui torquet ſeruum.* Si quis quæſtionem per ſe habuerit de ſeruis adulteri, in legem de vi priuata incidit. & ideo Labeo ait magis moderato edicto prætorem vti De iniuriis.

l *Sine magiſtratu.* Quære c.24.& lib.10.tit.2.c.11.th.vlt.& c.12.& lib.9.tit.3.c.6.th.3.

l.1.C.ad l. Iuliam de vi publ. vel priu. [20] OB debitum[a] viri vel ciuile munus[b] res vxoris qui pignori[c] capiunt, vim committere videntur. Lib. 9. Cod. tit. 12. c. 1.

l. 2 [21] SI tutoris[d] qui incidit in legem de vi priuatá, tertia pars bonorum publicata ſit, poteſt is cuius tutelam geſſit, tutelæ agere aduerſus fiſcum pro tertia parte.

l. 3 [22] SI ſocer[e] confidit ſe probaturum nurum ſuam raptam[f] vel filium ſuum incluſum, poteſt agere lege[g] de vi.

l. 4 [23] SI criminis[h] accuſationem propter res à ſeruo raptas mouendam putaueris, non contra dominum[i] ſed contra eum quem facinus cómiſiſſe proponis, eam[k] inſtituere debes. Sed quoniam de Petro etiam te verberibus afflictum affirmas, ſi hominibus coactis hoc fecit, de hoc etiam ſi ex lege de vi priuata reum deferendum putaueris, apud præſidem prouinciæ age, non ignorantem quemadmodum criminibus probatis rem vindicari oporteat.

l. 5 [24] SI quis[l] poſſeſſionem bonorum debitoris ſui vi occupauerit, tenetur lege de vi.

l. 6 [25] SI vis[m] fiat, & cædem fieri contingat, ſiue ex iis qui vim inferunt, ſiue ex iis qui patiuntur, ille ſupplicio ſubiiciatur qui vim inferre tentauit, ipſe enim cædi cauſam dedit.

l. 7 [26] SI quis[n] ad ſe fundum vel quid aliud pertinere allegat, & reſtitutionem ſibi competere poſſeſſionis putat, ciuiliter[o] de poſſeſſione agat, & impleta iuris ſolemnitate crimẽ violentiæ opponat, non ignarus eã ſe ſententiã ſubiturũ, ſi crimen obiectũ non potuerit probare, quam[p] reus

debet excipere. Quod ſi omiſſa[q] interpellatione vim poſſidenti intule-
rit, ante omnia violentię cauſam examinari præcipimus, & in ea requi-
ri quis ad quem venerit poſſidentem: vt ſi probetur expulſum amiſſæ
poſſeſſionis iura reparentur[r], & confeſtim ea reſtituta ſi criminalis quę-
ſtio moueatur, is qui vim fecit, non immerito pœnę deſtinatus, in totius
litis terminum differatur, vt agitato principali negotio, ſi contra eum
fuerit iudicatum, in inſulam deportetur omnibus bonis ablatis.

27 Cvm ſeruus probatur vim feciſſe vel propria confeſſione vel teſti l. 8. in pr.
bus[s], ſi inſcio domino id auſus fuerit[t], ipſe punitur. Sed ſi voluntate do-
mini, ipſe quidem in metallum damnatur, dominus vero ſi eſt in digni-
tate vel honore[u] poſitus, infamis fit, & dignitatem vel honorem amittit.
¶ quod ſi vilis ſit vel aliâs[x] infamis vel exiſtimationis quidem probæ eſt §. 1
verum apparet eum vim ſępius commiſiſſe, conſtitutam contra violen-
tos pœnam ſuſtinebit. ¶ Magiſtratus vero ſi vim apud ſe probatam con- §. vlt.
tempſerit, vel mitius coercuerit, infamis fit.

28 Simile eſt rapere[y] & rapta ſcientem[z] ſuſcipere. l. 9

29 Omnibus[a] in ciuitatibus & agris habendi Buccellarios[b] & Iſauros l. 10
& ſeruos armatos licentiam volumus eſſe præcluſam. Quod ſi quis præ-
ter hæc quæ noſtra manſuetudo ſalubriter ordinauit armata mancipia
vel Buccellarios, vel Iſauros in ædibus vel ſuis prædiis vel circa ſe habere
tentauerit, poſt exactam 100. librarum auri condemnationem, vindi-
ctam in eos ſeueriſſimam proferri ſancimus.

30 Viri quoque clariſſimi præſides prouinciarum ſpeculatores eſſe l. vlt.
debebunt, ne quis audeat Conſtitutiones noſtræ manſuetudinis in ali-
quo violare, ſcientes quod ex diſſimulatione dignitatis & adminiſtra-
tionis cingulo priuabuntur, & poſt 100. librarum auri mulctam ſalutis &
vitę ſuæ periculum ſuſtinebunt, primatibus videlicet officii ſui perſonis
præter amiſſionem bonorum ſuorum capitali ſupplicio feriendis.

a *Ob debitum viri.* Theod. Qui capit res vxoris pro debito vel munere viri, lege Iulia de vi priuata tenetur quaſi vim faciens. Memineris 1.2. & 3. Conſtit. 12. tit. 4. lib & lege 9. Conſtit. 49. tit. huius 9. lib. Thal. Si ob debitum viri vel munus res vxoris quidam capiant, tenentur Iulia de vi publica. Τὸ κϟ᾽ πόδας autem ſic habet vt eſt in Baſilico.

b *Vel ciuile munus.* Quære lib 30. c 81. 77. & lib. 24. tit. 4. c. 1. 2. 3 4.

c *Pignori capiunt.* Non teneri eas manifeſtum fit ex iis quæ dicuntur tit. 4. *. quo vult neque virum pro vxore neque vxorem pro viro teneri. Illud autem, Capiunt, ita ne accipias, Si vxores dederint: ſed alios res abſtuliſſe.

d *Si tutor is.* Pro qua parte tutoris bona publicata ſunt in tantum agit pupillus tutelæ aduerſus fiſcum de rebus ad ſe pertinentibus. Idem ait 5. Conſt. 49. tit. huius 9. lib. Lex autem Iulia de vi priuata publicat tertiam tantum partem bonorum condemnati. Quinetiam deportat, vt ait 7. Conſt. huius tit. Sciendum vero quod ait 6. & 8. Conſt. huius tit. & 1. Conſt. ſequentis 13. tit. Iuliam de vi publica capitalem pœnam irrogare.

e *Si ſocer.* Theod. Nuru rapta agit ſocer de vi publica. Lege 1. Conſtit. ſequentis 13. tit.

e Qui filium habet in poteſtate, ne, ſi ita non dixeris, obſtet 5. c. 52. tit.

f *Raptam.* Quære c. 5. th. vlt. & antepenultimum.

g *Agere lege de vi.* in hac ſpecie lex Iulia de vi publica locum habet.

h *Si criminis accuſationem.* Theod Si ſeruus bona rapuerit vi, dominus eius non tenetur noxali, ſed ipſe tenetur lege Iulia de vi publica. Didiciſti enim in 3. lib. 41. tit. 4. Conſt. vel lib. 60. tit. 5. Conſtit. 5. ſeruo crimini obnoxio, non conueniri dominum, videlicet, niſi vt ipſum exhibeat ſecundum Conſtit. 2. tit. 48. dicti lib 3 vel tit. 4 c. 15. Nota igitur quod ait, Crimen. nam vt inducitur 4. Conſtit. 33. tit. huius libri noni, ſi ſeruus rem rapuerit ſine vi, dominus eius tenetur noxali actione Vi bonorum raptorum. Lege 8. Conſtit. huius tit. dicentem, Seruum qui vim infert præter voluntatem domini ſui, necari, voluntate autem domini in metallum mitti: & dominum ſi dignitate aliqua præditus ſit, infamari: vilem vero, puniri. Memineris 5. Conſt. 41. tit. 3. lib. dicentis, ſeruo furtum faciente voluntate domini, in dominum competere actionem in rem & condictionem furtiuam. Nota ex criminibus directo ipſos ſeruos conueniri, non dominos eorum noxali,

niſi

Digitized by Google

niſi ad exhibendum cum occultantur. Quære & tit. 5. cap. 46. finem. & tit. 17. cap. 34. Nota ſeruum crimini obnoxium accuſari, non dominum. quia tunc noxali dominus tenetur, cum delictum ſerui pecuniariam condemnationem habet.

i *Non contra dominum.* Seruo puta apparente nec latitante. nam ſi occultet eum dominus, tenetur ad exhibendum, & cogitur eum exhibere iudicio, vt præſens accuſetur, quemadmodum ait hæc Conſtitutio. & quære li. 15. ti. 1. cap. 22. quod de exhibitione tractat nominatim.

k *Eam inſtituere debet.* THAL. Lege Iulia de vi non agitur noxaliter contra dominum ſeruo delinquente, ſed contra ipſum ſeruum agitur, & tormentis confeſſio ab eo elicitur, videlicet cum actor præſumptiones quaſdam affert Nota & ex Conſtitutione, de criminibus non eſſe noxalem actionem aduerſus dominum quod & traditur lib. 19. Digeſtorum tit. Redhibitoriæ. Digeſt. 18. ad finem.

l *Si quis poſſeſſionem.* τὸ κατ' πόδας In poſſeſſionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, legis Iuliæ de vi priuata reus deferri poteſt. Nota Conſtitutionem vim non æſtimare ex ipſo ingreſſu fundi, ſed quod in ingreſſu vim adhibuerit. Atqui in Metus cauſa 4. lib. τῶν πρώτων dicitur vim eſſe, ſi quis ſine iudicio poſſeſſionem occupet rerum ad ſe non pertinentium.

m *Si vis fiat.* Si ex vi oriatur cædes, capite punitur is qui vim fecit. Nota quod non dicit de vi armata.

n *Si quis.* THEOD. Licet dicat quis rem ad ſe pertinere, non eam vi occupare ſed adire magiſtratum debet alioquin & poſſeſſionem reddit, & deportatur. Ait enim 5. Conſtit. huius tit. creditorem vi ingreſſum in poſſeſſionem rerum debitoris lege Iulia de vi priuata teneri. Didiciſti vero & lib. 8. tit. 13. Conſt. 11. & tit. 17. Conſt. 14. ſine iudiciali ſententia non conſtitui creditorem in poſſeſſionem rerum debitoris Lege 3. Conſt. 33. tit. huius lib. 9. dicentem, creditorem qui rapit rem ſibi obligatam, teneri Vi bonorum.

o *Ciuiliter.* THALELÆI. Si quis vi in alienum agrum ingrediatur & ciuiliter conuenitur de poſſeſſione, & criminaliter de vi deportatur & conſiſcatur. τὸ κατ' πόδας habet vt extat in Baſilico. Nota quemlibet hominem debere potius agere de poſſeſſione quam vim inferre & ſibi poſſeſſionem vindicare. Nota quando vnus idemque habens duo iudicia criminale & ciuile, prius cogatur ciuile exercere.

o Exiſtimo hoc Conſtitutionem definire, vt & iudicium breuiter ſoluatur: & ne reus oneretur duobus iudiciis ſimul variis & diuerſis curis attritus, & quod actor ſi rei immobilis poſſeſsio ſibi reſtituatur, rem bene ſe geſſiſſe exiſtimabit, & hoc ſufficere vltioni, nec volet iudicio publico tempus terere, quod pecuniarium ſibi lucrum nullum adfert, quin potius maximum damnum talionem puta ex aduerſo caſu. THAL. Nota vero ciuile iudicium criminali moram adferre. ait enim prius ciuile exercendum & reparanda iura poſſeſſionis eſſe, hoc eſt reddendam poſſeſsionem, ac deinde de crimine ſententiam ferri. Tunc vero pœnæ ſubiicitur cum probatum eſt eũ inuaſiſſe poſſeſſionem ad ſe non pertinentem Aduerte quod non dicit, ſiue ipſius res fuerit, ſiue non, ſed apud alium poſſeſſionem fuiſſe At veriſimile eſt idem fieri, licet res ad ipſum pertineat. Nota quod ſi quis egerit de vi & de poſſeſſione ſi quidem ciuiliter de vi egit, id prius examinatur, quam de poſſeſſione, quod ea quæſtione finita, & de poſſeſſione neceſſario finiatur Si enim probet quis ſe vim paſſum, neceſſario & ſe poſſediſſe probat vt cap. 5. thi. Sed ſi criminaliter de vi egit prius debet de poſſeſſione iudicium exerceri, ac deinde criminale de vi, vt ait præſens caput. quia id Iuris conditor cogitauit, forſitan fore vt prius de poſſeſſione quæſtione mota & reſtituta poſſeſſione rei videns actor ſe ſuum recepiſſe ſperneret criminalem.

p *Quam reus debet excipere.* Accuſator criminis non probans pati debet pœnam quam paſſurus erat accuſatus crimine probato. Nota eum quoque, qui ſuo nomine agit de crimine vel ſua cauſa, inſcriptiones exigi. quære lib. 5. tit. vlt. cap 26. ad hoc neceſſarium.

q *Omiſſa interpellatione*, Id eſt, omiſſo auxilio iudicis, ipſe vi facta vindicarit ſe.

r *Reparentur.* Hoc eſt, ante alios reddatur ei poſſeſsio.

ſ *Teſtibus.* Nota iudicati confeſsionem ſimilem eſſe teſtium voci.

t *Id auſus fuerit.* Vide vt loquatur Conſtitutio, Si ignorante domino deliquerit, nec dicit idem eſſe, ſi ſcierit & potuerit prohibere. Sed facile dicas idem eſſe.

v *Vel honore.* Frequentius honorem ex genere ducimus, vt filius decurionis vel ſenatoris. Nota non per omnia ex æquo accuſari, cum quidam deliquerunt, vel cum eis ſcientibus ſerui eorum deliquerunt.

x *Vel aliàs infamis.* Hi ad teſtimonium non admittuntur, vel vbi eorum teſtimonio eſt opus, nõ niſi torti teſtimonium dicunt. Nota aliud eſſe vilem aliud infamem.

y *Simile eſt rapere.* THEOD. Vt raptor punitur qui ſciens ſuſcipit rem raptam. Didiciſti enim generaliter in hoc 9. lib. tit. 2. Conſt. 17. conſcium proinde ac delinquentem puniri.

z *Et raptã ſcientem ſuſcipere.* Nam ſi ignorauerit non punitur. Vt igitur ſciens qui ſeruat rẽ furtiuam, fur eſt: ſic & qui raptam rem ſeruat, raptor eſt.

a *Omnibus in ciuitatibus.* THEOD. Qui habet Buccellarios vel Iſauros vel ſeruos armatos punitur, & exiguntur c. libræ auri ab eo. Magiſtratus autem qui id tolerat, eadem patitur. Lege No. de armis.

THAL. Ne quis habeat quos vocãt Buccellarios vel Iſauros vel ſeruos armatos. alioquin damnabitur in auri libras c. & illi ſeuere punientur. magiſtratus vero id negligentes deiiciuntur magiſtratu, & præſtant c. libras, & ſuæ ſalutis periculum ſuſtinent, & primi apparitionis publicantur, & capite coercentur, τὸ κατὰ πόδα, habet, vt eſt in Baſilico.

Digitized by Google

b *Buccellarios.* Buccellarii dicuntur ſtationarii milites. ex nomine autem Bucca, quod eſt panis, vocantur Buccellarii, panem alicuius edentes in hoc, vt morentur apud eum.

Titulus XIX.

Vel Lib. XLIII. ff. Tit. XXXII.

De migratione.

VLPIANVS.

SI [a] non conuenit inquilinus, vt ſeruus quo de agitur cum inductis & illatis vel ibi natis vel factis pignori eſſet, vel conuenit quidem, ſed merces ſoluta eſt, aut dominus ædium non vult eam accipere, ait Prætor nõ prohiberi[b] eum ſeruum abducere. l. 1. in pr. ff. de migrando. ¶ Habet[c] hoc interdictum inquilinus, qui ſoluta penſione prohibetur migrare, non colonus[d]. §. 1 ¶ cui rei etiam extra ordinem[e] ſubuenitur. idcirco frequens non eſt interdictum. §. 2 ¶ Qui gratis[f] habitat, vtiliter agit. §. 3. ¶ Si quis nondum [g] debeat penſionem, ceſſat interdictũ, niſi paratus[h] ſit totius temporis ſoluere. §. 4 Si conuenit[i] inquilinus vt ante certum tempus nõ recederet, & ſoluta penſione pro parte velit migrare, nõ aget interdicto, niſi totam ſoluerit: quia in omne tempus pignora ſunt obligata. & niſi liberata ſint, nõ agitur interdicto. ¶ Non oportet[k] quærere an cõductor rei dominus ſit, neque an ſpecialiter pignori obligauerit, ſed an nomine[l] pignoris intulerit. §. 5 igitur licet res alienæ ſint, & non potuerint pignori obligari, locus eſt interdicto. Sed etſi non pignoris nomine illata ſint, non retinebit ea locator. ¶ Perpetuum eſt interdictum, & datur heredibus & in heredes. §. vlt.

Gaivs. Vtiliter agit inquilinus de iis rebus quæ ipſius non ſunt, ſed commodatæ ei vel locatæ vel apud eum depoſitæ[m] ſunt. l. vlt.

a *Si non conuenit.* Ait Prætor, Si is ſeruus, de quo agitur, non eſt ex his rebus de quibus inter te & locatorem conuenit, vt quæ in eam dia tam de qua agitur illata vel ibi nata, vel facta eſſent, pignori ipſi locatori habitationis eſſent, vel ex his quidem rebus eſt ſeruus, ſed ſoluta eſt penſio, quominus ei qui pignoris cauſa ſeruum induxit abducere eum ex habitatione liceat, vim fieri veto. In hoc titulo tractat de interdicto de migrando.

a Hæc verba, Si non conuenit, ſic intelligenda ſunt, Si ſpecialiter conuenit non obligari illum vel illum ſeruum, & eum exemit generali hypotheca. nam ſi dixeris conueniſſe, vt inuecta & illata pignori eſſent, conuenit & vt ſeruus pignori eſſet, & locator ædium eum ſibi obligatum habebit recte. Nec enim quod non ſpecialiter eum obligauerit, ei nocet, nẽ ducat ſeruum: vel ducens, vt teneatur de migrando, ſed quod inquilinus ſpecialiter eum exemerit generali hypotheca.

b *Non prohiberi.* A domino ædium, propter interdictum de migrando.

c *Habet hoc interdictum.* Hoc interdictũ proponitur inquilino, qui ſoluta penſione ędium vult migrare, & prohibetur. Conductori autem fundi non competit. Inquilinis autem volentibus migrare etiam extra ordinem ſubuenire magiſtratus oportet: quamobrem frequenter hoc interdictum non exercetur. Sed & ſi quis ſine penſione in habitatione aliqua gratis moretur, hoc ei interdictum vtile erit. Quod ſi penſio conſtituta nondum debeatur, vt quia forte in annum mercede pacta, duos tantum aut tres menſes habitauit, & vult migrare, non competit ei interdictum, niſi paratus ſit mercedem totius anni ſoluere. proinde ſi pro ſemeſtri penſionem ſoluit, & ſequentis ſemeſtris debet nondum debitam penſionem, inutiliter agit interdicto, niſi ſoluerit & ſequentis ſemeſtris penſionem. Tunc vero hęc dico cum ſpecialiter conuenit in conductione ædium, vt non liceat inquilino ante finitum annum migrare. Sed & ſi quis in plures annos domo conducta & nondum præterito tempore agat interdicto, eadem dicemus quia cum in omnem conductionem obli-

Digitized by Google

obligata ſint inuecta & illata inquilini, conſequens eſt non eſſe locum interdicto, niſi prius liberata ſint pignora.

d *Non colonus.* Nam de migrando Interdictum ſolus habet is qui habitandi & morandi cauſa domum ingreditur, & alios inducit, quam & hac ſola de cauſa conduxit. Is autem qui fundum conduxit, quia non habitandi cauſa conduxit, ſed colendi, merito nec migrare dicitur cum conductionem ſoluit: nec interdictum de migrando habet, ſed aliud auxilium quod non præſentis eſt. quia enim conductoris fundi illa ſola pignori obligantur quæ ibi intulit agri colendi cauſa non alia, in eis puta reliquis, neque locator ius habet ea retinendi, neque colonus interdictum de migrando.

e *Etiam extra ordinem.* Hoc eſt, etiam ſi non ex ordine actionum edatur inquilino interdictum de migrandis, & in iudicio denotetur. nam olim qui volebant agere, & neſciebant actionem, eos adibant qui præerant formulæ, & diſcebant nomen ſuæ cauſæ competentis actionis. At certe qui de migrando vult agere, licet extra ordinem agat, id eſt, non denotans actionis nomen, recte ei ſubuenitur. neque enim frequentatur in iudiciis interdicti huius nomen, quod & abſque eo iudices intelligant id de quo quæritur. Hoc ſcholium quod illud, Extra ordinem, in inquilinis accipit, interpretationem hanc dedit. Verum Antiquus non in inquilinis extra ordinem accipit, ſed in colonis.

f *Qui gratis habitat.* Quære lib. 25 tit. 5. c. 5. quo dicitur huius res pignori non obligari.

g *Si quis nondum.* Puta nondum impleto tempore.

h *Niſi paratus ſit.* Totius temporis mercedem, vel manere reliquum tempus.

i *Si conuenit inquilinus.* Nota rem neceſſariam, eum qui conuenit certo tempore manere inquilini iure, non poſſe recedere pro parte temporis ſoluta penſione, quin pro toto ſolutionem faciat.

k *Non oportet quærere.* Illud notandum eſt, Prætorem hîc non exigere vt pignorum dominus conductor fuerit, nec vt conuenerit pignori fore res in domum illatas: ſed hoc tantum inquirit, an pignori cum illatum ſit. proinde & ſi aliena illata ſint, vel talia quæ non poſſint pignoris cauſa teneri, pignoris tamen nomine illata ſint, locus eſt interdicto. Sed etſi non pignoris nomine illata ſint, non poterit ea retinere locator ædium.

l *Nomine pignoris.* Quære lib. 58. tit. 10. c. 64. & ibi prætermiſſa.

m *Depoſita ſunt.* Et detinentur ab aduerſario.

Titulus XX.

Lib. XLVII. ff. Tit. IX.

De incendio & ruina.

VLPIANVS.

L. 1. in pr. ff. de incend. rui. nauf. rate naue expugn. QVI ex[a] incendio & ruina rapit vel dolo recipit vel damnum dat, intra annum continuum, in quadruplum: poſt annum, in ſimplum[b] tenetur. Competit etiã hæc actio in ſeruum & in familiam.
§. 1 ¶ Competit[c] & criminalis[d] perſecutio.
§. 2 ¶ Ex incendio[e] videtur accipere qui occaſione incendii capit, & ex adiacẽtibus ædibus. nam & in bello amiſſum dicimus quod occaſione belli amiſſum eſt.
§. 3 ¶ Non tantum ſi ex his quæ ruerunt, ſed & ſi ex adiacentibus ędibus abſtulerit quis ruinæ tempore, tenetur hac lege. ¶ Si ſuſpicio tantum fuit ruinæ vel incendii, nec fiat[f], ceſſat lex.

L. 3. in pr. & §. 1. VLP. Qui quod de vehiculo excidit capit non eſt raptor, ſed fur. & qui latronibus pugnantibus rapit[g].
§. 2 ¶ Et ſi ex domo vel villa expugnata rapiatur aliquid, legi locus eſt.
§. 3. §. 4 ¶ Et qui dolo recipit rapta, tenetur. ¶ Et qui abſtulit[h] & amouit & damnum dedit.
§. 5 ¶ poteſt autem ſine vi[i] amouere.
§. 7 ¶ Si damnum dedero ſine dolo, legi locus non eſt. nam ſi orto incendio tuendi mei cauſa diſſipauero vel expugnauero domum vicini[k], non teneor hac lege, neque Aquilia[l] ſi aliter tueri me non potui[m].

Vlp

GAIVS. Qui[a] rem ſeruatam ex incendio & ruina & alio loco poſitam furatur vel rapit, & fur[o] & raptor eſt, maxime ſi ignorauerit vnde eſſet. Si ab aliquo forte domus alicuius incendatur, & inde ignis manans adiacentia incendat, nemini tenetur is qui initio incendium paſſus eſt. L. 5

a *Qui ex incendio.* Ait Prætor, In eum qui rapuerit ex incendio vel ruina, vel ex naufragio rate, vel nauibus periclitantibus, & in eum qui dolo malo rapta receperit, & in eum qui damnum in his dederit, in quadruplum intra annum vtilem actionem dabo. Huius edicti vtilitas euidens eſt & ſeueritas iuſtiſſima. publice enim omnibus confert nihil rapi ex huiuſmodi caſibus. Et licet ſint criminales accuſationes in eos qui hæc committunt, tamen recte fecit Prætor qui & pecuniarias actiones ex his cauſis appoſuit.

b *In ſimplum tenetur.* Quære lib 53. tit. 3. c. 23. th 1. 2. & cap. 25.

c *Competit.* Quære tit. 18. c. 17. & 3. th. 2.

d *Et criminalis perſequutio.* Datur & fiſco aliud quadruplum.

e *Ex incendio.* Quis vero intelligitur ex incendio rem rapere? vtrum qui ex loco vbi incendium fit aufert aliquid? & melius eſt ſic dicere nos, omne quod quis propter incendium aufert, hoc eſt, propter metum incendii vel tumultum, ex incendio videri capere. & ſicut ſolemus dicere in bello rem amiſſam, quæ propter cauſam belli amiſſa eſt, ſic & ex incendio auferri intelligimus. denique & ſi ex proximis ædibus loco in quo incendium fiebat, raptum quid ſit, dicemus locum eſſe huic actioni. quia verum eſt ex incendio rapi. Ruinæ item appellatio ad id tempus refertur quo ruina fit, non tantum ſi ex his quæ ruerunt tulerit quis, ſed & ſi ex adiacentibus domibus quæ corruerunt. Quod ſi re vera non erat incendium aut ruina, ſed ſuſpicio, videamus an hoc edictum locum habeat. & magis eſt ne habeat. quia neq; ex incendio neq; ex ruina raptum eſt, initio minime incendio orto, ſed ſuſpicione tantum. De incendio quære lib. 54. tit. 13. c. 4. & lib. 13. c. 9. & lib. 47. tit. 1. c. 53. th. 17. & lib 58. tit. 23. c. 7. th. 3.

f *Nec fiat.* Incendium vel ruina, rapina tamen fiat. Ceſſat vero hæc actio De incendio & ruina. at agitur Vi bonorum raptorum.

g *Rapit.* Quia enim latronibus rapit non eſt raptor. Sed neq; alia actione tenetur latronibus. quia & ii aliena ſubripuerunt, cum ea habeant non voluntate dominorum. Qui autem à fure furatur non tenetur furti, vt tit. 12 c. 77. th. 2. At verus dominus habet in eum qui latronibus rapuit actionem furti, licet non poſſederit tempore furti, ſicut & in tit. 12. c. 43. th. 5.

h *Et qui abſtulit.* Non ſolum autem qui rapuit, ſed & qui abſtulit & amouit, & damnum dedit, & recepit, hac actione tenetur. aliud autem eſſe rapi, aliud amoueri palam eſt. amoueri enim poteſt ſine vi, rapi non poteſt ſine vi.

i *Sine vi.* Quod in rapina non eſt. omnis enim raptor vim infert.

k *Domum vicini.* At non indiſtincte. Diſcere nanque debes ex lib. 58. tit. *. orto incendio ſolum magiſtratum ædes deſtruere poſſe, & vicinum tunc demum cum iam incipiunt comburi ipſæ ædes, vt omnino coniunctæ ſuis. idque lege.

l *Neque Aquilia.* Quære tit. 3 c 49. th. 2. & lib. 58. tit. 23. c. 7. th. 5. 3.

m *Tueri me non potui.* Prætermiſſum eſt quod ſequitur 3. ff. & 4.

n *Qui rem ſeruatam.* Extat per omnia ſimiliter lib. 53. tit. 3. c. 34.

o *Et fur & raptor eſt.* Tenetur verò vt fur vero domino, vt tit. 12. c. 77. th. 2. quære & c. 43. th. 5.

p *Maxime ſi ignorauerit.* Si ſcierit hæc eſſe ex incendio vel ruina, tenetur vt c. 3. th. 3. & hac lege in quadruplum. Sed ſi neſcierit, vt fur & raptor duntaxat tenetur, non etiam hac lege.

p Hoc eſt, ſi non crediderit hæc eſſe ex incendio vel ruina.

Titulus XXI.

VEL ff. LIB. XLVII. TIT. X.

De iniuriis & famoſis libellis.

VLPIANVS.

GENERALITER[a] quidem iniuria dicitur[b] omne illegitimum. At ſpecialiter contumelia, & damnum, vt in lege Aquilia, & iniuſtitia, vt in eo qui inique & iniuſte pronuntiat. ¶ Iniuria[c] aut re fit, aut verbo. ¶ & vel in corpus vel in dignitatem vel in infamiam. In corpus, vt in eo qui pulſatur.

L. 1. in pr. ff. de iniur. & fam. libel.
§. 1
§. 2

ſatur. In dignitatem, vt cum comes matronæ abducitur. In infamiam,
§. 3 cum alicuius pudicitia adtemptatur. ¶ Iniuriam vero patitur quis aut
§. 4 per ſe aut per aliũ veluti filium, ſeruum, vxorẽ, nurum[d]. ¶ Et cadauere[e]
§. 5 iniuria affecto, heredi eius fit iniuria. ¶ Sed etſi quis volentem filium meum vendiderit vel iniuria affecerit, ei quidem nõ competit actio in-
§. 6. & 7. iuriarum. Iniuria enim nõ eſt quę in volentem fit. at mihi competit. ¶ Si funeri[f] vel cadaueri fiat iniuria, ſi quidem poſt aditam hereditatem, heredi[g] fit iniuria, ſi ante aditam hereditatem, per eam heredi acquiritur: ſicut ſi ſeruo hereditario fiat iniuria, heredi competit iniuriarum actio: ſed ſi poſt aditam hereditatem, ipſi ſeruo competit, ſiue ſcierit[h] ſe liberũ
§. 8 ſiue non. ¶ Siue ſcieris ſiue ignoraueris te filium meum vel vxorem in-
§. vlt. iuria afficere, habeo nomine meo actionem iniuriarum. ¶ Et ex vna iniuria tribus perſonis competit actio iniuriarum. Vxori enim meæ facta iniuria, & ipſa & pater eius[i] & ego habemus actionem.

l. 2 PAVL. Et per vnum alterius actio non conſumitur. Viro autem iniuria affecto vxor non agit[k].

l. 3. in pr. & §. 1. VLPIAN. Licet pro regula tradatur eos iniuriã pati qui & facere poſſunt, tamen ſunt quidam qui iniuriam pati poſſunt, facere non poſſunt,
§. 2 vt furioſus & impubes qui non eſt doli capax. ¶ Iniuria enim affici & qui non ſentit poteſt. nemo autem iniuriam facit niſi ex affectu[l] & qui ſcit ſe
§. 3 iniuriam facere, licet ignoret cui fiat. ¶ quare ſi ludens vel certans per-
§. vlt. cuſſeris aliquem, iniuriarum non teneris. ¶ nec etiam is qui liberum vt ſeruum[m] cæcidit.

l. 4 PAVL. Nec ſi ſeruum[n] meum volens cædere adſtantem te percuſſero
l. 5. in pr. inuitus. QVI pulſat aliquem aut verberat aut vi domum ingreditur[o], actione[p] legis Corneliæ iniuriarum[q] tenetur. De his vero non iudicat[r] qui actoris eſt gener vel ſocer vel vitricus vel ſobrinus, vel huic gradui proximus cognatus, vel affinis, vel cuius eorum aut parentum libertus.
§. 1 Omnis igitur manu facta iniuria ad legẽ Corneliam refertur. ¶ Et verberare quidem eſt cum dolore cædere aliquem: pulſare vero, ſine dolo-
§. 2. & 3. re. ¶ Quod ſi quis in domo ſua[s] habitet ſiue mercede, ſiue gratis, vel a-
§. 4 pud alium[t], lex locum habet, & ſi quis in agro, vel horto habitet. ¶ & ſi
§. 5 quidẽ ſint locati, colono cõpetit actio. ¶ Sed ſi domino colãtur, ipſe dominus habet actionem, licet ibi non habeat domicilium, habitet ibi tamen plane. nam & filiusf. Romæ agens ſtudiorum cauſa, non habet domicilium in ea, & tamen ibi ſi quis vi in habitationem eius ingrediatur, legi locus eſt. Ceterum ad[u] meritoria * & ſtabula non pertinet, nec ad * diuerſoria.
§. 6 eos qui modico tempore commorantur. ¶ Filiof. aduerſus legem[x] Corneliam iniuria affecto, ipſe ex lege Cornelia agit, pater eius prætoria nõ
§. 7. & 8. ex lege Cornelia. ¶ Agẽs vero filiusf. iniuriarum[y] non præſtat ſatiſdationem[z] paternorum ædificiorum[a]. In actione[b] iniuriarum recte actor reo
§. 9 iuſiurandum defert vt iuret ſe iniuriam non feciſſe. ¶ Qui ad infamiam alicuius librum ſcribit, vel cõponit, vel edit, vel dolo malo facit, vt quid horum fiat, etiamſi nomine alterius[c] vel ſine nomine ediderit, tenetur:
§. 10 & condemnatus, teſtis[d] eſſe prohibetur. ¶ Et qui facit epigrammata vel aliud non ſcriptum ad infamiam alicuius profert, & qui ea vendi[e] vel

Digitized by Google

emi curat. ¶ Et ſeruus aut liber qui hæc[f] detulerit præmium accipit arbi- §.vlt.
trio iudicis pro modo ſubſtantiæ damnati. Seruus vero quandoque et-
iam manumittitur. quid enim ſi publica vtilitas ex hoc emergit?

PAVL. Cum[g] non adiicitur nomen[h] eius cui fit iniuria, publica[i] quæ- l. 6
ſtio locum habet. adiecto vero nomine, communi[k] iure agi poteſt: & nõ
prohibetur priuatim[l] agere quaſi publico iudicio præiudicium fiat[m].
quia ad priuatam cauſam refertur[n]. plane ſi egerit publico extinguitur
priuatum, & è contrario.

VLPIAN. Qui agit iniuriarũ, debet declarare quam[o] iniuriam paſſus[p] l.7.in pr.
ſit. ¶ Vbi occiſo[q] aliquo aut veneno extincto, aut gladio percuſſo com- §. 1
petit lex Cornelia, non datur[r] actio iniuriarũ, ne præiudicium fiat crimi-
nali iudicio. Aquilia tamẽ agitur, etiamſi lex Cornelia ſubſit. quia prin-
cipaliter in Aquilia quæſtio eſt non de cæde, ſed de damno. ¶ Neque fi- §. 2
lio emancipato aduerſus patrem, neque liberto aduerſus patronum
competit[s] actio iniuriarum, niſi atrox ſit iniuria, vt ſi verberauerit vel
vulnerauerit. Licet enim patronis mediocriter caſtigare libertos. ¶ Filio §. 3
autem familias[t] neque ex atroci[u] iniuria competit actio aduerſus patrẽ.
¶ Qui agit, debet ſpecialiter dicere illatam[x] ſibi iniuriam[y] non ſe illud, §. 4
vel illud, vel illud paſſum. ¶ Qui[z] ſimul ab aliquo plures iniurias eſt paſ- §. 5
ſus, non diuiſim de ſingulis, ſed ſimul de omnibus debet agere. ¶ De o- §. 6
mni[a] iniuria licet agere ciuiliter. ¶ Atrox iniuria vel ex perſona vel ex re §.vlt.
vel loco definitur. Ex perſona, cum magiſtra[illegible] vel patri fit. Ex loco,
cum in theatro omnibus[b] cernentibus. Ex re, cum vulnus infertur, vel
os percutitur.

a *Generaliter.* Iniuria ex eo dicta eſt, quod non iure fiat. omne enim quod non iure fit, inique & iniuſte fit, & dicitur inique fieri. Hoc generaliter ſignificat iniuria. Specialiter vero iniuria dicitur contumelia vel damnum iniquum, vt in lege Aquilia: interdum vero & iniquitatem iniuriam vocamus, cum quis inique ſententiam dixit. Iniuria autem dicitur quod omni iure & iuſtitia careat, quaſi non iure facta: Contumelia vero à contemnendo.

b *Iniuria dicitur.* Ex In, particula priuante, & Iure, fit iniuria.

c *Iniuria.* Iniuriam Labeo ait fieri aut re aut verbis. Re quoties quis manu illata iniuriam facit: Verbis, quoties ſine manu verbis iniuriam facit. & omnem iniuriam vel in corpus noſtrum fieri, vel in dignitatem, vel in exiſtimationem. In corpus, cum quis pulſatur: in dignitatem, cum quis abducit comitem itineris matronæ. In exiſtimationẽ, cum quis adtemptat pudicitiam alienam. Item aut per ſeſe quis iniuriam patitur, aut per alias perſonas. per ſe, cum directo patrif. vel matrif. iniuria infertur: per alias perſonas, vt cum quis liberos meos, vel vxorem, vel nurum meam, vel ſeruos iniuria adficit. ſpectat enim ad nos iniuria quæ in has perſonas fit, quę vel poteſtati vel affectui noſtro ſubiectæ ſunt.

d *Nurum.* In nuru ſocer non videtur, quaſi ex ſua perſona iniuriam patiatur, habere actionem iniuriarum, ſed iure filii exiſtentis forſitan in poteſtate, cui fit iniuria per vxorem, adeo vt agente ſocero non agat filius. ipſius enim actionem pater exercuit cum propriam non habeat.

e *Cadauere.* Nam ad exiſtimationem noſtram pertinet iniuria facta ei cui heredes extitimus.

f *S. funeri.* Quoties funeri teſtatoris vel corpori eius fit iniuria, ſiquidem poſt aditionem fiat, ipſi heredi quodammodo videtur iniuria fieri. ſemper enim intereſt eius defuncti exiſtimationem purgare. Sed ſi ante aditionem hoc fiat, prius hereditati videtur iniuria inferri, deindę per eam heredi adquiri. denique Iulianus ait, ſi quis corpus defuncti detinuerit ante aditam hereditatem, hereditati competere actionem iniuriarum. idemque ait, ſi ſeruo hereditario ante aditionem fiat iniuria. nam & ſimiliter per hereditatem adquiritur actio heredi. Labeo autem ait, Si quis ſeruum hereditarium honoratum libertate teſtamento ante aditionem heredis verberauerit, heredi competere iniuriarum actionem. at ſi poſt aditionem verberetur ſeruus, ſiue ſciat, ſiue ignoret ſe liberum, ipſum quaſi liberum iniuriarum agere poſſe.

g *Heredi fit iniuria.* Semper enim heredis intereſt defuncti exiſtimationem purgare.

h *Siue ſcierit.* Forte enim poſt aditionem hereditatis exiſtimans ſe eſſe ſeruum, tempore quodam in heredis miniſterio fuit quaſi ſeruus: quod ei nihil nocet quominus habeat actionem, ſiue ſcierit ſe liberum ſiue non.

i *Patereum.* Si fuerit in poteſtate, vt Inſtit. 4. tit. 4. & de filio, lib. 11. tit. 1. c. 30. & lib. 8. tit. 2. cap. 39. th. 5.

k Non

k *Non agit.* Defendi enim potius à viris mulieres oportet, quam viros à mulieribus.

l *Niſi ex affectu.* Quia enim iniuria ex affectu conſiſtit, conſequenter dicimus furioſum & infantem etiamſi quem pulſauerint, vel cui conuicium dixerint, non teneri, quod non videantur affectum habere iniuriæ faciendæ, qui nihil ſentiunt. Iniuriam tamen pati etiamſi nihil ſentiant, poſſunt.

m *Vt ſeruum.* Cum eum poſſideret bona fide, & exiſtimaret ſuum ſeruum eſſe.

n *Nec ſi ſeruum.* Non eſt locus legi Corneliæ de iniuriis.

o *Ingreditur.* Eſt & quartum genus iniuriæ ex lege Cornelia. & quære cap. 35.

p *Actione legis Corneliæ.* Lex Cornelia ex tribus cauſis dat actionem iniuriarum, cum pulſatur quis aut verberatur, aut vi domum eius ingreditur quis. differentia eſt autem inter pulſare & verberare. & quam domum debeamus accipere, verba enarrant.

q *Iniuriarum tenetur.* Et qui vnum horum trium fecerit, tenetur iniuriarum ex lege Cornelia. Qui vero aliter iniuriam fecerit, ex alia actione iniuriarum quæ prætoria eſt tenetur.

r *Non indicat.* Quære lib 7. tit. 3. cap. 10. & 32. & tit. 5. cap. 17. 48. 75. & tit. 2 cap. 5.

...*mo ſua.* Et huius domum ingrediatur aliquis.

...*lium.* In villa vel in horto, & fiat impetus in eum.

...*a.* Ad ſtabula igitur ſola & ad meritoria lex Cornelia non pertinet. quoniam ab... nam recedimus. In alio autem quolibet habitante in domo non breuis momen... ...bi domicilium non habeat, locus eſt legi Corneliæ.

...*rem Corneliam.* Ex cauſis legis Corneliæ.

Ex ... perſona ſiue ex lege Cornelia.

...ſatisdationem. Quære tit. 66. cap. ... & 2. & tit. 34. cap. 25.

...ificiorum. Hoc eſt facti quia forte habitauit in ædibus paternis, & vi quis eas in... ...riam eius, & cæcidit eum.

...*iniuriarum.* Quæ mouetur ciuiliter non in criminali. nam in ea manifeſtis opus eſt ...bus, niſi velit eadem pati quæ patitur is qui non probat. & quære tit. 11. cap. vlt.

b Lex Cornelia agenti iniuriarum permittit iuſiurādum deferre reo neganti. iurat autem ſe iniuriam non feciſſe. Sed Sabinus ait prætores ſequuturos legem Corneliam, atque ita de omni iniuria iuſiurandum deferetur.

b In prætoria & in legis Corneliæ. quære lib. 21. tit. 3. cap. 17. & eiuſdem ti. 2. cap. 6. th. 4. & huius lib. tit. 11. cap. vlt.

c *Nomine alterius.* Inſcribens alium feciſſe.

d *Teſtis eſſe prohibetur.* Cyrillus & τὸ πλάτος, Fit inteſtabilis. & quære lib. 21. tit. 1. cap. 22. quia & teſtamentum facere vetat.

e *Qui ea vendi.* Venditor vel emptor.

f *Qui hæc detulerit.* Hoc eſt, huiuſmodi delicta. quære lib. 21. tit. 1. cap. 29.

g *Cum non adiicitur.* Hoc ius ex vſu eſt, cum non adiicitur nomen illius, in quem fit famoſus libellus. tunc enim quia difficile eſt probare quis fecerit, voluit Senatus publica quæſtione rem vindicare. Ceterum ſi nomen alicuius adiiciatur in famoſo libello, tunc & iure communi iniuriarum agitur, & non prohibetur priuatim eam exercere, quaſi pra iudicium fiat publico iudicio. quia & actio iniuriarum ex lege Cornelia non ad publicum crimen refertur. Sed ſi prius actum ſit iniuriarum ex lege Cornelia, denegamus priuatam actionem iniuriarum, ſicut ex diuerſo ſi prius actum ſit priuata, Cornelia extinguitur.

h *Nomen eius.* Non quia ait volentem non poſſe agere, cum adiectum eſt nomen, ideo non poteſt is qui iniuriam paſſus eſt, agere priuato iudicio.

i *Publica quæſtio locum habet.* Cuilibet volenti. quia ignoratur cui ſit facta iniuria. quære c. 15. them. 5.

k *Communi iure.* Id eſt, cum nomen adiectum eſt, tunc locum non habet publica quæſtio, ita vt agat qui volet, ſed vtimur communi lege iniuriarum, quę talis eſt vt agat is cui iniuria facta eſt.

l *Priuatim agere.* Qui nominatim iniuria adfectus eſt, ſed aget valide ſuo nomine, quaſi ſolus directo iniuriam paſſus, nec perſecutioni ſuę iniuriæ impedimento erit, quod hinc forte publicæ quæſtioni ad aliquid præiudicetur, quæ locum non habet adiecto nomine eius cui facta eſt iniuria. EIVSDEM. Hic enim non eſt locus publico iudicio, cum de eo conſtet qui iniuriam paſſus eſt, & ideo nec ei præiudicatur.

m *Præiudicium fiat.* Sed agit qui iniuriam perpeſſus eſt. quia notus eſt.

n *Refertur.* Puta cum non eſt manifeſtus is qui iniuriam pertulit.

EIVSDEM. Nec enim duo themata habent locum in vno, ſed publica quæſtio, cum innominatus eſt: priuata, cum adiectum eſt nomen. & ideo vbi vnum eſt, ibi aliud non eſt.

o *Quam iniuriam.* Quam ſpeciem iniuriæ.

p *Paſſus.* Nam cum ſit famoſa actio, non oportet actorem vagari, & ex cauſa in cauſam tranſilire alio periclitante de propria æſtimatione, ſed deſignare, & ſpecialiter dicere quam iniuriā paſſus ſit.

q *Vbi occiſo aliquo.* Si quis iniuria dicatur occidiſſe aliquem, nunquid non debeat prętor permittere priuata in eum actione præiudicium fieri legi Corneliæ de ſicariis. ſed & ſi venenum dicat quis quoſdam dediſſe hominis occidendi cauſa, idem dicemus. recte igitur prætor faciet his caſibus, ſi non dederit actionem iniuriarum. deinde quaſi in antitheſi infert, Atqui ſolemus dicere, ex quibus cauſis publica oriuntur iudicia, non impediri nos & priuata quæ competunt nobis inten-

Digitized by Google

dere. eſt quidem hoc verum quod dicitur. Sed habet locum cum non principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam accuſationem. quid ergo dicimus de Aquilia? nam & hæc principaliter hominis necem continet. At iis omnibus dictis velut in antitheſi ſubiicit ſolutionem, & ait Aquiliam principaliter non eſſe actionem de cæde, ſed de damno tantum, quod domino datum eſt. At in actione iniuriarum de ipſa cæde vel veneno principaliter quæritur, vt vindicetur illata cædes, non vt domino damnum ſarciatur. Merito igitur non datur ne præferatur accuſationi cædis. Quid ergo ſi ideo quis velit agere iniuriarum, quod gladio caput eius percuſſum ſit? Labeo ait hoc non prohiberi. nec enim omnino hoc intenditur, quod habet publicam accuſationem: ſed non recte dixit Labeo. quis enim dubitat eum etiam qui gladio percuſſit caput, licet percuſſum non occiderit, Cornelia teneri?

r *Non datur actio, &c.* Hoc eſt, non permittetur actori relinquere quæſtionem vindictæ eius qui occiſus eſt, & qui cædem auſus eſt admittere, & proponere actionem iniuriarum, ac curare vt qui occidit quaſi facta iniuria vindicetur. ſtultum enim plane iudicauit eſſe iuris conditor, relinquere inultam cædem & de iniuria quærere. EIVSDEM. Hoc eſt, non datur iniuriarum actio ita vt præferatur accuſatione de cęde. quia criminale iudicium principaliter exigit vt vindice[illegible] ſerui, non vt domino damnum ſarciatur.

ſ *Actio iniuriarum* Quære tit. 37. c. 37. th. 8. & tit. 17. c. 7. th. 30. & lib. 31. tit. 2.

t *Filio autem familiâs.* Filio emancipato ex ſola atroci.

u *Atroci iniuria.* Quære lib. 7. tit. 8. c. 10. th. 11.

x *Illatam.* Veluti ſibi dictum conuicium, vel ſe pulſatum aut verberatum, no[illegible] fuiſſe nothum, vel furem, vel latronem, vel in illa parte corporis tot ſe verbera pa[illegible]

y *Sibi iniuriam.* Nomen iniuriæ.

z *Qui ſimul.* Si mihi plures iniurias feceris. puta turba & cœtu facto domum[illegible] hoc facto & conuicium patiar & verberer. quæritur an poſſim ſeparatim de ſingu[illegible] re. & Marcellus ſequens Neratium ait cogendum coniungere iniurias omnes, vt ſi[illegible] mnibus.

a *De omni iniuria.* Etiam de atroci. Atrocem vero iniuriam contumelioſiorem & maiorem accipimus. Quære c. 5 & tit. 11. c vlt.

b *Omnibus cernentibus.* Natura enim atrocius eſt multis videntibus iniuria adfici: & vulneris magnitudo atrocitatem iniuriæ demonſtrat, vt & vulneris locus.

PAVL. Non ſolum magnitudo vulneris inducit atrocem iniuriam, l. 8
ſed & locus, veluti oculo percuſſo.

VLP. Scindere[a] veſtem alicuius, & comitem abducere, & conuicium l. 9. in pr.
facere, & in theatro cædere, licet non atrociter, atrocem iniuriam indu- §. 1. & 2.
cit, ſiue patrif. fiat, ſiue filiof. ¶ Seruo atrocem iniuriam faciente ſi do- §. 3
minus præſens eſt, tenetur[b] ſi abeſt[c], præſes eum flagris cædit. ¶ Qui mu- §. vlt.
lieri vel mari indecens quid facere tentauerit, quanquam libertino vel
ſeruo, tenetur iniuriarum.

PAVL. Adtemptare videtur[d] quis pudicitiam, cum id agit, vt ex pudi- l. 10
co impudicus ſeruus fiat.

VLP. Non ſolum qui percuſſit vel iniuriam fecit, ſed & qui curauit l. 11. in pr.
hoc fieri tenetur. ¶ Et diſſimulatione[e] & pacto[f] & tranſactione & iure- §. 1
iurando aboletur actio iniuriarum. ¶ Et per curatorē & tutorem & ce- §. 2
teros qui ſolent[g] pro aliis agere, agitur iniuriarum. ¶ Qui mandat[h] iniu- §. 3. 4. 5.
riam fieri, & qui facit, tenetur iniuriarum, & qui[i] conducit aliquē vt per & 6
eum iniuriam faciat, & qui filiof. ſuo mādat, & qui ſuadet alicui vt iniu-
riam faciat. ¶ Libertis aduerſus patronum nec ſuo nec vxoris, vel filii vel §. 7
ſerui nomine datur actio[k] iniuriarum. At maritus[l] libertæ qui non eſt li-
bertus eius qui iniuriam facit, ea iniuriam paſſa[m] agit, niſi leuis ſit iniu-
ria. nam & matrimonio iunctos libertos patronus mediocriter coercet.
¶ Plane filius[n] & vxor liberti à patrono iniuriam paſſi, agunt ſuo nomi- §. 8
ne. ¶ Siue in libertatem[o] proclamet quis, ſiue in ſeruitutem trahatur, ha- §. vlt.
bet[p] iniuriarum actionem.

GAIVS. Si ſciat eum liberum qui in ſeruitutem petit, & hoc non fa- l. 12
ciat[q] vt ſibi conſeruet ius euictionis.

VLP. Neque heredibus neque in heredes[r] competit actio iniuria- l. 13. in pr.
rum,

rum,etiam ſi ſeruo defuncti fiat iniuria eo ſuperſtite,niſi conteſtata fue-
§. 1. §. 2 rit.¶ Qui publico[s] iure vtitur, & ius[t] exequitur, nō facit iniuriam. ¶ Qui
ex contumacia[u] ducitur iuſſu præſidis, non habet[x] actionem iniuriarum.
§. 3 ¶ Qui per iniuriam & vexationem in iudicium quem vocat, tenetur a-
§. 4 ctione iniuriarum. ¶ Si quis non ſinat decerni mihi honorem vel imagi-
§. 5 nem vel quid tale, non tenetur[y] iniuriarum. ¶ Nec Duumuir qui in-
iungit[z] alicui legationem aliudve onus, quod contingit alium, nec qui
§. 6 inique ſententiam dicit. ¶ Nam quæ fiunt à magiſtratu iure poteſtatis,
§. vlt. non pertinent ad actionem iniuriarum. ¶ Qui prohibet[a] me vti loco
publico[b] vel rebus meis, iniuriarum tenetur. Ei autem qui à fiſco condu-
xit, datur interdictum prohibito vti conductione. Nec aucupari[c] quis
prohiberi poteſt. at ingredientem fundum meum aucupandi gratia re-
cte prohibeo.

l. 15. in pr. VLP. Qui medicamento vel alio modo[d] quem ſtultum facit, tenetur
§. 1 iniuriarum. ¶ Qui ſæpe extulit manum, & non percuſſit, vtili iniuria-
§. 2. 3. & 4 rum tenetur. ¶ Qui conuicium facit vel dolo curat fieri, tenetur. Eſt au-
tem conuicium[e] plurium conuentus, cum plurium voces aduerſus bo-
nos mores ciuitatis in idem concurrunt ad inuidiam & infamiam ali-
§. 7 cuius. ¶ Etiam abſenti fit conuicium, cum quis venit ad domum eius
§. 8 vel ſtationem vel tabernam ¶ Conuicium facit[f], non tantum qui voci-
§. 9. & 10 feratur, ſed & qui concitat alios, vel ſubmittit vt vociferentur. ¶ Si
certa non eſt perſona[g] cui conuicium fiat, ceſſat executio, ac ſi quis velit
§. 11. & 12 facere[h], nec faciat. ¶ Non omne[i] autem maledictum conuicium facit[f],
§. 13 ſed quod cum vociferatione fit ab vno vel pluribus in cœtu[k]. ¶ Si is qui
aſtrologiam[l] vel aliam illicitam diuinationem ſectatur interrogatus, fu-
rem dixerit eum qui non erat, iniuriarum actione non tenetur. At Con-
§. 14 ſtitutionibus[m] tenetur qui diuinatione vtitur. ¶ Actio iniuriarum ex
§. 15 conuicio neque heredibus neque in heredes datur. ¶ Qui appellat[n] mu-
lierem ancillæ habitu veſtitam vel meretricis, minus[o] peccat, tenetur ta-
men iniuriarum. Et qui abduxit ei comitem, ſiue ſeruus ſit, ſiue liber,
§. 16 mas vel fœmina, in publico vel priuato loco. ¶ Comes autem eſt qui
§. 17 deſtinatus eſt, vt frequenter eam ſequatur: qualis & pædagogus. ¶ Ab-
§. 18 ducere autē videtur nō qui cœpit[p], ſed qui perfecit. ¶ Abducere videtur
§. 19 nō tantum qui vim facit, ſed & qui perſuadet ei vt eam deſerat. ¶ Et qui
appellat & qui frequenter cum ſilentio adſectatur[q], tenetur iniuriarum.
§. 20 ¶ Appellare autem, eſt blandis verbis alterius pudicitiam adtemptare.
§. 21 ¶ Qui turpibus verbis vtitur, non appellat[r], tenetur tamen iniuriarum.
§. 23 ¶ Qui luſus gratia appellat vel honoris cauſa ſequitur, non tenetur iniu-
§. 24. §. 25 riarum. ¶ Etiam[s] ſponſus habet actionem iniuriarum. ¶ Quod fit ad in-
§. 27 famiam alicuius, coercetur. ¶ Ad infamiam autem fit, quod ad in-
uidiam alicuius fit, vt ſi veſte lugubri[t] aut ſqualida vtatur, aut bar-
bam[u] demittat aut caput, aut carmen conſcribat vel proponat, vel
§. 28 cantet aliquid quod pudorem alicuius tangat. ¶ Pro qualita-
§. 29 te rei & perſonæ[x], rem examinat & exequitur Prætor. ¶ Qui libello
dato principi vel præſidi ſuggillat pudorem alicuius, iniuriarum tenet.
§. 30 ¶ Qui de ſententia[y] ferenda[z] pepigit[a], & ob id caſtigatus eſt it

ei qui ſententiam laturus eſt, & videtur veluti ex iniuriarum actione damnari. ¶ Qui rem[b] alicuius iniuria detinet, tenetur iniuriarum: & qui ad §.31. 32. & 33.
infamiam meam proſcribit pignus, tanquam à me id acceperit, & qui non debitorem tanquam debitorem iniuriæ cauſa appellat. §.34
¶ Qui alienum ſeruum contra bonos mores verberat vel ignorãte domino de eo quæſtionem habet, tenetur iniuriarum. §.35
¶ Si ſeruo fiat iniuria ad iniuriam domini, ipſe ſuo nomine iniuriarum actionem habet, ſed & ſi non ad ſuggillationem domini fiat, delictum[c] vindicat Prætor, maxime ſi verberatus[d] ſit vel tortus. §.36 & 37
¶ Neque ſocius verberans communem ſeruum, neque fructuarius[e] vel proprietarius, tenetur iniuriarum. §.38
¶ Si quis non contra bonos mores verberauerit, ſed corrigendi cauſa, actio locum non habet. §.39
¶ vnde ſi ſeruum alienum magiſtratus municipalis verberauerit, cauſam præſes inquiret[f]. §.40
¶ Verberare dicitur & pugnum dare. §.41
¶ Quæſtio[g] autem eſt adhibere tormenta, & dolorem corpori ad eruendam veritatem. nuda autem interrogatio & leuis territio nõ pertinet ad iniuriarum actionem. Quæſtio etiam eſt pedes ligno iniicere. §.42
¶ Is etiam qui iuſſu domini quæſtionem habet, ſi modum exceſſerit, tenetur. §.43
¶ Si verberetur[h] ſeruus vel quæſtio de eo habeatur, omni modo competit actio iniuriarum. §.44
¶ Sed ſi aliter[i] ei fiat iniuria, non omnino, ſed cauſa cognita ex qualitate[k] iniuriæ & perſonæ ſerui. §.45
¶ Facta ſeruo tuo iniuria nõ pertinet ad te ſi pro libero ſe gerentem verberauero, vel cum alterius eum eſſe exiſtimarem, non cæſurus ſi tuum ſciſſem. §.46
¶ Poſteaquam[l] actum eſt iniuriarum,[m] domino Aquilia[n] competit. §.47. & 48.
¶ Fructuario & bonæ fidei[o] poſſeſſori non competit actio iniuriarum, niſi in contumeliam eorum verberatus ſit[p]. nam & tunc eis competit. Idem & in libero bona fide ſeruiente. §.vlt.
¶ Verberato ſeruo communi omnes domini habent actionem iniuriarum.

PAVL. Pro parte dominii quod in eo habent. l.16

a *Scindere veſtem, &c.* Quæritur vero, vtrum tunc duntaxat re fiat atrox iniuria, cum corpori infertur, an & cum non corpori eius qui iniuriam patitur: vt ſi quis quem abſciderit, vel abduxerit ei comitem, vel conuicium dixerit. Et Pomponius ait etiam ſine pulſatione corporis eſſe atrocem iniuriam perſona atrocitatem faciente. ſed & ſi quis in theatro vel in foro cædat aliquem, aut vulneret, quanquam non ſit pulſatio aut vulnus graue: tamen locus atrocem iniuriam facit. nihil autem refert patrif. an filiof. atrox iniuria inferatur. nam & in filiumf. intelligitur atrox.

b *Tenetur.* Iniuriarum noxali. quære cap. 16. th. 5.

c *Si abeſt.* Abſente enim domino ſeruum qui iniuriam fecit præſidi offerre oportet, vt flagris eum rumpat.

d *Adtemptare videtur.* Dixit ſupra adtemptantem pudicitiam ſerui, vt eum corrumpat, teneri iniuriarum: nunc interpretatur quid ſit adtemptare.

e *Et diſſimulatione.* Nam ſi quis iniuria adfectus iniuriam dereliquerit, id eſt, nõ pro iniuria acceperit quod factum eſt, non poteſt pœnitentia ductus, quam ſemel remiſit poſtea reuocare. quære Inſtit. 4. tit. 4. finem.

e Vel deſertione litis, vel ſic dicas vt ſi quis contumelia ſibi facta ab aliquo dicta pro iniuria non acceperit, eum pro furioſo habens, hic non habet actionem iniuriarum. nam ex affectu facientis & patientis delicta æſtimantur. & quære c. 1. th. 5.

f *Et pacto.* Quære lib. 11. tit. 1. c. 16. th. 3. & c. 17. th. 2. & tit. 2. c. 35. & finge nullo dato gratis factam tranſactionem, vel ante litem conteſtatam, ne obſtet lib. 21. tit. 2. c. 1. & cap. 4. th. 4. & tit. 3. c. 18. quære & huius lib. i tit. 6. c. 30.

f Vt cum nihil accepto conuenit non agi iniuriarum. & quære lib. 21. tit. 2. c. 6. th. 4.

g *Qui ſolent pro aliis agere.* Nam actionem iniuriarum pecuniariam etiam per procuratorem exercemus, & criminalem ſi actores ſint illuſtres, vt lib. 8. tit. 2.

h *O[illegible]re.* Nota non tantum iniuriam facientem, ſed & mandatorem teneri. quære & tit. 3.

Et qui conductus iniuriam infert. quære c. 50.

k *De-*

k *Datur actio.* Si fuerit leuis.& quære cap.7.th.3.nam de atroci datur.

l *At maritus.* Cum enim non ipſe qui libertus non eſt iniuria adficiatur, ſed vxor liberta,& hæc non poſſit agere niſi atrox ſit iniuria, quomodo poterit vir agere nulla iniuria adfectus? Aliud in filio,vt in 3.the.1.cap. nam per filium adquiritur actio: per vxorem,cum principaliter eam non habeat, non item.

m *Iniuriam paſſa.* Hæc ex Marcello Vlpianus tradit, ſequentem diſtinctionem ex ſeipſo, Marcellum notans.

n *Plane filius.* Propterea quod filius non eſt libertus,ſed ingenuus.quære lib.49.tit.1.ca.29.circa principium & finem. Qui enim fieri poteſt,vt ſi libertus,qui eſt editus poſt libertatem? quære lib 16.tit.1.cap.39.th 6.

n Nam ſi vxores vel filios libertorū patronus iniuria adfecerit,licet viris earū vel patribus non detur actio iniuriarum,non denegatur tamen eis.quia ſuo nomine agunt.

o *Siue in libertatem.* Si quis dicatur ſeruus eſſe,ipſe autem in libertatem proclamet, & adſerat ſe liberum eſſe,actio iniuriarum competit ei aduerſus eum qui ſe dominum dicit, ſiue ex libertate in ſeruitutem trahatur,ſiue ex ſeruitute in libertatem proclamet. & hoc iure indiſtincte vtimur. Si quis de libertate in ſeruitutem petat,quem ſcit liberum, neque id faciat propter actionem de euictione,vt conſeruet eam ſibi aduerſus venditorem,iniuriarum tenetur.

p *Habet iniuriarum.* Iniuria adfectus videlicet,vt puta incluſus aut vinctus.

q *Non faciat.* Exiſtimans ſeruum eſſe, vt non imputetur ſibi à venditore, quod ſua culpa ſeruo careat.

r *In heredes competit.* Quære tit.11.cap.1.& Inſtit.4.tit.12.

ſ *Qui publico.* Quære lib.2.1.cap.39.& 33.& tit.3.cap.47 th. 3.

t *Ius excipitur.* Includens litigatorem,quod non veniat in iudicium.

u *Ex contumacia* Quære lib.7.tit.8 cap.18.19.20 21. Qui temere quem in iudicium vocat. quære & lib.19 tit. 18.cap.42.

x *Non habet actionem.* Neque in præſidem neque in executores.

y *Non tenetur.* Quamuis contumeliæ meæ cauſa hoc faciat.multum enim intereſt,vtrum contumeliæ meæ cauſa quid fiat,an vero fieri quid in honorem meum non patiatur.

z *Qui iniungit.* Neque enim poteſt is qui decreto factus eſt legatus iniuriarum agere ob laborē legationis iniunctum ſibi. quia aliud eſt laborē iniungere,aliud iniuriam facere:licet iniuria generaliter dicatur quodcunque fit illegitime, vt cap. 1. At certe non vbique naſcitur actio iniuriarum.

a *Qui prohibet.* Nota eum qui prohibetur vti loco publico,veluti lauare in publico balneo,vel ludere in campo,vel ſpectare in theatro,habere actionem iniuriarum. quære & lib. 58. tit. 8.cap. 5.them.7.

b *Vti loco publico.* Veluti in mari piſcari, vel in publico balneo lauare, vel in publico loco ſedere, vel in alio loco agere aut conuerſari.

c *Nec aucupari.* Quære lib.50.tit.1.cap.3.& lib.58.tit.3.cap.16.& lib.58.tit.8.cap.5. them.7. & lib.9.tit 8.cap.21.th 5.

d *Vel alio modo.* Tenetur & lege de veneficis.

e *Eſt autem conuicium* Qui vero faciant conuicium,quære th.5.huius cap.

f *Conuicium facit.* Quære lib. o.tit 2.cap.ante trium finem.

g *Perſona.* At in famoſis libellis publico iudicio potius agitur iniuriarum, vt cap.6.

h *Velit facere,nec faciat.* Animo enim ſolo non committitur delictum.

i *Non omnes* Ex his apparet,quod non quiſquis maledicit cuipiam,tenetur iniuriarum ſed qui cum vociferatione facit iniuriam,ſiue vnus,ſiue plures fecerint. Sed etſi in cœtu plurium dicatur aliquid ad iniuriam alterius, & hoc conuicium eſt.

k *In cœtu.* Quod enim neque in cœtu neque cum vociferatione dicitur,proprie non dicitur cōuicium,ſed infamandi cauſa dictum.

l *Aſtrologiam.* De aſtrologis quære 39.tit.cap.27.28.29.& 30.

m *Conſtitutionibus.* Quæ ſunt in 17.& 27.cap.1.lib.

n *Qui appellat mulierem.* Verbis,virginem puellam liberam,ſeruili veſte veſtitam.

o *Minus peccat.* Τὸ ῥητὸν ſic habet,Qui hanc appellat,minus peccat. Sed ſi matronali habitu mulier fuerit,& quis eam appellauit,vel comitem abduxit,iniuriarum tenetur.

q *Non qui cœpit.* Non qui tentauit abducere.

q *Frequenter cum ſilentio adſectatur.* Adſidue enim cum ſilentio frequentare aliquem.quaſi infamem eum facit,& non paruam ei iniuriam infert.

r *Non appellat.* Ex ſe enim iniuriam facere videtur.

ſ *Etiam ſponſus.* Iniuria facta ſponſæ ſponſus poteſt agere iniuriarum.nam ad contumeliam eius pertinent quæcunque ad iniuriam ſponſæ fiunt. Quære cap.1.th.5.& cap.2.

t *Squalida.* Vt ſi te amicum meum eſſe ſimules & me de crimine in iudicium perducto adſis iudicio cum veſte ſqualida,ex eo demonſtrans te in mœrore eſſe, quod amicus condemnandus ſit ob delictum.

u *Barbam demittat.* Non ſinens tonderi vel capillos capitis.

u Hoc enim apud Romanos erat turpiſſimum.

x *Et perſonæ.* Actoris & rei

x *De ſententia.* Si quis ferendam ſententiam præſidis vēdiderit,quaſi daturus præſidi pecuniā,

Digitized by Google

fuſtibus cæſus, actione iniuriarum condemnatus videtur. cõſtat vero non emptorem euentus futuræ ſententiæ iniuria ab eo adfectum, ſed præſidem, cuius ſententiam vendidit.

z *Ferenda.* Vt quia forte dixit condemnato, Si id mihi dederis, faciam ne feratur, quæ in te ferenda eſt ſententia.

a *Pepigit.* Vt enim ſibi pecuniæ darentur pepigit cum litigatore. Sic habet contextus.

b *Qui rem alicuius, &c.* Si quis bona omnia alicuius, vel vnam rem iniuriæ cauſa occupauerit, tenetur iniuriarum. Sed & ſi quis rem meam quaſi de me pignori acceptam proſcribat venditurus, iniuriæ mihi faciendæ cauſa, tenetur iniuriarum. Item ſi quis non debitorem dixerit debitorem ſuum eſſe iniuriæ cauſa, hic etiam tenetur iniuriarum.

c *Delictum vindicat.* Extra ordinem non actione iniuriarum. quia non fuit affectus infamandi domini.

d *Maxime ſi verberatus.* Hanc enim iniuriam etiam ſeruus ſentit.

e *Neque fructuarius.* At proprietarius plenam caſtigationem habet in ſeruum, ſine dolo tamẽ, vt 2.th. 17.c. 1.tit. 16.lib. Vſufructuarius autem mediocrem, non etiam vt poſſit torquere aut flagris cædere, vt einſdem 23.c.

f *Præſes inquiret.* Hoc eſt, quid facientem ſeruum verberauerit magiſtratus municipalis, inquiret præſes nam ſi honorem magiſtratus municipalis eo cernẽte ſeruus illuſerit, & ob id verberatus ſit, omni actione magiſtratus municipalis abſoluendus eſt.

g *Quæſtio autem eſt.* Quæſtionem intelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad eruendam veritatem illatum. nuda enim interrogatio facta ſeruo vel lenis territio, non pertinet ad hoc edictum.

h *Si verberetur ſeruus.* Nota ex quibus cauſis ex perſona ſerui detur domino iniuriarum actio. Idem ait & 4.tit. Inſt. Quære ſeq. th.

i *Si aliter ei fiat iniuria.* Nudis verbis aut tormentis nullius pretii.

k *Ex qualitate iniuriæ.* Non enim ex omni cauſa ſerui nomine promittit prætor ſe daturum actionem iniuriarum. nam ſi leuiter percuſſus ſit, vel maledictum ei leuiter, non dat actionem. Sed ſi infamatus ſit, vel facto aliquo vel carmine in eum ſcripto, puto & ad hæc prætoris cognitionem porrigendam, vt ſpectetur qualitas ſerui. etenim multum intereſt qualis ſeruus ſit. cui facta eſt iniuria, an bonorum morum, an ordinarius, vel nunquid è multis vnus & medii miniſterii ſiue ἀεργός, vel qualis qualis. quid enim ſi cõpedito alicuius ſeruo iniuria facta ſit à malis cognito vel extremæ infamiæ? Prætor igitur rationem habebit iniuriæ factæ ſeruo & perſonæ ſerui in quem admiſſa eſt iniuria, & ſic aut dabit aut negabit actionem iniuriarum.

l *Poſteaquam actum eſt.* Si quis ſeruo ſuo verberato iniuriarum egerit, deinde agat Aquilia, non videtur iterum de eadem re agere. quia Aquilia ad damnum, Iniuriarum ad contumeliam pertinet.

m *Iniuriarum.* Quære lib. 15. tit. 1. c. 14. & 15.

n *Domino Aquilia competit.* Si quis igitur egerit Iniuriarum, & poſtea agat Aquilia, non videtur de eadem re agere. Sed aget tantum in id quod amplius eſt. & quære lib. 52. cap. 33. quo dicitur ſeruo verberato & Iniuriarum & Aquiliam competere, & vna in iudicium deducta alteram ſaluam manere in id quod amplius eſt. Quære tit. 3. c. 5.

o *Bonæ fidei poſſeſſori.* Bona fide poſſidenti ſeruum alienum.

p *Verberatus ſit.* Vel tortus.

VLPIAN. Si permiſſu vnius ex dominis ſeruum verberauero, & eum l. 17. in pr.
ſolum dominum eſſe exiſtimauero, nulli eorum competit actio iniuria-
rum. Sed ſi alios eſſe dominos ſciui, iubenti quidem non competit, ce-
teris tamen cõpetit. ¶ Si vero iuſſu tutoris vel curatoris[a] vel procuratoris §. 1
verberauero, non teneor. ¶ Opera[b] tua vel querela verberatus eſt ſer- §. 2
uus meus à magiſtratu: habeo aduerſus te actionem[c] iniuriarum: ſed et-
ſi deceſſerit, de damno[d] rationem. ¶ Quædam iniuriæ à liberis factæ le- §. 3
ues & nullius pretii ſunt, à ſeruis[e] autem factæ atroces ſunt. ¶ Sicut ex a- §. 4
liis delictis ſeruorum, ita[f] ex iniuria competit actio noxalis, & electio-
nem[g] habet dominus, vt vel eum verberandum[h] præſtet, vel noxę dedat,
vel præſtet æſtimationem litis. ¶ Modum verberum, vt vir bonus iudex §. 5
arbitrari debet. ¶ Si dominus torquendum ſeruum exhibuerit[i] ante li- §. 6
tem, & arbitratu alicuius tortus ſit, non auditur is cui facta eſt iniuria, ſi
iterum velit agere iniuriarum. videtur enim eam[k] remiſiſſe. & pacto[l] ve-
ro & temporis curſu[m] extinguitur. ¶ Si iuſſu domini ſeruus iniuriam §. 7
fecerit, ſuo[n] nomine tenetur, atque etiam ipſe poſt[o] libertatem. neque
enim[p] in omnibus domino parere[q] debet, neque iuſſu eius occidere.
¶ ſed

§. 8 ¶ ſed ſi defendens dominum aliquid fecerit, non eſt ſub querela, ſed ex-
§. 9 ceptio opponitur actori. ¶ Fructuarius iniuria adfectus à ſeruo, noxalē
habet[r] in proprietarium, non ſocius[s] in ſocium, quia & ipſe[t] tenetur in-
§. 10 iuriarum. ¶ Si filiof. fiat iniuria, & abſit pater eius[u], nec habeat procura-
torem qui debeat agere[x], ipſi filiof.[y] agere permittitur cauſa cognita[z].
§. 11 ¶ Quod ſi præſens ſit pater, agere tamen non poſſit propter furorem[a]
§. 12. & 13 vel aliam dementiam, recte filius aget. ¶ At ſi præſens nolit[b] agere, quia
differt vel donat[c], filius agere nō poteſt, niſi vilis ſit pater vel talis vt e-
§. 14 geat[d] curatore, filius autē honeſtus[e]. ¶ Nam ſi poſt litem cōteſtatam talis
pater abeſſe cœperit, vel executionē neglexerit, cauſa cognita in filium
§. 15 transfertur actio. idem & ſi filius emancipetur[f]. ¶ Procurator patris ad
agendum præfertur filio, cui iniuria facta eſt. at ſi negligat vel colludat
§. 16 cum eo qui iniuriam fecit, filius agit iniuriarum. ¶ Procuratorem
autem accipimus non tantum eum qui in hoc mandatum habet, ſed &
§. 17 adminiſtratorem[g] omnium bonorum. ¶ Cum[h] de actione filio permit-
tenda agitur, inquirit prætor, an longe abſit pater & quando rediturus
ſit, & num filius ſegnis & inutilis ſit ad adminiſtrationem rerū & actio-
§. 18 nem. ¶ Si nepoti[i] iniuria fiat, & auus abſit, pater adſit, pater non nepos[k]
§. 20 aget. ¶ Omnes[l] qui poſſunt agere ſuo nomine recte dant procuratorē[m].
§. 21 Suo autem nomine filiof. agere permittitur patre differente. ¶ Vbi au-
§. vlt. tem egit filiusf. iam non poteſt agere pater[n]. ¶ Tunc filio agere per-
mittitur quaſi patrif cum non eſt qui agere debeat patris nomine. Sed
& ſi emancipatur, vel ex parte à patre heres ſcribatur, vel exheredetur,
vel abſtineat[o] hereditate, ſolus[p] habet actionem[q] iniuriarum[r].

l. 18 Pavl. Is qui nocentem[s] infamat ſiue prodit, non condemnatur. ex-
§. 1 pedit enim vt nocentium peccata nota ſint. ¶ Si ſeruus ſeruo fecerit in-
§. 2 iuriam, perinde[t] eſt ac ſi domino eius feciſſet. ¶ Mulieri[u] facta iniuria, pa-
ter eius agit, ac ſi nupta non eſſet, & vir ac ſi non eſſet in poteſtate. ipſa[x]
§. 3 quoque ſi ſit ſui iuris agit. ¶ Etiamſi non nouerit me qui me laceſſit
§. 4 iniuria, vel alium pro alio accipiat, tenetur actione iniuriarum. ¶ At
qui filiumf. exiſtimat eſſe patremf. vel nuptam viduam, non videtur
§. vlt. viro aut patri iniuriam facere. ¶ Rurſus ſi ſcierit illum filiumf. hanc vxo-
rem, etſi ignorauerit quorum[y], pater & vir ſuo nomine habēt actionem[z]
iniuriarum.

l. 19 Gaivs. Si in iniuriam meam fideiuſſores meos creditor interpellaue-
rit, cum paratus eſſem ſoluere, tenetur mihi iniuriarum.

l. 20 Modest. Si iniuriæ faciendæ cauſa ſine iudice creditor ſignauerit[a]
res abſentis debitoris, tenetur[b] iniuriarum.

l. 21 Pavl. Iniuriæ æſtimatio non ad tempus condemnationis, ſed ad id
quo facta[c] eſt refertur.

l. 22 Vlpian. Liber[d] qui apprehenditur vt fugitiuus habet actionem
iniuriarum.

l. 23 Pavl. Etiam ſi quis in ius vocandi cauſa alienam[e] domum ingreſſus
ſit inuito domino, tenetur[f] iniuriarum.

l. 24 Vlp. Qui me prohibet[g] ſeruū meum vendere, mihi tenetur iniuriarū.

l. 25 Idem. Si quis ſtuprauerit ancillam, vel furandi[h] animo eam detinue-

rit, & iniuriarum & furti tenetur. quod ſi immaturam[l] eam ſtuprauerit, etiam[k] Aquilia[l] tenetur.

PAVL. Qui iniuriæ cauſa filium meum vel ſeruum ludibrio habet, vt ſi etiam[m] volentes ducit in popinam vel aleam, mihi iniuriam facit. poteſt enim ſeruo male ſuadere & qui dominum eius ignorat, & tunc ſerui corrupti actio neceſſaria eſt. L.26

IDEM. Qui ſtatuam patris mei in monumento[n] poſitam frangit, non ſepulchri violati, ſed iniuriarum tenetur. L.27

VLP. Actio[o] iniuriarum ante litem conteſtatam non computatur in bonis eius qui eam habet. L.28

PAVL. Manumiſſo quoque & alienato ſeruo, cui iniuria facta eſt, priori domino competit iniuriarum actio. L.29

VLP. Manumiſſus autem eam non habet. ¶ Filio[p] iniuria adfecto & ei & patri competit actio. & aliter vtriuſque æſtimatur iniuria. L.30. in pr. §. 1

PAVL. Forte enim[q] in dignitate poſitus filius maiori iniuria adfectus eſt[r]. L.31

a *Iuſſu tutoris vel curatoris.* Quia hi locum domini obtinent.

b *Opera tua.* Quære lib. 21. tit. 1. c. 50. Nota, quod ſi euius opera verberauerit me, vel damnum mihi dederit magiſtratus, in eum qui excitauit magiſtratum, habeo actionem.

c *Actionem iniuriarum.* In quantum iudici æquum videbitur.

d *De damno.* Aquiliam de damno dato

e *A ſeruis autem.* Creſcit enim contumelia ex perſona eius, qui contumeliam fecit. Noxalis igitur actio datur, ſicut ex aliis delictis.

f *Ita ex iniuria.* Quære tit. 15. c. 1. & lib. 19. tit. 10. c. 17. th. 2. & lib. 'o. tit. 4. c. 24. th. 5.

g *Electionem habet.* Ex arbitrio domini pendet, velit exhibere ſeruum verberandum: atque ita ſatisfacere ei cui facta contumelia eſt, an non. nemo enim coget dominum per ſe ſeruum verberare, ſed potius præſtare verberandum.

h *Verberandum.* At verberationi tunc locus eſt, cum iniuria tantum facta eſt ſine damno. nam ſi & damnum ſequatur, tunc dominus vel noxæ dedere ſeruum, vel litis æſtimationem præſtare.

h Caſtigandum ob ea quæ cōmiſit. Nota ſeruo contumeliam faciēte, à domino nihil aliud peti quam vt eum præſtet verberandum. At ſi & pecuniarium damnum iniuria attulerit iniuriam paſſo vel damnum præſtat dominus, vel ſeruum dedit noxæ Quære & cap. 6. th. 2. & cap. 45. & 7. th. huius cap & tit. 5. huius lib. c. 1 & ibi adnotationem dicentem, Nota verberum.

i *Exhibuerit.* Iudici, ſciens ex ſe delictum ſerui antequam eum producat.

k *Eam remiſiſſe.* Cum productum eum torqueri voluerit.

l *Et pacto.* Quære lib 7. tit. 16. c. 10. th. 3. & 4. & lib. 11. tit. 1. c. 17. th. 3.

m *Temporis curſu.* Annalis enim eſt actio iniuriarum, & extinguitur vnius anni curſu.

n *Suo nomine.* Ait enim lib. 2. tit 3. c. 157. in non atrocibus delictis ignoſci ſeruis, ſi dominis obtemperauerint, vel iis qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus. Quære lib. 58. tit. 23 c. 11. th. 7. & l b 52. c. 20.

o *Poſt libertatem.* Si agatur iniuriarum aduerſus dominum, & ſatisfiat iniuriam paſſo ſeruo adhuc exiſtente in ſeruitute, cum eo non agitur poſt libertatem. ſed ſi non ſatisfiat, recte agitur cum ſeruo manumiſſo, ex regula, Noxa caput ſequitur.

p *Neque enim.* Quære lib. 28. tit. 11. c. 21. th. 2. & in eo [illegible].

q *Parere debet.* Quære tit. 5. c. 2. th. vlt. & lib tit 3. c. 157 & lib. 46. tit. 2 c. 9.

r *Noxalem habet.* Nec enim debet deterioris conditionis ob id eſſe quam quilibet extraneus, quod vſumfructum in ſeruo habeat.

ſ *Non ſocius, &c.* Socius enim in ſocium noxali non agit, vt tit. 5. cap. 8. ſed communi diuidundo.

t *Et ipſe tenetur.* Quod ſeruus aliis iniuriã fecerit. Hoc eſt, & ipſe dominus quære tit. 5. c. 41. & 8.

u *Pater eius.* Quære c. 11. th. 2. & lib. 7. tit. 5. c. 18. th. 2. & lib. 8. tit. 1. c. 8.

x *Debeat agere.* Iniuriarum quæ competit filio quære lib. 52 c. 9. & Inſt. 4 tit. 4.

y *Filio ſ* Cum audis agere patrem vel filium iniuriarum actione, & ſingulariter hanc cernis efferri, ſolius filii actionem iniuriarum intellige, ne exiſtimes hanc ſolam ſubeſſe patri. habet enim & aliam ex ſua perſona.

z *Cauſa cognita.* Cauſam cognitionis inuenies in 12. th.

a *Propter furorem.* Hic enim pater abſenti comparatur.

b *Præſens nolit.* Nam & cum abeſt pater, id circo datur filio, quia veriſimile eſt patrem ſi præſens fuiſſet, acturum fuiſſe.

c *Vel donat.* Puta in vniuerſum remittit, & donat iniuriam factam filio.

d Vt

Digitized by Google

d *Vt egeat curatore.* Finge patrem prodigum eſſe.

e *Filius honeſtus.* Neque enim debet pater viliſſimus honeſto filio factam iniuriam ex ſua vilitate metiri.

f *Emancipetur.* Poſt litis conteſtationem patris.

g *Adminiſtrationem.* Generalem mandatarium, non negotiorum geſtorem.

h *Cum de actione.* Quod ait Prætor causa cognita, ipſi qui iniuriam accepit, dari iniuriarum actionem: ſic accipimus vt in cauſæ cognitione quæratur, an longe abſit pater, & quando rediturus ſit, & nunquid filiusf. qui vult iniuriarum agere, ſit ſegnis & inutilis, & qui non ſufficiat ad rei cuiuſcunque adminiſtrationem, & per hoc nec ad actionem iniuriarum.

i *Si nepoti.* Qui eſt in poteſtate aui, non patris. cum & ipſe ſit in poteſtate.

k *Pater non nepos aget.* Nam officium patris eſt etiam viuente auo filium in omnibus tueri.

k Actione competenti auo per mediam perſonam patris nepotis.

l *Omnes qui.* Iulianus ait filiumf. non tãtum per ſe iniuriarum agere poſſe, ſed & dato procuratore. nam, inquit, ſi non permiſerimus ei procuratorem dare, quandoq; morbo impedietur agere per ſe, atque ita nullo exiſtente qui poſſit agere, impedietur actio. Idem Iulianus ait, & ſi nepoti facta ſit iniuria, & nullus nomine aui agat, non tantũ patri nepotis, ſed & procuratori eius actionem dari. omnibus enim quibus licet ſuo nomine agere iniuriarum, licet & ad eam procuratorem dare. Intelligitur autem filiusf. ſuo nomine habere actionem iniuriarum, cum patre ceſſante ei Prætor agere permittit. & ſi ſemel filiusf. egerit, patri non competit.

m *Dant procuratorem* Qui agat ciuiliter. nam ſi criminaliter agatur iniuriarum, niſi illuſtres ſint vel ſupra, procuratorem dare ad actionem iniuriarum non poſſunt. & quære lib. 8. tit. 2.

n *Pater.* Ea qua egit filius. At eam quam habet ex ſua perſona, intendere poteſt, niſi tempus præterierit.

o *Abſtineat hereditate.* Quære lib. 41. tit. 7. cap. 2. th. 5.

p *Solus habet.* Neque enim eſt in bonis actio iniuriarum.

q *Actionem.* Hoc eſt, ſolus exequitur actionem iniuriarum inſolidum, eſt enim ſtultum quem Prætor exiſtentem in poteſtate admittit ad actionem iniuriarum eum patremf. factum non poſſe vltionem ſuæ iniuriæ perſequi, ſed foueri eam, & in patrem transferri, qui quantum in ipſo eſt omiſerit filii defenſionem. multo vero iniquius eſt dicere in heredes patris tranſire actionẽ ad quos nihil pertinet iniuria facta filiof.

r *Iniuriarum.* Niſi conteſtata fuerit à patre: quia tunc heredibus competit.

ſ *Qui nocentem infamat.* Qui quibuſdam facit iniquè. quære lib. 1. cap. 30. & lib. 56. tit. 2. cap. 6.

t *Perinde eſt.* Hoc eſt, ſic agitur noxali.

u *Mulier facta.* Si filiaf. nupta iniuriam acceperit, & vir eius & pater recte agunt iniuriarũ, & patri quidem tanti damnatur qui iniuriam facit, quanti damnaretur ſi vidua eſſet, viro autem tanti damnatur quanti damnaretur ſi non eſſet in poteſtate. quia ſua cuiuſque iniuria propriam æſtimationem habet. & ideo ſi nupta mulier in nullius poteſtate ſit, non ideo minus agit iniuriarum, quod & vir eius ſuo nomine agat.

x *Ipſa quoque.* Non etiam pater vlla actione.

y *Etiamſi non nouerit.* Præuincit enim & præualet acceſſioni principale, voluiſſe te mihi iniuriam facere. nam certus ego ſum qui ſum, licet ille alium me exiſtimet eſſe.

z *Actionem iniuriarum.* Nam qui ſcit filiumf. eſſe, & mulierem nuptam eſſe, omnino cuicunq; patri & marito per filium & vxorem vult facere iniuriam.

a *Signauerit.* Quære de ſigillo & lib. 6. tit. 1. cap. 107. 108. & No. 102. & tit. 3. cap. 35. vel 16. & ti. 12. cap. 20. & tit. 13. cap. 18. & titu. 16. cap. 30. & lib. 23. tit. 2. cap. 1. & lib. 7. titu. *. cap. 10. 11. & lib. 45. tit. 3. cap. vlt.

b *Tenetur iniuriarum.* Non temere tamen hic facit, ne res auferantur.

c *Quo facta eſt.* Quid enim ſi tunc fuerit ſine dignitate, nunc ſit patricius?

d *Liber.* Vt ſeruus, ſciente, puta, eo qui apprehendit eum liberum eſſe, & iniuriæ cauſa hoc faciente.

e *Alienam domum ingreſſus.* Hoc eſt, qui alienam domum, in quam confugerat dominus, eo inuito ingreditur & detinet: quanquam in ius vocandi cauſa ingreſſus ſit, tamen tenetur iniuriarum. Quære lib. 2. tit. 3. cap. 103. th. 2. & lib. 7. tit. 8. cap. 18. & 2. Nota, neminem vllius iudicii præconẽ inuito domino, puta claudente oſtium domum ingredi poſſe.

f *Tenetur iniuriarum.* Vnicuique enim ſua domus eſt tutiſſimum refugium, vt lib. 58. tit. 10. c. 31. them. 3.

g *Qui me prohibet.* Vt quia forte futuro emptori ſuggeſſit fugitiuum vel furem vel furioſum eũ eſſe. Omnis enim qui prohibetur rebus ſuis vti ſuo arbitrio, habet actionem iniuriarum: & quære lib. 16. tit. 8. cap. 25.

h *Furandi animo.* Quære tit. 12. cap. 39. & 83. th. 2. & tit. 31. cap 77. th. 2. & tit. 37. cap. 8.

i *Immaturam.* Nota eum qui corrupit impuberem puellam, & Aquilia quaſi corpore eius corrupto. quære tit. 37. cap. 6. & 7.

k *Etiam.* Præter pœnam definitam in 37. tit. cap. *. ante 2 finem.

l *Aquilia tenetur.* Hoc eſt quanto minoris ſit.

m *Vt ſi etiam volentes.* Nam etſi adſentiatur filius meus aut ſeruus, tamen ego videor iniuriam accipere, ſi in popinam eum ducat, vel ſi cum eo alea ludat. Sed hæc non vtcunque locum habent: verum ita ſi iniuriæ cauſa hoc faciat. nam ſi perſuadeat, ſerui potius corrupti actio competit.

Digitized by Google

n *In monumento.* Non ei iunctam & cohærentem. At ſi cohæreat, etiam ſepulchri violati locum habebit, & Quod vi aut clam, vt tit. 23. c. 2.

o *Actio iniuriarum.* Quære huius lib. tit. 32. c. 11. & lib. 2. tit. 3. c. 126. vbi ait non fieri locupletiorem eum qui adquirit libertum. Simile & lib. 18. tit. 7. c. 2.

p *Filio iniuria adfecto.* Quære lib. 38. tit. 1. c. 16. th. 5 & in eo Innominati adnotationem.

q *Forte enim.* Ne patricium vel illuſtrem filium ponas. nam ſi talis ſit, quia ſui iuris eſt, nulla patri dabitur actio. Vide etiam vt Iuriſconſultus filium non ſenatorium nominarit, ſed in dignitate poſitum. In dignitate enim poſiti dicuntur Comites, Tribuni, & ſimiles: qua ex dignitate ſui iuris non fiunt. Senatores vero ſunt à patriciis vſq; ad illuſtres. & ſi non ſunt in aliena poteſtate. & quære de iis lib. 38. tit. c. 16. lecto Innominato. Quære & lib. 6. tit. 1. * à 7. vſq; ad 25.

r *Iniuria adfectus eſt.* Sæpe enim propter filii dignitatem poteſt grauior exiſtimari iniuria ei facta quam patri.

VLP. Si magiſtratus vel quaſi priuatus [a] vel fiducia [b] magiſtratus iniuriam fecerit, conuenitur iniuriarum. etſi quidem [c] ex maioribus eſt [d] poſteaquam ei ſucceſſum eſt, ſi vero ex minoribus [e] non habentibus imperium merum * vel poteſtatem, etiam [f] quandiu in magiſtratu eſt. l. 32.

* ἡμιορπηκλὴν ἀρχήν.

PAVL. Quod ſi ob publicam ſiue communem diſciplinam contumelia adfecerit aliquem, non tenetur. l. 33.

GAI. Pluribus autem ſeruis conuicium facientibus aut verberantibus [g] ſimul, tot ſunt iniuriæ quot perſonæ iniuriam facientium. l. 34.

VLP. Qui contemnit [h] actionem iniuriarum ob infamiam ſuam & egeſtatem, & ideo atrociorem iniuriam facit, acriter [i] coercetur. l. 35.

VLP. Quod filius iniuriam fecerit, ſi agatur cum patre, & procuratorem det, non videtur [k] defendi filius niſi [l] iudicatum ſolui ſatiſdetur. & ob id agitur cum filio quaſi non defenſo. l. 36.

MARC. Quæ in publicis commentariis iniuriæ & infamiæ alterius cauſa poſita ſunt, detrahuntur. ¶ Etiam ex lege Cornelia [n] iniuriarum agitur ciuiliter, & æſtimatur arbitrio iudicis. l. 37. in pr. §. 1.

SCÆVOLA. Qui ad inuidiam [o] alterius imaginem Imperatoris fert [p], in publica vincula mittitur. l. 38.

VENVL. Non licet [q] cuiquam propter reum veſtem ſordidam ferre vel capillum ſubmittere, niſi ita ei cognatione coniunctus ſit, vt non cogatur [r] in eum teſtimonium dicere. l. 39.

NERAT. Filio facta iniuria pater poteſt duobus iudiciis experiri pro ſe & pro filio. l. 41.

PAVL. Qui appellat [s], ſi conuicium iudici fecerit, infamis fit. l. 42.

GAI. Qui per calumniam egit iniuriarum, vel relegatur, vel dignitate amouetur. l. 43.

IAVOL. Si iniuriæ [t] faciendæ cauſa inferior [u] ſuperiori fumum immittat, vel ſuperior proiiciat aliquid vel effundat in inferiorem, locus eſt actioni iniuriarum. l. 44.

HERMOGEN. Iniuriarum extra ordinem [x] agitur: & ſerui quidem flagellis cæſi [y] dominis reſtituuntur, liberi autem humiliores fuſtibus cæduntur, reliqui vel ad tempus relegantur vel re aliqua [z] interdicuntur. l. vlt.

Lib. 9 Codicis tit 35.

46 NEC [a] ſeruis alienis poteſt quis facere iniuriam [b]. l. 1. C. de iniuriis.

47 POTEST quis iniuriarũ agere, & quaſi ipſe iniuriam acceperit, & quaſi acceperit vxor vel filius. Nam iniuriarum actio ex duplici cauſa competit, cum & vir in honore vxoris, & pater in honore & exiſtimatione ſuorum filiorum, propriam iniuriam pati intelligantur. l. 2.

48 QVI quem delatorem dicit, nihil quidem eum lædit, tenetur tamen iniuriarum. l. 3.

49 SACER-

l.4. [49] Sacerdos [c] iniuria adfectus atrocem iniuriam patitur.

l.5. [50] Rixam fecit quis alicui. is vero tanquam iniuria accepta dicens, Homicidam me vocauit, minabatur ſe acturum iniuriarum. Adiit ille principem, dicens ſe iniuriam non feciſſe, ſed & annum præteriiſſe. Vide igitur τὸ κατὰ πόδας. Si iniurioſum nihil animo meditatum neq; dixiſſe probare, fides veri à calumnia te defendit. Sed ſi in rixa temere calore prolapſus homicidii conuicium obieciſti, & ex eo die annus exceſſit, cum iniuriarum actio annuo tempore circunſcribatur ob iniuriæ nomen agere non potes.

l.6. [51] Et patronus [d] iniuriam [e] faciens liberto, & heres patroni tenetur [f] iniuriarum.

l.7. [52] Actio [g] iniuriarum non eſt publica, ſed priuata.

l.8. [53] Servo atrocem [h] iniuriam paſſo, dominus poteſt agere iniuriarum, petens id quod intereſt, non tantum ſuæ iniuriæ nomine, ſed & damni quod ſuſtinuit in corpore ſerui.

l.9. [54] Qvi liberos ſeruos vocat infamandi gratia [k], tenetur iniuriarum.

l.10. [55] Si qvis liberam vocauerit ancillam, tenetur actione iniuriarum, ſi non permaneat [l] in quæſtione. Sed ſi permaneat, prius [m] oportet probari non eſſe ancillam, ac deinde agi iniuriarum.

L.vlt. [56] Si iniuria [n] fiat illuſtribus, vel in actu [o] conſtitutis vel dignitate [p] tantum honoratis, vel vxoribus eorum vel liberis vel filiabus [q] vel ſi aduerſus aliquam huiuſmodi perſonam agatur [r] iniuriarum [s], poſſunt & per procuratorem [t] litigare, ſententia [u] ferenda non in procuratorem, ſed in eum qui dedit [x].

a *Vel quaſi priuatus.* Hoc eſt, non hora iudicii, ſed dum cœnat forte, quo tempore magiſtratus quidem dicitur, non tamen vt magiſtratus poteſtate præditus facit, ſed vt faceret ſi priuatus eſſet.

b *Vel fiducia magiſtratus.* Cum iudicio pra eſt iniuſte.

c *Etſi quidem.* Qualis eſt præfectus, quæſtor, & reliqui magiſtratus quos non poſſumus ſine fraude in ius vocare.

d *Ex maioribus eſt.* Quære lib.7.tit.5.c.48.& eiuſdem tit.3.c.14.& tit.5.c.98.& tit.8.c.2.& lib.58.tit.10.c.5.th.4.

e *Si vero ex minoribus.* Quales ſunt ciuitatum caſtrocuſtodes & magiſtratus.

f *Etiam quandiu.* Quære lib.7.tit.8.c.2.& tit.5.c.98.

g *Aut verberantibus.* Quære tit.3.c.32.& lib.7.tit.3.c.9.

h *Qui contemnit.* Hoc eſt, in quem futurum non eſt vt inſtituatur actio iniuriarum, cum ſit omnino infamis & pauper, & ne quid ſibi auferatur non timens.

i *Acriter coercetur.* In corpus torquetur.

k *Non videtur defendi filius.* Quære lib.28.tit.11.cap.3.the.3.& ibi adnotationem τῶ [illegible]. Quære lib.22.tit.5.c.42.th.penult.

l *Niſi, &c.* A patre. Omnis enim qui alium defendit ſatisdat iudicatum ſolui.

m *Quæ in publicis.* In publicis cenſibus vel deſcriptionibus, veluti rationalis vel ſpecialis vel alterius ſecreti.

n *Ex lege Cornelia.* Quære c.5.& Inſtit.4.tit.4.circa medium. Nota quartam ſpeciem actionis iniuriarum ex lege Cornelia.& quære c.5.vbi tria tantum tradit.

o *Qui ad inuidiam.* Vt quidam videntes eum præferentem imaginem imperatoris, deferant illum ad principem, eique noceant.

p *Fert.* Præ ſe. vt tit.51.c.28.th.8.

q *Non licet.* Qui enim rei nomine ſordida veſte vtitur iniuriam ei facit, cum videatur in eum veluti teſtimonium dicere, vere teneri eum crimine, niſi filius ſit vel filia vel pater vel talis perſona, quæ nec aperte in reum teſtimonium dicere petantur.

r *Vt non cogatur.* Non cogitur autem teſtimonium in aliquem dicere, vel interrogari in eum qui bona fide ei ſeruit, libertus in patronum, frater in fratrem, vt lib.48.tit.17.ff.1.th.7.

s *Qui appellat.* Nota pœnam quam patitur is qui appellauit ſi contumeliam faciat iudici, & is qui per calumniam probatus eſt egiſſe iniuriarum.

t *Si iniuriæ faciendæ cauſa.* Quære lib.58.tit.5.c.2.th.2.& lib.53.tit.6.c.6.

u *Inferior ſuperiori.* Inferioris ædificii dominus.

x *Extra ordinem.* Ex cauſa & perſona.

x *Qui dedit.* Lege lib.21.tit.2.cap.1.th.4. & cap.6.th.3.cuius initium, Alieno nomine condemnatus: & habet circa finem. Sed ſi per procuratorem ab initio lis moueatur, neque is qui deliquit, infamis fit. Lege & ibi finem primæ adnotationis Antiqui quæ ſic habet. Nota viam per quam raptor & fur & qui iniuriam fecit. & deinde audacter dicit, neque eum qui iniuriam fecit per procuratorem litigantem ab initio & condemnatum, infamia notari.

Titulus XXII.

Sive Digestorvm Lib. LXVII. Tit. XI.

De extraordinariis[a] *criminibus.*

Pavlvs.

l.1.in pr. ff.de extraord. crim. §.1. Sollicitatores alienarum nuptiarum etiamſi ſcopum non attigerint, grauiter[b] coercentur. ¶ Grauiter puniuntur qui fimum vel quid aliud iecerint in aliquem, & qui fiſtulas vel lacus vel quid aliud ad iniuriam publicam contaminauerint. §.vlt. ¶ Qui puero vel mulieri perſuaſit turpe aliquid, vel ſollicitauit, vel abduxit comitem[c], vel dona præbuit turpitudinis cauſa, perfecto delicto capitaliter punitur, imperfecto in perpetuum[d] relegatur. & corruptus comes ſummo ſupplicio punitur.

l.2. Vlpian. Nec[e] ſenectutis cauſa demiſſi voti prætextu, cœtus illicitos facere debent.

l.3. Idem. Iudicium[f] quo in eum agitur qui alienat rem alienam præter voluntatem domini, & iudicium expilatæ hereditatis accuſationem quidem habent, non tamen ſunt publica[g].

l.4. Marc. Quæ[h] data opera abegit partum[i], verberata in exilium mittitur.

l.5. Vlpian. Qui ad infamiam meam ſuggerit[k] ſeruo meo vt confugiat ad ſtatuam principis, & ſerui corrupti actione tenetur, & ſeuere coercetur.

l.6. in pr. Idem. Qui annonæ inſidiantur, merces præmentes vel ſupprimentes, & tempus ſterilitatis expectantes, negotiatores quidem arcentur negotiatione, vel relegantur: humiliores vero ad opus publicum damnantur. §.1. & 3. ¶ Et qui adulterinis[l] ſtateris vtuntur[m], pœna falſi tenentur[n], & qui falſus menſuras habent relegantur.

l.7. Idem. Qui ex ſaccis furantur, vel aliena cœnacula furandi cauſa ſubintrant, plus quam[o] fures puniuntur, & vel ad tempus in opus publicum dantur, vel fuſtibus cæſi dimittuntur, vel ad tempus relegantur.

l.8. Et qvi prodidit aliena inſtrumenta, caſtigatur à præſide.

l.9. Interdum & pro more prouinciæ fit executio. nam & in Arabia[p] qui dicuntur Scopeliſtæ[q], capite puniuntur: l.10. Et in Ægypto qui τὰ χώματα Nili diſſoluunt, pro qualitatem perſonarũ & delicti, vel in opus publicum vel in metallum damnantur. Grauiter autẽ puniuntur & qui Sycaminos continentes τὰ χώματα excidunt, vel rumpunt τὰ χώματα.

l.vlt. Si circulatores[r] ob metum damnum alicui dederint, pro modo delicti tenentur.

a *Extraordinariis criminibus.* De criminibus quæ non ſunt in ordine eorum quæ lege definita pœnam habent criminalem, actionibus propoſitis.

b *Grauiter coercentur.* Extra ordinem, vt iudici videbitur. Quære tit. 29. cap. 1 & ibi adnotationem. & tit. 21, c. 45. ex quibus diſces quæ ſit extraordinaria pœna, quære & Inſtit. 4. tit. 4. circa finem. & tit. 30. huius libri c. 2, & huius tit. c. 6. 7.

c *Vel abduxit comitem.* Stuprandi, non domino iniuriæ faciendæ cauſa. Quære tit. 21. cap. 15. them. 8. 10. 11.

d *In perpetuum relegatur.* In inſulam deportatur.

e *Nec ſenectutis.* Veterani, qui 20 annos in militia impleuerunt. Hi enim intra annum militum priuilegia habent.

f *Iudicium.* Stellionatus. quære tit. 30. cap. 1. 2. & 3. Nota expilatæ hereditatis & ſtellionatus crimina dici.

g *Publica.* Non ſunt pœnalia ſiue criminalia. quære Nomocanonis tit. 13. c. 10.

h *Quæ data opera.* Quære tit. 21. c. 49. & tit. 28. c. 1. & ibi adnotationem.

i *Abegit partum.* Abortum fecit. quære tit. 51. c. 39.

k *Suggerit.* Quære lib. 31. tit. 1. c. 1. & 2.

l *Adulterinis ſtateris.* De adulterinis ſtateris ſiue libris iniquis edictum propoſuit Traianus, quo legis Corneliæ de falſis pœnam in eos ſtatuit, ac ſi falſum ſcripſiſſent, ſignaſſent, recitaſſent. Adrianus autem falſas menſuras habentem, in inſulam relegauit. Quære tit. 41. cap. 33. & tit. 44. cap. 2. & tit. 51. cap. 37.

m *Vtuntur.* De ſenatoribus, & iis qui ſunt in dignitate hæc facientibus nihil in mentem venit legiſlatori, adeo vt & in eis eadem audentibus pœnam ſtatui oporteat. Quære tit. 41. cap. 32. the. 2. & tit. 51. cap 35.

n *Pœna falſi tenetur.* Quære tit. 41. c. 32. them. 2. & tit. 51. cap. 37.

o *Plus quam fures.* Hoc eſt, quadruplũ exſoluunt, & hîc propoſita patiũtur, vt tit. 51. c. 10. th. vlt.

p *In Arabia.* Et in Africa combuſtio ſegetum, & in Myſia vitium, grauius puniuntur, vt titul. 51. cap. 15. th. 1. & vlt.

q *Scopeliſtæ.* Scopeliſmi delictum tale eſt. plerique inimici cuiuſdam ſolent agrum eius σκοπελίζειν, hoc eſt, lapides ponere indicio futuros, vt ſi quis eum agrum coluiſſet, mala morte periturus eſſet inſidiis eorum qui ſcopulos poſuiſſent. hæc vero tantum timorem habet, vt nemo accedat ad agrum, crudelitatem timens eorum qui ſcopulos poſuerunt. & ſolent hanc rem præſides grauiter coercere vſq. ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortem comminatur.

r *Si circulatores.* In circulatores qui hæc circunferunt & proponunt quibuſdam locis, ſi damni dandi cauſa præbuerint, pro modo delicti datur actio.

Titulus XXIII.

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVII. TIT. XII.

De ſepulchro violato.

Quære 96. No. Domini Leonis.

VLPIANVS.

SEPVLCHRI [a] violati crimen infamiam irrogat. l. 1. ff. de ſepulch. viol.

IDEM. Qui [b] ſepulchrum diruit, vel ei impoſitam [c] ſtatuam, Aquilia [d] non tenetur, ſed Quod vi aut clam. nam & ſtatua ſicut oſſuaria [e] pars eſt monumenti. l. 2.

IDEM. Is [f] cuius dolo ſepulchrum violatum eſt, actione tenetur ei [g] ad quem hoc pertinet: & ſi nemo eſt ad quem pertineat, vel nolit agere, volenti datur actio in 100. aureos. Quod ſi plures ſint qui agere velint, prefertur [h] qui iuſtam habet cauſam. Sed ſi quis in ſepulchro dolo habitauerit vel fecerit, vel habuerit ædificium, quod nihil ad ſepulchrum pertineat, datur volenti actio in 200. aureos. l. 3.
¶ Si non [i] adſit dolus [k], non competit. ¶ Sepulchrum eſt omnis [l] locus ſepulturæ deſtinatus. ¶ Heres vel alius quis, qui contra [m] voluntatem teſtatoris in ſepulchrum hereditarium infert, hac actione [n] tenetur. poteſt enim §. 1. §. 2. §. 3.

enim defunctus & omnino & quoſdam heredum inferre prohibere.

§.4. ¶ Non oportet [o] cadauera defunctorum contrectare aut vexare. quæ autem ſunt ad tempus depoſita, transferre licet. Non oportet [p] etiam prohibere ea per territoria ciuitatum transferri [q]. & non puniuntur [r] qui cadauera defunctorum in itinere per vicos aut ciuitates transferunt. hoc vero iuſſu præſidis ſit.

§.7. ¶ Sepulchrorum violatores, & qui ſpoliant corpora defunctorum, ſi cum armis id faciant, capite [s] puniuntur: ſi abſque armis, vſque ad metallum.

§.8. ¶ Pro damno [t] actoris & lucro delinquentis & temeritate, æſtimatur actio [u]. nunquam tamen minoris condemnatio fit, quam condemnaretur [x] extraneo agente.

§.9. ¶ Si ad plures [y] ſepulchrum pertineat, actio omnibus datur in id quod cuiuſque intereſt.

§.10. ¶ Si is cuius intereſt nolit agere, poteſt agere ex pœnitentia priuſquam lis ab alio conteſtetur.

§.11. ¶ Si in ſepulchro [z] ſeruus habitat vel ædificauit, ceſſat noxalis, & in ſeruum [a] datur actio. Si vero non habitet, ſed domum quandam [b] ibi habeat, locus eſt noxali.

§.vlt. ¶ Hæc actio popularis eſt [c].

l.4. PAVL. Sepulchra hoſtium non ſunt religioſa †. ideoque lapides † *[Greek marginal note]* inde ſublatos in alium vſum transferimus, & non competit actio ſepulchri violati.

l.5. POMP. Venditis fundis in quibus ſunt ſepulchra, ſeruatur domino aditus ad ea ſepeliendi cauſa [d].

l.6. IVL. Actio ſepulchri violati in primis datur ei cuius intereſt: quo ceſſante etiamſi Reip. cauſa abit, ſi egerit alius, & litis æſtimationem acceperit, non tenetur [e] ei reuerſo. nec enim ad rem familiarem, ſed ad pœnã hęc actio pertinet.

l.7. MARC. Deterius ſepulchrum fieri non oportet. Reficere tamen id licet non contactis corporibus.

l.8. MARC. Sepulchri [f] violati crimen ſub legem [g] de vi publica refertur.

l.9. Competit vero etiam pecuniariter.

l.10. IDEM. Ex neceſſitate [h] heres qui non immiſcuit ſe, poteſt agere ſepulchri violati: nec [i] ideo timet hereditarios creditores, cum & ſi occaſione hereditatis, ex ea [k] tamen eam non habeat.

l.vlt. PAVL. Corpora vel oſſa extrahentes, humiliores quidem ſummo [l] ſupplicio puniuntur, honeſtiores [m] in inſulam deportantur: qui vero aliter in ſepulchra commiſerint, relegantur vel in metallum condemnantur.

l.1. C. de ſepulchro violato. "SI SERUUS [n] ſepulchrum demoliatur, ſi id contra voluntatem domini faciat, in metallum datur: ſi iuſſu illius, relegatur [o]. Quod ſi ex ſepulchro ſeruus voluntate domini detrahens miſerit in domum vel agrum ſiue villam domini, publicatur [p]. Lib.9. Cod. 11 tit.19.

l.3. "SI PRÆſes ea quæ in ſepulchra committuntur, vindicare neglexerit, eandẽ ipſe pœnam exigetur, quam exiguntur qui deliquerunt, id eſt 20. librarum multam.

l.4. "SI QVIS [q] ex ſepulchro auferat lapides, ſtatuas, vel marmora, vel aliam quancunque materiam, 20. libras auri fiſco perſoluat, ſiue ipſe dominus ſepulchri queratur, ſiue alius [r], ſiue officium nunciet. Pœna [s] autem acce-

dit antiquo ſupplicio[r]: eaque tenentur & qui corpora contrectant iam tradita perfectæ ſepulturæ[n].

[u] QVI ex ſepulchris[x] materias auferunt, ſacrilegi crimine tenetur. Vlt.

a *Sepulchri violati*. Quære cap. 8. & tit. 45. cap. 1. 2. & lib. 8. tit. 2 cap. 42.

b *Qui ſepulchrum diruit*. Quære lib. 58. tit. 13. cap. 3. th. penult. & ca 4.

c *Impoſitam ſtatutam*. Et iunctam. nam ſi tantum imponatur, non ſepulchri violati vel alia actio, ſed iniuriarum locum habet, vt tit. 21. cap. 27.

d *Aquilia non tenetur*. Neque enim à corpore in corpus damnum datum eſt.

e *Oſſuaria pars*. Quæ continet oſſa mortuorum.

f *Is cuius dolo* Ait prætor, Cuius dolo ſepulchrum violatum erit, in eum actionem in factum dabo, vt ei ad quem pertineat quanti ob eam rem æquum eſſe videbitur condemnetur. Quære lib. 15. tit. 1. cap. 3. & 34. & lib. 58. tit. 10. cap. 39. them. 5. & lib. 59. tit. 2. cap. 1. th vlt. & cap. 3.

g *Tenetur ei*. Heredi vel filio. quære lib. 2. ti. 2. cap. 70. th. vlt. & lib. 52. cap. 52. th. 2. Nota eũ qui violat ſepulchrum, non propius id habitat, c. aureos præſtare: eum vero qui ibi ædificat in cõtumeliam ſepulchri, ſciens ex eo ſepulchrum contaminari, 200. aureis plecti. Differentia hæc eſt, quia prior ſemel violat, hic vero intentius.

h *Præfertur*. Pone filium vel agere, & fratrem vel duos eſſe filios heredem & exheredem. Ait igitur hoc capite heredem præferri. Sciendum eſt aliud eſſe monumentum, aliud ſepulchrum. nã ſepulchrum eſt infra monumentum in quo corpus iacet, monumẽtum eſt, quod ſupra ſepulchrum ædificatum eſt Differentia igitur hæc cum ſint, & diuerſa pœna lege definitur. quære & cap. 13. & ibi ſecundam adnotationem. & cap. 11. 14. & 10.

i *Si non adſit dolus*. Si is qui fecit, non ſit doli capax, quales ſunt admodum impuberes. Sed etſi perfectæ ætatis ſint, non tamen animo violandi ſepulchri id accedant, actione liberantur.

k *Dolus*. Vt ſi viator & tranſiens aliquis in ſepulchro manſerit.

l *Omnis locus*. Quære lib. 59. tit. 1. cap. 2. th. 4.

m *Qui contra voluntatem*. Qui iuſſit neminem ibi alium inferri.

n *Hac actione tenetur*. In factum in 100. non in 200. aureos.

o *Non oportet*. Quære lib. 59. tit. 3. cap. 10. & 1. & tit. 1. cap. 39. 38. 44.

p *Non oportet etiam*. Non. autem 53. Domini Leonis ait etiam in vrbe ſepeliri mortuos.

q *Transferri*. No. 96. Philoſophi, ſemel mortuorum ſepulchra ſcrutãtibus ignoſcit. nam forte, inquit, hoc committunt paupertate coacti. Sed ſi bis hoc quidam fecerint, ſancit eorum ſcapulas cædi & tonderi eos.

r *Non puniuntur*. Si quis in vrbe ſepelierit, præſtat fiſco 40. aureos, & magiſtratus qui patitur 41. & locus confiſcatur, & reliquiæ transferuntur, licet mos ciuitatis in ea ſepelire concedat. nam generales leges valere oportet vbique.

ſ *Capite puniantur* Gladio idque apparet ex eo quod in aliis metalli meminit, quod & id & media capitalis eſt pœna. maiorẽ autem pœnã pati debet qui cũ armis quã qui ſine armis. quære ca. 10.

t *Pro damno actoris*. Qui de ſepulchri violati actione iudicant, æſtimabunt quãti intersit actoris ex iniuria & ex lucro violatoris ſepulchri, vel ex damno vel ex temeritate eius qui fecit: nunquam vero cognato agente minoris fiet condemnatio quam fieret extraneo agente.

t Hoc in violatore ſepulcri.

u *AEſtimatur actio*. Si hic forte accepit res quantitatis aureorum 50. veluti ſindonẽ & ſudariũ & alia quædam, cum actio in factum ſoleat in 100. condemnare, & hic in 100. cõdemnabitur per actionem in factum, petantur & ea quæ abſtulit, vt è contrario ſi 200. abſtulit, 200. præſtabit, & 100. per actionem in factum.

x *Condemnaretur*. Extraneum hic dicit, non heredem defuncti vel non defunctum per ſe, vel omnes alios præter cognatos. popularis enim eſt actio, vt ait 13. th.

y *Si ad plures*. Si ius ſepulchri ad plures pertineat, vtrum omnibus datur actio, an ei qui occupauit. Labeo ait omnibus eam dari & recte: quia in id quod cuiuſque intereſt agitur. Sed is ſi cuius intereſt nolit agere, poteſt pœnitentia ductus priuſquam alius ea experiatur dicere velle ſe agere, & audietur.

z *Si in ſepulchro*. Adiicitur in τὸ πλάτος, ſi modo ſeruum poſſe aliquid habere intelligamus.

a *In ſeruum*. Vt, meo iudicio, caſtigetur à iudice.

b *Domum quandam*. Quæ ibi erat, nondum tamen habitauit. minus enim hic delinquit, cum nec habitarit nec ædificarit.

c *Popularis eſt*. Nam vt popularis à quolibet intenditur, præfertur tamen in agendo is cuius intereſt, ſic fit etiam in hac.

d *Sepeliendi cauſa*. Nam legibus venditionum cauetur vt ad ſepulchra quæ ſunt in fundis iter funeris contingentis cauſa ſeruetur venditoribus. Et hoc exiſtimo legem ſtatuiſſe, vt ne ibi ſepulti cognati venditoris careant memoriis quæ defunctis celebrãtur, & vt cum eis ex genere eorum relicti ſepeliantur.

e *Non tenetur*. Nec enim videtur deterior fieri conditio eius qui Reip. cauſa abeſt, cũ hæc actio non ad rem noſtram familiarem pertineat, ſed ad pœnam delinquentium.

f *Sepulchri violati*. Sepulchri violati crimen poſſumus dicere ad legem Iuliam de vi publica pertinere ex illa parte, quã dicit, Si quis fecerit quid quominus aliquis ſepeliatur, incidere eum in pœnam

Digitized by Google

nam legis. qui autem ſepulchrum violat, facit quominus quis ſepeliatur. Præter criminalem accuſationem in violatorem ſepulchri datur actio pecuniaria.

g *Sub legem.* Iuliam legem: cuius quæ ſit pœna quære tit 18. c. 10 th. vlt.

h *Ex neceſsitate.* Neceſſarius, vt lib. 35 tit. 14. c. 26. th. 3.

i *Nec ideo timet.* Nec enim quod hac actione egerit ideo ſe miſcuiſſe videtur. nam etſi occaſione hereditatis eam habeat, nihil tamen ex defuncti capit voluntate, ſed neque id capit quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindicta eſt conſtitutum.

k *Ex ea.* Quære lib. 35. tit. 11. c 45.

l *Summo ſupplicio.* Quære c. 3. th. 7 & tit. 52. c. 41.

m *Honeſtiores.* Ita vt etiam fiſco inferant 20. libras auri, vt ait c. 13. th. 2.

n *Si ſeruus.* THEOD. Seruus voluntate domini diruens ſepulchrum relegatur, non voluntate, mittatur in metallum. Memineris 8. Conſt. 12. tit. huius lib 9. Lege 4. Conſt. huius tit. tractantem de libero. Quære tit. 18. c. 27. Nota non de omnibus ſeruis ex æquo querelam deferri, qui ſua ſponte deliquerunt, & qui permiſſu dominorum, nec eandem pœnam vtraque ſpecie pati.

o *Relegatur.* Ita vt & 20 libras auri præſtet dominus eius. quære c. 13. Quia leuior eſt relegationis pœna, qui domino paruit, leuius punitur.

p *Publicatur.* Ædificata ex materia ſepulchri publicantur.

q *Si quis.* Liber homo qui abſtulit ex ſepulchro alicuius materiam, 10. libris auri mulctatur, & vt ait 1. Conſt. huius tit ſacrilegus eſſe cenſetur. Aduerte ſepulchrum dixiſſe, non monumentum. nam monumentum eſt ædificium quod imponitur. Sepulchrum eſt domus, in qua corpus iacet. Si igitur cum ſepulchrum eſſet ſub terrā, auferat quis ex impoſito monumento materiā, non punitur.

r *Siue alius.* Recte & ordine ait. quoniam præfertur is cui iniuria facta eſt, ſi velit agere & eo negligente quilibet volens admittitur: & hoc traditur in 12. tit. 47. lib. vbi etiam dicitur hanc actionem eſſe famoſam, & filium exhæredatum qui hac actione agit non videri pro herede gerere, & ſepulchra hoſtium non eſſe religioſa.

ſ *Pœna autem.* Ex τῶ κτ' πόδας. Pœna autem accedit priſcæ pœnæ ſeueritati. nihil enim detractū eſt illi ſupplicio, quod ſepulchrum violantibus videtur impoſitum.

r *Antiquo ſupplicio.* Publicationi fundi in quem tranſtulerunt, de quo dicit 11. c. quod eſt 13. ff.

t Antiqua pœna, vt refertur 47. lib. ſi agatur ciuiliter, eſt vt agatur in id quod intereſt, ſi criminaliter. extra ordinem pœna irrogatur. Ex 3. autem Conſtit. didiciſti etiam 20. librarum auri mulctam indici.

u *Perfecta ſepultura.* Obſerua eadem pœna teneri eum qui contingit corpora & eum qui materiam aufert.

x *Ex ſepulchris.* Non tantum vero ex ſepulchris in quibus corpus iacet, ſed & ex aggeribus ſiue ædificiis ſepulchro impoſitis, & ornamenta tricliniis deſtinata.

Titulus XXIV.

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVII. TIT. XIII.

De Concuſsione.

VLPIANVS.

l. 1. ff. de de Concuſſione.

SI QVIS ſimulans iuſſum præſidis aliquem concuſſerit, & quod accepit [a] reſtituit, & caſtigatur.

l. 2.

MARC. Concuſſionis iudicium non eſt pœnale [b]. At ſi quis crimen minatus pecuniam acceperit, tenetur lege Cornelia, ex capite quo cauetur de is qui coierint in accuſationem innocentis, vel pecuniam acceperint [c] ob accuſandum [d], vel ob dicendum teſtimonium, aut non dicendum.

a *Accepit.* Nou. 61. Imp. domini Leonis eum qui exigit publica, ſi ſemel plus more ſolito tributorum exegerit in duplum condemnat ei, à quo tributum exactum eſt: perſeuerantem vero quadrupli pœnæ ſubiicit, & hoc quadruplum ſtatuit eum lucrari, cui iniuria facta eſt.

b *Non eſt pœnale.* Siue publicum. ſed ab eo tantum mouetur, qui concuſſionem paſſus eſt.

c *Acceperint.* Quære tit. 1. c. 1. & tit. 34. c. 1. th. 2. Hic enim etiam infamis eſt, vt lib 21. tit. 2. c. 1. & vt falſarius tenetur, vt tit. 41. c. 1.

d *Ob accuſandum.* Pœna aduerſus eos qui pecuniam accipiunt, ob accuſandum, vel non accuſandum, intra annum in quadruplum exactionem habet, poſt annum in ſimplum, vt tit. 1. c. 1. & exigitur hæc pecuniaria pœna actione pecuniaria in factum. Competit & in eos criminaliter lex Cornelia de falſis, vt ait 1. & vlt. th. 1. c. 41. tit. & 20. cap.

Digitized by Google

Titulus XXV.

Vel Digestorvm Lib. xlviii. Tit. xiiii.

De abigeis.

PRoprie abigeus dicitur qui pecora ex paſcuis vel armentis ſubtrahit, vel ex gregibus equos. qui enim bouem aut equum errantem abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur. ¶ Et ſi quis porcum vel capram abduxerit, non tam grauiter plectitur quam qui perfectum animal abigit. ¶ Definita[a] quidem eſt huic crimini & tormentorum[b] pœna & metalli & operis publici & manus amputatio: honeſtiores tamen eam non ſuſtinent, ſed aut relegantur aut mouentur officio. Qui autem cum gladio abigunt, beſtiis obiiciuntur. ¶ Qui litigat[c] de proprietate pecorum, & abigit ea, exiſtimans ſua eſſe, ad[d] ciuilem quæſtionem tranſmittitur. L.1.§.1.ff de abigeis. §.2. §.3. §.vlt.

Marc. Abigeorum crimen pœnale non eſt. grauiter[e] tamen puniuntur. L.2.

Callistr. Pro[f] numero abactorum aut fur[g] quis eſt aut abigeus. Decem enim oues[h] abigeum faciunt, & porci quinque. Vnus[i] autem bos & equus abactus hoc crimen inducit. ¶ Et qui ex grege abegit domitum[k] pecus, grauiter punitur. ¶ Qui ſæpius[l] abegit, licet vnum vel alterum pecus, abigeus eſt. ¶ Qui abigeos recipiunt 10. annis prouincia relegantur. L.3.in pr. §.1. §.2. §.vlt.

[4] Abigei ſemel quidem hoc admittentes verberantur, iterum vero committentes, relegantur, tertium ſi idem auſi deprehendantur, manus amputantur, videlicet grege abacto ſuo dominio ab eis reſtituendo. L.4.

Lib. 9. Codicis tit. 37. Lib. 9. Codicis tit. 38.

[5] Potest[m] quis agere in abigeum & cum inſcriptione & ſine inſcriptione[n]. L.vn. C. de abigeis.

[6] Si qvis in Ægypto infra[o] 12. cubitum ruperit valla Nili, in eodem loco igne conſumatur. Conſcii vero criminis deportentur, nunquam hoc crimine per ſupplicationem remittendo: ita vt nunquam eis poteſtas detur petendi quidquam, puta vt vel recipiant ciuitatem vel dignitatem vel ſubſtantiam. L.vn.C. de Nili aggeribus non rumpendis.

a *Definita.* Quanquam vero D. Adrianus metalli pœnam vel operis publici vel gladii præſtituerit: honeſtiores tamen abigei, non debent hanc pœnam ſufferre, ſed vel relegari vel ordine decurionum moueri. At qui cum gladio abigunt, iure beſtiis obiiciuntur. Nota criminalem abigeorum pœnam.

b *Tormentorum.* Cyrillus habet, & metalli pœna & operis & gladii.

c *Qui litigat.* Si quis cum litigaret de proprietate quorundam animalium abegerit ea, vt quidem Saturninus Iuriſconſultus ſcribit, ad ciuilem examinationem trãſmitti debet, hoc eſt, ad quæſtionem proprietatis. At tunc recipimus quod ab eo dicitur, cum non color defenſionis fecit vt diceret ſe dominum pecorum, ſed reuera ſua eſſe putauit iuſtis cauſis ductus.

d *Ad ciuilem quæſtionem.* Siue excidit dominio ſecundum regulam de hoc conſtitutam. quære tit. 17. cap. 2. th. 9.

e *Grauiter.* Sed quia plerunque ferro vtuntur abigei, ſi deprehendantur, ideo grauiter eorum delictum coercetur.

f *Pro numero.* Pro numero ſublatarum ouium, eũ qui ſuſtulit, furem aut abigeum dicimus. quidam

Digitized by Google

dam decem oues putauerunt gregem facere: porcos autem quinque abactos abigeum approbare. Equus vero & bos etiam vnus abigeum facit auferentem. Is vero leuius punitur qui ex ſtabulo domitum animal abſtulit, non ex ſylua vel grege. Quære tit 51.c.16.circa finem, & lege totum.

g *Fur.* Nam qui vnam ouem vel porcum abigit fur eſt, vt c.1.non abigeus.

h *Oues.* Vt lib.16.tit.4.cap.vlt. Quære & lib 15.tit.1.cap.1.circa finem, & in fine capitis adnotationem.

i *Vnus.* Si capram vel porcum ſemel abegit non eſt abigeus ſed fur. Semel autem dicitur propter 3.th.huius capitis.

k *Domitum pecus.* Tenetur vt abigeus. Qui vero ex ſtabulo abſtulit domitum pecus leuius punitur.

l *Sæpius abegit.* Qui ſæpius abegerunt, licet ſemper vnum vel alterum pecus ſubripuerint, tamen abigei ſunt.

m *Poteſt quis.* Theod. Qui accuſat abigeum non deponit inſcriptiones. Memineris 7. Conſtit.7.tit.4.lib.tractantis de abigeis.

n *Sine inſcriptione.* Obſerua iniuriarum crimen cum inſcriptione intendi non etiam abigeatus.

o *Infra, &c.* Qui os vel vallum Nili diſrumpit antequam deſcenderit 12.cubitum, viuus comburitur quo loco hoc commiſit: & ſi qui ſint conſcii deportantur, neq; reſcripto principis iuuantur.

Titulus XXVI.

Sive Digestorvm Lib. XLVII. Tit. XV.

De accuſatoribus ſiue præuaricatoribus.

Marcianvs.

l.1. ff. de præuaricatione. PRÆVARICATOR[a] eſt qui varie accuſat & ſuam cauſam prodit, aduerſarii adiuuat. & aduocatus qui prodit ciuilem vel criminalem, grauiter coercetur[b].

l.3.§.1. Marc. Qui alio[c] iudicio criminaliter accuſatus & abſolutus eſt, alio iudicio non accuſatur, niſi pronuntietur primum[d] accuſatorem ſuæ cauſæ proditorem

§.2. fuiſſe. ¶ Aduocatus autem ſi prodat ciuilem vel criminalem cauſam, ſuę

§.vlt. cauſæ proditor non eſt. ¶ Deſerere[e] pœnalem accuſationem non eſt pœnale crimen. Præſtat vero id qui facit auri libras[f] quinque.

l.4. Idem Si is de cuius calumnia nobis agere non licet proditor ſuæ cauſæ criminali iudicio pronuntiatus ſit, infamis fit.

l.5. Venvl. Suæ accuſationis proditor conuictus[g], amplius accuſare non poteſt.

l.6. Pavl. Qui[h] factus eſt proditor ſuæ accuſationis in pœnali crimine, eam pœnam patitur quam[i] reus paſſurus eſſet[k].

l.vlt. Vlp. Pro conuicto[l] eſt qui accuſatorem corrupit[m], exceptis[n] iis quæ ſanguinis condemnationem habent.

a *Præuaricator.* Præuaricator dicitur qui variis eſt moribus, qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. hoc vero nomen Labeo ait tractum eſſe ab eo, quod is varie certet. nam præuaricator ex vtraque parte conſiſtit, magis vero ex vna parte, hoc eſt rei ab eo delati. Is vero proprie dicitur præuaricator qui in publico iudicio prodiderit, & aduerſarium ſuum adiuuarit. Aduocatus autem prodens cauſam cui adeſt, non proprie dicitur præuaricator. Sed ſiue in ciuili, ſiue in publico iudicio prodiderit cauſam, extra ordinem punitur. Præuaricatores etiam hodie extra ordinem puniuntur. Quære tit.1.cap.10.th.1.& tit.51.cap.31.th.2.& tit.34.cap.34.circa medium. Eſt autem præuaricator infamis, vt lib.21.tit.2.cap.1.& 4.th.3.& lib.7.tit.4.cap 8.& tit.12.cap.7.& lib.2.tit.2.cap.212.

b *Grauiter coercetur.* An vero & talione tenetur, licet non cauerit? & dicimus non teneri, quia res eius propria non eſt, vt c.3.th.2.

c *Qui alio iudicio.* Præuaricationis iudiciũ aliud publicum, aliud moribus inductum eſt. nam ſi reus accuſatori in iudicio publico præſcribat, dicens ſe ab alio ſub eadem accuſatione factum &

Digitized by Google

abſolutum,& non debere ſe iterum accuſari,lege Iulia publicorum cauetur,vt non prius accuſatur, quam is qui vult eum accuſare probauerit illum accuſatorem prodidiſſe cauſam. Hæc igitur præuaricationis accuſatio publicum iudicium eſſe intelligitur. Cum vero aduerſus aduocatum vt proditorem agitur,non eſt publica. & nihil refert publico an priuato iudicio aduocatus adſtans, cauſam prodiderit.

d *Primum accuſatorem*. Idem & in populari actione.

e *Deſerere*. Sine abolitione deſiſtere ab accuſatione publica.

f *Libras*. Hoc caput intelligitur de eo qui deſiſtit ſine abolitione. Caput autem 34.tit.1.de alio calumniatore qui prodit ſua iura aduerſario. alia enim in eo, & alia in hoc pœna à legiſlatore conſtituitur. Hæc vero ſi inſcriptionem non dederint:alioquin talioni ſubiiciuntur.

f Non etiam talione tenetur,niſi ciſe cautione ſubiecerit ni probaret. In primo autem cap. grauiter coercetur & talionem habet, licet non cauerit. Differentiæ cauſa hæc eſt, quia ibi magis delinquit ſuam cauſam prodens & varians peſſima mente. Hic vero maius crimen non committit, ſed deſiſtit tantum accuſatione ex negligentia, & niſi nominatim cautione iis ſe ſubiecerit, non tenebitur.

g *Conuictus*. In præuaricatione conuictus non poteſt mouere publicum iudicium. quære tit. 1. c.10.th.7. & c.12.

h *Qui factus*. Imperator noſter & pater eius reſcripſit, vt & in extraordinariis criminibus præuaricatores eadem pœna adficiantur,ac ſi ipſi in legem incidiſſent,qua is qui incidit abſolutus eſt.

i *Quam reus*. Licet non cauerit. Qui autem non prodit, ſed deſiſtit ſine abolitione, ſi cauerit. quod ſi non cauerit,tenetur pœna 5.librarum auri.

k *Paſſurus eſſet*. Cum,vt exiſtimo,inſcripſit & promiſit de talione. nam ſi non inſcripſit, grauiter coercetur,vt ait 1.c.

l *Pro conuicto*. Sciendum eſt in iis quæ pœnam habent ſanguinis dantem accuſatori, vt deſiſtat non teneri nec ea pati quæ ſi conuictus fuiſſet,ſubiiſſet, verum ei ignoſci. At deſiſtens quia in eis iudiciis ſine inſcriptione & cautione non accuſat,patietur ſecundum cautionem ea quæ imminebant reo conuicto. In iis vero quæ ſanguinis condemnationem non habent,qui dat accuſatori pro condemnato habetur. Accuſator vero ſi cauerit, & ipſe talioni ſubiicitur. Si non cauerit,habes 2. th.3.ff.id enim non eſt de eis quæ ſanguinis pœnam habent.

m *Corrupit*. Nota licere corrumpere aduerſarium in iis quæ ſanguinis pœnam habent. & vide quando valeat accuſatoris corruptela. Quære & tit.53.c.1.

n *Exceptis iis*. Vt adulterii,maieſtatis,in quibus etiam licet tranſigere,excepto adulterio,vt lib. 11.tit.2.c.35.

Titulus XXVII.

Sive Digestorvm Lib. XLVII. Tit. XVI.

De receptatoribus.

Quære Nomocanonis tit.9. cap.33.

Marcianvs.

RECEPTATORES latronum vt latrones [a] puniuntur. & qui cum poſſent latrones apprehendere, pecunia accepta vel parte ſubreptorum, dimiſerunt. L.1.ff. De receptatoribus.

PAVL. Qui vero cognatum vel adfinem latronem cuſtodiuit & conſeruauit, mediocriter [b] punitur. L.vlt.

Lib.9.Codicis tit.39. [3] QVI [c] quem ſciens recipit crimini obnoxium[d], eandem pœnam patitur[e]. Qui vero recipit latrones, & non eos in iudicium profert, publicatur[f] & punitur pro qualitate perſonę, vt iudici videbitur. L.1. C. De his qui latrones occultarint.

[4] SI QVI [g] latrones vel aliis criminibus obnoxii in poſſeſſione degũt ſeu latitant, dominus poſſeſſionis ſi præſens eſt, vel procuratores ſi dominus abeſt, vel primi poſſeſſionis vltro [h] eos offerant: aut ſi ſcientes hoc non fecerint, conueniantur à ciuili[i] officio vt tradant prouinciali iudicio eos qui requiruntur ſub legitimo examine iudicis arguendos, & pœnam L.2. in pr.

post

Digitized by Google

poſt documenta [k] competentia ſubituros. Si vero exhibere eos domini vel curatores vel primi poſſeſſionis diſtulerint, tunc ad detinendos eos à præſide prouinciæ omnia ciuilia dirigantur auxilia.

¶.ſin autem. ¶ Sin autem propter multitudinem forte eorum qui in prædio ſunt ciuile auxilium non ſufficere conſtiterit, & memorati audaces executoribus obiecerint manus, vel alias parere diſtulerint, tunc prouinciæ præſes memor periculi ſui à viro deuoto tribuno vel prioribus militum, qui in locis ſunt, auxilium poſtulet, vt militari manu correpti accuſati ſine damno & læſione, cuiuslibet legibus offerantur, & conuicti pœnas ſubeant competentes non ignaro præſide. quod ſi aduerſus innocentem ob aliam cauſam prætor latronum vel aliorum nocentium inueſtigationis militaris auxilium poſtulauerit, aut damnis adfici prouinciales conceſſerit commotione ſumma, vt tua celſitudo iudicauerit, ferietur. Tribuni etiam & primates numerorum qui in locis ſunt admoniti per literas præſidis ſi auxilium militare præbere noluerint, aut ſi ab ipſis militibus damna prouincialibus inflicta fuerint, & damna & læſionem reſtituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illuſtrium magiſtrorum [l] militum ferientur.

¶. Domini. ¶ Domini etiam prædiorum ſeu procuratores vel primates poſſeſſionum impunes non manebunt, ſi præſentes & ſcientes vltro non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere diſtulerint. nam dominus quidem poſſeſſionis dominio priuabitur, procuratores vero ſeu primates perpetuo exilio ſubiacebunt. Ipſi quoque procuratori [m] vel domino vel primatibus poſſeſſionis ſi ſe ad comprimendam multitudinem ruſticanorum ſufficere non poſſe firmauerunt, & id prouinciali iudicio palam fecerint, militare auxilium præſes prouinciæ à tribuno vel primatibus numeri faciet dari, ſi ciuile ſufficere non poſſe perſpexerit.

¶. ſi vero. ¶ Si vero poſt exhibitionem eorum qui accuſantur, innocentes eos eſſe, & nihil criminis admiſiſſe paruerit, accuſatores pœnam, quæ in calumniatores exercenda eſt, ſubire cogantur.

¶. vlt. ¶ Exempli enim grauis eſt, ſic [n] latronem requirere, vt innocentibus periculum [b] fiat.

a *Vt latrones.* Hoc eſt, ſi locupletes ſint confiſcantur, ſi inopes in corpus puniuntur.

b *Mediocriter.* Neque abſoluitur, neque ſeuere punitur.

c *Qui.* THEOD. Qui obnoxium crimini ſuſcipit pari pœna punitur. videlicet ſi eum non tradiderit. memineris enim 9. Conſt. 18. tit. huius lib. 9. At ait 4. Conſt. 41. tit. eiuſdem libri propoſiti, vt ſi conſcius ei fuerit puniotur etiam eo tradito. Memineris & 16. Conſt. 1. tit. 1. lib. & 17. Conſt. 2. tit. huius lib. 9. Qui latronem recipit ſciens eum talem eſſe ſi diues ſit, confiſcatur ſi inops in corpus coercetur. Lege ſeq. 2. Conſt. definientem ea quæ pertinent ad exhibitionem latronum.

d *Criminis obnoxium.* Quære lib. 15. tit. 4. c. 22.

e *Patitur.* Quære lib. 35. tit. 16. c. 3. th. 6 Quære & lib. 1. c. 20. vbi de eo agit qui ſciens hæreticos ſuſcipit, & cap. 22. circa finem Quære & huius lib. tit. 39 cap. vlt.

f *Publicatur.* Ex eo enim quod occultauit obnoxium crimini: oſtendit ſe ſocium eſſe criminis, & ſimili pœna ſubiicitur pro qualitate perſonarum, vel corpore coercito, vel bonis publicatis.

g *Si qui latrones.* THEOD. Dominus poſſeſſionis in qua degunt latrones tradere eos debet, alioquin excidit poſſeſſione. Sed ſi abſit, hoc faciant procuratores vel primi loci illius alioquin conuenientur ab officio præſidis & militibus, & differentes in perpetuum relegabuntur. Sed ſi vix poſſint extorquere exhibitionem latronum, recte petunt ciuile & militare auxilium. Qui mittit milites aduerſus innocentem, ad eius periculum pertinet quidquid damni is ſuſtinuerit. Qui quem accuſat falſo, punitur vt calumniator. Memineris 17. Conſt. 2. tit. huius lib.

h *Vltro.* Sine conuentione.

i *Officio.* Officium igitur apparitionis eſt eos exigere.

k *Documenta competentia.* Id eſt, poſt congruas probationes.

l *Magiſtrorum.* Non poteſt igitur ipſe præſes multare eos qui non præbent auxilium, ſed denuntiat magiſtris militum, vt ipſi multent eos.

Digitized by Google

m *Procuratori.* Etiamſi procurator vel priui poſſeſſionis quaſi non ſint idonei ad reſiſtendum iis qui incumbunt poſſeſſioni, militare auxilium petant, id magiſtratum oportet eis præbere ſi intellexerit non ſufficere ciuile auxilium.

n *Sic.* Cum officio, puta, vel militibus, vt damnum inferatur innocentibus.

o *Periculum fiat.* Attende ad regulam Conſtitutionis, iniquum eſſe occaſione nocentium innocentes lædi.

Titulus XXVIII.

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVII. TIT. XVIII.

De iis qui carcere effugiunt, & de expilatione.

VLPIANVS.

Prætermiſſum eſt 1. ch. QVI homines ſpoliant, vt atrociores [a] fures in opus publicum ad tempus vel perpetuo mittuntur, honeſtiores ad tempus mouentur officio, aut ſua patria relegantur. Vbi autem [b] lege ſpecialis pœna non definitur, licet iudici eam irrogare quam voluerit. ¶ Et alienos ſaccos reſcindentes & directarii [c] & effractores ſimiliter puniuntur. Miles autem effractor in quinquennium relegatur patria ſua & prouincia. Hi igitur pro modo delicti puniuntur, dummodo non excedatur in plebeio opus publicum, in honeſtiore relegatio. l.1.§.1.ff. de effractorib. & expilatoribus. §.vlt.

PAVL. Nocturni effractores fuſtibus cæſi in metallum dantur. Diurni fuſtibus cæſi in opus perpetuum vel temporarium dantur. l.vlt.

a *Atrociores.* Marcus Romanum quendam qui effracto pariete pecuniam abſtulerat in quinquennium relegauit Africa, vnde erat interdicta ei Roma & Italia.

b *Vbi autem.* Nota in delictis quibus non eſt ſpecialis ſtatuta pœna, dari iudici facultatem pronuntiandi in reos arbitrio ſuo, cum diſtinctione hic poſita. Quære tit.21.cap.45.& Inſtit.4.tit.4. circa finem.

c *Directarii.* Penetrabiles fures qui dicuntur Perſicarii.

Titulus XXIX.

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVII. TIT. XIX.

De expilata hereditate.

MARCIANVS.

QVI ſpoliat alienam hereditatem, accuſatus extra ordinem [a] punitur. l.1 ff. Expilatæ hereditatis.

VLP. Committitur [b] hoc ante aditionem hereditatis, vel poſt aditionem antequam res apprehenderit heres. nam his caſibus ceſſat actio furti, quamuis ſit actio ad exhibendum, vt res exhibitæ vindicentur. l.2.§.1.

MARC. Actori licet vel hoc crimen intendere, vel actionem [c] eam qua petuntur [d] res hereditariæ à poſſeſſore. l.3.

PAVL. Res hereditatis omnium heredum communes ſunt, & ideo ſi vnus hoc crimen intendat & vincat [e], aliis prodeſt. l.4.

HERMOG.

Digitized by Google

l.5. HERMOG. Vxor [f] hoc crimine non tenetur, quia nec furti actione.

l.vlt. PAVL. Rei [g] hereditariæ furtum non fit, ſicut neque eius quæ ſine domino eſt, etiamſi fur exiſtimet [h] eam non eſſe hereditariam.

l.1.C.de crim. expil.hered. [7] DECESSIT [i] quis relictis duobus heredibus Petro & Paulo. Petrus communem arcam habentem certas ſpecies depoſuit apud Paulum, prius indicatis ei ſpeciebus, quæ erant in arca, & tradidit claues arcæ. Paulus qui accepit, non vult eam Petro reddere: Petrus vult agere in eũ expilatæ hereditatis, ſciens velle eum ſibi compenſationem opponere, vt debitori ex alia cauſa. Ait igitur Conſtitutio in hunc modum. Expilatæ quidem hereditatis crimen intendere non potes, quia [k] communis arcæ rebus quę in ea erant prius indicatis [l], claues traditas coheredi profitearis. Cum vero de rebus exhibendis apud iudicem quęreretur, rationem compenſationis [m] induci non oportuit [n]. Exhibitis enim quæ deſiderantur, competentibus iudicibus oppoſita quæſtio relinquitur. Lib.9.Codicis tit.32.

l.2. [8] POTEST [o] quis etiam aduerſus vitricum agere crimine expilatæ hereditatis.

l.3. [9] QVÆ adiit hereditatem, poteſt [p] etiam aduerſus nouercam quę ſubripuit ante aditionem agere crimine expilatæ hereditatis.

l.4. [10] SI MVLIER [q] poſt mortem [r] viri detineat res eius, non tenetur [s] expilatæ hereditatis crimine. videtur enim [t] qua poteſtate eas in vita detinuit, & nunc eas detinere. Tenetur tamen actione in rem, & ad exhibendum ſi extent. conſumptis eis, agitur condictione [u].

l.5. [11] SIVE [x] manumiſſi conueniantur crimine expilatæ hereditatis, ſiue legatarii, non oportet prętextu coercitionis priuari eos relictis legatis, vel relictis libertatibus.

l.vlt. [12] SVBREPTIS rebus hereditariis, deficiente [y] alia actione [z], poteſt agi crimine expilatæ hereditatis.

a *Extra ordinem*. Extraordinaria pœna in ſeruis eſt flagellorum caſtigatio, in liberis humilioribus fuſtium, in aliis relegatio vel interdictio certæ rei. Vbi igitur pœna legibus non definitur, iudex extra ordinem eam conſtituit. quære lib.21.tit.3.c.11.& tit.21.huius libri.c 45.

b *Committitur*. Si expilatæ hereditatis crimen intendatur, pręſes prouincię de eo debet cognoſcere. cum enim furti agi de hereditariis rebus non poſſit, ſupereſt auxilium præſidis. Apparet autem eo caſu agi hoc crimine, quo furti agi non poteſt, hoc eſt ante aditionem hereditatis, vel poſt aditionem, nondum rebus ab herede poſſeſſis. nam his duobus caſibus non competere actionẽ furti conſtat, quanuis ſi quis velit in rem agere recte agat ad exhibendum. Quære tit.21.c.45. Eſt autem famoſum crimen expilatæ hereditatis, vt ait lib. 21.tit.3.c.11.

c *Vel actionem*. Si hereditatis petitionem hanc eſſe dixeris, fingendum poſſeſſorem, ſe vt heredem poſſidere, vel vt prædonem. nam aduerſus eos tantum agitur petitione hereditatis. vt lib.42. tit.1.c.65. Quod ſi hereditariã in rem dixeris, fingendũ vel pro donato vel pro empto eũ poſſidere.

d *Petuntur*. Quære lib.42.tit.1.c.9.13.14.15.

e *Et vincat*. Quære lib.9.tit.3.c.94.& ibi prætermiſſa, quæ valde ſunt neceſſaria.

e Cum enim res damnetur non perſona, vnius condemnatio aliis prodeſt, vt lib.39 *. Cum vero perſona damnatur, non res, vno condemnante, aliis non prodeſt. in hoc autem themate ob id etiam victoria vnius aliis prodeſt, quod delicta non poſſint ex parte in iudicium induci.

f *Vxor*. Quære cap.10.& tit.6.cap.34.& tit.12.c.36.th.4.& lib.17.tit.1.c.31.& lib.28.tit.11.totum & lib.21.tit.2.cap.11.

g *Rei hereditariæ*. Si rem hereditariam ignorans quis hereditariam eſſe ſubripuerit, Neratius ait furtum eum facere. Paulus autem notat rei hereditariæ furtum non fieri, ſicut nec earum quæ ſine domino ſunt. & ius non mutatur propter exiſtimationem ſubripientis.

h *Si fur exiſtimet*. Quære tit.5.c.40.& lib.47.tit.3.c.46.

i *Deceſſit*. THEOD. Heres occultans rem hereditariam tenetur coheredi ad exhibendum, & non expilatæ hereditatis crimine. Simile lib.3.tit.36. Conſtit.3. vbi didiciſti & familiæ erciſcundæ eum teneri. Actio ad exhibendum non admittit compenſationem. Memineris eorũ quæ dicta ſunt 14.Conſt.31.tit.4.lib.de actionibus quæ compenſationem non admittunt.

k *Quia*. Quia enim adierunt cum depoſuerint pro herede gerentes, non competit expilatæ hereditatis.

Digitized by Google

k Hoc eſt, poſt aditionem ſubripuit. nam tu ipſe per te eas tradidiſti. denique expilatæ hereditatis locum non habet. rurſus furti locum non habet. quia erat dominus pro dimidio. ſua autem furari quis non dicitur.

l *Indicatis.* Qua ex re cum rerum poſſeſſionem adepti ſint, etiam crimini locus eſt.

n *Ratione compenſationis.* Nota regulam, hoc caſu opponi compenſationem. Vt autem competar actio furti, oportet fingere illum debere quædam ex arca. nam ſi tantum in reſtituendo moretur, eius mora ſiue improbitas non facit furtum, quia cum ſocius ſit ius habet ea retinendi. IN EVNDEM. Exiſtimo hanc adnotationem non attingere ſententiam Conſtitutionis. Conſtitutio enim id docet, non eſſe locum crimini expilatæ hereditatis propter cauſas nimirum adnotationibus comprehenſas, ſed actioni ad exhibendum. De furto nullum verbum facit quod appareat. nam ſi de furto ageret, diceret compenſationem locum habere. nam qui furti conuenitur ciuiliter vel condictione furtiua, vel noxali; compenſat, vt lib. 24. tit. 10. cap. 10. non qui conuenitur ad exhibendum, vt in eodem caſu poſito quarta adnotatione ait. Quære libr. 13. tit. 1. finem & tit. 2. cap. 44.

n *Induci non oportuit.* Nam ei qui depoſuit non obiicitur compenſatio.

o *Poteſt quis.* THEOD. Recte agit priuignus contra vitricum expilatæ hereditatis. Ait vero 3. Conſtit. huius tit. in nouercam quæ ſubripuit ante aditionem, agi eodem iudicio. Didiciſti & 6. lib. tit. 2. Conſtit. 11. nouercam teneri furti ſuo priuigno, & 5. Conſtit. ſeq. 33. tit. ait eam teneri Vi bonorum raptorum.

p *Poteſt etiam.* Quære tit. 6. c. 28. & tit. 17. cap. vlt.

q *Si mulier.* THEOD. Vxor quæ detinet res hereditarias teſtatoris, in rem & ad exhibendum tenetur, non etiam crimine expilatæ hereditatis. Simile lib. 6. tit. 2. Conſt. 17.

r *Poſt mortem.* Quære tit. 6. cap. 34. totum, & eiuſdem tituli cap. 25. & 28. lib. 11. tit cap. 1. & 6. thema. vlt.

ſ *Non tenetur.* Didiciſti & lib. 6. eadem ratione eam non teneri furti, quia & viuente viro ius habuit vtendi eis.

t *Videtur enim.* Nota mulierem poſt mortem viri res eius detinentem, neque expilatæ hereditatis neque furti teneri. nec enim videtur furari, ſed detinere ſuo iure, quaſi habens ius vtendi eis. Et deficiente actione competere condictionem.

u *Condictione.* Non furtiua, licet hoc extrinſecus Theodorus dixerit. abſurdum enim eſt, negata expilatæ hæreditatis, dare condictionem furtiuam, quam & actio furti comitatur.

u Agitur in eam condictione, quia non debet ex alieno lucrari. Vt autem verius dicamus, omnis qui rem alienam mala fide poſſidet fructuum nomine, tenetur condictione furtiua.

x *Siue manumiſſi.* THEOD. Legatarius non caret rebus ſibi relictis, licet conueniatur expilatæ hereditatis.

y *Deficiente.* THEOD. Subreptis rebus hereditariis ante aditionem, competit crimen expilatæ hereditatis ſi alia actio non ſit. Recte ait, Si alia actio non ſit. didiciſti enim ex prima Conſtit. huius tit. exiſtente ad exhibendum actione non agi. Didiciſti & in 3. lib. tit. 36. Conſtit. 3. non agi hoc iudicio, cum ſit actio familiæ erciſcundæ. IN EVNDEM. Male accipit 1. Conſt. ſiue 7. cap. Loquitur enim de furto facto poſt aditionem.

z *Alia actione.* Puta furti. Nec de alia actione hoc intellexeris. nam & exiſtente petitione hereditatis hæc actio datur. & quære cap. 3. Quia igitur non eſt furti nondum rebus poſſeſſis ab herede, eſt expilatæ hereditatis.

Titulus XXX,

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVII. TIT. XX.

Actio in ſtelliones *.

* κατὰ τῶν ἐρ- γων ὅτι κα- κοτρόπως.

PAPINIANVS.

STELLIONATVS crimen neque pœnalibus [a] iudiciis, neque pecuniariis actionibus continetur. l. 1. ff. ſtellionatus.

VLP. Neque famoſum [b] eſt: extraordinariam tamen perſecutionem habet. Et intenditur apud præſidem aduerſus eũ qui dolo fecit deficiente alio crimine. quod enim eſt in pecuniariis cauſis actio de dolo [c], hoc eſt in delictis ſtellionatus [d]. Plerunque [e] autem intenditur in eum l. 2.

qui

Digitized by Google

qui vendidit, vel permutauit, vel dedit in ſolutum rem alii obligatam ignorante eo qui accipiebat. Et qui auertit [f] & corrupit rem obligatam, & qui imposturam [g] vel colluſionem in damnum alterius fecit, & generaliter deficiente crimine datur. Non eſt autem definita eius pœna, ſed extraordinaria infertur, quæ non excedit in plebeis opus metalli [h], in honeſtis temporale exilium, vel officii amotionem.

l.3. IDEM. Qui merces [i] vænales ſuppreſſit, accuſatur hoc crimine.

l.vlt. MODEST. De periurio [k] eius qui in inſtrumento [l] iurauit ſuum eſſe pignus [m], hoc crimen competit, & ad tempus exulat.

l.1.C.ſtellionatus. [5] QVI [n] obligat pluribus eaſdem res [o], crimine ſtellionatus tenetur, quo tamen liberatur, ſi paratus ſit omnibus ſoluere. Lib.9.Codicis tit.34.

l.2. [6] QVI cui [p] obligat rem quam donauit alteri, tenetur crimine [q] ſtellionatus.

l.3. [7] STELLIONATVS [r] crimen non eſt pœnale.

l.vlt. [8] SI DEBITOR obligauerit creditori ignoranti quod iam ante alii obligauerat, tenetur [t] ſtellionatus crimine. Sed etſi [u] adduxerit quendam quaſi priorem creditorem, iam hoc vt ab ipſo vindicaretur, ſic etiam competit crimen.

a *Neque pœnalibus iudiciis.* Quære lib.14.cap.29.th.4.& ibi adnotationem Stephani, quæ ſatis late docet naturam Stellionatus, & quando criminaliter tantum intendatur, & quando ciuiliter & criminaliter, & quando infamet vel non infamet. Lege & li.21.tit.2.c.13.th.vlt.& ibi adnotationẽ.

a Nec definite pœnale eſt, nec perſpicue ciuile, ſed pro arbitrio iudicis modo pœnale, modo ciuile, & neque aperte famoſum, neque perſpicue non famoſum.

b *Neque famoſum eſt.* Cum ob leuem cauſam mouetur, vt & lib.21.tit.2.c.14.& c.13.th.vlt. nec tibi opponatur, ſed lege ibi adnotationem.

c *Actio de dolo.* Quæ datur deficiente omni actione.

d *Stellionatus.* Vbicunq; igitur deficit publicum crimen, ibi ſtellionatui delinquentẽ ſubiicimus.

e *Plerunq; autem.* Quære tit.41.c.11.& lib.25.tit.1.c.1,& aliam differentiam.

f *Qui auertit.* De verbo Auertere * lege Stephanum lib.14.c.29.th.ante 2.thematum finem, vbi de ſtellionatu tractat. * [illegible]

f Qui videns quendam ementem aliquid, arte decepit venditorem vel traducens emptorem vel pecuniam, vel alio modo, & id ipſe poſtea emit.

g *Qui imposturam.* Qui impoſuit alicui, ſtatuens apud ſe vbi poſſit illum & quomodo & quando lædere, & damno afficere hic enim eſt impoſtor.

h *Opus metalli.* Aliud eſt metallum, & aliud opus metalli. Metallum enim eſt fodere terram, idque eruere. Opus metalli, coquere eductum è terra metallum, & purum aurum facere, quod & leuius eſt priori.

i *Qui merces venales.* Quæ pertinent ad annonam, veluti oleum, frumentum, vinum, telas, vt non inueniantur, & deinde ab eo pluris vendantur. hic enim inſidiatur annonæ populi.

k *De periurio eius.* Quære lib.22.tit.5.c.10.44.& lib.11.tit.2.cap.ante 3.finem.& huius libri tit.38.cap.vlt.

l *Qui inſtrumento iurauit.* Iuſiurandum effectu ſuo poteſt prodeſſe iuranti. effectus vero eſt hic iuriſiurandi, vt etiamſi non ſit proprium non liceat creditori aliud quærere. quod & fiet. Habebit men Deum vltorem in iis quæ peierauit. quia vero improbus apparuit aduerſus creditorem, cum eum deceperit, ſtellionatus tenetur.

m *Hoc crimen.* Quære lib.14.tit.1.c.14.th.9. & ex illo diſces quod & in hoc caſu vice magni criminis ſtellionatus criminaliter tantum intenditur propter magnitudinem criminis.

n *Qui obligat pluribus.* Si quis obligauerit alii eandem rem, quam erat alteri obligaturus, tenetur ſtellionatus crimine, niſi paratus ſit duobus creditoribus ſatisfacere. Similiter ait 4.Conſt.huius tit. Memineris 14.& 15.Conſt.13.tit.& 17.Conſt.27.tit.8.lib.& 15.Conſtit.22.tit.huius lib.9. Quære lib.25.tit.1.cap.15 th.3.2.

o *Eaſdem res.* Adiicitur in τὸ κατ' πόδας, diſſimulando in poſteriori obligatione, quod eædem aliis pignori tenerentur.

p *Qui cui obligat, &c.* THEOD. Obligans id quod donauit, tenetur ſtellionatus. Didiciſti lib.9. tit.15.Conſt.6.eundẽ teneri pigneratitia. At memineris 9.Conſt.13.tit.eiuſdem 8.lib.dicentis recte quem donare quod obligauit. Factum Conſtitutionis ſic habet, patrem res donaſſe filiofamilias, & emancipato tradidiſſe, & poſtea ſumpta credita pecunia ſine voluntate filii obligaſſe. quære tit.12.c.52.th.2. Nota etiam aduerſus patrem poſſe agi ſtellionatus.

q *Tenetur crimine ſtellionatus.* Et pigneratitia, quære lib.25.tit.4.c.9.

Digitized by Google

r *Stellionatus crimen.* Stellionatus non eſt publicum crimen. nota igitur eſſe quædam crimina non publica.

ſ *Non eſt pœnale.* Non intenditur à quolibet volente omnibus caſibus.

t *Tenetur,&c.* Actio aduerſus impoſtores competit in eos, qui idem vendiderunt alteri, quod iam ante vendiderant alii, vel pignori obligauerant. Impoſtores vero ſunt qui dicuntur κωμῶται. Et hic igitur qui pignus recte contractum reſcindit producto aliquo quaſi priore creditore pignoris vindicandi cauſa merito hoc crimine tenetur.

u *Si adduxerit.* Quære tit.41.c.50.vbi ait & hunc De falſis teneri. Quid enim ſi falſum inſtrumentum ediderit acſi ante eam rem obligaſſet alteri?

Titulus XXXI,

Sive Digestorvm Lib. xlvii. Tit. xxi.

De termino moto.

Modestinvs.

TERMINORVM [a] motorum pœna executio eſt pro conditione delinquentis. L.1.ff. de termino moto.

CALLIST. Et mente [b]. nam ſi locuples moueat, palam eſt velle eum occupare alienos fines. Et pro ætate puniuntur delinquentes. Iunior enim in longius tempus relegatur: ſenior in breuius. qui autem miniſterium præbuit alii, verberatur, & biennio [c] in opus publicum mittitur. qui per ignorantiam vel fortuito lapides finales abduxit, tantummodo verberatur. L.2.

IDEM. Qui dolo malo terminos transfert, in ſingulos fiſco præſtat 50. aureos, & de eo agit qui vult. L.3.in pr. ¶ Quod ſi ſeruus vel ſerua hæc admiſerint, capitaliter puniuntur, niſi dominus eorum pœnam pendere velit. §.1. ¶ Obſcurantes [d] faciem locorum, & inde facientes controuerſiam de finibus, pro conditione perſonarum & delicti pœna plectuntur. §.vlt.

Lib.3.Codicis tit.15.Conſtit.5. 4 DE finibus litigans ſi nondum finita lite locum, de quo eſt controuerſia, occupauerit, deinde vincatur [e], alterum tantum [f] victori præſtat. Sed ſi proprius fuerit locus eius, ſufficiet eo eum excidere. L.4.C.finium regund.

a *Terminorum motorum.* Qui terminos agrorum mouent vel euertunt, non tantum pecuniariter damnantur, ſed & pro conditione & voluntate eorum puniuntur. Diuus Adrianus reſcripſit in hæc verba, Nemo dubitat peſſimum factum eſſe eorum qui terminos agrorum euertunt: & pœna in eos pro conditione perſonarum & mente delinquentium ſtatui poteſt. nam ſi ſplendidiores perſonæ ſint quæ conuincuntur hoc crimine, qui occupandorum alienorum finium cauſa hoc admiſerunt ad tempus relegari debent, vt eorum ætas patitur: ſi iuniores ſint, in longius tempus: ſi ſeniores, in breuius. Quod ſi non ſibi rem gerentes euerterint terminos, ſed aliis miniſterium præbentes hac in re, oportet verberari eos, & in opus publicum biennio dari. quod ſi per ignorantiam aut fortuito lapides finium mouerint, ſufficiet eos verberari.

b *Et mente.* Vt quia forte furandi animo lapidem mouit, non vt fines perturbaret.

c *Et biennio.* Forte ad ædificia. & longe ſæpius abſtinet ſua domo. Nota pecuniariam pœnam terminos mouentis eſſe 50. aureorum in ſingulos terminos, & publicum iudicium eſſe, quod à quolibet exercetur.

d *Obſcurantes.* Sed & ſi quidam finalium quæſtionum obſcurandarum cauſa faciem locorum conuerterint, ita vt ex arboribus vel arbuſtis fines non appareant, ii puniuntur pro perſona ſua & conditione & facti violentia.

e *Deinde vincatur.* Attende ad illud verbum, Vincatur, & quære 2.adnotationem 24. ca. 1.tit. 42.lib.& 59.c.3.tit.50.lib.

f *Tantum.* Quære lib.58.tit.9.c.18.& lib.50.tit.3.c.57.& 60.& Inſt 4.tit.2.

Titulus

Digitized by Google

Titulus XXXII,

Sive Digestorvm Lib. xlvii. Tit. xxii.

De collegiis ſodalitiis, & corporibus, & popularibus actionibus.

Marcianvs.

l.1.in pr.ff. de colleg. & corporib. PRæsides [a] vbique prohibeant in vrbibus & vicis paganos vel milites in caſtris habere collegia ſodalitia. Tenuioribus [b] tamen permittitur collationem ſemel tantum in menſe facere.
§.1. ¶ Et religionis cauſa licite permiſſum eſt coire.
§ 2. ¶ Vnius [c] vero tantum collegii eſſe quis debet, & recedere à reliquis eo accepto [d], quod ex communi ratione debetur.

l.2. Vlpian. Qui illegitimum [e] collegium fecit, ea pœna tenetur qua tenentur qui locum publicum vel ſacrum occupauerunt.

l.3. Marc. Illicita collegia diſſoluantur, & diuidant qui in eis ſunt pecunias communes.
§.1. ¶ Illicitum vero collegium & corpus eſt, quod lex [f] vel princeps non conſtituit.
§.2. ¶ Curator [g] tenuioris corporis recipiens ſeruos ſine domini voluntate, in ſingulos præſtat pœnam aureorum 100. nam volentibus dominis in eis [h] adſcribuntur.

l.4. Gai. Licitis [i] ſodalitiis licita paciſci licet.

l 1. ff. de popularibus act. Pavl. Popularis [k] actio eſt, quæ tuetur ius populi. 47. ff. tit. 23.

Idem. Pluribus [l] volentibus agere, prætor eligat idoneiorem [m].

l.2. l.3. Vlp. Sed ſi ſæpius ex eadem cauſa agatur, obſtat exceptio factæ [n] condemnationis.
§.1. ¶ In actionibus [o] quæ ius populi tuentur, præfertur is [p] cuius intereſt.

l.4. Popvlaribus actionibus honeſti experiuntur qui poſſunt poſtulare.

l.5. Idem. In popularibus actionibus reus non etiam [q] actor procuratorem dare.

l.6. Vlpian. Eis autem non experiuntur mulieres vel pupilli, niſi in rem ſuam.

l.7. Nec tranſeunt [r] ad legatarium vniuerſitatis, nec qui eas habet intelligitur eſſe locupletior.

l.ult. Vlp. Omnes autem temporales ſunt, & non dantur in heredes.

a *Præſides.* Mandata principalia præſidibus prouinciarum præcipiunt, ne patiantur eſſe collegia ſodalitia, nec ſinant milites in caſtris collegia facere. At etſi hæc generaliter conſtituta ſint, permittitur tamen egenis collationem facere modicæ ſtipis & ſemel in menſe huius rei cauſa coire, ne videantur hoc prætextu illicitum collegium facere. & non tantum Romę, ſed & in Italia & in prouinciis hoc ius locum habere. Quære lib.6.tit.4.c.2.& lib.8.tit.2.c.105.neceſſaria.

b *Tenuioribus.* Vt quæ hodie fiunt in eccleſiis, & vulgo appellantur κέρματα.

c *Vnius vero.* Si quis in duobus collegiis inueniatur, eligere eum oportet in quo magis eſſe velit, & accipere ex eo collegio à quo recedit, quod ei ex communi ratione competit.

d *Eo accepto.* Diuidunt res quaſcunque habent communes, & partiuntur pecunias.

e *Illegitimum.* Illicitum quod lege nominatim non permittitur, vel à principe.

f *Quod lex.* Adeo vt ſine his erigentes qualecunque corpus, contra S.C. & mandata principalia, & Conſtitutiones faciant. Hæc vero collegia Græci vocant ἑταιρείας. & videtur hæc lex translata ex legibus Solonis: & vt licite paciſcantur quæ voluerint, in quibus ait: Si quid plebs vel fratres vel ſacrorum Orgiorum nuntiatores, vel conuictores, vel ſepulchri eiuſdem ſaltationisve conſortes,

Digitized by Google

vel qui ad prædam aut negotiationem proficiſcuntur, diſpoſuerint inuicem, ratum eſſe, niſi publicæ res prohibeant: hoc eſt, ita vt ex publica lege nihil corrumpatur.

g *Curator*. In tenuiorum collegium etiam ſeruos recipere licet volentibus dominis, idque horum collegiorum curatores ſcire oportet inuito vel ignorante domino non debere ſeruum in collegium paupetum recipi. quod ſi recipiantur ſerui ſine domini voluntate, pro ſingulis c. aureos exigitur.

h *In eis adſcribuntur*. Tenuioribus. nam in ditiorum collegium, ne volente quidem domino adſcribuntur.

i *Licitis ſodalitiis*. Permittit lex licitis collegiis, id eſt, lege cognitis, pactiones quas voluerint ſibi facere, ita vt nihil corrumpant ex publica lege. videtur autem hæc lex translata ex legibus Solonis, in quibus ita eſt: Quod ſi plebs, vel fratres, vel ſacrorum Orgiorum nuntiatores, vel menſæ aut ſepulchri aut ſaltationis conſortes, vel qui ad prædam aut negotiationem proficiſcuntur, quodcunque horum inuicem diſpoſuerint, ratum eſſe, niſi publicæ res prohibeant.

k *Popularis actio*. Vt ſi viæ publicæ noceatur.

l *Pluribus, &c.* Sciendum eſt in popularibus actionibus vnum iurantem vel agentem non luſorie, omnes excludere, vt lib. 22. tit. 5. c. 30. th. 3.

m *Idoneiorem*. Vt cum honeſtus & infamis & humilis agere volunt.

n *Facta condemnationis*. Rei iudicatæ, ſi non per colluſionem vel proditionem condemnatio facta ſit.

o *In actionibus*. Quære cap. 5. & tit. 4. c. 5. th. 6.

p *Is cuius intereſt*. Quid enim ſi ſuſpenſum aliquid ad viam publicam ceciderit, & læſerit me?

q *Non etiam actor*. Qui enim fieri poteſt, vt quis agat quaſi procurator? nam ſi quis agat vt procurator, alicuius gratia non agit ſuo nomine, cum vnus & idem ſit ex ciuibus, qui poſſit agere ſuo nomine.

r *Nec tranſeunt*. Quære lib. 2. tit. 2. c. 12. in fine. & lib. 23. tit. 1. c. 1. & ibi Stephani adnotationem. & huius lib. tit. 4. c. 5. th. 5. & 6.

Titulus XXXIII.

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVIII. TIT. I.

De publicis [a] iudiciis.

NON omnia [b] criminalia iudicia publica ſunt, ſed illa tantum quæ ex legibus publicis veniunt, vt maieſtatis, adulterii [c], hominis occiſi & veneno interfecti, parricidii, furti ſacrorum & publicorum, falſi, vis priuatæ [d], vis publicæ, ambitus, magiſtratuum, vel iudicum, vel aſſeſſorum in lite ſubripientium, annonæ [e]. l. 1. ff. de publ. iud.

PAVL. Criminalium iudiciorum quædam capitalia [f] ſunt, quæ mortem inferunt vel deportationem, per quæ caput eximitur de ciuitate. alia enim non deportationes, ſed relegationes proprie dicuntur. Quædam vero ſunt non capitalia, vt quæ pecuniariam [g] pœnam habent [h], vel corporalem caſtigationem. l. 2.

VLP. Publica [i] accuſatio extinguitur reis ante defunctis. l. 3.

PAVL. Interdum [k] præiudicium fit [l] criminali [m] iudicio per ciuile [n], vt in Aquilia, & actione furti [o], & Vi bonorum raptorum, & Vnde vi, & de tabulis exhibendis. l. 4.

VLPIAN. Accuſatus [p] recriminari non poteſt antequam [q] liberatus ſit. ¶ Qui vero ex condemnatione ciuitatem vel libertatem amiſit, accuſationem inchoare non poteſt. ¶ Inchoatam tamen ante condemnationem implet. l. 5. §. 1. §. vlt.

MARC. Defuncto [r] reo pœna & crimen extinguitur. de re pecuniaria [s] cognoſcitur. l. 6.

MARC.

l.7. MARC. Non omne [t] crimen irrogat infamiam, ſed capitalia & ciuilium quædam, vt Furti actio, & Vi bonorum raptorum.

l.8. PAVL. Interiit [u] antiquus ordo [x] examinationis publicorum, & fit extra ordinem, & pœna ſecundum leges infertur.

l.9. MARC. Seruus [y] in capitali [z] crimine non defenſus à domino non fit [a] liber, ſi abſoluatur, ſed dominus eum recipit.

l.10. PAPIN. Siue [b] reus, ſiue accuſator iuſta ex cauſſa abſit poſt conteſtationem, excuſatur, vt neq; reus per triduum [c] per ſingulos dies ter vocatus, neq; accuſator quaſi calumniator condemnetur.

l.11. MARC. Seruum & dominus & procurator eius defendere [d] poteſt.

l.12. MODEST. Qui de criminibus cognoſcit, & clariſſimos viros, & cauſidicos, qui ſunt in prouincia, debet aduocare. Cognoſcit autem de crimine etiam feriatis diebus: & abſoluuntur quidem innocentes, & qui duriore animaduerſione indigent differuntur.

l.13. §.1. PAPIN. Defuncto [e] accuſatore, alius accuſare poteſt. ¶ In criminalibus iudiciis neq; accuſare neq; accuſari [f] per procuratorem quis poteſt. Abſentia [g] tamen reorum per procuratorem recte defenditur, & ex iuſta [h] cauſa ſententia differtur.

l.vlt. IDEM. Si quem [i] pater accuſauerit de cæde [k] filii, & calumnioſe eum egiſſe pronuntietur, non fit infamis.

l.1.C.de accuſat.& inſcript. [15] SI ſeruus [l] criminis reus fiat, recte dominus eum defendit [m]. moto autem crimine, ſeruo pœna infertur [n].

l.3. [16] ABSENTES [o] rei [p] poſſunt per procuratorem [q] reſpondere [r].

l.4. [17] SI [s] accuſator abſit non per contumaciam [t], reum abſolui non oportet, ſed vel apud ipſum præſidem vel apud ſucceſſorem eius criminis quæſtionem impleri.

l.5. [18] QVI dicit [u] alterum ſibi mandaſſe vt quid admitteret, non effugit [x] delicti accuſationem. tenetur vero etiam mandator [y].

l.6. [19] ABSENS [z] non accuſatur crimine, ſed pronuntiatur [a] eſſe eum requirendum [b]. Iudices igitur in abſentes ſententiam ferre non debent.

l.7. [20] QVI [c] per officium nuntiantur, etiam ſine inſcriptionibus [d] examinari poſſunt [e], iudice diſpiciente vera ſint ea quæ nuntiata ſunt, necne [f].

l.8. [21] QVI [g] dicit ſe iniuriam paſſum, non debet adire officiales, qui in quaque ciuitate ſtationes [h] agunt, ſed præſidem, & libellum ei offerre, vel ſibi factam iniuriam apud acta [i] deponere.

l.9. [22] QVI de crimine [k] ab aliquo in accuſationem deductus eſt [l], ab alio eodem crimine non accuſatur. Si vero ex eodem [m] crimine plures actiones naſcantur, poteſt à diuerſis perſonis, ab eadem perſona accuſari [n]. poteſt & vnus præſes audire vtraque crimina, nec debet ſeparatim de vno crimine [o] pronuntiare [p], antequam cognouerit eum ab vtraque accuſatione alienum eſſe.

l.10. [23] Simile [q] eſt promittere [r] alicui cum crimine liberatum iri poſtquam [s] crimen admiſerit, & delinquere ob hanc promiſſionem.

l.11. [24] QVI vult accuſare iam crimine abſolutum, poteſt priorem accuſatorem præuaricatum docere. quod ſi noluerit, poteſt [t] aliud crimen intendere. & ſi [u] prior egerit lege de ſicariis, ipſe agere quaſi in latronem, & non incurret in prius [x] crimen.

Digitized by Google

25 Si quis ſeipſum præcipitauerit, hoc alteri[y] crimen non adfert. l. 12.

26 ACCVSATOR[z] etiam ſerui inſcriptiones deponit[a]. l. 13.

27 OMNIS iudex criminis publici animum aduertere debet ad veritatem, non[b] ad decreta in reum facta[c], vel publicam relationem. l. 14.

27 POTENTIORES[d] homines in criminalibus per ſe litigāt, in ciuilibus per procuratorem. l. 15.

2 IN cauſis[e] criminalibus dignum eſt vt inſcriptiones[f] præponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, & tempus[g] deſignent, vt alterutram partem digna legum teneat auctoritas. quod ſtatutum ſi fuerit cōtemptum, ii qui ex officio ingrediuntur ſecretarium[h], quinq; librarum auri pœna ferientur. l. 16.

30 CRIMINIS reus[i] non ſtatim exiſtimetur nocens: ſed vt actor prius veniat in iudiciū, & indicet reum & inſcribat, & ſub ſimili cuſtodia[k] ſit ſeruata exiſtimationis[l] differentia, ſciens calumniam ſibi impunitam nō fore. ſimilis enim ei imminet pœna. Nemo autem reus de ſeipſo confeſſus ſperet veniam propter conſcium[m]: nam ipſe interim punietur[n]. de alio vero inquiritur, num vera ſint quæ de eo ſunt dicta. l. vlt.

a *De publicis iudiciis.* Publica iudicia dicuntur, quia cuilibet de populo licentia datur plurimum inſtituendi ea. non omnia vero capitalem pœnam habent: ſed ſunt quæ & pecuniariam & in corpus caſtigationem. Capitalis autem pœna eſt. quæ mortem infert, vel aquæ & ignis interdictionem, quæ hodie ſecundum 22. No. poſitam in libro. *. tranſlata eſt in deportationem, quia enim mors & deportatio eximunt caput de ciuitate, capitalia dicuntur.

b *Non omnia, &c.* Nota criminalium iudiciorum quæ ſint publica & quot, & horum alia eſſe capitalia, alia non capitalia. Lege vlt. tit. 4. Inſt. Quære & tit. 58. Eſt & Iulia de plagiariis, Iulia de annona in eos qui annonā vexant, & de reſiduis, qua coercetur is qui reliquam pecuniam ciuibus non reddit.

c *Adulterii.* Etenim adulterii crimen olim erat publicum, & à quolibet volente intendebatur. nunc quinque tantum perſonæ id poſſunt intendere. & lege tit. 37. cap. 65. & lib. 49. tit. 4. c. 14.

d *Vis priuata.* Quære lib. 21. tit. 3. cap. 18. & in eo ſecundam adnotationem.

e *Annona.* Lex Iulia de annona punit eos qui frumentum ſiue annonam illatam in vrbem regiam alio loci auertunt.

f *Quædam capitalia ſunt* Capitalis pœna eſt, veluti caput amputare, vel in metallum mittere, & deportare. quære tit. 51. cap. 2.

g *Pecuniariam.* Quære tit. 34. cap. 12. th. 3. & ibi Antiquum.

h *Pœnam habet.* Vt furti, vt iniuriarum, vt cum ſacerdote miſſam implente ingreſſus quis turbam fecit. hic enim pecuniariter damnatur. IN EVNDEM. Non exiſtimo ſincerum eſſe ſcholium, quod in publicis criminibus ponit ſpeciem in actione furti & iniuriarum, quæ ſunt priuata delicta. nam quod ait de non capitalibus, hoc caput clare demonſtrat non de priuatis delictis accipiendum eſſe, ſed de publicis. & lege Inſt. 4. tit. vlt. aperte hęc edocentem, & huius li. tit. 34. cap. 12. th. 3. & Antiquum.

i *Publica accuſatio.* Si reus vel accuſator publico crimine deceſſerit, remittitur crimen. Excipitur crimen maieſtatis & peculatus. quære tit. 36. cap. 12. & vlt. & tit. 43. cap. 2. & 11. & tit. 1. cap. 24. them. 4. & tit. 62.

k *Interdum.* Interdū euenit, vt per priuatas actiones pręiudicium fiat publicis, ſicut in actione Aquiliæ, & furti, & Vi bonorum raptorum, & interdicto de tabul s exhibendis. nam in his omnibus de re familiari agitur. ideo præiudiciū fit publico. quære lib. 7. tit. 3. cap. 35. 36. & tit. 5. cap. 54.

l *Præiudicium.* Cum quis egit ciuiliter, & reus obiicit criminalem quæſtionem, prius de criminali cognoſcitur. Cum vero idem habet duo iudicia criminale & ciuile, quale vult inſtituit. At lege totum 62. tit. interpretem huius.

m *Criminali iudicio.* Id eſt, prius exercetur, ſi prius ciuile iudicium inſtitutum ſit.

n *Per ciuile.* Quære tit. 33. cap. 23. & tit. 62. totum & tit. 3. cap. 23. th. 5.

o *Actione furti.* Qua agitur ciuiliter & criminaliter.

p *Accuſatus.* Nota facta conteſtatione criminis aduerſus aliquem non poſſe eum accuſatori recriminari antequam liberatus ſit. & quære tit. 34. cap. 41.

q *Antequam.* Sciendum eſt reum poſſe accuſatori recriminari ab initio nam ſi datis ab accuſatore inſcriptionibus, & cauſa inchoata accuſationem in aduerſarium inſtituere tentet, non audietur: & in ciuilibus quoq; actionibus ſtatim ab initio mutuæ actiones opponi debent, vt lib. 7. tit. 4. cap. 1. vbi ait non ab alio, ſed ab eodem ſtatim ab initio agi.

q Inſcriptiones tamen deponit. & quære tit. 34. cap. 13. & 41.

r *Defun-*

r *Defuncto reo.* Si quis nondum de crimine accuſatus deceſſerit, & extincta fuerit accuſatio agat autem quis ex ciuili cauſa quæ originem & occaſionem habet ex criminali, non criminis auditor hanc cauſam audire debet, ſed is ad quem pecuniariæ cauſæ pertinent.

r Si priusquã accuſatio inſtitueretur, & reus traheretur in ius, dixeris eum deceſſiſſe, ne fingas caput dicere cognoſci de publicatione quæ exiſtit ex crimine. hoc enim non procedit, cum extinctum ſit crimen, nullo modo eius cognitione ſuſcepta, & quæ ſequuntur tacite publicationes. nã crimine morte delinquentis & non accuſati extincto, quomodo quæri poteſt de publicatione, cum nõn ſit qui cognoſcat de crimine cui cognitioni adhæret publicatio quaſi acceſſio? Sed ciuilem hic quæſtionem intelligit ſuſpenſo crimine, veluti Aquiliæ vel aliam, & hoc demonſtrat Antiquus cum dicit hanc quæſtionem debere ab alio diſceptari, ad quem ciuilia iudicia pertineant, non ab eo qui in crimen animaduerſurus erat. Nam ſi omnino de publicatione caput loquitur, nõ vetabitur de ea cognoſcere quaſi acceſſione qui iudex eſt criminis. Sed ſi conteſtationem criminis factam ponas, tunc etiam dices eundem eſſe iudicem: & de publicatione quæ ex crimine in iudicium deducto maneat, eſſe quæſtionem, propter 20. cap. 34. tit.

r Poſt accuſationem, vt lib 9. tit. 1. cap. 143. & 144. & 145.

ſ *De re pecuniaria.* Etenim heredes in id quod peruenit tenentur. quære tit. 34. cap. 20.

t *Non omne crimen* Non omnis ſentẽtia condemnatum infamem facit, ſed illa quæ ex publico iudicio procedit. itaque non publico iudicio damnatus, infamis non fit, niſi ex ea cauſa damnatus ſit quæ in priuato iudicio infamiam irrogat, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

u *Interiit.* Ordo antiquus exercendorum publicorum iudiciorum interiit, manet tamen legibus definita pœna etſi extra ordinem probatur crimen.

x *Antiquus ordo.* Puta ex formula accipere nomen inſtituendi iudicii, vt in 2. th. 1. cap. 19. titu. adnotatum eſt.

y *Seruus.* Nota ſeruum capitaliter accuſatum, & non defenſum à domino, ſeruum manere prioris domini. poſt abſolutionem reatus aliud eſt, vbi pro derelicto relinquitur & quære lib. 28. tit. 4. cap. 4. 8. & lib. 33. tit. 2. cap. vlt. & lib. 49. tit. 1. cap. 28. th. 3. & lib 50 tit. 12. cap. 5.

z *In capitali crimine.* Quære lib. 48. tit. 7. cap. 9. & tit. 4 cap. 23. 8. th. 4.

a *Non ſit liber.* Nec enim videtur pro derelicto eum habere. quære ti. 51. cap. 19. & li. 46. ti 1. ca. 12. ſimilia. Quære lib. 43. tit. 3. cap. 36. & lib. 33 tit. 2. cap. 4. & lib. 28. tit. 4. cap. 48. & tit. 50. huius lib. cap. 1. th. vlt. circa finem.

b *Siue reus.* Cum inter accuſatorem & reum cognitio ſuſcepta eſt, & abeſſe reum contingit, licet volenti pro eo excuſationem facere, ſi ex iuſtis cauſis abſit, vt ne per triduum per ſingulos dies ter vocatus condemnetur. Sed ſi reus quidem præſto eſt, accuſator abeſt, licet etiam volenti cum defendere, ne de calumnia eius iudex pronuntiet.

c *Per triduum.* Hoc facti erat. nam olim ter vocatus nec veniens condemnabatur.

d *Defendere poteſt.* Reum publico iudicio.

e *Defuncto accuſatore.* Si cuius accuſator deceſſerit, eadem res poteſt ab alio apud præſidẽ prouinciæ exerceri.

f *Neque accuſari.* Exceptis ſenatoribus in actione tantum iniuriarum. vt tit. 21. cap. vlt.

g *Abſentia tamen.* Quære tit. 37. cap. 11. th. 3. & lib 8 tit. 2. cap. 33. th. penult.

g Reorum ſecundum 16. cap.

h *Ex iuſta cauſa.* Si Reip. cauſa abſit, vel ſi non data opera abſit.

i *Si quem pater.* Quære tit 1. cap. 31. & 24. th. 1. & 29. & cap. 10.

k *De cæde filii.* Nota legem ignoſcere patri filii necem vindicanti, & falſo agenti aduerſus aliquem. proinde inſcriptiones etiam ab eo non petuntur, ſicut nec à filio agente de cæde matris, vel è contrario, nec ab herede quem teſtator iuſſit mortem ſuam vindicare. & quære tit. 1. cap. 29 At ſi quis conſobrini mortem exequatur, inſcriptio ab eo exigitur, etiamſi miles ſit. & quære cap. 30. & 32. tit. 34. Quære & tit. 18. cap. 26. ex quo etiam à fratre inſcriptio exigitur.

l *Si ſeruus.* Theod. Si criminaliter conueniatur ſeruus, dominus recte eum defendit, ſententia tamen in ſeruum fertur. didiciſti enim in 3. lib. tit. 41. Conſt. 4. dominum non teneri pro ſeruo accuſato criminaliter. At dicitur in 2. Conſt. 44. tit. eiuſdem lib. 3. dominum cogi exhibere ſeruum ſuum crimini obnoxium. Sciendum vero præterea, quod ait 13. Conſtit. huius tit. eum qui accuſat ſeruum criminaliter, inſcriptionem deponere.

m *Defendit.* Plane quia dominus cum ſit liber maiore fiducia defendit in iudicio, ideo permittitur ei defenſio ſerui.

n *Infertur.* Vt enim deliquit, ita & coercitioni ex pœna ſubiacet.

o *Abſentes.* Theod. Recte defenditur ab alio qui capitalis criminis reus eſt. Simile lib. 1. tit. 4. Conſtit. 6. & lib. 7. tit. 62. Conſtit. 6. & 29. vbi ait aduocari alium pro eo. Lege 3. Conſtit. 8. tit. huius lib. 9.

p *Rei.* Quære lib. 8. tit. 2. cap. 33. th. 2. & in eo Antiquum.

q *Per procuratorem.* Didiciſti in tit. de procuratoribus τῶ νομίμων ſi crimen ex eis ſit ex quibus & in abſentem feratur ſententia, vt ſi exilii habeat condemnationem, recipi defenſorem quod ſi non ſit tale crimen, non recipi procuratorem defendentem ſubſtantiam principalis.

r *Reſpondere.* Quære tit. 37. cap. 11. th. 3. nihil aliud dicentibus procuratoribus, quam iuſtam eſſe cauſam propter quam abſunt. & quære cap. 13. th. 2.

ſ *Si accuſator.* Abſente accuſatore ex cauſa aliqua, licet abſoluatur reus, ruſus in eum inquiritur. Hoc intelligitur ita niſi, vt ſubiicit 9. Conſtit. huius tit. inueniatur innocens, videlicet inquiſitione

Digitized by Google

præcedēte. hoc vero & hæc 4. Conſt. ait diſtinguens lege 6. Conſt. propoſiti tituli: & diſces ea quæ ſunt de reo abſente. Memineris & 13. Conſt. 1. tit. 3. lib. & lege 53. Nouellam.

t *Non per contumaciam.* Sed ex iuſta cauſa, puta publicum munus. Sæpe Reip. cauſa abeſt, vel ex alia inexcuſabili cauſa, non per contumaciam.

u *Qui dicit.* THEOD. Qui deliquit non abſoluitur, licet dicat alium ſibi id ſuaſiſſe: vel, vt ait 17. Conſt. huius tit. adfirmet alium eſſe conſcium, qui ſibi id mandauerit, tenetur. Didiciſti in 6. lib. tit 35. Conſtit. 6. mandatorem cædis perinde ac ſicarium teneri. quære cap. vlt. & lib. 35. tit. 16. cap 6. Notandum eum qui mandauit alteri, vt quid committeret, & eum qui mandatum ſuſcepit teneri, niſi neceſſe habuerit parere, vt tit. 3. cap. 57. & lib. 2. tit. 5. cap. 168. & tit. 17. cap. 7. th. 7.

x *Non effugit.* Imputamus enim ei quod non debuerit parere eiuſmodi mandatoribus.

y *Mandator.* Hoc caput in criminalibus locū habet, vt ex tit. inſcriptione & toto tractatu eius aperte conſtat. Caput autem 57 tit. 3, de pecuniariis damnis loquitur, veluti Aquilia, vt apparet ex tituli inſcriptione, & ex tenore τῦ πλάτυς, & nota capita: vel potius & hoc ſecundum illud diſtinguens interpretare.

y Didiciſti & in Inſtitut. tit. De iniuriis, eum qui curauit mihi iniuriam fieri teneri iniuriarum.

z *Abſens.* THEOD. Abſens non accuſatur criminaliter, ſed requiritur ex interlocutione præſidis. Hoc vero intelligitur ita, ſi non inueniatur tempore conteſtationis, ſecundum 1. Conſt. tit. 40. huius lib. 9. nam ſi facta conteſtatione abfuerit, condemnatur, etiam abſens, ſi modo nocens eſt. Lege Nou. 134. nec te lateat 3. Conſt. 56. tit. 7. lib.

z Siue iuſta ex cauſa, ſiue non, & nota hoc nouum.

a *Sed pronuntiatur.* Quære tit. 49. cap. 1. 4. 5. & lib. 8. tit. 2. cap. 33. th. 2. & Antiquum.

b *Eum eſſe requirendum.* Præſidem oportet talem ſententiam dare, illum requiri oportere, nō etiam contra debet ferre ſententiam. quære tit. 49. cap. 1. 4. & 5. & diſces ad quale tempus vſq; bona eius non publicentur, & quando obſignata ei reuerſo reſtituantur.

c *Qui per officium.* THEOD. Quæ referuntur præſidi per officium, aut per publicas perſonas credibilia ſunt. vnde ſequitur nuntiatores delictorum non egere aliis teſtibus. ſpectatur tamen veritas. Ait enim 14. Conſtit huius tit. non eſſe credendum falſis relationibus publicarum perſonarum. quære 6. Conſt. 4. tit. huius lib. 9. ſignificat fallentes eos debere puniri.

d *Sine inſcriptionibus.* Quære tit. 35. cap. 18. 22. circa medium.

e *Examinari poſſunt.* Animaduerte, vt Conſtitutio iubeat delationes officiorum etiam ſine inſcriptionibus examinari. hinc igitur poteſt quis dicere, quod Conſtitutio non loquitur de iis quæ à defenſore nuntiantur. neque enim defenſor officialis eſt.

f *Necne.* Et vt calumniatorem damnant eum qui falſum crimen detulit, vt tit. 35. cap. vlt. th. vlt. in principio.

g *Qui dicit.* THEOD. Is cui facta eſt iniuria præſidem adeat libello dato, & non loci ſtationarios. Lege lib. 12. tit. 57. Conſt. 1. vbi ait non poſſe eos quenquam coniicere in carcerem, ſed tranſmittere ad præſidem.

h *Stationes agunt.* Didicimus vocabulum in 1. lib. τῶν πρώτων tit. 12. vbi ait debere præfectum habere in quaque regione ſtationarios.

i *Apud acta.* Sæpe enim non datum præſidi libellum, ſed ex vna parte venit eius patronus narrans ei factam iniuriam: & quæ narrat, in acta referuntur.

k *Qui de crimine.* THEOD. Criminaliter accuſatus ab aliquo, & abſolutus, non conuenitur ab alio eiuſdem criminis cauſa, niſi ex variis capitulis accuſatus liberetur ex eis quibuſdam tantum: vel, vt ait 11 Conſt. huius tit. probetur eo accuſante per præuaricationem abſolutus: vel, vt didiciſti in 4. Conſtit propoſiti tit. ex iuſta cauſa abſente accuſatore, ſine controuerſia abſolutus. tunc enim rurſus conuenitur ex integro. Si plures ſint accuſationes, ſiue plura capita vnius criminis, idem iudex omnia audiet, & de omnibus pronuntiabit. Nota & complectere quod dicitur in 3. li. tit. 1. Conſt. 12. & in 7. li. tit. 45. Conſt. 14.. in ciuilibus.

l *Deductus eſt.* Etiam ſi nondum abſolutus, ſed adhuc in reatu ſit, non poteſt alius de eodem in eum agere, ſed expectat deciſionem criminis. Et ſi condemnetur, inane erit de eodem eum ab alio accuſari: ſi innocens appareat, amplius non accuſabitur, niſi conſtet colluſiſſe priorem accuſatorē, vt ait 24. ca. Quære & ti. 34. ca. 11. th. vlt. Nota eum qui cognoſcit de diuerſis criminibus ex eodem facto ortis, non debere de eis ſeparatim pronuntiare. quære lib. 9. tit. cap. 73.

m *Ex eodem crimine.* Vt, venit quis cum populo & armis, eiecit aliquem poſſeſſione rei immobilis, & rapuit ex mobilibus quædam, & occidit quoſdam: hic tenetur vt ſicarius, & vt raptor, & vt vis publicæ reus. Vel rapuit mulierem nuptam: eſt in eum Iulia de adulteriis, & Iulia de vi publica. Vel ſæpe in via fuit cum armis, & quendam necauit, & in eum competit Cornelia de ſicariis, & Iulia de vi publica.

n *Accuſari.* Τὸ κατ' πόδας habet, Si vero ex eodem facto plura crimina oriantur, & de vno crimine fuerit in accuſationem deductus, de alio non prohibetur ab alio deferri.

o *De vno crimine.* Aliud eſt in ciuilibus actionibus, vt lib. 9. tit. 1. cap. 73.

p *Pronuntiare.* Nam ſi ex vno crimine condemnatus appellauerit, nondum de altero accepta ſentētia, prorſus debet à iudice qui appellatus eſt, in aliam cuſtodiam includi, & ab eo qui cognoſcit de alio crimine nondum finito in aliam: quod eſt abſurdum. & ideo debet vna de duobus ſententia ferri, maxime quia & cum ambo ex eadem cauſa oriantur, quaſi iuncta & cohærentia vnam debent ſententiam excipere. Cum vero abſoluendus eſt, tunc poteſt iudex vti voluerit de vno ſententiam ferre. hic enim ſuperius allata ratio adferri non poteſt. Nota regulam, Si iudex idem ab ea-

Digitized by Google

ab eadem perſona delata plurima crimina audiat,non debere eum de quoquam pronuntiare, antequam vtriuſque auditionem peregerit.

q *Simile eſt.* Theod. Qui promittit pecuniam ob euentum litis,tenetur criminaliter. Memineris 1.Conſt.49.tit. 7. lib. quæ infamari aut iudicem pecunia in lite corruptum, & lege de hoc loquentem Nouellam.

q Hoc excipiatur ſecundum 18.th.15.cap.21 tit.

r *Promittere.* Hoc eſt pariter punitur qui mandauit,& qui paruit mandato.

ſ *Poſtquam.* Vt ſi potens te impunitum ſeruare,mandaui vt quid admitteres,non inuito,timenti tamen.

t *Poſt aliud crimen.* De eo crimine quo abſolutus eſt non poteſt agere.

u *Et ſi prior.* Forte in vna cauſa duo crimina admiſit.

x *In prius crimen.* Licet ex vna cauſa oriantur.

y *Alteri.* Plerunq; agit quis cauſam præcipitationis alteri attribuens, vt puta creditorem fuiſſe dicens,qui moleſtia eum adficeret.

z *Accuſator.* Τὸ κ' πόδας. Si quis ſeruos crediderit accuſandos, non prius ad corporum tormenta veniemus, quam ſe vinculo ſubſcriptionis adſtrinxerit.

a *Deponit.* Poſſunt igitur ii interim ſub cautione fieri, nondum ab illo facta inſcriptione. Hoc enim videtur poſſe dici ex textu Conſtitutionis.

b *Non ad decreta.* Quære lib.9.tit.1.cap.71.& tit.3.cap.95.

c *In reum facta.* Ne fingas vere ſententiam latam,ſed forte prępoſitum, qui ante inquirebat, eum vocaſſe ſicarium,vel aliud quid.

d *Potentiores homines.* Theod. Potétiores homines,hoc eſt,in dignitate poſiti,cauſas criminanales agunt per ſe,ciuiles procuratorem.Lege 71.No.& memineris 26.Conſt.12.tit. 2.lib. Sciendum & quod ait 11. Conſtit. 35. tit. huius lib. 9. hos etiam iniuriarum agere per procuratorem. Significat vero & 16.Conſt.22.tit.huius lib.9.De falſis,per procuratorem eos exercere. Excipias igitur hæc duo iudicia, vel ita hæc intelligantur vt pecuniariam condemnationem inducant. poſſunt enim eam inducere.quia dicitur in 2.Conſtit.tit 1.huius lib.9.neminem agere publico iudicio alieno nomine. Τὸ κ' πόδας, Tunc oportet potentiores viros adeſſe iudicio, cum eorum præſentiam in criminibus publicis per inſcriptionem cauſa depoſcit, licet in pecuniariis cauſis per procuratorem lites ſuſtineant. Sustineant. Scias hac voce ſignificari conueniri eos per procuratorem.

d Quære tit.21. cap.57. & tit.41. cap. 51.& tit.34.cap.29. & lib. 8. cap. 103.& lib.9. tit.1. cap.59.

e *In cauſis criminalibus.* Thal. Si in crimine non deponatur inſcriptio, quinq; libris auri multantur officiales. Nota in criminibus niſi prius inſcribat accuſator,reum non duci.

f *Vt inſcriptiones.* Quære tit.34.cap.3.& th.vlt.eiuſdem.& cap.25.& tit.1 cap.34.

g *Et tempus deſignent.* Sunt quædam crimina quæ poſt multum temporis non intenduntur. oporter igitur in inſcriptionibus ponere quando commiſſum ſit crimen. quære tit. 1. cap.10. them. 6.

h *Ingrediuntur ſecretarium.* Si ſint officiales,ita expediti,vt non ſint in iudicis ſecretario,hi multa non tenentur.

i *Criminis reus.* Theod. Actor perinde ac reus cuſtoditur, niſi in dignitate poſitus ſit. Lege 1. Conſtit.4.tit.& 5.Conſtit.8.tit.huius lib.9. Actor ſi probetur calumniatus, punitur. Idem ait 5.Conſtit.præcedentis 1.tit. Conuictus vel confeſſus non interrogatur de conſciis. Sed & ſi vltro eum indicarit,fides ei non habetur.Lege 4.Conſtit.41.tit.9.lib.Memineris 2. Conſtit.65.tit.quæ ait ne in ſe quid dicenti in tormentis credi. Conſcius criminis eadem pœna tenetur. Hoc intelligatur,ſi non,vt ait 16.Conſtit.5.tit.1.lib.reum detulerit,& indicarit. Lege autem 9. Conſtit.12.tit.& totum tit.39.huius lib.9.Quære tit.34.cap.7.25.& tit.35.cap.15.16.& tit.1.cap 34.

k *Sub ſimili cuſtodia.* Nam & reus & actor fideiuſſores debent dare, hic ſe crimen perſecuturũ, ille ſe iudicio adſuturum.

k Si ipſe ſatiſdare poſſit,reus non poſſit,& ita ille ſit ſub cautione, æqualitas intelligitur. nam & ille ſub cautione eſſe poteſt.

l *Seruata exiſtimationis differentia.* Si illuſtris eſt,ſine vinculis:ſi priuatus,cum maiori cautione. Senatorem ſub cautione vt priuatum conſtitui non conuenit, ſed perſonarum ſeruanda eſt differentia.

m *Propter conſcium.* Plerunq; ait illum multa ſecum patraſſe delicta,& id crimen, quod ſibi intenditur,ſe cum illo commiſiſſe, & ex eo ſperat ſe veniam impetraturum, vel ſe ab illo ereptum iri,vel vtitur priuilegio eius, quia forte is priuilegium habet, vt ad illum vel illum iudicem deducatur omnimodo.

n *Punietur.* Nota regulam, eum qui de ſe confitetur, non debere de conſciis interrogari.

Digitized by Google

Titulus XXXIV,

Sive Digestorvm Lib. XLVIII. Tit. II.

*De accuſationibus * & inſcriptionibus.*

* καὶ ἐπιτιμίαις ἤγουν τῆς τιμωρίας τῆς ἐξ αὐτοῦ γενομένης.

Pomponivs.

MVlier [a] capitale crimen non intendit, niſi de cæde parẽtum, vel liberorum, vel patronorum, vel filiorum eorum, aut nepotum. l. 1. ff. de accuſ. & inſcript.

Papin. Et ceterorum [b] in quos inuita teſtimonium dicere non cogitur. Agunt etiam ex lege de falſis & de teſtamentis paternorum vel maternorum libertorum. l. 2. in pr. ¶ Pupillis vtriuſque ſexus conſilio tutorum agere licet de morte patris & aui, & de falſo teſtamento patris. Si vero tabulæ non exhibeantur, interdicto [c] de tabulis agitur. §. 1.

Pavl. Qui deponit inſcriptionem [d] accuſationis, deſignare debet crimen & tempus [e] & menſem & locum in quo forte commiſſum eſt adulterium, & cum qua [f] perſona. Diem vero & horam dicere non cogitur. Debet tamen ſubſcribere vel alius pro eo, ſi neſciat literas. l. 3. in pr. ¶ Quod ſi non ita [g] componatur libellus, aboletur [h] rei nomen, ex integro tamen accuſari poteſt. §. 1. ¶ Eadem dicimus, & ſi quis reus poſtuletur, quod domum ſuam præbuerit adulterio, vel quod deprehenſum adulterum dimiſerit, vel quod pecuniam acceperit pro comperto violento ſtupro in virginem aut viduam, & ſi quid ſimile. §. 2. ¶ Si [i] accuſator deceſſerit, vel ex alia cauſa non potuerit accuſare, procedens reus petere poteſt, vt nomen ſuum aboleatur, & alius eum poteſt [k] accuſare [l] intra 30. dies continuos. Sic igitur libellus componitur [m]. Ille ego profiteor apud illum præſidem probaturum me illum commiſiſſe adulterium cum illo, in domo illa, conſulatu illo [n], menſe illo. §. vlt.

Vlpian. Iudicio publico condemnatus accuſare non poteſt, niſi ſuam iniuriam vel mortem defendat filiorum ſuorum vel patroni. Nec calumnia [o] infamatus, nec deſcendens in arenam cum beſtiis depugnandi cauſa, nec artem ludicram vel lenocinium faciens, nec præuaricationis aut calumniæ iudicio publico damnatus, nec iudicatus pecuniam accepiſſe ob accuſandum, vel negotium faceſſendum. l. 4.

Idem. Qui [p] poſſunt adulterii crimen in liberos intendere, poſſunt & in ſeruos. debet [q] igitur & dominus ſuum ſeruum accuſare: alioquin [r] iuſte mulier [s] alteri [t] nupta aduerſus eum præſcriptione vtetur. l. 5.

Idem. Leuia [u] crimina etiam de plano diſcutiuntur. Accuſator [x] inſcriptio- l. 6.

Digitized by Google

inſcriptionem deponat; & caueat [y] ſe perſeueraturum [z] vſque ad ſententiam [a].

L.7. §.2. IDEM. Quo quis liberatus eſt crimine, eodem [b] non accuſatur, niſi accuſator ſuum dolorem exequatur, & doceat ſe ignoraſſe ab alio accuſationem inſtitutam. hic enim ex magna [c] cauſa admittetur propter regulam dicentem, Inter alios iudicata aliis non præiudicare.

§.3. ¶ At qui quem in crimine aliquo calumniatus eſt, non facile [d] admittitur, vel alio crimine eum accuſans [e]. filius tamen eius alio crimine eum accuſare poteſt.
§.4. ¶ Seruus [f] vbi deliquit & punitur & defenditur [g] à domino volente: nec enim poteſt ſuam prouinciam reuocare [h].
§.vlt. ¶ Si is qui in alia prouincia crimen admiſit comprehendatur, in alia in minori crimine, poſt eius cognitionem tranſmittitur ad eam in qua maius admiſit.

L.8. MARC. Exceptis iis qui prohibentur, alii poſſunt intendere iudicia publica. Quidam autem prohibentur propter ſexum vel ætatem, vt mulier [i] & pupillus, alii vt [k] milites armati, alii vt [l] magiſtratus, alii vt infames vel turpis lucri auidi: & quod acceperint ob accuſandum vel non accuſandum, & qui [m] duas accuſationes aduerſus alios ſubſcriptas habent [n], alii propter conditionem ſuam, vt libertini contra patronos.

L.9. PAVL. Alii propter ſuſpicionem calumniæ, vt qui falſum teſtimonium dixerunt.

L.10. HERMOG. Alii [o] propter paupertatem, vt qui non habet 50 aureos in bonis.

L.11. in pr. MARC. Hi tamen omnes propria crimina & mortem cognatorum defendere poſſunt.
§.1. ¶ Liberi & liberti vi de poſſeſſione deiecti à patre vel patrono, vis [p] quidem crimen intendere non poſſunt, agunt tamen poſſeſſionis recuperandæ cauſa. nam & filius aduerſus matrem de ſuppoſito [q] partu egit, ne habeat coheredem, non etiam de falſa ſcriptura.
§.2. ¶ Ab alio accuſatum alius [r] accuſare non poteſt. Sed ſi publica vel priuata abolitione vel deſiſtente accuſatore liberatus ſit, poteſt accuſari ab alio.

L.12. in pr. & §.1. VENVL. Non [s] accuſantur præſides prouinciarum vel magiſtratus vrbis Romæ, nec legati eo crimine quod ante legationem commiſerint, nec qui Reipub. [t] cauſa ſine dolo [u] abſunt, nec interueniente [x] abolitione repetitur crimen aduerſus eos inſtitutum.
§.2. ¶ Eodem [y] tempore duas accuſationes nemo inſtituere poteſt, niſi [z] ſuæ iniuriæ cauſa.
§.3. ¶ Seruo [a] accuſato eadem [b] ſeruantur quæ in libero.
§.vlt. ¶ Omnibus vero criminibus ſerui accuſantur præterquam [c] de vi priuata [d] *, & aliis quæ pecuniæ vel relegationis [e] condemnationem habent, & actione iniuriarum: ex ea tamen cauſa grauius puniuntur extra ordinem. Agitur autem in eos contra quam ferat iuris ſubtilitas de parricidio. quia qui [f] occidit parentes vel cognatos vel patronos, ea lege tenetur, quæ in ſeruos non cadunt. * ἀεὶ βίας χρηματικῆς

L.13. MARC. De annona [g] crimen intendere poſſunt mulier & infamis & miles [h] & ſeruus.

Digitized by Google

Nemo ob idem crimen pluribus legibus accuſatur. l.14.

Vlpian. Is qui alicuius dolo hominibus coactis damno adfectus eſt, non cogitur relinquere ciuile iudicium, & agere criminali. l.15.

Idem. Pluribus volentibus idem crimen intendere, iudex idoneiorẽ eligit ex perſonarum qualitate & dignitate, & ex eo quod intereſt & ætate & moribus & alia iuſta cauſa. l.16.

Modest. Dominus[i] defendens ſeruum, ſiſtendum cauet. l.17.

Idem. Si mulier[k] volens falſi accuſationem intendere, non impleat ſolemnia accuſationis intra præfinitum tempus à præſide, & pronuntiauerit non poſſe eam amplius agere, non poteſt non appellans falſi crimen intendere. l.18.

Callist. Non cogitur[l] quis plures accuſare, nec heredes accuſatoris accuſationem exequi[m]. l.19.

Modest. Publicatio[n] criminum aduerſus heredes non competit, niſi ſententia[o] in delinquentes vel litis conteſtatio proceſſerit, excepto[p] maieſtatis iudicio, & de furto ſacrarum & publicarum rerum[q], quæ ab heredibus incipiunt, & ex quo[r] quis in illa incidit, nihil ſuorum alienare vel manumittere poteſt. l.20.

Papin. Accuſatus non prohibetur cauſam deferre fiſco. l.19.

Idem. Vbi quis deliquit accuſatur, licet ex alia ſit prouincia, vel etiam ſi miles ſit. l.vlt.

a *Mulier.* Non licet mulieri quenquam publico iudicio accuſare, niſi aſcendentium vel deſcendentium iniuriam exequatur, vel patroni ſui aut patronæ, vel filiorum eius aut filiarum aut nepotum mortem.

b *Et ceterorum.* Ex certis cauſis permittitur mulieri accuſare iudicio publico, vt ſi mortem earum perſonarum exequatur, in quas inuita teſtimonium dicere non cogitur ex lege publicorum iudiciorum. idem & in lege Cornelia de falſis Senatus ſtatuit. Sed de teſtamento paterni vel materni liberti, licet mulieribus publicum iudicium intendere. quære lib. 21. tit. 1. cap. 4. & lib. 2. tit. 2. cap. 146.

c *Interdicto.* De tabulis exhibendis, de quo tractat lib. 35, tit. 5.

d *Qui deponit inſcriptionem.* Quære th. vlt. & tit. 33. c. 29. 30. & tit. 1. c. 34.

e *Et tempus.* Sunt enim quædam crimina temporalia & quæ forte iam exierunt, vel etiam propter teſtium depulſiones.

f *Cum qua perſona.* Et cum quo mulier adulterium commiſerit.

g *Non ita componatur.* Quære lib. 7. tit. 6. c. 20. quo docemur in cauſis pecuniariis libellum dari, in criminalibus inſcriptionem, vt lib. 6. tit. 6. c. 8.

h *Aboletur rei nomen.* Ait ἀνώνυμος in lib. 9. tit. 4. in adulterio intra annum poſſe corrigi errorem inſcriptionis, atque etiam in omnibus criminibus.

h Hoc eſt, inanis eſt ille libellus. Sed ſi velit alium, componet ſecundum prædictam obſeruationem.

i *Si accuſator.* Lege Iulia de vi & S. C. cautum eſt, vt ſi accuſator deceſſerit, aliave quæ cauſa ei impedierit quominus accuſare poſſit, poſſit reus poſtulare aboleri ex inſcriptionibus ſuum nomen. Quamuis autem abolitum ſit nomen rei, tamen ab alio ex integro intra 30. dies accuſatur.

k *Eum poteſt.* Eo crimine de quo alius litem conteſtatus eſt.

l *Accuſare.* Ne ita ſimpliciter textum intelligamus, ſed cum is qui nunc accuſat, conſequenter iis quæ iam in iudicium deducta ſunt iudicari deſiderat, tunc 30. dies exigimus. At cum is qui nunc accuſat, cauſam denuo inchoat, licet 30. dies exierint, rurſus recte agit. Publica enim crimina 20. annis extinguuntur.

l Vel priorem inſcriptionem ſuſcipiens, & ſubiens intra 30. dies, vel ipſe dans inſcriptionem nouam. & 30. dies habet deliberandi cauſa.

m *Libellus componitur.* Quære tit. 37. c. 34. & tit. 41. c. 57.

n *Conſulatu illo.* Cauſam propter quam tempus inſcriptione accuſationis ponitur tradit 2. adnotatio, c. 29. tit. 33.

o *Nec calumnia infamatus.* Quære tit. 1. c. 10. 11. 15. th. vlt. quære & lib. 21. tit. 1. c. 13. & lib. 8. tit. 1. c. 2. th. 6. & 7. & lib. 2. tit. 2. c. 2. th. 6.

p *Qui poſſunt, &c.* Nam qui accuſant adulterii, primum debent in adulterum agere, deinde in fœminam.

Digitized by Google

fœminam. Si igitur prius in fœminam agat, præſcribet eum mulier. hoc cum mulier alii viro nupta eſt. quod ſi alii nupta non ſit, ſed vidua manſerit, aget cum quo volet, vel cum fœmina vel cum adultero, vt tit. 37. cap. 5. Quære & cap 15. finem. & cap. 33. & cap. 6.

p Accuſatur etiam ſeruus adulterii. Sed qui prohibetur liberos accuſare, nec ſeruos accuſare poſſunt. Ex reſcripto D. Marci, & ſeruum proprium adulterii accuſare dominus poteſt. Poſt hoc igitur reſcriptum cogitur vir, licet ſeruum ſuum dicat adulterium commiſiſſe cum vxore, legitime eum accuſare. quod ſi non fecerit, ſine controuerſia mulier alteri nupta præſcriptione vtetur, Debere virum prius adulterum accuſare.

p Vir, pater, frater, patruus, auunculus. Vel dic ſecundum Antiquum. tunc enim publicum erat crimen quod à quolibet intendebatur, vt cap. 1. tit. 33.

q *Debet*. Quære tit. 37. cap. 33. & vlt. th. 14. cap. & cap. 32.

r *Alioquin iuſte*. Quære tit. 37. cap. 3. th. 1. & 33. th. 1 & eiuſdem cap. 1.

ſ *Mulier*. Niſi denuntiauerit antequam nuberet. nam tunc ab ea incipere poteſt, nec excluditur præſcriptione.

t *Alteri nupta*. Quære tit. 37. cap. 2. th. 4. & ſecundum illud intelligatur cap. 33. th. 1. Nota caſum in quo dominus iudicio cõſiſtit contra ſeruum. quod exiſtimo & in aliis criminibus obtinere. nam & de cæde dominus agere debet aduerſus ſeruum. & ſic de alio omni crimine. quia non debet hac pœna ſeruos dominus adficere ſine iudicio.

u *Leuia crimina*. Leuia crimina etiam pro tribunali audire proconſul debet, & ea diſcutere; & vel reos liberos omittere, vel fuſtibus cædere vel flagellis ſeruos verberare.

x *Accuſator*. Si cui crimen obiiciatur, præcedere debet accuſationem inſcriptio. Ideo autem inuenta eſt inſcriptio, ne facile quis ad accuſationem procurrat, ſciens non inultam ſibi accuſationem futuram. Caueant igitur ſinguli qui accuſaturi ſunt ſe accuſationem inſtituturos, & in ea perſeueraturos vſque ad ſententiam, nec deſtituros. Quære tit. 1. cap 34. & tit. 66. cap. 1.

y *Et caueat*. Recte ait Iuriſconſultus, in criminalibus accuſatorem inſcriptionem dare. nemo enim agens publico iudicio poteſt dicere, hanc vel illam actionem intendo, ſed legem & accuſationem illam. nec enim, vt in cauſis ciuilibus actor dicitur, ita & in criminalibus: ſed accuſator vocatur in criminalibus, & in illis libellus, inſcriptio. quære lib. 7. tit 6. cap. 20.

z *Se perſeueraturum*. Hoc capite exiſtimo aperte probari in criminibus libellum nõ dari, ſed inſcriptionem componi. nam & ob id accuſator dicitur, qui crimen vult intendere quære & 3. cap. quo idem dicitur. Lege & lib. 7. tit. 6. cap. 20. quo dicitur in parte & libellum eis dederit, in ciuilibus ſcilicet, vel inſcriptionem in criminalibus. Data enim inſcriptione accuſator cauet ſe accuſationem executurum nec abiecturum datis fideiuſſoribus, vt tit. 66. cap. 1. huius lib. & tit. 35. cap. 4. Et inſcriptio accuſationis exponitur ſecundum diuiſiones quas tradit 3. cap. huius tit. & eius 2. th. & præſtita prius cautione de perſecutione criminis, vt fit etiam in cauſis ciuilibus, reus trahitur in iudicium ſi præſens ſit, & data inſcriptione compoſita accuſatio ſecundum diuiſiones 1 & 2. th. 3. cap. huius tit. editur reo, & currunt 30. dies, intra quos ſi pœniteat accuſatorem, & velit deſiſtere, præſente reo examinatur cauſa propter quam vult deſiſtere, & vel admittitur vel reiicitur. & lege de hoc 2, & 3. cap. 64. tit. huius lib. Quod ſi reus abſit, tunc accuſator ſatiſdat apud iudicem ſe crimen executurum, vt ait tit. 1. cap. 34. & huius tit. cap. 25. nam attende ad cap. Non dicit eum dare inſcriptionem deſignato delicto, tempore, menſe, & reliquis quæ refert 3. cap. ſed inſcribit ſiue cauet ſatiſdato de exercendo crimine. Tum vocantur rei dato il is ad ſiſtendum legitimo tempore, de quo 21. tit. 6. lib & præterea diebus 30. vt ait 16. cap. 35. tit. & ibi quarta adnotatio. Vbi venerint, tum datur accuſationis inſcriptio. Et intra 30. dies præſentibus reis datur abolitio. Sic expoſitis capitibus nec ratione vacans nec cõtrarium quidquam apparebit. Quod ſi vt quidam dicunt, abſentibus reis inſcriptionem accuſationis ſiue intentionẽ criminis accuſator ſtatim facere debet, quę contineat obſeruationes relatas 31 00. omnino & 30. dies intra quos abolitio datur, debent currere, & cum abſente reo. At ſi accuſator eam petat, non admittetur, quia præſens non eſt reus, vt eo præſente detur, vt ait 2. & 3. cap. 64. ti. atque ita fiet, vt vel abſente reo detur abolitio, quod eſt contra ius, vel ea non data inuitus accuſator crimen intendat. quod alienum eſt ab æquitate legum. quære libro 50. tit. 3. cap. 58. idque expendo, hoc fortaſſe corrigit & tit. 41. huius lib. cap. 57.

a *Vſque ad ſententiam*. Quære lib. 6. tit. 1. cap. 30. & eiuſdem tit. 6. cap. 8. & tit. 41. huius lib. cap. 57.

b *Eodem non accuſatur*. Niſi colluſio prioris perſonæ probetur, & neſcierit alius agi. nam ſi ſcierit, & habens plus iuris ſe præferri non petierit, iu videtur remiſiſſe actori, & illius actione contentus eſſe.

c *Ex magna cauſa*. Vt cum abfuit vel ignorauit alium actorem eſſe. Sed hoc cum prior condemnatus eſt. nam ſi prior condemnarit, iam non à poſteriori reus criminis poſtulari poteſt.

d *Non facile admittitur*. Non facile, adiicitur, quoniam ſi ſuam vel ſuorum rem exequatur admittitur, licet calumniatus ſit.

e *Accuſans* Sed neq; alium accuſans. quia enim condemnatus, vt calumniator, infamis ſit, non poteſt crimen intendere, niſi ſuam vel ſuorum rem exequatur.

f *Seruus*. Quære tit. 51. cap. 60. & tit. 5. cap. 83. lib. 7. & tit 5. huius lib cap. 42.

g *Defenditur*. Inuitus namque ſeruum defendere non cogitur. Nota, delinquentem non habere fori præſcriptionem. Lege in cap. nonam adnotationem & prætermiſſionem.

Digitized by Google

h *Suam prouinciam reuocare.* Cauſæ enim criminales vel vbi delicta commiſſa ſunt exercentur vel vbi lis conteſtata eſt, vel vbi rei deprehenſi ſunt. Proinde agitur vbiq;. & quære li.7.tit.5.ca.83.

i *Mulier.* Nota quæ non poſſint agere publico iudicio. & quære cap.4.cum eius th.& cap.42. & 43. Quære lib 8.tit.1.cap.1.th.4.

k *Vt milites.* Quære tit.41.cap.1.& lib.37.tit.10.cap.18.finem.

l *Vt magiſtratus.* Alii propter magiſtratum vel poteſtatem in qua agentes ſine domino in ius vocari non poſſunt. Nota, magiſtratus quandiu magiſtratu funguntur, non poſſe accuſare, non poſſe etiam eos accuſari, vt & in ciuilibus lib.7.tit.5.cap.48.quære & huius tit.cap.12.

m *Qui duas accuſationes.* Eodem tempore. Poſſunt tamen & tertiam inſtituere, vt 2.th.12.cap. cum ſua aut ſuorum res eſt. quære & cap.38.

n *Habent.* Nam qui duas accuſationes inſcriptas habent, tertiam non poſſunt inſcribere, quando duas poſſunt habere, quidam vnam communem & vnam propriam intendunt, quidam tertiam non intendunt, communem puta nam propriam identidem inſtituere licet, vt cap. 38. quod eſt Conſt.16.tit.1.lib.9.Codicis.

o *Alii propter paupertatem.* Hi etiam teſtimonium non dicunt.

p *Vis quidem crimen.* Et hoc quidem crimen non intendunt, quia ciuili accuſatione poſſunt damnum ſibi illatum reſarcire. Sed ſi filium eorum occiderit, vel vxorem adulterauerit, mea ſententia agunt cum effectu.

q *Suppoſito partu* Falſum quidem mater fecit. at de falſo in eam filius non agit, quod falſo finxerit ſe eſſe prægnantem Oportet vero hîc ita Græco ſermone enuntiari de falſis. Sic habet τὸ πλάστει, περὶ πλαστοῦ: non περὶ πλαστογραφίας. nec enim falſum ſcripſit mater, ſed fecit.

q Filio agente petitione hereditatis opponit mater duos eſſe filios, poteſt in præſcriptione docere ſuppoſitum eſſe partum, non etiam crimen falſi de ſuppoſito partu intendere.

r *Ab alio accuſatum.* Eodem crimine. alio poteſt.

ſ *Non accuſantur.* Didicimus ſuperius qui non poſſint accuſare. in hoc Dig. docet qui non poſſint accuſari.

t *Reip. cauſa.* Quære lib.7.tit.5.cap.2.thema 4. quo idem dicitur & in cauſis ciuilibus cum diſtinctione.

u *Sine dolo.* Quando non euitandæ & differendæ accuſationis cauſa abſunt.

x *Nec interueniente abolitione.* Sed etſi quis iam accuſatus abſit Reip. cauſa & abolitione interueniente velit accuſator in eum repetere crimen, is vero repetitioni obiiciat abſentiam Reip. cauſa, recipiemus eius excuſationem, nec ſinemus eum accuſari.

x Niſi interuenerit abolitio, & poſt impletum eius tempus cœperit legatione fungi vel abeſſe.

x Videlicet ſi abolitionem criminis petierit accuſator, nō poteſt id rurſus crimen intendere. ſic enim accipio hæc verba, Interueniente abolitione. nam ſi interueniat abolitio, de qua tit.1.cap. 17. rurſus poteſt repeti crimen, vt eiuſdem tit.1.cap.19.th.2.

y *Eodem tempore.* Non agit aduerſus duas perſonas criminibus diuerſis.

z *Niſi ſuæ iniuriæ cauſa.* Tunc enim & tertiam inſtituere poteſt, vt cap.38.& tit.37. cap. 6. them.vlt.

a *Seruo accuſato.* Si ſeruus reus poſtuletur, eadem omnia obſeruantur ex S.C. quæ in libero homine. Omnibus autem publicorum legibus ſeruus reus fit recte, excepta lege Iulia de vi priuata, quia ea lege damnatis partis tertiæ bonorum publicatio irrogatur, quæ pœna in ſeruum non cadit, cum bona habere non poſſit. idem dico & de publicis legibus quæ pecuniariam condemnationem habent vel etiam capitis citra ſanguinem, quia ſeruus ciuitate vel libertate plecti non poteſt, veluti deportatione quam in textu relegationem vocat. Sed neque lex de parricidio in ſeruum intenditur. quia primum legis caput quo dicitur, Qui parentes vel cognatos ſuos interemit, vel patronos, hac lege teneatur, non poteſt de ſeruis intelligi. quales enim parentes vel cognatos vel patronos ſeruus habere poteſt? ſed hæc quantum ad verba legis dicuntur. Quia vero natura parentum & cognatorum communis eſt, ſimiliter in ſeruos animaduertetur, ſi in legem parricidii inciderint. Sed neque lex Cornelia iniuriarum eam infert ſeruis pœnam, quam Cornelius Sulla tulit. At durior tamen pœnæ extra ordinem ſubiicitur ex cauſis legis Corneliæ iniuriarum.

b *Eadem ſeruantur.* Puta, inſcriptio & cuſtodia accuſatoris.

c *Preterquam.* Quære tit.18. cap.10.th.vlt.& cap.12.& lib.2.tit.3.cap.32.

d *De vi priuata.* Quia damnatus hoc crimine tertia parte bonorum multatur & infamis fit. Seruus autem nec bona haber, nec honeſtus eſt. denique fieri non poteſt vt has pœnas patiatur ſeruus. & quære 12.cap.18.tit.

e *Relegationis.* Relegationis enim quæ cura ſeruo extorri ſuæ patriæ, & relegationem pro ſeruitutis remiſſione habenti?

f *Qui occidit parentes.* Quia & vxores ducere prohibentur filias ſuas vel matres, vt lib. 28.tit.5. cap.3.5.18.& 11.& lib.2.tit.3.cap.8.

g *De annona*, De annona publicam legem aduerſus eos qui vexant annonam publicam, recte intendit etiam mulier, propter publicam annonæ vtilitatem.

h *Miles.* Nam etſi alienas cauſas miles deferre non poſſit, ſed excubare debeat potius pro communi ſalute, tamen admittemus eum ad hanc accuſationem.

i *Dominus defendent.* Cum ſeruum criminis capitalis reum ſiſti de domino ſtipulamur, fideiuſſores dare iubetur. quære 35.tit.cap.1.& 2.

Digitized by Google

k *Si mulier.* In facto ſupponitur, falſum fratris ſui teſtamentum accuſare volens.

l *Non cogitur.* Vt ſi tres quem occiderint, & ego in vnum agam.

m *Accuſationem exequi.* Cœptam à defuncto.

n *Publicatio criminum.* Quæ ex publicis iudiciis ſequuntur publicationes, non aliter tranſeunt in heredes delinquentes, quam ſi defunctus litem conteſtatus vel condemnatus ſit. excipitur repetundarum & maieſtatis iudicium. hæc enim duo crimina etiam ante litem conteſtatam & condemnationem defuncti qui ea admiſit, exercentur in heredes, vt bona eorum fiſco vindicentur, idque ius adeo obtinet. vt Seuerus & Antoninus reſcripſerint, ex quo quis ea crimina commiſit, non poſſe eum bona ſua alienare vel ſeruum ſuum manumittere. In aliis vero omnibus delictis, in heredes accuſatio incipit, ſi viuo reo accuſatio mota eſt, licet ſequuta condemnatio non ſit. quære lib. 9. tit. 1. cap. 46. & 144. & huius lib. tit. 56. cap. 4. & 5. & ibi Antiquos & Scholia.

o *Niſi ſententia, &c.* Quære lib. 41. c. 11. th. 4. tit. 1.

p *Excepto maieſtatis iudicio.* Quære tit. 36. cap. 1. & 19. & tit. 33. cap. 3. & 6. & tit. 1. cap. 24. them. 4.

q *Publicarum rerum.* Et in Manichæos & Donatiſtas. hæc enim crimina tranſeunt in heredes, vt lib. 1. tit. 1. c. 20. & ibi Thalelæus.

r *Ex quo.* Siue ex quo deliquit, non poteſt alienare quidquam. & quære cap. 19. tit. 36. & nota alienationes bonorum quæ ad eos pertinent, qui inciderunt in maieſtatis vel peculatus crimen, ex tempore delicti prohiberi.

l. 1. C. de his qui accuſ. non poſſ. [23] SI QVIS [a] crimen deponat aduerſus aliquem, is vero contra illi grauius [b] crimen obiiciat, prius oportet grauius crimen quod relatum eſt exerceri [c]. Lib. 9. Codic. tit. 1. Conſt. 1.

l. 2. [24] PVBLICUM [d] crimen quod pupillis cōpetit tutores exercere poſſunt.

l. 3. [25] QVICVNQUE [e] crimen intendit, prius [f] debet inſcribere & ſatiſdare [g] ſe crimen executurum, vt tum vel detineantur rei, vel vocentur [h] edicto vt veniant, & non venientes extra ordinem [i] puniuntur & ſumptus agnoſcunt.

l. 4. [26] MVLIER [k] poteſt publicum crimen intendere, ſi ſuam [l] iniuriam defendat [m].

l. 5. [27] S. C. [n] vetitum eſt mulieri crimine legis Corneliæ reum quenquam facere [o], niſi res ad eam [p] pertineat. Cum igitur liberi mulieris tutores & curatores habeant, ipſi deliberare debent an inſtrumenta ex quibus aduerſarium liberorum viciſſe dicitur, falſa eſſe accuſare debeant.

l. 6. [28] SI QVIS [q] profiteatur ſe accuſatione diſcedere, amplius intendere eam non poteſt [r].

l. 7. [29] SI [s] is qui crimen intendit moretur exercere, iudex debet ſtatuere tempus intra quod niſi crimen exequatur, videtur renuntiare, nec iam amplius poteſt crimen intendere.

l. 8. [30] VT mulier, ita miles [t] poteſt conſobrini ſui mortem vindicare.

l. 9. [31] POTEST mulier de cæde filii publicum crimen intendere, videlicet ſi prius probauerit [u] ſe eſſe matrem.

l. 10. [32] MILES [x] perſequens crimen vt proprium, debet inſcribere.

l. 11. [33] QVI [y] quē accuſat de incēdio volūtario, agere poteſt lege de ſicariis [z].

l. 12. [34] A MVLIERE quæ ſuam vel cognatorum [a] iniuriam perſequitur, inſcriptio [b] non exigitur.

l. 13. [35] FRATER aduerſus [c] fratrem ſi intēdat publicum crimen [d], relegatur.

l. 14. [36] POTEST [e] mulier filio ſuo intendere publicum crimen.

l. 15. [37] INFAMIS [f] non poteſt publico crimine accuſare.

l. 19. [38] QVI ſimul [g] duo crimina [h] mouit, iam non poteſt eodem tempore tertium mouere, niſi ſuum & ſuorum iniuriam perſequatur.

39 QVI in alicuius domo degit, non poteſt in eum crimen [k] intendere. Sed ſi pecuniarium quid debeatur, recte de eo agit. L.17.

40 POTEST quis etiam in ſororem [l] leue crimen intendere. L.18.

41 ACCVSATVS criminaliter neque minus [m] neque par [n] crimen [o] poteſt obiicere, niſi prius ſe crimine purgauerit in ſe collato. poteſt tamen interim in eos qui ſe accuſant inſcriptionem deponere [p]. L.19.

42 SI cuius [q] familiaris vel ſeruus vel filius ancillæ velit domino publicum [r] crimen intendere, excepto ſcilicet crimine maieſtatis, ſtatim in ipſo accuſationis initio, ferro puniatur. L.20.

43 LIBERTVS [s] etiam patrono vel heredibus eius intendens publicum crimen, ferro punitur. L.21.

a *Si quis.* THEOD. Duobus ſe inuicem accuſantibus criminaliter, non qui prior inſcripſit, ſed is cuius grauior accuſatio eſt præfertur agendo. Significat autem 32. Conſtit huius lib 9. in duobus delictis, maius præferri. Sciendum & quod ait 19. Conſt. huius tit. ſi paria ſint delicta, eum præferri in accuſando qui prior inſcripſit, niſi alius ſuam ſuorumve cauſam exequatur.

b *Grauius crimen.* Quære c 41. & lib. 7. tit. 3. c. 35. 36. & eius prætermiſſiones, & ſecundam adnotationem 36. cap.

c *Exerceri.* Quære cap. 41. idque intelligatur in eo qui iamdiu accuſatus eſt, & poſtea minus vel par crimen opponit. Hoc vero in eo qui nuper accuſatus grauius crimen intendit. Hoc enim demonſtratur ex adnotatione in hoc caput. Lege & ſcholium, 41. cap.

d *Publicum crimen.* THEOD. Quod pupillis competit publicum crimen, tutores exequi poſſunt, puta ſi, vt ait 5. Conſtit. huius tituli, velint ipſi pupilli. Qui alieno nomine publicum iudicium inſtruit, infamis non fit niſi probetur calumniator. ſciendum enim illud eſt quod ait 15. Conſtit huius tituli, eum qui perperam crimen intendit, de calumnia teneri. lege & 17. ſequentis 2. tit. THAL. Egerunt tutores aduerſus aliquem ex chirographo, qui dixit ſe ſoluiſſe pecuniam, & protulit ſolutionis profeſſionem, quam tutores falſam eſſe aiunt. Conſtitutio ait, Quia publicum eſt crimen, agant ipſi ſuo nomine vt tutores. nec enim infamantur, niſi euidens eorum calumnia appareat.

e *Quicunque crimen.* THEOD. Qui vult exequi crimen, inſcriptiones deponat, & ſatiſdet ſe accuſationem executurum, vt ita teneatur reus vel vocetur edictis, & niſi paruerit puniatur. Ait enim 13. Conſtit. 2. tit. huius lib. 9. eum etiam qui ſeruum accuſat, debere inſcriptionem deponere. Adiicit vero & 10. Conſtit. huius tit. à milite publicum crimen intendente inſcriptionem deſiderari. Lege & 9. Conſtit. 2. tit. huius libr. que ait debere accuſatorem inſcriptionem deponentem dicere & qualitatem & tempus criminis. Sciendum & illud quod docet 17. Conſtit. eiuſdem 2. tit. 9. lib. inſcriptionem non deponente accuſatore, nullo modo obnoxium fieri reum. Adiicit autem 2. Conſtit. 3. tituli, inſcriptionibus non depoſitis ſe ſiſtere reum non cogi. Idem ait 53. Nou. Lege & 1. Conſtit. 45. tit. & 17. Conſtit. 46. tit. huius lib. Sciendum & quod ait 1. Conſtit. 44. tit. huius lib. eum qui inſcripſit aduerſus aliquem niſi crimen exequatur infamari & publicari quartam partem bonorum. Sed hoc intelligitur, niſi, vt ait 1. Conſtit. 45. tit. huius lib. petierit abolitionem. Præterea ſic intelligitur, eſſe tamen perſonas & crimina in quibus non eſt neceſſaria inſcriptionum depoſitio. Didiciſti enim in 1. lib. tit. 11. Conſtit. 7. in accuſatione paganorum inſcriptionem neceſſariam non eſſe. Alia ipſe magiſtratus perſequitur ſine accuſatore. Ait & 12. Conſtit. huius tituli, à muliere exercente publicum crimen inſcriptionem non peti. Adiicit & 29. Conſtit. 9. tit. huius lib. eum qui agit de adulteriis iure mariti, inſcriptionem non deponere. Significat & 1. Conſtit. 37. tit. huius lib. ſine inſcriptione à quolibet abigeos accuſari. & nota hoc.

f *Prius debet.* Puto ſi quis in abſentem ſit accuſationem inſtituturus, debere eum prius inſcribere id eſt, cauere ſatiſdato ſe crimen perſecuturum: quo facto datur temporis quod ſatis eſt reo ad ſiſtendum: de quo 21. tit. 6. lib. & hoc amplius 30. dies, vt demonſtrat 16. cap. 35. tit. huius lib. & ibi quarta adnotatio. & poſtquam reus ſtatus eſt iudicio, componitur inſcriptio ab accuſatore, deſignans ea quæ referuntur 3. cap. & 2. th. eius, & eſt in eius arbitrio poſt dationem inſcriptionis intra 30. dies præſente reo deſiſtere, ſecundum diuiſiones 2. & 3. cap. 64. tit. nam ſi ab initio dixerimus inſcriptionem criminis inſtitui, non licebit ei retro cedere propter abſentiam rei, quo præſente abolitio datur, atque ita fiet vt accuſator inuitus inſtituat accuſationem. Igitur abſente eo qui reus futurus eſt, cautio de exercenda lite prius datur, vt hoc capite dicitur, quo obſerua vt dicatur, inſcriptiones & fideiuſſores dari de exercenda lite. Non ait debere eum inſcribere & qualitatem criminis & locum & tempus & reliqua inſcriptionis. quære & tit. 1. cap. 34. quod congruit cum hac interpretatione. At cum præſens eſt reus, inſcriptio criminis quæ in criminibus libelli obtinet locum, ſtatim datur, & fideiuſſores petuntur de exercenda lite, & abolitio ſecundum leges locum habet.

g *Satiſdare.* Quære tit. 1. cap. ante 4. cap. finem. & tit. 35. cap. 3. 4. & tit. 1. c. 34.

h *Vel*

Digitized by Google

h *Vel vocentur.* Quia abſentes non aliter inquietantur, quam ſi inſcriptiones datę ſint, intelligere potes prius datas inſcriptiones & poſtea libellum, ſi & in criminalibus inſcriptionem libellum vocare licet. quære tit. 1. cap. 33. & huius tit. cap. 6. thema 2. & in eo Antiquum. & 33. tit. cap. 29. & 30.

i *Extra ordinem puniuntur.* Nam relegantur, vel arbitrio iudicis pecuniariam pœnam ſubeunt. Corporalis enim pœna abſentibus non infertur. quære lib. 21. tit. 1. cap. 3 th 3.

k *Mulier.* Theod. Mulier publicum iudicium exercet ſua ſuorumve cauſa Idē ait 19. Conſt. huius tit. vt enim adiicit 5. Conſt. huius tit. non aliter poteſt mulier crimen intendere, quam ſi ſuā cauſam perſequatur. Lege & 5. Conſtit. 20. tit. huius lib. 9. quæ ait mulierem recte agere lege Fabia pro fratre ſuo. Addit & 19. Conſtit. 22. tit. propoſiti libri, ſimiliter de falſis eam agere pro fratre. Sciendum vero & id quod declarat 12. Cōſtit. huius tit. à muliere iudicium publicum intendente inſcriptiones non peti, vt iam dixi tibi. τὸ κατὰ πόδας. Vxor ſi conſobrini ſui necem vindicandam exiſtimat, adeat præſidem prouinciæ. quære ſequens cap. & titu. 48. cap. 3. them. 8. & tit. 48. cap. 12.

l *Si ſuam iniuriam.* Sua autem iniuria intelligitur ſi & mortem ſui conſobrini velit defendere.

m *Defendat.* Non petitis inſcriptionibus, vt cap. 34.

n *S. C. vetitum eſt.* Thal. Idem pręcedens & præſens Conſtitutio dicit, mulierem publico iudicio experiri non poſſe, niſi ſua ſuorumve cauſa. Hoc cum dixiſſet Conſtitutio, infert, libros qui tutores habent ipſos potius debere arbitrari, an oporteat ab eis agi de falſo.

o *Facere.* Nota in inſtrumento liberorum nos non dicere rem pertinere ad matrem: in cæde autem, etiamſi conſobrinus ſit occiſus, dicimus mulierem poſſe rem defendere.

p *Ad eam pertinet.* Vt ſi ipſe tutor ſit, vel ſi ex falſo lædatur.

q *Si quis profiteatur.* Theod. Qui profeſſus eſt ſe diſcedere ab accuſatione ſua, rurſus eam inſtituere non poteſt. Ait autem 7. Conſtit. huius titu. & eum qui non exequitur litem intra definitum à iudice tempus videri renuntiaſſe ſuæ actioni. Lege 2. Conſtit. 44. tit. & 6. Conſtit. 45. tit. huius libri.

r *Non poteſt.* Ad eum qui renuntiauit hęc verba referuntur, amplius intendere non potes. denique ſi eſt crimen de quo paciſci liceat, nec alius quis agere poteſt eo crimine. ſed ſi de eo paciſci fas non ſit, alius aget, ipſe non item.

ſ *Si is qui.* Theod. Poteſt iudex moram faciente accuſatore ſtatuere tempus intra quod debeat crimen exerceri. hoc intelligitur in ſolo crimine. Aliud enim Nouellæ diſponunt de ciuilibus. Lege igitur 53. & 96. No. & 112. & 115. & 65.

t *Ita miles.* Recte agit miles criminaliter ſua ſuorumve cauſa. At ſciendum caueri 10. Conſtit. huius tit. inſcriptionem ab eo exigendam, vt iam ante dixi tibi.

u *Si prius probauerit.* Nota ei incumbere onus probandi, vt probet ſe eſſe matrem.

y *Miles perſequens.* Itaque ſi inueniatur calumniatus, quamuis miles ſit, à iudice legitimę pœnæ ſubiicietur. Nota à milite ſuum crimen exequente inſcriptionem peti. Idem & in omnibus, exceptis quibuſdam.

y *Qui quem accuſat.* Theod. Qui data opera incendium facit, lege Cornelia de ſicariis tenetur, hoc eſt, occiditur. Si vero non data opera id fecerit, Aquilia tenetur in duplum damni, ſiue eius quod intereſt hoc enim extrinſecus intelligitur. Memineris 1. & 2. Conſt. 35. tit. 3. lib.

z *De ſicariis.* Si igitur incendium non fiat data opera, non tenetur lege Cornelia de ſicariis, ſed præfectus vigilum delinquentes punit, quod didiciſti 1. lib. τῶν πρώτων, ſub tit. De officio præfecti vigilum.

a *Vel cognatorum.* Quære cap. 1. 2. & tit. 47. cap. 3. them. 9 & tit. 1. cap. 10. th. 6. & ibi ſcholium & tit. 48. cap. 12.

b *Inſcriptio non exigitur.* Quære tit. 1. cap. 29. & tit. 66. cap. 5.

c *Frater aduerſus fratrem.* Theod. Frater aduerſus fratrem intendit crimen publicum niſi ſit graue. nam 18. Conſt. huius tit. ait leuia crimina ſibi inuicem obiicere fratres. Lege 17. Conſt. huius tit.

d *Publicum crimen.* Additur in τὸ κατὰ πόδας, Magnum. & ait Thalelæus, licet publicum ſit, modo non ſit ex magnis capitalibus criminibus, pœnam relegationis ceſſare.

d Alienum iure publico. nam ſuum intendere non vetatur.

e *Poteſt mulier.* Theod. Criminaliter agit pater aduerſus filium inſidiantem ſibi. memineris 3. & 4. Conſt. 8. lib.

f *Infamis non poteſt.* Eivsdem. Infamis non agit publico iudicio. At didicimus 1. lib. tit. 1. Cōſt. 3. quemlibet hominem agere in Neſtorianos. Dicitur & in 4. Conſt. 5. tit. eiuſdem 1. lib. Manichæos à quolibet accuſari indiſtincte. Videamus igitur num infamis & mulier & miles poſſint eos accuſare.

g *Qui ſimul.* Theod. Plus quam duobus iudiciis ſimul nemo contendit, niſi ſua ſuorumve cauſa: quære cap. 12. th. 2. & tit. 37. cap. 7 th. vlt.

h *Duo crimina mouit.* Verum ſecundum mouit ſua vel ſuorum cauſa, alioquin nec ſecundum inferri poteſt & quære cap. 12. th. 2.

i *Qui in alicuius domo.* Qui cum aliquo manſit à teneris annis, ciuiliter quidem cū eo agit, criminaliter tamen eum non accuſat. Τὸ κατὰ πόδας habet, Non habebit accuſandi facultatem eius cuius in domo eum licet ingenuum à prima ætate fuiſſe cōſtabit. Hæc τὸ κατὰ πόδας. Ait autem Thalelæus illud exponens, Licet ingenuum. nam ſi erat libertus, alia ratione probibetur crimen intendere.

Digitized by Google

Nota quod quacunque in parte domus diuerſatus ſit, nihil refert, vt etſi, verbi gratia, apud ianitorem fuerit, prohibetur agere in eum criminali iudicio.

k *Crimen intendere.* Iure publico. ſua verò vel ſuorum cauſa aget.

l *In ſororem.* Similis eſt Conſtitutio 1 . permittens leue crimen fratri intendi. Additur in τὸ κ' πόδας, Si vero quid temere petatur, congrua vltione plectetur. & ait Thalelæus, Inuenies pœnam temere agentium publico iudicio in prædicto à me tit. De calumniatoribus huius lib.

m *Neque minus.* Etiamſi ſola inſcriptio in eum facta ſit, non etiam lis conteſtata. ſed ſi hic maius obiiciat, & ſola inſcriptio præceſſerit, præfertur maius ante conteſtationem minoris præcedentis.

n *Neque par.* Nam ſi maius ſit quod obiicitur crimen, exercetur ,. vt didiciſti in 1. Conſtit. huius tituli.

o *Crimen poteſt obiicere.* Scire nanque oportet, cum is qui accuſauit, retro accuſatur, debere quæri facta ſit conteſtatio cognitionaliter, ſiue præſente vtraque parte accuſationis prioris necne: & ſi facta ſit, tunc obiecta accuſatori à reo accuſatio, ſiue minor, ſiue par ſit, præiudicium patitur. Sed ſi facta non ſit litis conteſtatio, tum ſi maior ſit accuſatione recriminatio, vincet: ſi minor, vincetur.

p *Inſcriptionem deponere.* Interim igitur inſcriptio fit, & dantur fideiuſſores de exequenda lite, vt & illi ſatiſdant ſe ſuſcepturos actionem.

q *Si cuius familiaris.* Theod. Publicum iudicium ſeruus non exercet contra dominum, niſi Iuliam maieſtatis. alioquin capite plectitur. Lege 7. Conſt. 8. tit. huius lib. Excipias & legem de annona. Sciendum & quod ait 21. Conſtit. huius tit. libertum agentem criminaliter contra patronum vel heredes eius, ferro pl. cti.

r *Publicum crimen.* Iure publico. nam ſuum crimen etiam ſeruus perſequitur, vt cap. 5. & ſilius.

ſ *Libertus etiam.* Additur εἰς τὸ κ' πόδας, ante prohibitæ accuſationis exordium.

Titulus XXXV.

Sive Digestorvm Lib. XLVIII. Tit. III.

De cuſtodia & exhibitione reorum.

Vlpianvs.

Præses æſtimat vtrum reus debeat in carcerem mitti, an militibus [a] tradi, vel fideiuſſoribus [b], vel ſibi [c] committi. hoc autem fit ex qualitate criminis, vel propter honorem, aut propter diuitias rei, aut dignitatem, vel propter innocentiam [d]. l. 1. ff. de cuſt. & exhib. reor.

Papin. Si neque dominus neque alius caueat ſeruum reum poſtulatum ſiſti, ex cuſtodia [e] vitam traducet. ¶ At ſi initio adfuerit dominus, vel inopia laborarit, poſteà autem reuerſus vel idoneus effectus velit cauere, liberatur cuſtodia, niſi multum [f] temporis præterierit. Ex publica autem abolitione non liberantur [g] ſerui priuſquam de eis iudicetur. ¶ Qui exhibentur [h], non accuſantur alio crimine ante admiſſo, quod ſeruatur etiam in iis [i] qui facti ſunt ſub fideiuſſoribus ex cauſa ciuili, niſi tempore actio ſit peritura [k]. l. 2. in pr. §. 1. §. vlt.

Vlpian. Qui fideiuſſores habet, non coniicitur in vincula, niſi graue ſcelus admiſerit, vt neque fideiuſſoribus neque militibus debeat tradi. l. 3.

Idem. Qui fideiuſſit pro reo, niſi exhibeat, pecuniariam pœnam præſtat. quod ſi neque ab ipſo neque à præſide definita ſit quantitas, l. 4.

neque

Digitized by Google

neque ſit conſuetudo quæ hoc definiat, præſes [l] ſtatuet quantitatem. ſin vero dolo [m] non exhibeat, extra ordinem condemnatur [n].

l.5. Vlp. Qui [o] factus eſt manifeſtus, in vincula publica datur vſque ad ſententiam.

l.6. Marc. Irenarchæ [p] à ſe comprehenſos [q] latrones interrogent, & ea literis ſuis obſignatis incluſa magiſtratibus mittant: nec tamen eis fides habeatur, ſed ex integro res æſtimetur præſentibus Irenarchis, & ſi inueniantur maligne interrogaſſe, vel non dicta ſcripſiſſe, puniantur.

l.7. Idem. Præſides prouinciarum in quibus delictum admiſſum eſt, ſcribere ſolent pręſidibus aliarum prouinciarum, vt requirant reos & ad ſe remittant.

l.8. Pavl. Si cuſtodiæ præpoſitus [r] pecunia corruptus ſine vinculis cuſtoditos relinquat, vel ferrum aut venenum inferri patiatur, punitur. At ſi neſciat, remouetur quaſi negligens.

l.9. Venvl. Miles qui deliquit, ſuo iudici remittitur. Caſtigare autem poteſt caligatos milites qui [s] exercitum accepit.

l.10. Idem. Si cuſtos ſoluerit vincula ſine cauſa, multatur, & ſolutus vincitur.

l.11. Celsvs. Præſes [t] recte cognoſcit de reo ſibi producto, quacunque [u]
§.1. is ex prouincia ſit. ¶ Interdum [x] vero cum actis ex iuſta cauſa mittitur reus in ſuam prouinciam.

l.1. in pr. ff. de effract. & expil. Qvi euadunt cuſtodiam, ſiue effracta ea, ſiue cum aliis facta conſpiratione, capitaliter coercentur. Sed ſi negligentia cuſtodum euaſerint, leuius puniuntur. Lib. 47. tit. 18. l. 1.

l. 12. in pr. ff de cuſt. & exhib. reor. Callist. Si cuſtodiæ euaſerint pro modo culpæ milites, qui eas cuſtodiebant, caſtigantur. Quod ſi vini occaſione aut negligentia cuſtodis hoc euenerit, verberatur; & in deteriorem militiam
§.1. transfertur. Sin vero fortuito euenerit, nihil patitur. ¶ eadem & in paganis cuſtodibus ſeruantur.

l. 13. eiuſ. tit. Idem. Si qui erant in vinculis, facta conſpiratione ruperint vincula & cuſtodiam, & euaſerint, ſiue innocentes erant, puniuntur: ſiue nocentes, amplius puniuntur, quam crimen repoſcat, quo recepti ſunt. qui vero conſpirationem detexerint, abſoluuntur.

vlt. in pr. Qvi tironi commiſit cuſtodiam, punitur ſi reus euaſerit. ¶ Nec
§.1. & 2. vni cuſtodiam committi oportet, ſed duobus: qui ſi negligentes fuerint, caſtigantur, vel militiam mutant. Quod ſi vilis ſit perſona quæ euaſit, caſtigatus cuſtos in militia manet. Si vero miſeratione dimiſerit, mutat militiam: ſi fraude, vel capite [y] punitur, vel in extremum gradum demittitur: ſi cum vno cuſtode euaſerit, alteri i-
§ 3. gnoſcitur. ¶ ſed ſi ſe rei interfecerint, vel præcipitauerint, cuſtodes ca-
4. §.5. ſtigantur: ¶ ſi cuſtodes eos interfecerint, vt homicidæ puniuntur: ¶ ſi
§ 6. caſu deceſſerint, fit teſtatio de iis. ¶ Quod ſi cuius interſit reum qui euaſit inueniri, cuſtos certum tempus accipit ad requiſitionem eius adiun-
§. vlt. cto alio milite. ¶ ſed ſi fugitiuum domino reddendum dimiſerit, ſi ſoluendo ſit, domino pretium eius præſtat [z].

a *Militibus tradi.* Militibus vel officialibus, vt   os cuſtodiant, cum non ita graue eſt crimen.

b *Vel fideiuſſoribus.* Cum leue rurſus eſt crimen.

c *Vel ſibi committi.* Cum ſignis quibuſdam appare: nihil deliquiſſe eum. quære lib. 6. tit. 1. cap. 30.

d *Propter innocentiam.* Puta enim cœpiſſe eam agnoſcere præſidem.

e *Ex cuſtodia.* Index, in vincula publica coniicitur & ex vinculis cauſam dicit. quære lib. 35. tit. 16. c. 24. vbi ait eos ex vinculis litigare.

e Hoc eſt, cuſtoditur quidem, ſed ex cuſtodia cauſam dicit.

f *Niſi multum temporis.* Et iudex cœperit cognoſcere de crimine.

g *Non liberantur.* Abolitio enim eſt legitima. ſeruos autem lex non nouit. quære tit. 1. cap. 25. 36.

h *Qui exhibentur.* Qui ex alia cauſa ſiſti poſtulatus eſt, non poteſt alio crimine ante admiſſo reus fieri, ex S.C. quod & in pecuniariis cauſis in perſonis ſub fideiuſſore factis obſeruatur, niſi ex eo quod non agatur, peritura ſit quæ in eum actio competit.

h Qui perducti ſunt eo propter aliud crimen.

i *In iis qui.* Vt cum ab aliquo vocatus quis ob certam cauſam, poſtea venit ſe defendendi cauſa, & aliud ei obiicitur. poteſt enim ſecundæ quæſtioni præſcribere. Hoc ne intelligas in eo qui in ſua patria litigat de re certa ciuili. hîc enim & de alia eodem tempore conueniri poteſt. Nota criminis reum, ſi proponatur in eum & aliud, præſcribere ſecundo, donec prius omnino definitum ſit.

k *Actio ſit peritura.* Tunc enim cogitur, qui exhibitus eſt accipere libellum, vt fiat litis conteſtatio, & tempore actio non pereat.

l *Præſes.* Nota hoc. potes enim ex eo tentare & dicere in pactis nuptialibus, ſi conueniat de donatione propter nuptias, non definita quantitate, petendum eſſe id quod ex conſuetudine & vſu ciuitatis plurimum conuenire ſolet, puta tertiam dotis, quia ſic plurimum conueniri ſolet.

m *Dolo.* Puta, vt ne exhibeat nocentem, neglecto damno pecuniario.

n *Condemnatur.* Hoc eſt, vel flagellatur vel relegatur ad tempus. quære tit. 28. cap. 1. & ibi prætermiſſiones.

o *Qui factus eſt.* Hoc eſt, ſi plus publico iudicio confiteatur, coniici eum oportet in vincula, quoad iudex de eo pronuntiauerit.

p *Irenarchæ.* In Indice extat, ea quæ de Irenarchis nunc dicuntur, in aliis etiam debere obtinere, qui quaſi damnatos ad præſidem prouinciæ quoſdam tranſmittunt.

p Qui plebis diſciplinæ præſunt.

q *Comprehenſos latrones.* Quære c. 27. th. vlt. 51. tit. de latronibus.

r *Cuſtodiæ præpoſitus.* Vinculorum cuſtos, quem nunc vocant Clauicarium.

s *Qui exercitum accepit.* Is autem cui gubernatio exercitus commiſſa eſt, etiam ius animaduertendi in caligatos milites habet.

t *Præſes.* Non eſt dubium quin cuiuſcunque prouinciæ ſit is qui ex vinculis præſidi producitur, cognoſcere debeat præſes prouinciæ in qua deliquit. Illud autẽ à quibuſdam obſeruari ſolet, vt cum cognouit & reperit reum deliquiſſe, remittat eum cum accuſatione & querela ad præſidem, vnde is eſt qui deliquit. quod cauſa cognita faciendum eſt.

u *Quacunque.* Nam in delictis nulla fori præſcriptio eſt. vt tit. 34. cap. 7. thema. penult. & lib. 7. tit. 5. cap. 85.

x *Interdum.* Cum exiſtimabatur illius vel illius prouinciæ eſſe, & qui in ea erat præſes cœpit de crimine cognoſcere, & poſt cognitionem aliquam apparuit non eſſe illius prouinciæ, ſed alterius. Exiſtimo hoc ſcholium falſum eſſe.

y *Capite punitur.* Hoc eſt, relegatur, vel deportatur, vel in opus publicum datur. Capitalis enim dicitur pœna, quod mutetur prior ſtatus. & qui liber erat, & quolibet loco degendi facultatem habebat, ſuſtinet has pœnas.

z *Præſtat.* Quære lib. 10. tit. 3. c. 7. th. 6. & Inſt. 4. tit. 3. finem.

Lib. 9. Cod. tit. 3.

15 Si [a] miles deliquerit [b] in prouincia, eum conſtitui oportet ſub cuſtodia, à præſide prouinciæ [c] referente iudici [d] eius & qualitatem delicti & perſonæ delinquentis. L. 1. C. de exhibendis & traſmittendis reis.

16 Nemo [e] criminis reus coniiciatur in vincula [f], antequam conuincatur. Sed & ſi longe abeſt, non exhibeatur antequam actor inſcripſerit. facta inſcriptione, exhiberi eum oportet, vel requirendum adnotari, data ei dierum quantum ſatis erit dilatione ad diſponendas [g] res ſuas, non minus 30. non habente ex eo poteſtatem [h] nundinandi, hoc eſt, lucrari illo qui miſſus erit comprehendendi cauſa. Vbi autem venerit, debet, ſi ei videatur, aduocatum [i] accipere, qui pro ſe loquatur. L. 2.

17 Nemi-

Digitized by Google

l. vlt. [7] NEMINEM [k] exhibendum in iudicio eſſe præcipimus, niſi de cuius exhibitione iudex [l] pronuntiauit.

L. 1. in pr. C. de cu-ſtod. reor. [8] QVOCUNQUE [m] crimine reus quis fiat, ſiue habuerit accuſatorem ſi-ue à [n] publicis perſonis miſſus fuerit, ſtatim fiat cognitio: ¶ ſed ſi paulum [illegible]

v. Quod. differri eam oporteat, vel accuſatore abſente, vel dum conſcii expectan-tur [o], interim non inferantur ei tormenta, nec ferramenta [p] eius ſint anguſtiora [q], vel includatur in interiori parte cuſtodię, ſed particeps fiat lucis, & reuertente nocte in humanioribus locis cuſtodię oportet eum recipi, die autem apparente emitti & frui luce ſolis, ne plerunque innocẽs

v. illud. in his tormentis perimatur. ¶ Non liceat vero cuſtodibus vti eis inhumane. nam præſes de ſalute ſua periclitabitur, ſi hoc ſciens non ſtatim exciderit cuſtodiæ præpoſitos.

l. 2 [9] OPORTET [r] eum qui grauioris criminis reus poſtulatus eſt atque adeo dignus videtur vinculorum cuſtodia, eductum cuſtodia audiri apud acta, & cum fuerit conuictus, non ſtatim pœnam pendere, ſed rurſus coniici in cuſtodiam, iterumq́; eductum audiri. nam hæc dilatio iram iudicum moderatiorem reddit.

l. 4 [10] AD Commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia & ob- Prætermiſſa eſt 3 Conſtit.
ſeruatio pertineat, nec putet hominem abiectum atq; vilem [t] obiiciendum eſſe iudici, ſi reus aliquo [u] modo fuerit elapſus. etenim ipſum volumus eadem pœna conſumi, qua obnoxius docebitur fuiſſe qui fugerit. Si vero Commentarienſis neceſſitate aliqua procul ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus inuigilare cura, & eadem ſtatuimus ſeueritate legis conſtringi.

l. 5 [11] NE diu is qui comprehenſus eſt, maneat in cuſtodia. oportet enim eum cito abſolui vel puniri. Iubemus igitur Commentarienſem, ex quo coniectus quis eſt in carcerem, ſingulis diebus vſq; ad 30. dies, offerre iudici notitiam incluſorum, in qua continere oportet, & qualitatem delictorum. quod ſi non fiat officium, 20. libris auri multatur, iudex autem 10. amiſſa dignitate, quæ [x] noſtris theſauris inferantur.

l. vlt. in pr. [12] NEMINEM [y] oportet coniici in cuſtodiam ſine iuſſu magnorũ iudicum regiæ vrbis, & in prouinciis ſine iuſſu rectorũ earum, vel defenſo-

§. 1 rum locorum. ¶ Epiſcopum autem oportet diebus Veneris & Mercurii inſpicere cur cõiecti ſint in carcerem: & ſi ſerui ſint, intra 20. dies carcere excludere caſtigatos, vel dominis redditos: vel ſi nõ appareant domini, dimittere. Quod ſi liberi ſint, ſeditionis rei ſtatim iudicari, vel ſi ex alia quacunq; cauſa fideiuſſores dare, & ſi fideiuſſores non habeant, criminis reos præterquam homicidii celeriter iudicari capitalis criminis, in-

§. 2 tra 30. dies. ¶ Sed ſi opus ſit ampliori dilatione, eo qui incluſus eſt, non præbente cauſam, committi eum iuratoriæ cautioni, ita vt ſententia in eum feratur ſi abſit. At ſi crimen ſit homicidii, & ex relatione publicarum perſonarum, intra ſex menſes iudicari, ſcientibus publicis perſonis, ſi falſa detulerint, ſe eadem pœna teneri: ſi vero accuſator qui inſcripſit, cauſam retentioni dederit, committi eos fideiuſſoribus, vel ſi non habeant copiam fideiuſſorum, manere in vinculis, & litem intra annum

§. 3 definiri. ¶ Præſumptione autem de eis facta quaſi nocentibus, eſſe eos

Digitized by Google

in cuſtodia quoad lis terminata ſit. quod ſi iam de carcere incluſis lata ſentẽtia ſit, exequi eã, ſiue corporalis ſit, ſiue pecuniaria, ¶ in pecuniaria §. 4
poteſtatem eis habentibus cedere bonis, ¶ Epiſcopis monentibus præ- §. 5
ſides ſcientes ſe officium ſuum illaturos 10. libras, ¶ habentibus etiam E- §. vlt.
piſcopis poteſtatem deferre principi negligentiam præſidum.

a *Si miles.* THEOD. Sub cuſtodia faciat præſes militem in prouincia delinquentem, & de eo referat magiſtro militum. At extat lib. 12. tit. 45. Conſt. 1. deſertorem militem perſequi præſidem debere, alioquin confiſcari. Oſtenditur & 3. Conſt. dicti tit. & lib. quemadmodum militem latronem puniri oporteat.

b *Deliquerit.* Tὸ κατ' πόδας, publicum crimen.

c *A præſide prouinciæ.* Quære lib. 57. tit. 1. c. 3.

d *Iudici.* τὸ κατ' πόδας, Magiſtro militum. Cuilibet enim prouinciæ duo magiſtratus præſunt, ciuilis & militaris. militaris ad exigenda publica tributa, ciuilis ad diiudicandas lites exortas.

e *Criminis reus.* THEOD. Reus criminis non conijcitur in cuſtodiam antequam conuincatur: & ita demum ſi appareat nocens, licet fideiuſſoribus deficiatur, vt adiicit 6. Conſtit. 4. tit. huius lib. 9. Lege & 2. Conſt. eiuſdem tit. 4. Qui tranſmittendus eſt criminis cauſa, terminum accipit 30. dierum, intra quos debet res ſuas diſponere, & ſiſtere iudicio Lege ſeq. 3. Conſt. Et qui criminaliter accuſatur, habere aduocatum poteſt. Memineris 3. Conſt. præcedentis 2. tit.

f *Vincula, &c.* Tὸ κατ' πόδας habet, Nullus in carcerem priuſquam cõuincatur omnino vinciatur. & ait Thalelæus, Attende vt prohibeat vinciri quemquam in vinculis non tantum conijci.

g *Ad diſponendas* Ne tunc ſolum exiſtimes inſcriptiones fieri cum ex longinquo eſt. nam etſi propius ſit, prius oportet inſcriptiones deponere.

h *Poteſtatem.* Hoc eſt, Comes qui reum requirit non habeat poteſtatem petere ab eo, & accipere quidquam eius ſoluendi cauſa.

i *Aduocatum.* Obſerua 30. dies ei dari non ſiſtendi, ſed rerum ſuarum diſponendarum cauſa: Hoc amplius itaque datur ei terminus intra quem ſiſtat ſe.

k *Neminem exhibendum.* Sine iudiciali ſententia nemo exhibetur in iudicio. Lege 1. Conſt. ſequentis tit. 4. & Nouellam quæ tractat De exhibendis. Nota quod ſententiam vocat præſidis definitionem. quære & lib. 7. tit. 1. c. 3. circa mediũ, & in eo nonam adnotationem, & prætermiſſiones. & inuenies quando perfecta ſit ſententia, & quando non perfecta.

l *Iudex.* Nam ſæpe officiales exiſtunt, qui velint reos ſine ſcripto exhibere.

m *Quocunque crimine.* THEOD. Si tranſmiſſus ſit criminis reus, debet ſtatim de crimine quæri, & ſi præſto non ſit accuſator eius, cuſtodiri debet loco lucido, nec torqueri vel ferro necti, vel à cuſtodibus vexari.

n *A publicis perſonis.* Didiciſti, ſi quem accuſent publicæ perſonæ, non eſſe neceſſariam inſcriptionem.

o *Dum conſcii expectantur.* Ex τῶ κατ' πόδας, Aut ſociorum præſentia neceſſaria videatur.

p *Nec ferramenta.* Ex τῶ κατ' πόδας, Non ferreas manicas, & inhærentes oſſibus mittatur, ſed prolixiores catenas, ſi criminis qualitas etiam catenatum acerbitatem poſtulauerit.

q *Anguſtiora.* Obſerua, vt & hæc Cõſtitutio velit eum ſolui, cum differri quæſtionem oporteat, quia ante quæſtionem vinciri eum non permittit. quod iubet etiam 2. Conſt. præcedentis tituli.

r *Oportet, &c.* THEOD. Qui propter crimen coniectus eſt in cuſtodiam, vt educatur, & interrogetur apud acta: & ſi conuincatur deliquiſſe, non ſtatim puniatur, ſed rurſus coniiciatur in carcerem. Memineris 2. Conſt. præced. tit. Qui criminis reus cum indiciis vel etiam cuſtoditus eſt, humanitate iudicis dimitti poteſt. Plus ait 2. Conſt. 47. tit. huius lib. 9. de condemnato à principe. Nota reum non ſtatim puniri, ſed coniici in cuſtodiam, & rurſus productum interrogari. Lege & 9. c. 51. tit. quod etiam à principe damnatum non ſtatim vult puniri, ſed poſt 30 dies.

ſ *Commentarienſem.* Commentarienſis eos qui ſunt in cuſtodia cuſtodiat. Adiicit ſeq. 5. Conſt. debere etiam die triceſimo referri ad præſidem ea quæ illos attingunt. Si fugiant qui ſunt in carcere, hoc cedit periculo Commentarienſis qui pro eis punitur. Nota igitur quando alio delinquente alius punitur. At 22. Conſt. 47. tit. huius lib. ait, necnon & Nou. 134. pro alio delinquente neminem teneri. Sed didiciſti 8. lib. tit. 40. Conſt. 13. eum qui latronem ſiſti cauit, puniri pro eo, niſi exhibeat. Dicitur & lib. 1. tit. 6. Conſtit. 3. Iudicem qui non punit hæreticum trahentem aliquem in ſuam religionem, pro eo puniri. THAL. Commentarienſis debet cuſtodire incluſos, & non vilem hominem producere, cum aliquis eorum euaſit. Sed etſi Commentarienſis abſit, oportet adiutorem eius hoc obſeruare. Habet autem τὸ κατ' πόδας, vt eſt in Baſilico.

t *Atque vilem.* Nota, quod clauicarius vilis eſſe creditur. non oportet autem dicere, ſe ei commiſiſſe. Et inde dicet quis, quia inter viles perſonas clauicarius numeratur, viles autem perſonæ lib. 21. tit. 1. c. 46. them... prohibentur teſtimonium dicere, non poſſe etiam clauicarium teſtimonium dicere.

u *Aliquo modo.* Nota, ſi euaſerit reus, Commentarienſem pœnæ ſubiici, & quidem talioni vt infert Conſtitutio non clauicarium, quem vocat vilem. etenim Commentarienſis debet cuſtodire incluſos, vel ſi abſit, facere hoc, & cuſtodire ſubadiutor debet.

x *Quæ noſtri theſauris inferantur.* Hoc quod eſt τῶ κατ' πόδας, & in Procanone, ſi tamen qui repurgationem fecerunt Procanona explorantes, non inſeruerunt Procanoni.

y Nemi-

y *Neminem,&c.* Sine iuſſu præſidis vel defenſoris non coniicitur quis in carcerem. Memineris 21.Conſt.4.tit.1.lib.& lege lib.12.tit.22.Conſt. 1. Diſpiciat epiſcopus diebus Mercurii & Veneris eos qui ſunt in carcere,& eiiciat qua abſolutos,qua punitos. Memineris præcedentis 5.Conſt. Simile autem didiciſti lib.1.tit.4.Conſt.23.Seruus qui eſt in carcere,intra 20.dies ſi innocens eſt,ſoluatur & reddatur domino: ſi nocens eſt,puniatur. Coniectus in carcerem ex pecuniaria cauſa,liberetur datis fideiuſſoribus:& ſi fideiuſſoribus careat,lis finiatur intra dies 30 & liberetur. Quod ſi ampliori tempore res egeat, iuratoriæ cautioni committatur vſque ad finem litis.& poſt iuratoriam cautionem ſi abſit ante finem litis,excidat ſuis rebus. Si liber criminis reus coniiciatur in cuſtodiam,ſatiſdet.& liberetur:& ſi fideiuſſores non habeat, maneat vſque ad ſex menſes tantum in cuſtodia,intra quos lis finiatur, niſi capitalis criminis reus poſtulatus ſit. hic enim nec fideiuſſoribus committitur, ſiquidem à publicis perſonis accuſatus ſit. At tutius intra ſex menſes lis debet finem accipere. Quod ſi non à publicis perſonis, ſed à priuato accuſatore conuentus ſit,tunc admittitur fideiuſſio:vel ſi fideiuſſores dare nequeat,cuſtoditur annum duntaxat,intra quem omnino cauſam dirimi oportet. Nota in criminibus etiam ſatiſdantem litigatorem coniici in carcerem, quoad cauſa deciſa ſit. At ſi probetur deliquiſſe,& condemnatus pecuniariter iudicata facere non poſſit,poteſt cedere bonis. Memineris eorum quę dicta ſunt 71.tit.7. De ceſſione. Lege de iis Nouellam. Nota in criminibus eos qui fideiuſſores non habent,cuſtodiæ tradi.& cuſtodia productos iudicari, ac rurſus in eam coniici. & ſine iuſſu maiorum magiſtratuum neminem coniici in cuſtodiam.& præſumptione in eum facta, quaſi nocentem, ſeruari eum in cuſtodia,quod cauſa terminata ſit. Qui poſſint coniici in carcerem,quære lib.7.tit.8.c.1.& li.21.tit.1.c.43. Nota etiam officium quod denuntiat nec probat crimen, talioni ſubiici, licet inſcriptionem non dederit.quære tit.35.cap.20.

Titulus XXXVI.

Sive ff. Lib. XLVIII. Tit. IV.

Lex Iulia quæ competit in maieſtatis reos.*

* xς. ʒ́ʒ́ ... [marginal note, partly illegible]

VLPIANVS.

l.1.in pr. ff.ad l.Iul. maieſtat. §.1.

LEx maieſtatis ſimilis[a] eſt legi de[b] ſacrilegio. ¶ & tenetur[c] ea[d] qui aduerſus Pop.Romanum commiſit, & qui dolo malo curat iniuſſu principis obſides[e] interimi,vel vt armati homines in vrbe ſint aduerſus Remp. vel vt loca aut templa occupentur, vel ſeditioſus[f] fiat conuentus, vel vt occidatur[g] magiſtratus, & qui ad hoſtes nuntium vel literas mittit, vel ſignum eis dat, aliove modo eis auxiliatur,& qui ſolicitat vel concitat milites ad ſeditionem, vel turbam contra Rempublicam.

l.2 IDEM. Et qui poſt ſucceſſionem non diſcedit prouincia,& qui deſerit[i] exercitum, & qui priuatus perfugit ad hoſtes, & qui conſcribit[k] vel recitat falſum in tabulis[l] publicis.

l.3 MARC. Qui hoſtes concitat, vel eis tradit ciuem, capite[m] punitur. Eadem lege tenetur qui in bellis ceſſerit, aut arcem deſeruerit[n] & caſtra prodiderit,& qui bellum[o] geſſerit iniuſſu principis, vel delectum habuerit,& qui ſucceſſori exercitum non tradiderit, & qui ante ſucceſſionem[p] deſtiterit, ſiue ciuilis ſiue[q] militaris ſit, & priuatus[r] qui falſum magiſtratum ſibi vindicarit, & qui quid eorum quæ ſupra dicta ſunt facere curauerit[s].

l.4 SCÆV. Et qui[t] coniurationem aduerſus Remp. fieri curauerit,& qui inſidiatus erit exercitui,vel hoſtibus eum prodiderit, & qui dolo fecerit quominus hoſtes in Romanorũ poteſtatem veniant,& qui eos ad-

Digitized by Google

iuuari curauerit multitudine, armis, equis, pecuniis, aliove quocunque modo, vel amicos Reip. inimicos fecerit, vel prohibuerit aliam gentem obtemperare Reip. vel hoſtibus curauerit dari obſides, aut pecunias aut iumenta, & qui confeſſum[w] reum vinculis ſoluerit. ¶ Qui Imperatoris §. 1
ſtatuas reprobatas[x] conflauerit, hac lege non tenetur.

Marc. Nec qui vetuſtate corruptas refecerit, nec qui lapide fortuito iactato eas attigerit. L. 5

Idem. Nec qui vendiderit nondum conſecratas imagines Cæſaris. L. 6

Venvl. Qui conſecratas ſtatuas & imagines Imperatoris conflauerit, vel aliud quid in eas admiſerit, lege maieſtatis tenetur. L. 7

Modest. Ea lege[y] agunt infames[z], & milites[a], & liberti aduerſus patronos, & ſerui aduerſus dominos, & extraneos. Non oportet[b] iudices abuti veneratione principis, ſed veritatem ſpectare, & perſonam an potuerit[c] facere, & an ante fecerit, & an cogitauerit[d], & an ſanæ mẽtis fuerit. nec enim facile lubricum linguæ puniri debet, niſi tale[f] ſit crimen quod lex nominatim vel ex ſimili puniat. Acerbius autem in milites[g] intenditur. L. 8

Pavl. Eo etiam accuſant mulieres[h]. L. 9

Hermog. Ad liberos[i] patronorum tyrannidem vſurpantium pertinent libertorum bona[k], & poſt eos ad fiſcum. L. 10

Idem. Tenetur & is cuius dolo prouincia vel ciuitas prodita eſt hoſtibus. Qui muros violat, vel per eos & non per portam egreditur, vt hoſtis capitaliter[l] punitur. L. 11

Vlp. Extinguuntur crimina morte rei, excepto crimine[m] maieſtatis ex capite[n] proditionis & inſidiarum[o] contra principem. nam in his, niſi ab heredibus purgetur, hereditas publicatur. Ex aliis vero legis capitibus, morte extinguitur crimen. L. vlt.

Lib. 9. Cod. tit. 7. [13] Si quis maledixerit[p] principi, non punitur, ſed res ad Imperatorem deferri debet. nam ſi ex leuitate venit, ſi ex furore, miſeratione dignum: ſi ex iniuria, remittendum. L. vn. C. Si quis Imp. maledixerit.

Lib. 9. Cod. tit. 8. [14] Ivdex qui pronuntiat contra Conſtitutiones, non[q] tenetur crimine maieſtatis. L. 1. C. ad L. Iul. maieſtat.

[15] Ivravit[r] quis per ſalutem principis ſe iratum[s] ſeruo ſuo fore ſemper: hic capitali crimine non tenetur. L. 2

[16] In crimine[t] maieſtatis etiam accuſatores[u] torquentur, niſi manifeſta iudicia habeant, & qui eos ad accuſationem impulerunt, vt vndique veritate demonſtrata crimen examinetur. L. 3

[17] Omnis quicunque non ſubiicitur[x] vnguium pœnæ niſi prius rogetur princeps, an ſit his tormentis ſubiiciendus, vtitur ſuo priuilegio[y], excepto crimine maieſtatis, in quo prædicta Conſtitutio ait omni priuilegio ceſſante examinationem fieri. L. 4

[18] Si quis[z] coniuratione facta cum militibus vel priuatis vel barbaris occiderit illuſtrẽ, vel generaliter qualemcunq; Senatorem, vel militem, maieſtatis reus iudicetur, & ſanguinis[a] capitalem pœnam ſuſtineat cum publicatione[b]. ¶ filii autem eius infames ſint, & nihil accipiant[c] ex patris, matris, aui, aliorumve cognatorum, vel etiam cuiuſcunque extranei L. 5. in pr. §. 1

nei

nei ſubſtantia,ſed alieni ſint omni capiendi iure ex teſtamento,& ab inteſtato,nec vlla ſpe alantur[d] fruendi quandoq; dignitate, vel militia ali-
§. 2. qua. ¶ Sed & ſi quis pro eis principem rogauerit, vel adfuerit eis quo hęc
§. 3. eis remitterentur,infamis fit. ¶ Filiæ[e] autem horum tertiam vel dimidiam tantum partem accipiant ex ſubſtantia matris ex teſtamento, vel ab
§. 4 inteſtato,nihil prꝗterea. ¶ Item ſi quis poſt hanc Conſtitutionem eorum qui in eam inciderunt,filium vel filiam emancipauerit[f], non valebit emancipatio[g],vel ſi quid poſt hanc factionem donauerit, vel in dotẽ dederit,vel quocunq; modo alienauerit ex rebus ſuis,non valebit donatio & dotis datio,& quocunq; modo facta alienatio, ſiue in fraudem
§. 5. Conſtitutionis fecerit,ſiue non. ¶ Huius autem vxor dotem accipiat, & donationem propter nuptias,& quibus caſibus eam debet reſeruare liberis ſuis:vt puta ſi ſecundo nupſerit,quandiu quidem viuet,fruatur vſu fructu donationis propter nuptias:poſt mortem autem eius donatio ad fiſcũ pertineat, ſola videlicet tertia[h] vel dimidia parte donationis[i],& hic
§. 6. filiabus conſpiratoris reſeruata, non etiam filiis. ¶ Valeat autem pœna
§. vlt. non in coniuratores modo,ſed & in conſcios & liberos eorum. ¶ Sed & ſi quis in exordio factionis rem detulerit, hic præmio donabitur; qui vero re patrata prodiderit, remiſſionem tantum pœnæ conſequitur.

l. 6. Maieſtatis[k] rei etiam poſt mortem tenentur,& confiſcatur[l] eorũ ſubſtantia,& poſt mortem hoc crimẽ moueri incipit, & memoria defuncti damnatur[m], & res eius heredibus auferuntur. nam ex eo tempore quo hanc cogitationem ſubiit, propter cogitationem dignus eſt pœna.
§. 1. ¶ Qui vero incidit in hoc crimen,neque vendere poteſt, neque manu-
§. 2. mittere,neque vllo modo alienare,nec recte ei ſoluit debitor. ¶ Sed & ſerui in eum torquentur, ¶ & mortuo eo res eius ſeruantur,quia exiſtente herede agi oportet.

a *Similis eſt.* Non habet eaſdem pœnas quas & lex de ſacrilegio ,ſed quia ſacrilegus peccat cõtra fas & pietatem,is etiam qui principi inſidiatur, contra fas & pietatem facere videtur. & in hoc comparantur.

b *Lege de ſacrilegio.* Nam quantum ad id attinet,quod in diuina audent,comparantur quia & publica diuinis comparantur.

c *Tenetur.* Peiora capita maieſtatis ſunt hæc tria,In principem inuaſio, Proditio, & cum militibus ac factione coniuratio ad occidendum Senatorem. Rurſus ex his tribus Proditio & in Principem molitio, minus. Factionis autem in Senatorem crimen,maius. Quæ vero initio proponit Baſilicus, multo minora. nam etſi omnes hæc deferre poſſint & mulier & infamis, extinguuntur tamen morte rei.

d *Ea,&c.* Nanque olim qui Romanis male faciebat, vel eos in cuſtodiam coniiciebat, vel cædebat,vel alio quo modo quid in eos admittebat, reus erat maieſtatis. Scis & Paulum magnum Apoſtolum reprehendere Philippenſes, quod ſe corripuiſſent & in carcerem conieciſſent,& Romanum exiſtentem ita tractaſſent,& accuſare eos quaſi publicum crimen admiſiſſent. Illi vero & ſe ignoraſſe Romanum eum eſſe prætenderunt,& veniam petierunt,& carcere ſoluerunt,ſcientes multum in legem peccari ſi quid aduerſus Romanos homines quis moliatur & committat.

e *Obſides.* Quære lib. 54.tit.9. ca.16. quod qui legatum percutit, deditur genti:& ſi eum non recipiat,deſinere eſſe Romanum.& lege totum caput.

e Vt eo audito, qui miſerunt excandeſcant magis, maiuſque aduerſum ciuitatem bellum aggrediantur.

f *Vel ſeditioſus.* Vt fiat cœtus & conuentus,& homines ad ſeditionem conuocẽtur,vel vt armati quidam ſint aduerſus Remp. cum telis & lapidibus.

g *Vt occidatur.* Vt occidatur magiſtratus Pop.Romani,quive imperium habet.

h *Vel ſignum.* Forte promittens ei ſe eo ſigno indicaturum quando ciues ſint faciles captu, veluti accenſa face vel quo alio ſimili.

i *Qui deſerit exercitum.* Videtur enim dum hoc facit adhærere hoſtibus,vt ſi magiſter militum cuſtodiendæ vrbi deputatus, relicto exercitu receſſerit.

k *Qui conſcribit.* Vt ſi pacis literas miſerint aduerſarii, quas hic dederit recitandas harum literatum petito, & is data opera contra recitarit quam literis contineretur; vt iratus princeps iis quæ audiiſſet paria reſcriberet, ac pro pace maior bellorum tumultus fieret.

l *In tabulis publicis.* Falſum dicit quod erat contra ciuitatem, quodq; ei nociturum erat, ſecundum ſpeciem poſitam in ſcholio præſentis capitis. nam niſi hoc dixeris, qui recitat, falſi tenetur, non maieſtatis.

l Nam ſi priuatæ non publicæ erant, falſi tenetur.

m *Capite punitur.* Ex 12. tabulis.

n *Arcem deſeruerit.* Vt cuſtos eius.

o *Bellum geſſerit.* Hic licet vicerit punitur.

p *Ante ſucceſſionem.* Quære lib. 6. tit. 3. c. 12.

q *Siue ciuilis, ſiue militaris.* Duo nanque magiſtratus erant in vnaquaque ciuitate.

r *Priuatus.* Sed & ſi quis priuatus quaſi poteſtatem & imperium habens ſciens ſe non habere, dolo malo aliquid geſſerit, hac lege tenetur.

ſ *Facere curauerit.* Qui ſuaſerit vel curauerit fieri, licet non ipſe fecerit.

t *Qui, &c.* Quære Nomocanonis tit. 9. c. 37.

u *Confeſſum.* In iudicio, & ideo in vincula coniectum.

x *Statuas reprobatas.* Nondum conſecratas.

y *Ea lege.* Nota, lege maieſtatis non tantum ex proditionis & inſidiarum in principem & coniurationis in Senatorem, ſed etiam ex omni alia cauſa in iudicium deducta poſſe accuſare etiam prohibitas perſonas.

z *Agunt infames.* Qui ius criminaliter accuſandi non habent.

a *Et milites.* Qui cauſas alienas deferre non poſſunt, ſed pro pace rerum excubant. hos enim magis decet vindicta eorum quæ fiunt damno Reip.

b *Non oportet.* Qui iudicant de crimine maieſtatis, videlicet nimio honore nimiaque cura proſequentes principem.

c *An potuerit facere.* Quid enim ſi infirmus fuerit & priuatus?

d *An cogitauerit.* An ea mente fuerit, vt accideret quæ dixit. nam ſi quid dixerit garriens, non ex animi ſententia, id non curamus.

e *An ſanæ mentis.* An compos mentis fuerit non furioſus.

f *Niſi tale ſit crimen.* Vt dixerit principem non eſſe orthodoxum.

g *In milites intenditur.* Generaliter enim milites grauius puniuntur quam pagani.

h *Accuſant mulieres.* Coniurationem Sergii Catilinæ Iulia mulier detexit, & M. Tullium Conſulem de hoc crimine iudicantem veritatem edocuit.

i *Ad liberos.* Si qui condemnati ſint crimine maieſtatis, bona libertorum conſeruari liberis eorum D. Seuerus decreuit, & tunc ad populum Romanum libertorum bona pertinere cum damnatorum nulli ſunt liberi. Ne enim reis maieſtatis ſuccedatur in pœnam eorum conſtitutum eſt, vt & infamia, non ad damnum tantum liberorum. Ideoque libertis, qui nihil deliquerunt, ſuccedunt liberi eorum qui deliquerunt, non parentibus propter infamiam defunctorum.

EIVSDEM. Nota nulla ex cauſa prædicta agi poſt mortem delinquentis, nec publicari mortui hereditatem. & quære c. 12.

k *Libertorum bona.* Iure enim cognationis, & nō vt heredes ea percipiunt: adeo vt etſi quis extraneus heres patroni fiat, exiſtimetur patronus quatenus vocatur in ius cum venia, non tamen ſucceſſionem habet & alia iura patroni.

l *Capitaliter punitur.* Quære tit. 45. c. 13. & lib. 46. tit. 3. c. vlt. & lib. 57. tit. 1. c. 13. th. 3.

m *Excepto crimine maieſtatis.* Quære tit. . c. 24. th. 4.

n *Ex capite proditionis.* Quære lib. 45. tit. 1. c. 14. th. 4 & lib. 44. tit. 2. c. 77. th. 9.

o *Et inſidiarum.* Quære cap. 19. Excipitur & crimen Manichæorum & Donatiſtarum, vt lib. 1. tit. 1. c. 40.

p *Maledixerit principi.* In τῷ καιτῳ ait, eum qui tempora obtrectat, principem infamare videri. ſæpe enim quidam dicunt, ſe malis annis natos.

q *Non tenetur.* Sed de repetundis, vt tit. 27. ff. 3. ſi pecunias acceperit. ſed ſi non acceperit, ſi quidem ſciens præſtat æſtimationem litis. ſi ignorans, ſententia eius reſcinditur.

r *Iurauit quis.* Non tenetur Iulia maieſtatis qui peierauit per ſalutem principis. hoc ita intelligitur ſi colore quodam iurauit, ſecundum id quod dicitur lib. 4. tit. 1. Conſt. 2.

ſ *Se iratum.* Didiciſti in libris De rebus, eum, licet non teneatur maieſtatis crimine, virgis cædi. De eo qui in lite iurat, loquitur, non vt hæc Conſtitutio de eo qui iurauit ſe ſeruo ſuo perpetuo iratum fore. Quære lib. 22. tit. 5. c. 13. th. vlt. & cap. 44.

t *In crimine maieſtatis.* In Iulia maieſtatis non tantum reus, ſed & actor torquetur cognoſcendæ veritatis cauſa, licet priuilegium prætendat, niſi probationes habet & nota quod dicitur de priuilegio. nam ſeq. 4. Conſt. ait neminem priuilegium habentem torqueri ſine iuſſu principis, excepto reo maieſtatis.

u *Accuſatores, τὸ καὶ πάντες.* Licet priuilegium dignitatis alicuius habeant. quære tit. 50. c. 10. th. 2. & cap. 10 & cap. 30 & lib. 57. tit. 1. c. 3. th. 2, & 9. Nota quemlibet in hoc crimine ſubdi tormentis. & in hoc ſolo maieſtatis crimine eum cuius inſtinctu accuſatio inſtituitur, puniri.

x *Non ſubiiciuntur.* Quidam dicunt, ferramentorum quibus inſerantur condemnati. alii dicunt, quod calamos acuentes eos immittunt vnguibus, ita vt peruadant digitos integros.

y *Vtitur ſuo priuilegio.* Militiæ vel dignitatis vel generis, vt filius decurionis, licet non ſit decurio, factus fortitan exconſul, vel filius Senatoris. Nota, eum qui habet priuilegium vel dignitatem vel ſenatorium honorem, non torqueri iniuſſu principis vllo in crimine. In ſola autem maieſtatis cauſa ad euitandam pœnam nemini prodeſſe priuilegium, etiam ſine iuſſu principis. Nota & actores ipſos torqueri.

z *Si quis, &c.* Factionis auctor & inſidians ſenatori vel militi, tenetur Iulia maieſtatis, & occiſus confiſcatur. nec enim filii mares ei ſuccedunt, vel mariti, ſed & infames fiant, omnem militiam & dignitatem amittentes. Filiæ autem percipiunt quartam bonorum maternorum. Lege in hoc lib. 9.tit.45. Conſt.9, & 10. & tit 8. Conſt.2. & lib. 10. tit *. Conſtit.10. & Nou. 134. quæ loquitur de ſucceſſoribus. Qui intercedit pro reo maieſtatis apud principem, infamis fit. Reus maieſtatis non poteſt emancipare filios ſuos, nec donare aut alienare res ſuas. nam, vt ait Nou. 134. tenetur pœnis antiquarum legum.

a *Sanguinis, &c.* Non de qualibet factione dicit, ſed de ea quæ fit interimendi cauſa.

b *Cum publicatione.* GREGORII. Publicationis nomen ita intelligitur, niſi hæc perſona habeat deſcendentes vel aſcendentes vſque ad tertium gradum. quia tunc bona eius non publicantur. & ita procedit in omnibus criminibus quibus leges publicationem ſtatuunt, excepto ſolo crimine maieſtatis, ſecundum vlt. c.19 tit.6. lib. explicationem. nam in maieſtatis crimine licet cōdemnato ſint deſcendentes vel aſcendentes, publicatio ſequitur. Qualia autem ſint capita maieſtatis, & quot, diſces in hoc tit. At memoratum caput in crimine maieſtatis ait antiquas ſeruari leges, & licet liberi ſint, publicationem ſequi. Quidam vero aiunt de eo crimine maieſtatis illud caput loqui, de quo & 12. cap. huius tit puta ex capite proditionis & inſidiarum in principem. Ego vero ita cenſeo, omnia crimina morte rei extingui, excepto perduellionis crimine. At ſi in vita crimē delatum ſit, & probatum, quocunque ex capite maieſtatis illud tandem ſit, ſiue liberi ſint ſiue non, publicationem ſequi. nihil enim innouat caput lib. 6. poſitum. Sed ſi aliud ſit crimen, quam maieſtatis liberis exiſtentibus vel aſcendentibus vſque ad tertium gradum, fiſcus nihil accipit. quære tit. 54. cap. 22, & 23.

c *Nihil accipiant.* In hac ſpecie Falcidia non datur, licet ingratitudinis cauſa non appareat.

d *Alantur.* Nota alias pœnas eorum qui in ſenatores coniurant, & quando is qui pro alio principem deprecatur, puniatur.

e *Filiæ autem.* Niſi cauſam exheredationi præbuerint. nam ex tertiam non percipiunt. Species hîc eſt in quâ melior eſt conditio filiarum, quam filiorum, quod vſui erit tibi ad ea quæ dicuntur 9 c.1. tit.46. lib. quære & lib. 54 tit.6. c.1.

f *Emancipauerit.* Vt forte non publicarentur eius bona quaſi quæſita patri, veluti cum quis filium eius heredem inſtituit, & is nondum adiit, & pater eum emancipat quo hereditas cedat filii lucro.

g *Emancipatio.* Reſcindit Conſtitutio emancipationem, quoniam ea reſciſſa reuertitur bonorum vſusfructus ad patrem.

h *Tertia, &c.* Tertia eorum quæ peruentura erat ad mulierem ex donatione propter nuptias, & bonis eius acceſſura. Quia enim ſupra dixit filias tertiam vel dimidiam bonorum accipere, bonorum autem eius ſunt quæ ex viro obuenerunt, ex eis etiam filiæ tertiam vel dimidiam percipient pro numero perſonarum. Quid vero obueniat mulieri ſecundo non nubenti iure dominii, didiciſti 12. tit. 28. lib. Vel tantum peruenit quantum vna pars filii vnius efficit. In aliis rebus vſumfructum habet quoad viuit. Illa autem quæ ſecundo nubit, nec partem habet iure dominii, vt tit.14. lib. 28.

i *Dimidia.* Totius, vt arbitror, non partis tantum quam dominii iure mater adquirit ſecundo non nubens. Indefinite enim Conſtitutio ait, tertia vel dimidia donationis.

i Quæ ſi mulier ſecundo non nupſerit, iure dominii ad liberos pertineret, deducta vnius filii parte, vt tit.12 c.1. lib.28.

k *Maieſtatis rei.* THEOD. Qui aduerſus principem committit, publicatur, & memoria eius damnatur poſt mortem. Idem ait 1. Conſt. 50. tit. huius lib. 9. Lege No. 134. Poſſunt & ſerui exercere crimen maieſtatis. Idem ait 6. Conſt. huius tit. Memineris & 20. Conſt. 1. tit. huius lib. Quære lib.48. tit.7. c.17. & lib.39. tit.2. c.7. th.8. & lib.14. tit.1. c.72, & 77. & lib.1. c.28. & lib.44. tit.2. cap. 77. th.9. Nota eum qui principi inſidiatus etiam poſt mortem damnari, & ei liberos non ſuccedere, & viuum poſt accuſationem maieſtatis, quaſi dominum in rebus ſuis facere nihil poſſe, torqueri etiam in eum ſeruos eius, fidemque eis haberi. Nota etiam poſt mortem eorum qui contra maieſtatem fecerunt, exerceri crimen ex duobus capitibus, & ex quo quis ſceleris huius conſilium cœpit, non poſſe eum quidquam alienare, quære & cap.21, & 18. & eius Antiquos.

l *Confiſcatur.* Quære tit.43. c.1, & 2. & tit.45. c.16 & tit. 54. c. 20. & lib.1. cap. 20.

m *Damnatur.* Quære c.18. & ibi ſcholium Doxapatris.

n *Ex tempore quo.* Si & poſtea fecerit. nam ex ſola cognatione non damnatur.

Digitized by Google

Titulus XXXVII.

Sive ff. lib. XXII. tit. VII.

Lex Iulia de adulteris, & ſtupro virginum & viduarum.

VLPIANVS.

Prætermiſſ. eſt 1. QVi damnatam[a] adulterii vxorem ducit[b], adulterii crimine[c] tenetur, non qui eam in concubinatu[d] habet. l. 1. §. 1. ff. de concubinis.
¶ Quæ fuit[e] in concubinatu patris, nō poteſt fieri concubina[f] filii vel nepotis, & econtrario. hæc enim coniunctio nefaria[g] eſt, & prohibita. §. 3

Marc. Qui[h] mulierem honeſtam & ingenuam in concubinatu habet, nec hoc teſtatione[i] manifeſtum facit, aut vxorem eam ducat, aut hoc recuſans ſtuprum cum ea[k] committet, ¶ non etiam adulterium, videlicet[l] ſi corpore ſuo quæſtum non fecerit[m]. l. 3. in pr. Prætermiſſ. eſt 2. ff. & 3. eo. t. §. 1

[n] Vlp. Lex de adulteriis ab Auguſto lata eſt. Lib. 48. ff. tit. 5. l. 1. ff. ad l. Iul. de adult. coercendis.

[o] Idem. Si nondum accepta denuntiatione mulier nubat alteri, non accuſatur[n] antequam adulter condemnatus ſit. ¶ Accuſanti iure mariti[o] obiicitur præſcriptio, cœpta eum accuſatione deſtitiſſe[p]. ¶ Qui pro adulterio[q] vxoris ſuæ quid accipit, lege tenetur, & qui in adulterio deprehenſam[r] non dimittit[s], non etiam qui patitur[t] eam delinquere vel contaminationi non indignatur. ¶ Non recte[u] adulter[x] obiici t viro, ſe illo productore adulterium cōmiſiſſe, nec poſteaquam accuſatus eſt, viro lenocinii crimen referre poteſt. ¶ Vxor[y] accuſata & obiiciens viro lenocinii præſcriptionem, ſeipſam quidem non liberat, ſed poteſt iudex in eū ſtatuere, quaſi lenonem, etiam ſine accuſatore. ¶ Extraneus autem adulterii accuſatus & opponens lenonē eum fuiſſe, nec ſe releuat, nec maritum pœnæ ſubiicit. ¶ Maritus præfertur patri mulieris in accuſatione criminis, licet pater prior[z] inſcripſerit, non negligente[a], ſed præparante marito. ¶ Sed etſi poſt hos ſint alii qui accuſare poſſint, iudex eliget quis potius debeat accuſare. l. 2. in pr. §. 1 §. 2. & 3. §. 4 §. 5. & 6. §. 7 §. 8 §. vlt.

[a] Idem. Tunc patri vir præfertur, cum infamis aut colludens[b] cum vxore non arguitur. l. 3

[7] Eivsdem. Si neque[c] pater neque maritus accuſant, currit tempus vtrique. ſed ſi vnus accuſat, non currit alteri. ¶ Aliis vero, qui poſſunt accuſare poſt patrem & maritum, tempus currit. nam poſt 60. dies[d] quatuor menſes continuos habent ad accuſandum. Sed ſi accuſetur adulter, aduerſus mulierem non currit tempus: & contra ſi mulier accuſetur prior, non currit[e] aduerſus adulterum. Si vir[f] non negligens præuentus ſit ab extraneo[g], in accuſatione ei iungitur. ¶ Sed & ſi extraneo accuſante l. 4. in pr. §. 1 §. vlt.

Digitized by Google

ſante abſoluta ſit mulier, reſtauratur viro accuſatio oſtendenti ſibi iuſtam cauſam impedimento fuiſſe.

l. 5 [8] IVL. Vidua[h] manente muliere electionem habet accuſator prius[i] hanc an adulterum accuſet[k]. ſed ſi nupſerit alii, prior adulter accuſatur[l].

l. 6. in pr. [9] PAPIN. Adulterium[m] & ſtuprum virginis[n] in liberas committitur. nam de ſeruis Aquilia competit, & iniuriarum actio, & ſerui corrupti. & non parcimus reo, ob id quod plures ſunt actiones.
§. 1 ¶ Adulterium[o] quidem dicitur etiam in virginem aut viduam ſtuprum. ſed proprie adulterium eſt nuptæ, ſtuprum virginis & viduæ.
§. 3 ¶ Maritus[p] iure viri poteſt adulterii accuſare, etiam ſi ex alio[q] crimine duas inſtituerit accuſationes.

l. 7 [10] MARC. Tutor vel curator[r] qui iuuenem vxorem duxit ante[s] 25. annum[t] non à patre ei deſponſam vel deſtinatam vel teſtamento nominatam, matrimonium non facit, & adulterii tenetur[u].
§. 1 ¶ Inceſti ſimul duo accuſari poſſunt.

l. 8 [11] IDEM. Qui ſciens domum vel habitationem ſuam præbuerit, vt adulterium vel ſtuprum cũ muliere aut maſculo ibi fieret[x], & qui quid pro adulterio vxoris ſuæ acceperit, cuiuſcunque conditionis ſit, quaſi adulter punitur.

l. 9 [12] VLP. Et qui præbuerit domum amici vel agrum vel balneum, vel domum in eam conueniendi & de adulterio conſultandi cauſa, licet in
l. 11. §. 2. ea non fiat adulterium, quaſi adulter punitur[y]. ADVLTERII accuſata abſens defendi[z] non poteſt.

l. 10. in pr. [13] PAPIN. Materfam.[a] dicitur non tantum nupta, ſed etiam vidua.
§. 1 ¶ Mulieres[b] quoque præbentes domum vel aliquid accipientes pro adulterio, lege tenentur.
§. vlt. ¶ Si mulier euitandæ accuſationis cauſa fiat lena vel ſcenica[c], & accuſatur & damnatur.

l. 11. in pr. [14] IDEM. Miles qui cum adultero vxoris ſuæ pactus, & exauctoratur & deportatur.
§. 1 ¶ Si habeat filiam ſororis[d] miles in concubinatu, quaſi
§. 3 adulter punitur. ¶ Si ſocer[e] qui libellum dedit, quaſi accuſaturus nurum
§. 4 adulterii, prætulerit accuſationi lucrum[f] dotis, excluditur[g]. ¶ Etiam defuncta muliere adulter accuſari poteſt intra annos quinque à die
§. 5 commiſſi criminis. ¶ Vtile eſt tempus præſentis legis, quo quis poteſt accuſare. itaque ſi volens accuſare aliquantum temporis manſerit in
§. 6 cuſtodia, id ei tempus minime computatur. ¶ Etiam dies feriati[h] viro in dies 60.[i] computantur, ſi modo facultatem habuit adeundi Præſidis.
§. 7 nam & de plano libellus dari poteſt. ¶ Iure autem mariti cadẽs, accuſare poteſt intra alios quatuor menſes. Si deſponſam[k] mihi pater eius alii
§. 8. & 9 matrimonio iunxerit, nõ poſſum[l] eam adulterii[m] accuſare[n]. ¶ Poſt mortem[o] viri mulier adulterii accuſata non poteſt[p] quæſtionem differre obtentu[q] filii impuberis: quia filio non præiudicatur. poteſt[r] enim & ipſa
§. 11 adultera eſſe, & is filius defuncti. ¶ Licet[s] mulier ei qui de adulterio[t] ſu-
§. 12 ſpectus eſt nupſerit, non accuſatur antequam adulter conuictus ſit. ¶ Si iamdiu abſentem[u] virum mulier falſo audierit deceſſiſſe, & famæ fidem
§. vlt. habens ſine dolo nupſerit, non punitur. ¶ Si damnatam adulterii mulierem quam duxi[x] repudiauero[y], non mea, ſed eius cauſa ſolutum videtur matrimonium.

Digitized by Google

a *Damnatam adulterii.* Quære lib. 28. tit. 5. cap. 10. th. 3. & tit. 7. eiuſdem cap. 2. 12.

b *Vxorem duxit* Si dicat antequam denuntietur ei à viro, vt cui velit nubat. quid enim ſi rurſus velit eam vir recipere? quære in 7. tit. cap. * 28. lib Nouellam hac de re. CANON IX. SANCTI BASILII. Hæc quidem hactenus. Domini autem pronunciatum ex ſententiæ conſequentia mulieribus æque ac viris competit, vt non liceat matrimonio diſcedere extra ſcortationis rationem. at conſuetudo non ita ſe habet, ſed in mulieribus multa eſt accuratio, Apoſtolo dicente, quod qui adhæret meretrici, vnũ corpus eſt: & Hieremia, quod ſi fuerit mulier alterius viri, non reuertitur ad virum ſuum, ſed polluta polluitur: & Prouerbiis, Qui habet adulteram, ſtultus & nefarius eſt. Adulterantes autem & ſcortantes viros à mulieribus conſuetudo retineri præcipit, adeo vt cum dimiſſo viro conſuetudinem habens, neſciam an poſſit adultera appellari. crimen enim hic dimittentis virum tractatur; qua ex cauſa diſceſſerit matrimonio. nam ſiue ob verbera, pati ea ſatius fuit, quam ſeiungi à viro, ſiue ob pecuniarum damnum, hæc etiam cauſa non eſt idonea: ſiue quod is in ſcortatione viuat, hoc non eſt Eccleſiæ conſuetudine receptum. Sed & ab infideli viro mulierem diſcedere non præcipitur, quin manere potius propter incertum euentum. quid enim ſcis mulier, an virum ſeruatura ſis? igitur quæ relinquit eſt adultera, ſi ad alium virum tranſeat. Ei vero qui relictus eſt, ignoſcitur: & quæ ſe ei iungit, non damnatur. Quod ſi vir derelicta vxore ad aliam tranſierit, is etiam adulter eſt, quod ei adulterandi cauſam præbeat, & quæ ſe ei iungit adultera, propterea quod alienum vitium ad ſe traducit. quære lib. 6. tit. 19. cap. 8.

c *Adulterii crimine tenetur.* Antiquus condemnatam mundo relinquit, & ducentem eã punit, vt adulterum. No. autem 134. eam tondet, & eum qui ducit, non vt adulterum punit, ſed vt monachæ ſtupratorem. & in hoc diſtant inter ſe iura.

d *In concubinatu habet.* Ecce differentia concubinæ & vxoris. At ff. 47. lib. 32. ſola dignitate differre. Habes & aliam differentiam ff 4. huius tit.

e *Quia fuit, &c.* Quæ ſuperſtitis patris fuit concubina, non poteſt concubina fieri filii vel nepotis. nefaria enim hæc coniunctio eſt. itaque prohibenda eſt. quære lib. 28. tit. 4. cap. 1.

f *Concubina filii.* Nec vxor, vt lib 5. Codicis tit. 4. Conſt. 3.

g Nam nec ſororis filiam poteſt quis concubinam habere, licet libertina ſit: alioquin inceſtum committit, vt lib. 23. tit. 2 ff. 55. Vlpiani.

h *Coniunctio nefaria.* Quia ſi honeſtæ vitæ eſt & ingenua mulier, non poteſt quis eã habere in concubinatu, niſi proteſtetur ſe eam in concubinatu habere: alioquin ſine hac teſtatione ſi ei iungatur, vel vxorem habere creditur, vel ſi non habet animum mariti erga eam, ſtuprum committit. non videtur etiam adulterium in eam admittere. nam quia concubinæ nomẽ lex nouit, extra legis pœnam eſt, vt & Marcellus lib. 7. Digeſtorum ſcripſit. quære lib. 2. tit. 2. cap. 46. th. 2.

i *Teſtatione.* Nimirum quod ea concubina vtitur non vxore.

k *Qui mulierem.* Quære lib. 28. tit. 4 cap. 12. 13. & lib. 47. tit. 1. cap. 32.

l *Videlicet ſi, &c.* Hoc eſt, tunc vel vxorem eam habet, vel ſtuprum committit. nam ſi corpore quæſtum fecerit, tunc duntaxat ſcortatur, nec habet illa actionem in corruptorem. Quis videatur corpore quæſtum facere didiciſti lib. 23. tit. 2. ff. 42. Quære lib. 2. tit. 2. cap. 144. & lib. 32. tit. 2. cap. *. Quære lib. 28. tit. 4. cap. 16. ſiue ff. 25.

m *Quæſtum non fecerit.* Simile lib. 23. titu. 2. ff. 21. Modeſtini, vt lib. 39. titu. 5. ff. 32. & lib. 2. tit. cap. 40.

n *Non accuſatur.* Quære 15. finem & cap. 16 & 33. Si mulier quæ dicitur adulterium commiſiſſe, nubat alii viro non denũciante priore marito, ne nuberet, quod ſit eam accuſaturus, neceſſe eſt accuſatorem prius in adulterum accuſationẽ intendere. quia nupſit mulier ante denuntiationem. nec aliter poteſt eam accuſare, quam ſi vicerit adulterum, & condemnari curauerit.

o *Iure mariti.* Iure mariti, hoc eſt ſine inſcriptione.

p *Accuſatione deſtitiſſe.* Per proditionem, vt Index habet.

q *Qui pro adulterio.* Lenocinii quidem crimen lege de adulteris introductum eſt, & ſtatuta in virum pœna, qui quid accipit propter adulterium vxoris ſuæ, vel qui deprehenſam in adulterio vxorem retinet. Qui patitur vxorem ſuam delinquere, matrimoniumque ſuum contemnit, nec indignatur adulterãtem vxorem ſuam conuerſari & contaminari, incidit in adulterorum pœnam.

q [illegible]. Qui lucrum pro adulterio accipit ſiue vir eſt, ſiue alius. Qui autem gratuito remittit, lege non tenetur ſi extraneus ſit.

r *Deprehenſum.* Quære cap. vlt. 58. tit. & lib. 10. tit. 4. cap 37.

ſ *Non admittit.* Quære lib. 28. tit. 5. cap. 10. th. 6.

t *Qui patitur.* Differentia in hoc eſt, quod ibi deprehendit eam in ipſo adulterio, hic vero audiuit eam adulterari, non verè cognouit, & patiatur quoad nouerit etiam ipſe.

u *Non recte.* Si vir vxorem accuſet adulterii, quæritur an poſſit ei opponi, At ſi nõ ipſe leno fuiſti, & auctor adulterii. Placuit autem non ideo eum excludi accuſatione. Lenocinium igitur à viro commiſſum, virum onerat, mulierem accuſatione non liberat. Vnde quæritur, an is qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere in virum lenonem pœnam poſſit. & placuit poſſe. nam & cum Gordius Claudius vir clariſſimus vxorem accuſans adulterii conuictus eſt, vxorem deprehenſam in adulterio in matrimonio retinuiſſe, licet nullus eſſet accuſator eius, tamen, vt leno à D. Seuero condemnatus eſt. Extraneus autem obiiciens viro lenocinium poſteaquam ſemel accuſatus eſt, non effugit accuſationem adulterii, nec pœnæ maritum ſubiicit.

x *Adulter.* Niſi ſtatim ab initio proponat præſcriptionem. & quære lib. 28. tit. 8. cap. 44. & in eo [illegible], quod ſolutionem duorum capitum exponit.

y *Vxor*

Digitized by Google

y *Vxor accuſata.* Parti. Oppoſitionem hic intellige, ita vt opponatur poſt litis conteſtationem de crimine, quæ ideo non poteſt ſoluere iam inſtitutam accuſationem, ante litem vero conteſtatam recte mulier obiicit viro lenocinium, & eum excludit. & quære cap. 43. 8. tit. 28. lib. quo ait, ſi lenocinio viri mulier adulterium committat, nihil retinet ex dote. cur enim improbet mores quos corrupit aut corruptos probauit? recte tamen quis dicet, lenonem non poſſe mulierem accuſate, vt huius tit. c. 15. th. pen. & c. 66. At lege lib. 9. Codicis tit. 9. Conſtit. 29. & diſces ab alio quidem eam accuſari veluti patre, fratre, patruo, auunculo, & puniri, non tamen à marito. & ob id diximus initio eum excludi. Quas vero mulier accuſata præſcriptiones opponat, quære c. 64. Lege lib. 9. Cod. tit. 9. Conſtit. 29. quo ait, vxori adulteri dotem, & donationem propter nuptias conſeruari, vel ſi ſit indotata legitimam partem: reliquum autem deſcendentes & aſcendentes vſque ad tertium gradum capere, vel ſi nulli ſint, confiſcari. Adulteram autem punitam in monaſteriū coniici, habente poteſtatem vero intra biennium eam recipiendi: poſt biennium tonderi, & deſcendentes duas partes ſubſtantiæ eius capere, tertiam monaſterium: & ſi ſint aſcendentes non deſcendentes quatuor eos vncias capere, monaſterium octo; ſi nec hi nec illi ſuperſint, in totum ſuccedere monaſterium. In 28. lib. 5. tit. 6. c. ait adulterii damnatum non poſſe eam vxorem ducere in 6. autem lib. tit. 19. c. 11. ait, Si quis vero adulterii accuſatus, & quæ ſequuntur.

z *Prior.* Quære c. 14. 15. th. 3. & 5 & cap. 30. Nota ex quinque perſonis quis præferatur in accuſatione adulterii.

a *Non negligente.* Nam ſi negligat, pater peragit accuſationem.

b *Aut colludens.* Non accuſans ex animo.

c *Si neque pater.* Si maritus præuenerit patrem & accuſare incœperit, nō computatur patri hoc tempus ad ſuam accuſationem, quia nec interim accuſare poteſt. Sic tamen metimur tempus vt quod conſumptum fu. rit temporis, priuſquam vir accuſationem inſtitueret, vtrique computetur: vbi vero maritus cœpit accuſare, reliquum tempus patri non computatur, qui non poteſt accuſare. quod & in eo dicimus, qui ab adultero vel adultera cœpit. nam aduerſus eum aduerſus quem non cœpit accuſationem, deſinunt tempora ei cedere. hæc vero omnia de patre & marito dicuntur Extraneis autem, qui accuſare poſſunt poſt maritum & patrem conceditur. nam poſt 60. dies quibus maritus & pater accuſant, alii quatuor menſes extraneis accuſatoribus dantur vtiliter computandi. Nota hinc etiam patrem iure mariti agere intra 60. dies.

d *Poſt 60. dies.* Nam 60. dies, ſiue egerit pater & maritus, ſiue non, currunt etiam reliquis, nec rurſus ab initio eos oportet ſex menſes deſiderare. quære c. 15. th. 5. Quære tit. 1. c. 10. th. 6. & 15. th. 5. & tit. 4. & Antiquos eius. & cap. 64. & cap. 12. th. 7.

e *Non currit.* Simul enim accuſare non licet adulterum & adulteram.

f *Si vir.* Si ante virum extraneus cœperit accuſare, & poſtea veniat maritus accuſare volens, quæritur an ei permittatur. & magis arbitror in hoc quoque caſu, vt cum pater eum præuenit, virum audiendum, ſi nō negligentia ab extraneo præuentus eſt. Plus dico, etſi accuſata ab extraneo mulier abſoluta ſit, tamen licere viro accuſationem inſtaurare, ſi probet iuſtis cauſis ſe impeditum hactenus non accuſaſſe.

g *Ab extraneo.* Incipiente accuſationem exercere. Nota, maritum, non ex negligentia præuentum ab extraneo in accuſatione adulterii licet mulier abſoluta ſit, accuſare poſſe.

h *Vidua.* Nota, poſt adulterium nupta muliere ſecundo viro compelli maritum prius adulterū accuſare ſed ſi nupta non ſit, accuſabit quem volet.

i *Prius hanc.* Quære c 15. th. vlt. & cap. 3. & tit. 34. c. 5.

k *An adulterum accenſet.* De adulterio in priore matrimonio commiſſo.

l *Prior adulter accuſatur.* Et finita eius accuſatione, tum mulier accuſatur.

m *Adulterium.* Liberis tantum mulieribus adulterium vel ſtuprum paſſis lex Iulia locum habet. quod vero ad ſeruas pertinet, & legis Aquiliæ actione agi poteſt, ſi impubes erat mulier, quę ſtuprum paſſa eſt, cuiuſque læſum corpus eſt, & iniuriarum actio domino eius competit, & prætoria ſerui corrupti datur. nec ideo quod competant plures actiones parcemus delinquenti.

n *Stuprum virginis.* Quære cap. 1. th. 3. & Antiquum, & cap. 60, & 61.

o *Adulterium quidem.* Quære cap. 34. 35. & lib. 2. tit. 2. c. 101.

p *Maritus.* Generaliter quidem nemo poteſt eodem tempore plus quam duas publicas accuſationes inſtituere. At vero quamuis ex alio crimine duas accuſationes inſtituerit, licet tertiam intendere de adulterio iure mariti.

q *Ex alio crimine.* Quære cap. 12. th. 1. tit. 34. & cap. 38. eiuſdem.

r *Vel curator.* Quære lib. 28. tit. 5. c. 16, & 9. th. 2. & cap. 44. tit. 4.

ſ *Ante 25. annum.* Quidam codices & ii quidem exquiſitiores habent, ante 26. annum. Intelligere autem hinc licet annum poſt 25. quem ibi vocant ſextum vtilem reſtitutionis eſſe quadriennium, adeo vt fiat mulier 29. annorum. quære lib. 28. tit. 5. c. 14.

t *XXV. annum.* Ex quadriennium reſtitutionis. Sed ſi poſt 25. annum reddat rationes, & acceptum ei fiat, ſtatim poteſt ducere.

u *Adulterii tenetur.* Licet adulterium non fiat, lege de adulteriis tenetur vt in ſeq. th. Quære lib. 44. tit. 1. c. 137.

x *Fieret.* Quære cap. 7. th. 2. & lib. 2. tit 2. c. 101.

y *Punitur.* Quia niſi conueniſſent in domo, & collocuti fuiſſent, non fuiſſet commiſſum adulterium.

z *Defendi non poteſt.* Quære tit. 35. c. 12. th. 2. & 15.

Digitized by Google

a *Materſ.* Quære lib. 2. tit. 2 c. 46. th. 2.

b *Mulieris.* Mulieres quoque hoc capite de adulteris tenentur, ſi domum præbuerint, vt in ea adulterium fieret, vel ſi pro comperto ſtupro aliquid acceperint.

c *Vel ſcenica.* In ſcenam publicam ſe l. cans vt aduerſus accuſatores alleget, Ego ſum ſcenica & infamis & quæ ſoleo hæc admittere.

d *Si habeat filiam ſororis.* Quære lib. 28. tit. 5. c. 15. & lib. 37. tit. 7. c. 39.

e *Si ſocer.* Viri pater & nurus ſocer ex ſua perſona, vt arbitror, non poteſt accuſare adulterii. At ſi vir ſit in eius poteſtate, poteſt ex perſona eius accuſare, quod & hîc fit.

f *Lucrum dotis.* Quaſi culpa nurus ſoluto matrimonio.

g *Excluditur.* Quia lucrum dotis vindictæ domus ſuæ præponere non erubuit.

h *Dies feriati.* Quære lib. 7. tit. 17. c. 13, & 18. & huius tit c. 5.

i *In dies 60.* Nota intra quod tempus poſſit vir accuſare vxorem adulterii ſine inſcriptione.

k *Si deſponſam.* Quære lib. 21. tit. 2 c. 9. & lib. 28. tit. 1. c. 15.

l *Non poſſum.* Antiquus, iure mariti.

m *Eam adulterii.* Quia potuit pater ſoluere ſponſalia, & quod ei filia conſenſerit coniungenti eam alteri, non committit adulterium, quod ex turpi affectione committitur.

n *Accuſare.* Canon 98. ſynodi in Trullo regio palatio in Conſtantinopoli Qui alteri deſponſam vxorem viuente adhuc ſponſo in matrimonii ſocietatem ducit, adulterii crimini ſubiiciatur.

o *Poſt mortem.* Edictum eſt Carbonianum poſitum in 5. tit. 40. lib. Βασιλικῶν, quod vult ſi ambigatur de origine & ſatione impuberis iudicium differri vſque ad pubertatẽ, & interim mitti eum in poſſeſſionem bonorum paternorum. Sed hoc quando de filio quaſi ſuppoſito agitur hereditatis gratia. Quando vero in matrem agitur quaſi adulteram, non oportet obtentu filii iudicium differri. nec enim matre damnata puer læditur. quære eiuſdem lib. 4. tit. c. 8. & lib. 21. tit. 5. c. 3. th. vlt. & c. 29. ti 1. eiuſdem. Aut ſi velis aliter dicas in 11. c. 4. tit. 40. lib. recte differri quæſtionem, quod adhuc puer ſit in vtero. nam ſi mater adultera deprehendatur, omnino præſumptio erit, & partum ex adulterio conceptum & ventre adulteræ pronuntiato, & partus qui ſequitur talis intelligitur. quia ibi de nullo alio quæritur, quam de ventre? Hîc vero nõ de ventre eſt ſermo, ſed de adulterio commiſſo à muliere. & fieri poteſt vt mulier adultera appareat, vtpote quæ nunc adulterauerit, & impubes abſque præiudicio conſeruetur, quaſi editus multo ante tempore quam adulterium quod nunc exiſtit committeretur. Quære lib. 40 tit. 5. c. 1. & lib. 28. tit. 8. c. 15. th. 2.

p *Non poteſt.* Quære c. 7. & lib. 40. tit. 5. c. 13.

q *Obtentu filii.* Hoc enim ſit in Carboniana bon. poſſeſſione.

r *Poteſt.* Quære lib 31. tit. 1. c 6.

ſ *Licet mulier.* Ab hoc th. vſque ad 4. th. 14. ff. quæſiui Indicem in diuerſis libris & non inueni.

t *De adulterio ſuſpectus.* Quære lib. 28. tit. 5. c. 0. th. 3. Nota quod ſi nubat mulier ei qui de adulterio ſuſpectus eſt, non conuenitur, vel accuſatur antequam is qui duxit conuincatur. lege & prætermiſſiones, quæ ſunt intra & extra caput, quæ ſunt neceſſariæ.

u *Abſentem virum* Quære lib. 28. tit. 7. c. 3. & hoc ſecundum illud hoc intelligatur.

x *Quam duxi.* Ignorans damnatam fuiſſe adulterii.

y *Repudiauero.* Secundus maritus, ob accuſationem adulterii prioris mariti.

12 VLP. Is etiam qui ſuadet adulterium committi in nuptam, vel ſtuprum in virginem aut viduam, legi[a] ſubiicitur. L 12

13 IN matrimonio quoq; quod non valet[b], mouetur crimen adulterii ab eo qui eam duxit. ¶ Et qui meretricẽ duxit[c], agit, quamuis ſi vidua eſſet impune in eam peccaretur. ¶ Agitur etiã de ſponſa[d]. ¶ Quod ſi inceſtæ erant nuptię, vel quę alia ratione conſiſtere nõ poterant, nõ iure mariti, ſed iure extranei agitur. ¶ Si iudex cõperiat maritum viuentem turpiter, occaſionem turpis & impudicæ vitę præbuiſſe mulieri, poteſt eum condemnare, quod tamen accuſatione vxorẽ non eximit. ¶ Si quis[e] vxorem ſuam velit accuſare adulterii commiſſi ante nuptias, non iure mariti, ſed extranei poteſt. forte enim concubinã eam habuit ante nuptias, vel erat ipſa[f] in poteſtate patris, & poſtea pater conſenſit. ¶ Et quæ apud hoſtes adulterium commiſit, reuerſa à marito accuſatur, non[g] iure mariti, niſi vim[h] paſſa ſit. ¶ Si impubes nupſerit mihi, non poſſum adulterio in eam commiſſo intra annos 12. iure viri accuſare, ſed vt[i] de ſponſa. ¶ Si repudiatam vxorem meam reduxero non quaſi[k] reſtaurato eodem matrimonio, ſed quaſi ſecundo contracto, aboleo præcedentia[l] delicta, & neque adulterii neque ſtupri poſſum accuſare.

L 13. in pr. & §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. §. 9.

14 SCÆV.

Digitized by Google

l.4.in pr. [17] SCÆV. Is cuius ope vel conſilio dolo malo factum eſt, vt adulter vel adultera dimitteretur, data pecunia vel pactione, vt leno punitur.
§. 1. §. 2 ¶ Si vir ſubiecerit adulterium, & ipſe & mulier tenentur. ¶ Intra dies[m] 60. præter virum & patrem nemo accuſare poteſt, qui dies computan-
§. vlt. tur[n] à miſſo repudio. ¶ Qui iure mariti accuſat, ſubiicitur calumniæ[o] periculo.
l.15.in pr. [18] SI maritus[p] magiſtratū gerens nō poteſt accuſare, pater vxoris im-
§. 1 peditur, & ei 60. dies non currunt. ¶ Qui[q] ſine dolo abeſt Reip. cauſa, in
§. 4 alia prouincia nō[r] accuſatur. ¶ At qui delinquit in qua degit prouincia,
§. 3 accuſatur, niſi non ſit ſubiectus iuriſdictioni magiſtratus[s]. ¶ Præſens autem qui vice abſentis habetur, accuſatur[t], quales ſunt qui Romæ vel in
§. 5 caſtris circa eam militant. ¶ Si pater & maritus intra dies 60. negauerint ſe accuſaturos, ſtatim aliis cum poſſint accuſare, tēpus currit. qui enim
§. 6 negauit ſe acturum, non poteſt ex pœnitentia accuſare. ¶ Minor 25. annis non poteſt alieno matrimonio adulterii crimen intendere, ſuo & iure extranei poteſt, & facile[u] non incidit in pœnam calumniæ. Minor
§. 7 autem[x] 25. annorum eſt, & qui annum 25. agit. ¶ Quæ[y] accuſatori op-
§. 8 ponuntur, præſcriptiones ante litem conteſtatam tractantur. ¶ Si vidua ſit[z] mulier, electio accuſatori datur[a], vt vel eam prius accuſet vel adul-
§. vlt. terum. ¶ quod ſi duos ſimul accuſet, nihil agere videtur, & rurſus quem velit accuſat.
l.16 [19] VLP. Si vir vxorem repudiarit & denuntiauerit ei ne Petro nuberet, & nubat, poteſt priorem eam accuſare.
l.17.in pr. & §. 2. [20] IDEM. Non[b] cogitur vero per iudicem denuntiare, ſed ei ſignificare ſe accuſaturum adulterii, & non ſimpliciter interdicere nuptiis, ſed & accuſationis mentionem facere, iudicis neceſſe non eſt mentionem fie-
§. 1 ri. ¶ Sed ſi cum ei non denuntiaſſet, accuſationis dederit libellos, illa autem ſciens vel ignorans nupſerit, non poteſt accuſationem ab ea incipe-
§. 3 re. ¶ quod ſi in denuntiatione perſonæ adulteri mentionem fecerit, non
§. 4. & 5. auditur volens poſtea eam de alia perſona accuſare. ¶ poteſt autem de-
§. 6 nuntiare & per procuratorē & per ſeruum. ¶ Licet non poſſit ſimul ab eodem & mulier & adulter accuſari: tamen[c] à diuerſis eodem tempore poſſunt, niſi ante denuntiationem alii mulier nupſerit. nam tunc de adultero ſententiam expectari oportet. & ſi quidem vicerit, ipſa[d] etiam per eum vincet: ſi victus erit, non vincetur per eum, ſed accuſabitur, & forſitan vincet vel iure[e] vel gratia iudicis.
l.18 [21] MARC. At ſi vita deceſſerit aut pœnam[f] ſuſtinuerit adulter priuſquā cōdemnaretur, vel accuſaret, mulier accuſatur ſine præſcriptione.
l.19. §. 2 [22] VLP. Si dum[g] eligitur adulter, innupta fuerit mulier, dum abſolui-
§. vlt. tur[h] nupta, accuſari poteſt[i]. ¶ Quandiu mulier nupta eſt, ei victoria adulteri prodeſt, licet per colluſionem vicerit, & neque is qui adulterum accuſauit, neque alius[k] eam accuſare poteſt. at ſoluto matrimonio accuſatur[l].
l.20 [23] PAPIN. Pater[m], qui non eſt in alterius poteſtate, poteſt adulterū & adulteram, quam in poteſtate habet, occidere: nec vllus alius parentum præter ſolum patrem hoc ius habet. SI igitur pater ſit filiusfam.[n] nec

Digitized by Google

nec auus poterit occidere nec pater, cum nō habeat filiam in poteſtate.

[24] IDEM. Idem de adoptiuo patre. nec enim in hac lege inter eos differentia eſt. l. 22 ¶ In accuſationem viduæ filiæ non habet pater ius[o] præcipuum. §. 1 ¶ Permittitur patri[p] non etiam marito omnem adulterum occidere, §. 2 ¶ & multo magis[q] contumelia adficere. §. 3 Occidere autem in domo in qua ipſe habitat, licet filia non habitet, & in domo generi.

[25] VLP. Si in ipſa actione adulterii eam deprehendat. ¶ Sufficit[r] autem l. 23. §. 1 ſi eo tempore fuerit in poteſtate quo occidit, licet tempore nuptiarum non fuerit in eius poteſtate. ¶ Alibi occidere quam vbi pater habitat, vel §. 2. & 3. in domo generi[s], non poteſt, nec in ſua domo, in qua nō habitat. Simul autem duos debet occidere[t], non hunc hodie, illum poſt dies. ¶ Sed ſi §. vlt. dum occidit adulterum, fugerit filia eo non diſſimulante, & perſequutus poſt horas aliquot apprehenderit, incontinenti videtur occidiſſe.

a *Legi ſubiicitur.* Vt quaſi adulter eadem omnia patiatur, quæ adulter, præter narium amputationem. ſciendum enim eſt eos omnes qui quaſi adulteri accuſantur, narium amputationem declinare, quam præter eos qui propriè ſunt adulteri, hoc eſt, qui cum nupta muliere peccant, nemo patitur. nam ex ſolo hoc capite ex tot diuerſis capitibus de adulteriis, narium amputatio locum habet.

b *Quod non valet.* Nam ſi duxero quam per legem ducere non licet, & ea cum eſſet mecum, adulterium commiſerit, licet ſoluatur matrimonium, eam quaſi adulteram accuſare poſſum: quanuis proprie cum ea nuptiæ non fuerint. vt ſi tutor pupillam duxero.

c *Meretricem duxit.* Non de iis quæ commiſit vidua, priuſquam ei nuberet, ſed de iis quę poſt coniunctionem admiſit.

d *De ſponſa.* De ſponſa quæ dum ſponſa erat, ante nuptias contractas deliquit, & coniuncta eſt ſponſa factis nuptiis. & quære c. 12. th. 8. & cap. 48. & huius c. th. 8, & 7. & tit. 58. c. 2.

e *Si quis vxorem.* Hoc thema eſt ex 48. ff. tit. 5. ff. 13. vt refertur in 28. lib. 4. tit. 34. cap. Nam ibi Stephanus extra Digeſtum ait, vbi non vnum matrimonium videtur, non poſſe virum agere de adulterio in priore matrimonio commiſſo. & erat quodammodo difficile, ſed ex hoc fit facile, & intelligitur recte, quod & ſi non idem eſt matrimonium, vtpote reſtauratum, ſed duo, vt quia mulier ſe alii viro iunxit, & ſoluto eo coniugio, ad priorem virum reuerſa eſt, ne ſic quidem poteſt vir agere de adulterio in priore matrimonio commiſſo. Poſtremum vero ita intelligatur, quia ſcriptura vitiata eſt. quod cum duo videntur eſſe matrimonia, non poteſt vir prius accuſare de adulterio. Sed primus intellectus melior apparet, vt ex hoc th. Poſſent & duo intellectus explicari, ita vt licet cum duo matrimonia apparent, non poſſit vir prius accuſare de adulterio, agat tamen cum mulier diſceſſit à viro, & alteri nupſit. Hoc vero ne ita cenſeas. nam vbi duo videntur matrimonia, vel ambigitur vnum an duo ſint, non poteſt vir adulterii accuſare.

f *Ipſa.* Nota in textu filiamf. non contrahere matrimonium ſine conſenſu patris. quære & lib. 28. tit. 4. c. 29. cuius initium, Si contra Conſtitutiones præſes. Nota & quando ratihabitio non retrotrahatur. & quære lib. 28. tit. 4 c. 2 & *ἀναφορᾶς* eius, & eiuſdem c. 29. & lib. 40. tit. 1. c. 3. th. vlt. & lib. 30. c. 91. & eius vltimam adnotationem, & lib. 21. tit. 2. c. 13. th. 1.

f Et cum talis eſſet alius eam accepit neſciente patre, in cuius erat poteſtate, quo genere nuptię nullius momenti ſunt, quin etſi fuerit ſui iuris, ſoluere nuptias pater poteſt, ſi puella minor ſit 25. annorum, vt lib. 28. tit. 1. c. 8. quære & ibi Indicem.

g *Non iure mariti.* Quæ ſcriptum habent, non iure mariti, ita explicanda ſunt, propterea quod captiua ſerua eſt, & non poteſt matrimonio coniuncta eſſe libero homini, ſoluiturque matrimonium captiuitate, nō poſſe virum accuſare mulierem. De aliis autem quibus ſcriptum eſt, iure mariti, lege ſeq. ſcholium.

g Quia captiuitate amiſit ciuitatem & libertatem, & facta eſt hoſtium ſerua, exinde nuptiæ ſoluuntur, & reſtaurantur rurſus ea reuerſa poſtliminii iure, & ideo iure extranei vir accuſat adulterii. Plures tamen libri habent, iure mariti. & eſt facile. nam poſtliminium ita reſtituit nuptias ac ſi medio tempore captiuitas non incidiſſet.

h *Niſi vim paſſa ſit.* SANCTI BASILII CANON XLIX. Stupra per vim commiſſa, innoxia ſunt. itaque ancilla cui vim dominus intulit, extra noxam eſt. SANCTI GREGORII THAVMATVRGI. Corruptis captiuis, illorum corpori à Barbaris illata iniuria, ſi & cuius vita reprehenſa eſt retro ſcortantis, oculis ſcilicet ſcortantibus, vt eſt ſcriptum: conſtat etiam tempore captiuitatis hunc ſcorti habitum in ſuſpicionem venire, nec facile oporteat earum precibus communicare. At ſi qua quæ in ſumma continentia vixit, & priorem vitam pure atque extra omnem ſuſpicionem egiſſe approbatur, vi nunc & neceſſitate coacta iniuriam patiatur, habemus exemplū in Deuteronomio de puella quam in campo offendens homo vi concubuit cum ea. Puellæ, inquit, non facies quidquam, ne ſit puellæ peccatum mortis quia vt ſi quis inſurgat in proximum ſuum, & morti det animam eius, ſic res hæc geſta eſt, clamauit puella, & nemo opem tulit.

h Nam

Digitized by Google

h Nam quæ vim paſſa eſt, innocens manet. & quære cap. 38. & lib. 28. tit. 1. cap. 6. & tit. 4. cap. 3.

i *Vt de ſponſa.* Quære finem 3. th. & cap. 12. th. 8. & tit. 58. cap. 2.

k Vnde vero conſtabit redintegrari matrimonium vel aliud conſtitui? nempe, ſi pacta conueta fecerint, prioribus non contenti. quære & lib. 28. tit. 4. cap. 19. Digeſtum autem 34. ait quando idem & quando aliud ſit matrimonium.

l *Non quaſi reſtaurato.* Quære lib. 28. tit. 11. cap. 23. & 30.

m *Intra dies 60.* Quære cap. 3. th. 5. & cap. 30. & ibi ſcholium neceſſario & cap. 47. & 29.

n *Computantur.* Puto ex hoc capite & patrem mulieris, quandiu habet filiam in poteſtate, eam accuſare adulterii iure mariti intra dies 60. ſine inſcriptione & quære c p. 29. & 23. circa finem.

o *Subiicitur calumniæ periculo.* Nō vt talionem patiatur, alioquin quæ erit differentia ab extraneo accuſante, cum inſcriptione? Sed vt pœnam calumniæ inferat. vel ſecundum 34. ca. 1. tit. vel ſecundum 2. th. 3. cap. 26. tit. & lege in eo adnotationem, & potius adhæreas 10 cap. 1. tit. At ſi minor ſit qui accuſet intra dies 60. euitat calumniæ periculum, vt lib 10. tit. 4. cap. 37. & ibi Innominatus & Index. Eivsdem. Nota eum à quo inſcriptio non poſtulatur, vt calumniatorē damnati S. C. Turpiliano, quod extat lib. 60. ti. 1. non etiam talioni ſubiici. & nota eos à quibus inſcriptio non poſtulatur, ſi falſa detuliſſe doceantur, vt calumniatores damnari, niſi nominatim à lege priuilegium acceperint, ne condemnētur. & quære tit. 1. cap 29. & huius tit. cap. 29. & tit. 65. cap. 1. & ibi primam adnotationem.

p *Si maritus.* Magiſtratus neque agit, neque cum eo agitur: ſed neque eorum nomine quorum tutelam vel curam geſſit iudicatur, vt lib. 7. tit. 5. cap. 48.

q *Qui ſine dolo abeſt.* Nam quid ſi ipſe de induſtria ſe miti petierit in illum locum, vel poſt impletam publicam neceſſitatem otioſus peregre maneat data opera? Nota optimam diuiſionem eius qui vere abeſt Reip. cauſa, & eius qui videtur abeſſe.

r *Non accuſatur.* Vt ſi is qui Epheſi adulterium commiſit, inuenitur in Italia Reip. cauſa, non accuſabitur in Italia, niſi in Italia deliquerit.

ſ *Magiſtratus.* Ciuilis, ſed militaris, quales ſunt qui in vrbe conſiſtunt cuſtodiēdi palatii cauſa.

t *Accuſatur.* At non conuenitur ciuilibus actionibus. & vide optimam ſubtilitatem.

u *Facile non incidit.* Quære cap. 13. th. 7. & lib 10. tit. 4. cap. 37. th. 1. & ibi Innominatum.

x *Minor autem 25.* Hic quidem minor 25. annis dicitur & qui agit annum 25. At lib. 54. ti 4. cap. 7. them. 2. ait in honoribus eum qui cœpit annum 25. videri eum impleſſe, niſi honoribus miſte ſit ciuilium rerum adminiſtratio.

y *Quæ accuſatori.* Præſcriptiones quæ ſolent obiici accuſatoribus adulterii ante accuſationem examinari debent. ceterum poſtquam ſemel ſub accuſationem factus eſt quis, non poteſt præſcriptiones opponere.

z *Si vidua ſit.* Si ſuſpecta adulterii mulier in viduitate perſeuerat. quære cap. 5. tit. 34. & tit. 1. cap. 10 th. 6.

a *Datur.* Quod ſi nupſerit prior adulter, accuſatur vt cap. 3. Nota, vidua manente adultera, accuſatorem quem velit accuſare poſſe. & lege prætermiſſiones foris & intus. Canon lxxxvii. synodi in titvlo palatii. Quæ maritum reliquit eſt adultera, ſi ad alium tranſeat, ſecundum ſacrum & diuinum Baſilium ex Hieremia propheta hoc optime colligentem, Si fuerit mulier alterius viri, non reuertitur ad virum ſuum, ſed polluta polluitur: & Prouerbiis, Qui habet adulteram, ſtultus & nefarius eſt. Si igitur vxor diſceſſerit à viro, is quidem venia dignus eſt, hæc vero pœna. Venia ei datur, vt Eccleſiæ communicet. At qui iunctam ſibi legitime vxorem relinquit, & aliam ducit, ex Domini ſententia adulterii iudicio tenetur. Statuuntur vero à Patribus noſtris, vt hi annum adplorent, biennnium audiant, triennium ſe ſubmittant, & ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ita oblatione digni habeantur ſi cum lachrymis pœniteant. Sciendum vero quinque locos & gradus eſſe pœnitentium, Adploratus, qui hic eſt, vt conſiſtat reus extra velum Eccleſiæ, & ingredientibus flens dicat, Orate pro me, accidens etiam pedibus eorum. Auditio, vt audiat Sacras Scripturas ſtans in oſtio baſilicæ. Submiſſio, vt intra velum Eccleſię in extrema parte ambonis conſiſtat ad catechumenorum preces concurrens. Conſiſtentia, vt ſtet cum fidelibus quoad diuina functio peracta ſit. Participatio Sacrorum, vt viuificantis panis conſors & particeps fiat.

b *Non cogitur.* Denunciaſſe qualiter debemus accipere, vtrum vt denunciauerit ei adito iudice, an ſimpliciter? & puto etiamſi per iudicem ei non denuntiauerit, ſufficere, ſi modo ſignificauerit ſe eam accuſaturum adulterii. quid ergo ſi non denuntiauit, ſed libellos accuſationis dedit ei antequam nuberet, idque ſciens ea nupſit, vel etiam ignorans? puto non videri ei denuntiatum, idcirco non poteſt ab ea accuſator incipere. quid ergo ſi hoc tantum denuntiauerit ei ne nuberet, nec adiecerit quare, num recte nupſiſſe videtur mulier? Et melius eſt illam denuntiationem ſeruare accuſatori electionem prius accuſandi quem volet, qua ſignificauit omnino ſe eam accuſaturum Si igitur adulterii criminis mētionem fecit in denūtiatione, & ſi futurum iudicem non monſtrauit, poteſt prior mulier accuſari, quaſi legitime denuntiata.

c *Tamen a diuerſis.* Puta prolato alio accuſatore adulteri, ipſo autem mulierem accuſante, vel è contrario. Nota quando vnius victoria proſit alii, & quatenus. quære cap. 18. th. 2.

d *Ipſa etiam.* Quære cap. 19. th. 2. At lege diſtinctionem poſitam in fine 2. th. 18. ca. Ceterum ſi ſoluatur matrimonium, accuſatur. Quandiu nupta eſt ſecundo viro, non poteſt accuſari. Nota ſpeciem, qua alio vincente hoc alii prodeſt, eodem tamen damnato, hoc alium non lædit, cui tamen ſuperiori caſu emolumentum adfert.

Digitized by Google

e *Veliure.* Quid enim ſi adulter inimicitia accuſatoris oppreſſus eſt, vel falſis argumentis aut teſtibus ſubornatis grauatus apud præſidem, & noluit aut non potuit prouocare. mulier vero iudicem rectum ſortita pudicitiam ſuam defendit?

f *Pœnam ſuſtinuerit.* Hoc eſt, alia pœna adulterum ſubtraxerit.

g *Si dum eligitur.* Si eo tempore quo accuſabatur adulter, mulier nupta non fuit, eo vero tempore quo abſoluebatur nupta fuit, dicemus eam etiam abſoluto adultero accuſari poſſe. quia eo tempore quo elegit adulterum accuſator, nondum erat nupta. quære finem 15. cap.

h *Dum abſoluitur.* Non vincente adultero, ſed interueniente forſitan publica indulgentia vel petita abolitione. nam ſi vicerit adulter, didiciſti quid fiat, in fine 16. cap. & cap. 17. Quære cap. 3. & 16. th. vlt.

i *Accuſari poteſt.* Vt in hac ſpecie: Accuſatus eſt quis adulterii, & vicit iudice pronuntiante adulterum eum non eſſe. mulier quæ mox dicetur adultera, vidua facta eſt, & nupſit alteri. Deinde accuſatur adulterii, vtitur ad defenſionem fine th. 16. c. quo dicitur vincente adultero, & ipſam per eum vincere. Hoc itaque capite dicitur, ſi quidem adhuc primo viro iuncta erat, certe victoria adulteri ei prodeſt. quia tamen ad alias nuptias tranſiit non prodeſt, ſecundum diſtinctionem poſitam in ſequenti capite.

k *Neque alius.* Si adulterii accuſatus abſolutus eſt.

l *Accuſatur.* Nec enim aliam lex tuetur, quam nuptam, & quandiu nupta eſt.

m *Pater.* Nihil intereſt, priorem occidat adulterum an filiam. Sed ſi vnum tantum occidat, lege Cornelia tenetur, niſi forte accidat, vt vnus grauiter vulneratus euadat. Oportet autem in ipſo adulterii facto eam deprehendi. Lege 13. cap. 117. No poſitam in lib. 28. tit. 7.

n *Filiusf.* Vir autem, ſiue filiusf ſit, ſiue paterf. occidere poteſt. & quære c. 19. th. 2.

o Nam quandiu habet virum, ſi adulterium cõmittat filia, poteſt pater eam cum adultero occidere, poſtea vero quam ſeiuncta eſt viro, committit ſtuprum non adulterium. idcirco non debet occidi.

o *Ius præcipuum.* Puta occidendi adulterum & adulteram, quam habet in poteſtate.

p *Patri.* Ideo patri non viro mulierem & omnem adulterum occidere licet, quia plerunque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit. ceterum calorem viri & iram, quaſi non facile diſcernentis an debeat occidere, refrenari oportet.

q *Contumelia adficere.* Si occidere licet, & contumelia adficere, multo magis. cui enim plus licet, eidem & minus licet.

r *Sufficit.* Sufficit patri, ſi filiam habeat in poteſtate, cum occidit, non cum eam in matrimonio collocat. Finge enim eam quæ nuptiarum tempore fuit ſui iuris, poſtea in poteſtatem redactam per adoptionem. Vel ita, Pater tempore nuptiarum non habuit filiam in poteſtate, quia erat ipſe in poteſtate patris ſui, poſtea mortuo auo puella redacta eſt in poteſtatem patris. quære finem 1. c. 39. tit. quod tractat de pœna eius qui vnum tantum occidit.

ſ *In domo generi.* Quare autem non vbique deprehenſum adulterum pater occidere poſſit, ſed in domo tantum generi, illa eſt ratio quia maiorem iniuriam exiſtimauit eſſe legiſlator, audere adulterum filiam inducere in domo viri vel patris.

t *Debet occidere.* Prope enim vna ira & vno ictu vtrunque debet occidere, æquali ira aduerſus vtrunque ſumpta.

16 MARC. Marito adulterum occidere licet domi [a] ſuæ tantum, non tamen quemlibet, ſed lenonem, & qui artem ludicram ante fecerit, vel qui in ſcenam prodierit cantandi aut ſaltandi cauſa, & iudicio publico damnatum, nec reſtitutum, & libertum ſuum vel vxoris [b] vel parentum vel liberorum ſuorum, licet partem in eis habeant alii, & ſeruum. ¶ Iubet autem lex, vt is qui prædictorũ quem occiderit, ſoluat nuptias. ¶ nihil autẽ intereſt ſui iuris an filiusf. [c] fuerit maritus. ¶ Siue autem [d] leno ſit pater & maritus, ſiue alia ratione infamis, ſiue mulier infamis, habent ius occidendi, licet adulter ſit magiſtratus [e], in eis ſcilicet nuptiis [f] in quibus iure mariti accuſare poſſunt. l. 24. in pr. §. 1 §. 2 §. vlt.

17 VLP. Si maritus [g] deprehẽdat adulterum quem nolit [h] aut non liceat occidere, poteſt eũ retinere horis 20. continuis, & teſtes inducere in accuſatione teſtimonio futuros deprehenſum in adulterio. ¶ Sed ſi dimiſerit eum, non poteſt amplius eum retinere. Quod ſi euaſerit, poteſt reducere & cuſtodire horis 20. ¶ Eadem & pater mulieris facere poteſt. l. 25. in pr. §. 3 §. 1

18 IDEM. Conſtante [i] matrimonio alius accuſare mulierem non poteſt, niſi [k] prius maritum lenocinii accuſauerit. ¶ At derelictam à viro accuſationem alius reſtaurare poteſt. l. 26 §. 1

l.17.in pr. [29] Si accuſator poſtulauerit torqueri ſeruum accuſatum adulterii, ſiue velit intereſſe[m], ſiue non, æſtimat eum iudex, & duplum[n] pretii eius

§.1.2.3. & 4. præſtat accuſator eis quorum intereſt. ¶ Intereſt autẽ & bonæ fidei poſſeſſoris & eius qui pignoris iure eum tenet, & diuiditur æſtimatio inter

§.5 dominum & fructuarium & inter ſocios. ¶ Sed ſi liber homo, dum ſeruus exiſtimatur, tortus[o] ſit, vtilem[p] habet in eum qui per[q] calumniã po-

§.6 ſtulauit. ¶ Torquentur[r] ſerui & ancillæ accuſatorum & parentũ eorum,

§.7 qui eis dati ſunt ad vſum. Torquentur & extranei ſerui. ¶ Quæſtioni autem intereſſe debent accuſatores & rei & cauſidici eorum, quibus & in-

§.8.9.& 10. terrogandi facultas datur. ¶ Et is quoque ſeruus[s] qui in vſumfructum datus eſt reo, & qui bona fide ei ſeruit alienus ſeruus, & ſtatuliber[t], & is

§.11 cui debetur fideicommiſſaria libertas, torquetur. ¶ Quod reo iuris eſt[u] in ſeruo torto, publicum fit, ſiue tortus ſeruus, ſiue pars, ſiue vſusfru-

§.12 ctus, ſiue nuda proprietas. Alienus autem non fit publicus. ¶ non tamen

§.14 qui fit publicus ante publicatur quam tortus ſit. ¶ Serui etiam accuſa-

§.15 toris ſi torqueantur publici fiunt non etiam extranei. ¶ Abſoluto reo[x] ſeruos à iudice æſtimari oportet, vt ſi mortui fuerint æſtimatio præſte-

§.16 tur, vel ſi deteriores facti, deminutio: ¶ & hîc ſimplum præſtatur. Duplum autem cum ipſe reus torquetur.

l.28 [30] Marc. Quod[z] debetur ex hac cauſa, per legem petitur.

l.29.in pr. [31] Vlp. Qui vxorem deprehenſam in ipſo adulterio retinet[a], & adul-

§.1 terum dimittit, vt leno punitur. ¶ Qui adulterii[b] vel ſtupri virginem aut viduam damnatam vxorem ducit, in hanc legem incidit, non etiam qui

§.2 ex alio[c] capite de adulteriis damnatam. ¶ Incidit & in eam qui pretium pro adulterio accipit, ſiue maritus ſit, ſiue alius, non etiam qui gratis re-

§.3.& 4. mittit. ¶ Quæſtum vero ex adulterio vxoris ſuæ accipit, qui accipit vt ipſa adulteretur. quod ſi eam delinquere patiatur, non ob quæſtum, ſed negligentiam, vel culpam, vel patientiam, vel crudelitatem[d], non inci-

§.5 dit in legem, ſed verberatus relegatur. ¶ Sex[e] menſes numerantur in nupta ex tempore diuortii, in vidua ex tempore commiſſi criminis. Licet autem continui ſint ſex menſes, nunquam[f] prætereunt continuum[g]

§.6.& 7. quinquennium[h]. ¶ nam in omnibus capitibus legis de adulteriis quinquennium continuum ſtatutum eſt, quod computatur à tempore delicti vſque ad poſtulationem, nõ etiam vſque ad cognitionem cri-

§. vlt. minis. ¶ Non concluditur[i] verò hoc tempore per vim illatum ſtuprum mari aut fœminæ. quia in inſi tum[k] agitur, cum & vis publica committatur.

l.30 [32] Pavlvs. Pater[l] periculo calumniæ ſubiicitur. Sexageſimus[m] dies in diebus 60. computatur.

l.31 [33] Idem. Si accuſata[n] ſit mulier, & ideo non potuerit eodem tempore adulter accuſari, & tranſierit[o] quinquenniũ, vel ſi intra quinquennium poſtuletur quis, & non peragatur[p], vel colluſio interueniat, & tranſeãt quinquennium, aliuſque accuſare velit, eximitur quinquennio in priorem accuſationem conſumptum tempus.

l.32.in pr. [34] Marc. Nihil intereſt[q] adulterum prius occidat an filiam. quod ſi vnum tantum occidat, tenetur lege de ſicariis, niſi forte co...ngat eua-

Digitized by Google

dere eum qui grauiter vulneratus ſit[t]. ¶ Si accuſator adulterum eligat §. 1
vel mulierem antequam finitum ſit iudicium, non poteſt alium accuſare. Poteſt tamen horum vnum accuſare, & eum qui adulterio domum ſuam præbuit, vel ſuaſit pecunia redimi crimen.

35 MARC. Si quis[s] dicat vxorē ſuam à ſeruo ſuo adulteratam, prius eam l.33.in pr.
accuſare debet[t]. ¶ Si quis adulterum non dimiſerit, ſed retinuerit, forte §. 1
filium in nouercam, vel libertum aut ſeruum in vxorem, legi ſubiicitur[u]. ¶ Vxor quæ ex adulterio viri aliquid accipit, vt adultera tenetur. §. 2

36 MODEST. Stuprum committit[x] qui conſuetudinem habet cum li- l.34
bera muliere, non vt cum vxore vel concubina. ¶ Adulterium in[y] nupta §. 1
committitur, ſtuprum in vidua, aut puero, aut virgine.

37 IDEM. Intra[z] tempora[a] poteſt emendari error[b] inſcriptionis. l.35

38 PAPIN. Poſt pubertatem minor committit adulterium, & legi l.36
ſubiicitur[c].

39 IDEM. Filiusfam. etiam inuito patre accuſat vxorem adulterii[d]. l.37

a *Domi ſuæ.* Quære lib. 10. tit. 2.c.7.th.2.& lib.28.tit.7.c.7.

b *Vel vxoris.* Quæ adulterium admiſit.

c *An filiusf.* Aliud in patre, vt c.26.

d *Siue autem leno ſit.* Illud in patre & viro quæritur, an poſſit pater magiſtratum in adulterio deprehenſum occidere. Item illud, ſi infamis ſit filia adultera vel vxor, & contra leges nupta, an habeant ius occidendi pater & maritus. Item quæritur, ſi vir aut pater leno eſt, vel qua alia infamia notatus, an habeant ius occidendi. & rectius dicemus eos omnes quibus licet iure patris vel iure mariti accuſare, poſſe etiam adulterum occidere.

e *Licet adulter ſit magiſtratus.* Hæc verba, Licet adulter ſit magiſtratus, in patre intelligenda ſunt. poteſt enim pater ſi quem deprehendat in adulterio filiæf. eum occidere. Sic ergo intelligatur, ne obſtent ea quæ ſuperius de viro dicta ſunt. Quæcunque vero ait Nou. 117. quæ eſt in lib. 2 & tit.7. hæc non infirmat, ſed his potius adiicit Lege & lib.4.tit.2.ff.2. & quæ in eo ſunt adnotata.

e Hoc ad ſolum patrem pertinet. nam maritus non poteſt occidere adulterum, niſi talis ſit qualis notatur c.29. vel ff.26.

f *Nuptiis.* Non inceſtis, non inualidis, vt cap.15.th.4.

g *Si maritus.* Quære lib.28.tit. 7.Nou. 22. ante Codicem in fine tituli, quæ vetat alios occidi, quam qui ſunt comprehenſi, 29.cap.

h *Quem nolit.* Nec enim cogitur occidere inuitus, licet infamis ſit adulter. Nota, vti probetur adulterium, & quid debeant dicere teſtes aduocati, & ſolum virum ac patrem hoc facere poſſe.

i *Conſtante matrimonio.* Conſtante matrimonio mulier accuſari adulterii non poteſt ab eis qui eam poſt virum accuſare poſſunt. probatam enim à viro ſuo, & quieſcens matrimonium alius non debet turbare & inquietare, niſi maritum lenocinii accuſauerit, & conuicerit. At ſi vir accuſationem adulterii derelinquat, recte ab alio accuſatur mulier.

k *Niſi prius.* Hoc eſt, niſi eam in ipſa turpitudine deprehendat vir, & taceat. quia tunc vt leno vir accuſatur prius, deinde adultera & adulter. & quære 3. them. 5. cap. & cap. 32. them. 1. ſiue ff.29. Nota, viro non accuſante vxorem ſuam adulterii alium non poſſe accuſare. quære cap 67.

l *Torqueri ſeruum.* Tunc auditur qui poſtulat torqueri ſeruum, cum accuſationis argumenta ſubſunt, & ſola ſerui quæſtio deeſt.

m *Intereſſe.* Accuſator. melius autem eſt [illegible] ipſe interſit quæſtioni, vt th.3.

n *Duplum pretii.* Nota, quod ſi ſeruus ex facto proprio accuſetur, & quęſtione habita interrogandus ſit, duplum pretii accuſator deponit domino ſerui. Sed ſi ex alieno vel ex domini delicto torqueatur, ſimplum pretii eius deponitur. & qui de alieno non domini facto interrogatus eſt, domino redditur. qui vero domini ſcelus detexit, fiſco. quære vltimum thema huius capitis, & tit.1.cap.9.

n Duplum præſtatur, ſi ſeruus quaſi auctor delicti torqueatur, & quaſi innocens abſoluatur. quod ita intelligitur, ſi dominus eum non recipiat tortum, & deteriorem factum. quære tit. 50. c. 1. & aliam differentiam, & 5.th.1.& c.5.

o *Tortus ſit.* Nota, in crimine adulterii ſeruos torqueri aduerſus dominos, atque etiam ſeruos qui ad eos minime pertinent. lege ſeq thema.

p *Vtilem habet.* In factum. Vtilem vero, quia non erat vere ſeruus, ſed exiſtimabatur eſſe.

q *Qui per calumniam.* Quia liberum hominem quaſi ſeruum deduxit in quæſtionem.

r *Torquentur ſerui.* Hæc quidem ſeruo adulterii accuſato iuſſit lex fieri. Iubet autem torqueri etiam ſeruos & ancillas rei vel reæ adulterii & parentum vtriuſque eorum, ſi hæc mancipia ad

vſum

Digitized by Google

vſum eis data ſint à parentibus,& hæc quidem lex iubet. Diuus autem Adrianus reſcripſit etiã exteros ſeruos torqueri in quæſtione adulterii.

ſ *Is quoque ſeruus* Quære tit.50.cap.8.th.2.& lib 44.ti.2.cap.77.th.4.

t *Statuliber.* Quære tit.50.cap.1.& 5.& cap.10.th.5.

u *Iuris eſt.* Iubet lex tortos reorum ſeruos fiſci fieri,& inſolidum ad eum pertinere. Sed ſi communes erant,pars quam in eis reus habuit publicatur,& ſi proprietas ad eum pertinuit alio obtinente vſumfructum,quod habuit reus,in fiſcum redigitur. At ſi alienus fuerit ſeruus,conſtat eum non publicari. Ratio autem propter quam torti reorum ſerui publicantur,hæc eſt,vt dum ſperant ſe iam amplius eorum ſeruos non futuros, verum dicant, ne dum timent ſe reuerſuros in reorum poteſtatem, obdurent in quæſtione, nec verum dicant. Non fiunt autem publici antequam torti ſint. Sed etſi negauerint ſe conſcios eſſe adulterii, publicantur. ratio enim adhuc eadem eſt ne dum ſperant ex negatione ſub dominio reorum ſe permanſuros, perſeuerent in mendacio. Sed etſi accuſatoris ſerui torti ſint, publicantur. nam & eius ſerui ne mentiantur, merito à dominio eius recedunt. extranei vero ſerui non habent cui gratificentur, & ideo non publicantur. Nota, reorum & accuſatorum ſeruos tortos publicari, exteros dominorum manere.

x *Abſoluto reo.* Nota, ſeruo accuſato & torto duplum pretii domino dari:ſeruo pro alio torto, ſimplum duntaxat.quære 26.cap.& ibi Antiquum & nonum ſcholium.

y *Hic ſimplum præſtatur.* Illud notandum quod legis capite nono cauetur, ſi ſeruus adulterii accuſetur, & accuſator eum torquere velit, duplum domino præſtari. in hoc autem capite, vbi domino, vel domino accuſato ſerui torquentur, ſimplum torti pretium domino præſtatur.

z *Quod debetur.* Siue duplum pretium petatur ſiue ſimplum,condictione ex lege agitur. In eundem. Ego autem exiſtimo potius in factum agi. Quoties enim lex obligationem introducit,nec adiicit nomen actionis,vel antiqua lex eſt & agitur in factum, vt hic: vel Conſtitutio vel Nouella vel noua lex, & agitur condictione ex lege,& lege Stephanum in lib o 24. tit. 8. capite 6.

a *Retinet.* In hoc vt remoueat adulterii ab ea maculam. Vt enim non poteſt vnum occidere, & alium derelinquere,ita nec retinere vnum,& alium remittere ,vt th. vlt 24.cap.

b *Qui adulterii.* Nota,eum qui ſciens damnatam adulterii vel ſtupri vxorem ducit, vt adulterum puniri:& de eo qui adulteram ducit,quære cap.*.Eum vero qui ſtupri damnatam ducit,puto non adulterii,ſed lenocinii nomine puniri.

c *Ex alio capite.* Vt ſi domum ſuam præbuerit,quo adulterium committeretur.

d *Crudelitatem.* Quin potius ſtuporem animi. Hoc ita in Indice & in Cyrillo extat.

e *Sex menſes.* Sex menſes in lege Iulia ita definimus, vt in nupta quidem ex die repudii ſex mẽſes computentur, in vidua autem ex die cõmiſſi adulterii,quod ſignificari videtur reſcripto principis ad Tertullum & Maximum Conſules. Si vero ex die repudii 60. dies, ex die commiſſi adulterii quinquennium præteriit, dicere debemus nunquam mulierem accuſari poſſe. quod enim vtiliter computantur ſex menſes, ſic accipimus, ne crimen quinquennio continuo ſopitum exerceatur ſiue excitetur. Hoc vero quinquennium lex obſeruari voluit, ſi ſtuprum vel adulterium reo vel reæ obiiciatur. At ſi aliud quod crimen ex lege de adulteriis obiiciatur,vt ſi domum ſuam præbuit ſtupri vel adulterii cauſa, vel aliud huic ſimile crimen, quæritur an & in his quinquennium ſtatutum ſit & multo melius eſt in omnibus cauſis ex lege Iulia venientibus quinquennium cuſtodiri. Hoc vero tempus computatur,ex quo quid admiſſum eſt,non vſque ad eum diem quo cœpit crimen exerceri.

f *Nunquam prætereunt* Quære cap.4.& 12 th.6.circa finem & 7.& cap.5.

g *Continuum.* Ecce diſcas crimen adulterii intra quinquennium & intra ſex menſes intendi. Præceptor quidem meus Hagiotheodoretus ait intra quinquennium intendi à patre & viro, intra ſex menſes ab aliis,vt cap. 7.th. 1.vtitur enim eo ad probationem. Nicæus autem ait intra quinquennium intendi in adulterum,intra ſex menſes in adulteram,& hoc probat ex cap.*. At lege omnem titulum, & inuenies conſentire capita interpretationi Nicæi, & obſtare tantum Antiquum 55. cap. circa finem,cui,cum non ex Baſilicis,ſed ex ſe loquatur,non creditur.

h *Quinquennium.* Hoc ait cap. quod ſex menſes non egrediuntur quinquennium, ſed includuntur quinquennio,& ſi tacuerit vir quinquennium integrum, non poſſe eum poſtea agere in adulterum,quod quinquennium prçterierit:nec in adulteram,quod vltra quinquennium nõ dentur ſex menſes vt in hac ſpecie, Miſit aliquis repudium vxori,& cum iam poſt repudium quinquẽnium prætermiſiſſet,accuſauit vxorem adulterii,illa obiecit ſex mẽſium lapſum, cõtra is inſtitit nõ concludi intra quinquennium datum ad accuſationem adulteri. ſex menſes præſtitutos aduerſus adulteram, allegans cum duæ ſint perſonæ quæ adulterium committant, & duo delicta,æquum eſſe vt in vltionem diuerſorum delictorum data tempora non inuicem confundantur, & alia aliis includantur, ſed ſeparatim currere quinquennium debere, & ſeparatim poſt quinquennium ſex menſes. Hoc igitur,reprobans cap.ait ſex menſes nunquam egredi continuum quinquennium,ſed quinquenni lapſu labi & ipſos.

i *Non concluditur.* Hæc quidem de iis dicuntur,qui inuolentes deliquerunt, extingui eorum pœnas quinquennio. Sed ſi vi illata mari aut fœminæ commiſerit quis ſtuprum,in infinitum accuſari poteſt.quia vim publicam committere creditur.

k *In infinitum agitur.* Intra 20.annos,vt in aliis criminibus.

Digitized by Google

l *Pater.* Hinc apparet patrem intra 60. dies ſine inſcriptione accuſare. nam ſi cum inſcriptione accuſarit, non calumniæ periculo ſubiicitur, ſed talioni. Idem & in viro, cap. 16. themate vltimo ſiue ff. 13.

m *Sexagenarius dies.* Quia ſexaginta dies ex repudio incipimus computare ad accuſationem in diebus 60. & ipſe ſexageſimus dies computatur.

n *Si accuſata.* Nota, ſi crimen intendatur mulieri, id temporis adultero non cedere.

o *Et tranſierit quinquennium.* Diu tractata accuſatione mulieris.

p *Non peragatur.* Non peragatur, ſed deſiſtat, aut præuaricetur. ita Index.

q *Nihil intereſt.* Cum pater ſimul & adulteram filiam & adulterum occidit, nihil intereſt quẽ prius occiderit. Sed ſi vnum occiderit, alterum dimiſerit, vt homicida accuſatur. Quod ſi vnum occiderit, alium vulnerauerit ſolummodo, verbis quidem legis non liberatur. ſed D. Marcus & Commodus reſcripſerunt impunitum eum remanere, quia & ſi occiſo adultero mulier ſuperuixerit poſt tam grauia vulnera quæ ei pater inflixit, forte potius ſuperuiuere creditur, quam voluntate patris. quia lex parem indignationem exigit in eos qui ſimul deprehenſi ſunt in adulterio, & ſeueritatem requirit.

r *Grauiter vulneratus ſit.* Apparet enim tunc non dolo factum vulnerantis. alioquin ſi non grauiter vulnerauerit, & euaſerit, tenetur.

ſ *Si quis dicat.* Quære tit. 34. cap. 5. & huius tit. cap. 2. th. 4. & cap. 16, & 14. circa finem, & 15. themate vlt.

t *Accuſare debet* Et non in præiudicium eius ſeruum ſuum torquere.

u *Legi ſubiicitur.* Non quidem ex verbis legis, ſed ex ſententia. Ille vero non ſubiicitur qui fecit ea quæ ſunt in 24. cap.

x *Stuprum committit.* Stuprum committit qui liberam mulierem non matrimonii cauſa ob ſolã conſuetudinem habet apud ſe, excepta videlicet concubina. quære cap. 1. th. 3. & ibi Antiquum.

y *Adulterium.* Quære cap. 7. th. 1. 2 & lib 2. tit. 2. cap. 101, & 142 th. 3.

z *Intra.* Si accuſator adulterii circa inſcriptionẽ criminis errauerit, & ſufficiant accuſationis tẽpora, emendare ei licet vitium inſcriptionis, ne crimen aboleatur.

a *Tempora.* LX. dierum vel quatuor menſium.

b *Error.* Forte ſcripſit in menſe illo per errorem, cum alio commiſſum fuiſſet adulterium. quære cap. 17. th. vlt. Quære & lib. 7. tit. 18 cap. ante 5. cap. finem.

c *Legi ſubiicitur.* Vt adultero nares amputentur. Impubes autem alio modo caſtigatur.

d *Adulterii.* Quia proprii doloris vindictam perſequitur.

40 IDEM. Vbi [a] inceſtum & adulterium coniungũtur, vt in priuigna, nuru aut nouerca, mulier quoq; ſimiliter punitur. id enim etiam ſine adulterio eueniret. ¶ Siquis ſtuprum [b] committat cum ſororis filia, mulier ſimiliter quoq; punietur, vt mas. & intereſt quidem vtrum quis inceſtas nuptias contrahat, ignorans an [c] temere. ¶ Vbi autẽ & natura & lege indignum ſcelus committitur, ſimiliter punitur fœmina vt mas: ſed ſi lege tantum prohibeatur, mulieri ignoſcitur. ¶ Nõnunquam & mares inceſto coniuncti humanius quam adulteri puniuntur, vt ſi tanquam vxori [d] iunxerint ſe inceſto, non tanquam ſcorto. ¶ Et minori inceſtum remittitur, ſi modo ab eo recedat. Adulterii autem [e] nec mulier nec minor excuſationem habent. ¶ Et priuignus qui ignorans iuxit ſe nouercæ, & ſoluit nuptias, inceſti non tenetur. ¶ Inceſtum matrimonium non confirmatur. ideoq; ſi ante accuſationem ſolutum ſit, pœna remittitur. ¶ Inceſto matrimonio per ignorantiam contracto veniam dant ſexus & ætas & correctio delinquentis, & maxime ſi nõdum accuſatus ſit. ¶ Libertus poteſt agere cum patrono adulterii, ſicut iniuriarum ex atroci iniuria. Occidere tamen eum in adulterio deprehenſum non poteſt, licet ex eis ſit [f] perſonis quas marito licet occidere [g]. ¶ Siquis [h] honorem vel miniſterium publicum gerat, inſcriptionem [i] quidem patitur, ſed accuſatio differtur, eo cauente [k] poſt finem honoris iudicio ſiſti.

l. 38. in pr. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 9. §. vlt.

41 VIM paſſa mulier lege nõ tenetur, licet facti erubeſcẽtia confeſtim viro non renunciauerit. ¶ Conſtante matrimonio poteſt quis [l] accuſare adulterum, licet maritum adulterii prius non accuſet. ¶ Mortua quoq; in ma- l. 39 in pr. §. 1. §. 2.

Digitized by Google

§. 3 in matrimonio vxore poteſt maritus adulterum accuſare. ¶ Nupta[m] priuſquam damnetur adulter, non accuſatur, ſi ante nuptias denuntiata,
§. 4 vel denuntiatio domum eius miſſa non fuerit. ¶ Damnatam[n] quaſi la-
§. 5 tronum conſciam maritus retinere in matrimonio poteſt. ¶ Coniunctũ
§. 6 adulterio inceſtum non extinguitur quinquennio. ¶ Duos[o] quidem ſimul accuſare vir non poteſt, ſed ſi duobus denuntiauerit, & velit deſi-
§. 7 ſtere in vtroque, neceſſaria eſt abolitio. ¶ Inceſti[p] crimen ſimul aduerſus
§. vlt. duos[q] intendi poteſt. ¶ Serui[r] eius qui inceſtum commiſit torquentur, ſi adulterio coniunctum ſit.

l. 40 [41] PAVLVS. Si vir minatus ſit[s] vxori ſe acturum adulterii, nec egerit[t], poteſt[u] nubere ſuſpecto[x] de adulterio eius. Qui poſt accuſationem reducit vxorem, videtur[y] accuſatione deſiſtere, & amplius agere non poteſt.

l. 41 [42] IN crimine adulterii dilatio[z] non datur, niſi cauſa cognita[a], & vt perſona exhibeatur.

l. 42 [44] TRYPHON. Libertus vt liber punitur, & occiditur à patrono & parentibus eius ac liberis adulterium ab eo ſuſtinentibus.

l. 43 [45] CALLIST. Si[b] contra legem miſſum ſit repudium, non ſoluuntur nuptiæ. qui[c] tamen eam vxorem ducit, adulterium nõ committit. quia[d] ſine dolo non fit adulterium. Dolum vero admittit qui ſcit illegitimum eſſe repudium.

l. vlt. [46] PAPIN. Defuncta[e] quoque nouerca priugnus accuſatur inceſti, ſicut adulter defuncta muliere.

a *Ubi inceſtum.* Nonnunquam adulterium & inceſtum ſimul committitur, vt puta cum priuigna vel nuru vel ſocru, & punitur mulier perinde atque adulter. hoc enim eueniret, & ſi inceſtum ſolummodo committeretur.

b *Si quis ſtuprum committat.* ANTIQVVS. Licet inceſtum tantummodo committatur, ex æquo puniuntur mas & fœmina. rurſus ſi adulterium tantummodo committatur, non inceſtum, parem pœnam adulter & adultera ſuſtinent. & quære cap. 70, & 71. Quære c. 12. 13. & ibi ſcholium.

b Si in ſororis filiam ſtuprum committatur, quæritur an adulterii pœna ſufficiat mari. Occurrit quæſtioni quod hîc duplex delictum eſt, & multum intereſt vtrum per errorem matrimonium quis illicitum contrahat, an contemptu legis & ſanguinis cognationis nõ in verum & iuſtum matrimonium ducat ſororis filiam, ſed ſtuprum potius cum ea committat. quare tunc demum mulier eam pœnam quam mas ſuſtinebit, cum & natura cognitum inceſtum admiſerit, vt in nuru & priuigna & ſocru & aſcendentibus. nam ſi alterum ius tantum violetur, vt in ſororis filia, mulier inceſti pœna liberatur.

c *Antemere.* Sciens. quære lib. 28. tit. 5. c. 22. finem. & tit. 6. c. 1. Nota, mari ignoranti ius non ignoſci, fœminæ ignoſci.

d *Tanquam vxori iunxerint.* Si palam non clam matrimonio iunxerint ſe, & per matrimonium inceſtum commiſerint, videntur errare, & neſcientes inceſtum committere. Qui autem ſtuprum committit ſciens, contumax eſt.

e *Adulterii autem.* Dicitur autem ſupra ex errore iuris non teneri inceſti.

f *Ex eis ſit perſonis.* Infamibus. & quære cap 26 quod eſt ff. 23.

g *Licet occidere.* Nam cuius famæ parcere debet & vitæ multo magis.

h *Si quis honorem.* Notandum eſt eum qui honorem vel miniſteriũ publicum gerit, inſcriptionem quidem pati, ſed non accuſari. Quære lib. 7 tit. 17. c. 21. & ibi adnotationem Thalelæi in τί ἐστι *νόμος*. Si vis ſcire quot & quales cauſæ ſoluant nuptias, lege lib. 28. tit. 7. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

i *Inſcriptionem quidem patitur.* Vt accuſator & reus.

k *Eo cauente.* Nam magiſtratus tempore magiſtratus neque agit, neque agitur cum eo.

l *Poteſt quis accuſare.* Extraneus qui non eſt mulieris maritus, non etiam adulteram, vt cap. 28. ſiue ff. 15.

m *Nupta.* Viro coniuncta. quære c. 15. th. vlt. & 14 th. vlt. & cap. 5. 6. 16, & 17.

n *Damnatam.* Si mulier quod feciſſet cum latronibus ſocietatem relegata ſit, impune retinetur à marito. quia non adulterii damnata eſt.

o *Duos quidem.* Quære tit. 1 c. 10. th. 6. Adulter quidem & adultera propter commune crimen ſimul nec à viro accuſari poteſt. cum tamen vtrique denuntiauit & vnum eorum accuſauit, & vult poſtea deſiſtere, in vtriuſque perſona exigitur abolitio. Nota quod licet duo ſimul accuſari non poſſint, duobus tamen denuntiari poteſt.

p *Inceſti crimen.* Non etiam adulterii, vt cap. 15. th. vlt. & huius cap. th. 7. Nota differentiam

Digitized by Google

adulterii & inceſti. Lege & 6.th. huius cap. & 47.c. & alias inuenies. quære & 4, & 6.th. & 7.c.37.

q *Aduerſus duos.* Qui id commiſerunt.

r *Serui eius.* Nota hoc neceſſario. nam ſi inceſtum ſit tantum, non etiam adulterium, ſed ſtuprum forte, non torquentur ſerui & quære tit.50.c.4.

ſ *Minatus ſit.* Non etiam denuntiauerit per denuntiationem legitimam. & quære de iis cap.16.

t *Nec egerit.* Nec iure mariti, nec vt extraneus.

u *Poteſt nubere.* Minari enim non eſt teſtato denuntiare.

x *Suſpecto.* Quia enim ei quæ à viro adulterii accuſata nec conuicta eſt, repudium mittere, & à viro diſcedere licet: ideo & nupta ei qui de adulterio eius ſuſpectus, nec conuictus eſt, non incidit in crimen adulterii.

y *Videtur, &c.* Secundum diſtinctionem vlt.th.15.c ſiue 12.ff.

z *Dilatio non datur.* In crimine adulterii nulla datur dilatio, niſi vt perſonæ exhibeantur, vel iudex ex qualitate negotii motus cauſa cognita dilationem dederit.

a *Niſi cauſa cognita.* Forte enim rus profecta eſt.

b *Si contra legem.* Si non ex lege repudium maritus miſerit, vt quia non ſubſcripſerunt ei 7. teſtes. & ideo adhuc mulier lege nupta exiſtimetur, & ſi quis alius eam vxorem ducat, adulter non eſt. quia adulterium ſine dolo non committitur: quamuis dici poſſit dolum eum committere, ſi ſcierit non ex lege repudiatam, & duxerit. & quære lib.28.tit.7.c. 9. & 18. & lib.45.tit.5.cap. . & lib.30.c.31.

c *Qui tamen eam vxorem ducit.* Ignorans repudium eſſe illegitimum. nam ei ignoſcitur.

d *Quia ſine dolo.* Si inutile ſit diuortium, ſucceſſio inuicem non datur viro & vxori, vt lib.45. tit.5.c.1. Et hæc quidem ius ciuile. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus ſic ait. Dictum eſt, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis, quod quicunque dimiſerit vxorem ſuam extra rationem ſcortationis, facit vt ipſa adulterium committat. & ſi quis dimiſſam duxerit, adulterat. & Chryſoſtomus in Oratione, Quod mulier lege obligata eſt quandiu viuit maritus. Cum vir vxorem volet eiicere, vel vxor à viro diſcedere, reminiſcatur ſermonis huius, & Paulum intereſſe putet, eamque perſequi clamantem ac dicentem, Mulier lege obligata eſt quandiu viuit maritus eius. Hoc demonſtrato, non adiecit, quod ſi mortuus fuerit vir eius, ſed, ſi obdormierit, propemodum ſuadens viduitatem, & primi non ſecundi viri nuptias. Non mortuus eſt, inquit, vir tuus, ſed dormit. Quis vero dormientem non expectet? Liberam vero poſt mortem viri fieri dicens oſtendit ante eam ſeruam fuiſſe viuente eo. Serua autem cum ſit & legi ſubiecta, licet millies libellum repudii acceperit ſecundum leges exteras, lege adulterii tenetur. nec enim ſecundum has leges te iudicaturus eſt Dominus in die illa, ſed ſecundum quas ipſe poſuit. & leges exteræ non ſimpliciter hoc ponunt, ſed & rem coercent.

e *Defuncta quoque.* Licet defuncta ſit ſocrus, cum qua gener inceſtum commiſit, recte accuſatur etiam poſt mortem eius.

Lib.9. Cod. tit.9. Conſt.1. — 47 LEGE Iulia de adulteriis mulier accuſare non poteſt, nec ſi[b] ipſa dicatur deliquiſſe. nam lex viris delinquentis merito facultatem dedit accuſandi iure mariti[c] ſoluto[d] matrimonio. L.1.C. ad l. Iul. de adult. & ſtup.

Prætermiſſa eſt 2. Conſt. — 48 IN lege[e] de adulteriis ſerui mulieris & patris eius iuſti[f] torquentur, nec ſunt manumittendi intra 60. dies poſt ſolutionem matrimonii, nec alienandi. oportet autem cauere dominis de pretio eorum ſi in quæſtione deceſſerint, vel deteriores facti fuerint. L.3

49 SI quis[g] noctu[h] deprehendat adulterum, quem impune occidere licet, & eum occiderit, non punitur. Sed etſi filii eius ei obtemperantes[i] occiderint, extra noxam ſunt. Sed ſi non[k] præcipiente lege hoc fecit, ignoſcimus[l] ei, quia & noctu[m] deliquit, & facti dolore permotus, & tantummodo relegatur. L.4

50 ADVLTER[n] poſt quinquennium quam commiſſum adulterium dicitur, quod continuo numeratur, accuſari non poteſt. & has præſcriptiones reis legibus datas auferri non oportet. L.5

51 IVRE[o] mariti adulterii accuſare volenti[p] 60. dies vtiles[q] computantur, quibus in publico eius facultas fuerit apud quem[r] reus vel rea accuſari poteſt. Et cum præterierint dies vtiles, maritus quoque iure extranei accuſare poteſt. & qui confidit accuſationi, calumniæ notam ti[...] non debet[s]. L.6

52 PROPTER[t] violatam virginē nouellam, quę poſtea pub[...]

Digitized by Google

accuſator[x] iuſtus non eſt: & ideo[x] iure mariti crimen exercere nõ poteſt, niſi[y] puella violata ſpõſa eius fuerat[z]. ſed ſi ipſa iniurias ſuas præſentibus curatoribus, per quos & negotia eius geruntur, perſequatur, prçſes prouinciæ pro debita tanto delicto ſi probetur ſeueritate examinabit.

l. 8 [53] Dvos [a] reos adulterii marem & fœminam ſimul ex eadem cauſa fieri lex de pudicitia vetat, ſed ordine [b] vtroſque peragi oportet[c], ita vt mas primum[d] conueniatur, deinde[e] mulier.

l. 10 [54] De crimine[f] adulterii paciſci non licet[g], quanuis[h] par delictum accuſatoris præuaricatoris & fugientis veritatis inquiſitionem non eſt. Qui autem pro comperto ſtupro pretium accepit, pœna legis de adulteriis tenetur[i]. Prætermiſſ. eſt 9. Conſt.

l. 12 [55] Maritvs [k] diuortio facto adulterii in matrimonio commiſſi accuſationem inſtituere poteſt aduerſus mulierem & adulterum[l]. Sed ſi mulier alii nubat, aduerſus[m] eam agere non poteſt, aget tamen aduerſus adulterum. Prætermiſſ. eſt 11. Conſt.

l. 13 [56] Si quis [n] de adulterio conueniatur, mulier pœnæ non[o] ſubiicitur, maxime[p] ſi accuſator eius deceſſerit.

l. 14 [57] Advlterum[q], ſi poſtquam crimen[r] exerceri cœpit, prouincia exceſſerit, etiam abſentem inter reos[s] requirendos recipi poſſe [t] explorati iuris eſt.

l. 15 [58] Si antequam accuſaretur mulier, abeſſe cœperit, abſurdum eſt eã vocari, & venire in prouinciam in[u] qua vir militat, atque ita accuſari. Id enim placet quandoq; finita militia intra annum, quia vtile tempus eſt, iure[x] viri poſſe eum accuſare.

l. 16 [59] Is etiam qui accuſauit iure mariti, abolitionem[y] petere debet, atq; ita crimine deſiſtere. Dictum eſt enim[z] eum qui ſine[a] abolitione deſtitit, nec poſtea accuſare poſſe.

l. 18 [60] Qvi domi[b] reliquit vxorem, & aliam duxit, ſtuprum in eam committit, cuius mulier ignorans[c] particeps non eſt, & debet ei reſtituere res omnes quas prætextu matrimonii, quaſi maritus ſcilicet accepit ab ea, non etiam quas promiſit quaſi ſponſus[d]. Prætermiſſ. eſt 17. Conſt.

l. 19 [61] Mvlier adulterii accuſata deſiderare poteſt in iudicio prçſentiam accuſatoris. & hoc quidẽ initio litis opportune deſiderare poteſt. nam ſi iam prolatis adulterii probationibus viro[e] recedẽte propter occupationem militiæ prçdictas opponat allegationes, deinceps [f] non audietur[g].

l. 20 [62] Vtile eſt tempus quo poteſt quis iure mariti adulterii accuſare. Prætermiſſ. eſt 20. Conſt.

l. 21 [63] Si quis[h] cum ea adulterium cõmiſerit quæ iam ſe proſtituit quamplurimis, non accuſatur adulterii.

l. 22 [64] Si ancilla[i] adulteret, non eſt crimen adulterii[k].

l. 24. & 25. [65] Si ſententia in aliquem feratur, quaſi ancillæ ſtupratorem, opinio eius læditur[l], no[illegible]iam fit infamis.

l. 27 [66] Qvæ[m] ſe[illegible] ılterium commiſit ſi poſtea nubat[n] adultero, non e[illegible] ur[illegible] ætextu matrimonii poſt adulterium contracti.

l. 28 [illegible] iſt[illegible] et in adulte[illegible] nes alias[o] præſcriptiones ceſſare, [illegible] u[illegible] uennii[p] ela[illegible] ulteriũ & lenocinii, quæ viro[q] [illegible] ur[illegible] æ ſoluto [illegible] imonio ante denuntiationem [illegible] undo viro[illegible] His igitur exceptis nullam aliam Prætermiſſ. eſt 26. Conſt.

Digitized by Google

præſcriptionem obiici permittimus intentato crimine adulterii.

[68] TABERNÆ[t] præpoſitam quandoq; impune, quandoq; non impune adulterat quis. nam ſi tabernæ tantum domina fuit, quæ alios habuit ingredientibus miniſtrantes, non impune in eam committitur adulterium. ¶Si vero ipſa per ſe miniſtrauit, & vinũ præbuit potantibus, tunc propter vilitatem & ſeruile miniſterium, neque ipſa, neque is qui cum ea peccauit adulter[t] cenſetur. Leges enim pudicitiæ bonæ exiſtimationis mulierem proſpexerunt nulla viliorum & miſeratione dignarum habita ratione. l.29 v.ſi vero.

[69] QVANVIS adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus ſine aliqua interpretatione conceditur, tamen[u] ne volentibus temere liceat[x] fœdare connubia, proximis & neceſſariis perſonis tantummodo placet deferri copiam accuſandi[y], patri[z], fratri, patruo, auunculo[a]. Sed & his perſonis neceſſitatem imponimus, vt crimen abolitione, ſi voluerint compeſcant. In primis autem virum genialis tori vindicem eſſe conuenit. Extraneos autem omnes procul accuſatione arceri cenſemus. nam etſi omne genus accuſationis neceſſitas inſcriptionis adſtringat, quidam tamen proterue id faciunt, & falſis contumeliis matrimonia deformant. l.30

Prætermiſſa eſt 31. Conſt.

[70] IN quæſtione adulterii & viri & mulieris ſerui[b] qui erant[c] tempore commiſſi adulterii torquentur[d]. l.32

[71] MVLIER[e] adulterii accuſata viro dicere non poteſt, Interea mihi redde dotem, ſed iudicatur crimen adulterii, ita vt poſtea de dotis repetitione[f] quæratur. l.33

Prætermiſſæ eſt 34. & 35. Conſt.

[72] IVBET[g] Conſtitutio, mortua quoq; muliere, non manumitti[h] ſeruos[i]. quia forte viro dicente ſe lucratum dotem, neceſſe erit[k] etiam poſt mortem mulieris adulterii caput examinari[l]. Poſt hoc vero tempus heres mulieris poteſt eos manumittere, niſi culpa eius factum ſit quominus vir crimen exequeretur[m]. l.36

[73] ADVLteris[n] verberatis & tonſis nares abſcinduntur. Nuntii vero & impii huiuſce facinoris adminiſtri, verberati & tonſi in perpetuum relegantur. l.37

a *Lege Iulia.* THEOD. Mulier non accuſat adulterii, ne pro ſe quidem. Viris enim hæc accuſatio competit. Ceterum Conſt.7. huius tit. ſiue 52. cap. ait violatam virginem hoc iudicium intentare poſſe. Id igitur excipiendum.

b *Nec ſi ipſa ducatur.* Τὸ κατὰ πόδας, Quanuis de ſuo matrimonio violato quæri velit. Alia quoque hîc ratio prohibet eam accuſare, quia ipſa criminis particeps eſt. At volens Conſtitutio oſtendere nec ſua cauſa eam accuſare, hoc adduxit. Nota hoc crimen mulierem nunquam intendere poſſe.

c *Iure mariti.* Lex marito hoc priuilegium dedit, vt poſſit intra 60. dies poſt ſolutum mattimonium accuſare. Quis vero habeat hoc priuilegium, diſces, fauente Deo, in hoc titulo.

d *Soluto matrimonio.* Si miſerit repudium ſecundum ius vetus. alioquin non poteſt accuſare adulterii. nunc vero ſi maritus velit accuſare mulierem adulterii, interim ſeparantur inuicem.

e *In lege.* THEOD. Inſtituta accuſatione adulterii, torquentur mulieris & patris eius ſerui, quibus tamen cauetur de pretio eorum, ne interimantur vel deteriores fiant plagis. quare alienari vel donari non poſſunt, qui erant ſerui adulterii commiſſi tempore, niſi poſt miſſum repudium ſex menſes prætetierint, vel, vt adiicit 35. Conſt. huius tit. vel poſt mortem eius quæ adulteraſſe dicebatur. Seruos autem adulteræ torqueri ſignificat 6. Conſtit. huius tit. necnon & 31. adiiciens, vt & ſerui mariti & omnis familia eius torqueatur in crimine adulterii. Hinc nota eum qui ſeruos torqueri poſtulat, non continuo pretium dare, ſed cauere ſe daturum. quære cap. 26. & ibi ſcholium, & omnia eius themata, & huius libri tit. 50. c. 1. th. 12. & cap. 5.

f *Iuſti.* Adiicitur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Non naturalis, ſed iuſti & ait Thalelæus, Si ſolam eam habuerit filiam forte ex concubina, pater quidem eſt, ſed non iuſtus. idcirco ſerui eius non torquentur.

g *Si quis.* THEOD. Si vir & filii eius noctu occiderint adulterum, quẽ lex iubet deprehenſum occidi,

relegantur. Hęc ita accipias, ſi adulter poſt tres teſtationes deprehendatur in aliquo eorum locorū enarratorum in No. 117. quam & lege.

h *Noctu.* Hoc refertur ad id quod ſequitur. Quia enim dicturus eſt occiſorem relegari, neceſſe eſt dicat, noctu. & ob id initio hoc tempus non exprimit. quia qui debet occidere, etiam interdiu occidit impune. Nota caſum quo reus cædis tantummodo relegatur.

i *Ei obtemperantes.* Forte enim ægrotat ipſe, & non poteſt occidere.

k Vt ſi maritus honeſtiorē virum occiderit. & quære cap. 23. vel libertus patronum, vt cap. 41. them. penult.

l *Si non præcipiente.* Licet homicidium admiſerit.

m *Noctu deliquit.* Quære tit. 39. cap. 1. th. vlt.

n *Adulter.* Theod. Poſt quinquennium continuum nemo tenetur adulterii, ſed vt adiicit 27. Conſtit. huius tit. ſi conueniatur poſt illud tempus opponit præſcriptionem temporis. Thal. Adulter poſt quinquennium à tempore delicti continuo computandum non accuſatur.

o *Iure mariti.* Lege Iulia de adulteriis vir agit intra 60. dies iure mariti, poſt 60. dies iure extranei. Significat autem 7. Conſt. huius tit. non tantum maritum, ſed & ſponſum agere iure mariti aduerſus eū qui ſibi deſponſam puellam ſtuprauit. Lege autem 16. Conſt. huius tit. quæ ait, eum qui egit iure mariti ſi deſtiterit ſine abolitione, id crimen exercere amplius non poſſe. Sciēdum eſt tamen ex 29. Conſt. propoſiti tit. inſcriptionem non deponere eum qui agit iure mariti, ſed & ex ſuſcipione hoc crimen eum intendere poſſe. Idem ait 117. Nou. Thal. Qui vult accuſare iure mariti, 60. dies habet, quibus ſi potuerit accuſare nec accuſauerit, iam amplius non poteſt agere iure mariti ſed aget iure extranei. Nota Antiquum dicentem, non tantum maritum poſſe adulterii accuſare iure mariti intra 60. dies, ſed & ſponſum. Lege & prætermiſſionem eius. Lege & Thalelæum 52. cap. poſitum in extremo huius paginæ.

p *Accuſare volenti.* Quære cap. 15. th. 2. & 5. & 30, & 29.

q *60. dies vtiles.* In præcedenti Conſtitutione continuum quinquennii tempus computari dixit. Hic vero vtile eſſe tempus 60. dierum.

r *Apud quem.* Apud magiſtratum dicit, apud quem rei adulterii poſtulari & iudicari debet vxor quondā eius & adulter.

ſ *Timere non debet.* Obſerua ex contrario ſenſu eum qui accuſat iure mariti, non ſubiici pœnæ calumniatoris. Eiuſdem. Nota ex contrario ſenſu eum qui agit iure mariti, licet in accuſatione perſeuerare non potuerit, vt calumniatorem non condemnari. lege & vltimum antiquum cap. At exiſtimo falſam eſſe hanc adnotationem propter finem 2. th. 15. cap.

t *Propter violatam virginem.* Theod. Puella violata poteſt lege de adulteriis agere aduerſus ſtupratorem. vt autem adiicit 20. Conſt. huius tit. & cui voluerit matrimonio coniungi poteſt. Thalelaeus Conſtitutio ait, ſponſum quoque iure mariti ſtupratorem puellæ accuſare poſſe. itemque ipſam puellam accuſare raptorem vel ſtupratorem poſſe præſentibus curatoribus ſuis.

u *Accuſator iuſtus non eſt.* Nullus, nec qui poſtea maritus fit, nec pater.

u Vt ſtupratorem quaſi adulterum accuſet iure mariti. Quod ait, hoc eſt, Neminem poſſe agere ob violatam puellam ante nuptias, niſi ſponſus eius fuerit, mulierem tamen agere.

u Hoc quidem olim dicebatur non accuſare eum iure mariti. Nunc vero Conſtitutione noua certas perſonas exprimente quæ poſſunt adulterii accuſare, hic qui poſtea fit maritus, eis non adnumeratur.

x *Et ideo.* Nam impubes non poteſt maritum habere. proinde nec adulterium committit.

y *Niſi puella.* Quære cap. 13. th. 7. & cap. 12. th. penult. & 13. th. 7. & cap. 79.

z *Eius fuerat.* Et tunc tēporis violata ſit, ac deinde nuptiæ ſequutæ ſint. nam poſt nuptias poteſt agere de adulterio ante nuptias commiſſo. ante nuptias vero nullo modo. & quære cap. 15. th. vlt. ſiue ff. 12.

a *Duos reos.* Theod. Nullus ſimul accuſat adulterum & adulteram. Thal. Non poteſt ſimul accuſari adulter & ea quæ dicitur adulteraſſe. Ordine tamen vtrunque accuſare licet. Nota Baſilicum hic dicentem cauſam propter quam non poteſt ſimul adulterii crimen in adulterum & adulteram exerceri.

b *Sed ordine.* Ordo eſt, vt vir primum conueniatur, deinde mulier.

c *Peragi oportet.* Quære cap. 16. th. 2. locum & cap. 18.

d *Primum.* Quære cap. 6. 15. th vlt. & cap. 5. 39. th. 4.

e *Deinde mulier.* Si viro coniuncta ſit adultera. nam ſi innupta ſit, nihil refert.

f *De crimine adulterii.* Theod. Non tranſigit quiſquam de crimine adulterii. Sed & qui accipit pecuniam, vt crimen celet, punitur vt adulter. Idem lib. 2. tit. 4. Conſt. 18. ſiue lib. 11. tit. 2. cap. 35. Quære lib. 11. tit. 2. cap. 37.

g *Paciſci non licet.* Sic ait, Non licet tranſigere de adulterio. nam etſi in aliis criminibus quæ habent pœnam ſanguinis par non ſit prodere cauſam ſuam ac præuaricari, & tranſigere de inſtituta accuſatione, cum proditio coerceatur, tranſactio non coerceatur. quinimo permittatur, vt lib. 11. tit. 2. cap. 35. in adulterio tamen præuaricatio & tranſactio par delictum eſt, & ex æquo vtrunque coercetur.

g Excipe hanc legem à 18. Conſt. 4. tit. qui de tranſactionibus 2. lib. Codicis, ſiue lib. 11. tit. 2. quæ ait de criminibus ſanguinis pœnam inferentibus licere tranſigere.

h *Quamuis par.* Licet in aliis criminibus habentibus pœnam ſanguinis liceat tranſigere. In adulterio par eſt.

Digitized by Google

i *Tenetur.* Dictum eſt in hunc agi metus cauſa. nunc diſcis etiam agi lege Iulia.

k *Maritus.* THEOD. Poſt repudium vir exercet crimen adulterii aduerſus eam quæ quondam vxor fuit, ſed ſi alii nupta ſit, antequam ei denuntiaretur non accuſat. nam vt ait 27. Conſtit. huius tit. non accuſatur ea ante denuntiationem. Plus adiicit 34. Conſtit. tituli propoſiti, poſt repudium quoque accuſari mulierem adulterii, ſi ipſa ſine cauſa repudium miſerit ſcortari volens. Memineris 8, & 9. Conſt. 17. tit. 5. lib.

l *Adulterum.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, In ea prouincia in qua factum eſt adulterium. & ait Thalelæus, Nota igitur in hoc crimine regulam dicentem, Actorem ſequi forum rei, non valere: ſed crimen intendi in prouincia in qua commiſſum eſt.

m *Aduerſus eam.* Quoad adulter condemnetur. & quære c. 3, & 6, & 15. th. vlt. & 39. th. 4. & 16. th. 2. locum & cap. 18.

m Niſi prius adulterum accuſauerit, vt c. 16. th. 2.

n *Si quis de adulterio.* THEOD. Nihil nocet adulteræ, quanuis adulter accuſetur & condemnetur.

o *Pœna non ſubiicitur.* Ex illius accuſatione.

p *Maxime.* Id eſt, multo magis non tenetur. Etiamſi hoc non fiat, pœnæ non ſubiicitur mulier, & multo magis ſi accuſator defunctus ſit. Si vero reus vicerit, vincet per eum. & quære c. 19. them. vlt.

q *Adulteram.* THEOD. Si accuſata adulterii mulier abierit poſt litem conteſtatam, requiritur vt requirenda. Ait autem 15. Conſt. huius tit. Si ante litis conteſtationem diſceſſerit, nec edictis eam euocari, neque tranſmitti in eum locum quo maritus degit, licet Reip. cauſa abſit, quia reuerſus eam accuſare poteſt. nam vt oſtendit 27. Conſt. huius tit. tempora abſentiæ Reip. cauſa non computantur temporibus criminis adulterii. Lege 19. Conſt. huius tit. THAL. Si poſt commiſſum adulterium & inchoatam accuſationem mulier abierit, etiam abſens poteſt requirenda fieri.

r *Poſtquam crimen.* Nota, non ſatis eſſe ſi commiſſum ſit crimen, ſed cœptam quoque oportet accuſationem eſſe.

ſ *Inter reos.* Siue requirendam eam fieri quaſi ream. Hoc eſt, ſicut alios reos abſentes requirimus, & ſi inueniamus recipimus, ſic & hanc requiri & inuentam recipi lex iubet.

t *Recipi poſſe.* Hoc ait, vt abſens poſtquam agi cœptum eſt, & vocata niſi ſiſtat ſe, ſubiiciatur pœnę in criminibus ſtatutæ in eos qui vocati non veniunt.

u *In qua vir.* Nam quia ad tempus manet in militia, abſurdum eſt eam in eum locum vocari, in quo militat ad tempus. Nota, in milite crimen adulterii excedere quinquennium, & ei ad reſtitutionem alium annum dari ex hac Conſt. tum quod & in aliis quamplurimis priuilegia militi conceſſa ſint, tum quod conſtet hîc voluiſſe militem accuſare, ſed culpa mulieris non potuiſſe. Annus autem reſtitutionis hîc non eſt quadriennium. qui enim eſt in Digeſtis annus, translatus eſt in quadriennium ex Conſtitutione tit. 34. lib. 10. non etiam qui in Conſtitutionibus inuenitur qualis eſt hîc, cum hoc thema ſit ex lib. Codicis, illud ex Baſilicis.

x *Iure viri.* Quia vtile tempus eſt quo quis iure mariti accuſare poteſt, non computatur militi. Quinquennium, quia continuo computatur, militi computatur.

y *Abolitionem petere.* Quomodo oporteat abolitionem petere, diſces, fauente Deo, in hoc libro ſub tit. de Abolitionibus. Nota, debere virum cum abolitione deſiſtere ab accuſatione adulterii: ne incidat in periculum calumniæ. & quære cap. 15. th. 2. finem. & cap. 29, & 14. th. 3.

z *Dictum eſt enim.* S.C. Turpiliano.

a *Qui ſine.* Errat qui exiſtimat, ſi ſine abolitione deſtiterit, adhuc exercendo crimini locum fore. Nota, eum qui accuſat iure mariti nec tempeſtiue implet accuſationem, non poſſe amplius de eo crimine accuſare. quære tit. 1. c. 13. th. 2.

b *Qui domi.* THEOD. Qui habet duas vxores, infamis eſt. didiciſti autem lib. 5. tit. 5. Conſt. 2. nõ puniri eam quæ ignorans iunxit ſe aliam vxorem habenti, & ſuam dotem repetere, nihil tamen ab eo qui duxit lucri eam ferre. didiciſti & lib. 5. tit. 5. Conſt. 4. eam quæ ignorans inceſtas nuptias cõtraxit, non priuari ſua dote. Hæc autem iura accipienda ſunt ex contrario ſenſu, quia ſcientis dos confiſcatur, niſi ante definitum tempus diſceſſerit ſecundum Nou. de inceſtis nuptiis. THAL. Qui eodem tempore duas vxores habet, infamis eſt. nec enim poſſumus dicere iure nuptias non conſiſtere. ita enim proponitur. duas vxores habere. Hoc ante definito Cõſtitutio progreditur ad propoſitum, dicens, Qui reliquit, & quæ ſequuntur. Nota, Conſtitutionem velle in ſecundam vxorem ſtuprum committi.

c *Mulier ignorans.* Si & ipſa ſcierit, pœnæ legitimæ ſubiicitur.

d *Quaſi ſponſus.* Veluti arrham & donationem propter nuptias, quia nuptiæ non conſiſtunt.

e *Viro recedente.* Mulier quæ vult præſentem condemnationi adſiſtere virum, vtitur hac allegatione, accuſatorem omnino adeſſe debere intentato crimini. Sed Conſtitutio ait in initio criminis hoc exigi recte, Hîc vero adfuit initio, & moto crimine abeſſe cœpit.

f *Deinceps* Tunc enim vir non poteſt iudicari vt abſens.

g *Non audietur.* In ferenda ſententia petiit mulier adſiſtere virum accuſatorem. quod Conſtitutio negat.

h *Si quis.* THEOD. Qui adulterio cognoſcit eam quam plures corrupere queſtus cauſa, non tenetur crimine adulterii. Ait autem 28. Conſt. huius tit. eum etiam non teneri qui cum tabernę miniſtra adulteratur. Idem & 24. Conſt. huius tit. ſignificat in eo qui violat ancillam alii coniunctam. τὸ κατὰ πόδας. Si ea quæ tibi ſtupro cognita eſt paſſim vænalem formam exhibuit, & proſtitutam meretricio more vulgo ſe præbuit, adulterii crimen in ea ceſſat. Nota, quod ſi vxor paſſim miſceatur

Digitized by Google

tur multis,in eam non committitur adulterium. Sed neque in ancillam alteri contubernio coniunctam.

i *Si ancilla.* THEOD. Seruus non exercet crimen adulterii, licet mulier eius vitietur ab aliquo. At ait 25.Conſt.huius tit.adulterantem eum crimine adulterii teneri.Dixi autem tibi quod ſignificat 24.Conſt.huius tit.eum qui ancillam adulterio cognouit,nec puniri, nec infamia notari, ſed opinionem eius lædi.Τὸ κατ' πόδας. Setui ob violatum contubernium ſuum adulterii accuſare non poſſunt.

k *Crimen adulterii.* Quia cum iure nuptias contrahere nō intelligātur, nec adulterium videtur in eos committi.

l *Læditur.* Quære lib.21.tit.3.cap.12.& lib.7.tit.*cap.10.th.11.

m *Qui ſemel.* THEOD. Non liberatur crimine qui poſtea mulierem ducit,quam adulterauit. Memineris 12.Conſt.huius tit. Quære 42.tit.cap.13.

n *Poſtea nubat.*Eo prius adulterii non accuſato.

o *Omnes alias præſcriptiones.*Erant & quædam aliæ in veteribus legibus, vt ſignificat τὸ κατ' πόδας. Quære 45.tit.c.8.& lib.48.tit.10.c.2.de quinquennio:& eiuſdem lib.tit.8.c.45.

p *Quinquēnii elapſi.*Quære lib.28.tit.8.c.45.& huius tit.cap.46.& c.10.th.penult.& c.3.th.4. & ibi ἀναπνοφαρίς,& huius tit.c.14 th.penult.

q *Quæ viro obiicitur.*Ante litis conteſtationem.& lege ἀναπνοφαρίς lib.28.tit.8.c.45.

r *Tabernæ præpoſitum.* Τὸ κατ' πόδας, Cauponæ.& ait Thalæleus,verbi gratia meminit cauponæ, quia idem dicimus de qualibet taberna. Neque vero de virgine dicit, ſed de ea quæ habet maritum,& miniſtrat.

s *Non impune.*Quære lib.2 tit.2.c 46.th.2.

t *Adulter.*Et hæc maritum habente ea.lege finem τῶ κατ' πόδας.

u *Tamen.*Nota hanc Conſtitutionem adulterii accuſationem quinq; tantum perſonis competere velle. Si igitur accuſatio de lenocinio vel de inceſtis nuptiis inſtituatur, non circunſcribitur quinque perſonis.

x *Liceat.*Accuſando conſtante matrimonio.

y *Copiam accuſandi.*Puellam.& quære c.15.th.3.& 21.th.vlt & 22.

z *Patri.*Patri puellæ. Nam etſi in 14.c.th 3.didiceris ſocerum accuſare adulterii,id tamen hac Conſtiturione infirmatur,cum ſit Digeſtum.Nota à quibus intendatur crimen adulterii,hoc eſt à quinque perſonis,parris,fratris,coniugis,patruo,auunculo.quære 1.cap. ex quo etiam hodie adulterii crimen pub icum eſt. At quære lib.28.tit.7.c.2.cuius initium, Illud vero ſeruandum eſt.

a *Auunculo.* Cognatione propinquis omnino hoc permiſit non adfinibus.

b *Mulieris ſerui.* Nota Conſtiturionem præcipientem,vt in adulterio de ſeruis in dominos quæſtio habeatur.

c *Qui erant.*Adiicitur εἰς τὸ κατ' πόδας, in domo,& ait Thalelæus.Itaque ſi fuerint peregre,non ſubiicientur quæſtioni.Tunc vero ſerui torquentur,cum & alia argumenta ſubſunt,vt tit.50. c.1: nam ſi alia argumenta deficiant, ceſſat quæſtionis tormentum.

d *Torquentur.* Vt comprobetur adulterium quod commiſſum dicitur.

e *Mulier.*Tunc igitur locus eſt Conſtitutioni,cum quis accuſat adulterii,non ſi poſt repudium adulterium inferatur. THEOD. Is qui criminaliter conuentus eſt, non poteſt recōuenire ciuiliter, antequam finitum ſit crimen.Memineris 4.conſt.8.tit.3.lib. & nota propter 4.conſtit.46.tit.8.li. nec te lateant ea quæ dicta ſunt in 1.conſtit.1.tit.huius lib.9.

f *De dotis repetitione.* Ratio iuris adiicitur εἰς τὸ κατ' πόδας, quia maius iudicium debet diſceptari priuſquam minus,& criminale priuſquam ciuile, & hic adulterium præponitur. nam & ſi duo ſint crimina,quod erit grauius de eo prius quæretur.

g *Iubet conſtitutio.*Aiunt Antiqui,repudio ſequuto intra mēſes duos ſeruos mulieris aut viri vel parentū eorum manumitti nō debere,quia forte neceſſe erit in cauſa adulterii de eis quæſtionem haberi. Mortua autem muliere non dicunt tempus intra quod morte eius ſoluitur crimen. Iubet ergo conſtitutio,& quæ ſequuntur,vt in Baſilico. Τὸ κατ' πόδας,libertatem ſuorum qui ad dominium pertinent vxoris vel mariti,vel parentum eorum, repudio miſſo propter ſuſcipionem criminis adulterii,leges intra duorum menſium ſpatium poſt repudii miſſionem numerandum ſuſpendi definiunt propter tormentorum quæſtionem,ſi opus exegerit eis imponendā. Sin vero vxor matrimonio præfato modo non ſoluto deceſſerit, & morte ſolutum ſit mattimonium, nihil de tempore quouſque ſeruos eos propter memoratam cauſam manere deceat adiiciunt. Nobis vero neceſſarium eſſe videtur certam tempus & in hoc caſu ſtatuere, propter dotis quæſtionem vtrum lucro mariti cedat,an heredibus mulieris reſtituatur. Sancimus itaque duos etiam menſes poſt mortem mulieris ſeruari,vt intra eos antedicti ſerui permaneant, & facultatem habeat probationes adulterii per eos præſtare. Tranſacto vero prædicto tempore,licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere, niſi per culpam eius prohibitus fuerit cauſam adulterii tempore imminente exercere.

h *Non manumitti.*Si igitur manumiſerit eos prius,deinde contraxerit nuptias,non eſt locus cōſtitutioni ſed 70 cap.

i *Seruos* Adiicias hoc 31.Conſt.dicenti quæſtionem haberi de ſeruis viri & vxoris.

k *Neceſſe erit.*Quære c.11.th.9.& lib.28 tit.8.c 15.th.2.

l *Examinari.* Nota quod etiam poſt mortem duos menſes iubet expectare nos,non id tātum quod ex duobus menſibus reliquum erit,qui ea viua currere cœperant. EIVSDEM. Vt ex hoc

appateat adulrerii caput etiam in modum præſcriptionis induci poſſe poſt mortem mulieris, & pecuniatiam condemnationem ſequi: quia quæ deliquit deceſſit. nullum vtique exiſtimo prohiberi, quominus, ſi velit, & viuente vxore ciuiliter de adulterio agat, non criminaliter. quære & cap. 14. rh. 4. Vxore mortua extinguitur crimen, vt tit. 34. c. 10.

m *Crimen exequeretur*. Illo ſæpe crimini inſtituendo imminente is diſtulit nec comparuit.

n *Adulteris verberatis*. Quære Nomocanonis tit. 9. c. 39. & S. Baſilii can. 31.

Lib. 9 Cod. tit. 11. Conſt. 1.

74 MVLIERI nuptæ[a] quæ adulterium commiſit[b] cum ſeruo[c] proprio, verberatæ & tonſæ[d] nares abſcinduntur, & pulſa ciuitate in qua habitat, omnia ſua bona amittit, eique ſuccedunt filii legitimi vel propinqui, vel alius quis quem lex vocat, qui vindicare poſſunt quidquid ſeruum ex bonis eius accepiſſe conſtiterit. Patet[e] autem omnibus copia inſtituendi huiuſce criminis aduerſus eam, & officio[f] nunciandi. Sed & ſi ſeruus tale aliquid detexerit pro præmio fit liber[g]. Et filii eorum liberi fiunt.

l. vn. C. de mul. quæ ſe propriis ſer. iunct.

75 MVLIER ignara mariti ſeruo ſe ſuo commiſcens, ſi non habeat liberos, verberetur & tondeatur, taliſque ſeruus verberatus & tonſus diſtrahatur, & pretium eius inferatur in fiſcum. Sed ſi habuit liberos, cum id admiſit, omnia eius bona dominii iure ſtatim liberis ſine alienatione conſeruantur, ſolo vſufructu apud eam manēte. Pretium autem diſtracti ſerui ad liberos pertinet.

76 QVI ſe proprio ſanguini miſcent[h], vt parentes cum liberis, vel liberi cum parentibus, vel fratres cum ſororibus, gladio puniuntur. Qui vero ex alio cognationis gradu ſibi inuicem vitium attulerint, veluti pater nurui, vel filius nouercæ, vel vitricus priuignæ, vel frater vxori fratris, vel patruus aut auunculus filiæ fratris aut ſororis, vel filius fratris aut ſororis, amitæ aut materteræ, vel qui duabus ſororibus aut matri exteræ, & filiæ eius ſciens miſcet ſe, his ſimul & mulieribus, quas vitiarunt, verberatis, nares abſcindantur.

77 QVI matrimonio iunguntur vel aliter carnis complexu ſociantur conſobrini, & ex eis progeniti liberi duntaxat, vel pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duabus ſororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel filius fratris aut ſororis cum vxore patrui aut auunculi, vel patruus aut auunculus cum vxore filii fratris aut ſororis, ſeparantur & verberantur.

78 QVI cum monachis vel diaconiſſis vel aſcetriis libidinem exercent, his atque etiam mulieribus quas conſtuprauerunt, cum Eccleſiæ ſponſę Chriſti contumeliam fecerint, nares abſcindantur.

79 SI quis cum matre ſuſceptæ ſcilicet è ſacro fonte matrimonii nomine clamve rem habeat, vtriq; nares abſcinduntur, dirempta prius coniunctione illa. Quod ſi in eandem alteri nuptam hoc admittat, pœna ſimiliter procedit, & hoc amplius verberantur.

80 QVI cum puella virgine[i] rem habuit ea conſentient[k], parentibus ignorantibus[l], re cognita ſi velit eam vxorem[m] ducere, & conſentiant parentes, contrahentur nuptiæ. Sed ſi vna pars parentum, hoc eſt, ſi alterutrius eorum parentes nō conſentiant, & ſtuprator ſit locuples, violatæ puellæ auri libram[n] vnam, ſi egentior, dimidium ſubſtantiæ ſuæ præſtabit: ſi pauper omnino, cæſus & tonſus relegabitur.

QVI

Digitized by Google

81 Qvi per vim puellam ſtuprauit, ei nares abſcinduntur, præſtita ei ſubſtantiæ ſuæ tertia parte.

82 Qvi vitiat[o] puellam ante pubertatem, hoc eſt 13. annum, ei nares abſcinduntur, & ſubſtantiæ ſuæ dimidium violatæ puellæ præſtatur.

83 Qvi alienam ſponſam vitiat, ſi quidem ea volente, nares ei abſcinduntur: ſin vero ea nolente, præter hanc pœnam & triens ſuorum bonorum ei præſtatur.

84 Qvi[p] habet vxorem, & ſcortatur, 12. & qui non habet, ſi in idem delictum incidat, 6. allactis* caſtigetur. At qui habens vxorem commiſcetur ſuæ ancillæ, re cognita, verberatus caſtigatur, & pro loco præſes receptam ancillam extra prouinciam diſtrahit pretio illato in fiſcum. Qui vero cum aliena ancilla ſcortatur, ſi locuples ſit præſtet domino ancillæ pro noxa aureos 36. Si inops ſit verberetur, & quantum facere poterit pro rata 36. aureorum præſtet. * flagellis.

85 Qvi[q] duas vxores habere auſus fuerit, non iure[r] ſed facto voluntatis, recte ſubiicitur crimini adulterii. Ei vero quæ poſterior illi nupſit, ignoſcetur ſi ignorauerit eum habere legitimam vxorem.

86 Qvi cum brutis[s] rem habent, eis penis abſcinditur.

a *Mulieri nupta.* Theod. Si quæ clam cum ſeruo ſuo conſuetudinem habeat, capitaliter punitur, ſeruus autem viuus comburitur. nati autem ex eis licet liberi intelligantur, exuuntur dignitatis inſignibus, & matri ne per interpoſitam quidem perſonam ſuccedunt, ſed legitimi vocantur. Memineris 1. Conſtit. 20. tit. 7. lib. ſiue 1. cap. 23. tit. 48. lib. quo dicitur non poſſe mulierem manumittere ſeruum cui ſe ſubſtrauit, licet filius eius manumiſſioni conſentiat. In publicis criminibus recte accuſat officium. Didiciſti autem in 7. Conſt. 2, tit. huius lib. 9. ſiue c. 20. tit. 23. relationes officii fide dignas cenſeri. Seruus deferens eam quæ ſe ſeruo ſuo iunxit, eo comprobato liber fit. Memineris 2. Conſti. 20. tit. 7. lib. vel tit. 23. lib. 48. Non ſuccedunt ſuis parentibus ex illicitis nuptiis progeniti liberi extantibus legitimis vel aliis cognatis. Memineris 4 & 5. & 6. Conſtit. 5. lib. & lege No. de inceſtis nuptiis. In evndem. Vide vti maior inferatur pœna mulieri à ſeruo adulteratæ. Aliis enim adulteris verbera & capillorum detonſuræ & narium amputationes imminent, huic vero præterea & ciuitatis expulſio & omnium bonorũ amiſſio & ablatio. Hoc amplius etiam huic periculo ſubiicitur, vt poſſit à volente quolibet accuſari.

b *Adulterium commiſit.* Additur ἐν τῷ κρυφῇ, Clam. & ait Thalelæus, Multo magis, ſcilicet ſi non clam, ſed palam deliquerit.

c *Cum ſeruo proprio.* Si igitur cum manumiſerit priuſquam ei ſe miſceret, non Conſtitutioni locus erit, ſed 73. cap.

d *Et tonſa nares.* Τὸ πλάτος habet, Capitali pœnæ ſubiicitur, & ſeruus exuritur. Filii autem eorum liberi fiunt exuti omni dignitate, nihilque per ſe vel per interpoſitam perſonam ex facultatibus mulieris conſequentes.

e *Patet autem.* Itaq; hoc genus adulterii à certis perſonis non intenditur, ſed ab omnibus quaſi publicum crimen. Nec enim poſſumus dicere hoc etiam infirmari c. 66. Conſtitutio enim eſt.

f *Et officio nunciandi.* Non dicit licere cuiuis denuntiare officio, ſed licentiam officium habere nuntiandi.

g *Fit liber.* Nota & aliam ſpeciem in qua ſerui pro præmio accuſationis libertatem accipiunt.

h *Miſcent.* Quære Nomocanonis tit. 9. c. 39. Sancti Baſilii can. 75. & 76. & tit. 13. c. 2. & Synodi Neocæſarenæ can. 2.

i *Cum puella virgine.* Pubere. nam ſi impubes fuerit, habes 82. cap. quod & lege.

k *Ea conſentiente.* Nam ſi vi eam corruperit, pœnã huius rei habes ſeq. Conſt. ſiue 81. cap. nariũ abſciſſionem dico, & tertiæ partis bonorum in violatam illationem.

l *Parentibus ignorantibus.* Nota de iis qui ſe miſcent virginibus puellis ſine voluntate parentũ, ſi ſe ipſæ ſua ſponte præbuerint vel in mat·imonium conuenerint, nolentibus parentibus alterutrorum, eos quidem qui deliquerunt locupletes auri libram vnam vitiatis inferıc, minus locupletes ſiue mediocres, ſemiſſem bonorum, omnino egenos verberatos & tonſos relegari. Quod ſi inuitas violarint, tunc diuitibus etiam nares abſcindi, & trientem bonorum inferri. & hęc quidem in puellis adultis. nam ſi in pupillam hoc admiſſum ſit, quia maius eſt crimen, pleniorem etiam pœnã infligi. puta vt nares abſcindantur violatori, & dimidia pars bonorum violatæ pupillæ præſtetur, quamuis in multum extendantur numerum.

m *Vxorem ducere.* Sanctorum Apoſtolorum canon 67. Si quis virginem non deſponſam vi detinet, cõmunione ſeparetur. Ne liceat autem ei aliam ducere præter eam quam & elegit, licet pau-

Digitized by Google

l *Pater*. Hinc apparet patrem intra 60. dies ſine inſcriptione accuſare. nam ſi cum inſcriptione accuſarit, non calumniæ periculo ſubiicitur, ſed talioni. Idem & in viro, cap. 16. themate vltimo ſiue ff. 13.

m *Sexagenarius dies*. Quia ſexaginta dies ex repudio incipimus computare ad accuſationem in diebus 60. & ipſe ſexageſimus dies computatur.

n *Si accuſata*. Nota, ſi crimen intendatur mulieri, id temporis adultero non cedere.

o *Et tranſierit quinquennium*. Diu tractа accuſatione mulieris.

p *Non peragatur*. Non peragatur, ſed deſiſtat, aut præuaricetur. ita Index.

q *Nihil intereſt*. Cum pater ſimul & adulteram filiam & adulterum occidit, nihil intereſt quẽ prius occiderit. Sed ſi vnum occiderit, alterum dimiſerit, vt homicida accuſatur. Quod ſi vnum occiderit, alium vulnerauerit ſolummodo, verbis quidem legis non liberatur, ſed D. Marcus & Commodus reſcripſerunt impunitum eum remanere, quia & ſi occiſo adultero mulier ſuperuixerit poſt tam grauia vulnera quæ ei pater inflixit, forte potius ſuper uiuere creditur, quam voluntate patris. quia lex parem indignationem exigit in eos qui ſimul deprehenſi ſunt in adulterio, & ſeueritatem requirit.

r *Grauiter vulneratus ſit*. Apparet enim tunc non dolo factum vulnerantis. alioquin ſi non grauiter vulnerauerit, & euaſerit, tenetur.

ſ *Si quis dicat*. Quære tit. 34. cap. 5. & huius tit. cap. 2. th. 4. & cap. 16, & 14. circa finem, & 15. themate vlt.

t *Accuſare debet* Et non in præiudicium eius ſeruum ſuum torquere.

u *Legi ſubiicitur*. Non quidem ex verbis legis, ſed ex ſententia. Ille vero non ſubiicitur qui fecit ea quæ ſunt in 24. cap.

x *Stuprum committit*. Stuprum committit qui liberam mulierem non matrimonii cauſa ob ſolã conſuetudinem habet apud ſe, excepta videlicet concubina. quære cap. 1. th. 3. & ibi Antiquum.

y *Adulterium*. Quære cap. 7. th. 1. 2 & lib 2. tit. 2. cap. 101, & 242. th. 3.

z *Intra*. Si accuſator adulterii circa inſcriptionẽ criminis errauerit, & ſufficiant accuſationis tẽpora, emendare ei licet vitium inſcriptionis, ne crimen aboleatur.

a *Tempora*. LX. dierum vel quatuor menſium.

b *Error*. Forte ſcripſit in menſe illo per errorem, cum alio commiſſum fuiſſet adulterium. quære cap. 37. th. vlt. Quære & lib. 7. tit. 18. cap. ante 5. cap. finem.

c *Legi ſubiicitur*. Vt adultero nares amputentur. Impubes autem alio modo caſtigatur.

d *Adulterii* Quia proprii doloris vindictam perſequitur.

40 IDEM. Vbi[a] inceſtum & adulterium coniungũtur, vt in priuigna, nu- l. 38. in pr.
ru aut nouerca, mulier quoq; ſimiliter punitur. id enim etiam ſine adul-
terio eueniret. ¶ Siquis ſtuprum[b] committat cum ſororis filia, mulier ſi-
militer quoq; punietur, vt mas. & intereſt quidem vtrum quis inceſtas
nuptias contrahat, ignorans an[c] temere. ¶ Vbi autẽ & natura & lege in- §. 2.
dignum ſcelus committitur, ſimiliter punitur fœmina vt mas: ſed ſi lege
tantum prohibeatur, mulieri ignoſcitur. ¶ Nõnunquam & mares ince- §. 3.
ſto coniuncti humanius quam adulteri puniuntur, vt ſi tanquam vxori
[d] iunxerint ſe inceſto, non tanquam ſcorto. ¶ Et minori inceſtum remit- §. 4.
titur, ſi modo ab eo recedat. Adulterii autem[e] nec mulier nec minor ex-
cuſationem habent. ¶ Et priuignus qui ignorans nuxit ſe nouercæ, & ſol- §. 5.
uit nuptias, inceſti non tenetur. ¶ Inceſtum matrimonium non confir- §. 6.
matur. ideoq; ſi ante accuſationem ſolutum ſit, pœna remittitur. ¶ Ince- §. 7.
ſto matrimonio per ignorantiam contracto veniam dant ſexus & ætas
& correctio delinquentis, & maxime ſi nõdum accuſatus ſit. ¶ Libertus §. 9.
poteſt agere cum patrono adulterii, ſicut iniuriarum ex atroci iniuria.
Occidere tamen eum in adulterio deprehenſum non poteſt, licet ex eis
ſit[f] perſonis quas marito licet occidere[g]. ¶ Siquis[h] honorem vel miniſteri §. vlt.
um publicũ gerat, inſcriptionem[i] quidem patitur, ſed accuſatio differ
tur, eo cauente[k] poſt finem honoris iudicio ſiſti.

41 VIM paſſa mulier lege nõ tenetur, licet facti erubeſcẽtia confeſtim l. 39 in pr.
viro non renuntiauerit. ¶ Conſtante matrimonio poteſt quis[l] accuſare §. 1.
adulterum, licet maritum adulterii prius non accuſet. ¶ Mortua quoq; §. 2.
in ma-

§. 3 in matrimonio vxore poteſt maritus adulterum accuſare. ¶ Nupta[m] priuſquam damnetur adulter, non accuſatur, ſi ante nuptias denuntiata,
§. 4 vel denuntiatio domum eius miſſa non fuerit. ¶ Damnatam[n] quaſi la-
§. 5 tronum conſciam maritus retinere in matrimonio poteſt. ¶ Coniunctũ
§. 6 adulterio inceſtum non extinguitur quinquennio. ¶ Duos[o] quidem ſimul accuſare vir non poteſt, ſed ſi duobus denuntiauerit, & velit deſi-
§. 7 ſtere in vtroque, neceſſaria eſt abolitio. ¶ Inceſti[p] crimen ſimul aduerſus
§. vlt. duos[q] intendi poteſt. ¶ Serui[r] eius qui inceſtum commiſit torquentur, ſi adulterio coniunctum ſit.

l. 40 [43] Pavlvs. Si vir minatus ſit[s] vxori ſe acturum adulterii, nec egerit[t], poteſt[u] nubere ſuſpecto[x] de adulterio eius. Qui poſt accuſationem reducit vxorem, videtur[y] accuſatione deſiſtere, & amplius agere non poteſt.

l. 41 [43] In crimine adulterii dilatio[z] non datur, niſi cauſa cognita[a], & vt perſona exhibeatur.

l. 42 [44] Tryphon. Libertus vt liber punitur, & occiditur à patrono & parentibus eius ac liberis adulterium ab eo ſuſtinentibus.

l. 43 [45] Callist. Si[b] contra legem miſſum ſit repudium, non ſoluuntur nuptiæ. qui[c] tamen eam vxorem ducit, adulterium nõ committit. quia[d] ſine dolo non fit adulterium. Dolum vero admittit qui ſcit illegitimum eſſe repudium.

l. vlt. [46] Papin. Defuncta[e] quoque nouerca priugnus accuſatur inceſti, ſicut adulter defuncta muliere.

a *Vbi inceſtum.* Nonnunquam adulterium & inceſtum ſimul committitur, vt puta cum priuigna vel nuru vel ſocru, & punitur mulier petinde atque adulter. hoc enim eueniret, & ſi inceſtum ſolummodo committeretur.

b *Si quis ſtuprum committat.* Antiqvvs. Licet inceſtum tantummodo committatur, ex æquo puniuntur mas & fœmina. rurſus ſi adulterium tantummodo committatur, non inceſtum, parem pœnam adulter & adultera ſuſtinent. & quære cap. 70, & 71. Quære c. 12. 13. & ibi ſcholium.

b Si in ſororis filiam ſtuprum committatur, quæritur an adulterii pœna ſufficiat mari. Occurrit quæſtioni, quod hîc duplex delictum eſt, & multum intereſt vtrum per errorem matrimonium quis illicitum contrahat, an contemptu legis & ſanguinis cognationis nõ in verum & iuſtum matrimonium ducat ſororis filiam, ſed ſtuprum potius cum ea committat. quare tunc demum mulier eam pœnam quam mas ſuſtinebit, cum & natura cognitum inceſtum admiſerit, vt in nuru & priuigna & ſocru & aſcendentibus. nam ſi alterum ius tantum violetur, vt in ſororis filia, mulier inceſti pœna liberatur.

c *Antemere.* Sciens. quære lib. 28. tit. 5. c. 22. finem. & tit. 6. c. 1. Nota, mari ignoranti ius non ignoſci, fœminæ ignoſci.

d *Tanquam vxori iunxerint.* Si palam non clam matrimonio iunxerint ſe, & per matrimonium inceſtum commiſerint, videntur errare, & neſcientes inceſtum committere. Qui autem ſtuprum committit ſciens, contumax eſt.

e *Adulterii autem.* Dicitur autem ſupra ex errore iuris non teneri inceſti.

f *Ex eis ſit perſonis.* Infamibus. & quære cap. 26 quod eſt ff. 13.

g *Licet occidere.* Nam cuius famæ parcere debet & vitæ multo magis.

h *Si quis honorem.* Notandum eſt eum qui honorem vel miniſteriũ publicum gerit, inſcriptionem quidem pati, ſed non accuſari. Quære lib. 7. tit. 17. c. 21. & ibi adnotationem Thalelæi in τῷ ... Si vells ſcire quot & quales cauſæ ſoluant nuptias, lege lib. 28. tit. 7. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

i *Inſcriptionem quidem patitur.* Vt accuſator & reus.

k *Eo cauente.* Nam magiſtratus tempore magiſtratus neque agit, neque agitur cum eo.

l *Poteſt quis accuſare.* Extraneus qui non eſt mulieris maritus, non etiam adulteram, vt cap. 28. ſiue ff. 15.

m *Nupta.* Viro coniuncta. quære c. 15. th. vlt. & 14 th. vlt. & cap. 5. 6. 16, & 17.

n *Damnatam.* Si mulier quod feciſſet cum latronibus ſocietatem relegata ſit, impune retinetur à marito. quia non adulterii damnata eſt.

o *Duos quidem.* Quære tit. 1 c. 10. th. 6. Adulter quidem & adultera propter commune crimen ſimul nec à viro accuſari poteſt. cum tamen vtrique denuntiauit & vnum eorum accuſauit, & vult poſtea deſiſtere, in vtriuſque perſona exigitur abolitio. Nota quod licet duo ſimul accuſari non poſſint, duobus tamen denuntiari poteſt.

p *Inceſti crimen.* Non etiam adulterii, vt cap. 15. th. vlt. & huius cap. th. 7. Nota differentiam

adulterii & inceſti, Legē & 6.th.huius cap.& 47.c.& alias inuenies.quære & 4,& 6.th.& 7.c.37.

q *Aduerſus duos.* Qui id commiſerunt.

r *Serui eius.* Nota hoc neceſſario. nam ſi inceſtum ſit tantum, non etiam adulterium, ſed ſtuprum forte, non torquentur ſerui & quære tit.50.c.4.

ſ *Minatus ſit.* Non etiam denuntiauerit per denuntiationem legitimam.& quære de iis cap.16.

t *Nec egerit.* Nec iure mariti, nec vt extraneus.

u *Poteſt nubere.* Minati enim non eſt teſtato denuntiare.

x *Suſpecto.* Quia enim ei quæ à viro adulterii accuſata nec conuicta eſt, repudium mittere, & à viro diſcedere licet: ideo & nupta ei qui de adulterio eius ſuſpectus, nec conuictus eſt, non incidit in crimen adulterii.

y *Videtur, &c.* Secundum diſtinctionem vlt.th.15.c ſiue 12.ff.

z *Dilatio non datur.* In crimine adulterii nulla datur dilatio, niſi vt perſonæ exhibeantur, vel iudex ex qualitate negotii motus cauſa cognita dilationem dederit.

a *Niſi cauſa cognita.* Forte enim rus profecta eſt.

b *Si contra legem.* Si non ex lege repudium maritus miſerit, vt quia non ſubſcripſerunt ei 7.teſtes. & ideo adhuc mulier lege nupta exiſtimetur, & ſi quis alius eam vxorem ducat, adulter non eſt. quia adulterium ſine dolo non committitur: quanuis dici poſſit dolum eum committere, ſi ſcierit non ex lege repudiatam, & duxerit.& quære lib.28.tit.7.c.9.& 18.& lib.45.tit.5.cap. .& lib.30.c.31.

c *Qui tamen eam vxorem ducit.* Ignorans repudium eſſe illegitimum.nam ei ignoſcitur.

d *Quia ſine dolo.* Si inutile ſit diuortium, ſucceſſio inuicem non datur viro & vxori, vt lib.45.tit.5.c.1. Et hæc quidem ius ciuile. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus ſic ait. Dictum eſt, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis, quod quicunque dimiſerit vxorem ſuam extra rationem ſcortationis, facit vt ipſa adulterium committat.& ſi quis dimiſſam duxerit, adulterat.& Chryſoſtomus in Oratione, Quod mulier lege obligata eſt quandiu viuit maritus. Cum vir vxorem volet eiicere, vel vxor à viro diſcedere, reminiſcatur ſermonis huius, & Paulum intereſſe putet, eamque perſequi clamantem ac dicentem, Mulier lege obligata eſt quandiu viuit maritus eius. Hoc demonſtrato, non adiecit, quod ſi mortuus fuerit vir eius, ſed, ſi obdormierit, propemodum ſuadens viduitatem, & primi non ſecundi viri nuptias. Non mortuus eſt, inquit, vir tuus, ſed dormit. Quis vero dormientem non expectet? Liberam vero poſt mortem viri fieri dicens oſtendit ante eam ſeruam fuiſſe viuente eo. Serua autem cum ſit & legi ſubiecta, licet millies libellum repudii acceperit ſecundum leges exteras, lege adulterii tenetur. nec enim ſecundum has leges te iudicaturus eſt Dominus in die illa, ſed ſecundum quas ipſe poſuit.& leges exteræ non ſimpliciter hoc ponunt, ſed & rem coercent.

e *Defuncta quoque.* Licet defuncta ſit ſocrus, cum qua gener inceſtum commiſit, recte accuſatur etiam poſt mortem eius.

Lib. 9. Cod. tit. 9. Conſt. 1. — [47] LEGE Iulia de adulteriis mulier accuſare non poteſt, nec ſi[b] ipſa dicatur deliquiſſe. nam lex viris delinquentis merito facultatem dedit accuſandi iure mariti[c] ſoluto[d] matrimonio. — L 1. C. ad l. Iul. de adult. & ſtup.

Prætermiſſa eſt 2. Conſt. — [48] IN lege[e] de adulteriis ſerui mulieris & patris eius iuſti[f] torquentur, nec ſunt manumittendi intra 60.dies poſt ſolutionem matrimonii, nec alienandi. oportet autem cauere dominis de pretio eorum ſi in quæſtione deceſſerint, vel deteriores facti fuerint. — L. 3

[49] SI quis[g] noctu[h] deprehendat adulterum, quem impune occidere licet, & eum occiderit, non punitur. Sed etſi filii eius ei obtemperantes[i] occiderint, extra noxam ſunt. Sed ſi non[k] præcipiente lege hoc fecit, ignoſcimus[l] ei, quia & noctu[m] deliquit, & facti dolore permotus, & tantummodo relegatur. — L. 4

[50] ADVLTER[n] poſt quinquennium quam commiſſum adulterium dicitur, quod continuo numeratur, accuſari non poteſt. & has præſcriptiones reis legibus datas auferri non oportet. — L. 5

[51] IVRE[o] mariti adulterii accuſare volenti[p] 60.dies vtiles[q] computantur, quibus in publico eius facultas fuerit apud quem[r] reus vel rea accuſari poteſt. Et cum præterierint dies vtiles, maritus quoque iure extranei accuſare poteſt. & qui confidit accuſationi, calumniæ notam timere non debet[s]. — L. 6

[52] PROPTER[t] violatam virginē nouellam, quæ poſtea pubeſcere cœpit, — L. 7

accu-

accuſator[w] iuſtus non eſt: & ideo[x] iure mariti crimen exercere nō poteſt, niſi[y] puella violata ſpōſa eius fuerat[z]. ſed ſi ipſa iniurias ſuas præſentibus curatoribus, per quos & negotia eius geruntur, perſequatur, pręſes prouinciæ pro debita tanto delicto ſi probetur ſeueritate examinabit.

l. 8 [53] DVOS[a] reos adulterii marem & fœminam ſimul ex eadem cauſa fieri lex de pudicitia vetat, ſed ordine[b] vtroſque peragi oportet[c], ita vt mas primum[d] conueniatur, deinde[e] mulier.

l. 10 [54] DE crimine[f] adulterii paciſci non licet[g], quanuis[h] par delictum accuſatoris præuaricatoris & fugientis veritatis inquiſitionem non eſt. Qui autem pro comperto ſtupro pretium accepit, pœna legis de adulteriis tenetur[i]. Prætermiſſa eſt 9. Conſt.

l. 12 [55] MARITVS[k] diuortio facto adulterii in matrimonio commiſſi accuſationem inſtituere poteſt aduerſus mulierem & adulterum[l]. Sed ſi mulier alii nubat, aduerſus[m] eam agere non poteſt, aget tamen aduerſus adulterum. Prætermiſſa eſt 11. Conſt.

l. 13 [56] SI quis[n] de adulterio conueniatur, mulier pœnæ non[o] ſubiicitur, maxime[p] ſi accuſator eius deceſſerit.

l. 14 [57] ADVLterum[q], ſi poſtquam crimen[r] exerceri cœpit, prouincia exceſſerit, etiam abſentem inter reos[s] requirendos recipi poſſe[t] explorati iuris eſt.

l. 15 [58] SI antequam accuſaretur mulier, abeſſe cœperit, abſurdum eſt eã vocari, & venire in prouinciam in[u] qua vir militat, atque ita accuſari. Id enim placet quandoq; finita militia intra annum, quia vtile tempus eſt, iure[x] viri poſſe eum accuſare.

l. 16 [59] IS etiam qui accuſauit iure mariti, abolitionem[y] petere debet, atq; ita crimine deſiſtere. Dictum eſt enim[z] eum qui ſine[a] abolitione deſtitit, nec poſtea accuſare poſſe.

l. 18 [60] QVI domi[b] reliquit vxorem, & aliam duxit, ſtuprum in eam committit, cuius mulier ignorans[c] particeps non eſt, & debet ei reſtituere res omnes quas prætextu matrimonii, quaſi maritus ſcilicet accepit ab ea, non etiam quas promiſit quaſi ſponſus[d]. Prætermiſſa eſt 17. Conſt.

l. 19 [61] MVLIER adulterii accuſata deſiderare poteſt in iudicio pręſentiam accuſatoris. & hoc quidē initio litis opportune deſiderare poteſt. nam ſi iam prolatis adulterii probationibus viro[e] recedēte propter occupationem militiæ pręd ictas opponat allegationes, deinceps[f] non audietur[g].

l. 20 [62] VTILE eſt tempus quo poteſt quis iure mariti adulterii accuſare. Prætermiſſa eſt 20. Conſt.

l. 21 [63] SI quis[h] cum ea adulterium cōmiſerit quæ iam ſe proſtituit quamplurimis, non accuſatur adulterii.

l. 22 [64] SI ancilla[i] adulteret, non eſt crimen adulterii[k].

l. 24 & 25. [65] SI ſententia in aliquem feratur, quaſi ancillæ ſtupratorem, opinio eius læditur[l], non etiam fit infamis.

l. 27 [66] QVÆ[m] ſemel adulterium commiſit ſi poſtea nubat[n] adultero, non extinguitur crimen prætextu matrimonii poſt adulterium contracti.

l. 28 [67] CONſtitutio iubet in adulterio omnes alias[o] præſcriptiones ceſſare, præterquam quinquennii[p] elapſi poſt adulteriū & lenocinii, quæ viro[q] obiicitur, & ea quæ ſoluto priori matrimonio ante denuntiationem nupta muliere ſecundo viro competit. His igitur exceptis nullam aliam Prætermiſſa eſt 26. Conſt.

Digitized by Google

præſcriptionem obiici permittimus intentato crimine adulterii.

[68] TABERNÆ[z] præpoſitam quandoq; impune, quandoq; non impune adulterat quis. nam ſi tabernæ tantum domina fuit, quæ alios habuit ingredientibus miniſtrantes, non impune in eam committitur adulterium. ¶Si vero ipſa per ſe miniſtrauit, & vinũ præbuit potantibus, tunc propter vilitatem & ſeruile miniſterium, neque ipſa, neque is qui cum ea peccauit adulter[t] cenſetur. Leges enim pudicitiæ bonæ exiſtimationis mulierem proſpexerunt nulla viliorum & miſeratione dignarum habita ratione. l. 29 / v. ſi vero.

[69] QVANVIS adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus ſine aliqua interpretatione conceditur, tamen[u] ne volentibus temere liceat[x] fœdare connubia, proximis & neceſſariis perſonis tantummodo placet deferri copiam accuſandi[y], patri[z], fratri, patruo, auunculo[a]. Sed & his perſonis neceſſitatem imponimus, vt crimen abolitione, ſi voluerint compeſcant. In primis autem virum genialis tori vindicem eſſe conuenit. Extraneos autem omnes procul accuſatione arceri cenſemus. nam etſi omne genus accuſationis neceſſitas inſcriptionis adſtringat, quidam tamen proterue id faciunt, & falſis contumeliis matrimonia deformant. l. 30

Prætermiſſa eſt 31. Conſt.

[70] IN quæſtione adulterii & viri & mulieris ſerui[b] qui erant[c] tempore commiſſi adulterii torquentur[d]. l. 32

[71] MVLIER[e] adulterii accuſata viro dicere non poteſt, Interea mihi redde dotem, ſed iudicatur crimen adulterii, ita vt poſtea de dotis repetitione[f] quæratur. l. 33

Prætermiſſæ eſt 34 & 35. Conſt.

[72] IVBET[g] Conſtitutio, mortua quoq; muliere, non manumitti[h] ſeruos[i]. quia forte viro dicente ſe lucratum dotem, neceſſe erit[k] etiam poſt mortem mulieris adulterii caput examinari[l]. Poſt hoc vero tempus heres mulieris poteſt eos manumittere, niſi culpa eius factum ſit quominus vir crimen exequeretur[m]. l. 36

[73] ADVLteris[n] verberatis & tonſis nares abſcinduntur. Nuntii vero & impii huiuſce facinoris adminiſtri, verberati & tonſi in perpetuum relegantur. l. 37

a *Lege Iulia.* THEOD. Mulier non accuſat adulterii, ne pro ſe quidem. Viris enim hæc accuſatio competit. Ceterum Conſt. 7. huius tit. ſiue 52. cap. ait violatam virginem hoc iudicium intentare poſſe. Id igitur excipiendum.

b *Nec ſi ipſa ducatur.* Τὸ κατὰ παῖδας, Quanuis de ſuo matrimonio violato quæri velit. Alia quoque hîc ratio prohibet eam accuſare, quia ipſa criminis particeps eſt. At volens Conſtitutio oſtendere nec ſua cauſa eam accuſare, hoc adduxit. Nota hoc crimen mulierem nunquam intendere poſſe.

c *Iure mariti.* Lex marito hoc priuilegium dedit, vt poſſit intra 60. dies poſt ſolutum matrimonium accuſare. Quis vero habeat hoc priuilegium, diſces, fauente Deo, in hoc titulo.

d *Soluto matrimonio.* Si miſerit repudium ſecundum ius vetus. alioquin non poteſt accuſare adulterii. nunc vero ſi maritus velit accuſare mulierem adulterii, interim ſeparantur inuicem.

e *In lege.* THEOD. Inſtituta accuſatione adulterii, torquentur mulieris & patris eius ſerui, quibus tamen cauetur de pretio eorum, ne interimantur vel deteriores fiant plagis. quare alienari vel donari non poſſunt, qui erant ſerui adulterii commiſſi tempore, niſi poſt miſſum repudium ſex menſes præterierint, vel, vt adiicit 35. Conſt. huius tit. vel poſt mortem eius quæ adulteraſſe dicebatur. Seruos autem adulteræ torqueri ſignificat 6. Conſtit. huius tit. necnon & 31. adiiciens, vt & ſerui mariti & omnis familia eius torqueatur in crimine adulterii. Hinc nota eum qui ſeruos torqueri poſtulat, non continuo pretium dare, ſed cauere ſe daturum. quære cap. 26. & ibi ſcholium, & omnia eius themata, & huius libri tit. 50. c. 1. th. 12. & cap. 5.

f *Iuſti.* Adiicitur εἰς τὸ κατὰ παῖδας, Non naturalis, ſed iuſti & ait Thalelæus, Si ſolam eam habuerit filiam forte ex concubina, pater quidem eſt, ſed non iuſtus. idcirco ſerui eius non torquentur.

g *Si quis.* THEOD. Si vir & filii eius noctu occiderint adulterum, quẽ lex iubet deprehenſum occidi,

relegantur. Hęc ita accipias, ſi adulter poſt tres teſtationes deprehendatur in aliquo eorum locorū enarratorum in No. 117. quam & lege.

h *Noctu*. Hoc refertur ad id quod ſequitur. Quia enim dicturus eſt occiſorem relegari, neceſſe eſt dicat, noctu. & ob id initio hoc tempus non exprimit. quia qui debet occidere, etiam interdiu occidit impune. Nota caſum quo reus cædis tantummodo relegatur.

i *Ei obte mperantes*. Forte enim ægrotat ipſe. & non poteſt occidere.

k Vt ſi maritus honeſtiorē virum occiderit. & quære cap. 23. vel libertus patronum, vt cap. 41. them. penult.

l *Si non præcipiente*. Licet homicidium admiſerit.

m *Noctu deliquit*. Quære tit. 39. cap. 1. th. vlt.

n *Adulter*. Theod. Poſt quinquennium continnum nemo tenetur adulterii, ſed vt adiicit 27. Conſtit. huius tit. ſi conueniatur poſt illud tempus opponit præſcriptionem temporis. Thal. Adulter poſt quinquennium à tempore delicti continuo computandum non accuſatur.

o *Iure mariti*. Lege Iulia de adulteriis vir agit intra 60. dies iure mariti, poſt 60. dies iure extranei. Significat autem 7. Conſt. huius tit. non tantum maritum, ſed & ſponſum agere iure mariti aduerſus eū qui ſibi deſponſam puellam ſtuprauit. Lege autem 16. Conſt. huius tit. quæ ait, eum qui egit iure mariti ſi deſtiterit ſine abolitione, id crimen exercere amplius non poſſe. Sciēdum eſt tamen ex 29. Conſt. propoſiti tit. inſcriptionem non deponere eum qui agit iure mariti, ſed & ex ſuſcipione hoc crimen eum intendere poſſe. Idem ait 117. Nou. Thal. Qui vult accuſare iure mariti, 60. dies habet, quibus ſi potuerit accuſare nec accuſauerit, iam amplius non poteſt agere iure mariti, ſed aget iure extranei. Nota Antiquum dicentem, non tantum maritum poſſe adulterii accuſare iure mariti intra 60. dies, ſed & ſponſum. Lege & prætermiſſionem eius. Lege & Thalelæum 52. cap. poſitum in extremo huius paginæ.

p *Accuſare volenti*. Quære cap. 15. th. 2. & 5. & 30, & 29.

q *60. dies vtiles*. In præcedenti Conſtitutione continuum quinquennii tempus computari dixit. Hic vero vtile eſſe tempus 60. dierum.

r *Apud quem*. Apud magiſtratum dicit, apud quem rei adulterii poſtulari & iudicari debet vxor quondā eius & adulter.

ſ *Timere non debet*. Obſerua ex contrario ſenſu eum qui accuſat iure mariti, non ſubiici pœnæ calumniatoris. Eivsdem. Nota ex contrario ſenſu eum qui agit iure mariti, licet in accuſatione perſeuerare non potuerit, vt calumniatorem non condemnari. lege & vltimum antiquum cap. At exiſtimo falſam eſſe hanc adnotationem propter finem 2. th. 15. cap.

t *Propter violatam virginem*. Theod. Puella violata poteſt lege de adulteriis agere aduerſus ſtupratorem. vt autem adiicit 20. Conſt. huius tit. & cui voluerit matrimonio coniungi poteſt. Thalelaeii Conſtitutio ait, ſponſum quoque iure mariti ſtupratorem puellæ accuſare poſſe. itemque ipſam puellam accuſare raptorem vel ſtupratorem poſſe præſentibus curatoribus ſuis.

u *Accuſator iuſtus non eſt*. Nullus, nec qui poſtea maritus fit, nec pater.

u Vt ſtupratorem quaſi adulterum accuſet iure mariti. Quod ait, hoc eſt, Neminem poſſe agere ob violatam puellam ante nuptias, niſi ſponſus eius fuerit, mulierem tamen agere.

u Hoc quidem olim dicebatur non accuſare eum iure mariti. Nunc vero Conſtitutione nona certas perſonas exprimente quæ poſſunt adulterii accuſare, hic qui poſtea fit maritus, eis non adnumeratur.

x *Et ideo*. Nam impubes non poteſt maritum habere. proinde nec adulterium committit.

y *Niſi puella*. Quære cap. 13. th. 7. & cap. 12. th. penult & 13. th. 7. & cap. 79.

z *Eius fuerat*. Et tunc tēporis violata ſit, ac deinde nuptiæ ſequutæ ſint. nam poſt nuptias poteſt agere de adulterio ante nuptias commiſſo. ante nuptias vero nullo modo. & quære cap. 15. th. vlt. ſiue ff. 12.

a *Duos reos*. Theod. Nullus ſimul accuſat adulterum & adulteram. Thal. Non poteſt ſimul accuſari adulter & ea quæ dicitur adulteraſſe. Ordine tamen vtrunque accuſare licet. Nota Baſilicum hic dicentem cauſam propter quam non poteſt ſimul adulterii crimen in adulterum & adulteram exerceri.

b *Sed ordine*. Ordo eſt, vt vir primum conueniatur, deinde mulier.

c *Peragi oportet*. Quære cap. 16. th. 2. locum & cap. 8.

d *Primum*. Quære cap. 6. 15. th vlt. & cap. 3. 39. th. 4.

e *Deinde mulier*. Si viro coniuncta ſit adultera. nam ſi innupta ſit, nihil refert.

f *De crimine adulterii*. Theod. Non tranſigit quiſquam de crimine adulterii. Sed & qui accipit pecuniam, vt crimen celet, punitur vt adulter. Idem lib. 2. tit. 4. Conſt. 18. ſiue lib. 11. tit. 2. cap. 35. Quære lib. 11. tit. 2. cap. 37.

g *Paciſci non licet*. Sic ait, Non licet tranſigere de adulterio. nam etſi in aliis criminibus quæ habent pœnam ſanguinis par non ſit prodere cauſam ſuam ac præuaricari, & tranſigere de inſtituta accuſatione, cum proditio coerceatur, tranſactio non coerceatur. quinimo permittatur, vt lib. 11. tit. 2. cap. 35. in adulterio tamen præuaricatio & tranſactio par delictum eſt, & ex æquo vtrunque coercetur.

g Excipe hanc legem à 18. Conſt. 4. tit. qui de tranſactionibus 2. lib. Codicis, ſiue lib. 11. tit. 2. quæ ait de criminibus ſanguinis pœnam inferentibus licere tranſigere.

h *Quamuis par*. Licet in aliis criminibus habentibus pœnam ſanguinis liceat tranſigere. In adulterio par eſt.

Digitized by Google

i *Tenetur.* Dictum eſt in hunc agi metus cauſa. nunc diſcis etiam agi lege Iulia.

k *Maritus.* Theod. Poſt repudium vir exercet crimen adulterii aduerſus eam quæ quondam vxor fuit, ſed ſi alii nupta ſit, antequam ei denuntiaretur non accuſat. nam vt ait 27. Conſtit. huius tit. non accuſatur ea ante denuntiationem. Plus adiicit 34. Conſtit. tituli propoſiti, poſt repudium quoque accuſari mulierem adulterii, ſi ipſa ſine cauſa repudium miſerit ſcortari volens. Memineris 8, & 9. Conſt. 17. tit. 5. lib.

l *Adulterum.* Additur εἰς τὸ κατ' πόδας, In ea prouincia in qua factum eſt adulterium. & ait Thalelæus, Nota igitur in hoc crimine regulam dicentem, Actorem ſequi forum rei, non valere: ſed crimen intendi in prouincia in qua commiſſum eſt.

m *Aduerſus eam.* Quoad adulter condemnetur. & quære c. 3, & 6, & 15. th. vlt. & 39. th. 4. & 16. th. 2. locum & cap. 18.

m Niſi prius adulterum accuſauerit, vt c. 16. th. 2.

n *Si quis de adulterio.* Theod. Nihil nocet adulteræ, quanuis adulter accuſetur & condemnet.

o *Pœna non ſubiicitur.* Ex illius accuſatione.

p *Maxime.* Id eſt, multo magis non tenetur. Etiamſi hoc non fiat, pœnæ non ſubiicitur mulier, & multo magis ſi accuſator defunctus ſit. Si vero reus vicerit, vincet per eum. & quære c. 19. them. vlt.

q *Adulteram.* Theod. Si accuſata adulterii mulier abierit poſt litem conteſtatam, requiritur vt requirenda. Ait autem 15. Conſt. huius tit. Si ante litis conteſtationem diſceſſerit, nec edictis eam euocari, neque tranſmitti in eum locum quo maritus degit, licet Reip. cauſa abſit, quia reuerſus eam accuſare poteſt. nam vt oſtendit 17. Conſt. huius tit. tempora abſentiæ Reip. cauſa non computantur temporibus criminis adulterii. Lege 19. Conſt. huius tit. Thal. Si poſt commiſſum adulterium & inchoatam accuſationem mulier abierit, etiam abſens poteſt requirenda fieri.

r *Poſtquam crimen.* Nota, non ſatis eſſe ſi commiſſum ſit crimen, ſed cœptam quoque oportet accuſationem eſſe.

ſ *Inter reos.* Siue requirendam eam fieri quaſi ream. Hoc eſt, ſicut alios reos abſentes requirimus, & ſi inueniamus recipimus, ſic & hanc requiri & inuentam recipi lex iubet.

t *Recipi poſſe.* Hoc ait, vt abſens poſtquam agi cœptum eſt, & vocata niſi ſiſtat ſe, ſubiiciatur pœnę in criminibus ſtatutæ in eos qui vocati non veniunt.

u *In qua vir.* Nam quia ad tempus manet in militia, abſurdum eſt eam in eum locum vocari, in quo militat ad tempus. Nota, in milite crimen adulterii excedere quinquennium, & ei ad reſtitutionem alium annum dari ex hac Conſt. tum quod & in aliis quamplurimis priuilegia militi conceſſa ſint, tum quod conſtet hic voluiſſe militem accuſare, ſed culpa mulieris non potuiſſe. Annus autem reſtitutionis hîc non eſt quadriennium. qui enim eſt in Digeſtis annus, translatus eſt in quadriennium ex Conſtitutione tit. 34. lib. 10. non etiam qui in Conſtitutionibus inuenitur qualis eſt hîc, cum hoc thema ſit ex lib. Codicis, illud ex Baſilicis.

x *Iure viri.* Quia vtile tempus eſt quo quis iure mariti accuſare poteſt, non computatur militi. Quinquennium, quia continuo computatur, militi computatur.

y *Abolitionem petere.* Quomodo oporteat abolitionem petere, diſces, fauente Deo, in hoc libro ſub tit. de Abolitionibus. Nota, debere virum cum abolitione deſiſtere ab accuſatione adulterii: ne incidat in periculum calumniæ. & quære cap. 15. th. 2. finem. & cap. 19, & 14. th. 3.

z *Dictum eſt enim.* S.C. Turpiliano.

a *Qui ſine.* Errat qui exiſtimat, ſi ſine abolitione deſtiterit, adhuc exercendo crimini locum fore. Nota, eum qui accuſat iure mariti nec tempeſtiue implet accuſationem, non poſſe amplius de eo crimine accuſare. quære tit. 1. c. 13. th. 2.

b *Qui domi.* Theod. Qui habet duas vxores, infamis eſt. didiciſti autem lib. 5. tit. 5. Conſt. 2. nõ puniri eam quæ ignorans iunxit ſe aliam vxorem habenti, & ſuam dotem repetere, nihil tamen ab eo qui duxit lucri eam ferre. didiciſti & lib. 5. tit. 5. Conſt. 4. eam quæ ignorans inceſtas nuptias cõtraxit, non priuari ſua dote. Hæc autem iura accipienda ſunt ex contrario ſenſu, quia ſcientis dos confiſcatur, niſi ante definitum tempus diſceſſerit ſecundum Nou. de inceſtis nuptiis. Thal. Qui eodem tempore duas vxores habet, infamis eſt. nec enim poſſumus dicere iure nuptias non conſiſtere. ita enim proponitur. duas vxores habere. Hoc ante definito Cõſtitutio progreditur ad propoſitum, dicens, Qui reliquit, & quæ ſequuntur. Nota, Conſtitutionem velle in ſecundam vxorem ſtuprum committi.

c *Mulier ignorans.* Si & ipſa ſcierit, pœnæ legitimæ ſubiicitur.

d *Quaſi ſponſus.* Veluti arrham & donationem propter nuptias, quia nuptiæ non conſiſtunt.

e *Viro recedente.* Mulier quæ vult præſentem condemnationi adſiſtere virum, vtitur hac allegatione, accuſatorem omnino adeſſe debere intentato crimini. Sed Conſtitutio ait in initio criminis hoc exigi recte, Hîc vero adfuit initio, & moto crimine abeſſe cœpit.

f *Deinceps.* Tunc enim vir non poteſt iudicari vt abſens.

g *Non audietur.* In ferenda ſententia petiit mulier adſiſtere virum accuſatorem. quod Conſtitutio negat.

h *Si quis.* Theod. Qui adulterio cognoſcit eam quam plures corrupere quęſtus cauſa, non tenetur crimine adulterii. Ait autem 28. Conſt. huius tit. eum etiam non teneri qui cum tabernę miniſtra adulteratur. Idem & 24. Conſt. huius tit. ſignificat in eo qui violat ancillam alii coniunctam. τὸ κατ' πόδας. Si ea quæ tibi ſtupro cognita eſt paſſim vænalem formam exhibuit, & proſtitutam meretricio more vulgo ſe præbuit, adulterii crimen in ea ceſſat. Nota, quod ſi vxor paſſim miſceatur

tur

Digitized by Google

tur multis,in eam non committitur adulterium. Sed neque in ancillam alteri contubernio coniunctam.

i *Si ancilla.* THEOD. Seruus non exercet crimen adulterii; licet mulier eius vitietur ab aliquo. At ait 25.Conſt.huius tit.adulterantem eum crimine adulterii teneri.Dixi autem tibi quod ſignificat 24.Conſt.huius tit.eum qui ancillam adulterio cognouit,nec puniri, nec infamia notari, ſed opinionem eius lædi.τὸ κατ πόδας. Serui ob violatum contubernium ſuum adulterii accuſare non poſſunt.

k *Crimen adulterii.* Quia cum iure nuptias contrahere nõ intelligatur, nec adulterium videtur in eos committi.

l *Læditur.* Quære lib.21.tit.3.cap.12.& lib.7.tit.* cap.10.th.11.

m *Qui ſemel.* THEOD. Non liberatur crimine qui poſtea mulierem ducit,quam adulterauit. Memineris 12.Conſt.huius tit. Quære 42.tit.cap.13.

n *Poſtea nubat.* Eo prius adulterii non accuſato.

o *Omnes alias præſcriptiones.* Erant & quædam aliæ in veteribus legibus, vt ſignificat τὸ κατ πόδας. Quære 45.tit.c.8.& lib.48.tit.10.c.2.de quinquennio:& eiuſdem lib.tit.8.c.45.

p *Quinquennii elapſi.* Quære lib.28.tit.8.c.45. & huius tit.cap.46.& c.10.th.penult.& c.3.th.4.& ibi ἀνωτοφαῖς,& huius tit.c.14 th.penult.

q *Quæ viro obiicitur.* Ante litis conteſtationem.& lege ἀνωτοφαῖς lib.28.tit.8.c.45.

r *Tabernæ præpoſitum.* Τὸ κατ πόδας, Cauponæ.& ait Thalæleus,verbi gratia meminit cauponæ, quia idem dicimus de qualibet taberna. Neque vero de virgine dicit, ſed de ea quæ habet maritum,& miniſtrat.

s *Non impune.* Quære lib.2 tit.2.c 46.th.2.

t *Adulter.* Et hæc maritum habente ea lege finem τὸ κατ πόδας.

u *Tamen.* Nota hanc Conſtitutionem adulterii accuſationem quinq; tantum perſonis competere velle. Si igitur accuſatio de lenocinio vel de inceſtis nuptiis inſtituatur, non circunſcribitur quinque perſonis.

x *Liceat.* Accuſando conſtante matrimonio.

y *Copiam accuſandi.* Puellam.& quære c.15.th.3.& 21.th.vlt & 22.

z *Patri.* Patri puellæ. Nam etſi in 14.c.th 3.didiceris ſocerum accuſare adulterii,id tamen hac Conſtitutione infirmatur,cum ſit Digeſtum.Nota à quibus intendatur crimen adulterii,hoc eſt à quinque perſonis,patris,fratris,coniugis,patruo,auunculo.quære 1.cap. ex quo etiam hodie adulterii crimen publicum eſt. At quære lib.28.tit.7.c.2.cuius initium, Illud vero ſeruandum eſt.

a *Auunculo.* Cognatione propinquis omnino hoc permiſit non adfinibus.

b *Mulieris ſerui.* Nota Conſtitutionem præcipientem,vt in adulterio de ſeruis in dominos quæſtio habeatur.

c *Qui erant.* Adiicitur εἰς τὸ κατ πόδας, in domo,& ait Thalelæus.Itaque ſi fuerint peregre,non ſubiicientur quæſtioni.Tunc vero ſerui torquentur,cum & alia argumenta ſubſunt,vt tit.50. c.1: nam ſi alia argumenta deficiant, ceſſat quæſtionis tormentum.

d *Torquentur.* Vt comprobetur adulterium quod commiſſum dicitur.

e *Mulier.* Tunc igitur locus eſt Conſtitutioni,cum quis accuſat adulterii,non ſi poſt repudium adulterium inferatur. THEOD. Is qui criminaliter conuentus eſt, non poteſt recõuenire ciuiliter, antequam finitum ſit crimen.Memineris 4.conſt.8.tit.3.lib. & nota propter 4.conſtit.46.tit.8.li. nec te lateant ea quæ dicta ſunt in 1.conſtit.1.tit.huius lib.9.

f *De dotis repetitione.* Ratio iuris adiicitur εἰς τὸ κατ πόδας, quia maius iudicium debet diſceptari priuſquam minus,& criminale priuſquam ciuile, & hic adulterium præponitur. nam & ſi duo ſint crimina,quod erit grauius de eo prius quæretur.

g *Iubet conſtitutio.* Aiunt Antiqui,repudio ſequuto intra mẽſes duos ſeruos mulieris aut viri vel parentũ eorum manumitti nõ debere,quia forte neceſſe erit in cauſa adulterii de eis quæſtionem haberi.Mortua autem muliere non dicunt tempus intra quod morte eius ſoluitur crimen. Iubet ergo conſtitutio,& quæ ſequuntur,vt in Baſilico. Τὸ κατ πόδας,libertatem ſuorum qui ad dominium pertinent vxoris vel mariti,vel parentum eorum, repudio miſſo propter ſuſcipionem criminis adulterii,leges intra duorum menſium ſpatium poſt repudii miſſionem numerandum ſuſpendi definiunt propter tormentorum quæſtionem,ſi opus exegerit eis imponendã. Sin vero vxor matrimonio præfato modo non ſoluto deceſſerit, & morte ſolutum ſit matrimonium, nihil de tempore quouſque ſeruos eos propter memoratam cauſam manere deceat adiiciunt. Nobis vero neceſſarium eſſe videtur certum tempus & in hoc caſu ſtatuere, propter dotis quæſtionem vtrum lucro mariti cedat,an heredibus mulieris reſtituatur. Sancimus itaque duos etiam menſes poſt mortem mulieris ſeruari, vt intra eos antedicti ſerui permaneant, & facultatem habeat probationes adulterii per eos præſtare. Tranſacto vero prædicto tempore licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere, niſi per culpam eius prohibitus fuerit cauſam adulterii tempore imminente exercere.

h *Non manumitti.* Si igitur manumiſerit eos prius,deinde contraxerit nuptias,non eſt locus cõſtitutioni,ſed 70 cap.

i *Seruos.* Adiicias hoc 31.Conſt.dicenti quæſtionem haberi de ſeruis viri & vxoris.

k *Neceſſe erit.* Quære c.11.th.9.& lib.28 tit.8.c 15.th.2.

l *Examinari.* Nota quod etiam poſt mortem duos menſes iubet expectare nos,non id tãtum quod ex duobus menſibus reliquum erit,qui ea viua currere cœperant. EIUSDEM. Vt ex hoc

Digitized by Google

appareat adulterii caput etiam in modum præſcriptionis induci poſſe poſt mortem mulieris, & pecuniariam condemnationem ſequi: quia quæ deliquit deceſſit. nullum vtique exiſtimo prohiberi, quominus, ſi velit, & viuente vxore ciuiliter de adulterio agat, non criminaliter. quære & cap. 14. th. 4. Vxore mortua extinguitur crimen, vt tit. 34. c. 10.

m *Crimen exequeretur*. Illo ſæpe crimini inſtituendo imminente is diſtulit nec comparuit.

n *Adulteris verberatis*. Quære Nomocanonis tit. 9. c. 39. & S. Baſilii can. 31.

Lib. 9 Cod. tit. 11. Conſt. 1.

74 MVLIERI nuptæ[a] quæ adulterium commiſit[b] cum ſeruo[c] proprio, verberatæ & tonſæ[d] nares abſcinduntur, & pulſa ciuitate in qua habitat, omnia ſua bona amittit, eique ſuccedunt filii legitimi vel propinqui, vel alius quis quem lex vocat, qui vindicare poſſunt quidquid ſeruum ex bonis eius accepiſſe conſtiterit. Patet[e] autem omnibus copia inſtituendi huiuſce criminis aduerſus eam, & officio[f] nunciandi. Sed & ſi ſeruus tale aliquid detexerit pro præmio fit liber[g]. Et filii eorum liberi fiunt. L. vn. C. de mul. quæ ſe propriis ſer. iunct.

MVLIER ignara mariti ſeruo ſe ſuo commiſcens, ſi non habeat liberos, verberetur & tondeatur, taliſque ſeruus verberatus & tonſus diſtrahatur, & pretium eius inferatur in fiſcum. Sed ſi habuit liberos, cum id admiſit, omnia eius bona dominii iure ſtatim liberis ſine alienatione conſeruantur, ſolo vſufructu apud eam manẽte. Pretium autem diſtracti ſerui ad liberos pertinet. 75

QVI ſe proprio ſanguini miſcent[h], vt parentes cum liberis, vel liberi cum parentibus, vel fratres cum ſororibus, gladio puniuntur. Qui vero ex alio cognationis gradu ſibi inuicem vitium attulerint, veluti pater nurui, vel filius nouercæ, vel vitricus priuignæ, vel frater vxori fratris, vel patruus aut auunculus filiæ fratris aut ſororis, vel filius fratris aut ſororis, amitæ aut materteræ, vel qui duabus ſororibus aut matri exteræ, & filiæ eius ſciens miſcet ſe, his ſimul & mulieribus, quas vitiarunt, verberatis, nares abſcindantur. 76

QVI matrimonio iunguntur vel aliter carnis complexu ſociantur conſobrini, & ex eis progeniti liberi duntaxat, vel pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duabus ſororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel filius fratris aut ſororis cum vxore patrui aut auunculi, vel patruus aut auunculus cum vxore filii fratris aut ſororis, ſeparantur & verberantur. 77

QVI cum monachis vel diaconiſſis vel aſcetriis libidinem exercent, his atque etiam mulieribus quas conſtuprauerunt, cum Eccleſiæ ſponſę Chriſti contumeliam fecerint, nares abſcindantur. 78

SI quis cum matre ſuſceptæ ſcilicet è ſacro fonte matrimonii nomine clamve rem habeat, vtriq; nares abſcinduntur, dirempta prius coniunctione illa. Quod ſi in eandem alteri nuptam hoc admittat, pœna ſimiliter procedit, & hoc amplius verberantur. 79

QVI cum puella virgine[i] rem habuit ea conſentient[k], parentibus ignorantibus[l], re cognita ſi velit eam vxorem[m] ducere, & conſentiant parentes, contrahentur nuptiæ. Sed ſi vna pars parentum, hoc eſt, ſi alterutrius eorum parentes nõ conſentiant, & ſtuprator ſit locuples, violatæ puellæ auri libram[n] vnam, ſi egentior, dimidium ſubſtantiæ ſuæ præſtabit: ſi pauper omnino, cæſus & tonſus relegabitur. 80

QVI

Digitized by Google

81 Qvi per vim puellam ſtuprauit, ei nares abſcinduntur, præſtita ei ſubſtantiæ ſuæ tertia parte.

82 Qvi vitiat[i] puellam ante pubertatem, hoc eſt 13. annum, ei nares abſcinduntur, & ſubſtantiæ ſuæ dimidium violatæ puellæ præſtatur.

83 Qvi alienam ſponſam vitiat, ſi quidem ea volente, nares ei abſcinduntur: ſin vero ea nolente, præter hanc pœnam & triens ſuorum bonorum ei præſtatur.

84 Qvi[p] habet vxorem, & ſcortatur, 12. & qui non habet, ſi in idem delictum incidat, 6. allactis* caſtigetur. At qui habens vxorem commiſcetur ſuæ ancillæ, re cognita, verberatus caſtigatur, & pro loco præſes receptam ancillam extra prouinciam diſtrahit pretio illato in fiſcum. Qui vero cum aliena ancilla ſcortatur, ſi locuples ſit præſtet domino ancillæ pro noxa aureos 36. Si inops ſit verberetur, & quantum facere poterit pro rata 36. aureorum præſtet. * flagellis.

85 Qvi[q] duas vxores habere auſus fuerit, non iure[r] ſed facto voluntatis, recte ſubiicitur crimini adulterii. Ei vero quæ poſterior illi nupſit, ignoſcetur ſi ignorauerit eum habere legitimam vxorem.

86 Qvi cum brutis[s] rem habent, eis penis abſcinditur.

a *Mulieri nuptæ.* Theod. Si quæ clam cum ſeruo ſuo conſuetudinem habeat, capitaliter punitur, ſeruus autem viuus comburitur. nati autem ex eis licet liberi intelligantur, exuuntur dignitatis inſignibus, & matri ne per interpoſitam quidem perſonam ſuccedunt, ſed legitimi vocantur. Memineris 1. Conſtit. 20. tit. 7. lib. ſiue 1. cap. 23. tit. 48. lib. quo dicitur non poſſe mulierem manumittere ſeruum cui ſe ſubſtrauit, licet filius eius manumiſſioni conſentiat. In publicis criminibus recte accuſat officium. Didiciſti autem in 7. Conſt. 2. tit. huius lib. 9. ſiue c. 20. tit. 23. relationes officii fide dignas cenſeri. Seruus deferens eam quæ ſe ſeruo ſuo iunxit, eo comprobato liber fit. Memineris 2. Conſti. 20. tit. 7. lib. vel tit. 23. lib. 48. Non ſuccedunt ſuis parentibus ex illicitis nuptiis progeniti liberi extantibus legitimis vel aliis cognatis. Memineris 4 & 5. & 6. Conſtit. 5. lib. & lege No. de inceſtis nuptiis. In evndem. Vide vt maior inferatur pœna mulieri à ſeruo adulteratæ. Aliis enim adulteris verbera & capillorum detonſuræ & narium amputationes imminent, huic vero præterea & ciuitatis expulſio & omnium bonorũ amiſſio & ablatio. Hoc amplius etiam huic periculo ſubiicitur, vt poſſit à volente quolibet accuſari.

b *Adulterium commiſit.* Additur ἐν τῷ κρυπτῷ, Clam. & ait Thalelæus, Multo magis, ſcilicet ſi non clam, ſed palam deliquerit.

c *Cum ſeruo proprio.* Si igitur cum manumiſerit priuſquam ei ſe miſceret, non Conſtitutioni locus erit, ſed 73. cap.

d *Et tonſa nares.* Τὸ πλάτος habet. Capitali pœnæ ſubiicitur, & ſeruus exuritur. Filii autem eorum liberi fiunt exuti omni dignitate, nihilque per ſe vel per interpoſitam perſonam ex facultatibus mulieris conſequentes.

e *Patet autem.* Itaq; hoc genus adulterii à certis perſonis non intenditur, ſed ab omnibus quaſi publicum crimen. Nec enim poſſumus dicere hoc etiam infirmari c. 66. Conſtitutio enim eſt.

f *Et officio nunciandi.* Non dicit licere cuiuis denuntiare officio, ſed licentiam officium habere nuntiandi.

g *Fit liber.* Nota & aliam ſpeciem in qua ſerui pro præmio accuſationis libertatem accipiunt.

h *Miſcent.* Quære Nomocanonis tit. 9. c. 39. Sancti Baſilii can. 75. & 76. & tit. 13. c. 2. & Synodi Neocæſarenæ can. 2.

i *Cum puella virgine.* Pubere. nam ſi impubes fuerit, habes 82. cap. quod & lege.

k *Ea conſentiente.* Nam ſi vi eam corruperit, pœnã huius rei habes ſeq. Conſt. ſiue 81. cap. nariũ abſciſſionem dico, & tertiæ partis bonorum in violatam illationem.

l *Parentibus ignorantibus.* Nota de iis qui ſe miſcent virginibus puellis ſine voluntate parentũ, ſi ſe ipſæ ſua ſponte præbuerint vel in matrimonium conuenerint, nolentibus parentibus alterutrorum. eos quidem qui deliquerunt locupletes auri libram vnam vitiatis inferre, minus locupletes ſiue mediocres. ſemiſſem bonorum, omnino egenos verberatos & tonſos relegari. Quod ſi inuitas violarint, tunc diuitibus etiam nares abſcindi, & trientem bonorum inferri. & hęc quidem in puellis adultis. nam ſi in pupillam hoc admiſſum ſit, quia maius eſt crimen, pleniorem etiam pœnã infligi, puta vt nares abſcindantur violatori, & dimidia pars bonorum violatæ pupillæ præſtetur, quanuis in multum extendantur numerum.

m *Vxorem ducere.* Sanctorum Apoſtolorum canon 67. Si quis virginem non deſponſam vi detinet, cõmunione ſeparetur. Ne liceat autem ei aliam ducere præter eam quam & elegit, licet pau-

Digitized by Google

peior ſit. Canon 25. Sancti Baſilii. Qui ſtupratam à ſe vxoris loco habet, ſtupri quidem pœnam ſuſtinebit, vxorem tamen habere permittetur. Alius canon eiuſdem. Scortatio non eſt matrimonium, ſed nec initium matrimonii. Quare ſi fieri poteſt vt qui ſcortatione iuncti ſunt ſeparentur, id eſt melius. Sin vero eis omnimodo placeat ea coniunctio, pœnam ſcortationis ſubeant, & ſeiunganture ne quid fiat peius.

n *Auri libram.* Romani. Himerius Solomonis filius adamauit filiam ſenatoris*. Muri, & vitiauit clam præter voluntatem patris, & puella prægnante facta, promiſit nuptias. Ambigentibus valde iudicibus hac de re, & aliis quidem Himerium corporaliter quaſi ſtupratorem puniendum dicentibus & pecuniariter, aliis vero pœnam ad vnam duntaxat libram redigentibus propter hanc legem, cernens Romanus nullum horum iudicium rei conuenire, pœnale quidem quaſi ſæuum & crudele remiſit, hoc vero quaſi paruum & leue reiecit, aliam autem mirabilem & legitimam ſententiam protulit, remque geſtam contumeliam ſtatuit eſſe, & quatenus quidem lenonem Himerius in domum Muri miſerat & ipſe ingreſſus erat corruptis domeſticis, contumeliam accepiſſe *. Murum dixit, & ſecundum legem 150. aureorum iniuriæ nomine pœnam ſtatuit, quatenus vero filia Muri vitiata erat, 210. & protulit legem dicentem ſtupra & corruptiones æſtimari officio iudicis, redegitque omnem pœnam in libras quinque. Sententiam relatam Imperatori Dn. Romano, Imperator comprobauit. Re enim habita pro contumelia, viget & lex dicens ex vna cauſa tribus perſonis competere iniuriarum actionem, vt vxore mea contumelia adfecta ego & pater & ipſa habemus iniuriarum actionem. Ex minori etiam maius delictum oſtendere adgreſſus eſt, dicens, Si is qui aliquem inuitum vocat ex domo ſua eum contumelia adficit, multo magis qui ſtupri cauſa in eam ingreditur. Tum ſubiicit, ſæpe ex vno crimine competere plures actiones, nec omnibus agi, & alias quidem ſe inuicem conſumere, alias non item. Ex his vna vti iudices. Idcirco enim ait non vti ſe lege ſtatuente libram vnam, quod hæc ſine circumſtantia pronuntiat, & concurſu interueniente duarum voluntatum ac ſi quis diceret ex compacto, non excipitur ſcenica vel liberta vel pauper, ſed omnino coguntur nuptias contrahere cum vitiata muliere, vel præſtare bonorum ſemiſſem, ſi non ſint locupletes, aut libram vnam auri. At ſcenico vel liberto non permittitur ſenatoriam aut ſenatoris filiam vxorem ducere, nec valde cupienti. Hic vero violata puella ſenatoris filia fuit, & competunt plures actiones veluti de ſtupro & de iniuria & aliæ. Si igitur minorem damus, quis non dicet & maiorem dari? Ex periculo Romani lite mota ob ancillam virginem à ſeruo vitiatam, ſtatuit Patricius æſtimari ancillam quanti erat antequam ei vitium inferretur, & quantum ex eo pretio deceſſerit, tantum dominum ſerui præſtare in duplum domino ancillæ. quære tit. 21. huius lib. cap. 25. & huius tit. cap. 6.

o *Qui vitiat puellam* Volentem. nam in nolente maior pœna ſtatuitur. 3. th. 32. c. 51. tit.

p *Qui habet vxorem.* Sancti Baſilii canon 21. Si vir vxorem habens non contentus nuptiis ad ſcortationem delabatur, eum ſcortatorem iudicamus & maiori pœna dignum. Non habemus tamen canonem quo ſubiiciatur crimini adulterii ſi in connubio liberam delictum commiſſum ſit, quia adultera quidem polluta, inquit, polluetur, & ad virum ſuum non reuertetur, & qui detinet adulteram ſtultus & nefarius eſt. Ceterum qui ſcortatus eſt non arcebitur conſortio vxoris, atque ita mulier ex ſcortatione reuertentem virum excipiet, vir autem pollutam extrudet foras. quorum ratio facilis non eſt. hoc tamen more vtimur.

q *Qui duas vxores.* Qui duas vxores habet non iure ſed ſua voluntate vel audacia. Non enim poſſumus dicere, quod iure non conſiſtant nuptiæ, innocentem eum eſſe, ſed factum eius & propoſitum, hoc eſt, effectum & voluntatem ſpectamus: quia etſi iure non conſiſtant ſecundæ nuptiæ, tamen ipſe duas vxores habere in animum induxit. Hic vero infamis eſt, vt in 7. cap. huius tit. didicimus. Romani. Egit quis ſtatim ac inuenit vxorem ſuam corruptam die ſolenni nuptiarum & eam expulit. illa vero negat. Romanus ita decreuit. Si ipſa nuptiarum nocte ſtatim lecto exierit vir & teſtatus ſit domeſticis atque cognatis mulieris deuirginatam eſſe eam, rem aliter iudicari. Sed ſi die nuptiarum hoc non fecerit nec quidquam dixerit de vitio, ſed obmutuerit, non eſſe ei ius expellendi eam. alioquin teneri eum pœna eadem qua tenetur qui vxorem accuſat adulterii nec probat, hoc eſt. vt quantum facit triens donationis propter nuptias tantum præſtet. Quod ſi die nuptiarum manifeſtum fecerit vitiatam eſſe eam, ſolui matrimonium debere adulterii muliere haudquaquam condemnata, quia ante nuptias peccauit. r *Non iure, ſed facto.* Nam lex non permittit vt quis duas vxores habeat. ſed ſi forte facto proprii inſtituti ac voluntatis id fecerit. s *Qui cum brutis.* Quære Nomocanonis tit. 14. cap. 2.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus XXXVIII,

Vel Lib. xi. Cod. tit. xli. Const. vi.

Vt ne ſint lenones vllo loco Romanæ Reipublicæ.

l.6.C.de ſpectaculis & ſcen. & lenon. SI[a] pater filiæ vel dominus ancillæ leno ſit, amittunt[b] poteſtatem quam in eis habent. Ipſæ vero poſthac ſi hoc vitio liberari[c] velint, adeant epiſcopum & præſidem & defenſorem, auxilio futuros. Quod ſi his obnitatur pater vel dominus, præter amiſsionem poteſtatis etiam publicationem bonorum & exilium in metallum ſuſtinebunt.

l.vlt. [a]NE quis[d] poſthac lenocinium exerceat, nulluſque reditus inde largitionibus inferatur, nullus ancillam ingenuamve proſtituat. alioquin humilior qui id fecerit coercitus metalli vel exilii pœna damnabitur, honeſtior bona & militiam ac dignitatem amittet. His quoque abſtineant thymelici. Quod ſi ancilla proſtituta ſit, gratuito vindicetur ab omnibus viris aut fœminis, clericis aut monachis. Et vti hæc obſeruent magiſtratus tam minores quam maiores & officia eorum, corporis & 20 librarum imminente pœna.

Nou.14. §.1. [a]SANCIMVS vt omnes quantum poterunt continentiam colant, quæ ſola Deo cum fiducia hominum animas exhibere poteſt. Quia vero multa ſunt humana, ne quę fraude & dolo & vi ad hanc obſcœnitatē ducantur, id omnimodo prohibemus, nullique facultatem eſſe lenocinium exercere, & domi habere mulieres vel publice proſtituere libidinis cauſa, vel quaſi cuiuſdam negotiationis vice talia in commercium deducere, nec ſyngraphas eo nomine accipere, nec fideiuſſores exigere, nec eiuſmodi quidquam facere quo miſerę & inuitæ cogantur polluere ſuam pudicitiam, nec ſperare poſthac veſtimentorum vel ornamentorum datione vel alimentis imponendi eis in hoc vt etiam inuitæ ſe facultatem habituros. nec enim quidquam tale fieri permittimus. Sed & nunc hæc omnia breuiter competenti remedio dignamur, ſtatuentes etiam reddi eis[e] omnem quam occaſione huius ſceleris expoſuerunt cautionem. Id quoque non permittimus, vt ſi quid eis dederint ſceleſti lenones auferant. Sed & ipſos lenones hac felici vrbe diſcedere præcipimus tanquam pernicioſos & publicos hoſtes pudicitiæ cum liberarum tum ſeruarum ſollicitatores & violentos productores & impoſtores & ad omnem impudicitiam inuerſarum poſſeſſores. Edicimus vero ſi quis poſthac inuitam puellam capere & educare atque ex eius ſcortatione quæſtum facere præſumat, comprehenſum eū ab ſpectabilibus prętorib. plebis felicis vrbis huius, omnium extremas pœnas neceſſario ſubiturum. nam ſi eos creauimus vt pecuniaria furta & latrocinia[f] corrigerent, cur non multo magis pudi-

citiæ furtum & latrocinium eis coercere permittemus?[f] Sed & ſi quis aliquem patiatur in ſuis ædibus[g] lenocinium exercere, & huiuſce facinoris proſtibulum habere, nec re nuntiata & cognita habitatione eum expulerit, ſciat ſe 10. librarum auri pœnam ſubiturum, & circa ipſam habitationem periclitaturum. Item ſi qui poſthac ſyngrapham eo nomine accipere præſumpſerint vel fideiuſſores, ſciant ſe ex eiuſmodi fideiuſſione ſiue ſyngrapha commodi nihil habituros, cum nec fideiuſſor obligetur, nec ſyngrapha vllius omnino momenti ſit, & ipſe ſicut prædiximus corporalem pœnam ſuſtinebit, & hac ampla vrbe quam longiſſime pelletur. mulieres enim continentes eſſe volumus & optamus, non inuitas ad turpem vitam deduci & impie ſe gerere cogi. nam & lenocinium committi omnimodo prohibemus, & commiſſum punimus: præſertim quidem in hac felici vrbe & eius territorio, ſed non minus etiam in omnibus locis extra vrbem tam quę ab initio noſtrę ſunt Reip. quam quæ nunc à Domino Deo collata ſunt nobis, & vel maxime in illis propter quod Dei dona quæ in noſtram cõtulit Rempublicam ſeruare volumus pura omni eiuſmodi neceſſitate & Domini Dei in nos beneficio eſſe ac manere digna. Credimus enim in Domino Chriſto, & ex hoc noſtro circa pudicitiam ſtudio magnam noſtram Reip. futuram acceſſionem, Deo omnia nobis proſpera per huiuſmodi opera præbente. Vt ergo vos primi noſtri ciues fruamini pudica noſtra diſpoſitione, ideo hoc ſacro vtimur edicto, quo pernoſcatis noſtrum erga vos ſtudium, ac circa pudicitiam pietatemque laborem, per quem in bonis omnibus noſtram Remp. conſeruatum iri ſperamus. NO. LI. Scenica[h] mulier licet iurauerit & ſatiſdederit ſe ſcortatione non receſſuram, impune deſiſtat, & ſi quis eiuſmodi ſatiſdationes exigat, crimini periurii ſubiiciatur[i], & 10. libris auri multetur.

a *Si pater.* THEOD. Qui leno eſt filiæ vel ancillæ, amittit ius quod in eis habet. Memineris 12. & 14. Conſt. 4. tit. 1. lib. & lege tit. ac de re Nouellam.

b *Amittunt poteſtatem.* Quære lib. 7. tit. 8. c. 10. th. 2. & lib. 25. tit. 1. c. 24. th. vlt. & lib. 34. tit. 2. c. 6. & lib. 28. tit. 4. c. 12. & lib. 48. tit. 1. c. 29. th. vlt.

c *Hoc vitio liberari.* Quære lib. 28. tit. 4. c. 17. th. 3. & lib. 48. tit. 1. c. 29. th. vlt.

d *Ne quis.* THEOD. Leno vel productor ſi vilis eſt, torquetur & mittitur in metallum: ſi honeſtus, exuitur dignitate ſua vel militia. Lege No. de lenonibus, quæ præcipit vt is etiam qui domum ſuam præbuit in hanc rem, 10. libris multetur. Ne quis lenocinium exerceat, etiam ſi thymelicus ſit vel arenarius. Lege Nouellam. Qui volet vindex eſſe proſtitutarum. Memineris 33. Conſt. 4. tit. 1. lib. Nota lenonum pœnas.

e *Reddis eis, &c.* Lenones puniuntur & eiiciuntur vrbe. Cautiones eis à quacunque perſona factæ lenocinii ratione, infirmantur. Lege lib. 1. Cod. tit. 2. Conſt. 12. 14. & 33. & lib. 4. tit. 54. Conſt. 1. & 2. & lib 5. tit. 24. Conſt. 29.

f *Latrocinia corrigerent.* Canon 86. Synodi in Trullo Palatii. Eos qui in perniciem animarum ſcorta congregant & alunt, ſi clerici ſint, deponi ſtatuimus ſi laici, communione ſeparari.

g *In ſuis ædibus.* Nota eum qui ſciens domum locat lenoni, 10. libris multari, & in periculo omittendæ domus verſari. Nota fideiuſſorem acceptum ex cauſa lenocinii non obligari, & eum qui acceperit puniri & in exilium mitti. lege & vlt. cap.

h *Scenica mulier.* Lege lib. 1. Cod. tit. 4. Conſt. 33. & lib. 5. ti. 4. Conſt. 23. & lib. 11. tit. 41. Conſt. 7. & Nou. 51. de ſcenicis promulgatam menſe Septembri poſt Conſulatum Beliſarii, cuius initium tale, Scimus legem non tuliſſe prius.

i *Criminis periurii ſubiiciatur.* Nota quando alio peierante alius crimini periurii ſubiiciatur.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus XXXIX.

VEL ff. LIB. XLVIII. TIT. VIII. ff. I.

Lex Cornelia de ſicariis[a] & veneficis & mathematicis & ſimilibus.

MARCIANVS.

L. 1. in pr. ff. ad l. Corn. de ſic. & venef. LEGE de ſicariis tenetur[b] qui hominem occiderit, &
qui dolo[c] malo incendium[d] fecerit, & qui[e] occidẽdi vel
furti faciendi cauſa cum armis ambulauerit, & qui cũ[f]
magiſtratui vel publico iudicio præeſſet curauit, vt quis
§. 1 falſo accuſaretur, & ſine culpa[g] cõdemnaretur, ¶ & qui
necandi cauſa venenũ parauerit vel dederit, & in capitali crimine dolo malo in reum falſum teſtimonium dixerit, & magiſtratus ac iudex qui pecuniam acceperit, quo quis damnaretur capitali-
§. 2. §. 3 ter, ¶ & qui occiderit ſeruũ vel liberum hominem. ¶ Qui[h] animum habuit occidendi nec occidit, ſed vulnerauit, homicida eſt: & qui noluit occidere, ſi occiderit, non eſt homicida. Animus autem ex inſtrumento
§. 4 percuſſoris demonſtratur. ¶ Impune occidit quis eum qui ſibi vel ſuis
§. vlt. ſtupri cauſa vim infert. ¶ Sed & ſi quis[k] deprehenſum vxorem in adulterio occiderit[l], humilior quidem in exilium[m] perpetuum mittitur: poſitus autem in honore aliquo, ad tempus relegatur.

L. 2 VLPIA. Inobedientem filium pater non poteſt[n] occidere, ſed accuſat eum[o].

L. 3. in pr. MARC. Lege de[p] ſicariis tenetur qui hominis necandi cauſa[q] vene-
§. 2 num fecerit vel vendiderit vel habuerit. ¶ Sunt autem medicamẽta quę ſanitatem adferunt, & quæ dicuntur amatoria. Qui amatoria faciunt, bonis publicatis deportantur. Sed & ſi quis non malo animo mulieri dederit medicamentum ad conceptionem, & quæ acceperat deceſſerit, relegatur. Si liber[r] aut ſeruus quis quacunque occaſione potionem dederit ſiue vxor viro ſiue vir vxori ſiue ancilla dominæ vel ſeruus domino, & ex hac cauſa in infirmitatem inciderit qui potionem ebibit, & cõ-
§. 3 tigerit ex hoc eum labi & mori, gladio punitur. ¶ Lege quoque de ſicariis tenetur pigmentarius[s] qui temere[t] alicui dederit venenum, cicutam vel ſalamandram vel aconitũ vel pityocampam vel bubroſtim vel man-
§. 4 dragoram vel canthariadas, ¶ & is cuius ſcientis familia armauit ſe apiſcendæ vel recuperandæ poſſeſſionis cauſa, & auctor ſeditionis, & qui
§. 5 falſo quid dixerit in aliquem aut dici curauerit. ¶ Pœna in ſicarios honeſtiores deportatio eſt & plena publicatio, in humiliores, gladio &[u]
§. vlt. beſtiis ſubiici. ¶ Vbicunque inuentos transfugas[x] quaſi hoſtes occidere licet.

L. 4. in pr. VLP. Lege[y] tenetur magiſtratus qui quid facit illicite in necem ho-
§. 1 minum. ¶ Qui per laſciuiam[a] necat, in quinquennium[b] relegatur.

Prætermiſſa eſt ſeq th. 4. ff. & 5. & 6. ff. PAVL. Lex de ſicariis dolum exigit, & non[b] latam culpam. quare ſi quis ſeipſum ex alto præcipitans vel ramum ex arbore[c] occiderit aliquē, hac lege non tenetur[d]. L. 7

Prætermiſſ eſt 8 & 9. ff. VLP. Si quis dolo domum meam exuſſerit, capitali pœna plectetur. Si quis domum vel aceruum frumēti proximum domui ſciens exuſſerit, verberatus comburitur. quod ſi extra ciuitatem hoc fecerit, manus ei abſcinduntur. Sed ſi culpa contigerit, ſi ſoluendo ſit, damnum præſtat: ſin minus, caſtigatur mediocriter. Domus autem dicitur omnis ſpecies habitationis. Qui data opera in ciuitate incendium faciunt, humiliores quidem beſtiis obiiciūtur: in gradu aliquo poſiti, capitis pœna plectuntur, vel in inſulam deportantur[e]. L. 10

MODEST. Iudæis filios ſuos circuncidere permittitur. ſed ſi alium[f] circunciderint, capite puniuntur, & publicantur. ¶ Qui ſeruum vendidit vt depugnaret cum beſtiis ſine iudice, tenetur lege de ſicariis, & is etiam qui emit. ¶ Ex iuſta[g] tamen cauſa per iudicem ſeruus dari ad beſtias poteſt. L. 11. in pr. §. 1 §. vlt.

IDEM. Neque infans[h] neque furioſus ſi occiderint, lege de ſicariis[i] tenentur. L. 12

IDEM Qui fecerit vel habuerit vetita[k] ſacrificia, capite punitur. L. 13

CALLSTR. In criminibus non quod factum eſt, ſed voluntas ſpectatur. L. 14

VLP. Nihil intereſt occidat quis, an cauſam mortis præbeat. ¶ Mandator cædis pro homicida habetur. L. 15. §. 1

Prætermiſſ eſt 16. ff. PAVL. Si in rixa homo occiſus ſit, ictus vniuſcuiuſque collectorum ſpectatur, & ſi gladio percutiens occiderit, gladio punitur. Sed ſi percuſſus non interierit, ei qui percuſſit manus abſcinditur, quod gladio vulnus inferre præſumpſerit. Quod ſi validis lignis vel lapidibus magnis vel calcibus cædes admittatur, eis qui fecerint ſimiliter manus abſcinduntur. Item ſi lentis pœnis mortem inferat quis, verberatur & relegatur Si in rixa manu percuſſerit quis & occiderit, verberatus relegatur. L. vlt.

a *De ſi ariis.* Canon 22. Ancyranæ Syno ii. De voluntariis homicidis, ſubmittuntur quidem, ſ d in vltimis vitæ perfecti cibi aſſumpt one non cenſentur indigni. Ex 23. In inuoluntariis autem, prior definitio iubet in ſeptennio perfecti cibi eſſe conſortes ſecundum definiros gradus: ſecunda autem ſeptennium impleri vult. Submiſſio eſt ſtatio intra velum Eccleſiæ in extrema ambonis parte, cum ipſe ad catechumenorum preces concurrir. Conſiſtentia eſt cum fidelibus ſtatio quoad diuina functio peracta ſit Participatio ſacramentorum, viuificantis panis communio. Adploratus eſt conſiſtere delinquentem extra velum Eccl. ſiæ, & ſingulis qui ingrediuntur dicere cum gemitu, Orate pro me, accidentem etiam pedibus eorum. Canon ſancti Baſilii 43. Qui letale vulnus inflixit proximo homicida eſt ſiue prior percuſſit, ſiue defendit ſe. Quære in fine huius tit. adſcrip os canones Sancti Baſilii. Canon 91. Synodi in Trullo Palatii Quæ dant abortionis medicamēta & quæ ac ipiunt fœtus necantia venena, homicidæ pœnæ ſubiicimus. Lege in fin. lib. 11. Nouellam Porphytogennetæ D Conſtantini. De clericis homicidis tractat 26. c 9. tit. Nomocanonis. De ſimpliciter homicidis 3. cap. 14 tit. De veneficis & mathematicis clericis quære Nomocanonis tit. 9 c. 25 De laicis tit. 13. c. 24.

b *Tenetur.* Quære lib. 53. tit. 3. c. 30. & lib. 55. tit. 16. c. 1. th. 6. & totum titulum.

c *Qui dolo malo.* Quære tit. 34. c. 33. & tit. 51. c. 28. th. 11.

d *Incendium fecerit.* In c. 5. tit. 18. ait eum qui cœtu collecto incendium facit, lego de vi publica teneri, id eſt, deportari & confiſcari, quod ita accipitur, ſi cœtus fecerit incendium: id vero præſenti non obſtat: hic nanque ait eum eſſe reum cædis, qui dolo incendium facit. nam & in 9. ff. 9. tit. 40 lib ait eum qui data opera facit incendium, comburi.

e *Qui occidendi.* Quære cap. 16. ante 2. finem tit. 51.

f *Qui cum magiſtratus.* Vel ſi quis cum magiſtratus eſſet, publicove iudicio iudex curauerit falſam in aliquem inſtitui a cuſationem quo quis innocens accuſaretur & condemnaretur.

g *Sine culpa.* C pitali crimine. & lege finem th.

h *Qui*

Digitized by Google

h *Qui animum &c.* Diuus Adrianus cum deprehendiſſet quendam hominem occidiſſe non tamen animo & propoſito occidendi, accuſatione abſoluit. & contra poteſt qui non occidit, ſed vulnerauit, quaſi homicida damnari. hoc vero ex re accipiendum nobis & conſtituendum eſt. nam ſi gladium habens in eo percuſſerit, ſine dubio præſumitur animo & affectu occidendi percuſſiſſe. Sed ſi quis claues ferens eis percuſſerit quem vel in rixa cucumam ferens cæciderit quem, licet ferro percuſſerit, nam & claues & cucuma ferrum habent, non tamen animo occidendi percuſſit, & leuiorem ei pœnam inferemus, quamuis percuſſus interierit caſu enim potius quam voluntate percuſſoris cædes facta eſt.

i *Non eſt homicida.* Ceterum relegatur, vt cap. 15. th. penult. 51. tit. Lege & huius tit. cap. 3. fine & lib. 2 tit. 2. c. 225. & huius lib. tit. 59. cap 1.

k *Si quis deprehenſam.* Quære in fine huius tit. canones S. Baſilii.

l *In adulterio occiderit.* Sine adultero ſcilicet. nam ſimul debuit occidere, vt tit. 37. c. 28. vel digeſt. 22.

m *In exilium.* Quære lib. 35. tit. 16. c. 3. th. 3. & ἀκανονίστοις. Quære lib. 37. c. 22. 23. 24.

n *Pater non poteſt.* Quære lib. 31. tit. 1. c. 1. & 2.

o *Sed accuſat eum.* Apud præfectum vrbi vel præſidem prouinciæ.

p *Lege de ſicariis.* Quære tit. 51. c 56. th. 6. IN IDEM. Quære tit. 40. huius lib. & ibi canones ſancti Baſilii & ſancti Gregorii Nyſſæi & 8. can. ſancti Baſilii poſitum in 1. tit. 54. lib.

q *Hominis necandi cauſa.* Quære lib 19. tit 1. c 35. th. 3 & lib. 42. tit. 3. c 4. th. 2. GARIDAE ad Imperatorem Dn. Conſtantinum Ducam De diuiſione homicidarum & de confugientibus ad magnam Dei Eccleſiam Homicida vel eſt voluntarius vel inuoluntarius, & inuoluntarius vel omnino inuoluntarius vel voluntario proximus, & voluntarius vel temere vel conſulto. Inuoluntarius omnino eſt, vt cum lapidem iecit quis in canem vel arborem, & attigit hominem. hoc enim omnino eſt inuoluntarium. ei nanque erat in animo beſtiam vlciſci vel fructum decutere. ſed ictū ſubiit forte qui in ipſum tranſeundo incidit. Sic & hoc inuoluntarium eſt, ſi quis loro leui & molli vel virga cæciderit aliquem & cæſus deceſſerit. Voluntas enim ſpectatur, quia delinquentem voluit meliorem efficere non occidere. Animus enim, inquit, ex inſtrumento percuſſoris demonſtratur. Inuoluntarius autem voluntario proximus, cum quis in rixa ligno vel manu omni conatu periculoſis partibus vulnus intulit, ex quo percuſſus interiit. lædere etiam illum voluit. non tamen omnino occidere Sed proximus hic eſt volūtario, cum vſus ſit inſtrumēto ad defenſionē, & perturbatione victus haudquaquā homini parcēs vulnus intulerit. Huic ſimilis eſt qui lapide graui ſupra vires humanas maiori vel ligno vtitur. nam & hic inuoluntariis adnumeratur. Sed proximus eſt voluntarii propter crudelitatem. Sub hoc enim animi calore vulnus intulit, non vt interficeret, ſed vt homo adſligeret forte. Ex animi calore inconſultò voluntaria cædes eſt, cum gladio vſus eſt quis vel qua alia re tali. nullā enim habet excuſationem, maximè cum arma grauia ſunt, veluti aſcia aut ſecuris. nam manu non percuſſit, quo genere moderatior ictus fuiſſet, ſed iactu, quo modo & ferri grauitate & acie & iactu è lōginquo neceſſario pernicioſius vulnus infligitur. Voluntaria autem cædes quæ fit conſulto, & cogitate in latronibus & in impetu hoſtium cernitur. nam præmeditato & poſt multam cogitationem cædem committunt. Qui igitur ob crimen homicidii ad magnam Dei Eccleſiam confugit, ſi quidem quaſi agnito peccato ſuo veniam petens hoc faciat, venia dignus tam ſacris canonibus quam diuinis legibus cenſetur. quod ſi non ſua ſponte admiſſo illo homicidio vltro profeſſus ſit crimen, maiori miſericordia dignus eſt. Sin vero eo ſua ſponte facto vltro pœnitentia ductus eſt, punitur ex ſacro canone Magni Baſilii, cui congruit 21. No. Cōſtitutio Imp. Conſtantini Porphyrogennetæ, quæ & voluntarios homicidas diuidit in duo genera, & eos quidem qui inconſulta temeritate necant, non cogit monaſticam vitam capeſſere, ſed perpetuo exilio & infamia & bonorum ablatione condemnat, illos vero qui conſulto & meditato occidunt etiam inuitos induit monachico habitu, & monaſterio addicit in perpetuum. At qui confugit ad ſacra vela, & ſcelus negat ſe admiſiſſe, deque eo contendit quoad conuincatur, neque ſacris canonibus, neque ſacris velis ſuſcipietur: ſed quaſi diſtans à prædictis, legibus in hoc titulo poſitis tenebitur. Hoc enim decernit in fine No. Sacra, & ſecūdum antiquum canonem homicida ſi honeſtus eſt, deportationi & plenæ publicationi ſubiicitur: ſi vilis, in corpus coercetur, vt cap. 3. th. penult. huius tit. Hi quidem fœtus conſiliaque hæc, ô Domine & ſacratiſſime Imperator, non ex ventre meo aut mente mea ſunt, ſed ex veteribus & prudentibus viris, qui ſtudioſe ea collegerunt & interpretati ſunt. ROMANI. Homicida tripliciter fit, vel conſulto vel caſu vel ex ebrietate: primo non ignoſcitur, tertius triennii relegationi ſubiicitur, vt cap. 4. huius tituli, them. 2. ſecundus culpa vacat.

r *Si liber, &c.* Puta vt perpetuo ægrotaret vel deſiperet vel periret,

ſ *Pigmentarius.* Pigmentarii ſunt qui deſtinati ſunt colligendis herbis & deponēdis in xenone, qui & auxiliorum curatores ſunt.

t *Qui temere.* Nota de pigmentario qui dat temere medicamenta. nam mortuo eo qui accepit, licet non occidendi animo dederit, medicus qui dedit quaſi homicida punitur cum de arte falſa dixerit.

t Canon 15. Sancti Baſilii. Qui magicam aut veneficium cōfitetur, quanto tempore homicidæ tanto & ipſe pœniteat, ita diſpenſandus, vt qui ſeipſum prodidit. Quære & finem huius tit. & ibi adnotatos canones S. Baſilii. & qui diuinatoribus ſeipſum tradit vel aliis eiuſmodi, tantundem quoque temporis diſpenſatur.

u *Gladio & beſtiis ſubiici.* In diebus Imp. Dn. Alexii Comneni cum protector ſenatorius alium

*βάεϱδυν. proreꝺorem * ſenatorium occidiſſet Canatibardes & Primus à ſecretis, homicidæ bona fiſco adiudicarunt, dicentes, No. Porphyrogennetæ Dn. Conſtantini de priuatis homicidis loqui Thema autem 5. cap. 3. huius tit. & 1. th. 11. cap. 36. tit. de ſenatoribus. Lege cap. totum, quia diſtinctiones continet multas.

x *Transfugas.* Qui relictis Romanorum partibus ad hoſtes perfugiunt.

y *Lege tenetur.* Lege de ſicariis tenetur qui in magiſtratu in necem hominis id fecerit quod legibus permiſſum non ſit.

z *Qui per laſciuiam necat.* Canon 23. Ancyranæ Synodi. In inuoluntariis cædibus prior definitio iubet intra ſeptennium perfecti cibi eſſe conſortes ſecundum ſtatutos gradus, ſecunda autem ſeptennium impleri.

a *In quinquennium relegatur.* Quod cõprobauit Adrianus factum à Taurino Proconſule, quod in quinquennium relegaſſet.

b *Non latam culpam.* Quære lib. 44. tit. 22. cap. 5. th. 8. & tit. 3. c. 5. huius lib.

c *Ramum ex arbore.* In 3. tit. 4. Inſtit. ait putatorem Aquilia teneri ſi deiectus ramus ſeruum tranſeuntem occiderit, & publica vel regia vel vicinalis fuerit via. debuit enim proclamare, vt quilibet tranſiens euitaret rami caſum: quod cum non fecerit, culpæ nomine Aquilia tenetur. Sed ſi proclamauit, & vocem ſeruus cõtempſit, extra culpam eſt putator. Item ſi ſeorſum à via vel in medio agri putauit etiamſi non proclamauit, quia eo loco fecit quo nulli extraneorum ius erat tranſeundi, id impune feret.

d *Non tenetur.* Contendo etiam non relegari, & quære vlt. th. 18. c. & tit. 51. c. 16. th. antepenul. In lege Cornelia de ſicariis dolus pro facto accipitur, non etiam culpa lata: quare ſi quis ex alto ſe præcipitauerit & ſuper alium ceciderit, eumque occiderit, aut putator arboris deiiciens ex eo ramos non proclamauerit, vt cauerent tranſeuntes, & occiderit aliquem prætereuntem, non tenetur lege Cornelia, ſicut Aquilia.

e *Deportantur.* De incendio quære reliqua capita tit. 20.

f *Sed ſi alium* Iudex habet, Quod ſi quis non Iudæus hoc fecerit, caſtrantium pœna tenetur.

g *Ex iuſta.* Si obtulerit iudici, & iuſta videatur domini accuſatio & querela.

h *Neque infans.* Quære tit. 59. c. 49. & lib. 35. tit. 14. c. 113.

i *Lege de ſicariis* Infans enim pœna eximitur, quod animum vel conſilium nocendi non habeat, & furioſus ob fati infelicitatem.

k *Vetita ſacrificia.* Vel habuerit ex eiuſmodi ſacrificiis. Leges canones in 2. th. 4 c. CANON. 24. Ancyranæ Synodi. Qui vaticinantur vel gẽtium mores ſequuntur vel quoſdam in ædes ſuas introducunt perquirentes veneficia vel interneciones, ſub canonem quinquennium mittantur.

l *Si gladio.* Hactenus ex Digeſtis. Sequentia non ſunt ex Digeſtis.

Lib. 9. Cod. ti. 16 Conſt. 1. *Scribendũ, etiam ſi ſit miles.

18 QVI[a] quem occidit non animo[b] occidendi non damnatur vt homicida, niſi miles* ſit. moderate tamen[d] caſtigatur. Exigit autem Conſtitutio, vt qui occidit probet ſe non animo occidendi percuſſiſſe. l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicariis.

19 QVI[e] adgreſſorem occidit de vita ſua periclitans, extra noxam eſt[f]. l. 2

20 LATRONEM[g] adgreſſorem impune licet occidere. l. 3

21 LICEAT cuilibet adgreſſorem nocturnum in agris[h] vel obſidentem vias atq; inſidiantem prætereuntibus, impune occidere, etiam ſi miles ſit[i]. melius nanque eſt his occurrere & mederi, quam iniuria accepta vindictam perquirere. l. 4

22 SI quis calcis ictu alium occiderit non habens animum occidendi[k], cædis non damnatur, quia res caſui potius imputari debet. l. 5

23 MINOR[l] quoque 25. annis ſi occidat, tenetur de cæde. l. 6

24 QVI cum ferro[m] ambulat hominis percutiendi cauſa, tenetur lege de ſicariis. Τὸ κατὰ πόδας ſic habet, Is qui cum telo ambulauerit hominis occidendi cauſa, ſicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo factum erit commiſſum, legis Corneliæ de ſicariis pœna coercetur. l. 7

25 IS etiam[n] qui infantem occidit pœnę ſubiicitur[o]. l. 8

26 SI vir dicatur inſidiari vxori vel vxor viro, eruendæ veritatis cauſa de ſeruis[p] eorum[q] quæſtionem[r] haberi oportet. l. 9

27 PLVS eſt veneno[s] necare quam gladio occidere, eandem igitur ſuſtinent vtrique pœnam. l. 1. C. de maleficis & mathe.

Lib. 9. Cod. tit. 18.

28 GEOMetria[t] publice diſcitur. Mathematica autem damnatur quaſi prohibita. l. 2

29 PER

l.3. [19] Per ſacrificia [u] diuinare vetitum eſt. & gladio punitur diuinator talis, & qui eum aduocat ſuaſionibus vel præmiis, deportationi & publicationi ſubiicitur. & accuſator huius criminis non delator [x] eſt, ſed dignus magis præmio.

l.4. [20] Constitutio vult eum qui monſtrat magicam trahentem ad libidinem pudicos mores vel molientem aduerſus ſalutem hominum, publicatione & deportatione puniri [y].

l.5. [21] Ne quis diuinatorem conſulat. Chaldæi [z] item & magi ſe non prębeant conſulendos, ſed & capitis ferro vltore pœna teneatur.

l.6. [22] Qvi in necem hominum dæmones inuocant, gladio puniuntur.

l.7. [23] Qvi in dignitate aliqua poſiti ſunt, tormentis non ſubiiciuntur niſi in crimine maieſtatis [a]. Sed & ſi magi deprehendantur vel quodcunq; diuinationis genus profitentes, nullo priuilegio dignitatis vtantur. crimen nanq; ab eis commiſſum animaduerſionem poſtulat, ſi in comitatu [b] id admiſerint.

l.8. [24] Similes ſunt [b] qui docent & qui diſcunt prohibita.

l.vlt. [25] Qvi [c] aliquem maleficum nouit, deprehenſum eum ſtatim publico conſpectui offerat. quod ſiquis ex agitatoribus vel aliis quibuſcunq; hominibus ſecus fecerit, [d] & comprehenſum horum aliquem non prodiderit, vltimo ſupplicio adficiatur.

a *Qui quem occidit.* Qui quem occidit non ſua ſponte, non damnatur, licet vt ſubiicit 4. Conſt. huius tit calce percuſſerit eum. verum vt ait hæc Conſtitutio, mediocriter caſtigatur. De differentia voluntariæ & inuoluntariæ cædis quære Nomocanonis tit. 9. cap. 39. Gregorii Nyſſeni can. 4. & tit. 13. c. 10. Baſilii can. 8.

b *Non animo occidendi.* Hoc eſt non affectione, non propoſito occidendi.

c *Non ſit miles.* Militi enim non ignoſcitur, quippe cum & in omnibus delictis plus puniatur quam paganus.

d *Moderate tamen caſtigatur.* Relegatione forte, vt tit. 51. c. 16. th. penul. Nota eum qui probat alium occidiſſe, non cogi etiam probare occidendi animo occidiſſe, ſed onus probandi homicidæ incumbit ſe non eo animo feciſſe. atque ita negationis probatio exigitur.

e *Qui adgreſſorem occidit.* Theod. Citra metum occidit quiſque adgreſſorem, ſi in vitæ periculum veniat, vt ſi fugere nequeat. didiciſti enim lib. 3. tit. 17. Conſt. 1. neminem ſibiipſi in periculis deeſſe debere, aut legem expectare. Quære c. 19. & tit. 12. c. 55. th. 7. & tit. 3. c. 4. & Antiquum circa finem.

f *Extra noxam eſt.* Hoc eſt ſi tuto fugere nequiuit, non tenetur.

g *Latronem.* Theod. Latronem occidendi cuilibet ius eſt. didiciſti lib. 3. tit. 17. Conſt. 1. nocturnum furem à quolibet occidi poſſe. Additur [illegible], qui inferendę cædis voluntate præceſſerat. & ait Thalelęus. ſi igitur non animo occidendi prçceſſerit ſed ſpoliandi forte non debet occidi.

h *In agris.* In vrbe non licet occidere, niſi aliter periculum euitari non poſſit, vt lib. 48. tit. 8. ff 9. No. Porphyrogennetæ Imperatoris. Etſi lex vetus ſit Protoſpatharios & qui ſupra eos ſunt homicidio facto non necari, ſed infamia notari, & alia pati quæ lege illa ſignificantur, manifeſtò tamen conuictos homicidas, dolum vel coniurationem vel inſidias & apparatus deteſtandi huiuſce criminis cauſa facientes & miniſtros eis obſequentes taleque facinus exequentes, nihil dignitate iuuari, ſed quaſi indignos & infames puniri & interimi volumus. Ceterum hoc ita dicimus, ſi inſidiæ meditatæ & dolus & coniuratio & aggreſſiones ex manifeſta ac praua voluntate interueniant, & omnibus compertum ſit eis ſuadentibus, ſcientibus & conſentientibus, vel populum conſtitiſſe, & cædem feciſſe, vel eorum adminiſtros ob contentionem quę inter eos & occiſum intercedebat, eum occidiſſe, vel etiam ipſos ſua manu tantum nefas admiſiſſe, aliiſve amicis & familiaribus ſuis perſuaſiſſe, vt id admitterent. Lege 1. them. 18. cap. 36. tit. huius libri, & huius tit. ca. 3. them. vlt m.

i *Similes ſit.* Hac in re nihil refert miles an paganus ſit. Sed etſi Conſtitutio agrorum mentionem faciat, idem tamen intelligendum eſt & de eo qui noctu domi furatur, vt dictum eſt ſępe. Agrorum autem fit mentio, quod facilius admittant nocturnas inſidias. Nota vero indiſtincte cædem permitti, nec quæri potuerit comprehendi necne. nā ob pœnę iudicialis dilationem breuem hanc viam Conſtitutio excogitauit. Hoc vero non potes dicere in his qui furantur in vrbe, ſed habes antiquas leges quæ id de eis ſtatuunt, vt tunc occidantur, cum viui comprehendi non poſſunt.

k *Habens animum occidendi.* Oneratur qui percuſſit onere probandi haud dubie, ſe occidendi

Digitized by Google

animum nõ habuiſſe. & inquit Thalęlæus, Nota ſic eũ debere probare, vt nulla ambiguitas ſuperſit.

l *Minor quoque.* THEOD. Etiam minor 25. annorum ſi cædem admiſerit, lege Cornelia de ſicariis tenetur. Generaliter nanque ait Conſtitutio 7. tit. 47. huius lib. 9. nec puero delicti capaci delictum remitti. Lege vero quod ex contrario poſitum eſt in 7. Conſtit. huius tit. Plus quoque didiciſti in Inſtit. proximum pubertati teneri ex delicto, quęre tit. 50. c. 10. & 15. th. 2. & tit. 51. c. 49.

m *Qui cum ferro.* THEOD. Qui ferrum geſtat percutiendi hominis cauſa, quaſi homicida damnatur, licet non occidat. *Telo.* Telum vocatur omne quod manu mittitur, non gladius tantum, ſed & lapis. & hoc dictum eſt in Inſtit. vlt. tit. 4. Inſtit.

n *Is etiam.* THEOD. Et qui paruulum puerum occiderit, crimine homicidii tenetur. lege 7. Cõſt. 47. tit. huius libr. 9.

o *Pœna ſubiicitur.* Legis ſcilicet Corneliæ de ſicariis, quia de ea eſt ſermo, pœnæ ſubiicitur.

p *De ſeruis.* Τὸ κατὰ πόδας habet, familia quæ tunc temporis domi erat. & ait Thalelæus, Hoc etiam in tit. de adulteriis inuenitur, quæſtionem haberi de familia quæ domi fuerit eo tempore.

q *Eorum.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, ſine cuiuſquam exceptione. & ait Thalelæus, Nota in hoc th. ne fœminas quidem excipi. Ait enim ſine cuiuſquam exceptione ab omnibus veritatem exquiri.

r *Quæſtionem.* Memineris eorum quæ dicta ſunt in 3. Cõſt. 9. tit. huius lib. de quæſtionibus ſeruorum quære c. 26. tit. 37. & 44. & 68.

ſ *Veneno necare.* SANCTI BASILII. Licet propter aliquam aliam cauſam malum venenum quis miſcuerit & interfecerit, id inter voluntarias cædes conſtituemus, vt ſæpe faciunt mulieres quæ dum carminibus quibuſdam & obligationibus ad ſui amorem pellicere nituntur, dant medicamenta, & perturbant hominum mentes. Hæ ſi interimant, licet aliud voluerint, aliud fecerint, tamen propter malum vetitumque animi inſtitutum inter voluntarios homicidas computabuntur. Quæ dant abortionis medicamenta homicidæ etiam ſunt, & quæ accipiunt fœtus necantia venena. CANON 36 Synodi Laodicenæ. Non oportet ſacerdotem vel clericum magum eſſe, vel incantatorem, vel mathematicum, vel aſtrologum, vel ea facere quæ dicuntur φυλακτήρια, quæ vincula ſunt animarum eorum, & eos qui ea ferunt Eccleſia eiici iubemus. CANON 56 Sancti Baſilii. Qui non ſua ſponte occidit, 11. annis ſacramentis non communicabit. Diſpenſantur in eo 10. anni in hunc modum. duobus annis adplorat, tribus inter auditores manet, quatuor ſubmittit ſe, & annum duntaxat conſiſtit, ac deinde ad ſacra admittitur. & 55, Qui ſua ſponte occidit, deinde pœnitentia actus, 20. annis ſacramentis non communicabit. Viginti autem anni ita in eo diſpẽſantur. quatuor annis adplorare debet extra fores oratorii ſtans, & fideles ingredientes rogans vt pro ſe orent, confeſſo delicto. Poſt quatuor annos inter auditores recipietur, & cum eis quinque annis, exibit. Septem annis cum eis qui ſubmiſſi orant exibit. quatuor annis tantum conſiſtet cum fidelibus, ſed non erit oblationis particeps. His autem impletis, ſacramenta participabit. & eiuſdem Can. 11. Qui inuoluntariam cædem fecit, ſatis erit ſi iudicium impleuerit in annis 10. Certum autem eſt in percuſſis nos ea obſeruaturos quæ Moſes perſcripſit, & eum quidem qui ob accepta vulnera decubuit, ac rurſus virga innixus ambulauit, occiſum non putabimus. quin & ſi poſt vulnera non ſurrexit, is qui percuſſit ſi noluit eum occidere, homicida quidem eſt, ſed inuoluntarius propter animi propoſitum. Ex canonica epiſtola ſancti Gregorii epiſcopi Nyſſę ad ſanctum Letoium Melitenes epiſcopum. Diuiditur autem cædes in voluntariam & inuoluntariam. & voluntaria quidem eſt quæ fit meditato, & cum in conflictu ac pugna dum percutit quis ac viciſſim percutitur, manu intulit letale vulnus in aliquem. nam ſemel ira victus, & affectioni manu indulgens, nihil in ea animi perturbatione eorum quæ malum præcidere poſſent, ei in mentem venit. quamobrem effectus cædis ex conflictu, voluntati non caſui deputatur. Inuoluntariæ autem cædes manifeſta iudicia habent, cum quis ad aliud quiddam animum intentum habens forte fortuna nefas quoddam admiſit. Ex his igitur cædes in triplex tempus extenditur iis qui per pœnitentiam voluntario ſceleri mederi volunt. nam ter nouem ſunt anni, ex quibus ſingulis gradibus nouem anni præfiniuntur, ita vt nouem annis omnino ſeparatus communione & Eccleſia prohibitus degat, totidem auditor exiſtat ſola doctorum & ſcripturarum auditione etiamſi conſiſtentiam acceperit dignus. & totidem annis cum ſubmiſſis reſipiſcens oret, atque ita ad ſacramenti participationem perueniat. & hæc in iſto videlicet à diſpenſatore Eccleſiæ obſeruatio cuſtodiatur, & pro ratione reſipiſcentiæ pœnæ extenſio contrahatur, ita vt pro nouem annis in quolibet gradu 8. vel 7. vel 6. vel quinque tantum obſeruetur, ſi quidem reſipiſcentiæ magnitudo tempus exſuperet, & maiori ſtudio ad emendationem feratur, quam qui longiori temporis ſpatio ſegnius ſe macula purgant. Inuoluntarium autem veniale quidem, ſed non laudabile iudicatur, quod dico, vt conſtet eum qui non ſua ſponte occidit, quaſi ex ſcelere iam facto prophanum ſacerdotali gratia abiiciendum eſſe canonem pronuntiaſſe. Quantum vero ad purgationem temporis in nuda ſcortatione ſeruatur, tantum & in iis qui non ſua ſponte hominem necant, æſtimata videlicet in iis etiam voluntate pœnitentis, vt ſi ita mereatur reſipiſcentia, non omnino ſeruetur numerus annorum, ſed mox Eccleſię reſtituatur & boni particeps fiat. Sed ſi quis non impleto tempore moriatur, ſuſcipiet ſacramenta, ne viatico vacuus ad extremum illud iter longumque mittatur. quod ſi ſuperuiuat, maneat in eo gradu in quo erat priuſquam ei communio præberetur.

t *Geometria.* Geometriam qui volet diſcat non etiam mathematicam. didiciſti enim lib. 1. tit. 4. Conſt. 4. comburendos eſſe omnes mathematicos libros. Lege autem 8 Conſt. huius tit.

u *Per ſacrificia.* Qui per ſacrificia diuinat comburitur, & qui eum ad id faciendũ inuitat deportatur. nam vt ait 5. Conſtit. huius tit. diuinatorem conſulere non licet. didiciſti autem lib. 1. tit. 11. Conſt. 1. & 3. & 7. ſacrificare non licere, & ſacrificanti caput amputari.

x Non

Digitized by Google

x *Non delator eſt.* Quia publicationem habet crimen,& par erat hoc conſiderare eum qui denuntiare vult.

y *Deportatione puniri.* Additur Conſtitutioni ἐν τῷ ἀγκάτῳ. quæ vero medicinæ hominum vel agriculturæ cauſa fiunt vel vt ne fructus imbre aut grandine lædantur, extra omne periculum eſſe oportet. Sed vt vides non eſt in repurgationem receptum.

z *Chaldei.* THEOD. Chaldæi & magi capite puniantur, licet, vt ait 7. Conſt. huius tit. in dignitate poſiti ſint. Sexta autem Conſtit. propoſiti tituli præſtigiatores ſiue magos obiici beſtiis.

a *In crimine maieſtatis.* Et ſi quis ex his coniurationem fecerit illuſtris viri vel Comitis vel militis occidendi cauſa, pœnæ ſubiicitur.

b *Si in comitatu.* Nota non quocunque loco magiam exercentes dignitate præditos homines puniri, ſed in comitatu tantum.

b *Similes ſunt.* Qui diſcunt prohibita, puniuntur, ſicut qui docent. Didiciſti autem lib. 1. tit. 5. Conſt. 5. non eſſe diſcenda prophana.

c *Qui aliquem.* Qui magum nouit nec prodit punitur, licet agitator vel thymelicus ſit. Memineris 16. Conſt. 5. tit. 1. lib. quæ loquitur de iis quibus noti ſunt Manichæi.

d *Secus fecerit.* Additur εἰς τὸ κϛ´ πόδας, vel clam præſumpſerit occidere.

Titulus XL,

SIVE LIB. LXVIII. TIT. IX.

Lex Pompeia de parricidiis.

MARCIANVS.

l. 1. ff. de lege Pompeia de parricid. QVI occidit patrem vel matrem, auum vel auiam, fratrem vel ſororem [a], patruum, auunculum, amitam vel materteram, conſobrinum vel conſobrinam vel alios cognatos, maritum vel ſponſum, vxorem vel ſponſam, generum vel nurum, ſocerum vel ſocrum, vitricum vel nouercam, priuignum vel priuignam, patronum vel patronam, vel cuius dolo malo id factum erit, igni datur [b]: itemque mater quæ occidit filium vel filiam, & auus qui occidit nepotem. Et qui emit venenum vt patri daret, licet non potuerit dare.

l. 2. SCÆVOLA. Frater autem eius qui id nouerat, nec patri nuntiauerat, relegatur, & medicus vltimo ſupplicio adficitur. Prætermiſſum eſt 3. ff.

l. 4. MARC. Parentes ſponſæ meæ, ſoceri mei [c] dicuntur, & ſponſus filiæ meæ gener meus.

l. 5. IDEM. Pater filium adulterantem vxorem ſuam [d] occidit in venatione & deportatus eſt [e].

l. 6. VLPIAN. Non tantum occiſores, ſed & conſcii licet extranei ſint, parricidarum pœna [f] adficiuntur.

l. 7. IDEM. Non tantum qui pecuniam mutuam ſumit parricidii committendi cauſa [g] lege tenetur, ſed & qui ſciens ei pecuniam credit, & qui pro eo cauet [h].

l. 8. IDEM. Si [i] accuſatus parricidii interim deceſſerit ſibi conſcita morte, & deſcendentes [k] vel aſcendentes nō habuerit, fiſcus ei ſuccedit. Si mortem ſibi non conſciuerit, ex teſtamento vel ab inteſtato ei ſuccedit ur.

l. 9. in pr. MODEST. Qui occiderit aſcendentem vel deſcendentem vel cognatum, igni traditur. ¶ Furioſo qui patrem occidit venia datur, & diligentius cuſtoditur aut vincitur.

l. vlt. PAVL. Parricidæ [m] ſemper [n] accuſantur.

Digitized by Google

a *Fratrem vel ſororem.* Germanos vel vterinos.

b *Igni datur.* Index & Cyrillus, lege de parricidiis tenentur. quære Inſt. 4. tit. vlt. th. 4.

c *Soceri mei.* Et mei illius.

d *Vxorem ſuam.* Illius nouercam.

e *Deportatus eſt.* Quia latronis potius quam patris more eum interfecit. nã patria poteſtas in pietate potius quam in atrocitate conſiſtit.

f *Parricidarum pœna.* Parricidii pœna more maiorum inſtituta eſt vt virgis cruentis verberatus parricida inſeratur culleo ſiue vtri cum cane & gallo gallinaceo & vipera & ſimia, & iactatur culleus in profundum maris. Sed ſi non ſit proximum mare, beſtiis obiicitur. Quod ſi alium quàm patrem & matrem, auum & auiam occiderit, capite punitur.

g *Parricidii committendi cauſa.* Puta veneni emendi cauſa, vel vt latronibus detur pecunia qui ſuum patrem occidant.

h *Cauet.* Qui pro eo fideiubet.

i *Si accuſatus.* De hac re eſt No. 134. quæ ait, Sancimus ſi ii qui criminis rei poſtulati ſunt ex quo leges publicationem vel mortem ſtatuerunt, conuincantur vel condemnentur, vt bona eorum non cedant lucro præſidum vel officiorum, atque etiam vt fiſco non adiudicentur, ſed deſcendentibus vel aſcendentibus vel vxoribus. & lege Nouellam. Quære tit. 1. c. 24. & & tit. 53. c. 2. th. 1.

k *Deſcendentes.* Quære lib. 56. tit. 2. c. 40. & lib. 6. tit. 19. c. vlt.

l *Venia datur.* Præſtat autem quærere num ſimulauerit furorem, vel an in interuallis occiderit, & quære lib. 6. tit. 1. c. 42. Tunc enim punitur.

m *Parricida.* Quære lib. 56. tit. 15. c. 7. & lib. 35. tit. 16. c. 12. th. 2.

n *Semper accuſantur.* Hoc eſt, accuſatio eorum perpetua eſt, nec vllo tempore finitur.

Titulus XLI,

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVIII. TIT. X.

Lex[a] Cornelia de falſis & S. C. Libonianum.

MARCIANVS.

QVI facit falſas teſtationes[b] aut teſtamenta, vel edidit[c] L. 1. in pr. ff. de leg. Corn. de falſis, & de S. C. Libon.
vel ſubiecit legenda, lege de falſis tenetur. ¶ Item qui
pecuniam accepit pactuſve eſt vel ſocietatem coiit ob
inſtruendam aduocationẽ vel teſtimonia aduerſus in-
nocentes. ¶ Item qui pecuniam accepit ob accuſandũ §. 1.
vel non accuſandum, ob teſtimonium dicendũ vel nõ §. 2.
dicendũ. ¶ Item qui in rationibus[d], vel pellibus vel tabulis non obſigna- §. 4. 5. & 6.
tis falſum fecit, aut deleuit, & magiſtratus qui in actis ſuis falſum fecit, &
qui aperuit viui teſtamentum, & qui inſtrumenta apud ſe depoſita
prodidit depoſitoris aduerſario. ¶ Etiam ſi in teſtamento militis lega- §. 7.
tum ſibi quis adſcripſerit, crimine falſi tenetur. ¶ Ceterum ad pœnam §. 8.
euitandam, & capiendum legatum in extraneis ſibi adſcribentibus, ſa-
tis eſt ſi teſtator ſpecialiter ſubſcribat ſe confirmare legatum, & dicat,
Quod dictaui & recognoui. ¶ In filio autem[e] & ſeruo tantumdem po- §. 9.
teſt generalis confirmatio[f]. ¶ Qui ſuſcepit tutelam vel curationem, ſi §. 10. 11.
prius quam[g] rationes reddiderit contraxerit cum fiſco, crimine[h] falſi & 12.
tenetur, niſi ii quorum cura adminiſtrata eſt deceſſerint[i], vel eis viuenti-
bus curator non contraxerit quidem cum fiſco, ſed ei qui contraxit ſuc-
ceſſerit, vel niſi ante curationem contraxerit. ¶ Falſi & quaſi[k] falſi §. vlt.
pœna eſt deportatio & plena publicatio, in ſeruos autem vltimum
ſupplicium.

PAVL. Qui teſtamentum amouerit[m], celauerit[n], eripuerit, deleuerit, L. 2.
ſubie-

Digitized by Google

ſubiecerit,reſignauerit,falſum fecerit,ſignauerit, dolo malo recitauerit vel dolo malo hæc fieri curauerit,crimine falſi tenetur.

l.3. VLPIAN. Qui ignorans falſum eſſe teſtamentum hereditatem adiit, vel legatum accepit,vel quoquomodo agnouit,non prohibetur falſum teſtamentum dicere.

l.4.in pr. IDEM. Si deceſſerit is qui curauit falſo ſibi legatum adſcribi,id heres ei[p] reddet. §.1. ¶ ſed & ſi heres codicillis corruptis[q] deceſſerit,bes[r] publicatur.

l.5. IDEM. Si is qui adſcripſit ſibi legatum in teſtamento, ſcribat codicillos,& in eis adimat legatum,euitabit pœnam. Sed & ſi iuſſu[s] patris ſcripſerit,& minor ſit 25.annis,hereditatem[t] capiet.

l.6.in pr. AFRIC. Quanuis[u] inutile legatum ſibi quis adſcribat,tenetur,& quāuis poſtea[x] teſtamentum rumpatur, ſi modo perfectum ſit teſtamentum.nam in teſtamento non ſignato[y] lex locum non habet,ſicut nec interdictum[z] de tabulis exhibendis. §.1. ¶ Heres[a] tenetur qui adſcribit[b] exheredationem filii teſtatoris[c], §.2. vel aliarum perſonarū[d], ¶ vel ademptionem libertatis ſerui, & maxime ſi quid ab eo erat legatum manumiſſo. §.vlt. ¶ Patronus qui ſibi adſcribit legatum in teſtamēto liberti,& petita[e] venia legato abſtinere iubetur[f],non habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas[g]. Sed ſi mulier cui dos debetur, vel alius[h] creditor ſupradicta faciat[i], ſua actione non excidit[k].

l.7. MARC. Seruus non poteſt cum domino litigare. lex enim eum non nouit. Attamen ratione[l] libertatis cum accuſat recte, dicens[m] ſupprimi ab eo teſtamentum in quo ſibi libertas relicta eſt.

l.8. Manus abſcinduntur eis qui nummos radunt vel circuncidunt, vel fingunt.

l.9.in pr. IDEM. Lege tenetur qui auro vitii aliquid miſcuerit, vel adulterinos argenteos nummos fecerit, §.1. ¶ & qui potuit[n] hoc prohibere nec prohibuit, §.2. ¶ & qui dolo malo ſtanneos vel plumbeos nummos emerit vel vendiderit, §.3. ¶ & qui extra[o] teſtamentum aliquid aliud falſum ſignauerit, vel etiam ſubſcripſerit,& ſignari curauerit,& qui faciunt falſas teſtationes,vel mutuo falſum teſtimonium dicunt. §.vlt. ¶ Item qui delatorem[p] ſubmittunt in cauſa pecuniaria, eadem pœna tenentur, qua & is qui pecuniam accipit ob inſtruendam litem.

l.10. MARC. Item qui adſcribit aliquid ei in cuius eſt poteſtate, vel ei qui in eadem poteſtate eſt, incidit in legem[q], §.1. ¶ non etiam qui adſcribit extraneo,licet viuo[r] teſtatore,eum in poteſtate habere cœperit.

l.11.in pr. MARC. Pater qui adſcribit filiof. militi in teſtamento commilitonis filii ex militia noti,non tenetur,nec enim ei adquiritur. §.1. ¶ Recte[s] etiam quis adſcribit matri iuſſu[t] teſtatoris,& præſtatur legatū.

l.12. PAPIN. Si reus falſi ante accuſationem vel ſententiam moriatur,ceſſat[u] lex Cornelia de falſis.heres tamen quæſitum[x] non lucratur.

l.13.in pr. IDEM. Qui falſum[y] nomen vel cognomen ſibi imponit[z],tenetur falſi. §.1. ¶ Aduocatus relegatus ad tempus ob falſum[a] in iudicio recitatum[b] impleto tempore ſuum ordinem recipiet. qui enim nō facit, ſed recitat falſum,non incidit in crimen falſi.

l.14. in pr. & §.1. PAVL. Siquis[d] communi ſeruo ſibi & alii, in teſtamento patris adſcri-

pſerit legatum, incidit in legem, nec ſociorum quiſquam ex legato capit[e]. Et filiusf. & patronus adſcribentes[f] ſibi, incidunt in legem, quamuis præteriri poſſint[g] petere bonorum[h] poſſeſſionem contra tabulas. ¶ Si igitur vir qui dotalem ſeruum manumiſit ſibi adſcribat legatum in teſtamento eius, non infirmatur de eo actio, quia[i] mulieri reſtituturus eſt[k]. nam & cum quis iuſſu teſtatoris ſibi adſcribit legatum ſub onere reſtituendi alteri, manet[l] apud heredem legatum cum onere fideicommiſſi. Vir autem qui ſeruum dotalẽ manumiſit, reſtituit mulieri ſi quid occaſione eius habuit, vel dolo non habuit. §.vlt.

a *Lex Cornelia.* Lex Corelia de falſis erat de iis quæ proprie falſa ſunt. S. C. Libonianum de quaſi falſis vel Libonianum erat de iis qui ſibi adſcribunt legatum in teſtamento, cuius ſcriptores ſunt. quære c.22.

b *Falſas teſtationes.* In pecuniaria cauſâ vel criminali.

c *Vel edidit.* Quære tit.3.c.41.th.3. & tit.51.c.36.& huius tit.c.2.& 16.

d *In rationibus.* Si quis in rationibus vel membranis vel tabellis ceram habentibus vel alia quare quæ obſignanda ſit. falſam obſignationem fecerit, vel rem amouerit, quaſi falſarius punitur.

e *In filio autem.* Teſtatoris, ne obſtet 1.th.15.c. Nota quaſi falſarium teneri eum qui ſibi adſcribit in teſtamento legatum. Hoc proferendum eſt hodie in tabularios ſcribentes teſtamenta. multi enim hanc legem contemnunt.

f *Generalis confirmatio.* Vt ſi dicat teſtator, Omnia ſupra ſcripta ego dictaui & recognoui. Generalis autem confirmatio fit ſcripto. nam ſi fiat ſine ſcripto quibuſdam audientibus, nihil prodeſt.

g *Si priuſquam.* Quære lib. 20.tit.1.c.49.& lib.38.tit.13.c.1.

h *Crimine falſi.* Quia enim tacitã hypothecam iuuenes & fiſcus habent, vnus ex eis omnino læditur circa hypothecã, fiſcus videlicet quaſi poſterior. Quære lib.54.tit.6.c.5.th.vlt.& c.6.th.1.& 2.

i *Deceſſerint.* Quia mortuis adoleſcentibus heredes eorum non habent hypothecariam, & lex plus fauet viuis adoleſcentibus. Ceſſant & poſt mortem eorum vſuræ.& tutores cum non adminiſtrent, iam amplius circunſcribi non poſſunt.& ex eo tempore bona eorum in plus non obligantur adminiſtratione depoſita.& quære lib.57.tit.7.c.41.& 33.th.3.& Antiquum.

k *Quaſi falſi pœna.* Falſum eſt feciſſe falſam ſcripturam vel aliud quid quod initio haudquaquam conſiſtat. Quaſi falſum eſt, deleuiſſe teſtamentum aliudve inſtrumentum, vel rupiſſe, vel combuſſiſſe, vel quoquo modo perdidiſſe & cum in teſtamento heredis ſcripti nomen alius delet, & inſcribit alterius, vt is forte qui nomen delet, hereditatem obtineat, & cum is qui credidit ſine teſtibus, teſtes producit, quaſi ſcilicet credito interfuerint, & cum quis prætulit diem crediti, & cum ſcripſit voluntatem alterius, & producit teſtes qui non adfuerunt, & cum habet iniqua pondera, vt cap.6.tit.26.

l *Qui teſtamentum.* Quære lib.35.tit.5.c.3.& huius libri tit.51.c.34.th.8.& tit.3.c.37.& tit.38. & 39.& lib.13.tit.2.c.1.th.24.

m *Amouerit.* Ab inteſtato vocatus. nam ſi alius quis amouerit, non tenetur falſi.

m Teſtamentum perfectum, quod omnes legis obſeruationes contineat, & in quo heres ſcriptus heres fiat. nam ſi imperfectum ſit. nihil prodeſt ſcripto.& qui id amouet, falſum teſtamentum amouet, non purum & validum.& falſi non tenetur. Falſum vero teſtamentum eſt quod non eſt teſtamentum.& quære lib.2.tit.2.c.221.& huius tit.c.6.& tit.51.c.36.the.7. inutile teſtamentum impune ſubripi.

n *Celauerit.* Quære lib.35.tit.5.c.3.th.3.& 4.

o *Dolo malo.* Quid enim ſi in teſtamento ſcripſerit, Quia hodie non poſſum meam illam domum euincere, quam detinet potens ille, volo ſi heres potiatur tempore, vt eam euincat. quære c. 16.& tit.51.c.38.th.6.& lib.13.tit.2.c.1.th.27.

p *Id heres.* Non tantum ſuperſtiti aufertur, ſed & heredi eius, non etiam publicatur.

q *Codicillis corruptis.* Inde Diuus Marcus cum quidam à patre heres ſcriptus patris codicillos intercediſſet, & deceſſiſſet, tantum putauit ad fiſcum pertinere, quantum per codicillos erogari poſſet id eſt vſque ad dodrantem.

q Crimina enim & delicta non conteſtata extinguuntur.

q Corruptis codicillis in quibus bes legatus erat.

r *Bes publicatur.* Sed & ſi ab herede inſolidum teſtamento ſcripto ſine onere, in codicillis bes legetur, & interciderit codicillos, vt eis amiſſis legata lucrifaceret, ac deceſſerit, heredi eius bes auferatur, ne ex delicto defuncti lucrum faciat.

r Quid enim ſi teſtamentum fecit non relictis in eo legatis, deinde codicillos in quibus beſſem legauit? Et ſiquidem is qui deliquit viueret, omnia bona eius inſolidum publicari deberent, deberet & alias falſariorum pœnas pati. Quia vero deceſſit heres eius, in id tantum tenetur quod ex delicto ad eum peruenit. Peruenit autem bes qui erat legatus, & dolo delinquentis retentus bonis acceſſit.

ſ *Si iuſſu patris.* Non confirmante patre, ne generaliter quidem.

t *Hereditatem capiet.* Quia didiciſti in 3.th.1.c. filiisfamilias prodeſſe generalem confirmationem,

Digitized by Google

hem,hîc vero ne generalis quidem confirmatio interceſſit, futurum erat non tantum vt legatum quidem amittit. ceterum hereditas pro qua parte ſcriptus eſt,vt puta ex ſemiſſe, ei non auſertur, quod ſit minor 25.annis,non quod iuſſu patris ſcripſerit.nihil nanque prodeſt iuſſum patris,niſi & generalis confirmatio ſequatur.

t Interponit Iuriſconſultus th.propter minorem ætatem,& facit adſcribentem ſibi legatum minorem 25.annis legatum amittere,hereditatem vero capere.

t Interponit Iuriſconſultus th.propter minorem ætatem, & facit adſcribentem ſibi legatum minorem 25.annis legatum amittere,hereditatem vero capere.

u *Quamuis,&c.* Quamuis inutile legatum adſcripſerit ſibi quis in alieno teſtamento, tenetur pœna legis Corneliæ. nam & eum teneri conſtat eadem pœna, qui in teſtamento poſtea rupto vel etiam ab initio non iure facto legatum ſibi adſcripſit.hæc vero tunc dicimus cum perfectum teſtamentum eſt.nam ſi non fuerit ſignatum teſtamentum, S.C. locus non eſt, ſicut nec interdicto de tabulis exhibendis.prius enim oportet eſſe teſtamentum facto perfectum,licet iure non conſiſtat, vt locus ſit S.C.nam falſum teſtamentum id dicimus,quod ſi falſum non eſſet,recte poſſet dici teſtamentum.ſimiliter & non iure factum teſtamentum dicimus in quo ſi omnia rite ſecuta fuiſſent, poſſet iure factum dici.

x *Quamuis poſtea,&c.* Adeo vt non competat petitio legatorum.

y *Teſtamento non ſignato.* Quia nec teſtamentū dicitur,cum nō conſiſtat,quod non habet quinque teſtes.Non ſignatum hoc loco tale teſtamentum intelligitur.& quære lib.35.tit.2.c.17.th.1.

y Quod neque perfectum eſt neque validum.

z *Nec interdictum.* Non obſtat finis 3.th.1.c.5.tit.lib.35.quo dicitur competere interdictum de talibus exhibendis,etiā de teſtamento imperfecto.id enim non dicit de teſtamēto haud dubie imperfecto,ſed de ſuppreſſo ab aliquo, qui dicat imperfectum eſſe, & non eſſe locum exhibitioni & inſcriptioni tituli quæ eſt de exhibitione teſtamentorum.iniquum autem eſt ob vocem ſuppreſſoris derelinqui exhibitionem teſtamenti.& ideo iudex eum qui teſtamentum tenet id exhibere coget,vt veritas dignoſcatur.Hoc autem caput de teſtamento loquitur apparente non ſuppreſſo, in quo legata ſunt adſcripta manu ſcriptoris, & quod certo conſtat re demonſtrata in conſpectu iudicis imperfectum eſſe.& merito ait non habere locum interdictum. Sic exiſtimo concilianda eſſe capita.Vel ita ſi velis dicas,de iis quæ enumerantur lib.35.dari interdictum de tabulis exhibendis, non etiam de non ſignato.Sic ait & in 2.th.2.c.6.tit.53.lib.poſita ſecunda adnotatio.

a *Heres.* Si extraneus heres ſcriptus in teſtamento libertorum teſtatoris exheredationem ſua manu ſcripſerit, tenetur ex S.C. Sicut & qui ſua manu ſcribit ademptionem libertatis relictæ ſeruis teſtatoris, maxime ſi legata vel fideicommiſſa eis reliquerit ab eo qui ſcripſit ademptionem libertatis.

b *Qui adſcribit exheredationem.* Confirmat enim ſibi hereditatem nam ſi non ſcribatur exheredatio,futurum eſt vt filius quaſi præteritus rumpat.

c *Filii teſtatoris.* Similiter tenetur qui ſe heredem ſcribit.nam ſi is qui adſcribit ſibi legatum,tenetur,multo magis heres.Non exiſtimo indiſtincte in herede,nam in filiis quære c.7.

d *Vel aliarum perſonarum.* Forte nepotum in locum filiorum.

e *Petita venia.* Et impetrata pœnæ venia.Poteſt autem quilibet petere veniam antequam accipiat legatum.

f *Abſtinere iubetur.* Nō punitur quidem,ſed ei ignoſcitur.Nota petenti veniam & abſtinenti ſe legato ignoſci,ſed non teneri cum lege Cornelia de falſis. Quære c.15.18.10.11.59.61.& 62.& 63.

g *Contra tabulas.* Puto ideo patronum non habere bonorum poſſeſſionem contra tabulas teſtamenti liberti, quod non aliunde ei competat quam ex teſtamento in quo deliquit. & quia remittitur ei delicti pœna non permittitur agnoſcere bon.poſſeſſionem contra tabulas, quæ cum eo conſentiunt in admiſſo crimine.ſed vt remittitur hoc ei,ita & ipſe cogitur à delicto & vitio teſtamenti deſiſtere.Mulier autem & creditor qui aliunde de dote & de credito actionem habent, ea experiri non prohibentur omiſſa quæſtione legati.

g In quibus tamen adſcripſit ſibi legatum.nam quia aduerſus teſtamentum deliquit,non debet ex eo iuuari.

h *Vel alius creditor.* Forte ſocer cui debet reddi dos.

i *Supradicta faciat.* Hoc eſt adſcribat ſibi legatum: & remiſſa ei delicti pœna iubeatur abſtinere legato.

k *Non excidit.* Hi enim ex teſtamento non agunt,vt audiamus quod & ſupra patronus audiuit, eum qui aduerſus teſtamentum deliquit ex eo non iuuari.

l *Ratione libertatis.* Fauore libertatis.

m *Dicens ſupprimi.* Et de annona & cenſu & falſa moneta,vt lib.7.tit.5.c.74.& multis aliis indiciis ſeruum dominū accuſat.& quære lib.22.tit.1.c.7.& in eo adnotationem & tranſmiſſiones eius.

n *Qui potuit.* Nam ſi non potuit non tenetur,vt lib.2.tit.3.c.50.

o *Qui extra teſtamentum.* Ne erres & dicas eum qui falſum ſubſcripſit in aliis omnibus teneri præterquam in teſtamento,ſed hoc de teſtamento prætermiſſum eſt quaſi compertum.

o Falſi pœna irrogatur ei qui præter teſtamentum,quod aliud falſum inſtrumentum, ſignat ſignarive curat. item qui falſas teſtationes facit vel qui inuicem mutua ſibi dant teſtimonia falſa, quaſi falſarii puniuntur.

o Non ſolum is qui falſum teſtamentum ſignat tenetur,ſed & qui aliud quid falſum ſignat vel ſubſcribit. p *Delatorem.* De delatoribus ſubiectis quære lib.56.tit.2.c.14.15.th.1.& 2.

Digitized by Google

q *Incidit in legem.* Quia emolumentum ad patrem vel dominum adſcribẽtis pertinet, ad quem pertineret, ſi filius & ſeruus ſibi adſcripſiſſet.

r *Licet viuo teſtatore.* Ecce aliud thema in quo locum nõ habet regula quæ dicit, Quod in eum caſum cecidit à quo initio non potuit conſiſtere non valere, & eſt facilis ratio. prædicta enim regula in iis quæ ſuſpenſa ſunt necdum conſiſtere cœperunt locum habet, non in iis quæ ſemel perfecta & abſoluta ſunt, vt eſt hic, nam adſcriptio ante facta eſt.

ſ *Recte etiam.* Sibi enim prohibetur quis adſcribere, & habenti eum in poteſtate.

t *Iuſſu teſtatoris.* Etiam ſi ne generaliter quidem confirmauerit.

u *Ceſſat lex Cornelia.* Non publicatur eius hereditas.

x *Quæſitũ nõ lucratur.* Ex falſo. quęre ti. 1. c 5. Turpiter. n. quæſitũ nõ debet lucro heredis cedere.

y *Qui falſum nomen.* Qui alienum nomen vel cognomen ſibi imponit, atque ita decipit aliquẽ, tenetur crimine falſi.

z *Sibi imponit.* Quære finem 60. tit. & c. 3. eiuſdem.

a *Ob falſum.* Inſtrumentum ſibi oblatum à cliente.

b *Recitatum.* Scienter. & quære c. 35. & 31.

c *Incidit in crimen falſi.* Sed relegatur ad tempus vt ait initio cap.

d *Si quis.* Filius emancipatus cum ſcriberet patris teſtamentum iuſſu patris ſeruo cõmuni Titii & ſui legatum adſcripſit, quæro quem exitum res ſit habitura? & reſpondit ad interrogationem Paulus, dicens. Plures coniunxiſti quæſtiones. & quantum attinet ad S C. quo prohibemur nobis vel iis quos in poteſtate habemus adſcribere legatum in teſtamento, emancipatus quoque filius eadem pœna tenebitur, licet iuſſu patris ſcripſerit. Solus enim filiusf. ſcribens iuſſu patris pœna liberatur, ſicut & ſeruus, ſi tamen ex ſubſcriptione teſtatoris appareat eum iuſſiſſe ſcribi legatum. Quia placet id quod illicite ſcriptum eſt pro non ſcripto eſſe, quod ſeruo communi ſcribentis & alterius adſcriptum eſt, vtrum in ſolidum pro non ſcripto eſt, an quantum ad eum tantum attinet qui adſcripſit, & aliud ſocio obueniat. & inueni, inquit Paulus, Marcellum notaſſe ad aliquid Iulianum. nam ſi ſibi & Titio adſcribat quis aut ſeruo communi Iulianus ait, quia relictum pro non ſcripto eſt, facile quæri poſſe quantum Titio vel ſocio adquiratur. & hæc dicenti Iuliano notans Marcellus adiecit. Quemadmodum Iuliane, inquit, ſocio debebitur ſi quaſi falſum adſcriptũ nomen ſerui ſubducitur. hoc igitur quod Marcellus notauit & in præſenti quæſtione obſeruare oportet, ita vt totũ infirmetur. Quod. n. ex ſemiſſe in vno non valet, quomodo in alio valebit ex ſemiſſe?

e *Capit.* Semel falſò iudicato nec ex vna parte valere queunte.

f *Adſcribentes.* Nota eum qui ſibi legatum adſcribit teneri de falſis: & amittere legatum. Sed ſi ſubſtitutum habeat, is legatum capiet. quære lib. 44. tit. 18. c. 39. & vlt. & lib. 35. tit. 7. c. 2.

g *Poſſint petere.* Hoc cum non adſcripſerunt ſibi, vt c. 6. th. 2.

h *Bonorum poſſeſſionem.* Quęre li. 28. ti. 8. c. 29. th. 5. & c. 57. & li. 48. tit. 1. c. 21. & tit. 15. c. 1. & vlt.

i *Quia mulier.* Quære lib. 28. tit. 8. c. 58. 59. 60. 61.

k *Reſtituturus eſt.* Hoc eſt non accipiẽdum indiſtincte. tunc enim reſcinditur à viro impoſita libertas ſeruo dotali in æſtimato, cum vir aliunde mulieri ſatisfacere non poteſt. & quære lib. 29. tit. 1. c. 93. & lib. 48. tit. 1. c. 21. & tit. 15. c. 1. & vlt. quæ valde neceſſaria ſunt.

l *Manet apud heredem.* Nec acceptũ id is qui ſibi adſcripſit reſtituet. nã eo priuatur quod erat lucraturus. id vero tantum erat lucraturus, vt ipſe legatum reciperet ab herede, & reſtitueret fideicommiſſario. nec enim Falcidiam retinere potuit, quia legatarius eſt. & quære lib. 35. tit. 11. c. 30.

CALLISTR. Adſcribentibus [a] ſibi in teſtamento vel codicillis venia l. 15. in pr.
non datur, ſi dicant ſe legem ignoraſſe. Non vero ſolum ſua manu ſibi
quis adſcribit, ſed & per filiosf. & ſeruos [b]. ¶ Sed ſi teſtator ſua ſubſcripti-
one declarauerit ſe dictaſſe alieno [c] ſeruo, tale legatum valet. generalis au
tem confirmatio nõ ſufficit [d]. Ceterum venia [e] datur ſeruo, quam à Prin-
cipe [f] peti oportet, ita vt abſtineat legato. ¶ Si ſeruus in teſtamẽto vel co- §. 2. & 3.
dicillis domini ſibi libertatem adſcripſerit, & dominus per ſubſcriptionẽ
declarauerit ſe id dictaſſe, directa quidem libertas propterea quod eã ſibi
adſcripſit ſeruus, non competit, fideicommiſſaria tamen præſtatur. ig-
noſcitur enim ſeruo [g] qui domino paruit. At qui in eius poteſtate nõ eſt,
non debet ei obtemperare, nec facere quod conceſſum non eſt. ¶ Venia §. 4. &
datur [h] matri, cuius ſeruus ſuus adſcribit [i] iuſſu filii ſui, & filiæ quę dictan-
te matre ignorantia legis ſibi legatum adſcribit. ¶ Si duos heredes ſcrip- §. v.
ſero & inuicem ſubſtituero, ſi ſine liberis decederent, deinde alia manu
[k] ſcripſero, ſi vterque decederet ſine liberis, vt hereditas reſtitueretur ſcri-
ptori teſtamenti, non tantum ei pœna [l] remittitur, ſed & fideicommiſſũ
capit.

PAVL.

Digitized by Google

l.16. PAVL. Qui [m] instrumenta ſubripit alia quàm teſtamentum, non
§.1.&2. hac lege ſed actione furti tenetur. ¶ Qui vero [n] teſtamentum vel alia inſtrumenta vel rationes falſant, vel ſupprimunt ne verum appareat, crimine falſi tenentur.

l.17. IDEM. Adſcripſit ſibi quis legatum ſeruum in hoc vt manumitteret, omnes [o] heredes eum manumittent.

l.18. EIVSDEM. Non prohibetur quis ſuæ vxori in alieno teſtamento le-
§.1. gatum adſcribere. ¶ Qui ſe tutorem [p] adſcripſit impuberi filio teſtatoris, licet ſuſpectus præſumatur, tamen non [q] vt teſtamento ſcriptus, [r] ſed vt à magiſtratu datus [s] fiet, nec vtetur [t] excuſatione.

l.19.in pr. IDEM. Qui falſam monetam cudit & ex pœnitentia [u] non perficit, ei
§.1. venia datur. ¶ Accuſatio [x] ſuppoſiti partus non excluditur [y] præſcriptione tẽporis [z], & nihil intereſt ſuperſit ea quę ſuppoſuiſſe dicitur, an deceſſerit.

l.20. HERMOG. Falſi crimino tenentur qui ad litem inſtruendam aduocatione vel teſtibus pecuniam acceperunt, vel obligationem aut pactionem fecerunt, vel ſocietatem inierunt, vt quid horum fieret.

l.21. PAVL. Qui duobus [a] inſolidum eandem rem diuerſis contractibus vendidit, hac lege tenetur, remiſſius tamen puniri ſolet vſque ad relegationem temporariam ſine publicatione.

l.22.in pr. IDEM. Impubes nec [b] in S.C. Libonianum, nec in crimen falſi incidit.
§.1. ¶ Si filiofam. meo qui apud hoſtes eſt legatum adſcripſero, & redierit, pœ-
§.3. nam patior, ſed ſi ibi deceſſerit, innocens ſum. ¶ Si ei adſcripſero cui moram [c] feci in fideicommiſſaria libertate, innocens ſum, quia omnia quæ
§.4. per eum mihi adquiruntur, ei reſtituenda ſunt manumiſſo. ¶ Item ſi libero homini adſcripſero qui mihi bona fide ſeruit: quia nec hereditas
§.5. nec legatum bonæ fidei poſſeſſori adquiritur [d]. ¶ Item ſi ſeruo [e] aut filio meo adſcripſero legatum poſt libertatem & emancipationem: nam ad
§.7. me lucrum non pertinet. ¶ Adimendo [f] quoq; incidit quis in pœnam, cũ legatus eſt mihi ſeruus, & iuſſus liber eſſe, & manu mea iuſſu teſtatoris libertatem ademi [g]. nam ſi præter voluntatem eius adimatur, libertas va-
§.6. let [h]. ¶ In legem etiam committit qui ante teſtamentum factos codicillos [i] confirmat, in quibus ei legatum relictum eſt. item qui adimit fidei-
§.8. commiſſum quod quaſi legatarius reſtituere iuſſus eſt. ¶ Et qui ſibi ad-
§.9. ſcribit adſignationem liberti. ¶ Et ſeruus [k] qui in alieno teſtamento ſibi
§.10. adſcribit libertatem. ¶ Si ſcriptor alieni teſtamenti ſua manu ſeruo ſuo adſcribat libertatem non tenetur [m], niſi hoc ideo faciat quo pluris eum
§.11.§.12. vendat. ¶ Is etiam tenetur qui adſcribit ſibi aliquid à legatario [n] dari. ¶ Is tamen non tenetur qui ſe exheredem facit, vel adimit [o] ſibi legatum.

l.23. IDEM. Falſum eſt imitari [p] chirographum alienum, vel intercidere, vel deſcribere, non alias in computatione vel in ratione mentiri.

l.24. SCÆVOL. Si ſeruus [q] teſtamento manumiſſus & ex parte heres ſcriptus affirmauerit filiæ teſtatoris, & depoſuerit apud magiſtratum ſe probaturum [r] falſum teſtamentum eſſe, illa vero falſi crimine inſtituto [s], aduerſus alios coheredes ſuos ſuperata & publicatą [t] pars ſibi relictæ hereditatis ſit, ſeruus neque libertatem neque ea quæ ſibi teſtamento relicta ſunt amittit.

Digitized by Google

Vlp. Qui nomine magiſtratus falſas literas reddit vel edictum proponit, tenetur falſi, & pœnali actione in factum. l.25.

Marc. Si filius deleuerit paternum teſtamentum, & quaſi ab inteſtato ſe pro herede geſſerit, & deceſſerit, heredi eius aufertur omnis hereditas patris[x]. l.26.

Modest. Qui diuerſa[y] inuicem teſtimonia dicunt, ¶ & qui ſuæ ſubſcriptioni[z] aduerſatur[a], & qui diuerſa duobus[b] teſtimonia præbet, falſi tenetur, ¶ & non miles qui quaſi miles degit, & qui vtitur inſignibus quibus ei non licet vti, & qui falſo diplomate curſu vtitur. l.27.in pr. §.1. §.2.

Idem. Creditor[c] qui præfert diem pignorum, falſi tenetur[d]. l.28.

Qvi actis vel libello obrepſit præſidi vel in precibus, verum non dixit[e], & falſi tenetur, & reſcripto non vtitur. l.29.

Qvi ſignum falſum fecerit vel ſculpſerit, falſi tenetur. ¶ Non omnes de ſuppoſito partu agunt, ſed ſoli parentes, & ii quorum intereſt. l.30. §.2.

Callistr. Qui in lite profert inſtrumenta, nec confirmat[f] ea pro modo[g] delicti, punitur. quod ſi maiori dignus ſit pœna, conſultus princeps eam ſtatuet Ignoſcitur autem ei qui per ignorantiam protulit. l.31.

Modest. Qui à iudice propoſitum edictum corrumpit, falſi tenetur[h]. ¶ Qui falſat[i] publicas menſuras[k] vel pondera, duplum quanti intereſt præſtat, & relegatur. l.32.in pr. §.1.

Idem. Qui falſis conſtitutionibus nondum[m] approbatis vtitur, deportationem[n] patitur. l.vlt.

a *Adſcribentibus.* Quære c.61. vel ff.3.tit.23.lib.9. Codicis quo hoc digeſtum abrogatur.

b *Per filios & ſeruos.* Quamobrem ſi filius vel ſeruus patri & domino obtemperantes ſibi legatum adſcripſerint, pater & dominus tenentur pœna falſi, non qui adſcripſerunt. nec enim ipſi videntur adſcripſiſſe qui paruerunt habenti eos in poteſtate, ſed ii potius qui iuſſerunt. quære 2.th.

c *Alieno ſeruo.* Vt domino eius legatum ab heredibus ſuis daretur.

d *Non ſufficit.* Et ideo legatum fit pro non ſcripto. quære c.1.th.5.finem.

e *Venia detur.* Videtur autem Conſtitutionibus venia dari ſeruo in teſtamento domini adſcribenti ſibi legatum. tutius puto, inquit Calliſtratus, eos qui ſibi quædam adſcribunt, veniam petere à principe, poſteaquam abſtinuerint ſe eo quod adſcriptum eſt.

f *A principe.* Verum patrono qui ſibi adſcripſit legatum in teſtamento liberti, & eo ſe abſtinet, etiam ſine iuſſu principis venia datur & quære c.6.th.3. Veniam enim accipit à ſolo iudice.

g *Ignoſcitur ſeruo.* In non atrocibus & ſceleſtis, & quære tit.21.c.17.th.8. Nam in atrocibus venia ſeruo non datur, vt lib.2.tit.3.c.157 & lib.58.tit.23.c.11. & lib.52.c.20 & lib.28, tit.11.cap.18. th.3. Quære & tit 5.c.2.th.vlt. & in eo tranſmiſſiones.

h *Venia datur matri.* Ecce caſum quo ignoſcitur ei qui adſcribit legatum illi in cuius poteſtate eſt, veluti ſeruo adſcribenti dominæ iuſſu teſtatoris, & licet generaliter id teſtator non confirmauerit.

i *Adſcribit.* Legatum in teſtamento filii eius.

k *Alia manu ſcripſero.* Et non ſcriptoris teſtamenti. quære c.15.th.1.

l *Pœna remittitur.* Quia non ſua manu ſcripſit ſibi reſtitui hereditatem.

m *Qui inſtrumenta ſubripit.* Quære tit 12.c.27.28.29.& 30.& huius tit. c.49.& tit.3.c.41.th.3.

n *Qui vero teſtamentum.* Quære tit.3.c.41.th.3.& tit.51.c.36.th.8.&38.th.7.

o *Omnes heredes.* Non is qui adſcripſit, ſed & publicatur. De publicatione dubito, & intelligo potius contextum ſecundum ſcripturam.

p *Qui ſe tutorem adſcripſit.* Prohibetur enim S.C.Liboniano.

q *Non vt teſtamento ſcriptus.* Non vt teſtamentarius ſine cautione, ſed vt legitimus præſtita ſatiſdatione dabitur, & adminiſtrationem ſuſcipiet. Nam teſtamentarius non cauet, niſi multis tutoribus ſcriptis vnus velit adminiſtrare, qui cogitur cum tutoribus ſatiſdare. Similiter non cauet is qui à iudice datus eſt ex inquiſitione, contra quam ſi datus non ſit ex inquiſitione.

r *Sed vt.* Quære lib.37.tit.2.c.29.& Indicem.

s *A magiſtratu datus.* Curator videlicet, vt prætermiſſio.37.lib. & Index eius ait.

t *Nec vtetur excuſatione.* Qui enim teſtatori promiſit ſe libertorum eius tutelam adminiſtraturum, non poteſt excuſari tutela, vt ait Index 29.c.2.tit.37.lib.

u *Ex pœnitentia.* Recte ait ex pœnitentia. nam ſi non pœnituerit, ſed caſu aliquo non perfecerit, ei non parcitur.

u Non

Digitized by Google

u Non formauit nummos,ſed cudit tantum.

x *Accuſatio ſuppoſiti partus.* Quære lib.31.tit.7.c.1.th.14. circa finem. Nota accuſationem ſuppoſiti partus eſſe perpetuam.

y *Non excluditur.* Quære c.30.th.2.& c.36.& tit.34.c.11.th.1.& tit.42.c.16.& tit.50.c.1.th.2. & lib.40.tit.5.c.1.th.vlt.& c.2.

z *Præſcriptione temporis.* Nullo tempore continetur, ſed habet annos 30. licet falſi crimen vicennio concludatur.Ego autem exiſtimo illa verba,nullo tempore,non ita accipienda eſſe,ſed *.

a *Qui duobus inſolidum.* Qui duobus eandem rem inſolidum diuerſis contractibus vendidit, falſi pœna tenetur.Ei comparatur & coniungitur is qui iudicem corrumpit. Remiſſius tamen hic ſolet puniri vſque ad relegationem temporariam non irrogata publicatione bonorum.

b *Impubes nec,&c.* Quære 1.cap.& inſcriptionis ſcholium. Nota eum qui falſa inſtrumenta cōponit,teneri lege Cornelia de falſis:eum vero qui ſibi adſcribit legatum in alieno teſtamento, teneri S.C.Liboniano,excepto ſeruo & filiof. In quibus tantum eſt neceſſaria teſtatoris confirmatio.Impubes pœna falſi teneri non poteſt,quia caret dolo malo.

c *Cui moram feci.* Si dominus qui ſeruo ſuo moram fecit in fideicommiſſaria libertate, adſcripſerit ei legatum in alieno teſtamento.

d *Adquiritur.* Si non mei affectione legatum ei vel hereditas relinquatur, tunc eam lucratur is qui bona fide ſeruiit,vt lib.35.tit.14.c.45.th.3.& lib.50.tit.1.c.19.Iraque ſi relicta mei affectione libero homini bona fide ſeruienti adſcripſero,ego teneor.

e *Item ſi ſeruo.* Si ſeruo dominus adſcripſerit legatum, Cū liber erit,ſolutus eſt omni pœna.quia lucro ſuo non proſpexit. eadem dicimus & de patre qui adſcribit legatum filio, ſi poſtea filius emancipatur.

f *Adimendo.* Adimendo aliquid eorum quæ teſtamento ſcripta ſunt.

g *Libertatem ademi.* Recte,ademi.nam in aliis legatis ſcripturam teſtatoris ſequimur: vt ecce, Illi reliqui fundum Gregorianum,deinde inferius dixi,eundem agrum me alteri relinquere,poſterior ſcriptura valet,& poſterior legatarius accipiet fundum.In libertate ſecus eſt.Sed ſi idem ſeruus eodem teſtamento ſuperius liber ſcribatur, deinde legetur vel econtrario,libertas valet,quia ei lex fauet.Si igitur ſeruus ſemel teſtamento ſcriptus ſit liber,non aliter poteſt amittere libertatem,quā ſi rurſus teſtamento adimatur nominatim.

g Tunc enim ſeruus manet,quippe cum voluntate domini adepta ſit libertas, non tamen ad cū pertinet,ſed ad ſucceſſores defuncti.

h *Libertas valet.* Cū enim ſeruus legatur,& manumittitur,liber fit,& legatario non præſtatur, vt lib.44.tit.1.c.68.fin.

i *Factos codicillos confirmat.* Etenim nō confirmati teſtamēto codicilli non valent, vt lib.36.c.5.

k *Et ſeruus qui* Et ſeruus in alieno non domini teſtamento ſibi adſcribens fideicommiſſariam libertatem. Sed de hoc poteſt dubitari. quoniam, vt ſupra diximus,ita demum ſenatus ſibi adſcribentibus libertatem teſtamentis duorum parcit ſi dominus teſtamento ſubſcripſerit. Imo magis dicemus hunc ſeruum plus quiddam facere quam eum qui ſibi legatum adſcripſit,cum libertas ipſi omnimodo competitura,legatum vero domino adquirendum ſit.

l *Libertatem.* Vt domino ſerui pretium præſtetur ab herede.

m *Non tenetur.* Nec enim ex eo lucrum facit.

n *A legatario.* Vt puta fundo Petro legato,conditionem dandi ei aureos 100 legato adſcripſit.

o *Adimit ſibi legatum.* Voluntate patris.

p *Falſum eſt imitari,&c.* Falſum eſt ſiquis alienum chirographum imitetur, vel libellum qualencunque ſcribat,vel rationes corrumpat,aut deſcribat.Quod ſiquis alias in ratione vel computatione mentiatur,hoc non eſt falſum.

q *Si ſeruus.* Quære lib.21.tit.2.c.20 & huius lib.tit.1.c.10 th.9.

r *Se probaturum falſum.* Siue opem ſe laturum ei ad probandum.

ſ *Inſtituto.* Dicens, Defunctus non deceſſit teſtamento facto, ſed vos falſum teſtamentum ſcripſiſtis.

t *Publicata pars.* Talione enim coercetur qui in criminalib.cauſis ſuperatur,ſi modo inſcripſerit.

t Quia falſi accuſatrix cum eſſet,ſuperata eſt.

u *Amittit.* Filia vero ſi velit habere aduerſus ſeruum,habeat quaſi decepta ab eo.

x *Hereditas patris.* Et aduerſus eum viuentem falſi crimen locum habet.

y *Qui diuerſa.* Quidam vt teſtes producti & interrogati ſimilia teſtati non ſunt,ſed diuerſa inuicem pugnantes.

z *Sua ſubſcriptioni.* Conuictus teſtibus vel comparatione.

a *Aduerſatur.* Quære lib.21.tit.1.c.14 th.2.& c.16.& 37.

b *Diuerſa duobus.* Forte enim à duobus ad teſtimonium vocatus eſt, & primum quidem teſtimonium dixit aduerſus vnum pro alio,deinde pro ſecundo contra primum.

c *Creditor* Si debitor volens poſteriori creditori ſuo fauere prætulit diem pignoris, locus eſt in eum pœnæ falſi.quære c.50.& lib.21.tit.1.c 32.

c Vel debitor gratificans vni ex creditoribus.

d *Falſi tenetur.* Si in fraudem alicuius hoc fecerit.alioquin innocens eſt,vt lib.22.tit.1.cap.32.

e *Verum non dixit.* Qui obrepunt iudici vel principi,falſi tenentur,& non vtuntur impetratis.

f *Nec confirmat.* Hoc,cum dicuntur & arguuntur falſa.nam ſi falſa non arguantur,forte ex ſimilium collatione,non ideo quod ea protulerit, nec probauerit punietur.& quære lib.22.t.1.c.58.

Digitized by Google

f Ceſſantibus probationibus. Licet enim ei & poſteaquam ex ſimilium comparatione probata ſunt falſa, probare aliunde ſi poteſt non eſſe falſa, ſed recta & vera. quære c. 56. & 5.

g *Pro modo delicti.* Si in cauſa pecuniaria eius vſus ſit, leuius: ſi in criminali, grauius, cum ſit maius crimen.

h *Falſi tenetur.* Et præter ea dabit quingentos aureos. & quære lib. 7. tit. 3. c. 8.

i *Qui falſat.* Quære tit. 31. c. 6. th. 2. & tit. 51. c. 37. & lib. 2. tit. 2. c. 221.

k *Publicas menſuras.* Probatas publice menſuras vini vel frumenti vel alterius rei.

l *Relegatur.* Index, in inſulam deportatur. quære tit. 12. c. 52. th. 19.

m *Nondum approbatis.* Nullo alio auctore.

m Nam ſi inſinuatæ ſint iudici, & iudex per errorem eas ſuſceperit quaſi veras, qui poſtea eis vtur, extra noxam eſt.

m Nondum ſubſcriptis vel ſignatis.

n *Deportationem patitur.* Τὸ πλάτος, aqua & igni interdicitur.

Lib. 9. Cod. tit. 6 Conſt. 1. 34 LICET [a] vnus eorum qui falſi tenentur, deceſſerit, qui ſimul cum l. 1. C. ſi reus accuſ. mort. fuer.
eo rei poſtulati ſunt puniuntur.

35 LICET [b] deceſſerit [c] is qui falſum inſtrumentum feciſſe dicitur, ſiquis tamen agat ex eo inſtrumento, accuſationi falſi ſubiicitur. l. 4.

Lib. 9. Cod. tit. 22. 36 CVM mulier [d] fingere dicitur ſuppoſitum ſe puerum peperiſſe, poteſt in eam intendi crimen falſi [e] etiam ante pubertatem pueri nec enim veriſimile eſt [f] eam in crimen deductam data opera cauſam [g] prodere [h]. l. 1. C. ad l. Corn. de falſis.

37 QVOTIES debitor [i] morandæ [k] ſolutionis cauſa falſi crimen opponit creditori, confeſtim ſoluere eum oportet [l] ſeruato integro crimine falſi. l. 2.

38 QVI vtitur falſis literis Principis, falſi tenetur. Sed ſi alium quendã inſimulauit, qui ſibi eas dedit, eumq; detulit, liberatus [m] eſt. l. 3.

39 LICET [n] ex tabulis quas nomine patris tui vxorem eius, hoc eſt nouercam [o] tuam ſuppreſſo vero teſtamento falſas protuliſſe allegas, cum crimen [p] commiſſum ignorares legatum adſcriptum tibi acceperis, non impedieris tamen impletis [q] ſolennibus contra eam accuſationem inſtituere. l. 4.

40 FILII [r] aduerſus matrem falſi crimen inſtituere non poſſunt, ſed fidem veritatis ſcripturæ [s] recte ab ea poſtulant. l. 5.

41 QVI falſum teſtamentum dixit & victus eſt, non poteſt [t] conſequi id quod ſibi à defuncto in teſtamento relictum eſt [u]. l. 6.

42 QVI accuſauit [x] inſtrumentum quaſi falſum, & poſtea [y] tranſegit, deinde non poteſt tranſactionem reſcindere. l. 7.

43 QVI ſemel [z] falſum admiſit, non poteſt euitare falſi accuſationem, dicens, ſe eo non vti. Diuerſum eſt ſi alius fecerit falſum, alius id protulerit, qui nunc profiteatur ſe eo non vti. ceſſat nanq; in eo falſi crimen. l. 8.

44 HERES [a] ſcriptus cogitur implere legata relicta in codicillis, niſi eos falſos eſſe arguat. Sed ſi inſtituto crimine falſi generalis indulgentia [b] omnia crimina remiſerit, poteſt de legatis codicillis ſcriptis ciuiliter falſum examinari. l. 9.

45 QVI vult agere quod dicat ſuppoſitum eſſe filium patrui, & ſe in hereditate potiorem eſſe, apud præſidem prouinciæ [c] id probet. l. 10.

46 LITE [d] inſtituta apud pedaneum iudicem de ſcripto, id falſum eſſe dicente parte altera, poteſt pedaneus iudex etiam de crimine ciuiliter inquirere. l. 11.

47 FALSI [e] crimen non excluditur niſi tempore annorum [f] 20. ſicut & alia omnia fere [g] crimina. l. 12.

48 QVI

Digitized by Google

l.13. [48] QVI de abſente ſcripſit præſentem cum res ſuas recepiſſe, abſentem non lædit, quinimo [h] vt falſarius [i] tenetur.

l.14. [49] QVI celauit [k] teſtamentum vel amouit, falſi tenetur.

l.15. [50] SI CREditor [l] colludat cum debitore ſuo, cautionem forſitan faciat quaſi videlicet ſit prior ceteris creditoribus & rem vendat, non lędit emptorem [m], ſed ſe falſi accuſationi facit obnoxium.

l.16. [51] QVI de fide [n] teſtamenti ambigit, falſi [o] accuſationem per procuratorem exercere non poteſt. ſed ſi ciuiliter quæri velit de fide teſtamenti, id per procuratorem facere poteſt.

l.17. [52] SICVT [p] falſitas tempore non firmatur, ita veritas tempore non infirmatur. Cum vero quis agit de falſo ciuiliter vel criminaliter, non aliter [q] poſtulat exhiberi teſtes interrogandos quam ſi aliis indiciis ſuæ accuſationi fidem fecerit.

l.18. [53] EX falſo [r] poſſeſſionem nemo ſibi parare poteſt, ideoq; dicentibus ſe eſſe dominos poteſt quis obiicere falſi accuſationẽ, dicens eos ex falſis inſtrumentis parare ſibi dominium rei.

l.19. [54] NON poteſt [s] quis falſum dicere inſtrumentũ cui ipſe ſubſcripſit [t]. Id vero conſtat mulierem niſi ſua vel ſuorum cauſa, non accuſare.

l.20. [55] LICET exemplum precum per errorẽ non verum aliquid adſtruat, non eſt falſarius qui ſcripſit, cum falſum dolo committatur [u].

l.22. [56] IN quæſtione [x] falſi præſidem oportet, omnem indagationem adhibere [y] per argumẽta & ſcripturas & teſtes, nec omnino [z] exigere probationes [a] ab accuſatore, ſed inter vtrunque [b] partiri genera probationum: interim [c] nulla interlocutione declarantem ea quæ animum ſubeunt, ſed tacentem & audientem vtriuſq; allegationes, & ad extremum plenam ſententiam proferre. A cœpta autem accuſatione, & nomen criminis in iudicio definitur quoad legitimo [d] tempore poteſt exequi accuſatio. nam poſt id temporis lis extinguitur, & neq; ipſe agere poteſt, neque iudex pronuntiare debet. Cum vero conſtat de crimine falſi, ſi ex eo [e] maximum quid admiſſum ſit [f], falſarius vltimo ſupplicio adficitur: ſin minus, deportatur [g].

l.23. [57] SI PROlato [h] in lite inſtrumento, veluti teſtamento vel quo alio, id aliquis reprehendat quaſi falſum, non oportet ſtatim crimen intendi, ſed datur ſpatium vt criminaliter vel ciuiliter experiatur. Conſtat vero ciuilis accuſationis leuiorem examinationem eſſe.

l.vlt. [58] COnſtitutio iubet vt ſit cuilibet [i] facultas ciuiliter vel criminaliter arguendi falſi. Ait item in omni inſtrumento requiri prius probationes ab eo qui protulit. deinde [k] ab eo qui dicit falſum inſtrumentum eſſe.

l.1.C.de his qui ſibi adſcrib. in teſt. [59] SI SCRiptor alieni teſtamẽti ſibi adſcripſerit legatum, & poſtea ſua manu teſtator codicillis ſcripſerit legatum teſtamẽto relictum, ſcriptor teſtamenti non incidit [m] in S. C. At ſi in codicillis tantum dixerit ſe dictaſſe teſtamentum, quaſi falſarius quidem is qui adſcripſit ſibi legatum non accuſatur, ſed & non capit legatum. Lib.9.Cod. tit.20.

l.2. [60] VIDETVR [n] quidem incidere in crimen legis de falſis filius [o] emancipatus qui ſe heredẽ ſcribit, quamuis patre dictante. Quia tamen etiam ab inteſtato vocatur ad hereditatem, poteſt & ex teſtamento petere

Eee

Digitized by Google

bonorum poſſeſſionem, & ſuccedere perinde acſi pater eum ſcripſiſſet heredem.

“1 NVLLVS[p] ſcriptor teſtamēti poteſt ſibi adſcribere legatum. Qui vero [q] profitetur ſe ignoraſſe legem & ſe à relicto diſcedere, non tenetur pœna falſi. l. 3.

“2 SI vir in teſtamento vxoris ſibi legatum adſcripſerit, cum ſit pro nō ſcripto, id nō cōſequetur, & ceſſat[r] pœna falſi. l. 4.

“3 LICET miles [s] in teſtamento cōmilitonis adſcripſerit[u] ſibi legatum, non valet quod ſcriptum eſt, attamen ceſſat lex de falſo [x]. l. 5.

“4 SI quis dictante teſtatore libertatem[y] ſibi adſcripſerit [z], inutilis eſt libertas, ceterū falſi pœna remittitur. l. vlt.

a *Licet vnus eorum.* THEOD. Si vnus ex pluribus falſi reis deceſſerit, reliqui tenētur. Ait autem 4 Conſtit. huius tit. Si vnus ſit falſarius qui moriatur, eum teneri de falſis, qui poſt eum falſo inſtrumento vtitur. lege 22. tit. huius lib. 9.

b *Licet.* τὸ κατὰ πόδας. Si vt proponis cauſa pecuniaria ad emolumentum tuum ſpectat, licet Anianus cui falſi crimen actor tuus intēdebat defunctus ſit, nō prohiberis ſiquis aduerſus te inſtrumēto quod in dubium vocatur vti cœperit, accuſationem inſtituere. Quanuis enim in perſona principalis rei vita defuncti conſiſtere non poſſit, tamen ſiquis eo vti voluerit, intelligit ſe periculo criminis eſſe ſubiectum. Et ita quidem habet τὸ κατὰ πόδας. Nota vero hominem quemlibet qui falſo vti conatur, falſi crimine teneri & nouum eſt, quod Conſtitutio neſciſſe eum proponit.

c *Deceſſerit.* Et ſolutum ſit crimen morte, vt c. 12.

d *Cum mulier.* Si mulieri obiiciatur ſuppoſitum eſſe filium quem fingit ſe peperiſſe, tenetur crimine falſi etiam nondum filio pubete facto. Sciendum vero quod ait 10. Conſtit huius tit. cauſam ſuppoſiti partus apud præſidem exerceri. Memineris 9. Conſt. 46. tit. 8. lib. quæ ait non debere quenquam negare ſuam progeniem. Didiciſti vero & 2. Conſt. 51. tit. 8. lib. puniri eū qui negat cognationem ſuam. quære tit. 45. c. 9. & tit. 37. c. 11. th. 9. neceſſaria.

e *Crimen falſi.* Ex lege Cornelia: quia videtur naturam ipſam falſare.

f *Veriſimile eſt.* Quaſi dicente aliquo exſpectari debere quoad pubuerit puer, hoc ſubiicit Legiſlator. Nam ſi non pubeſcat puer, nunquam ius ſuum intelliget. porro eo ſuum ius ſiue debitum nō intelligente, forte mater prodet cauſam ſuam, eiq; plane nocebit, dicens ſe filium ſubieciſſe. Lex itaque ait non obſeruari pubertatem pueri, quod non ſit veriſimile matrem ream criminis poſtulatam, & ex condemnatione puniendam, ſuam cauſam prodituram.

g *Cauſam.* Et quanuis prodiderit, ideo puerum non lædit. Generaliter enim ea quæ inter alios acta ſunt, aliis non nocent. Sed neque iuſiurandum eius filio nocet, aut prodeſt, vt lib. 22. tit. 5. c. 3. th. 2. 3.

h *Prodere.* Cū alicui ſit controuerſia ſtatus, quęſtionem differimus in tempus pubertatis, ne in pupillari ætate de rebus tam periculoſis certetur. Itaq; cum mater periclitatur cum ſit rea criminis poſtulata, dicimus etiam ante pubertatem pueri eam conueniri.

i *Quoties debitor.* THEOD. Si morandi cauſa dicat debitor ſuam cautionem falſam eſſe, exigitur ab eo ſtatim id quod debet, crimini tamen falſi ſubiectus manet. Nota falſarium eſſe eum qui ſuum inſtrumentum negat, & crimini ſubiici, in hoc videlicet, vt præſtet duplum quantitatis inſtrumento cōprehenſæ, ſecundum Nouellam. nam 16. Conſt. 21 tit. 4. lib. innouata eſt. Didiciſti & ex cōtrario in 4. lib. 19. tit 24. Conſt. quaſi falſarium teneri eum qui non probat quæ pro ſe attulit inſtrumenta. Dicitur & lib. 5. ti. 41. Conſt. 1. tutorem ſcripto vel ſine ſcripto mentiētem, quaſi falſarium teneri. EIVSDEM. Nota quando ciuile iudicium criminali præiudicium faciat, ità vt prius ei ſatis fiat, deinde crimini. Hîc vero ciuile iudicium ante criminale motum, quin potius fere terminatum fuiſſe, conſtat ex eo quod legis auctor dicit crimen induci morandæ ſolutionis cauſa, vel etiam obiici.

k *Morandæ ſolutionis cauſa.* Hoc ego ſic intelligo, cum eſſet ciuilis cauſa finē acceptura futuraq; exactio, obiecit reus falſum. Legiſlator ait interim eum ſoluere debere, ac deinde falſi crimen exercere, & obſerua Baſilicum hoc demonſtrantem dum ait, morandæ ſolutionis cauſa. Apparet enim iam actum fuiſſe de debito & vere debeti conſtitiſſe, reſtare vero ſolutionem ſolam. Nota & aliud ambiguitatē non ſuſpendere id de quo conſtitit, quodq; probatum eſt, & inibi eſt, vt exigatur: ſiue moram prius ciuilem litem non ſuſpendi ob inductum crimen. Quære lib. 9. tit. 3. c. vlt. & vide ne opponatur tibi.

l *Soluere eum oportet.* Hoc non accipitur indiſtincte. ſed ita, vt ſi quis cōdemnatus ſit ciuili actione, futuraq; iam iam pronuntiatione obiiciat crimen falſi, ne iudicium procedat, & ne ſententia feratur, non audiatur. ceteroquin ſi ab initio in inſtituenda actione ciuili reus crimen obiiciat, ciuile iudicium ceſſare, & criminale exerceri ac præferri debet. Quære lib. 7. tit. 3. c. 35. & 36.

m *Liberatus eſt.* Nota in criminibus etiam facti ignorantiam excuſare.

n *Licet ex tabulis.* THEOD. Quanuis conſequutus quis ſit ex teſtamento legatum, nihilominus falſum id dicere poteſt. Sciendum tamen eſt quod ait 6. Conſt. huius tit. eum qui falſum teſtamē-

tum

tum dixit ſi vincatur, amittere relicta ſibi in eo legata. Lege 9 & 16. Conſt. huius tit. Didiciſti vero & in 3. lib. 28. tit. 14. Conſt. de inofficioſo agi etiam poſteaquam actum eſt falſi. Lege & 15. Conſt. huius tit. THAL. Qui dicit falſum eſſe teſtamentum prolatum à nouerca, & accepit ex eo legatum, nullum patitur præiudicium circa actionem criminalem.

o *Nouercam.* Idem eſt ſi extraneus ſupprimat teſtamentum & quære lib. 22. tit. 1. c. 83. & lib. 51. tit. 1. c. 11. & huius tit. c. 3. & 43. Idem eſt ſi nõ ſupprimat verum teſtamentum, ſed proferat falſum.

p *Cum crimen.* Hoc dicit, quia tempore accepti legati ignorasti falſum eſſe teſtamentum, hodie id falſum dicere potes, quanuis ex eo legatum conſequutus ſis.

q *Impletis ſolennibus.* Hoc eſt, inſcriptionibus quæ de crimine exerceri debent.

r *Filii.* THEOD. Licet filius matri non intendat falſi crimen, probari tamen debet vera eſſe inſtrumenta à matre prolata contra filium. Quod ſi non intendit matri falſi crimen, nec patri multo magis.

ſ *Scripturæ.* Hoc dicit quod & ſi filii non poſſint falſi crimen aduerſus matrem intendere, ſi tamen litigans cum filiis ſuis protulerit inſtrumentum dubiæ fidei, cuius probatio ab ea deſideretur, eam cogi id facere, aut nihil ei inſtrumentum prodeſſe.

t *Non poteſt conſequi.* Quære lib. 44. tit. 4. c. 32. & lib. 35. tit. 16. c. 29. & 35. & huius tit. c. 3. & tit. 42. c. 4. th. 4.

u *Relictum eſt.* Dictum eſt hoc iam tibi in tit. De inofficioſo librorum De iudiciis.

x *Qui accuſauit.* Qui tranſigit de crimine falſi, id non exercet. Simile lib. 2. tit. 4. Conſt. 18. & li. 6. tit. 31. Conſt. 2.

y *Poſtea tranſegit.* Itaq; ſi non habuerit inſtrumentum ſuſpectum, & poſtea tranſegerit, poterit arguere tranſactionem quaſi factam ex falſis inſtrumentis. quære lib. 9. tit. 3. c. 106. 107. & lib. 11 tit. 2. c. 48. 59. & lib. 51. tit. 1. c. 11.

z *Qui ſemel falſum.* THEOD. Non ideo minus falſarius tenetur quod dicat, ſe falſo non vti. Sed ſi alius falſum fecerit, alius vero non vtatur falſo, tunc qui non vtitur non tenetur. Memineris 3. Conſtit. huius tit. Nota eum qui falſum fecit, quanuis eo non vtatur, quaſi falſarium puniri. Eum vero qui ab alio factum proferr ſi abſtineat ſe eius auxilio non teneri. quære & c. 31. 35. & 13.

a *Heres.* Teſtamento exiſtente falſo, heres ab inteſtato vocatus præſtat ea quę relicta ſunt in codicillis, niſi & codicillos falſos eſſe docuerit. Vt enim ſubiicit 11. Conſt. huius tit. Si teſtamentum vel codicilli non inueniantur falſi, non corruunt, ſed quæ in eis relicta ſunt valent, & licet crimine falſarius abſoluatur, nihilominus agitur ciuiliter. Eum qui falſum fecit, teneri ciuiliter, diſces ex 11. & 23. Conſtit.

b *Indulgentia.* Sæpe Princeps ob rem aliquam feliciter geſtam omnibus indulgentiam criminũ tribuit. Ait igitur Conſtitutio, quod etſi crimen remiſſum ſit, tamen de falſo ciuiliter quæri poteſt.

b *Apud præſidem prouinciæ.* Dictum eſt iam tibi in 1. Conſtit. huius tit. etiam ante pubertatem pupillarem poſſe contra matrem eius intendi crimen falſi.

d *Lite inſtituta.* THEOD. Ciuiliter de falſo agitur apud pedaneum iudicem. Ciuiliter autem agi de falſo indicat 23. & 24. Conſt. huius tit. Memineris autem 9. Conſt. huius tit. quæ pedanei iudicis mentionem facit. Sciendum & quod ait No. 80. Quæſtori ſubiici falſarios Conſtantinopolitanos. Didiciſti & in lib. 5. De rebus, ſępe iudicẽ datũ in ciuili cauſa poſſe criminalẽ quęſtionẽ examinare.

e *Falſi crimen.* THEOD Crimen falſi vicennio cõcluditur. Idem & in aliis criminibus procedit, præterquam adulterii & maieſtatis.

f *Tempore annorũ* 20. Nota crimina vicẽnio extingui, excepto crimine ſuppoſiti partus. & quære c. 19. th. 2. & tit. 1. c. 10. th. 6. & tit. 37. c. 4. th. 1. & c. 11. th. 5. & 28. th. vlt. & 46. 47. & tit. 45. c. 9. & lib. 56. tit. 2. c. 1. th. 3. & tit. 4. c. 2.

g *Omnia fere crimina.* Fere ait propter crimen adulterii quod quinquennio extinguitur non vicennio, & crimen maieſtatis quod perpetuam cauſam habet, & ſacrilegii quod quinquennio concluditur: ſed & crimen ſuppoſiti partus vicennio non concluditur. & quære c. 19. th. 2.

h *Quinimo, &c.* Quære lib. 22. tit. 1. c. 52. & lib. 47. tit. 1. c. 47.

i *Vt falſarius.* Simile li. 4. tit. 19. Conſt. 18. & lib. 8. tit. 53. Conſt. 15. de donationis inſtrumento.

k *Qui celauit teſtamentum.* Etſi legatarius eſt, amittit legatum, vt tit. 4. c. 50. lib. 44. vel lib. 6. tit. 37. Conſt. 25.

l *Si creditor.* THEOD. Qui in fraudem ſuorum creditorum cautionẽ alicui facit, quaſi priori creditori, cui nihil omnino debet, crimine falſi tenetur, nec præiudicat creditoribus in ſuis hypothecis. Lege 4. Conſt. 34. tit. huius lib. 9

m *Emptorem.* Ita intelligi ſcriptum debet, emptorem falſi nõ obſtringi ceterum res ei aufertur à priore creditore quæ cum ſuo onere in eum tranſiit.

n *Qui de fide.* THEOD. Crimen falſi non exercetur per procuratorem, niſi capitaliter velit inquiri veritatem, videlicet poſt ciuilem actionem. Interrogatio. Quid tandem agetur crimen falſi per procuratorem? At 15. Conſt. 2 tit. huius lib. generaliter ait nunquam crimina intendi per procuratorem poſſe. THEOD. Didiciſti in eadem prædicta 15. Conſt. 2. tit. huius lib. 9. & lib. 2. tit. 12. Cõſt. 23. agi ciuiliter per procuratorem. Quia igitur, vt intelligere licet ex 11. & 17. & 23. & 24. Conſtit. huius tit. etiam ciuiliter de falſo agitur, recte per procuratorem quoque exerceri poteſt. quære tit. 34. c. 24.

o *Falſi accuſationem.* Quære tit. 21. c. 57. & 28. tit. 28. c. & lib. 8. tit. 2. c. 103. & lib. 7. tit. 5. c. 98. & tit. 8. c. vlt. & lib. 9. tit. 1. c. 59.

Digitized by Google

p *Sicut falſitas.* THEOD. Siue criminaliter ſiue ciuiliter agatur de falſo teſtamento non producuntur teſtes, niſi falſum leuiter probetur. Nota quod cum agitur falſi non aliter producuntur qui ſcripto continentur teſtes, quam ſi aliis indiciis falſum leuiter comprobetur: & ex falſo nec poſſeſſionem nec dominium probari.

q *Non aliter.* Hęc eſt capitis ſententia, vt ſi quis prolatum inſtrumentum falsũ dicat, nõ debeat deſiderare teſtes in eo ſubſcriptos torqueri, & interrogati, niſi præſumptiones & indicia adferat.

r *Ex falſo.* Memineris 6. & 7. Conſtit. 32. tit. 7. lib quæ de poſſeſſione tractat.

s *Non poteſt.* THEOD. Non poteſt quis falſum dicere inſtrumentum, cui ſubſcripſit: aliud enim eſt non teneri quem ex ſubſcriptione ſua quæ alteri ſit vſui. Memineris 15. Conſt. 20. tit. 4. lib. Mulier nõ accuſat falſi, niſi ſua ſuorumve cauſa. Memineris 4. Conſtit. 1. tit. & 5. Cõſt. 20. tit. huius lib.

t *Subſcripſit.* Quęre lib. 51. tit. 1. c. 11. nec opponatur tibi, & lib. 25. tit. 8. c. 8. th. 13. & c. 9. th. 2. & lib. 18. tit. 2. c. 12. & lib. 19. tit. 8. c. 66. & li. 22. tit. 1. cap. 82. & lib. 23. tit. 3. c. 56. & lib. 26. tit. 7. c. 31.

u *Committatur.* THEOD. Nota non eſſe falſum ſine dolo.

x *In queſtione falſi.* EIVSDEM. Iudex falſi prius audiat vtranque partem, ac deinde non tantum actore ſed & reo indicat probationes, omnemq; rationem eruendæ veritatis quærat. At ſciendum quod ait 24. Conſt. huius tit. debere prius onerari probationibus eum qui profert inſtrumentũ, ac deinde id exigi vt qui inſtrumento aduerſatur, id falſum eſſe probet, ſiquidem hoc affirmet falſum eſſe. Nota igitur rem nouam: quando actor & reus ſimul probationibus onerentur. Grauiter peccans falſarius vltimo ſupplicio adficitur, leuiter peccans deportatur. Hoc ita intelligitur, ſi criminaliter tantum agitur non ciuiliter propter ſequentem 23. Conſtit.

y *Adbibere.* Τὰ κατ' πίδας habet, argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliiſq; veſtigiis veritatis. & ait Thalelæus, Nota argumenta admitti probationis loco.

z *Nec omnino exigere.* Partiri probationes non debere abſolute intelligi quidam dicunt, vt opinor, recte. Sed ſi in ipſa exhibitione inſtrumenti id aduerſarius reprehẽdat quaſi falsũ, & cõſiſtere atque accuſare velit, tunc iudex debet vtrunque dimittere ad probationem, & illũ & me reum falſi. neq; nouum aut graue, reum ad probationem dimitti, quia omnino fidem inſtrumento præſtare debuit, quam in rẽ nunc dimittitur. Sed ſi cum is qui protulit inſtrumentum falſo non oppoſito ad eius probationem dimiſſus eſt, & inſtrumento fidem conſtare præſtitit, deinde falſum id dicere aduerſarius velit, ſolus ipſe ad probationem dimittitur, non etiam reus falſi. Qui enim probauit, & confirmauit inſtrumentum, cum rurſus probationib. alligabitur? quære cap. 58.

a *Probationes.* Argumentis quibuſdam facientibus pro ipſo actore, vt ait 52. cap.

b *Inter vtrunque.* Vel omnino ſic intelligitur, vt ſi in ipſa exhibitione inſtrumenti exiſtãt argumenta quædam falſum id eſſe ſubindicantia, veluti additiones, mutationes, vel literarum diſſimilitudines, nõ debeat iudex ab actore ſolum falſi probationem exigere, ſed & à reo non falſi; vel ſic, vt cum actor inſtrumentum non approbauit, ſed eo ſtatim exhibito falſum id eſſe reus propoſuit, non à reo tantum probationes exigantur, ſed diuidantur inter vtrunque. vel partiri intelligitur vt ſeq. 58. cap. tradit.

b Hoc eſt, ſi proferat quis inſtrumentum quod dicatur falſum ab iis contra quos profertur, nõ tantum exigi debet probatio criminis ab eis qui crimen proponunt, ſed & qui profert inſtrumentum, id probare cogitur. Ita intelligitur, non vt quidam dicunt, cogi reum probare contra ſe inſtitutum crimen.

c *Interim.* Quære c. 52. & 58. & lib. 26. tit. 7. c. 31.

d *Legitimo tempore.* Biennii. nam crimina à tempore quo exerceri cœperunt biennio finiuntur.

e *Ex eo maximum quid.* No. LXXVII. Philoſophi Dn. Leonis. Sancimus igitur eum qui eiuſmodi quædam falſa conſcripſit, per quæ is aduerſus quem ea confecta ſunt morti ſubiici poſſit, traditæ pœnæ quam in alium molitus eſt, vltimo ſupplicio adfici.

f *Admiſſum ſit.* Vt quia forte dixit meditatum eum eſſe aliquid contra principem, idq; probare feſtinans falſum inſtrumentum deſignauit.

g *Deportatur.* Didiciſti iam & in Inſtit. ſeruum delinquentem capite puniri. Nota & ex Conſt. legis pœnam.

h *Si prolatò.* Crimen falſi exercetur non tantum criminaliter, ſed & ciuiliter. Idem ait 11. & 17. & 20. Conſt. huius. tit. Memineris & 9. Conſt. eiuſdem tit.

i *Vt ſi cuilibet facultas.* Ipſe igitur habet facultatem vtrum volet eligendi, quod & dictum eſt in præcedenti Conſtitutione.

k *Deinde.* Nota ordinem probationum. aperte enim eum hæc Conſtitutio proponit. quære lib. 22. tit. 1. cap. 79.

l *Sua manu.* Si igitur codicillos dictauerit, non fecerit ſua manu, nõ eſt locus Conſtitutioni.

m *Non incidit.* Hæc enim ſpecialis confirmatio eſt & ſuffi. it etiam in extraneo, vt ait 3. th. 1. ca.

n *Videtur.* Si dictet pater emancipatò filio, recte is ſe heredem ſcribit, licet pater non ſubſcribat teſtamento.

o *Filius emancipatur.* De filiisf. non eſt dubitatio, quia omnimodo heredes futuri ſunt ab inteſtato ſed de emancipato eſt quęſtio. Vult itaq; Conſtitutio vt cum is etiam poſſit petita bonorum poſſeſſione Vnde liberi ſuccedere ab inteſtato, recte ſe heredem ſcribat. Nota filium non poſſe ſibi legatum adſcribere in teſtamento patris, licet ſit in familia & poteſtate eius, niſi generaliter vel ſpecialiter pater id confirmauerit, ſecundum diſtinctionem 3. th. 1. cap. Si tamen ſe heredẽ ſcribat, nihil delinquit, propterea quod etiam ab inteſtato vocatur. quære lib. 35. tit. 2. c. 22.

p *Nullus ſcriptor.* Teſtibus tamen & dictantibus teſtamentũ recte legatur, vt lib. 35. tit. 2. c. 18. & lib.

& lib. 44. tit. 18. c 14. quia in eis non eſt ſuſpicio falſi. Cum enim non ſcribant teſtamentum, non dicemus eos poſſe ſibi falſum adſcribere legatum, quod in ſcriptore verendum eſt. nec enim ſcriptor inutiliter, & ex vtilitate eorum falſum facit. Theod. Qui componit ſiue ſcribit alicuius teſtamentum, ne iubente quidem teſtatore poteſt ſibi ſcribere legatum: licet, vt ait 4. Conſt huius tit. vir ſit qui ſcribat vxoris teſtamentum, vel vt adiicit 5. Conſt eiuſdem tit. miles qui ſcribat commilitonis voluntatem. Hoc autem ita accipiendum eſt, ſi vt indicat 2. Conſt. huius tit. generaliter & non ſpecialiter de hoc ipſo teſtator teſtamento ſubſcripſerit. Memineris 22. Conſt. 23. tit. 6. lib. quæ ait indiſtincte teſti teſtamentario recte legatum relinqui. & puto differentiam eſſe inter teſtem & ſcriptorem. Qui ſcribit ſibi legatum, & id non petit, crimini non ſubiacet. Idem ait 2. Conſt huius tit. & nota quando ignorantia facti excuſet. Quære lib. 35. tit. 2 c. 18. & lib. 44. tit. 18. c. 14. & huius tit. c. 15. th. 1. & finem 2. th. & 2. th. 58. c.

q *Qui vero profitetur.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, veniam deprecans. Raro autem Senatus vel Diui fratres veniam dederunt. & ait Thalelæus Quia ii ius ignorauerunt, non facile eis ignoſcitur.

r *Ceſſat.* Si deprecatus ſit principem, vt ait τὸ κατὰ πόδας, propter coniunctionem perſonarum.

ſ *Pœna falſi.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, venia petita, & ait Thalelæus, Hoc aperuit & in præcedenti Conſt. quæ dicit perraro remitti pœnam. Ecce enim vnus caſus quo remittitur, quia præſumptio eſt pro marito, vxorem ei tale legatum dictaſſe.

t *Licet miles.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, ſed ſequutus vim meæ indulgentiæ pœnam legis Corneliæ remitto, in quam credo militem errore magis quam malitia incidiſſe: & ait Thalelæus, Ecce & aliam cauſam ex qua princeps remittit pœnam legis Corneliæ. Hanc quoque igitur ſuperiori Conſtitutioni adiungas.

u *Adſcripſerit.* Quære lib. 35. tit. 21. c. 15. th. 4.

x *Ceſſat lex de falſo.* Et qui agit repellitur præſcriptione. & quære τὸ κατὰ πόδας.

y *Libertatem.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Non ſubſcribente & ſuis liberis literis expreſſim agnoſcente domino.

z *Sibi adſcripſerit.* Quia factum valde atrox non eſt, ideo remittitur ei qui videtur voluntate domini feciſſe. Theod. Licet non debeat quis ſibi adſcribere libertatem, ſeruus tamen id faciens in teſtamento iuſſu domini, non amplius ſeruiet.

Titulus XLII,

Sive Digestorvm Lib. XXXIIII. Tit. IX.

De iis quibus vt indignis legata vel hereditates auferuntur.

l. 1. ff. de his quę vt indignis auferuntur. l. 2. in pr. QVI defunctum patronum ſuum defert [a] quaſi illicitæ mercis [b] negotiatorem, amittit legatum, quamuis & præmium [c] accepit.

Pvblicatur [d] hereditas [e] ſi præteritus filius petita bonorum poſſeſſione contra tabulas adierit fratris [f] hereditatem ex ſubſtitutione [g] pupillari,

§. 1. ¶ vel ſi quis adminiſtrans officium in prouincia, illicite ex ea duxerit vxorē, vel tutor pupillam. publicatur enim quod ex teſtamento eius ei adquiritur.

§. 2. ¶ Ex cōtrario [h] autem ipſę relicta ſibi ab eis non amittunt.

§. vlt. ¶ Item ſi quis viui [i] & ignorantis [k] cognati bona [l] vel partem [m] eorum aliis donauerit.

l. 3. Sed & ſi heres ſcriptus ab vxore mea eam de induſtria neglexero, culpave mea quid factum ſit, quo moreretur, aufertur mihi eius hereditas.

l. 4. Si vnvm heredem quaſi falſo ſcriptum accuſauero, non amitto quæ mihi ab alio herede legata ſunt.

l. 5 in pr. Qvi accepit legatum ex teſtamento, id accuſare [n] non prohibetur quaſi falſum vel non iure factum. ceterum de inofficioſo [o] agere non poteſt [p]. Et ei quidem qui falſum dixit [q] aufertur legatum.

§. 1. ¶ De eo vero qui dixit non iure factum teſtamentum, iudex arbitratur ex conditione [r] & ætate perſonarum.

§ 2. ¶ Tutor qui ſe excuſat tutela, amittit [s] legatum ſibi

Digitized by Google

relictum. Sed ſi conſecutus ſit legatum, iam non poteſt ſe excuſare. Si vero mater me legato honoratum à patre tutorem filio ſuo petierit, & me excuſare voluero, non amitto legatum, nec enim repugno defuncto. Quotes vero amittit legatum tutor, id non fiſcus conſequitur, ſed pupillus cuius tutela ſe excuſauit. ¶ Si accuſauero teſtamentum quaſi falſum, amitto quæ in eo relicta ſunt filio meo vel ſeruo, ſi emolumentum ad me pertineat, non etiam ſi ad eos. ¶ Si legato tibi vel ſeruo tuo relicto rogauero te vt ſeruum tuum manumitteres, tuo facto ſeruus [t] non læditur. nam fiſcus [u] emptum eum manumittet, ſi velis vendere. nec enim [x] cogeris, cum legatum non acceperis. ¶ Si inuito patre filiusfam. falſum teſtamentum dixerit, non denegantur patri actiones [y]. ¶ Si fideicommiſſarius falſum teſtamentum dixerit fiſco fit reſtitutio. ¶ Qui accuſauit falſum, ſi heres exiſtat cuius heredum eorum qui teſtamento ſcripti ſunt vel legatariorum, nihil amittit. ¶ Idem & in querela inofficioſi teſtamenti. ¶ Minori 25 annis qui accuſauit, ignoſcitur. maxime ſi tutor vel curator velit falſum vel inofficioſum dicere. ¶ Qui accuſatori falſi teſtimonium dat, legato excidit, & qui ei adeſt aduocatus [z], & fideiuſſor, & qui pronuntiat falſum teſtamentum eſſe, ſi in iudicio appellationis heres ſcriptus obtinuerit [a]. ¶ Aduocatum autem fiſci qui delatori adeſt officii [b] neceſſitas in omnibus excuſat. ¶ Qui accuſat principale teſtamētum, & ſubſtitutione, & codicillis [c] ad teſtamentum factis, licet non cōfirmatis, repellitur. ſed ſi accuſat ſubſtitutionem vel codicillos, non repellitur à principali teſtamento. ¶ Seruus qui contra teſtamentum teſtimonium dixit, & relictam libertatem & legatum amittit. ¶ Teſtamentum [d] accuſaſſe ad excuſationem tutelæ non prodeſt. legatum tamen amittit. ¶ Qui [e] mortis cauſa donationem accepit [f] à teſtatore, in hoc propoſito non eſt ſimilis [g] legatario. ¶ verum qui [h] propter teſtamentum accepit à legatario vel ſtatulibero, poſtea accuſans repellitur. ¶ Heres etiam accuſans Falcidiam amittit. ¶ Omnes qui vt indigni repelluntur, non conſequuntur [i] præmium quod ſeipſos deferentibus dari ſolet.

§.3. §.4. §.5. §.6. §.7. §.8. §.9. §.10.11. &12. §.13. §.14. §.15. §.16. §.17. §.18. §.19. §.vlt.

MARC. Heres in ea re hereditaria quam amouit [k] non habet Falcidiam, ſed fiſcus. At non amotarum heres Falcidiam habet. l. 6.

MODEST. Si falſum teſtamentum tuum dixero nec obtinuero, non prohibeor heredi tuo heres eſſe. l. 7.

IDEM. Ablata mihi hereditate quaſi indigno, confuſæ actiones mihi non reſtituuntur. l. 8.

VLP. Si [l] inimicitiæ capitales interuenerint inter legatarium & teſtatorem, ¶ vel palam eum contumelia adfecerit ita vt manifeſtum ſit nolle teſtatorem ei præſtari legatum, non petetur [m]. ¶ Sed & ſi de ſtatu eius egerit, amittit ea quæ teſtamento relicta ſunt, in quibus fiſco locus eſt [n]. l. 9. in pr. §.1. §.2.

IN fraudem legis facere videtur qui tacite promittit ſe incapaci præſtaturum quod conſecutus eſt vel aliud pro eo, ſiue chirographum fecerit ſiue nude repromiſerit. ¶ At ſi capaci tempore teſtamenti præſtare rogatus fuero, & is mortis [o] teſtatoris tempore inueniatur incapax, apud me legatum manet, niſi promiſero [p] etiam ſi poſthac inueniatur l. 10. in pr. §.1.

inca-

§.vlt. incapax me ei præſtaturum. ¶ Filiusfam. certe promittens patri ſe præſtaturum quod præſtari non poteſt,eo non læditur, quia parendi neceſſitatem habuit.

l.11. Pro q qua parte quis in his quæ præſtari non poſſunt legem circunſcripſit,non vtitur Falcidia,eam tamen retinet ex aliis in quibus legem non circunſcripſit.

a *Defert.* Quære lib.56.tit.2.c.2.th.vlt.& 30.& aliud diuerſum.

b *Illicita mercis.* Puta quod arma hoſtibus vendiderit,aut picem.

c *Premium acceperit.* A fiſco ſemiſſem bonorum delati rei,vt lib.56.tit.2.c.13. in fin. & eiuſdem th.1.& 2.

d *Publicatur.* Qua enim ratione ex teſtamento eo quidquam conſequetur quod heti & nndiuſtertius accuſauit,quod contumelia adfecit,quod impugnauit,quod quantum in ipſo fuit ad irritum deduxit. Pars enim eius eſt & principale teſtamentum,vt lib.35.tit.10.c.2.th.7.& c.22.Quære c.5.th.11.& lib.35.tit.10.c.22.& 45.th.vlt.

e *Hereditas.* Ex pupillari ſubſtitutione prætcrito relicta.Quære c.16.& lib.44. tit. 23.c.1.th.2. quo hoc perſpicue traditur.& lib.11.tit.1.c.vlt & Antiquum quem neceſſe eſt adhiberi.

f *Fratris hereditatem.* Mortui in pupillari ætate. Quære lib.28.tit.4.c.13.th.1.& lib.35.tit.10.c. 2.th.4.& c.22.

g *Ex ſubſtitutione.* Oportebat enim ipſum ſpectate num in teſtamento pupillari eſſet ſcriptus, & non ita conari temere,atque inuidioſe patris voluntatem impugnare.

h *Ex contrario.* Quære lib.44.tit.1.c.127.& tit.5.c.27.& lib.28.tit.6.c.1.

i *Siquis vini.* Quære lib.47.tit.1.c.30.th.2.& c.31.& lib.11.tit.1.c.72.& tit.1.c.vlt.

k *Ignorantis cognati.* Nam ſi ſciente & volente teſtatore adhuc viuo aperiat teſtamentum, & quæ in eo ſcripta ſunt adimpleat,nihil delinquit,poteſt enim teſtator in vita aperire teſtamentum, & exequi & præſtare legata.ſecus vero facere ſine voluntate eius non poteſt.

l *Bona.* Quorum ſucceſſor ſcriptus eſt.nam à fiſco donata donatario auferuntur.

m *Vel partem.* Publicatur enim omnis hereditas,vt lib.47.tit.1.c.30.th.2.

n *Id accuſare non prohibetur.* Sed legatum amittit ſecundum diſtinctionem 43.c.1.tit.42.lib.& ibi 4.& vlt.adnotationem.Quære lib.40.tit.3.c.3.th.vlt.

o *De inofficioſo.* Allegans forte ſe perperam exheredatum vel præteritum.quære lib. 39.tit.2.c. 1 them.2.& 3.

p *Agere non poteſt.* Cauſa cur poſſit filius poſt acceptum legatum falſum teſtamentum dicere, non etiam inofficioſum,hæc eſt,quia in falſo forte poſt acceptum legatum ſciuit falſum teſtamentum eſſe, non antea. & ideo acceptio legati non prohibet filium agere de falſo. excuſabit enim ſe quod poſt acceptum legatum demum ſcierit ſe ex invtili teſtamento accepiſſe. In teſtamento autem inofficioſo quomodo poteſt ignorantiam prætendere, & dicere ſe eſſe præteritum ignoraſſe, qui alium cernebat hereditatem adeuntem, & teſtamento ſatisfacientem,& præſtantem ſibi quoque legata? quia igitur hæc videt,& ſciuit ſe præteritum: proinde quia ſciens legatum petiit,videtur probaſſe & agnouiſſe teſtamentum,alioquin nec peteret,nec quidquam ex eo cōſequeretur. cum itaque teſtamentum amplexus ſit,id nunc quomodo accuſabit? & quære neceſſario lib.39.tit.2.c. 1.th.2.& aliud diuerſum.& 43 c.1.tit.42.lib.quo dicitur accipientem legatum volentem agere petitione hereditatis reddere poſſeſſori legatum accepta cautione de eo rurſus præſtando,ſi non obtinuerit neque enim æquum eſt vincentem poſſeſſorem retinere legatum quod præſtitit. Forte enim per errorem egit.nam ſi manifeſto calumnietur, non agit petitione hereditatis qui legatum ex teſtamento accepit.

q *Falſum dixit.* Quære lib.35.tit.16.c.35.& lib.39.tit.1.c.8.th.17.

r *Ex conditione.* Puta an mulier vel miles vel ruſticus vel minor 25. annis ſit is qui legatum accepit.

ſ *Amittit legatum.* Niſi alii rogatus ſit reſtituere, vt lib.38.tit.1.c.28.Nota quod ſi is qui rogatus eſt à teſtatore tutelam gerere impuberis & legato honoratus in teſtamento excuſet ſe tutela,legatum non conſequitur: non tamen id ad fiſcum pertinet,ſed pupillo cedit. At ſi teſtator non inſtituerit eum tutorē,ſed mater pupilli petierit eum,& excuſet ſe, non amittit legatum. Nota eum qui agit contra teſtamentum,excidere iis omnibus quæ ex eo lucraturus erat.& quære lib.44.tit.22.c. 1.th.2.& tit.2.c.89.th.5.& lib.40.tit.3.c.10 th.2.& cap.18.th.2. & ibi ſecundam adnotationem,& lib.35 tit.10.c.22.& 34.them vltim.& lib.39.tit.1.c.8.th.14 & 17. valde neceſſarium.& lib.42.tit. 1.c.43.& omnes antiquos.

t *Seruus non læditur.* Nemini enim per alterum iniqua conditio infertur,vt lib.2.tit.3.c.74.

u *Fiſcus.* Qui accepit legatum tibi relictum, quod dabit tibi pretii loco.

x *Nec enim cogeris.* Quære lib.48.tit.4.c.18.th.2.& lib.44.tit.20.c.7.th.vlt.& c.8.

y *Actiones.* Adquiſitæ ei per filium legati nomine.

z *Aduocatus.* Interdum qui mihi aduocatus adeſt aduerſus aliquem in cauſa criminali, nullo iure cadit.nam patronus qui aduocatus adeſt ei,qui libertum capitali crimine accuſat,ius patronatus non amittit,vt lib.49.tit 4.c.13.vel 14.in fine,vbi & hoc ait, Aduocatus enim non eſt accuſator.

a *Obtinuerit.* Pronuntiante videlicet iudice teſtamentum ratum eſſe.

Digitized by Google

in codicillis diuiſerit [h] res hereditatis, hereditariæ quidem partes in quibus non conſiſtit [i] legatum, apud eum manent, ſed Falcidia non vtetur [k]; ſi quod in codicillis ei relictum, quodque amiſſum eſt, compenſationis iure Falcidiam impleat.

L.16.in pr. FILIOS fratris mei filio meo ſubſtitui pupillariter qui poſt mortem eius accuſarunt matrem eius, dicentes ſuppoſitum eum eſſe, & hereditatem meam ab inteſtato vindicantes. Si vincantur, ſubſtitutio etiam eis §.vlt. aufertur. ¶ Si ergo heredem mutata voluntate induxero nomen eius, fiſcus partem eius accipiet, & præſtabit legata.

L.17. HERES ſciens [l] interfectum teſtatorem [m], nec eum vindicans, & fructus reſtituit, & confuſas actiones non reuocat. Ignorans iura bonę fidei poſſeſſoris habet, & fructus ante litem conteſtatam percepti ab eo non petuntur, & amiſſas actiones recipit.

L.18.in pr. IN his quibus non poteſt præſtari legatum [n], fructus ante litem conteſtatam percepti fiſco reſtituuntur, non etiam vſurę pretiorum fructu-§.1. um. ¶ Ablata autem hereditate vel quia reſtitui non poteſt vel quia non vindicatur defunctus, non ſubiicitur heres oneribus hereditariis, cete-§.vlt. rum confuſas actiones vel ſeruitutes non recipit. ¶ Si heres ſcriptus pro parte & legato honoratus promiſero tacite [o] hereditatem reſtituere, legatum apud me remanet inſolidum.

L.19. SI HEREDES ſcripti in primo teſtamento prohibeant teſtatorem facere ſecundum teſtamentum, amittunt hereditatem. videtur enim à primo prorſus receſſiſſe.

L.20. VIRO [p] qui non vindicat mortem vxoris dos aufertur.

L.21. PATRONVS quoque non vindicans libertum, amittit patroni iure cōpetentem ſibi partem. quia omnes heredes & eos qui loco heredum ſunt, officioſe agere circa defuncti vindictam conuenit.

L.22. TVTOR [q] nomine pupilli falſum vel inofficioſum [r] teſtamentum dicens, non amittit legata. ſed & ſi pupilli nomine libertū patris capitis accuſauerit, non amittit bon. poſſeſſionē contra tabulas. Sed neq; vt calumniator infamia notatur qui non propter ſuas inimicitias prætextu pupilli egit, ſed coactus forte a matre pupilli vel libertis. ſed & ſi depoſitā à ſe inſcriptionē [s] ideo non exequatur quod pupillus [t] interim ad pubertatē peruenerit, non incidit in S.C. Turpilianum [u]. Quamobrem & ſi alieno nomine egit, nō amittit legata. At impubes niſi lex ei opituletur, ea amittit. qa ipſe videtur eſſe accuſator, tutor vero quaſi defenſor & patronus [x].

L.23. GAI. Si promiſero id quod mihi ex lege Falcidia competit, ei cui pręſtari non poteſt me reſtituturum, locus eſt S. C. perinde ac ſi quod ad me peruenerit ex hereditate reſtituere promiſero.

L.24. NON impugnat [y] voluntatem patris qui dicit teſtamentum eius non iure [z] factum.

L.25. LICET non poſſim vxorē meam heredē ſcribere, tamen ſi ſcribam patrem eius, non ex eo inducetur ſuſpicio legati quod præſtari non poteſt.

L.vlt. SI ILLICITO legato honoratus viuo teſtatore deceſſerit, non publicatur legatum, ſed eius [a] lucro cedit à quo relictum eſt.

a *Si in ſecundo teſtamento.* Quære lib.35.tit.2.c.20.circa medium & tit.17.c.11.th.3.& tit. 21. ca: 35.th.3.& lib: 39.tit.2.c.2.& lib.44.tit.17:c.21,& lib.41.tit.1.c.1.th.3.

Digitized by Google

b *Tamen in primo, &c.* Cum enim teſtator in priori voluntate non perſeuerauerit, indicauit plane ſe odio heredis ad ſecundam tranſire.

c *Induxerit.* Th.4.c.1.tit.1.lib.45. totum teſtamentum inductum proponit, vt ex eo appareat voluiſſe teſtatorem inteſtatum decedere. Hic vero heredis tantum nomen circunductum eſt. & hæc eſt differentia. Quære ſimile lib. 35.tit.7.c. penult. Vel dic quod ibi ideo veniunt heredes ab inteſtato, quia ea de cauſa voluit inducere teſtamentum. Hic vero odio heredis teſtamentum induxit, nec de ſucceſſione ab inteſtato quidquam cogitauit.

d *Nomen heredis.* Ideo fiſcus capit ea quę indignis auferũtur, quia legib. curæ eſt maximę, vt cõſeruentur voluntates defunctorũ. Ne igitur corruat teſtamentũ quaſi ab inteſtato ſucceſſioni locus ſit, & ne legata & libertates intereant fiſcus venit in locũ heredis, cuius nomen inductũ eſt, & prçſtat legata & libertates perinde ac ſi principaliter eſſet heres ſcriptus. Nihil vero obſtat 4.th 1 c. 1.tit.45 lib. quo dicitur ab inteſtato ſuccedi ei qui deleuit nomẽ heredis. Ibi enim, ſicut perſpicue c. enuntiat, teſtator heredis nomẽ induxit, non quod iudicaret eũ indignũ eſſe hereditate, ſed quod vellet ſibi ab inteſtato ſuccedi, ac merito etiam ibi ſeruatur voluntas defuncti, vt & hoc loco.

e *Legata tamen.* Quia enim teſtamentum mutare voluit, magna præſumptio eſt hoc propter heredem eum animo concepiſſe non propter legatarios. nam propter legatarios non mutaret teſtamentum, ſed codicillis legata adimeret. quære c.16.th. 1.& lib.44.tit.3.c.18.

f *Si in adulterio.* Quære lib.28.tit.5 c.10.th.3. Qui in adulterio mulieris accuſatus eſt, non poteſt eam vxorem ducere.

g *Iure militari.* Quære lib.35.tit.21.c.41.th.2. Simile in militari teſtamento.

h *In codicillis diuiſerit, &c.* Vnde ſi eũ & alios duos teſtamento heredes ſcripſerit, non adſcriptis partibus, deinde in codicillis diuiſionẽ rerũ hereditariarũ fecerit in ſingulos heredes, & huic duos agros, illi tres, alii vnũ adiudicauerit, quia in partibus hereditatis res illæ quaſi legata cuiq; aſſignata ſeorſum prę cipiunt, & in vniuerſam hereditatem veniunt, & vni quidem tres partes dantur, ſecundum id quod ſe velle teſtator codicillis declarauit, alii duæ, alii vna, non aufertur ſua pars ei qui egit aduerſus codicillos. nec enim ex codicillis eã cepit, quia codicillis hereditas non datur, ſed in eis adſcriptæ ſunt res certæ, quas & præcipit, & nihil videtur ex eis capere quod auferri poſſit.

i *Non conſiſtit legatum.* Finge teſtatorẽ duob. heredib. inſtitutis codicillis declaraſſe nominatim quas res quiſq; capere deberet, & cũ vni fortaſſe modicũ reliquiſſet quod nõ ſufficiebat ad Falcidiã, in codicillis legata ei reliquiſſe partis legitimę ſupplẽdę cauſa. Quia igitur is codicillos quaſi falſos accuſauit, nõ capiet legata in eis ſibi relicta, licet min' habeat Falcidia. Sciendũ vero eſt legata heredi relicta nõ imputari in Falcidiã, niſi nominatim ea fini relinquãtur, & lege li.41.ti.1.c.72.88.&91.

k *Falcidia non vtetur.* Dicendum ita, ſi heres ſcribatur teſtamento in quo legata ſint relicta ſupra modum legis Falcidiæ, & ſciens teſtator non habere eum quod Falcidiæ ſufficiat, nolenſq; minui legata, ei in codicillis legata adſcribat ea mente, vt imputentur in Falcidiam, & ne legata minuantur, is autem accuſet codicillos, amittit legata in eo relicta, nec Falcidiam deducere ex legatis poteſt, quam accepit codicillis, & ſua temeritate amiſit. Qui enim ſua culpa damnum ſentit, damnum ſentire non videtur, vt lib.2.tit.3.c.103.

l *Heres ſciens.* Quære lib.35.tit.16.c.5.& 28.& lib.7.tit.5.c.100.& lib.10.tit.23.c.1.

m *Interfectum teſtatorem.* Cur penitus ignoranti hereditas aufertur, curue fructus poſt litem conteſtatam perceptos præſtat, cum ignorantibus necem defuncti aliove quo modo ruſticis ignoſcatur, vt Vlpianus ait tit.16.lib.35. Finge igitur, nec poſt litis conteſtationem ſcientem necem defuncti eam vindicaſſe, vel ſequutam eſſe culpam, qua ex re in caſum venit hereditas, non tamen actiones confunduntur, vt in eodem libro & titulo ait, & in aliis, maxime in 22.& 27.c.

n *Legatum.* Quære lib.44.tit.1.c.122.th.vlt.& 115.th.vlt.& tit.2.c.91.& vlt.& lib.35. tit.11.c. 2.& lib.41.tit.1.c.75.

o *Tacite.* Si non teſtamento vel codicillis, ſed priuata cautione vel chirographo promiſero reſtituere hereditatem incapaci.

p *Viro.* Simile lib.56.tit.2.c.27.& lib.35.tit.16.c.3.th.11.& ibi Innominatus.

q *Tutor.* Ita namque ſe defendet, coactum ſe à matre, aut veritum, ne ſi quid ex iure ſuo amitteret pupillus, ipſe teneretur.

r *Inofficioſum teſtamentum.* Cap.24.tit.34.huius lib. non permittit curatori falſi accuſare pupilli nomine, ſed ſuo nomine capite autem 29.tit.16.lib.35. cernes eum nomine pupilli agentem.

ſ *Inſcriptionem.* Quę ita cõcipitur. Ego promitto me libertũ illũ conuictũ falſi vel plagii vel cædis redditurũ. quęre lib.7.tit.16.c.vlt.& lib.37.tit.7.c.2. Nota eũ qui neceſſitate officii accuſat falſi, vel petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, nec amittere legata, nec vt calumniatorẽ notari.

t *Pupillus.* Qua ætate ipſemet accuſare poteſt, & quære lib.9.tit.3.c.45.& lib.49.tit.4.cap.13.& tit.1.c.23.huius lib.

u *In S.C. Turpilianum.* Quod eſt aduerſus calumniatores, & extat lib.60.tit 1.c.10. niſi manifeſto calumnietur. Quære tit.34.c.24.& ibi Thalelæi adnotationem.

x *Patronus.* In 5.cap. dixit patronum amittere legatum. Sed hic neceſſitas officii eum excuſat, ſicut patronum fiſci.

y *Non impugnat voluntatem.* Atquin ait lib.51.tit.4.c.30 quod ſi ſcriptus heres ex ſextante quaſi ab inteſtato de teſtamẽto quęſtionẽ faciat, & ab vno dimidiã partẽ hereditatis vindicet, nec obtineat, ac deinde agat aduerſus eundẽ de ſextante, repellitur exceptione rei iudicatę in dimidiã ſextãtis.

z *Non iure factum.* Vt quia teſtes in conſpectu eius non ſignauerint vel ſubſcripſerint.

a *Sed eius lucro cedit.* Id eſt heredis, & quære lib.56.tit.2.c.3.th.2.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus XLIII,

Sive Digestorvm Lib. xlviii. Tit. ix.

De lege Iulia qua intenditur aduerſus magiſtratus vel iudices vel adſeſſores [a] in iudicio furantes.

l. 1. in pr. ff. de l. Iulia repetundar. LEx [b] Iulia de repetundis aduerſus eos competit, qui pecunias accipiunt in magiſtratu, vel legatione [c], vel publico miniſterio [d], & eos qui ſunt ex cohorte cuius eorum.
§. 1. ¶ Poſſunt [e] tamen accipere à ſobrinis, & iis qui propiore [f] gradu ſunt cognatis, & ab vxore.

l. 2. Scævola. Competit autem & in heredes actio intra annum poſt mortem rei.

l. 3. Marc. Competit & in magiſtratum qui pecuniam accipit ob iudicandum vel decernendum, aut non decernendum.

l. 4. Venvl. Vel quo magis [g] aut minus [h] quid ex officio ſuo faceret.

l. 5. Legi etiam ſubiiciuntur adſeſſores magiſtratuum.

l. 6. Venvl. Et qui pecuniam acceperunt [i] ob teſtimonium dicendum vel non dicendum.
§. 1. ¶ Hac lege [k] damnatus neque teſtimonium publice dicere poteſt, neque iudicare, neque poſtulare.
§. 2. ¶ Qui delectum [l] exercitus habet, quive remittit exercitum, ob eam rem pecuniam accipere vetatur. Non oportet etiam accipere ob ſententiam in ſenatu conſiliove publico dicendum, neque ob accuſandum vel non accuſandum. Et vrbani [m] magiſtratus abſtineant omni ſorde, nihilque doni occaſione accipiant [n].

l. 7. in pr. Marc. Prohibitum eſt accipere ob iudicem dandum vel non dandum, mutandum vel non mutandum, iubendum iudicare vel non iubendum, ob hominem in vincula publica coniiciendum vel non coniiciendum, vel dimittendum, condemnandum ciuiliter aut criminaliter, vel abſoluendum.
§. 1. ¶ Et ab exceptis quidem perſonis in infinitum licet accipere, à prohibitis vero nihil quidquam.
§. 2. ¶ Non oportet redemptoribus publicorum operum reputari ſumptum vel curatoribus rei frumentariæ antequam opera perfecta probata, & ſecundum legem frumentum præſtitum ſit.
§. vlt. ¶ Pœna legis extraordinaria eſt, & plerunque [o] relegatione damnat, interdum [p] durius. nam ſi accepta pecunia vel calore quodam occiderit quis innocentem, capite punitur vel deportatur.

l. 8. in pr. Pavl. Si contra legem [q] quid donetur magiſtratui,
§. 1. ¶ vel vendatur [r] pluris aut minoris, neque venditio [s] valet, neque donatum vſucapi poteſt, antequam redierit ad donatorem vel heredem eius.

l. vlt. Papin. Qui mandatum publicum munus pecunia corruperunt, hac lege rei poſtulantur.

l. vn. C. ad l. Iul. de ambitu. [10] Ne [t] rurſus [u] fiat [x] Princeps vel Numerarius vel Commentarienſis, qui fuerit ſemel: ſed & ſi hac de re ſacrum reſcriptum impetrauerit deportetur, quaſi qui incidit in legem de ambitu. Lib. 9. Cod. tit. 26.

Digitized by Google

Lib. 9 Codicis tit. 27.

''Heres[y] ſordidi iudicis tenetur[z] lege repetundarum. l. 2. C. ad l. Iul repetund.

''Constitvtio vult ab omnibus iudices de furto[a] vel qua alia improbitate accuſari, vel interea dũ iudices ſunt, vel poſtquam deſierint eſſe. l. 4.

''Si procurator[b] vel præpoſitus gynæcio, vel ſuſceptor, vel tabularius, vel colonus, vel domeſticus, vel quicunque à Comite domorum cõcutiatur, intra annum numerandum ex eo tempore quo is adminiſtrationẽ depoſuerit[c], adeat Comitem rerum priuatarum, dataque repetat[d], vt ea reddita cedant rationũ reliquis, quæ is qui conceſſus eſt debet. At ſi prędictum tempus exierit, ſileat, nec vllam in poſterum quęſtionẽ moueat, & reliqua ſiue debita ſine vlla compenſatione publicæ rationi inferre cogatur. l. 5.

a *Vel acceſſores.* Ex omnibus qui eſculenta accipit, ſordide verſari non videtur.

b *Lex Iulia.* Ad eas pecunias hęc lex pertinet, quas quis accepit in magiſtratu vel poteſtate conſtitutus, vel curatione publicarum rerum, vel legatione, vel officio, vel munere, vel miniſterio publico, vel in cohorte apparente eiuſmodi magiſtratibus. Excipit autem lex à quibus licet accipere, conſobrinos, & eos qui propiore gradu ſunt & vxores.

c *Vel legatione.* Ab hoſtibus, vt falſa narret ei qui miſit.

d *Vel publico miniſterio.* Forte miſſus eſt aliquis à Principe, vt ſcrutetur quid exigat ve, is vero pecunia corruptus miniſterium ſibi iniunctum corrupit, non curauit.

e *Poſſunt tamen.* Vt exactores forte à Principe miſſi aliquo, vbi & cognati quidam eorum ſunt.

f *Qui propiore gradu.* Tunc enim non pecunia corrumpi, ſed honorari videtur à cognatis.

g *Vel quo magis.* Didiciſti ex 23. c. 3. tit. 7. lib. non omnes iudices parem iuriſdictionem habere, ſed alios quidem vſque ad aureos 200. alios vſque ad 300. alios de minoribus, alios de amplioribus iudicare. Si igitur in cauſa 100. aureorum officium habens iudicandi pecunia corruptus in maiorẽ ſummam ſe iudicem conſtituerit, tenetur. ac ſimiliter ſi pecunia corruptus alterius prouinciæ homines iudicauerit, tenetur.

h *Aut minus.* Quære lib. 7. tit. 3. c. 13. 24. & tit. 5. c. 40. th. 2.

i *Qui pecuniã acceperunt.* Quẽadmodũ ii ciuiliter puniãtur didiciſti tit. 1. Hic vero criminaliter.

k *Hac lege damnatus.* Eadem lege cauetur ne quis accipiat pecuniam ob militem legendum, vel ſententiam in ſenatu conſiliove publico dicendam, vel ob accuſandum, aut non accuſandum.

l *Qui delectum, &c.* Promotus ad militem legendum, vel mittendum.

m *Vrbani magiſtratus.* Romæ magiſtratus.

n *Accipiant.* Hoc dixit propter perſonas cognatorum, & alimenta, vt c. 1. Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Plus quam aureos 100. toto anno.

o *Plerunque relegatione damnat.* Cum non accepit ob condemnandum aliquem capitali pœna.

p *Interdum durius.* Pro modo delicti.

p *Si contra legem.* Ob aliquam ex prædictis cauſis.

r *Vel vendatur pluris.* Quid enim ſi ſiſti iuſſus & iniuria affectus à iudice ei donaui aut vendidi, nec enim dices me ei donaſſe ob iudicandum, vt ne prodat mihi iura aduerſarii mei. Quære lib. 24. tit. 2. c. 1. & 2. & lib. 50. tit. 1. c. 47. circa medium. & lib. 10. tit. 2. c. vlt. & lib. 6. tit. 3. c. 37.

ſ *Neq; venditio valet.* Quære lib. 56. tit. 2. c. 46. th. 3 de quo dicitur præſidem prouinciæ vel quo alio modo prouinciã adminiſtrantem nihil ne per interpoſitam perſonam quidem emere, & irrita venditione facta rem vindicari, & pretium fiſco inferri. adminiſtranti quoque prouinciam non licere in ea nauem ædificare. & lege vlt cap. 3. tit. 6. lib.

t *Ne rurſus, &c.* Theod. Lege Iulia de ambitu tenetur qui idem officium poſteaquam impleuit retractat. Idem lib. 12. tit. 21. Conſt. 1. & tit. 57. Conſt. 14. vbi ait eum deportari, licet extorſerit hac de re diuinam iuſſionem.

u *Rurſus.* Sæpe enim dum vitat ſolutionem eorum quæ debet ex adminiſtratione, dat operam, vt rurſus in eodem officio conſtituatur.

x *Fiat princeps.* Dationibus & interceſſionibus. quære lib. 6. tit. 32. c. 2.

y *Heres ſordidi iudicis.* τὸ κατὰ πόδας, Sciant iudices ſuper admiſſis propriis pœnam eſſe petendam. Nota quando ex delicto actio competat in heredes. quia rei perſecutionem continet læſo heres tenetur. Nota quod & pœnam legis, hoc eſt quadruplum, dicit in heredem tranſmitti, quære cap. 1. & tit. 41. c. 12.

z *Tenetur lege repetundarum.* Quære tit. 1. c. 1. 24. th. 4 & lib. 7. tit. 4. c. 6. th. 2.

a *De furto.* Quid enim ſi venalem ſententiã habuit, vel ex animi cupiditate pronuntiauit? Nota hoc nomine eum teneri, licet adhuc ſit præſes prouinciæ.

b *Si procurator.* Procurator adminiſtrans poſſeſſiones ſub Comite domorum. Eſt autem hic in Cappadocia ſubiectus Comiti priuatarum.

c *Adminiſtrationem depoſuerit.* Nota hanc Conſtitutionem nolle, vt Comes domorum quãdiu hac adminiſtratione fungetur, accuſari poſſit. Nota item quãdo crimẽ de repetũdis anno finiatur.

d *Dataque repetat.* Nota quod non quadruplum ſed quæ dedit omnia recipit.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus XLIV,

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVIII. TIT. XII.

De lege Iulia de annona.

MARCIANVS.

l.1.ff. de l. Iul. de annona. SERVVS accuſat dominum fraudatæ publicæ annonæ.
VLP. Hæc lex in eum intenditur qui contra anno-
l.2. nam facit, vel ſocietatem coit, quo ea pluris væneat [a],
§.vlt. ¶ & pœnam in eos ſtatuit 20. librarum auri [b].
l.vlt. PAP. Non coguntur [c] qui Remp. adminiſtrant ci-
§.1. uibus [d] viliori pretio [e] frumentum vendere, ¶ non li-
§.vlt. cet etiam eis pretia frumenti ſtatuere. ¶ Mulieres quoque hac lege a-
gunt [f], licet [g] non ſoleant hoc genus nuntiationis exercere.

a *Pluris vaneat.* Vt quia retinet nauem, vel nautas, vel differt venditionem, vt carior fiat venalium negotiatio.

b *20. librarum auri.* Cyrillus & Index, 10. aureorum.

c *Non coguntur.* Si nondum hæc conſuetudo inualuerit. & quære lib. 16. tit. 1. c. 27. th. 4.

d *Ciuibus.* Quære lib. 54. tit. 1. c. 7. & tit. 10. c. 51

e *Viliori pretio.* Quam publice ematur & vendatur. quære lib. 53. tit. 7. c. 1.

f *Hac lege agunt.* Quia enim annona abundare, & eſſe quæ proficiant annonæ publicę, omnibus conducit & ad ſingulorum vtilitatem commodumque refertur, ideo recte mulieres accuſant eos qui annonæ inſidiantur. Videntur enim ſuam iniuriam perſequi, vt tit. 34. ca. 26. nec inſcriptio ab eis exigitur, vt c. 34. eiuſdem tit. Nota mulieres poſſe accuſationem inſtituere aduerſus eos qui inſidiantur annonæ publicæ, licet non ſoleant crimina publica intendere ſiue denuntiare.

g *Licet non ſoleant.* Sic oportebat, Mulieres quoque de annona crimen nuntiant, quanuis mulieres prohibeantur in aliis criminibus facere hoc genus nuntiationis.

Titulus XLV,

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVIII. TIT. XIII.

Lex Iulia contra peculatores, & de ſacrilegis, & de pecuniarum publicarum furibus.

VLPIANVS.

l.3. ff. ad l. Iul. pec. & de ſacril. & de reſid. l.1. POENA peculatus deportatio eſt, & inducit totius prioris ſtatus mutationem, & amiſſionem bonorum.
LEGE Iulia peculatus aduerſus eum agitur qui [a] ex ſacris vel monumentis vel publicis pecuniis aufert, vel in rem ſuam vertit, præter ea quæ lege conceſſa ſunt [b], vel qui dolo malo curat, vt quid horum fiat, vel qui publico auro vel argento æs miſcet, vel quid aliud quo peius fiat.

l.2. PAVL. Lege de reſiduis tenetur qui publicam pecuniam accepit in vſum aliquem nec in eum impendit, ſed in alium vſum retinuit.

Digitized by Google

IDEM. Lege[c] de reſiduis tenetur qui ex locatione, vel emptiõne, vel l.3.
annõnæ ratione pecuniam debet, qua damnatus amplius tertia[d] parte
quam debet præſtat.

MARC. Lege peculatus tenetur qui pecuniam ſacram vel ex monu- l.4.in pr.
mentis aufert, ¶ vel id quod donatum eſt Deo. ¶ Pecuniam ſepelire non §.1. §.6.
licet. itaque in monumentis inuentæ pecuniæ non ſunt religioſæ. ¶ Is §.vlt.
etiam qui res[e] ciuitatis ſubripit, lege peculatus tenetur.

IDEM. Si priuatorum res ex ęde ſacra auferantur, non eſt ſacrilegium, l.5.
ſed furti actio competit.

IDEM. Qui monetam[f] cudunt ſi extrinſecus ſibi nummos faciant vel l.6. §.1.
factos furentur, non videntur adulterinam monetam facere, ſed depor-
tantur. ¶ Qui ex metallis Cæſaris furatur aurum vel argentum, exilio aut §.2.
metallo punitur pro qualitate perſonarum. Qui vero ſubreptum ab alio
ſuſcipit, ſimilis eſt damnato furti manifeſti actione in duplum, & famo-
ſus efficitur. Qui autem illicite aurum ex metallo habuerit & conflaue-
rit, in quadruplum condemnatur.

VENVL. Condemnatio eorum qui publicam vel ſacram pecuniam l.7.
abſtulerunt, hoc eſt, deportatio poſt quinquennium quam crimen ad-
miſſum eſt, non infertur.

IDEM. Deportationi obnoxius eſt qui tabulam æream legem conti- l.8.
nentem vel cenſum vel quid aliud aufert, vel quid inde immutat, ¶ & §.1.
qui in publicis tabulis deleuit aliquid vel induxit.

SI EXtraneus auferat publicam vel ſacram pecuniam, deportationi l.9. §.2.
ſubiicitur, non etiam ſi is cui eius pecuniæ cuſtodia credita eſt, eam au-
ferat. ¶ Is etiam deportationi ſubiicitur, qui ſe fiſci creditorem ſimulat, §.3.
& quod ei debetur petit, licet pecuniam priuatam accipiat. ¶ Qui traii- §.4.
cit pecuniam publicam vel quo alio modo eius periculum ſuſtinet, de-
portationis condemnationem nõ committit. ¶ Deportationi obnoxi- §.5.
us eſt, qui iniuſſu eius qui ei rei præerit tabularum publicarum inſpici-
endarum deſcribendarumque poteſtatem fecerit. ¶ Si quis[i] cum in pro- §.vlt.
uinciam abiret pecuniam quæ penes ſe eſſet fiſco profeſſus ſit, non tene-
tur lege de reſiduis, ſed priuatus eſt fiſci debitor, & exigitur ab eo pecu-
nia vel corporis retentione vel pignoris capione vel multę dictione. Poſt
annum vero lege de reſiduis tenentur[k].

MARC. Hac lege tenetur qui in publicis tabulis minus ſcripſit quàm l.10.in pr.
coegerit ex locatione[l] vel venditone, vel qui aliud quid commiſit. ¶ De- §.1.
portatur[m] etiam is qui includit hominem in arcam, eamque deponit in
templo, ſi is arca exiens ex templo quædam ſubripiat.

QVI in ſacrarium ingreſſus noctu vel interdiu ſacrorum aliquid in- l.11.§.2.
de aufert, excæcatur, qui vero extra ſacrarium ex templo aufert, verbe-
ratus & tonſus in exilium mittitur.

VEP. Peculatus lege tenetur qui perforat[n] murum, vel ex eo aliquid l.11.in pr.
aufert.

MARC. Si exigam ab eo qui mihi & fiſco debet, non teneor lege pe- l.12.
culatus[o], nec enim ſunt publicæ pecuniæ quas accipio.

QVI prædam[p] ab hoſtibus captam aufert, lege peculatus tenetur in l.13.
quadruplum. PAPIN.

l. vlt. PAPIN. Lex peculatus & reſiduorum & repetundarum in heredes [q] competit. quia in eis eſt quæſtio de pecuniis ablatis.

l. vn. d crim. pecul. 15 SI magiſtratus [r] tempore adminiſtrationis publicam pecuniā [s] ſubripuerint, tam ipſi capitali [t] pœna tenentur, quam qui in ea re miniſterium eis præbuerunt, & qui ſubreptas ab eis pecunias ſuſceperunt. Lib. 9. Codicis tit. 28.

l. 1. C. d. crim ſacrilegii. 16 QVI diuinæ [u] fidei ſanctitatem aut neſciendo conuellunt, aut negligendo violant & offendunt, ſacrilegium [x] committunt. Lib. 9. Codicis tit. 29.

l. 2. 17 QVI eum qui confugit ad ſanctiſſimam eccleſiam ſua auctoritate abſtrahit [y], verberatus & tonſus in perpetuum exilium mittitur.

l. 3. 18 QVÆRERE [z] an dignus magiſtratu ſit is cui princeps mandauit, ſacrilegium eſt.

l. vlt. 19 SI prouincialis [a] à principe petat, vt magiſtratum gerere poſſit in ſua prouincia, ſacrilegii tenetur, niſi vltro eū princeps magiſtratū fecerit.

a *Qui ex ſacris.* Si ſit extraneus nō cuſtos. hic enim vel minimum lege de reſiduis tenetur. Lege Inſtit 4. tit vlt finem, quo ait lege de reſiduis puniri eum qui adminiſtrat pecunias ciuitas & reliqua non reddit.

b *Conceſſa ſunt.* Veluti ſtatutas conſuetudines vel annonas.

c *Lege de reſiduis tenetur.* Lege de reſiduis tenetur is apud quem ex locatione vel emptione vel ex frumentaria ratione vel ex pecunia quam accepit, vel ex qua alia cauſa ciuitatis pecunia reſedit. Sed & ſi quis publicam pecuniam in vſu aliquo acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur, qua damnatus amplius quam debet tertia parte præſtare cogitur.

d *Amplius tertia parte.* Hoc eſt reddita pecunia quam depeculatus eſt, quantū facit eius pecuniæ tertia pars, tantum ex ſuis bonis præſtat pœnæ nomine.

e *Qui res ciuitatis ſubripit.* Extraneus & generaliter inops, & ſubripiens, nec habens animū ſubripiendi res ciuitatis. Nam ſi cuſtos fuerit habes 82. cap. 12. tit.

f *Qui monetam cudunt* Qui dū operantur in moneta publica extrinſecus ſibi ſignant nummos ſigno publico, vel publicos ſignatos furantur, non videntur falſā monetam feciſſe, ſed furtum publicæ monetæ, quod qui committit in crimen peculatus incidit.

g *Vel cenſum.* Qui formam agrorum fixam certo loco aufert.

h *Deportationis condemnationem* Id eſt peculatum. Sed tenetur de reſiduis.

i *Si quis cum in prou.* Si quis abiens in prouinciam & pecuniam apud ſe habens profeſſus ſit eam apud ærarium quaſi debitor, & retinuerit, nō tenetur crimine de reſiduis: quia eam fiſco debet, ſed ſcribemus eum inter fiſcales debitores. & qui conueniendi poteſtatem habet exiget ab eo eam pecuniam, vel pignus capiendo, vel corpus retinendo, vel mulctando. ſed hæc quidem intra annū, poſt annum vero niſi reddat pecuniam crimine de reſiduis tenetur propter eam pecuniam.

k *Lege de reſiduis tenetur.* Si intra annum eam fiſco non reddiderit.

l *Ex locatione.* Publicarum rerum.

m *Deportatur etiam.* Seuerus & Antoninus, clariſſimum quēdam iuuenem, cum inuentus eſſet arcam in templo deponere, & in ea hominem includere, qui cluſo templo exiret arca & ex templo multa ſubriperet, & ſe in arcam iterum referret, in inſulam deportauerunt.

n *Qui perforat murum.* Quære tit. 36 cap. 11. them. 2. & lib. 46. tit. 3. cap. vlt.

o *Teneor lege peculatus.* Quia nihilominus manet debitor fiſci. licet ab eo meū debitū exegerim.

p *Qui prædam.* Nota ſpeciale in præda, eum qui ex ea aufert aliquid pecuniariter puniri in quadruplum, non etiam criminaliter in deportationem, quaſi peculatus in eum inſtituta accuſatione.

q *In heredes competit.* Nec immerito, cum in his criminibus ablatæ pecuniæ principaliter quæſtio moueatur intra annum numerandum à morte rei.

r *Si magiſtratus.* THEOD. Magiſtratus qui ob ſubreptam pecuniam publicam lege Iulia peculatus tenetur. capite punitur vna cum miniſtris. Memineris 13 Conſt. 40. tit. 1. lib. & lege 12. tit. 1. Conſt. 12. & No. de præſidibus & No. de peculatu & No. 124. Capite punitur, id eſt, caput ei amputatur, vt Anatolius ait.

ſ *Publicam pecuniam.* Siue fuerint nummi, ſiue aliæ res ciuiles. Quid enim (quod ſæpe factū ſcimus) ſi iuſſerit operum redemptorē ſtatuas deferre, quaſi volens eas operi imponere, & furatus ſit, tenetur pœna Conſtitutionis.

t *Capitali pœna.* No. 105 Imperatoris Dn. Leonis abrogato veteri capite conſtituit nec magiſtratum, nec miniſtros capite puniri. ſed magiſtratum quidem pelli magiſtratu, & in duplum reddere ſubrepta: miniſtros autem, ſi ſoluendo ſint, eadem pœna; ſin minus, verberibus & ignominioſa tonſura & exilio coerceri.

u *Qui diuinæ fidei.* Qui piam Chriſtianorum fidem vult conuellere, puniatur, vt ſacrilegus. Memineris 4. Conſt. 3. tit. & 5. & 7. Conſt. 12. tit. 1. lib.

x *Sacrilegium committunt.* Ecce, ex hac Conſtitutione poſſunt hæretici omnes ſacrilegio ſubiici, niſi fuerit alia lex quæ ſpecialem magis in eos conſtituat pœnam.

Digitized by Google

y *Abſtrahit.* Tit. 54. c. 21. conciliantes quidam cum præſenti, referunt illud quidem loqui de ciuili pœna: hoc vero de criminali. Veritas tamen ita ſe potius habet, hanc pœnam in eos duntaxat conſtitui qui abſtrahunt confugas: illam vero in eos qui vi inuadunt aliorum epiſcopatuum prædia eccleſiaſtica, & producunt ſuos fines, vel alio quo modo Eccleſiæ priuilegia contemnunt. Priuilegia autem inuenies lib 5. tit. 3. capitibus diuerſis, & lib 13. tit 1. c. 3.

z *Quærere an dignus* THEOD. Sacrilegium committit qui electioni vel iuſſioni Principis repugnare conatur. *Iudicio.* Hinc definire potes dubitantem de imperiali iudicio ſacrilegii teneri.

a *Si prouincialis.* THEOD. Qui petit à principe, vt in ſua patria magiſtratum gerat, cenſetur ſacrilegus. Sed ſi princeps non exoratus eum iubeat in ſua ciuitate magiſtratu fungi, nihil eſt periculi. Memineris 1. Conſt. 41. tit. 1. lib. *Ciuis.* licet in ea prouincia natus non ſit, ſed vt ciuis in ea habitet, prohibetur eius prouinciæ magiſtratu fungi.

b *In ſua prouincia.* Quære lib. 10. tit. 35. c. 38. 39. & lib. 6. tit. 1. c. 63. & tit. 24. c. vlt. & lib. 57. tit. 2. cap. 22.

Titulus XLVI,

SIVE DIGESTORVM LIB. XLVIII. TIT. XIV.

De lege Iulia in ambitioſos.

MODESTINVS.

SI QVIS[a] in municipio aliquo, captato populi fauore magiſtratus vel ſacerdos[b] fiat, condemnatur in aureos 100, & infamis fit. ¶ Sed ſi alium conuicerit, in integrum reſtituitur, non tamen pœnam recipit[c]. ¶ Eadem pœna tenetur qui nouum vectigal inſtituit. ¶ Reus quoque vel accuſator qui domum iudicis ingreditur, 100 aureos fiſco infert. — l. vn. §. 1. ff. de l. Iulia ambitus. §. 2. §. 3. §. vlt.

a *Si quis in municipio.* Hæc lex hodie ceſſat, quia Principis prouidentia magiſtratus creatio fit, non ſuffragio populi. ſed ſi in municipio contra hanc legem fiat aliquis magiſtratus vel ſacerdos ambitu populi, in centum aureos damnatur, & infamis efficitur. Quod ſi damnatus hac lege alium conuicerit eiuſdem criminis reum, reſtituatur ei exiſtimatio, non recipiet tamen centum aureos. Eadem pœna tenetur qui nouum vectigal inſtituit. Sed & ſi quis reus vel accuſator publico iudicio domum iudicis ingrediatur, in eandem legem incidit, hoc eſt, centum aureos fiſco inferre cogitur.

b *Vel ſacerdos fiat.* Quære lib. 54. tit. 5. c. penult. & lib. 38. c 7 tit. 1. & Antiquum.

c *Non tamen pœnam recipit.* Pœna enim ſoluta non repetitur, vt lib. 24. tit. 6. cap. 42. & lib. 35. tit. 5. c. 3. them. 7.

Titulus XLVII,

SIVE DIGESTORVM LIB. XLIII. TIT. XXIX.

De libero homine reſtituendo.

VLPIANVS.

AIT Prætor[a], Quem liberum dolo malo retines, reſtituas. — l. 1. in pr. ff. de lib. hom. exhib.

VENVL. Nihil enim differunt à ſeruis ii qui non poſſunt recedere. — l. 2.

VLPIAN. Præter interdictum eſt etiam lex Fabia de plagiariis, nec vnum iudicium ab alio conſumitur[b]. Et poteſt alius interdictum habere, alius actionem legis Fabiæ. ¶ Siue pubes[c], ſiue mulier, ſiue filiusfamil. ſit is qui retinetur, ſiue — l. 3. in pr. §. 1. & 2.

ſiue non (modo ſit liber) ſiue plures, locus eſt interdicto, non etiam ſi fi-
lium qui eſt in poteſtate mea retineam, quia dolo non facio [d] dum meo
§.3. iure vtor. ¶ Si quem redemi ab hoſtibus retineam, non accepto pretio [e],
non teneor. Sed ſi accepto pretio eum non dimiſero, vel ſi pretio non
§.4. accepto dimiſero [f], & rurſus retinuero, teneor. ¶ Quamuis [g] filium meum
emancipatum retineam, non teneor propter genuinam pietatem, niſi
euidens appareat dolus. Idem eſt ſi libertum meum, vel alienum, vel no-
xæ mihi deditum [h] retineam: qui enim iuſta ex cauſa retinet, dolo non
§.5. facit. ¶ Qui retinet [i] volentem, dolo non facit, niſi calliditas [k] vel ſolli-
§.6. citatio arguatur. ¶ Si ignorauero [l] me habere liberum, dolo non facio,
§.7. niſi poſteaquam cognoui retinuero. ¶ Quod ſi dubitem de ſtatu, agen-
da potius eſt ſtatus cauſa. quia interdictum competit de iis qui ſine con-
trouerſia liberi ſunt, & cauſæ ſtatus præiudicium fieri non oportet [m].
§.8. ¶ Exhibere [n] eſt producere in publicum locum, ita vt videndi & tangen-
§.9. & 10. di eius volenti pateat copia, & ſimpliciter extra ſecretum habere. ¶ Cu-
ilibet [o] interdictum competit niſi ſuſpectus ſit, quia forſitan colludit
§.11. aut calumniatur. ¶ Mulieri etiam & pupillo competit pro cognato vel
parente vel adfine: nam & crimina inſtituunt propter ſuorum iniuri-
§.12. as. ¶ Si plures [p] ſint qui experiri velint, eliget prætor eum, ad quem
§.13. maxime res pertinet, vel idoneiorem ex genere, fide, dignitate. ¶ Si
vnus [q] egerit, alius non aget, niſi priorem præuaricatum approbetur,
idem enim & in criminibus obtinet. Sed ſi liberum dimittere damna-
tus, præſtet æſtimationem [r] litis, etiam ſæpius conueniri vel ab eo-
§.vlt. dem vel alio poteſt. ¶ Si abeſt is qui aliquem retinet, & non defenda-
tur, in poſſeſſionem miſſionem ſuſtinebit. Hoc interdictum perpe-
tuum eſt.

l.vlt.in pr. VENVL. Si liberum [s] ignorantem ſuum ſtatum retineam, etiam ſi abſ-
§.1. que dolo, me oportet eum exhibere. ¶ At non teneor ſi ignorans liberũ
§.2. pro ſeruo emero. ¶ Nec [t] modicum tempus [u] differri oportet exhibitio-
nem liberi hominis, quem habet quis, quia & pro præterito facto pœnæ
§.vlt. ſubiicitur. ¶ Creditor [x] non agit in eum qui debitorem retinet, ſed in
bona eius mitti poteſt.

a *Ait Prætor, Quem liberum dolo malo retines, reſtituas.* Hoc interdictum tuendæ libertatis cauſa propoſuit Prætor, ne homines liberi à quoquam retineantur inuiti: nec enim multum à ſpecie ſeruitutis diſtat, retineri ab eo liberum, & non habere libertatem recedendi cum voluerit. Hoc vero etiam lex Fabia proſpexit. nec interdicto cõſumitur executio legis Fabiæ. & interdicto vti quis poteſt, & nihilominus inſtituere crimen legis Fabiæ: & contra, prius inſtituta accuſatione legis Fabiæ experiri hoc interdicto, præſertim ſi alius egerit interdicto, alius agat lege Fabia.

b *Ab alio conſumitur.* Nam & interdicto vti quis poteſt, & nihilominus Fabiæ legis crimen intendere. Interdictum enim liberum exhiberi poſtulat. Criminali autem iudicio de pœna agitur. Itaque aliud alio non conſumitur, & nihil refert quale prius inſtituatur.

c *Non accepto pretio.* Hæc verba prætoris, Quem liberum retines, ad omnes liberos pertinent, ſiue pubes eſt, ſiue impubes, ſiue maſculus ſiue fœmina, ſiue vnus, ſiue plures, ſiue ſui iuris, ſiue alieni iuris: hoc enim tantum ſpectamus an liber ſit. Is tamen qui filium ſuum quem habet in poteſtate retinet, hoc interdicto non tenetur. quia non videtur dolo malo eum retinere.

d *Quia dolo non facio.* Vt lib. 2. tit. 3. capit. 55. quo ait, non videri dolo facere eum qui ſuo iure vtitur.

e *Non accepto pretio.* Hic ſi non præſtiterit pretium quo redemptus eſt, poſt quinquennium liberatur, vt lib. 34. tit. 2. c. 5. 15. & vlt.

f *Dimiſero.* Remittens ei pretium.

g *Quamuis filium, &c.* Si quis filium ſuũ quẽ non habet in poteſtate retineat, plerunq; ſine dolo facere videtur. Pietas enim genitoris facit eum ſine dolo retineri à patre, niſi ſi euidenter probetur filium emancipatum dolo patrem retinere. Idem dicimus & ſi quis ſuum libertum retineat,

vel alienum, vel noxæ deditum: & generaliter qui iuſtam cauſam habet liberi hominis apud ſe retinendi, non videtur dolo malo facere.

h *Mihi deditum retineam.* Vt ſi Petrus deceſſerit Paulo herede relicto & rogato Stichum ſeruum manumittere, ſi nauis ex Aſia veniret, Stichus vero pendente conditione in legem Aquiliam conmiſerit & noxæ deditus ſit, ac deinde cum retineretur pro noxa, conditio libertatis extiterit, ignorante forſitan & eo qui retinebat, & eo qui retinebatur.

i *Qui retinet volentem.* Si quis volentem liberum retineat, non male eum retinet. Sed quid ſi volentem quidem retineat, ex calliditate tamen ſua circunſcriptum, vel ſeductum, vel ſollicitatum, nec bona aut probabili ratione hoc facit? Tunc recte dicetur dolo malo eum retinere.

k *Niſi calliditas.* Hoc eſt, niſi ab initio deceptus volens in domum eius venerit, & retineatur inuitus.

l *Si ignorauero.* Is qui neſcit apud ſe eſſe liberum, dolo caret. Sed ſi poſteaquam ſciuit, retineat eum, non caret dolo. Quod ſi dubitet quis vtrum liber ſit an ſeruus is quem detinet, & ſi de ſtatu ei controuerſiam faciat, tunc recedimus ab hoc interdicto, & mouetur iudicium ſtatus. etenim recte placuit tunc demum locum eſſe huic interdicto, cum quis pro certo eſt liber: quia ſi quæratur de ſtatu, non oporret præiudicium fieri alienæ cognitioni, hoc eſt, iudicaturo de ſtatu.

m *Præiudicium fieri non poteſt.* Hoc eſt, cùm dubitatur an ſit liber, non debet intendi interdictũ de liberis exhibendis, & ceſſare cauſa ſtatus: nam ſi ceſſet, hoc præiudicare eſt.

n *Exhibere.* Ait Prætor, Exhibeas liberum quem inuitum retines. Exhibere eſt in publicum locum aliquem producere, ita vt cuiuis liceat eum videre & tangere. proprie autem exhibere eſt, non in ſecreto habere. quære lib. 15. tit. 4. c. 1. & lib. 2. tit. 2. c. vlt.

o *Cuilibet interdictum.* Hoc interdictum omnibus competit: nemo enim prohibetur libertati fauere. Cauſa tamen cognita ſuſpectas perſonas remouemus hoc interdicto, ſi forte talis ſit perſona eius qui agere vult, quam veriſimile ſit colludere vel calumniari. Quod ſi mulier vel pupillus velint hoc interdicto agere, pro cognato vel parente vel adfine ſolliciti, dabitur eis. nam & publicis iudiciis mulieres vti poſſunt, ſi ſuas vel ſuorum iniurias exequantur. Nota mulierem poſſe agere pro cognato libero homine ab aliquo dolo retento, & omnes admitti ad hanc actionem in eum qui retinet librum, nec à ſe patitur recedere, ſiue mulier ſit, ſiue pupillus, modo pro cognato agant.

p *Si plures ſint.* Si plures ſint qui velint hoc interdicto experiri, eligat prætor eum ad quem maxime pertinet, vel idoneiorem. optimum autem eſt ex cognationis coniunctione, & fide perſonarum & dignitate præponi eum quem agere oporteat.

q *Si vnus elegerit.* Si tamen poſteaquam hoc interdicto alius egit alius iterum agere velit, palam eſt, eum non facile admittendum eſſe, niſi prioris actoris perfidia doceatur. Itaque non plus quam ſemel hoc interdictum mouetur, niſi cauſa cognita rurſus datum ſit: nam & publica iudicia nõ plus quã ſemel mouentur, niſi prior accuſator præuaricationis damnatus ſit. Si tamen reus condemnatus hoc interdicto malit æſtimationem litis præſtare, quam hominem exhibere, non eſt iniquum ſæpius aduerſus eum eandem perſonam interdicto vti, non oppoſita ei præſcriptione rei iudicatæ, vel aliam. Nota in publicis criminibus non colluſorie agente, ceteros excludi. idem eſt & in popularibus actionibus vt lib. 12. tit. 5. c. 30. th. 3. & in fiſcalibus actionibus. vt lib. 51. tit. 3. c. 9.

r *Damnatus præſtet æſtimationem.* Hoc eſt, emat litem, vt ne actori exhibeat.

ſ *Si liberum.* Et ſi ignorantem ſuum ſtatum liberum hominem retineat quis, attamen dolo malo retinet, nec tenetur. Trebatius quoq; ait non teneri interdicto eum, qui liberum hominem bona fide pro ſeruo emptum retinet.

t *Nec, &c.* Nullo tempore dolo retineri homo liber debet, adeo vt quidam putauerint, nec modicam dilationem ad eum exhibendum dandã, hoc eſt, non habere eum quatuor menſes datos iudicato dilationis cauſa. quia & ideo pœna ab eo exigitur quod preterito tempore eum retinuerit.

u *Nec modicum tempus differri oportet.* Poſt condemnationem forte quatuor vel tres menſes. quære lib. 48. tit. 8 c. 19.

x *Creditor non agit.* Qui vult agere non vt exhibeatur quaſi liber, ſed vt ab eo debitum recipiat.

Titulus XLVIII,

Sive Digestorvm Lib. XLVIII. Tit. XV. ff. II:

Lex Fabia de plagiariis.

Vlpianvs.

l. 1. in pr. ff. de l. Fab. de plag. §. 1. §. vlt.

Dominvs [a] abſentem ſeruum vendere poteſt, non fugitiuum [b]. ¶ Recte autem mandat fugitiuum requiri, & emptum haberi, vel alii vendi, ¶ qui enim fugam ſeruorum ſuorum vendunt, legi ſubiiciuntur.

Marc.

Digitized by Google

L4. §.1. MARC. Exemplo [c] legis Aquiliæ [d], locus eſt legi de plagiariis, etiam mortuo eo propter quem quis tenetur.

in pr. ¶ Qui bona fide alienum ſeruum poſſidet, vel eum ſe voluntate domini habere exiſtimat, legi non ſubiicitur.

L.5. MODEST. Qui [e] alienum ſerum ſuſcepit, & celat, non euitat pœnam [f] per cauſam litis quam de proprietate acturus ſit, ſed [g] præſtat eum cum alio ſimili [h] aut 20 aureis. quoties autem eum ſuſceperit, toties augetur pœna. Prætermiſſum eſt 4. &

L.6. in pr. CALLISTR. Non omnis [i] qui tenetur [k] furti actione ob ſubreptum ſeruum alienũ, & plagiarius eſt. Iudex igitur de hoc ex cauſa cognoſcet. ¶ Si
§.1. fugitiui apud me inueniantur, qui ſeruitia ſua mihi locauerint vt paterentur, non ſum plagiarius, præſertim ſi & apud alios id fecerint. ¶ Qui
§.2. ſeruo alieno perſuadet vt fugiat, vel qui eum celat, aut vinctum habet ignorante vel inuito domino, aut qui dolo emit [l], lege de plagiariis tenetur.

L.vlt. POENA plagii pecuniaria non eſt, ſed qui in hoc crimen inciderint, pro modo delicti coercentur, & plerunq; in metallum dantur.

L.1. C. ad l. Fab. de plag. [8] QVI dicit [m] aliquem ſeruum ſuum habere, poteſt cum reo in rem experiri, & relata victoria, ſi quidem ſeruum ſollicitaſſe dicatur, de plagio agere: ſi vero eum rapuiſſe dicatur, actione Vi bonorum raptorum. Lib. 9. Cod. tit. 20.

L.2. [9] QVI [n] ſeruum ſuum aliquem ſuſcepiſſe dicit, & ſollicitaſſe vt fugeret, vel de plagio agit, quam actionem per ſe [o] cogitur exercere; vel de ſeruo corrupto, quam [p] per procuratorem exequi poteſt.

L.3. [10] PLAGII pœna [q] poſt inſcriptionem [r], & quæſtionem, & condemnationem infertur.

L.4. [11] PROCVRATOR [s] Cęſaris non poteſt cognoſcere de plagio.

L.5. [12] MVLIER [t] de fratre ſuppreſſo lege de plagiariis experiri [u] poteſt.

L.6. [13] SERVVM [x] fugitiuum neq; vendere quis poteſt, neq; donare, neq; emere, ſed qui horum quid fecerit, tenetur lege de plagiariis [y], excepto [z] coherede. nam coheredes neceſſe eſt in diuiſione communiũ rerum de ſeruo fugitiuo paciſci cuius ſit. Poteſt & ita venditio fieri ſub conditione, Si inueneris [a], emptus tibi eſto tot aureis.

L.8. [14] PROBARI prius oportet quis ſerui dominus ſit, ac deinde plagii crimen [b] intendi à domino aduerſus ſollicitatorem.

L.9. [15] QVI mancipium alienum celat [c], lege de plagiariis tenetur.

L.10. [16] QVI emit à plagiario [d], ſi delicti ſocius nõ ſit, nullo crimine [e] tenetur.

L.11. [17] SI LIBERUM [f] corpus plagio abducatur & vendatur, non fit [g] ſeruum.

L.12. [18] SI QVIS ſuſceperit ſeruum cum rebus furtiuis, & ſerui nomine tenetur quaſi plagiarius, & rerum quaſi fur [h].

L.13. [19] PLAGII crimen publicum eſt.

L.14. [20] SI QVIS [i] vel ſeruos [k] ſuos dicat, eos ſcilicet qui plagio abducti ſunt, vel liberos eos eſſe confiteatur, non tenetur lege de plagiariis, ſi motus iuſta ratione hoc fecit, non commiſſi celandi cauſa.

L.15. & vlt. [21] QVI liberum ſciens inuitum [l] vendit [m], plagiarius eſt, & ſi quidem ſeruus eſt vel libertinus, verberato ei & tõſo manus abſcindũtur, ſi liber, manus ei duntaxat abſcinduntur. Ei quoq; ſimiliter manus abſcindũtur qui liberum ſciens emit, vel donauit, vel in dotem dedit, vel permutauit.

Digitized by Google

a *Dominus.* Quære lib.19.tit.1.cap.29.th.4.& cap.34.th.4.

b *Non fugitiuum.* Ideo nõ permittitur ei ſeruos fugitiuos vendere, ne hac occaſiõe captata, quidam plagium cõmittant, dum ſuggerunt ſeruis alienis, & fraudulenter eos impellunt vt fugiant in illum puta locum, ac deinde adeunt dominos qui ſeruos amiſerunt, & de vẽditione ſeruorum fugitiuorum cum eis agunt, quam in rem dominos qui iam de ſerui recuperatione deſperarunt faciles reperiunt, etiã ad vendẽdum viliore pretio eis, quos ignorant ſeruorum eſſe plagiarios, ſimulatoſque emptores tam conſilio quã euentu. At repertos fugitiuos domino vendere permittitur, itemque paciſci quandiu ſunt in fuga, vt poſtquam reperti fuerint, venditi habeantur, vt cap.13.fin.

b Aliud enim eſt abeſſe ſeruum, aliud in fuga eſſe.

c *Exemplo.* Etenim lege Aquilia agitur etiam poſt mortem ſerui vulnerati.

d *Legis Aquiliæ.* Hoc eſt, ſicut Aquilia mihi competit aduerſus eum qui vulnerauit, non tantum viuo ſeruo vulnerato, ſed etiam mortuo, vt dicimus in 3.tit.cap.30.th.vlt. ita & plagiarius lege Fabia à domino, vel alio quolibet accuſari poteſt, non tantum viuo, ſed & mortuo ſeruo.

e *Qui celat ſeruum.* Is qui fugitiuũ alienũ ſuſcepiſſe & celaſſe arguitur, non poteſt legis Fabię crimẽ euitare ex eo quod litiget de dominio ſerui. No.66. Leonis philoſophi cõſtituit, ne vita adimatur plagiario, ſed vt ſeruus reddatur, & æſtimatio eius, & quod ſua arte & induſtria ſeruus adquiſiit, quantum ad dominum peruenturum erat non amiſſo ſeruo.

f *Non euitat pœnam.* Pecuniariam, quę extat ca.9.ti.7. ſi dicat ſuum eſſe ſeruum & de eo litiget. Quod ſi vere alienus ſit ſeruus qui ab eo ſollicitatus ſit, iuxta 2.th.5.cap.6.tit. pecuniariam pœnam accipere oportet.

g *Sed præſtat.* Quæ ſequuntur in hoc themate non ſunt in Indice.

h *Cum alio ſimili.* Ne mirere, cum finis 6.cap. palam edicat lege Fabia pœnam non eſſe pecuniariam, ſed criminalem tantummodo executionem pro modo delicti, quod hoc caput de pœna pecuniaria tractat, quia hæc ſunt ex Baphii verbis, & ſciendum, hæc Baphii verba innouari à Baſilico. nam in Indicis conſequentia, paria tradũtur potius fini 6. Dig. qui de pœna criminali tractat. & hęc quidem ſunt Indicis verba. Is qui fugitiuum alienũ ſuſcepiſſe & celaſſe arguitur non poteſt legis Fabiæ crimen euitare per cauſam litis de ſerui proprietate. & hæc Indicis per omnia ſibi paria & ſimilia. Quia vero quibus caſibus locus eſt legi Fabię, eis, licet non omnibus, locus eſt actioni ſerui corrupti: ideo dicitur, Licet non omnibus, quia lex Fabia competit etiam de libero homine, Serui corrupti, de ſeruis tantum. Baſilicus ſtudio perſpicuitatis, ne audiens auditor, quendam ſollicitaſſe vel celaſſe ſeruum exiſtimet non teneri etiam eum pœna pecuniaria, præterito Indice largiorẽ doctrinam proponit, dicens plagiarium teneri pecuniariter in duplum ſerui: agere tamẽ dominum ſi velit, poſſe lege Fabia, vel etiam extraneum, cum ſit publicum crimẽ. Serui autem corrupti actionem in duplum dari didiciſti tit.6.c.5.th.2. & c.14.th.8.& 6. Congruit vero magis (quod & verum eſt) in eum qui ſuſcipit alienum fugitiuum ſeruum actionem furti dari in duplũ, vt ait 9.cap.7.tit. quod & lege.

i *Non omnis, &c.* Qui ſeruum alienum ſubripit & furti tenetur, non vtiq; plagiarius eſt. Hoc enim diuus Adrianus reſcripſit his verbis. Si quis ſeruum alienũ ſollicitauerit vel interceperit, crimine plagii teneatur necne, facti quæſtio eſt. & ideo non me conſuli ea de re oportet, ſed quod ex rei cognitione verum deprehenditur, id iudicem ſeruare oportet. Scire namque te oportet poſſe aliquem furti crimine ob ſeruos interceptos teneri, nec idcirco tamen plagiarium exiſtimari.

k *Qui tenetur.* Vt ſi quidam cum plauſtro iter facientes inueniant ſeruum à domino diſiunctũ, eumq; tollentes confeſtim imponant plauſtro & pergant.

l *Aut qui dolo emit.* Cum forte ei fugam ſuaſiſſet, eum deinde vt fugitiuum emit à domino, vt in initio tituli.

m *Qui dicit aliquem ſeruum.* Theod. Per actionẽ in rem reſtituit quis mancipium quod habet, & ſi plagiarius appareat, tenetur lege Fabia de plagiariis: & ſi id rapuerit, tenetur vi bonorum raptorum. Et nota de rapina in ſeruo tractari. & ne mirere, didiciſti enim in hoc lib.9 tit.13. Conſt.1. liberorum hominum rapinam fieri, ſed pœnam eſſe diuerſam. Dari autem actionem in rem in eum qui alienum ſeruum habet, didiciſti lib.6.tit.2.Conſt.6.

m Illo incerto, an vere pertineat ſeruus ad poſſeſſorem. nam ſi id erat certum, habes 5. cap.

n *Qui ſeruum ſuum.* Theod. Qui ſuſcipit ſeruũ & ſollicitat ad fugã, lege Fabia & ſerui corrupti tenetur. Verum 9. Conſtit. huius tit. ait eum qui celat, teneri Fabia. Memineris 4. Cõſt.1.tit.& 4. Conſt.2.tit.6.lib. Lege & 6. Conſt. huius tit. Et per procuratorem agitur ſerui corrupti.

o *Quam actionem.* Crimina enim non deferuntur per procuratorem.

p *Quam per procuratorem.* Quære lib.8.tit.1.c.103.& lib.9.tit.1.c.137.& lib.7.tit.5.c.98.& tit.8. c.vlt.& huius lib.tit.2.cap.vlt.

q *Pœna.* Theod. Qui lege Fabia reum defert, inſcriptionem deponat. Pœna plagiariorũ dicetur lib 6.tit.1.

r *Poſt inſcriptionem.* Qui enim accuſat, ſine inſcriptione non recipitur tit.34.c.6.th. niſi mulier ſit, vt c.34. eiuſdem tituli.

ſ *Procuratore Cæſaris, &c.* Theod. Procurator Cæſaris cognoſcit de crimine legis Fabiæ, ſi præſes non ſit. Memineris eorum quæ dicta ſunt lib.5.tit.22.Conſt.2. τὸ κατ᾽ πόδας. Nõ valet procuratoris ſententia, ſi vicem præſidis non tueatur, qui legi Fabiæ locum eſſe pronuntiauit, cum eius legis diſceptatio ad prę̃ſidis prouincię pertineat notionem. *Præſidis.* An igitur & hanc cognitionem præſes mandare non poteſt locum tenentibus? quia dicitur ea quæ lege ſpecialiter magiſtratui dantur non poſſe mandari.

ſ Qui

f Qui rebus prouidet illo vel illo loco. At præſes prouinciæ, qui nunc prætor dicitur, huic iudicio audientiam præbet. quære c.56.tit.21.& 33.c.28.& lib.7.tit.5.c.98.& tit.8.c.vlt,& lib.8. tit.2. cap.103.

t *Mulier.* Theod. Etiam mulier recte accuſat lege Fabia propter fratrem ſuum. didiciſti enim in 4. Conſt.1,tit.huius lib.9. eam accuſare publico iudicio ſua ſuorumve cauſa. Lege 19. Conſt. 22.tit. huius lib. Sciendum tamen eſt mulierem etiam ſi agat lege Fabia, inſcriptiones non deponere: ſecundum id quod generaliter traditur Conſt.12.tit.1.huius libri & excipe eam, nec pugnet 3. Conſt. huius tit. Quære tit.1.c.29.& tit.34. c.26.27.& 34.& tit.40.3.c.th.9.

u *Experiri poteſt.* Non communi iure accuſatorum, id eſt, non cum inſcriptionibus, vt titulo 34 cap.34.

x *Seruum fugitiuum.* Qui vendit ſeruum fugitiuum, lege Fabia tenetur, niſi coheres ſit, vel ſocius domini. nam hic dominus intelligitur. memineris 10 Conſt. 2.tit.6.lib. quæ ait venditi ſerui fugitiui, non procedere vſucapionem Idem quære tit.6.c.27.

y *Tenetur lege de plagiariis.* Merito lege de plagiariis tenetur etiam qui vendit. quia enim publicum eſt crimen, vt c.19. totique Reip. vtile, plagia non committi, ideo prohibetur dominus vendere ne cauſam plagio præbeat. nã eo non vendente, nec emptor vllus erit. & cũ hoc homines cognouerint, non ita plagia admittent. quid enim eis improbitas illa prodeſt, ſi quem plagio abſtulerunt emere nequeunt? Si priuatum eſſet delictum, & ſoli domino actio competeret, liceret forte domino actionem contemnere, & plagiatio vendere ſeruũ quære lib.*.tit.1.c.19. & ibi adnotationẽ.

z *Excepto coherede.* Quia enim diuidi non poteſt, adiudicatio totius ſerui fit vni ex hæredibus, & viciſſim alteri ab eo præſtatur dimidium ſerui fugitiui.

a *Si inueneris.* Hoc didiciſti in tit Mandati, librorum De rebus, ſi quis alicui peregre eunti mandauerit, vt ſeruum ſuum quærat, & ſi inuenerit, vendat tot aureis, nec mandatorem nec mandatarium, qui inuenit & vendidit. nec emptorem, lege Fabia teneri. quære cap.1.

b *Plagii crimen intendi.* Sic didiciſti in 1. Conſt. prius eſſe quærendum cuius ſit ſeruus, deinde agendum de plagio.

c *Celat.* Finge non lucrifaciendi cauſa feciſſe alioquin furti teneretur.

d *A plagiario.* Theod. Lege Fabia non tenetur qui emit à plagiario, niſi conſcius fuerit. Lege 15. Conſt. huius tit. idem dicendum in venditore.

e *Nullo crimine.* Bene ait. nullo crimine nam actione in rem tenetur.

f *Si liberum corpus.* Theod. Licet plagio abducatur liber homo, & vendatur, non ideo in ſeruitutem redigitur, quin & adiicit 15. Conſt huius tit. venditorem qui ſciens vendidit quaſi plagiarium teneri. Memineris 2. Conſt. 17.tit.3.lib. quæ tractat de venditore liberi hominis. Simile 27. Conſt.16.tit.& 2. Conſt.16.tit.7.lib. quæ tractant de libero homine vendito. Τὸ κατὰ πόδας. Abducti plagio facta venditio, ſtatum non mutat. Sollicitatione enim liberæ perſonæ crimen committitur, non conditioni præiudicatur. Quære lib.7.tit.5.cap.81.& lib.48.tit.20.c.27.& tit.9.c.2. & lib.19. tit 1.cap.4.

g *Non fit ſeruum.* Didiciſti iam & in 1. Inſt. ſi quem probetur ſeruiiſſe, vel manumiſſum fuiſſe, id ingenuitati nihil nocere.

h *Quaſi fur.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας. Et incidit in ſolidam pœnam. & ait Thalelæus, dupli vel quadrupli.

i *Si quis.* Theod. Qui quem celat, ſuum ſeruum eſſe putans vel liberum, non tenetur. Memineris 8. Conſt. huius tit. Τὸ κατὰ πόδας Plagii criminis accuſatio ceſſat ſi ſuos ſeruos vel liberos adſeuerent ii qui retinere dicuntur non commiſſi velandi, ſed ad opinionem iuſta ratione ducti.

k *Vel ſeruos ſuos.* Nam ſi alterius ſeruos eſſe fateatur, quia publicum eſt crimen, etiam non dominis inſtituere id poteſt.

l *Inuitum.* Si volentem vendiderit, non eſt plagiarius.

m *Vendit.* Quære lib.7.tit.5.c 84.& lib.9.tit.1.c.66.& lib.48.tit.8.c.15.14.

Titulus XLIX,

Sive Digestorvm Lib. XLVIII. Tit. XVII.

De requiſitione vel abſentibus damnandis.

Vlpianvs.

l.1.in pr. & §. 1. ff.de requirend. vel abſen. damnãd. §.2.

ABsens non damnatur maximo [a] crimine, puta [b] quod infert pœnam capitalem, vel in opus [c] metalli. ¶ Sed requirendus ſit [d] edicto propoſito, quod vti cognouerit, veniat, & purget ſe. fiunt & literæ à præſide ad præſidem prouinciæ, in qua degit requirendus, vt per eum

illi innoteſcat. ¶ Et ex quo innotuit annum habet ad ſe purgandum, intra quem ſi veniat & ſatiſdet vel moriatur [e], bona eius non publicantur, ſed heredibus competunt. §.3. & vlt.

Marc. Si [f] per 20. annos fiſcus requirendi bona non occupauerit, repellitur præſcriptione tam ab ipſo reo quam à ſucceſſoribus eius. L.2. §.1.

Omnis enim [g] quæſtio fiſcalis extinguitur vicennio, niſi ſi qua [h] ſit ſpecialis præſcriptio. L.3.

Marc. Ex quo [i] publice innotuit requirendi adnotatio, vel edicto vel prædictis literis, ei currit annus, & fiſco vicennium. ¶ Cæterum à criminis defenſione nullo tempore requirendus excluditur. L.4. in pr. & §.1. §.2.

Modest. Intra annum requirendi bona obſignantur, ¶ & ea quæ facile corrumpuntur fructusq; venduntur, eorumq; pretia deponuntur. Et ſi intra annum veniat ac ſe purget, recipit bona ſua. At ſi non reſpondeat, nec defendatur [k], poſt annum publicantur, niſi deſcendentes vel aſcendentes habeat. ¶ Debitores autem quandiu eſt in fuga [m], ſoluere ei non debent. l.vlt. in pr. §.1. & 2. §.vlt.

Lib. 9 Cod. tit. 40. 6 Graviorvm [n] criminum [o] reus non damnatur abſens, ſed requirendus ſit, & ſi intra annum redierit, & docuerit ſe innocentem, recipit res ſuas arbitrio iudicis obſignatas [p]. Quare etſi poſtea moriatur [q], quamuis nondum ſe illato crimine purgauerit, tamen in heredes ſuos bona ſua tranſmittit. L.1. C. de requirendis reis.

7 Qvicvnque [r] ex eo die quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni ſpatium noluerit adeſſe iudicio, res eius fiſco vindicentur. & ſi poſtea repertus nocens fuerit deprehenſus, ſeueriori ſententiæ ſubiugetur. Sed & ſi argumentis euidentibus, & probatione dilucida innocentiam ſuam purgauerit [s], nihilominus facultates eius penes fiſcum remaneant. L.1.

8 In pecuniaria [t] cauſa edictum contra aliquem propoſitum, eum nō infamat, in criminali euocatum infamat. L.vlt.

a *Maximo crimine.* Minimo vero damnatur, veluti ſtellionatus.

b *Puta quod.* Veluti maieſtatis aut parricidii.

c *In opus metalli.* Veluti plagii. & quære tit. 48. c. 7.

d *Requirendus ſit.* Quære lib. 9. tit. 1. c. 154. & lib. 7. tit. 4. c. 4. Nota annum dari requirendo ad defenſionem accuſationis & purgationem criminis & bona eius non publicari, ſi intra annum venerit & purgauerit ſe, vel deceſſerit: poſt annum vero, bona quidem eius publicari, eum tamen ad ſui purgationem admitti, ne incidat in pœnam corporalem, quod vſque ad annos 30 in eius poteſtate eſt. quære c. 4 & 7.

e *Vel moriatur.* No. 135. Si quis eorum qui criminum rei poſtulati ſunt latiter, vel relinquat illam prouinciam in qua crimen commiſit, iubemus, vt legitimis à præſide edictis euocetur, & ſi nō reſpondeat, illa de eo fieri quæ noſtris legibus cauta ſunt. hoc eſt, vt euocetur programmatis. Nouellam inuenies lib 6. tit. 19.

f *Si per 20 annos.* Anni ſpatium ad occupanda à fiſco bona requirendorum pertinet. Sed ſi per 20 annos bona eorum fiſcus non occupauerit, & poſtea velit occupare, præſcriptione repelletur, tam à reo ſuperſtite, quam ab heredibus eius. Quamcunque enim actionem à fiſco inſtitutam, niſi ſi qua alia inueniatur ſpecialis præſcriptio, ſilentio 20 annorum præſcribi & excludi Diui principes voluerunt.

g *Omnis enim quæſtio* Ex criminum & pœnarum inde fiſco competentium cauſa. nam ſi ſit ciuilis directa vel hypothecaria, 40 annis concluditur & lege lib. 56. tit. 2. c. .th. 1. 2. 3. & cap. 16. & huius lib. tit. 41. c. 47. Sed hæc quidem iure veteri. Hodie vero ex No. Imperatoris Dn. Baſilii Porphyrogennetæ, actiones quæ fiſco competunt pecuniariæ & forenſes, immortales ſunt, neq; vllo tempore concluduntur. quære & lib. 51. tit. 3. c. 9. & 12.

h *Niſi qua ſit ſpecialis.* Vt in crimine adulterii, & in cauſa vacantium bonorum. nam crimini adulterii quinquennium, cauſæ vacantium bonorum quadriennium præſcriptum eſt.

i *Ex quo publice innotuit.* Annus exinde cōputatur ex quo adnotatio requirendi facta eſt, & vel edicto vel literis ad magiſtratus publice innotuit. ergo & 20 annorū tempus exinde fiſco numeratur ex

tur ex quo adnotatio requirendi innotuit. Id vero in ſumma ſciendum eſt, nulla temporis præſcriptione cauſæ defenſione excludi eum qui inter requirendos adnotatus eſt.

k *Nec defendatur.* Quære tit. 33. cap. 12. them. 2. & cap. 15. & 11. them. 3. tit. 37. & tit. 36. cap. 19. & 20.

l *Niſi deſcendentes.* Tunc enim bona non publicantur niſi in crimine maieſtatis ex ſecundo capite coniurationis contra imperatorem, vel ſenatores, quo caſu etiam extantibus liberis bona publicantur, vt tit. 36. huius libri c. 19. & 20.

m *Quandiu eſt in fuga.* Ne per hoc ſufficientibus nempe ſumptibus vel maxime effugiant accuſationem.

n *Grauiorum, &c.* Theod. Reus criminis poſtulatus, abſens non damnatur, ſed requirendus fit, & res eius obſignantur. verum ſi intra annum reuerſus innocens apparuerit, liberatur vna cum rebus. Idem ait 2. Conſt. huius tit. adiiciens, non redeuntem intra annum res ſuas amittere. Conſtat etiam ex 3. Conſt. huius tit. eum infamia notari. Memineris 6. Conſt. 2. tit. huius lib. 9. nec opponatur tibi 1. Conſt. 43. tit. 7. lib. quæ ait indiſtincte iudicem poſſe contra abſentem pronuntiare. eſt enim intelligenda de cauſis ciuilibus. At ſciendum quod ait 69. No. etiam criminis reum abſentem damnari, ſi per contumaciam abſit Lege 53. & 134. No. Et excipe 21. Conſt. 47. tit. huius lib. 9. quæ ait abſentes officiales puniri. Extat vero lib. 12. tit. 1. Conſtit. 17. etiam in cauſa criminali abſentem ſenatorem condemnari.

n Si leuiora ſint crimina, damnatur. Quære c. 1. & tit. 337. c. 54. & 53. & tit. 51. c. 5.

o *Grauiorum criminum reus.* In ciuilibus cauſis abſens à iudice damnari poteſt, vt lib. 9. tit. 1. c. 48. Lege & ibi Theodori adnotationem. nam in ciuilibus cauſis aliud obtinet.

p *Obſignatas.* Abſente reo iubere iudicem oportet vt obſignentur eius bona, & redeunte intra annum, vt ei reddantur.

q *Si poſtea moriatur.* Τὸ κατὰ πόδας habet, Si vero intra id tempus reuerſus poſt intimationem ſuam fuerit defunctus, & ſi nondum ſe purgauerit ad heredes proprios res tranſmittat.

r *Quicunque ex eo die.* Thal. Si factus requirendus ſe non patefaciat intra annum, ſecundum præcedentem Conſtitutionem, licet poſtea innocens reperiatur, nihilominus publicatio manet.

ſ *Purgauerit.* Non contenti ſumus publicatione, ſed & conuictum reum corporaliter poſtea coercemus. Sed ſi innocens reperiatur, nihilominus publicatio bonorum eius perſeuerat. Nota ei etiam incumbere onus probandæ innocentiæ ſuæ: punitur enim hac in re, quod ab actore prius exigitur vt probet ſe non deliquiſſe, deinde ab ille vt probet ſe non deliquiſſe.

t *In pecuniaria cauſa.* Theod. Vocatus edictis in criminali cauſa, nec reſpondens, infamia notatur. In ciuili cauſa aliud eſt.

Titulus L,

Sive Digestorvm Lib. XLVIII. Tit. XVIII.

De quæſtionibus.

Vlpianvs:

L. 1. in pr. ff. de quæſtionibus. QVÆSTIONEM à tormentis incipere non oportet [a]. ¶ Tunc enim ſerui torquentur, cum & ſuſpectus eſt re-
§. 1. us, & argumenta [b] ſunt talia, vt ſola ſeruorum depoſi-
§. 2. tio deſit. ¶ Primi [c] autem torquentur ſuſpecti [d], & à qui-
§. 3. bus verum ſciri poteſt. ¶ Ad [e] quæſtionem produci vllos non oportet ex domo accuſatoris. Non [f] creditur
§. 4. ſubiectus eſſe is quem ambo parentes vt filium carum habuerunt. ¶ Nō oportet [g] fidem haberi quæſtioni ſiue depoſitioni vnius ſerui, ſed & ar-
§. 5. gumenta quęrenda ſunt. ¶ Non [h] oportet ſeruos qui ſimul cum domino furtum feciſſe dicuntur, in eum torqueri, nec vltro aliquid dicentes, ei
§. 6. nocere. ¶ Heredis [i] ſeruus non torquetur propter rē hereditariā [k], quam-
§. 7. uis [l] emptū eum venditione imaginaria ſuſpicemur [m]. ¶ Ciuitatis [n] & corporis ſeruus in ſingulos [o] torqueri poteſt [p], cū nō ſit [q] eorū ſeruus, ſed ciui-
§. 8. 9. & 10 tatis & corporis. ¶ Qui bona fide alicui ſeruit, in eum nō interrogatur [r],

Digitized by Google

ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, nec libertus [s] in caput patroni, nec fratres in fratrem, nec [t] qui inuiti [u] in aliquos teſtimonium dicere non coguntur, in eos torquentur. ¶ Seruus autem mariti in vxorem torquetur. ¶ Et ſerui §.11.§.12.
damnati in eum torquentur, quia eius eſſe deſierunt. ¶ Quamuis [x] ideo §.13.
quis manumiſſus ſit ne torqueatur, torquebitur, ſed non tamen [y] contra dominum [z]. ¶ & qui poſt conteſtationem cauſæ rei effectus eſt [a], in eum §.14.&15.
torquetur, & qui inutiliter [b] emptus eſt, in emptorem. ¶ Non oportet §.16.
ſeruos [c] torqueri aduerſus dominos [d], & ſi torqueantur non oportet eorum dicta iudicem ſequi, & multo minus indicia [e]. ¶ Confeſſionibus §.17.
reorum fides habenda non eſt, niſi & probatio iudicem inſtruat. ¶ Non §.18.
auditur [f] accuſator qui vult deponere [g] pretium ſerui, vt is torqueatur aduerſus dominum. ¶ Si ſerui quaſi ſceleris participes iudicati dixerint ali- §.19.
quid contra [h] dominum non ſunt admittendi ¶ Si ſit quęſtio [i] de publicis §.20.
tributis, ſerui [k] quoq; torquentur: quia & cōſcii [l] fraudis fiſco factæ capite puniūtur. ¶ Qui [m] quęſtionē habet, nō debet nominatim interrogare, an §.21.
ille homicidiū fecerit, hoc enim eſt ſuggerere, ſed quis homicidiū fecerit. ¶ Si reus [n] amplius dixerit, non interrogantis culpa eſt, ſed interrogati §.22.
indicium. ¶ Propter audaciam vel formidinē eorum qui quæſtioni ſub §.23.
iiciuntur, non [o] ſemper eſt confeſſionibus eorum habenda, aut non habenda fides. ¶ ſed neq; inimicorum, niſi cauſa cognita. ¶ Non [p] facile ha- §.24.&25
betur fides apprehēſis in eos qui prodiderunt, ſed cauſa cognita. [q]. ¶ Fa- §.26. §.27.
cile [r] non creditur ei [s] qui de maleficio vltro confitetur: nam ſæpe metu aut alia de cauſa in ſe confingunt crimina. itaq; ſi ſeruus metu ad dominum reuertendi, falſo in ſe dixerit [t], & poſt condemnationem veritate comperta [u], pœna ſoluitur, & per officium [x] venditur, ne redeat ad dominum, & pretium domino datur. Seruus autē alio quo [y] modo damnatus, ſi reſtituatur, ad dominum pertinet: verum ipſe qui damnauit quē vt nocentem, innocentem repertum liberare [z] non poteſt, cum nec pecuniariam ſententiam ſuam reuocare poſſit. oportet igitur hac de re ad principem referre [a].

VLP. In criminibus [b] hereditarii ſerui [c] contra dominos torqueri nō l.2.
videntur, quandiu incertum eſt ad quem bona pertineant.

IDEM. Plurium ſeruus [d] in eorum neminem [e] torquetur. l.3.

EIVSDEM. In inceſto non torquentur ſerui: quia neq; lex [f] de adulte- l.4.
riis competit.

PAVL. Si pater vel maritus egerit lege de adulteriis, & de ſeruis rei quę- l.6.
ſtionem haberi poſtulauerit [g], & cauſa legitime acta reus abſolutus ſit, accuſator mortuorum æſtimationem præſtat: ſi condemnatus ſit, quæ ſuperſunt mancipia publicantur.

¶ Cum de falſo teſtamento agitur, hereditarii ſerui torquentur. §.1.

VLP. Modus, id eſt menſura quæſtionis, in poteſtate iudicis eſt: & ita l.7.
torquere ſeruum debet vt maneat ſaluus. [h].

PAVL. Non [i] in omni perſona & cauſa haberi quæſtionem oportet: l.8.in pr.
ſed & cum capitalia & atrocia aliter probari non poſſunt, ſeruos torqueri oportet. ¶ Statuliber in crimine adulterii recte torquetur, cum adhuc §.1.
ſit heredis ſeruus.

l. 9. in pr. MARC. In pecuniariis[k] quoq; cauſis, inopia probationum ſerui, etiam ſi alieni ſint, torquentur. ¶ Ex quibus[l] cauſis ſerui aduerſus dominos nõ
§. 1. torquẽtur, ex eis nec interrogantur aduerſus eos: nec indicia illorum eis
§. 2. & vlt. nocent. ¶ Deportatus non ſubiicitur quæſtioni, nec ſtatuliber in pecuniaria[m] cauſa, niſi defecerit conditio libertatis.

a *Non oportet.* Quære 18. th. 3. & cap. 7. & tit. 37. cap. 35. th. 1 & vlt. & huius tit. cap. 30.

b *Argumenta.* Quære cap. 18 th. 3. & c. 30. & lib. 21. tit. 1. c. 3. circa medium, & ibi Antiquum.

c *Primi autem torquentur.* Hoc de ſeruo reo poſtulato accipi poteſt, vt ſi quatuor ſint ſerui homicidii rei, ex quib⁹ duo ſint validi & robuſti duo infirmi & timidi, ita vt ſit veriſimile tale facin⁹ eis in mentem non veniſſe, prioribus veniſſe. Poteſt & de alio reo accipi, vt ſi alio quodam criminis poſtulato, & concurrentibus quibuſdam argumentis res quæſtione ſeruili indigeat & plures produci oporteat. A quibus ergo quęſtionem incipiemus? Vel ab eis quos ſuſpicamur conteſtim dicturos quæ ſciunt, vel hoc caput eſt accipiendum iuxta 18 cap.

d *Suſpecti.* Quos ſuſpicamur dicturos ſtatim, veluti timidiores, vel quos ſuſpicamur crimen cõmiſiſſe, veluti robuſtiores.

e *Ad quæſtionem.* Vel de iis in quibus nec rei ſerui producũtur, vel de initio quęſtionis loquitur, vt 5. th. 10. quod & magis admittendum eſt. Quære lib. 21. tit. 1. cap. 24. 27. & ibi adnotata.

f *Non creditur, &c.* Niſi argumẽta clariſſima ſint, & ſerui torti in eo quod dixerũt perſeuerent.

g *Non oportet fidem haberi.* Etſi fiat præter morem, qui exigit vt præcedant argumenta, vt 1. th.

h *Non oportet ſeruos.* Nota ſeruos non torqueri de furto domini, nec eis dicentibus aliquid cõtra dominum fidem haberi. quære ſeq th. & ibi prætermiſſiones.

i *Heredis ſeruus.* Diui Fratres Loliano Longino reſcripſerunt, heredem ſeruum per tormenta nõ interrogari de rebus hereditariis, quamuis ſuſpicio fuiſſet, quod imaginaria venditione dominium in eo quęſiſſe heres videretur. quære cap. 11. 18. th 6. & cap. 36 & 15. th. 3. & c. 7. 2. 17. 35. 39. 19. 23. 24. 25.

k *Propter rem hereditariam* Quære cap. vlt. quod habet locum in ſeruis hereditatis, nõ heredis.

l *Quamuis emptum eum.* Puta, ne in emptorem torqueretur.

m *Venditione imaginaria ſuſpicemur.* Fingere oportet heredẽ ante conteſtatã litẽ imaginariã ſerui emptionem feciſſe, non poſt conteſtationem: quia poſt conuentionem ſi emat, maior pręſũptio eſt id eum timuiſſe ne de alieno ſeruo in ſe quæſtio haberetur. At ante conteſtationem nõ eſt veriſimile eum præſciſſe futuram conuentionẽ. Hæc ſuadet dicere nos 9. th. huius cap. Vel poteſt illius ſpecies fingi non in herede, cũ quo forte agitur ad exhibendum, ſed in aliquo alio crimine in quo ſerui contra dominum non torquentur. Ex certis enim & ſtatutis cauſis ſerui contra dominos torquentur, puta maieſtatis, vt tit. 36. c. 8. & adulterii, vt tit. 37. c. 45. & homicidii vt tit. 39. c. 28. ex capite ſolo inſidiarum inter virum & vxorem, vt huius tit. c. 25. & annonæ, vt tit. 44. c. 1. Teſtimonium etiam ſerui dicunt in dominos, in crimine falſæ monetæ & cenſus publici, vt lib 7. tit. 5. c. 53. vbi & de fideicommiſſaria libertate ſibi debita ait ſeruum agere cõtra dominum. quod & lege.

n *Ciuitatis.* Quære lib. 21. tit. 1. c. 31. & lib. 46. tit. 3. cap. 5.

o *In ſingulos.* Ciuium vel corporatorum.

p *Torqueri poteſt.* In quibus ſerui contra dominos non torquentur.

q *Cum non ſit eorum ſeruus.* Sed & abſque venia ſingulos in ius vocat, vt lib. 7. tit. 8. c. 10. th. 5.

r *Non interrogatur.* Adhibitis tormentis, etiamſi in eius domino non ſit.

r In quibus ſerui contra dominos non interrogantur.

s *Nec libertus.* Nec volens nec inuitus, vt lib. 21. tit. 1. cap. 33. & 9.

t *Nec qui, &c.* Sed contra extraneum, etſi liberi ſint.

u *Inuiti.* Quære eos lib. 21. tit. 1. c. 8. 19. & lib. 1. tit. 2. c. 146. & huius lib. tit. 34. c. 1. & 2.

u Nam & liberi homines ſi infames ſint, torquentur, vt beſtiarii & ſcenici, in extraneos ſcilicet. Nota qui aduerſus quos non torqueantur & quære cap. prætermiſſiones & th. 4. 5. 6.

x *Quamuis ideo qui.* Forſitan rogatus à reo dominus ſerui acceptis nummis eum manumiſit, ne liber factus torqueatur, & rem euulget.

y *Non tamen.* In cauſa in qua ſerui contra dominos torquentur.

z *Cõtra dominum.* Qui forte ex ea cauſa accuſatur, ex qua de ſeruis cõtra dominos non habetur quæſtio, vt de furto aut plagio & ſimilibus veluti illicita coniunctione, vt c 39. th. vlt. 37. tit.

a *Rei effectus.* Veluti emptus à reo hac fini ne in ſe torqueatur ſuus iam effectus.

b *Inutiliter emptus eſt.* Vt ſi Iudæus emerit Chriſtianum.

c *Non oportet ſeruos, &c.* Quære th. 4. 5. & cap. 23. & lib. 9. tit. 1. cap. 136.

d Niſi ex relatis tantummodo cauſis in ſcholio 5. th. Quære & lib 21. tit. 1. c. 31.

e *Multo minus iudicia.* Cum ex ſpecie vel habitu cæſi videntur.

f *Non auditur.* Vel in cauſa in qua non accuſant ſerui, vel cum alia argumenta deficiunt.

g *Vult deponere pretium.* Deponere in manum mediam. Quære tit. 37. cap. 26. th. 2. & vlt. & 1. & cap. 44.

h *Contra dominum.* Non condemnati ex argumentis. quære lib 56. tit. 2. cap. 2 th. vlt.

i *Quæſtio.* Nota in cauſa publici cenſus recte torqueri ſeruos contra dominum: nomine enim publicorum tributorum cenſus ſignificatur.

k *Seruus quoque.* Quære tit. 44. & lib. 7. tit. 5. c. 53. & lib. 56. tit. 2. c. 51.

Digitized by Google

l *Conſcii fraudis.* A dominis.

m *Qui quæſtionem habet.* Qui quæſtionem habet, non debet reum ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter quis fecerit homicidium. nam ſpecialiter de quibuſdam interrogare, ſuggerentis eſt potius, quam requirentis veritatem.

n *Si reus, &c.* Diuus Adrianus ita reſcripſit, Agricola Pompeii Valentis de ſe poteſt interrogari: Sed ſi de ſe interrogatus dixerit aliquid de domino reo poſtulato, iudiciũ eſt, nõ interrogantis delictum.

o *Non ſemper eſt.* Non ſemper quæſtioni eſt habenda fides, nec ſemper non habenda. ita enim Cõſtitutiones declarant. etenim res hæc, puta quæſtio, & fragilis & periculoſa eſt, & veritatem plerunque fallit. nam pleriq; patientia ſiue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, vt nullo modo ab eis veritas cognoſci poſſit: alii vero ita non poſſunt ferre tormenta, vt malint mentiri quam ea pati. hinc fit, vt interrogati vario modo cõfiteantur, & vt nõ tantum ſe, ſed & alios criminentur. Præterea non oportet inimicorum quæſtioni fidem haberi, quia facile mentiuntur: neque tamen ſemper prætextu inimicitiarum fidem derogare oportet quæſtioni, ſed cauſa cognita ei eſt habenda vel non habenda fides.

p *Non facile habetur.* Cum quis latrones tradidit, reſcriptis continetur, nõ debere fidem haberi latronib. in eos qui tradiderunt: aliis autẽ Cõſtitutionibus quæ ſunt pleniores, hoc cautum, vt non omnino derogetur fides vocibus latronum, ſed vt in certis perſonis, ſic & in iis cauſa cognita æſtimetur, habenda ſit eis fides necne. Pleriq; enim magnorum delictorum rei dum timent ne ab aliis apprehenſi latrones eos nominent, prodere eos ſolent, impunitatem ſibi inde captantes cũ nõ facile credatur latronibus accuſantibus proditores ſuos. Igitur neq; vt ſit impunitos eſſe oportet proditores latronum, neque omnino tranſmitti allegationes dicentium ideo ſe oneratos à latronibus, quod eos ipſi tradidiſſent, ſed neque infirmum vel inualidum argumentum mẽdacii præbet latronum confeſſio ad demonſtrandum eos calumniam in proditorem inſtruxiſſe.

q *Sed cauſa cognita.* Nam forte prodiderunt eos, dum timent ne ipſi ſceleris conſcii illis deprehenſis eidem crimini ſubiugentur.

r *Facile.* Quære tit. 3 cap. 23. them. vlt. & lib. 42. tit. 4. cap. 8. 9. & 13. de falſa confeſſione. & lib. 9 tit. 1. cap 136.

ſ *Non creditur ei.* Non accuſato, nec argumentis manifeſtis exiſtentibus. nam ſi & argumenta ſuſſint, ei creditur. quære lib. 9. tit. 1. cap 136. & tit. 4. cap. 4.

t *Falſo in ſe dixerit.* Vt dicat ſe fugitiuum eſſe, & ex eo vereri dominum, cui damnum attulit. Vel ſi dicat ſe homicidam eſſe.

u *Veritate conſpecta.* Sæpe enim in eculeo dicit ſe habere conſcios, quibus apprehenſis planum fit eum de ſeipſo temere mentitum prudens itaque id conſilium eſt, vt vẽdatur. nam & dominus recepto pretio libenter tali ſeruo carebit.

x *Per officium venditur, &c.* Sub hac conditione ne in domini poteſtatem redeat.

y *Aliquo modo.* Vt ſi non ipſe prodiderit ſe ſine cauſa, ſed accuſatus ab alio innocens inuẽtus ſit.

z *Liberare non poteſt.* Deſiit enim iudex eſſe poſt ſententiam, vt lib. 7. tit. 2. cap. 20. & lib. 9. tit 3. c. 51. & 61. & tit. 1. c. 84. & 87.

a *Referre.* Forte etiam lapſis diebus appellationis.

b *In criminibus.* in quibus ſerui contra dominos non torquentur.

c *Hereditarii ſerui.* De hereditariis ſeruis in heredes quæritur impune, propterea quod quandiu incertũ eſt ad quem pertineat hereditas. nõ videntur in caput domini torqueri. Detinet forte quis res hereditarias & in eis ſeruos, cui exurgens ego cõtrouerſiã facio hereditatis. interim reus criminis poſtulatur, in quo ſerui domeſtici non torquentur contra dominos. conſtat in rerum hereditariarum poſſeſſorem de ſeruis propriis non quæri. Sed an nec de hereditariis? Et ait iuriſconſultus de eis recte quæri. quia enim dubitatur an ſit dominus hereditatis, non videtur de eis in dominum quæri. Sed & ſi velis huic capiti ſpeciem aſſingas ex 6. cap. nam & quod eſt in huius capitis initio, In criminibus, in exactioribus exemplaribus non extat, ſed præcedenti th. coaptatur.

d *Plurium ſeruus.* At ciuitatis vel corporis ſeruus in ſingulos torquetur, vt c. 1. th. 6.

e *In eorum neminem torquetur.* Niſi ſecundum diſtinctionem 2. th. 17. c. id eſt, cum vnus occidit alium.

f *Neque lex.* Si quis igitur nuptam vel viduam cognatam corruperit, quia adulterium & ſtuprũ inceſto adiungitur, in hac ſpecie de ſeruis habetur quæſtio contra dominos.

g *Poſtulauerit.* Lege neceſſario totum cap. 26. tit. 37. th. 1. 2. & 3.

h *Saluus.* Vel innocentiæ vel ſupplicio.

i *Non in omni perſona.* Edictum D. Auguſti extat in hęc verba, Quæſtiones nõ ſemper, nec in omni cauſa nec in omni perſona fieri debere puto: autẽ capitalia & atrociora maleficia nõ aliter explorari & inueſtigari poſſe quam ſeruorum quæſtiones.

k *In pecuniariis.* Et interrogantur, vt in fugitiuo, vt lib. 19. tit. 10. c. 58. & in hereditariis, vt c. 27. th. 1. circa finem eiuſdem tituli Quære & lib. 21. tit. 1. c. 31. Nota etiam alienos ſeruos torqueri, ſi ſeruos in quæſtionem deduci rei neceſſitas exigat. Quære & tit. 37. cap. 26. th. 2. & 3. 4. 5. 6. & huius ti. cap. 25.

l *Ex quibus cauſis.* Ex quibus cauſis ſerui cõtra dominos adhibitis tormentis non interrogãtur, ex his nec ſine tormentis interrogatio eorum valet: & multo minus indicia contra dominos, id eſt, argumenta, ex ſeruis adſumimus. l Vt in illicita coitione vel furto.

m *In pecuniaria cauſa.* Sed in criminali tantum, vt cap. 8. th. 2.

MARC.

Digitized by Google

l.10.in pr. Marc. Minor quatuordecim annis[a] quæſtioni[b] non ſubiicitur[c]. ¶ O-
§. 1 mnes[d] qui in crimine maieſtatis, quod ad principē pertinet, in teſtimo-
§. 2 nium[e] vocantur, re[f] exigente torquentur. ¶ Neque patris ſeruus in filiū,
§. 3 neque filii[g] in patrem torquetur. ¶ Non quanta accuſator poſtulat tor-
§. 4 menta adhiberi debent, ſed quanta neceſſitas[h] exigit. ¶ Nec[i] initiū pro-
bationum à domo rei ſumere oportet, & petere libertos vel ſeruos eius
§. 5 ad teſtimonium. ¶ Et ex voce[k] & conſtantia & exiſtimatione eius qui
§. vlt. interrogatur, quæ eſt in ciuitate, veritas deprehenditur. ¶ Eum qui de
ſuo ſtatu litigat[l] in ea cauſa torqueri non oportet.

l. 11 Pavl. Etiam[m] redhibitus ab emptore ſeruus, in eum non torquetur.

l. 12 Vlp. Si quis ne torqueatur ſe liberum dicat, non torquetur ante-
quam de libertate actum ſit.

l. 13 Modest. Æſtimatus[n] ſeruus & interpoſita ſtipulatione in quæſtio-
nem datur.

l. 14 Idem. Statuliber[o] delinquens, vt liber[p] punitur.

l. 15. in pr. Callist. Liber[q] homo non vacillans in teſtimonio, nō torquetur[r].
§. 1 ¶ De[s] minore annorum quatuordecim non habetur quæſtio[t] aduerſus
alium, maxime ſi nulla ſint argumenta. Sed nec[u] ſine tormentis ei credi-
§. 2 tur. ¶ Seruus[x] cuius nomine poſſeſſor vindicanti ſatiſdedit, in[y] eum non
torquetur, nec hereditarius in poſſeſſorem, qui petenti hereditatem ſa-
tiſdedit. quia interim domini ſunt.

l. 16 Modest. Iterari[z] quæſtio poteſt[a]. Qui de ſe confeſſus eſt, in alium[b]
non torquetur.

l. 17. in pr. Papin. Extraneo quoque accuſante adulterii, de ſeruis contra do-
§. 1. & 2 minum habetur quæſtio, ¶ & in cauſa ſtupri virginis aut viduæ, & in
quæſtione ſuppoſiti partus, vel ſi vindicet[c] quis hereditatem fratribus
ſuis dicens, & ſe filium eſſe defuncti[d], torquentur hereditarii[e] ſerui: Et
§. vlt. communis ſeruus ſi vnus alium occidiſſe inſimuletur. ¶ Damnatus in
metallum non torquetur in eum qui dominus fuit, licet ſe miniſtrum
facinoris confiteatur.

l. 18. in pr. Pavl. Si plures ſint eiuſdem delicti rei, à timidioribus & iis qui te-
§. 1 nerioris ætatis ſunt, inchoare quæſtionem oportet. ¶ Reus euidentibus
argumentis conuictus, iterum torqueri poteſt, maxime ſi in tormenta
§. 2 animum[f] corpuſque durauerit. ¶ Deficientibus argumentis torqueri
§. 3 reus non debet, ſed accuſator quod intendit probet. ¶ Teſtes[g] non ſem-
per torquentur conuincendi mendacii ſui aut veritatis gratia, niſi[h] cum
§. 4 facto interueniſſe dicuntur. ¶ Iudex[i] cum non poteſt inſtrui de generis[k]
§. 5 ſtatu, quæſtioni ſubiicit ſeruos hereditarios. ¶ Seruo[l] qui vltro dicit con-
§. 6 tra dominum, non creditur. ¶ Contra eum quoque qui dominus fuit,
§. 7 & vendidit ſeruum, ſeruus nō torquetur[m], ¶ & ſi dominus eum offerat
§. 8 ad quæſtionem, non debet etiam in eum interrogari. ¶ Cum vero de
§. 9 quæſtione eſt[n] ſermo, prius de domino eius oportet inquiri. ¶ Ante diē[o]
vnum prædicere oportet futuram cognitionem, ne rei repente oppri-
mantur, quamuis defenſionem quocunque tempore poſtulare poſſint,
§. vlt. & differtur & profertur quæſtio. ¶ Et pro tribunali, & de plano crimina
audiuntur, & condemnatio fit.

Digitized by Google

TRYPHON. Is cui[p] fideicommiſſaria libertas debetur, non torquetur[q] vt ſeruus, niſi[r] aliorum quæſtionibus oneretur. l. 19

PAVL. Qui[s] vnum tantummodo teſtem habet[t] illicite petit ad probationem eorum quæ proponit quæſtionem haberi de ſeruo, licet alienus ſit, nec illius quęſtio confeſſioq; quidquam proficit. l. 20

IDEM. Nemo[u] damnatur in hoc vt in eum quæſtio fiat cum tormentis. l. 21

EIVSDEM. Qui ſine accuſatore coniecti ſunt in carcerem[x], non torquentur[y], niſi ſint ſuſpecti. l. vlt.

a *Minor, &c.* Quære cap. 15. th. 2. & lib. 2. tit. 3. c. 3.

b *Minor 14. annis.* Infantes autem modice caſtigantur ex ſuo delicto. quære lib. 35. tit. 16. c. 1. th. 11. & cap. 14.

c *Quæſtioni non ſubiicitur.* Pro alio. pro ſe vero ſuſtinet quæſtionē, vt tit. 51. c. 47. & tit. 39. c. 24.

d *Omnes qui.* Inſtituto crimine legis Iuliæ de maieſtate, ſi ad principis perſonam pertineat, omnes qui in teſtimonium vocati ſunt torquentur, cum res tormenta adhiberi exigit.

e *In teſtimonium vocatur.* Et rei ipſi vt tit. 36. c. 17. niſi manifeſtæ ſint probationes. quære quod eſt ante 10. cap.

f *Re exigente torq.* Hoc eſt, ſi ſine tormentis non poteſt probari. alioquin ſuperuacua ſunt tormenta.

g *Neque filii.* Filiiſ. ex caſtrenſi peculio.

h *Sed quanta neceſſitas exigit.* Sed quantæ moderatæ rationis temperatio deſiderat.

i *Nec initium.* Ita dicas, nec à domino rei debere accipi initium probationum. dictum eſt enim in fi. 1. th. 1. cap. de domo accuſatoris non debere quęri initium probationum, cui th. & hoc oporter adiungi.

k *Ex voce.* Quære lib. 21. tit. 1. c. 3. th. 1. circa finem, & eius antiquam adnotationem.

l *Litigat.* In cauſis liberalibus non oportet per tormenta eorum, qui de ſua conditione litigant, veritatem requiri.

m *Etiam redhibitus.* Seruus emptus à me licet eum redhibuero, & reddidero ei qui tradiderat, non poteſt in caput meum torqueri.

n *Æſtimatus ſeruus.* Torquendum ſeruum æſtimari oportet certo pretio, & deinde tradi in quæſtionem. quære tit. 37. c. 26. th. vlt.

o *Statuliber.* Statuliber in delicto repertus, propter priuilegium ſperatæ libertatis, non vt ſeruus punitur, ſed vt liber ob ambiguum conditionis. quære c. 19.

p *Vt liber punitur.* Aliter enim ſerui ex eodem delicto, aliter liberi puniuntur, vt tit. 51. c. 1. 10. & 28. & lib. 7. tit. 15. c. 4. th. 2.

q *Liber homo.* Liber homo pro teſtimonio non vacillante torqueri non debet.

r *Non torquetur.* Sciendum eſt tenuiores homines liberos, & quos dicit 46. cap. 1. tit. 21. lib. circa principium, abiectos & humiles, & penitus obſcuros torqueri, ſi in teſtimonio dicendo videantur vacillare, & ſuſpicio ſit eos mentiri, vt hoc th. cauetur & 2. th. 27. c. 1. tit. huius lib & lib. 21. tit. 1. c. 37. & 46. th. 1. in fin. Hi qui viles non ſunt ſed ſenatores & in dignitate poſiti, & generaliter honeſti viri, quatenus honeſti ſunt & venerabiles & exiſtimationis probę decurionib. ſimiles, vt ait 5. th. 27. c. 51. falſi teſtimonii ſuſpecti: fuſtibus nō cæduntur. quia infamia ſufficit & ciuitatis amiſſio: & fuſtibus cædi vilium perſonarum eſt, quibus infamia propterea non irrogatur, cum & abſq; eo ignobiles ſint & viles. Sciendum eſt etiam infamibus, veluti arenariis & ſimilibus, in quibus deliquerunt non credi ſine tormentis, vt lib. 21. tit. 1. c. 21. th. 3.

ſ *De minore.* Minor 14. annorum in caput alterius non torquetur, maxime cum nullo alio teſtimonio accuſatio impleatur, nec tamen conſequens eſſe, ſine tormentis credi minori 14. annorū. nam ætas quæ interim eos tuetur, & eximit aſperitate quæſtionis, ſuſpectos eos facit ad mentiendi fa[c]ilitatem. quære tit. 51. c. 47. quo dicitur eum torqueri delinquentem, & tit. 39 c. 24. ſed in ſe delinquentem, etiam ſi ſit impubes, torquetur. quære cap. 10.

t *Quæſtio* Quære finem 9. cap. & lib. 2. tit. 3. c. 3.

u *Sed nec.* Denique nec admittimus eum dicentem. quære lib. 35. tit. 16. c. 1. th 11.

x *Seruus.* Si vindicanti ſeruum conceptam ab eo cautionem cauero, loco domini ſum, & ideo in caput meum torqueri hunc ſeruum non poſſe Diuus Pius reſcripſit in hæc verba. Cauſam tuam aliis probationib. inſtruere debes. hereditarios enim ſeruos torqueri non oportet in poſſeſſorem hereditatis. quia qui pro eis ſatiſdederunt, loco dominorum habentur.

y *In eum non torquetur.* Qui ſatiſdedit vindicanti.

z *Iterari.* Iterato adhiberi quæſtio poteſt. quære cap. 18. th. 2. exiſtētibus manifeſtis argumētis.

a *Quæſtio poteſt.* Eis ſcilicet qui obfirmati in priori quæſtione nihil dixerunt.

b *In alium non torquetur.* Facile enim mentitur.

c *Vindicet.* Quære cap. 9. 35. 39. & 18. th. 5.

d *Filiam eſſe defuncti.* Siue cum eo agatur, ſiue ipſe agat, & petat hereditatem ab aliis liberis, dicens non eſſe fratres ſuos.

e *Here-*

Digitized by Google

e *Hereditarii ſerui.* Nec enim videtur contra alios dominos interrogari, ſed de ſucceſſione defuncti domini quæritur.

f *Animum.* Nam ſi animi propoſitum durauerit, corpore defecerit, non torquetur, & contra.

g *Teſtes, &c.* Hoc confirmat No. 90. ſiue lib. 21. tit. 1. c. *. quæ ait, Si vero data opera appareat eos peruerſe agere, & inde ſecum ipſos pugnare non innoxios eos relinquant niſi errore quodam, vt ſit, hæc dixerint.

g Quia teſtes cap. nominat, liberi intelligūtur, & quia liberos torqueri ſtatuit, in crimine maieſtatis ponenda eſt ſpecies. quod ſi velis & in alio crimine ponere, fingere oportet huiuſmodi liberos homines arenarios fuiſſe. quære de crimine maieſtatis titu. 36. cap. 17. quo ait generaliter omnes torqueri, & huius tit. cap. 10. De arenariis quære huius tit. cap. 1. them. 7. circa medium, quo ait, Non fratrem contra fratrem.

g Producti ab accuſatoribus. quære c. 15. & 10. th. 2. Cum forte facto nō interueniſſent. quære lib. 11. tit. 1. cap. 35.

h *Niſi cum facto.* Et nihil dicunt, nec alia argumenta ſubſunt, vt cap. 17. tit. 36. & huius tit. c. 10.

i *Iudex cum non poteſt.* Qui iudicat de fide generis, ſi aliter nō poteſt veritatem eruere, torqueat ſeruos hereditarios.

k *De generis ſtatu.* Cum quis poſſeſſorem hereditatis ſuum fratrem eſſe dicit, & vult etiam ipſe eam adire, vt c. 17. th. 1 in fi. & c. 9.

l *Seruus qui vltro.* Si quid deponat ſeruus contra dominum, & ſubſint etiā aliæ probationes, nō ſunt ſuſcipienda ea quæ dixerit ſeruus. Cap. 23. ait ſeruum non torqueri cōtra dominum niſi in crimine adulterii, vel fraudati cenſus & maieſtatis. Cap. 24 ait non torqueri etiam aduerſus matrē vel tutores niſi in actione tutelæ. Sed neque in communem dominum torquetur, niſi de cæde alterius domini agatur, vt th. 2. cap. 17. Plus didicimus, ne interrogari quidem in eū qui dominus fuerit nec domino volente: nec libertū contra patronum, vt cap. 28. Didiciſti autē lib 4. Codicis ti. 20. Conſt. 7. ſeruum nec contra dominum nec pro domino teſtimonium dicere. Sed ſi peræquatore volente cenſum agere celauerit quis ad ſe pertinentia prædia, in hoc crimine de ſeruo quæritur contra dominum, & in crimine falſæ monetæ: & cum ſeruus venditus interrogatur, an fugerit dum ageret apud dominum, vocem hanc eius ſuſcipiemus. quære c. 1. th. 4.

m *Seruus non torquetur.* Propter memoriam prioris domini. Niſi de fuga tantum interrogetur, vt lib. 19. tit. 10 cap. 58. th. 2. At lege lib. 22. tit. 1. cap. 7. ideo autem de fuga interrogatur, quia de ſuo facto interrogatur.

n *De quæſtione eſt ſermo.* An ſeruus debeat in dominum interrogari.

o *Ante diem vnum.* Auditurum crimē oportet ante diem vnū hoc prędicere, ſe de criminib. cogniturum, ne rei ſubitis accuſatorum criminibus opprimantur, quamuis quocunq; tempore poſtulante reo defenſionem negari non oportet: adeo vt propterea differatur ſæpe, & extendatur quæſtio, vt in medio exiſtat defenſor.

p *Is cui fideicommiſſaria.* Honoratus fideicommiſſaria libertate niſi ab aliis quibuſdam reis oneretur, id eſt, niſi contra eum dixerint, torqueri non debet. Quære lib. 35. tit. 16. cap. 1. them. 1. & ibi ſcholium: & finge hîc fideicommiſſariam libertatem deberi ſeruo, nō ab herede defuncti, ſed à defuncto in heredem.

q *Non torquetur.* Quære c. 8. th. 2. & tit. 37. c. 26. th. 4. quibus caſibus torqueantur ſerui.

r *Niſi aliorum, &c.* Hoc eſt niſi quid torti in eum dixerint. tunc enim torquetur, vt liber tamen.

ſ *Qui vnum tantummodo.* Maritus hęres vxoris ſuæ petebat à Suro quodam pecuniā quaſi apud eum depoſitam à defuncta ſe abſente, & depoſiti teſtem vnum duntaxat producebat, & cum quidem filium liberti ſui, litigans apud procuratorem Cæſaris. petebat autem quæſtionē haberi de ancilla. Surus depoſiti reus negabat ſe depoſitum accepiſſe, & dicebat non debere vnius hominis teſtimonium admitti, nec ſolere à quæſtionibus incipi, maxime in pecuniariis cauſis, etſi aliena eſſet ancilla. Procurator quęſtionem de ancilla habuit, & condemnauit Surum, qui appellauit, & de appellatione cognoſcens Imperator, pronuntiauit illicite factam quæſtionem, & vnius teſtimonio non eſſe credendum. ideoque recte prouocatum.

t *Teſtem habet.* Sed qui hoc amplius habet argumenta, recte quæſtionem haberi poſtulat.

u *Nemo damnatur.* Neminem damnari oportet in hoc, vt perpetuo torqueatur. Simile cap. 8. th. 2. tit. 51.

x *Coniecti ſunt in carcerem.* Vel officio nuntiante, vel ab eis ipſis occaſione data.

y *Non torquentur.* Iuxta 2. th. 1. c. 51. tit. intelligitur.

l. 1. C. de quæſtionibus. [23] De ſeruo[a] non habetur quæſtio aduerſus dominum, niſi cum de adulterio vel de maieſtate quæritur. Sed ſi præter id quod ſeruus depoſuit contra dominum, ſint aliæ probationes, nō poſſumus alias probationes obtrectare ex eo quod ſeruus depoſuit. In pecuniariis autem cauſis nec inopia probationum ſeruos contra dominum[b] interrogari oportet. Lib. 9. Codicis tit. 41.

l. 2. [24] Neque in tutorem[c] dominorum, neque in matrem ſerui torqueri poſſunt, niſi tutelæ agatur.

l. 3. [25] Si mulier[d] accuſatur quod veneno virum ſuum interemerit, in eam

Digitized by Google

quæſtio habetur, non tantum de propriis[e], ſed & de alienis ſeruis. primum autem de alienis, & ſi verum probetur iudicium, ipſa quoq; mulier torquetur.

[16] SI quidam[f] ſemel de ſe confeſſi velint[g] de aliis[h] loqui quaſi conſciis, non habetur fides. Quod ſi probetur quoſdam communiter admiſſo delicto ad euitandã futurã de ſe ſententiã eos prodidiſſe, puniri debent[i]. l. 4

[17] ET ſi[k] quæratur de morte defuncti honorati libertate, non[l] occiduntur indiſcrete, ſed torquentur. l. 5

[18] NEC ſerui domeſtici[m], nec liberti proprii vel materni, poſſunt in eos capitaliter vel pecuniariter torqueri. l. 6

[19] NEC volente domino, ſeruus contra eum, vel contra dominam interrogatur. l. 7

[20] MILES[n] vel filius militis non ſubiicitur[o] tormentis. quod dicimus ſiue adhuc militet, ſiue pro emerito dimiſſus ſit, non ſi ignominioſa miſſione. ¶ Iudices autem non conuenit in inquiſitione à tormentis incipere, ſed prius alia argumenta quærenda ſunt, quibus inuentis, tunc demum indaganda eſt veritas quæſtione rei. l. 8. in pr. §. 1.

[21] DE ſtatu[p] ingenuitatis per omnes interrogationes, & quæſtiones[q] eundum eſt, ne alieni forte ſordidæ ſtirpis ſplendidis & ingenuis natalibus audeant cõnumerari, vel retro ingenuis propria ac debita per compoſitam quæſtionem hereditas denegetur[r]. l. 9

[22] CVM teſtamentum falſum dicitur, hereditarii ſerui torquentur, quamuis is qui dicit ſe heredem eſſe, eis præſtiterit libertatem[s]. l. 10

[23] DIVO[t] Marco placuit perfectiſſimorum, nec non & eminentiſſimorum virorum deſcendentes vſque ad pronepotes plebeiorum pœnis vel quæſtionibus nõ ſubiici, ſi modo[u] propioris[x] gradus liberos per quos id priuilegium ad vlteriorem gradum tranſgreditur, nulla violati pudoris macula aſpergit. l. 11

[24] QVOTIES[y] de dominio mancipiorum quæritur, ſi aliis probationibus veritas illuminari non poſſit, de ſe ipſa eſſe cum tormentis interroganda. Sed ſi alia ſit probatio, non torquentur. l. 12

[25] QVOD dicitur, ſi de hereditate quæratur, ſeruos[z] hereditarios torqueri: ita procedit, ſi duo de hereditate contendant, & vnuſquiſq; dicat ſe ſolum heredem eſſe. Sed ſi quis fateatur[a] alium coheredem eſſe, ſeruorũ quæſtionem agi non oportet[b], quia interrogarentur cõtra dominos. l. 13

[26] SERVOS[c] nõ ſolum pro dominis, in quorum dominio ſunt, ſed nec pro iis quorum antea fuerunt, interrogari poſſe conſtat. l. 14

[27] QVOTIES[d] ſeruus de ſuo facto interrogatur, etiam ſi proſit[e] vel noceat domino interrogatio, eam admittimus. l. 15

[28] Conſtitutio vult generaliter ciuitatis curam agentem, alienum eſſe omni iniuria corporali, ac ſi nihil omnino deliquiſſet. l. 16

[29] Conſtitutio iubet non tunc duntaxat hereditarios ſeruos torqueri, cum duo quidam litigant, vnoquoque dicente ſe heredem eſſe, & alium excludente, ſed & cum alter fatetur alterum coheredem eſſe, quæſtio[g] autem eſt de rebus hereditariis[h], ſiue[i] ſerui ſint, ſiue manumiſſi teſtamento, prius iureiurando ſuper his à nobis ſtatuto præſtando[k]. l. vlt.

a De

a *De ſeruo.* Niſi de fugitiuo, venditus nanque ſeruus interrogatur an apud priorem dominum fugerit, cum nec videatur contra dominum dicere, ſed pro ſuo facto, vt lib. 19. tit. 10. c. 58. the. 2. & lib. 21. tit. 1. c. 29. & lib. 22. tit. 1. c. 7. In libro autem 37. tit. 7. c. 33. th. vlt inuenies caſum ſpecialem, in quo ſerui pro domino teſtimonium dicunt. THEOD. Seruus contra dominum non torquetur, niſi in crimine adulterii, & fraudati cenſus, & maieſtatis: neque, vt ait 2. Conſtit. huius tit. contra matrem domini niſi tutelæ agatur, neque, vt ſignificat 13. Conſt huius tit contra communem dominum, niſi quęratur de cæde alterius domini. Plus adiicit 14. Conſt. huius tit. nec contra eum qui dominus fuit ſeruum interrogari, imo nec ſi dominus velit, vt proponitur 7. Conſt huius tit. Sciēdum & quod ait 6. Conſtit. huius tit nec pro domino ſeruum torqueri, nec pro patrono libertum. Didiciſti autem lib. 4. tit. 20. Conſt. 7. ſeruum nec pro domino nec cōtra dominum teſtimonium dicere. & ſi deponat quædam ſeruus contra dominum, & ſubſint aliæ probationes pro domino nō ſunt admittenda dicta ſerui. quære lib. 21. tit. 1. c. 3. th pen. & cap. 31. & eius adnotationem, & cap. 4. & in eo ἀναπογράφοις. quære c. 17. & adnotata in 5. th. 1. cap.

b *Contra dominum.* Sed contra extraneos certis caſibus, vt cap. 9.

c *Neque in tutorem.* THEOD. Seruus pupilli non prohibetur ea dicere quæ ſcit contra matrem vel tutores domini, ſi tutelæ agatur.

d *Si mulier accuſetur.* THEOD. Licet in extraneos ſerui audiantur, non tamen ex eorum voce rei torquentur, niſi probetur argumentum verum. Conſt. 8. huius tit. generaliter ait non debere iudicem ſtatim reum torquere, antequam nouerit an ſint argumenta vera. quære tit. 39. c. 26. Nota in cæde priuata ex vno capite vel potius duobus, ſeruos torqueri contra dominum, vno puta pręſenti, altero cum & teſtator necatus eſt. vt lib 35. tit 16. c. 4.

e *Non tantum de propriis.* τὸ πλάτος habet, Et de ſeruis contra eam non propriis, ſed alienis habetur quæſtio. Et ait Thalelæus, Itaque nec in hoc crimine ſerui mulieris aduerſus eam torqueri debent.

f *Si quidem ſemel.* THEOD. Coniunctus vel confeſſus de ſeipſo, ſi poſtea aliquid dicat contra alios, ei fides non habetur Memineris 2. Conſt. 55. tit. 7. lib.

g *Confeſſi velint.* Quære c. 16. th. 2. & lib 9 tit. 1. c. 116.

h *De aliis loqui.* Adduntur ei. τὸ κατὰ πόδας. De iis qui prehenderunt, vel de cuſtodibus. & ait Thalelæus; Nota præſumptionem contra illos dicere eos videri, quod ab illis apprehenſi cuſtoditive ſint. Nota eum qui de ſe fatetur non audiri aduerſus alios. Quære lib. 7. tit. 17. cap. *. 25. & Antiquum & tit. 18 c. 5. eiuſdem lib. & Antiquum.

i *Puniri debent.* Nam ſæpenumero criminis ſocii volentes pœnam effugere, tradunt eos, ſciētes fidem eis nullam habitum iri, etiam ſi quid contra proditores dixerunt. Iubet igitur Conſtitutio hoc probato puniri eos.

k *Et ſi quæratur.* Etiam ſi occiſus dicatur teſtator, non torquentur ſerui manumiſſi. At ſciendū quod ait 17. Conſtit. huius tit. ſi teſtamentum falſum dicatur torqueri etiam manumiſſos, & quod ait 18. Cōſt pro rebus hereditariis quas adminiſtrarūt torqueri manumiſſos à teſtatore. Memineris 1. Conſt. 58. tit. 2 lib. Quære lib. 5. tit. 6. c. 1. th. 2 & cap. 3. th. 8. & cap. 11. & lib 7. tit. 5. c. 100.

l *Non occiduntur indiſcrete.* Cum vindicatur mors occiſi, omnes qui inuenti fuerint ſub eodem tecto indiſcrete occiduntur. Iubet igitur Conſtitutio vt iure teſtamēto manumiſſi, ſi ſuſpecti ſint, quæſtioni ſubiiciantur.

l Serui enim indiſcrete occiduntur, licet viuo defuncto manumiſſi ſint, vt lib. 35. tit 16. c. 11.

m *Domeſticis.* Nota de domeſticis & lege ἀναπογράφοις in 4. c. 1. tit. 21. lib. & penult. th. eiuſdem. Nota nec ſeruos nec libertos contra dominos interrogari, vel cōtra patronos, licet domini velint. quære cap. 1. th 5. & ibi tranſmiſſiones.

n *Miles, &c.* THEOD. Neque miles neque filius militis torquentur. Idem in decurione ait 11. Conſt. huius tit. Nemini iudex quæſtionē infert, niſi ex parte cognita veritate. Memineris 3. Conſtit. huius tit. & lege 16. Conſt. 47. tit 9. lib.

o *Non ſubiicitur tormentis* Niſi in crimine maieſtatis, vt tit. 56. c. 17.

p *De ſtatu ingenuitatis.* THEOD. In cauſa ingenuitatis iudex poteſt quæſtionem adhibere ad eruendam veritatem. Memineris 1. & 3. & 7. & 8. Conſt. 14. tit. 7. lib. & lege 12. Conſtit. huius tit. Quære c. 17. circa medium & 18 th. 5. & vlt. th. 10. c.

q *Quæſtiones.* Cum aliqua exiſtit ambiguitas & incertitudo ſuper cauſa ſtatus, iudex ad quęſtionem procedere debet, & quærere de ſeruis ſuper ingenuitate eius de quo ambigitur: nec enim de eo exiſtimes quæſtionem haberi, qui ſtatus ſui controuerſiam patitur. cum hoc ſit prohibitum, vt ait vlt. th. 10. c. Forte enim agit quis petitione hereditatis, dicens ſe eſſe filium defuncti, quod poſſeſſor negat vel ſe fratrem defuncti vocat, reus negat: debet iudex ad quæſtiones decurrere, & hereditaris ſeruos torquere, vt ait in 17. c. huius tit.

r *Hereditas denegatur.* Probata libertate vel ingenuitate, quandocunque is moriatur, quaſi ingenuus heredē habebit, quem non habebit ſi quæſtio veritatem non eruerit, quia ſeruus heredem habere non poteſt.

s *Eis præſtiterit libertatem.* Liber homo teſtimonium dicere debet, non torqueri. Hi vero quia ſerui hereditarii fuerunt, torquentur. Nota non tantum ſeruos ſed & manumiſſos torqueri, ſi teſtamentum falſum dicatur.

t *Diuo Marco, &c.* Nec eminens vir nec liberi eius quæſtionem patiuntur, nec decurio, aut decurionis filius. & vt generaliter ſubiicit 17. Conſt. huius tit. publica perſona nulla in corpus punitur, præterquā in crimine maieſtatis, in quo & decuriones torquentur. Lege 14. tit. 49. nec te lateat 3.

Digitized by Google

& 5.Conſt.47.tit.huius lib.9. Lege & 32.& 41.Conſt.32.tit.10.lib.dicentem eos fuſtibus cædi.

Thal.Eminentiſſimorum & perfectiſſimorum virorum liberi non debeut in quæſtionibus & pœnis eadem quæ plebeii pati.quod non in filiis & nepotibus,ſed & vſque ad pronepotes porrigit Conſtitutio,ſi modo honeſte vitam degant. Habent & filii decurionum priuilegium in quæſtionibus vt Vlpianus ait.

u *Si modo*. Quia infames ſunt,torquentur viles eorum filii,non etiam ipſi,quia ex patribus illuſtribus & honeſtis prognati ſunt.

x *Propioris gradus liberos*. Hic eſt ſenſus,Si filium ex quo genitus eſt nepos vel nepotem ex quo genitus eſt pronepos, nulla turpitudinis macula notarit. nam qui infamia notati ſunt, hoc priuilegio liberos excludunt.

y *Quoties de dominio*. Theod.Iudex re exigente poteſt mancipia,de quorum dominio apud ſe quæritur torquere.Didiciſti enim lib.3.tit.32. Conſt.10. ſeruos de ſe interrogari, & exquiri ab eis quis eorum dominus ſit.Memineris 9.Conſt.huius tit.

z *Seruos hereditarios torqueri*.Quære cap.39.& lib.41.tit.4.c.3.th.2 & eius adnotationem.

a *Si quis fateatur*. Ait Conſtitutio torqueri ſeruos hereditarios de quibus in certum eſt ad quē pertineant.Hîc autem aduerſarius fatetur communes eſſe ſeruos.

b *Agi non oportet*. Niſi forte de hereditariis rebus quæ cælantur,vt c.39.quo caſu torquentur, & ſi conſentiant inter ſe litigatores.

c *Seruos*.Thal.Ne in eum quidem qui quondam dominus fuit,ſerui interrogari poſſunt.quære c.11.18.th.7.

d *Quoties ſeruus*. Τὸ κατ᾽ πόδας.Interrogari ſeruum de facto ſuo non ſolum in criminali cauſa,ſed & in ciuili, veluti quando per eum depoſiti vel commodati nomine, vel in aliis cauſis legibus cognitis res aliis præſtitæ ſunt,poſſe non ambigitur.quære c.34.& lib.22.tit.1.c.7.

e *Etiam ſi proſit*. Interrogatur quando rem attulerit depoſiti vel cōmodati cauſa. Theod.Non tantum in criminalibus,ſed & in ciuilibus torquentur ſerui ex ſuo facto. Didiciſti enim lib.4.tit.20.recte eos interrogati ſui facti cauſa.Nota ſeruum pro ſuo facto recte torqueri,etiam ſi reſponſum eius domino noceat. Quære lib.21.tit.1.c.31.& lib.19.tit.10.c.48.th.2.

f *Omni iniuria*.In omni delicto præter quam maieſtatis.

g *Quæſtio autem*. Quære lib.41.tit.4 c.3.circa medium, & ibi quartam adnotationem. Nota hoc caput,& eo vtere cum agit quis in exterum detinentem hereditatem patris vel cognati,& inficiatur reus,fidemque de cognatione fieri poſtulat. Lege 35.cap. vel potius 17.

h *De rebus hereditariis*. Obſerua igitur non debere eos interrogari quis heres ſit,quod fortaſſe ignorant,ſed de hereditariis tantum rebus,vbi ſint,& quales ſint.quære cap 17.

h Quarta adnotatio appoſita 3.cap 4.tit.41.lib. ait hanc vltimam Conſtitutionem abrogare 13.ſiue 35.cap.huius tituli,& lege eam,& quod traditur 3.cap.1.Nouellæ.

i *Siue ſerui ſint*. Nota quales ſerui torqueantur in deprehenſione rerum hereditariarum.

k *Iureiurando præſtando*. De iureiurando Leo conſtituit, eum qui quamcunque probationem exigit,iurare compelli ſe non calumniæ cauſa eam exigere.Quære tit.30.c.19.& lib 7.tit.5.c.4.th.2.& huius tituli c.10.& 28.

Titulus LI,

Sive lib. XLVIII. tit. XIX.

De pœnis.

VLPIANVS.

REi conditio ſpectari debet non quam habet tempore ſententiæ,ſed quam habuit[a] tempore delicti. ¶ proinde ſi ſeruus crimen commiſerit, & manumiſſus condemnetur, vt ſeruus punitur, & è contrario[b]. ¶ Qui[c] de publico vel priuato crimine extra ordinem[d] cognoſcunt[e], eum qui pecuniariam pœnam præſtare non poteſt[f],extra ordinem coercent. Capitalis[g] condemnatio eſt quæ mortem, vel ſeruitutem pœnæ, vel ciuitatis amiſſionem infert. ¶ Deportati à præſidibus[h] non amittunt ciuitatem[i] antequam inſulam princeps ſtatuerit.Deportatus autem à præf.vrbi ſtatim[k] à ſentētia ciuitatem amit-

L.1.in pr. ff. de pœnis.
§.1.& 2
§.vlt.
L.2.in pr.
§. 1

§. 2 amittit. ¶ Non videtur[l] damnatus qui prouocauit, nec qui damnatus eſt ab eo[m] qui ius damnandi non habet[n].

l. 3 IDEM. Prægnans antequam pariat neque punitur[o] neque torquetur.

l. 4 MARC. Qui non obtemperant exilio[p], ſed vel in aliis locis inueniuntur, vel non abeunt in exilium, pro temporaria quidem relegatione perpetuam ſuſtinent, pro perpetua relegatione deportationem, pro deportatione capitalem pœnam. Exilii autem veniam[q] ſolus princeps dat ex iuſta cauſa.

l. 5. in pr. VLP. Neque ex ſuſpicione[r], neque abſens quis damnatur[s], niſi poſt multas admonitiones & edicta non compareat[t], & hic vero damnatur vſque ad pœnam[u] pecuniariam, vel infamiam, vel relegationem. Satius enim eſt impunitum manere nocentem, quam innocentem damnari.
§. 1 ¶ Accuſator[x] vero abſens damnatur[y], & plus[z] interdum quam exigat S.C. contra calumniatores.
§. vlt. ¶ In omnibus criminibus quærendum eſt conſulto an caſu crimen admiſſum ſit, & ita vel iuſta vel lenior pœna inferenda eſt.

l. 6. in pr. IDEM. Qui poſt condemnationem[a] dicit ſe habere aliquid quod referat pro ſalute principis, non debet ad eum tranſmitti, ſed ſtatim[b] puniri.
§. 1 ¶ Præſides[c] non tantum officiales ſuos & eos qui ſub ſe agunt, ſed & ſuos homines & ſeruos, ſi delinquant, coercent.
§. 2 ¶ Pœnarum aliæ mortem inferunt, aliæ ſeruitutem, aliæ ciuitatis amiſſionem, aliæ relegationem, aliæ caſtigationem corporalem.

l. 7 CALLIST. Veluti verbera aut vincula.

l. 8. in pr. VLP. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis depoſitionem, aut alicuius actus prohibitionem.
§. 1 ¶ Solo autem gladio, non alio inſtrumēto[d], neq; veneno, vita adimi poteſt[e].
§. 3 ¶ Decerni nō debet vt quis tormentis interimatur, quamuis plerique in tormentis moriantur.
§. 4 ¶ Libertatis licentiam[f] amittit damnatus in metallum[g] vel in opus metalli. Sed ſi in
§. 5 prouincia quadam metalla nō ſint, damnatus in aliam mittitur. ¶ Præ-
§. 6 fecto vrbi damnandi in metallum ius eſt. ¶ Differentia autem eſt inter hæc duo genera pœnarū, quia grauioribus vinculis implicatur damnatus in metallum, & refuga[h] operis metalli, in metallum datur, refuga[i] metalli grauius coercetur.
§. 7 ¶ Damnato[k] in opus publicum[l] refugiente, tempus quod exilio ſupereſt[m] duplicatur, non quod fecit in cuſtodia. Sed ſi temporis duplicatio decennium exceſſura eſt, aut perpetuo relegatur aut in opus metalli mittitur.
§. 8 ¶ Fœminæ[o] in miniſterium metallicorum vel perpetuo damnantur, & fiunt ſeruæ pœnæ: vel ad tempus, & liberæ manēt.
§. 9 ¶ Nemo[p] ita damnatur vt ſit in cuſtodia vel in vinculis[q].
§. 10 ¶ Pœna metalli eſt, ſi quis damnatur vt calcem faciat vel ſulphur fodiat.
§. 11. & 12 ¶ Damnatus[r] in ludum venatorium ſeruus fit pœnæ. ¶ Serui[s] in metallum & in opus metalli[t] & in ludum venatorium damnātur, & fiunt ſerui pœnæ, nec liberati pœna, redeunt ad priorem dominum.
§. vlt. ¶ Sed ſiue in perpetua vincula fuerit damnatus ſeruus, ſiue in temporalia, eiuſdem domini manet[u].

l. 9. in pr. & §. 1. &c. IDEM. Aduocatione etiam prohibetur quis perpetuo & ad tempus,

Digitized by Google

& aduocatus adeſſe certis perſonis, vel apud tribunal, vel apud quoſdam magiſtratus. & prohibitus poſtulare apud legatum non poteſt poſtulare apud proconſulem[x]: cõtra prohibitus apud proconſulẽ[y], poſtulat apud legatum. ¶Plus autem eſt foro prohiberi[z]: nulla enim negotia[a] forenſia §.4.
exercere poteſt. Solet autem ita interdici iuriſperitis & aduocatis & pragmaticis, & tabellionibus.* ¶Interdicitur[b] etiã ne inſtrumẽta, vel libel- §.5.6.&7.
los componant, aut ſubſcribant, vel ne ſedeant quo publice inſtrumẽta deponuntur, & ne teſtamenta[c] componant, vel ſcribant vel ſignent, §.8.
¶& ne publicis negotiis interueniant, & negotientur. ¶Damnatur etiã §.9.&10.
quis ad negotiandum.

*νομικοῖς ἢ γραμματικοῖς.

Prætermiſſa reliqua th.

Marc. Seruus exemplo humiliorum punitur, & ex quibus cauſis li- L.10. in pr.
ber homo fuſtibus cæditur, ſeruus flagellis cęſus domino redditur, & ex quibus cauſis liber homo verberatus in opus publicum datur, ſeruus flagellis cæſus domino redditur, ita vt tantundem temporis ſit in vinculis. quod ſi non recipiat eum dominus, venditur: & ſi non ſit emptor, in opus publicum perpetuo coniicitur. ¶Damnatus in metallum ſtatim §.1.
atque ſententia dicta eſt conditionem mutat, & ideo ſi quid præterea commiſerit, priuſquã perduceretur in metallum, vt ſeruus pœnæ coercetur. ¶Qui maiorem ſtatuta pœnam patitur[d] in actione famoſa, infa- §.vlt.
mis non fit, vt ſi fuit nomine tortus, vel in opus temporale damnatus ſit. ictus enim fuſtium grauior eſt, quam pecuniaria damnatio.

a *Quam habuit.* Quam ſuſtinere eos oportet ſi tempore delicti ſtatim cõdemnati fuiſſent quære lib.50.cap.19.& lib.7.tit.15.cap.4.th.2.

b *Et è contrario.* Vt ſi liber in deteriorem conditionem redactus ſit, eam pœnam ſubire eum oportet, quam ſuſtineret ſi in priore conditione duraſſet.

c *Qui de publico.* Veluti de termino moto, vt tit.31.cap.1.3.4.& ſtellionatus, vt tit.30.

d *Extra ordinem.* Quære cap.13.& lib 7.ti.5.ca.85.th.& ibi adnotationes. Nota ex hoc capite. reum qui pecuniariam pœnam perſoluere non poteſt, puniri. quære & lib.7.tit.3.cap.7.fin. & eiuſdem lib.tit.8.cap.25.

e *Cognoſcet.* Eos extra ordinem cognoſcere Iuriſconſultus ait, qui ſine accuſatore reos quoſdã apprehendunt, vel moniti ab officio, vt per ſe ipſi. Hi ergo non illico tormenta exhibent, ſed ſuſpectos nec accuſatos pecuniariter coercent: & ſi ſoluendo non ſint, torquent modice, vel flagellis cædunt, vel relegant ad tempus. Sic etiam intelligendum eſt 22.cap.50.tit. Vel ita dicendum, hoc capite caueri, iudices cognoſcẽtes de extraordinario publico vel priuato crimine, pœnam à reo pecuniariam exigere, & non exiſtenti ſoluẽdo, pœnam corporalem inferre, & quære tit.1.cap.15.th.2.& cap.3.

f *Præſtare non poteſt.* Propriam inopiam.

g *Capitalis condemnatio.* Etenim exiliũ capitalis damnatio dicitur, quod eiiciat caput ciuitate. & quære lib.8 tit.1.cap.1.th 6. cuius initium, Et capitali crimine damnatus: & ibi adnotationem idem dicentem. Quære cap.27.th.2.& tit.33.cap.2.& lib.2.tit.2.cap.103.

h *Deportati a præſidibus.* Quære lib.44.tit.3 cap.1.th.4.

i *Non amittunt ciuitatem.* Quære lib.7.tit.3.cap.3.& tit.5.cap.98.cum ſuis them. Quære cap.27.th.vlt.& tit.54.cap.6.th.2.

k *Statim a ſententia.* Præfectus namque vrbi inſulam ſtatuere poteſt. quære cap.10.them.2.& cap.8.them.3.

l *Non videtur damnatus.* Quære lib.21.tit.2.cap.6.them.2.

m *Ab eo, &c.* Is enim videtur damnare cuius ſententia valet.

n *Non habet.* Veluti à præſide alterius prouinciæ. quære lib.9.tit.1.cap.68.

o *Neque punitur.* Index, non conſumitur, vt lib.46.tit.1.cap.18.

p *Qui non obtemperant exilio.* Sed interdictis locis verſantur, vel alias non obtemperant exilio.

q *Exilii autem veniam.* Reditum & exeundi dilationem.

r *Neque ex ſuſpicione.* Quęre 2.th.33.cap.2.tit.8.lib.& Stephanum. Nota in criminibus abſentẽ non damnari, niſi ſæpe monitus non veniat, & is non abſolute, ſed vt caput tradit. Hoc vero de magnis criminibus intelligitur, vt ait tit.49.cap.1. Quære & lib.8.tit.2.cap.33.th.2.& ibi Stephani adnotationem quæ & alias diſtinctiones tradit.

ſ *Neque abſens quis damnatur.* In magnis criminibus, vt tit.49.cap.1.& 5.& in eo Codicis confector.

t *Non compareat.* Et is quidem in minoribus propter 1.cap.49.tit.

u *Uſque*

Digitized by Google

u *Vſque ad pœnam.* Non grauiorem, veluti metalli, vel aliam capitalem.

x *Accuſator vero abſens.* Qui deſiſtit, nec probat, ſed abeſt potius de induſtria.

y *Damnatur.* Semper enim leges plus fauent reis quam actoribus. & quære lib. 2. tit. 3. c. 125. quo ait fauorabiliores ſunt rei quam actores.

z *Et plus.* Hoc eſt, non tantum infamatur, ſed & ſi iudici videatur, forte ob aſperitatem accuſationis grauius punitur. & hoc cum non inſcripſit. nam ſi inſcripſit crimini, talioni locus eſt.

a *Qui poſt condemnationem.* Si quis ne ſupplicio adficiatur dicat ſe habere quod principi referat ſalutis ipſius cauſa, videamus an ſit tranſmittendus ad principem. Sunt quidam præſidum tam timidi vt poſt ſententiam de eo dictam pœnam ſuſtineant, nec quidquam audiant. alii vero omnino non patiuntur talia allegantes. quidam neque ſemper eos tranſmittunt, neque nonnunquam, ſed inquirunt quid edocere principem velint, & quid pro ſalute ipſius dicere habeant & poſtea vel ſuſtinent pœnam vel non ſuſtinent. quod mediam quandam rationem habet. ceterum, vt mea fert opinio, ſemel damnati admitti omnino nõ debent, quidquid allegent: quis enim dubitat eludendæ pœnæ cauſa ad hæc eos decurrere? magiſque eſſe puniendos qui tamdiu conticuerunt quod nunc volunt dicere pro ſalute Principis: nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere.

b *Sed ſtatim puniri.* Etenim ſi habuit aliquid dicere, cur hactenus non denuntiauit? ita Index.

c *Præſides.* Si quos Proconſul comitum ſuorum vel legati ſui reos inuenerit, vtrum punire eos debet an ſucceſſori ſeruare.

d *Non alio inſtrumento.* Securi, telo, fuſte, laqueo vel alio modo.

e *Vita adimi poteſt.* Additur in Indice, ſed neque damnatis præſides permittere poſſunt, vt genus mortis eligant.

f *Libertatis licentiam amittit.* Quære c. 10. th. 2. & cap. 2. th. 2. & cap. 29.

f Hoc infirmat 46. c. 4. tit. 18. lib. quod eſt c. 8. No. 22. Nec enim vult damnato adimi libertatẽ.

g *Damnatus in metallũ.* Additur in Indice, vel in opus metalli. quod in exactioribus exemplaribus non extat.

g In metallum mitti dicitur qui in hoc damnatur, vt effodiat terram, & metallum quærat, in opus metalli, qui in id deſtinatur vt quæſitum ab alio inuentumque metallum veluti aurum vel argentum purget, & conflet probumque reddat.

h *Refuga operis metalli.* Quære lib. 54. tit. 14. c. 5. th. pen.

i *Refuga metalli.* Inter eum qui in metallum & eum qui in opus metalli mittitur, in vinculis tantum differentia eſt. quære c. 28. th. pen.

k *Damnato.* Vt puta, ſi damnatus exilio in quinquennium duos in eo annos tranſegerit, d. inde fugerit, duplicatur ei tempus non quo exilium ſeruauit ſed quo fugit, hoc eſt, non quinquennium totum ſed tempus quod effugere connisus eſt.

l *In opus publicum.* In ædificium publicum extra ſuam habitationem.

m *Supereſt.* Quære c. 4. & 28. th. pen. & lib. 21. tit. 3. c. 4. & ibi Antiquum.

n *Si temporis duplicatio* Tunc nõ duplatur tantum exilium, ſed perpetuatur, vel in metalli opus refuga mittitur.

o *Fœminæ.* Mulieres in miniſterium metallicorum in perpetuum vel ad tempus damnari ſolẽt. Simili modo & in ſalinas. & in perpetuum quidem damnatæ quaſi ſeruæ pœnę conſtituuntur, ad tempus vero damnatæ non amittunt ciuitatem. Nota mulieres miniſtrantes metallicis, ſi in perpetuum eo miſſæ ſint, ſeruas pœnæ fieri: ſin vero ad tempus, retinere libertatem Idem & in opere metalli, vt c. 28. th. 6. & lib. 54. tit. 1. c. 5.

p *Nemo ita damnatur.* Solent præſides damnare perpetuo continendum in carcere, vel in vinculis. non debent hoc facere, nam huiuſmodi pœnæ interdictæ ſunt. carcer enim ad cuſtodiendos non ad puniendos homines comparatus eſt. Sed & in calcariam, vel ſulphurariam ſolent quidam damnari. eæ enim pœnæ metalli potius ſunt.

q *In vinculis.* Vincula enim obſeruandæ fugæ ad tempus nõ perpetuę pœnę cauſa inferuntur, niſi reus ſeruus ſit. & lege c. 48. quære & cap. 54.

r *Damnatus in ludum venatorium.* Si quis in ludum venatorium damnetur videamus an ſeruus fiat pœnæ. ſolent enim iuniores hac pœna adfici. vtrum igitur ii ſerui fiunt an liberi manent? & magis eſt hos quoque ſeruos fieri. hoc enim tantum diſtant à ceteris, qui beſtiis obiiciuntur, quod ii inſtruuntur venatores, vel purichari, vel in aliam quam voluptatem, & oblectationẽ populi mouendi ſe & exultandi.

s *Serui in metallum.* Nota ſeruum damnatum in metallum vel in arenam, & reſtitutum domino non reddi ſed fiſco.

t *In opus metalli.* Quære th. 3. & ibi ſcholium, quod docet quid ſit metallum & opus metalli.

u *Eiuſdem domini manet.* Hoc eſt, domino redditur, quo non accipiente venditur & ſi non ſit emptor, in opus publicum datur, vt c. 10. th. 2.

x *Poſtulare apud proconſulem.* Quære tit. 54. c. 7. th. 9. Ne maiora facere poſſit qui arcetur minoribus, inquit lib. 19. tit. 7. cap. 5. Si vendito ſeruo interdicatur pomœrio, & vrbe interdicitur, ne fruatur maioribus qui caret minoribus.

y *Prohibitus apud proconſulem.* Qui enim maiori prohibetur, non prohibetur & minori.

z *Foro prohiberi.* Quam aduocationibus interdici.

a *Nullis enim negotiis.* Hoc eſt, non poteſt ſe immiſcere litium negotiis, veluti tractare rem, vel dictare libellos litigatoribus, vel aliud quid.

b *Interdicitur etiam.* Solet & ita interdici ne inſtrumenta omnino forment vel dictent, vel li-

Digitized by Google

bellos componant, vel teſtationes ſcriptas conſiguent, vel eo loci ſedeant quo publice inſtrumenta deponuntur, veluti in archio vel grammatophylacio.

c *Ne teſtamenta componant.* Solet interdici ne te‍ſtamenta dictent, vel ſcribant, vel ſignent. Eſt & alia pœna ne quis publicis negotiis interueniat: hic enim priuatorũ quidem negotiorum particeps eſſe poterit, ſed publicis prohibebitur intereſſe, vt ſolent damnati, vt abſtineant publicis. Sunt & aliæ pœnæ, vt ſi cui negotiatione interdicatur, vel ne accedat ad publicas veluti vectigalium, cõductiones. Poteſt autem & vna & generaliter omni negotiatione interdici. An vero poſſit quis ita damnari, vt negotietur, videamus: & ſi quidem generaliter tractare velis, eæ pœnæ inciuiles ſunt, iubere inuitum hominem facere quod non poteſt. Sed ſi quis ſpecialiter tractauerit, poteſt eſſe iuſta cauſa compellendi cuius ad negotiationem: quod ſi fuerit, ſententiam valere oportet.

d *Qui maiorem ſtatuta pœnam patitur.* Vt qui ex ſaccis furatur interdiu, vt tit. 2 2. c. 7. Quære & tit. 12. c. 64. vbi ſecundum ſtatuta furti facta condemnatione in duplum tantum, non in tormenta corporis, fur infamia notatur. Quære & lib. 21. tit. 2. c. 13. th 3. & tit. 3. c. 4 & lib. 2. tit. 2. c. 131. 143. & lib. 49. tit. 4. c. 14. & 15.

MARC. Pro qualitate delicti pœna irrogari, & neq; ſeuerus neq; mitis l. 11. in pr.
Iudex[a] eſſe debet, ſed in leuioribus lenior, in grauioribus ſeuerior cum
benignitatis temperamento. ¶ De furtis domeſticis[b] quæ leuiora ſunt, §. 1
publice quæri non debet. Domeſtica autem ſunt quæ ſerui dominis, &
liberti[c] patronis, mercenarii conductoribus apud quos degunt, faciunt.
¶ Vel propoſito quis delinquit, vt ſi factionem ſtruat: vel impetu, vt ira- §. 2
tus: vel caſu, vt qui in venatione telum in ferã miſit, & hominem inter-
fecit[d]. ¶ Capitis pœna eſt, beſtiis obiici, vel extingui, vel ſimile quid pati. §. vlt.
EIVSDEM. Siue publico iudicio quis damnetur ſiue non, nõ crimen[e], l. 12
ſed ſententiam ſpectamus[f].
VLP. Qui[g] extra ordinem de crimine cognoſcit, augere & minuere l. 13
pœnam poteſt, ita tamen vt in vtroq; moderationem non excedat.
MARC. Quædam ſunt delicta quæ militibus grauiorem pœnã irro- l. 14
gant, quæ paganis aut nullam, aut leuiorem[h] inferunt. etenim miles[i] qui
ludicram artem[k] fecerit, & qui ſe vænire paſſus ſit, capite punitur.
Præterm. eſt 15 ff. CLAVD. Aut[l] factum lex punit, vt furtum & vulnus: aut dictum, vt l. 16. in pr.
conuicium, & infidã aduocationem: aut ſcriptum, vt famoſos libellos:
aut conſiliũ, vt coniurationem, & conſcientiã latronum, & ſuaſionem
delictorum. ¶ Hæc autẽ conſiderantur ſeptem modis, cauſa, perſona, lo- §. 1
co, tempore, qualitate, quantitate, euentu. ¶ Cauſa, vt in verberibus illa- §. 2
tis à magiſtro, vel parente. ¶ Ex perſona, facietis & patientis. ¶ Locus, vel §. 3. §. 4
furtum, vel ſacrilegiũ facit. ¶ Tempus[m] vagantẽ & redeuntem[n] militem §. 5
à fugitiuo diſcernit, & diurnum[o] furem à nocturno. ¶ Qualitate[p] vero §. 6
diſcernitur manifeſtũ furtum à nec manifeſto, & nuda rixa à graſſatura
& factione, & furta ab expilationibus[q]. ¶ Et quantitas furẽ ab abigeo. nã §. 7
qui vnum ſuem ſubripuerit, fur eſt: qui gregem, abigeus eſt. ¶ Euentus, §. 8
vt in iis quæ delinquunt viri clemẽtes[r], quamuis lex non ſoleat ſpectare
euentum[s], vt in eo[t] qui armatus incedit occidendi cauſa. Cædes autem
inuoluntaria[u] exilium irrogat. ¶ Idem crimen interdum grauius in qui- §. 9
buſdam prouinciis vindicatur, vt in Africa incendium ſegetum[x], & in
Myſia vitium, & adulteratores monetæ, vbi metalla ſunt. ¶ Nonnun- §. vlt.
quam[y] augentur pœnæ ob metum[z] frequentium graſſationum.
MARC. Pro non ſcripto[a] eſt quod in teſtamento ſeruis pœnæ[b] relin- l. 17
quitur. ¶ Quidam ſunt ſine ciuitate, vt qui perpetuo in opus[c] publicum §. 1
dati ſunt, & in inſulam deportati, qui ea quæ ſunt ex ſpecialibus[d] legi-
bus, non habent: quæ vero ſunt ex gentium ſiue naturali iure, habent.

VLP.

Digitized by Google

l.18 VLP. Nemo cogitationis nudæ[e] pœnam patitur.

l.19 IDEM. Serui qui non defenduntur[f] à dominis, etiam ab aliis defenduntur[g].

l.20 PAVL. Pœna damnati in heredes eius non tranſit[h].

l.21 CELSI. Vltima pœna eſt mors ſola[i].

l.22 MODEST. Damnati in metallum ſi 10. annis pœna ſua functi ſint, & propter ætatem aut valetudinem vacare operi non poſſint, arbitrio iudicis dimittuntur, ſi modo cognatos[k] vel adfines habeant.

l.23 IDEM. Damnati in metallum non perfinito tempore, decennio ea pœna funguntur.

l.25.in pr. IDEM. Qui diutino[l] tempore in reatu fuerunt, leuius puniuntur eo Præterm. eſt 4.ff.
qui confeſtim damnatur.

§.1. ¶ Nemo ita damnatur vt præcipitetur.

l.26 CALLIST. Non contrahit maculam filius[m] ex delicto[n] vel pœna paterna, neque alius quis ex alieno delicto.

l.27 IDEM. Præſides[o] ſententias ſuas reſcindere non poſſunt. At ſi quis de ſe mentitus[p] ſit, vel ſi inopia probationum damnatus ſit, & poſtea reperiat inſtrumenta, quæ ſibi adiumento ſint, princeps liberat eum, aut mi-
§.1 nuit pœnam[q]. ¶ Si decuriones vel ciuitatū principales capitale aliquid admiſerint, ita vt relegatione digni ſint, vel deportatione, vel capitali[r] pœna, præſes debet vinctos eos cuſtodire, & principi referre[s], adiecta relatione & ſententia ſua.

l.28.in pr. IDEM. Vltima[t] pœna eſt furcæ ſuffigi, & comburi, & capite minui & in metallum damnari, & deportari: hæc enim proxima ſunt, & imitan-
§.1 tur mortem. ¶ Ad tempus vero aut in perpetuum[u] relegari, vel in opus publicum dari, vel fuſtibus cædi, aliamve quam pœnam ſuſtinere, non
§.2. §.3 eſt capitale. ¶ Soli tenuiores[x] liberi homines fuſtibus cæduntur. ¶ Iuuenes[y] adclamationibus turbam cientes fuſtibus cæduntur & dimittuntur, aut ſi moniti à præſide in eiſdem perſeuerauerint, relegantur[z]: quod ſi plures turbas & ſeditiones fecerint, & ſæpe apprehenſi, & puniti clementius in eadem temeritate permanſerint, verberati & tonſi in perpe-
§.4. §.5 tuum relegantur. ¶ Serui fuſtibus cæſi dominis redduntur. ¶ Qui prohibentur[a] fuſtibus cædi, eundem honorem quem decuriones habent, &
§.6 in metallum non dantur. ¶ In opus[b] metalli ad tempus nemo damnari debet. Si quid tamen tale fiat[c], non videtur in metallum damnatus, ſed liber manet: quia & perpetuo in opus[d] damnatus, liber manet[e]. proinde
§.7 & mulieres hoc modo damnatæ liberos pariunt. ¶ Qui ad ſtatuas vel imagines principum confugit, in iniuriam alterius, non ſuæ tuitionis cauſa, id facere videtur, niſi in vinculis aut cuſtodia detentus à potentiori, id faciat. Et qui imaginem principis in inuidiam alterius præfert, vin-
§.8 culis publicis coercetur. ¶ Grauius quam extranei puniuntur, qui quid admittunt in patronos[f], vel filios, vel parentes, vel cognatos, vel mari-
§.10 tum, vel vxorem. ¶ Graſſatores qui prædę cauſa id faciunt, proximi ſunt latronibus: & ſi id cum ferro faciãt, & ſæpius, & in itineribus, capite pu-
§.11 niuntur: ceteri relegantur, vel deportantur. ¶ Serui qui ſaluti dominorū
§.12 inſidiati ſunt, comburuntur. ¶ Plebeii & humiles liberi homines facien-

Digitized by Google

tes incendium ob inimicitias vel prædam, capite plectuntur, vel cõburuntur: lenius autem puniũtur qui caſam[g] aut agrum incenderint. Fortuita incẽdia[h], ſi ii apud quos orta ſunt, cum poſſent ea compeſcere, neglexerint, ciuiliter[i] ei qui damno adfectus eſt damnum preſtant, vel modice caſtigantur. ¶ Ad tẽpus[k] relegatus ſi fugerit, perpetuo relegatur: perpetuo autẽ relegatus, in metallum damnatur, damnatus vero in metallũ §.13.
refuga, capite plectitur ¶ Is etiam qui temporalem cuſtodiã refugit, per- §.14.
petuo cuſtoditur: qui vero perpetuam cuſtodiam refugit, in metallũ dãnatur: damnatus in metallum, vltimo ſupplicio adficitur. ¶ Famoſi latro §.15.
nes in iis locis quibus latrocinati ſunt[l], furca figuntur. ¶ In criminibus[m] §.vlt.
ſerui & infames ſeuerius puniuntur.

a *Vt neque ſeuerus, neq, mitis iudex.* Nec enim ſeueritatis aut clementiæ gloriam affectare iudex debet, ſed perpenſo & iuſto iudicio, prout quæque res poſtulat, pronuntiare.

b *De furtis domeſticis.* Quia actio furti criminaliter intendi poteſt, ideo horum meminit Iuriſconſultus, vt tit. 12. cap. 92. th. 2.

c *Liberti.* Degentes in domo patroni.

d *Hominem interfecit.* Vel laſcinia, qui & relegatur, vt tit. 39. cap. 4. Relegatur autem in quinquennium, vt ait No. Porphyrogennetæ Dn. Cõſtantini Imperatoris & tit. 9. huius lib. cap. 4. th. 2.

e *Non crimen.* Quid enim ſi criminis minor erat pœna, & iudex ratione aliqua maiorem conſtituit? vt in fi. 16. cap.

f *Sed ſententiã ſpectamus.* Itaq; iuſſi interire, vel cum beſtiis depugnare, ſtatim fiunt ſerui pœnę.

g *Qui extra ordinem.* Siue extra ea quæ ſtatuta ſunt. de quo crimine non eſt ſcripta lex, quæ ſtatuat certam pœnam, vt tit. 28. cap. 1. Puto autem eum etiam, qui non extra ordinem cognoſcit, poſſe augere & minuere pœnam. nam de raptu virginum crimen extra ordinem non eſt. & quære tit. 58. & iudici eius pœnam minuere licet, vt lib. 2 . tit. 3. cap. 3. & ibi Thaleleus. Hoc hoc vero Cõſtitutio largitur iudicibus. Diſces quoque iudicem poſſe mutare pœnam lege definitam ex cap. 3. tit. 3 lib. 21. & 7. th. 13. cap. 2. tit. eiuſdem lib.

h *Leniorem.* Quære tit. 39 cap. 4. th 2. & cap. 16.

i *Miles.* Sed & militi venia nõ datur, qui inuitus occidit, vt tit. 39. cap. 19. Pagano venia datur. quære & lib. 21. tit. 2. cap. 2. th. vlt. & cap. 1. th. 2.

k *Ludicram artem.* Quære cap. 38. th. 11, circa finem. & cap. 8. th. 2. tit. 36.

l *Aut factum lex punit.* Aut facta puniuntur, vt furta & cædes: aut dicta, vt conuicia, & inſidę ad uocationes: aut ſcripta, vt falſa, & famoſi libelli: aut conſilia, vt coniurationes, & latron m conſ iñ eſſe, vel quos alios iuuiſſe cõſilio, vt in delatione. Hæc vero quatuor genera conſiderantur ſeptem modis, cauſa, perſona, loco tempore, qualitate, quantitate, euentu. Cauſa, vt in verberibus, quæ impune magiſtri diſcipulis inferunt, vel parentes liberis: quia emendationis potius quã iniuriæ gratia inferuntur. At ſi extraneus per iram pulſarit aut verberarit aliquem, punitur. Cauſa itaq; verberum differentiam facit. Perſona dupliciter ſpectatur. nam & de perſona eius qui fecit, & eius qui paſſus eſt, inquiritur. Ex iiſdem enim facinoribus aliter ſerui, aliter liberi puniuntur, & aliter qui in parentem, aut dominum deliquit, aliter qui in extraneum quemlibet, & aliter qui in magiſtratum, aliter qui in priuatum. In perſonarum cõſideratione ætatis quoq; ratio habetur, ſi infans deliquerit. Locus facit vt idẽ vel furtum vel ſacrilegium ſit. Tempus diſcernit emanſorem militem à fugitiuo ſiue deſertore nam qui breui tempore id fecit, emãſor eſt. Diurnum etiam furem à nocturno tẽpore diſcernimus.

m *Tempus.* Ceſſationis. nam ſi breui tempore ceſſauit, vagatus eſt, ſi multo fugit.

n *Redeuntem.* Quære lib. 57. tit. 1. cap. 1. 2. 3. de milite euagante.

o *Diurnum furem.* Quære tit. 12 cap. 55. th. 5. & 6. plus nocturnum puniri.

p *Qualitate.* Qualitate diſcernitur crimẽ, cum factum vel atrocius vel leuius eſt. aliud enim eſt vi ſpoliare, aliud clam veſtem ſubripere. Petulantia etiam qualitate diſcernitur à vi. qua de re & Demoſthenes ait. Nec enim ictus iniuriam conſtituit, ſed infamia, nec cædi liberis graue eſt, quanquam ſit graue, ſed iniuriæ cauſa cædi. multa enim, viri Athenienſes, quorum quædam is qui paſſus eſt, alteri referre nequit, facit is qui cædit habitu, aſpectu, voce, contumelioſe, inimice, pugno, in faciem. Hæc mouent, hæc homines deiiciunt poteſtate mentis minime adſuetos contumeliis.

q *Ab explicationibus.* Quære tit. 39. cap. 1. th. 2. & cap. 19. Factum, locus, perſona, cauſa, tempus, qualitas, quantitas, legum circunſtantiæ.

r *Viri clementes.* Vir clemens nec ſeditioſus ſi arma ſumat quaſi occidendi cauſa, nõ punitur vt homicida, niſi & euentus ſequatur. In ſeditioſis autem, etiam ſine euẽtu, animi propoſitũ punitur. nec enim tantum ſi occiderint, ſed & ſi non occiderint puniũtur ob id ſolum, quod armati proceſſerint, vt tit. 39. cap. 1.

ſ *Spectare euentum.* Quære tit. 29. cap. 1. th. 2. & cap. 19.

t *Vt in eo qui armatus.* Quære tit. 18. cap. o. th. penult. & 3.

u *Cædes inuoluntaria.* Animi propoſitum nõ minus quam crimen punitur. Nã & apud Græcos fortuiri

Digitized by Google

fortuiti caſus puniuntur. teſtis Homerus Nam, inquit, paruulum me Menœtius ex Opûnte in domum veſtram duxit ob ſæuam cædem à me factam, quo die puerum Amphidamantis interfeci infans, inuitus, ob talorum ludum incitatus ira Quære tit. 3. c. 9. th. 2. fin. & tit. 59. c. 3. fin. & eiuſdem cap. 16. & 4. th. 2. Nota inuoluntariam cædem exilio coerceri, quorundam opinione quinquennii, quorundam in quantum iudici videbitur.

x *Incendium ſegetum.* Grauius punitur, & in Arabia qui dicuntur ſcopeliſtæ, & in Ægypto, qui aggeres Nili diſſoluunt, vt tit. 22. c. vlt. th. vlt. & lib. 2. tit. 1. c. 9.

y *Nonnunquam augentur.* Nonnunquam euenit vt quorundam delictorum pœnæ augeantur, quoties nimium multis graſſantibus, ad eos terrendos ſeueriori exemplo opus ſit. quære c. 13. in quibus non crimen, ſed ſententiam ſpectemus. vt c. 12.

z *Ob metum.* Deprehenſus nanque vnus fortiter punitur, & extra ordinem, vt ceteri corripiantur.

a *Pro non ſcripto.* Quaſi non Cæſaris ſeruo relictum, ſed pœnæ. quære lib. 35. tit. 14. c. 25. th. 2. & tit. 22. c. 13. th. 2.

b *Pœnæ relinquitur.* Quales ſunt dati in metallum vel opus metalli.

c *In opus publicum.* Opus publicum lex vocat, veluti murorum conſtructionem loco longinquo, aut aptam viarum ſtraturam.

d *Ex ſpecialibus legibus.* Vrbis Romæ, veluti teſtamenti factionem, patriam poteſtatem, quæ ad leges Romanas pertinent.

e *Cogitationis nudæ.* Nec ſolius affectionis. & quære tit. 52. c. 1. th. 2. & lib. 2. tit. 2. c. 225. & lib. 7. tit. 3. c. 3. th. 5.

f *Non defenduntur* Si ſeruum crimine poſtulatum non defendat dominus, nō ſtatim punitur, ſed permittitur ei defendi etiam ab alio.

g *Ab aliis defenduntur.* Abſolutus vero domino redditur, vt tit. 33 c. 8. th. 2. & lib. 46. tit. 1. c. 13. & lib. 48. tit. 7. c. 12.

h *Non tranſit.* Nam pœnæ in emendationem delinquentium inferuntur.

i *Mors ſola.* Cum pœnis, de quibus cap. 28.

k *Cognatos.* Qui alere eos poſſint.

l *Qui diutino tempore* Qui diutino tempore rei fuerunt, leuius damnatur, propterea quod diu vexati ſunt. nam & Conſtitutiones dicunt non eo modo puniri eos qui nuper & in recenti crimine damnantur, & eos qui longo tempore in reatu fuerunt.

m *Filius.* Quod autem dicitur c. 55. tit. 50. nepotes lædi ob filiorum vilitatem, de infamibus nepotibus intelligitur, vt infames nepotes ſi auo & patre honeſtis ſint, non puniantur quaſi infames ſiue viles (infames enim non honeſtos dico) ſed debeatur eis honor parētum. At ſi auo ſint honeſto & nobili, patre viliori, patris vilitas obſtet eis quo minus fruantur honore & gloria aui. Quod ſi & ipſi nepotes honeſti ſint, quamuis auo ſint honeſto, patre humili & infami, nihil honori eorū deroget vilitas patris, quæ obſtat tantum honori deſcendenti ex auo non honori proprio.

n *Ex delicto.* Niſi ex ſolo crimine maieſtatis ex capite coniurationis initæ aduerſus illuſtres, vt tit. 36. c. 8 & tit. 39. c. 12. & tit. 50. c. 33.

o *Præſides.* Quære tit. 50. c. 1. them vlt. & lib. 7 tit. 2. cap. 20. & lib. 9. tit. 1. c. 84. & 127. & tit. 3. c. 55. & 62.

p *Mentitus ſit.* Exiſtentibus falſis argumentis.

q *Minuit pœnam.* Quære lib 9. tit. 3. c. 46. & th. 2. & cap. 35.

r *Capitali pœna.* Quære lib. 2. tit. 3. c. 155. th. 3.

s *Principi referre.* Excepto crimine maieſtatis, vt tit. 46 c. 17. Nota quemadmodum vtatur quis inſtrumentis à ſe poſt ſententiam repertis.

t *Vltima pœna* Hi fere ſunt gradus & ordo Summum ſupplicium eſt, ad furcam damnatio, viui concrematio, quæ pœna quamuis merito ſumma dicatur, tamen quia poſt furcam inuenta eſt, poſterior ea videtur. item capitis amputatio ſummum ſupplicium eſt. Deinde proxima morti eſt metalli pœna. poſt, in inſulam deportatio. cęteræ pœnæ ad exiſtimationem non ad periculum pertinent, vt relegatio ad tempus, vel in perpetuū, vel cum in inſulam, vel cum in opus quis publicum datur, vel cum fuſtium ictui ſubiicitur quære cap. 21.

u *In perpetuum relegari.* Quære lib. 7. tit. 14. c. 4. & huius libri & tit. cap. 27. th. vlt.

x *Soli tenuiores.* Et in maieſtatis tantum crimine etiam honeſtiores, vt tit. 36. c. 17. Hinc nota liberos homines non verberari niſi viliores ſint, qui deliquerint. excepto maieſtatis crimine, in quo omnes verberibus ſubiiciuntur.

y *Iuuenes.* Solent quarundam ciuitatum habitatores ſe in turba iuniores turbulentis popularium adclamationibus immiſcere Hi ſi nihil amplius admiſerint, nec ſint à præſide admoniti ne ita facerent, fuſtibus cæduntur. Additur in Indice: Vel ſpectaculis eis interdicitur.

z *Relegantur.* Index, Capite puniuntur. quære lib. 57. tit. 1. c. 3. th. 15.

a *Qui prohibentur fuſtibus cædi.* Nota honeſtiores viros fuſtibus non cædi nec in metallum dari. Sufficit enim deportatio.

b *In opus metalli.* Pugnare videtur 2. th. 10. c. & 3 th. 8. non tamen pugnat. hoc enim capite dicitur ad tempus damnatum in opus metalli, non videri in metallum damnatum. manere enim libertatem eius, quemadmodum & eorum qui in aliud quam metalli opus perpetuo damnantur. At perpetuo in opus metalli damnatus, libertatem amittit, & fit ſeruus pœnæ: quo modo & prædicta capita intelligere debes.

Digitized by Google

c *Tale fiat.* Hoc eſt ſi contingat quendam ad tempus in opus metalli mitti, non fit ſeruus pœnę. hoc enim tantum patitur is qui mittitur in perpetuum. Nota in opus metalli temporale exilium nō facere ſeruum, neque in opus publicum perpetuum exilium. Maius enim opere publico opus metalli eſt.

d *In opus damnatus.* Non metalli, ſed publicum, vt in ædificia quadam forte. Quære lib. 56. tit. 10. c. 5. de operibus publicis.

e *Liber manet.* At quatenus non reuertitur, comparatur deportato, vt cap. 44.

f *In patronos.* Quære lib. 49. tit. 2. c. 5. & 12. & 22. & lib. 7. tit. 8. c. 9.

g *Caſam.* Quid ſit caſa, quære lib. 2. tit. 2. c. 180. & 185.

h *Fortuita incendia.* Capitaliter puniuntur qui ſimpliciter incendium faciunt. comburuntur viui, qui inimicitiarum vel prædæ cauſa. Et vtrunque caſum in ciuitate accipere oportet.

i *Ciuiliter.* Pecuniariter. Ciuilis autem iudicii nomine pecuniarium ſignificari oſtenditur lib. 9. tit. 1. c. 137. & huius libri tit. 34. c. 33. & ibidem ab antiquis.

k *Ad tempus relegatus.* Quęre tit. 68. c. 14. & cap. 4. huius tit. & 8. th. 4.

l *Latrocinati ſunt.* Vt conſpectu deterreantur alii ab iiſdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis & adfinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita in quo latrones homicidia feciſſent.

m *In criminibus.* Quęre cap. 1. & tit. 50. c. 14. & 19. & lib. 7. tit. 15. c. 4. th. 2.

EIVSDEM. Vltimo ſupplicio damnatus ſtatim & antequam moriatur, ciuitatem & libertatem amittit, nonnunquam vero poſt damnationem ſeruatur ad conuincendos alios. l. 29

Præterit. est 30. MODEST. Damnatos ex prouincia in prouinciam transferre ſine permiſſu Principis non licet. l. 31. §. 1.

VLP. De vi[a] ex interdicto damnatus non fit[b] infamis, nec legi Iuliæ ſubiicitur. At ſi in eum crimine vis publicæ & priuatæ reum poſtulatum ſimpliciter Iudex pronuntiauerit, vim eum feciſſe, pœnæ legis Iuliæ de vi priuata eum ſubdidiſſe videtur[c]. l. 32

PAPIN. Seruus in vincula temporaria damnatus, tempore impleto recte hereditatem[d] & libertatem & legata conſequitur, non etiam ſi adhuc ſit in vinculis, libertatem conſequitur, niſi tempore aditæ hereditatis ſolutus ſit vinculis. nam & debitor ſi pigneratum ſeruum teſtamento manumiſerit[e], & tempore aditæ hereditatis ſolutum ſit pignus, libertas competit. l. 33

IDEM. Seruus neque perpetuo neque ad tempus in opus [f] publicum datur. Sed ſi errore datus ſit ad tempus, expleto tempore domino redditur. l. 34

¶ Delator eſt & qui alium ſupponit ad accuſandum. §. 1

CALLIST. Non debet quiſquam damnari in perpetua vincula. l. 35

Præterit. est 36. PAVL. Qui annonæ[g] vexandæ cauſa falſis vtuntur menſuris, ſeuerius pro modo delicti puniuntur. Qui ex metallo vel moneta principis furantur, metallo vel exilio puniuntur. l. 37

IDEM. Transfugæ[h] & ii qui conſilia noſtra hoſtibus renuntiant, comburuntur[i], vel furca ſuſpenduntur. l. 38. §. 1.
¶ Qui populum cōcitant ad ſeditionem, vel turbam, pro dignitate aut furca ſuſpenduntur, aut beſtiis obiiciuntur, aut deportantur. §. 2
¶ Qui impuberem[k] corrumpit, humilior[l] quidem in metallū damnatur[m], honeſtior in inſulā mittitur, aut relegatur. §. 3
¶ Seruus qui dicit ſe ſuis nummis emptū nec probat, domino redditur[n] ſub pœna vinculorum, aut volente domino in metallum datur. §. 4
¶ Qui abortionis aut amatorium poculum dat, etſi dolo careat, humilior quidem in metallum damnatur, honeſtior vero relegatur, publicata parte bonorū quod ſi eo is qui bibit perierit, vltimo ſupplicio adficitur. §. 5
¶ Inutile[o] teſtamentum impune ſubripitur. §. 6
¶ Qui[p] viui teſtamentum aperit, vel §. 7

rit,vel recitat, vel reſignat[q], lege tenetur, & humilior in metallum dat̃,
§. 8 honeſtior deportat̃ur. ¶ Procurator litis inſtrumenta prodens[r], humi-
lior in metallum datur,honeſtior publicata dimidia parte bonorum, in
§. 9 perpetuum relegatur. ¶ Qui inſtrumẽta apud ſe depoſita reddit vni ab-
ſente altero,vel aduerſario prodit,pro conditione perſonę aut in metal-
§. 11 lum damnatur aut deportatur. ¶ Miles[s] cum gladio fugiens,& is qui ab
§. vlt. eo cuſtodiebatur,quiq; vna fugit cum eo,capite puniuntur. ¶ Miles[t] qui
ſibi manus intulit, capite punitur. ſed ſi morbi[u] vel luctus vel alia iuſta
cauſa id fecerit,cum ignominia mittitur.

l. 39 TRYPH. Quę pecunia accepta partum abigit,capite punitur[x]: quę ve-
ro poſt diuortium[y] odio mariti id facit,temporali exilio coercetur.

l. 40 PAVL. Qui hoſtem[z] fugientem ſciens ſuſcipit, deportatur. qui vero
ſciuit hoſtem eſſe, & diu occultari paſſus eſt,relegatur.

l. 41 PAPIN. Generalis[a] pœna violatæ legis nõ pertinet ad eas ſpecies,qui-
bus ſpecialis pœna ſtatuta eſt. Specialia[b] enim generalibus derogant,&
idem delictum[c] eadem lege variis pœnis non coercetur.

l. 42 HERMOG. Interpretatione[d] legum mollire debemus pœnas, non
exacerbare.

l. vlt. in pr. PAVL. Præſes[e] vltra adminiſtrationis ſuæ tempus, interdicere alicui
arte ſua vti, non poteſt.

a *De vi ex interdicto.* Si iudex ita de aliquo dixerit,vim feciſti,ſi quidem iudicans de interdicto vnde vi,id dixerit,damnatus non notatur infamia.quia lex Iulia infamat,non interdictum. Quod ſi vtriuſq; legis mentionem fecerit qui inſcripſit in crimen,ſententiam feremus de vi priuata,quod mitiorem cõdemnationem habeat.Ceterum ſi iudex dixerit, Cum infamia,nec diſtinxerit vtrum publica an priuata vis commiſſa eſſet,ex inſcriptione æſtimatur qualitas,vis & pœna.Nota non infamari eum qui interdicto vnde vi damnatur,de quo tractat 7.c. & ſeq.17.tit. & c.19.eiuſdem & 7.th.30. Interdictum enim non infamat.

b *Non ſit infamis.* Quære tit.18.c.18.7.th.28 & lib.52.c.35.

c *Videtur.* In obſcuris enim quod minimum eſt ſequimur, & in ambiguis quod eſt benignius vincit,vt lib.2.tit.3.c.9.& 56.& 156.& 168.& fine 192.

d *Hereditatem.* Si tempore teſtam[illegible]ti & mortis ſolutus ſit nec enim ea quæ medio tempore contingunt,ei nocent,vt lib.35.tit.9.c.4 [illegible]th.

e *Teſtamento manumiſerit.* Vel etiam heredem ſcripſerit,vt lib.35,tit.9 c.30.& tit.13.c.36.

f *In opus publicum.* Qualis enim eſt ſerui pœna, ſi legibus damnetur in ædificia publica operam impendere,cum & iam ſortitus conditionem ſeruilem mandatis domini operam nauet,grauioribus forſitan quam ſit ædificiorum opus.

g *Qui annonæ vexandæ cauſa.* Quære th.2.c.6,tit.22.& tit.41.c.33.th.1.

h *Transfugæ.* No. 67. Imp.Dn.Leonis philoſophi transfugam vltro redeuntem non puniri,ſed veniam ei dari præcipit,ſi ſemel id admiſerit: ſi iterum fecerit,in triennalem ſeruitutem diuendi: ſi tertium,in perpetuam & æternam ſeruitutem tradi. At ſi non vltro in patriam redierit, ſed deprehenſus ab aliis reductus ſit,& maxime ſi ſanguine ciuili dextram contaminauerit, morte damnari. quære lib.34.tit.1.c.17.th.5.& 6.

i *Comburuntur.* Quære lib.37.tit.1.c.15 & lib.57.tit.1.c.3.th.9.

k *Qui impuberem corrumpit* Inuitam.nam ſi volentem,minus punitur,vt tit.37.c.82.Vel ſi mauis hoc digeſtum illo abrog[illegible]ri d cas eſt enim Conſtitutio.

l *Humilior quidem.* Hoc aliter exponit 82.cap.37.tit.quod eſt ex lege manualis ſiue prochiri,& propoſitum caput corrigit.nares enim abſcinduntur ei qui immaturam corrupit, corruptæ puellæ præſtito bonorum ſemiſſe.

m *In metallum damnatur.* Quære tit.37.c.77.78.79.& lib.57.tit.1.c.3.th.9.

n *Domino redditur.* Simile lib.48.tit.1.c.5.in fine,& lib 31.tit.[illegible].c.1.

o *Inutile teſtamentum.* Qui teſtamentum furatur quod non valet,non punitur.nihil eſt enim q ex eo teſtamento petatur,aut conſiſtere poſſit.quære tit.4[illegible].c.2.

p *Qui viui teſtamentum aperit.* Quære tit. 3.c.41,th.3. & tit.41.c.1.th.1.& vlt.

q *Vel reſignat.* Quære lib.13.tit.2.cap.1.th.24.

r *Inſtrumenta prodens.* Quære lib.21.tit.2.c.1.th.1.circa principium.

s *Miles cum gladio fugiens.* Si miles vſus gladio è cuſtodia fugerit, capite punitur.eadem pœna tenetur & is qui cum cuſtodita perſona fugit.

t *Miles qui ſibi manus intulit.* Nec peregit,vt tit.53.c.2.circa medium.

u *Sed ſi morbi vel,&c.* Quia non poteſt ferre dolorem.

Digitized by Google

x *Capite punitur*. Quære lib. 47.tit.3.c.12.& tit.22.huius libri cap.4.

y *Quæ poſt diuortium*. Nota mulierem repudiatam odio proſequi virum. Idem & de viro ait lib. 29.tit.1.c.78.th.4.&.1.in fine.

z *Qui hoſtem fugientem*. Quære tit.27.c.1.2.3.& tit.36.c.vlt.& lib.1.cap.20.22.fi.& lib.15.tit. 4.cap.22.

a *Generalis pœna*. Lib.5.tit.1.c.13.ait abſtrahentes eos qui ad Eccleſiam confugerunt, ſacrilegii lege teneri. Lex autem ſacrilegii deportationem irrogat & perfectam publicationem, vt 1.c.45.tit. huius libri. Hęc generalis eſt pœna legis de ſacrilegio, qua tenetur qui adducit aliquem vi ex Eccleſia, propterea quod nominatim refertur in dicto lib.5.lege ſacrilegii eum teneri, niſi in eos qui hęc audeant ſpecialem lex conſtituerit, quæ cap.19.tit.45.huius libri, extat. quia igitur in his ſpecialis pœna conſtituta eſt, huic locus eſt, non generali, & 13.cap.1.tit.5.lib.non ad generalem, ſed ad ſpecialem pœnam trahendum eſt.

b *Specialia enim*. Quære lib.2.tit.3.c.80.& lib.40.tit.3.c.10.th.2.

c *Idem delictum*. Vt cum illata eſt vis armata, de qua poteſt agi tam lege Iulia de vi priuata, quam de vi publica, ſi actum ſit de vi priuata, & reo adempta tertia pars bonorum, iam non poterit cum eo agi de vi publica.& quære tit.17.c.7.th.2.& ibi adnotationem.

d *Interpretatione legum*. Ab Iſæo Rhetore dictum eſt in hunc modum: Seueras quidem leges poni oportet, latius vero quam illæ præcipiunt coercere. Et aliud. Cum forte lex dicit, ille capitaliter puniatur, quia capitaliter ſignificat & gladii pœnam, & metalli, & deportationem, id benignius interpretabimur. nam in dubiis benignitas præfertur, vt lib.2.tit.3.c.9.56.156.168.& fin.192.

e *Præſes vltra adminiſtrationis*. Quære lib.7.tit.3.c.20.th.2.& lib.6.tit.4.c.2.th.11 & lib.8.tit.1. c.7.& ibi Antiquum.

Lib. 9 Cod. tit. 47.

44 DAMNATI[a] in opus perpetuum[b] comparantur[c] deportatis. l.1. C. de pœnis.

45 PROCURATOR[d] Cæſaris ſi non eſt, & præſes[e] non poteſt relegare[f]. l. 2

46 SI natus eſt[g] puer antequam mater eius in metallum mitteretur, eius eſt conditionis, cuius ante condemnationem mater eius fuit. l. 4

47 Hoc priuilegium habent veterani, vt liberi eorũ vſque ad primum duntaxat gradum pœna metalli vel operis publici non adficiantur ſed in inſulam relegentur. l. 5

48 NON poteſt[h] hæc libero homini à præſide inferri pœna, vt perpetuo ſit in vinculis. vix enim in ſeruo id procedere poteſt. l. 6

49 NVNquam[i] propter[k] ætatem remittitur pœna delicti, ſi modo[l] proximus quis ſit pubertati, cum[m] & ſentiat quid agat. l. 7

50 DEPortatorum bona, ſi[n] ii pœnam irrogarint qui ius habent deportandi, ad fiſcum[o] pertinent: nam tacita publica pœnam ſequitur[p]. l. 8

51 RELEgatorum autem bona, in eorum[q] dominio manent. l. 10

52 IN metallum tam liberi quam ſerui[r] mitti poſſunt. l. 11

53 NON oportet[s] morem gerere adclamationibus popularium, quãdo[t] aut noxium abſolui aut innocentem puniri volunt[u]. l. 12. §. 1

54 SI[x] ſeruus ea pœna ſit adfectus, quæ non deiiciat[y] eum iure dominii[z], domino obſequitur. l. 13

55 SI quis[a] in opus publicum miſſus[b] ſit, expectare diem pręfinitum oportet, ęquum enim eſt[c] reſcripto principis non remitti pœnam, ne quis ad maleficia proſiliat. l. 14

56 PRÆSIDI[d] pœnam[e] reuocare non licet[f]. l. 15

57 NE præſes[g] temere irroget capitalem pœnã, niſi prius ſua cõfeſſione reus aut teſtium interrogationibus vel tormentis[h] conuictus ſit, ita vt fere nec ipſe refragari poſſit.

58 QVI[i] in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minime eius facies inſcribatur, cum & in manibus & in ſuris poſſit pœna damnationis vna inſcriptione comprehẽdi, quo facies, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata, minime maculetur. l. 16

59 CVM

l.18 [59] Cvm reus[k] homicidii vel eiuſmodi criminis alterius manifeſtis[l] probationibus cõuictus eſt, ne pœnam differat præſes. Sed & ſi interim ſupplicauerit[m], inutilis ſupplicatio eſto.

l.19 [60] Nemo[n] pro coercitione delicti aut piſtorib. aut cuicunq; alteri corpori, cum ſit alterius corporis, addicatur, ſed vnus quiſq; pro crimine in quo fuerit deprehenſus, motum congruæ ſeueritatis excipiat.

l.20 [61] Si pœnam[o] inferri aliquibus ſeueriorem[p] vel contra noſtram conſuetudinẽ pro cauſæ intuitu iuſſerimus, nolumus eos ſtatim ſubire pœnam, aut excipere ſententiam, ſed per dies 30 ſuper ſtatu eorum ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſane excipiat vinciatque cuſtodia, & excubiis ſolertibus vigilanter obſeruet.

l. 21 [62] Ne diu[q] apparitorum praua venaliſque perfidia impune in publica commoda[r] deſæuiat, ſancimus etiam in abſentes eos congrua pœna debere conſurgi.

l.22 [63] Sancimus[s] ibi eſſe pœnam vbi & delictum eſt. Propinquos autem, notos, domeſticos, procul à calumnia ſummouemus, quos reos ſceleris ſocietas[t] non facit. nec enim cognatio vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur ſuos teneant auctores, nec vlterius progrediatur metus quam reperiatur delictum. hoc vero ſingulis iudicib. intimetur.

l.23 [64] Omnes[u] quos dãnationis natura diuerſis exiliis deſtinatos curſum temporis præſtituti in carceris impleſſe cuſtodia deprehenderit, ſolutos pœna & vinculis, laxatos carcere liberari præcipimus[x], nec formidare miſerias exilii. Sit ſatis immenſorum cruciatuum ſemel luiſſe ſupplicia, ne ii qui diu priuati ſunt aeris communis hauſtu, & lucis aſpectu diu caruerint, catenarum ponderibus irretiti, etiam exilii pœnam ſuſtinere iterum compellantur.

l. 24 [65] Præsides prouinciarum conueniri præcipimus, vt ii qui pro ſuo crimine pœnam exilii ſub certo temporis ſpatio ſubire iuſſi ſunt, impleto ſtatuto tempore, nec clauſtris carceris[y], nec in locis quibus exules verſati ſunt[z] teneantur.

l. 25 [66] Qvi barbaros[a] docuerit extruere naues, capitali pœna tenetur.

l.vlt.in pr. [67] Conſtitutio iubet[b] vt ne miſſi in exilium eis locis in quæ[c] miſſi ſunt degant in cuſtodia, & vt ne quis relegetur in propugnaculũ Gypſi vel alia præſidia, ſed ſi quidem morte dignum ſit crimen, huic pœnæ ſubiiciatur: ſi exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur, ita tamen vt nõ iubeatur eſſe in cuſtodia eis locis in quæ mittitur, ſed in prouinciam eat, quam iudex ſtatuerit, citra[d] prouincias & ciuitates inferius exceptas, cum poteſtate verſandi in tota prouincia, qua tamen exire nequeat, nec manẽs in ea quidquam ſeditioſe & inciuiliter agere, niſi velit vltimo ſupplicio adfici à præſide prouinciæ vel à præſide illorum locorum in quibus exulat.

§. 1 ¶ Et coniecti in carcerem, vt in regia vrbe, in eo non ſint ſupra conſtitutum iam tempus in ſuperiori titulo de cuſtodiis, & ſimili modo in ꝓuinciis vt cõpendio criminũ cauſæ finiantur, & reus ſi dignus exilio, damnetur, non in cuſtodiam, ſed in prouinciã quæ non ſit ex prohibitis, ea lege vt vltimo ſupplicio adficiatur, ſi prouincia exceſſerit vel ibi inciuiliter quid admiſerit.

§. 2 ¶ Magiſtratus autẽ Alexan-

Digitized by Google

driæ & Thebaidos ſolos iubet in Gypſum & in Oaſin mittere, vel in ſex menſes, vel ad ſummum in annum. Quod ſi perpetuum ſit exilium, neque in Gypſum mittere neque in Oaſin, neque in cuſtodiam alterius prouinciæ, ſed vt dictum eſt in prouinciam integram, ea conditione, vt ſi quid deliquerint, vel ſi exceſſerint iuſſa præſidum, qui miſerunt, vltimo ſupplicio adficiantur. ¶ Iubet autem officiales cuiuſq; iudicii huius legis commonefacere præſides nec quenquam detinere vltra relegationis tempus, ſed ſtatim dimittere ſine damno & mora, & eum qui quid auſus fuerit accipere, quadruplum reddere. ¶ Prohibentur vero præſides relegare in prouincias & ciuitates Conſtitutioni ſubiectas. §. 3 §.vlt.

Quære Nomocanonis tit.9 c. 24. SANcimus eos qui quocunq; loco Reip. noſtræ quamcunq; perſonã caſtrare præſumunt vel præſumpſerint, ſi quidem viri ſunt qui hoc præſumunt aut præſumpſerint, idem hoc quod fecerunt pati: & ſi incolumes euaſerint, bona eorum fiſco addici per eum qui pro tempore gloriæ tuæ magiſtratum geret, & eos in Gypſum mitti in omni vitæ ſuæ tempus. ¶ Quod ſi mulieres ſint quæ hoc fecerint, eas etiam puniri, & bona earum per eum qui tempore eodem magiſtratu fungetur, fiſco addici, & in exilium mitti, vt ex quo putauerint aut putãt impium ſibi lucrũ parare, ex eo pœnam & bonorum ſuorum amiſſionem ſuſtineant. Porro eos qui mandauerint & perſonas tradiderint, aut etiam domos vel locum quendam, vt hoc fieret præbuerint, aut præbent, ſiue viri ſint ſiue mulieres, eaſdem iubemus ſufferre pœnas, quaſi conſcios iniuſti huiuſce facinoris. IPSOS vero caſtratos tametſi oportebat à vetuſtioribus temporibus, iubemus tamen à decima indictione nunc tranſeuntis circuli à quocunque caſtratos in locis Reip. noſtræ liberos eſſe, nec vllo modo vllove genere contractus in ſeruitute retrahi, nec de his inſtrumentum forenſe vel priuatum quocunque modo ſiue commento factum aut faciendum valere, ¶ ſed neque *ἀναχ[illegible]* fieri de huiuſmodi perſonis, aut factas valere. quinetiam omnes qui deinceps huiuſmodi contractibus miniſterium præbuerint ſupradictas iubemus pœnas ſuſtinere. ¶ At ſi propter morbum ſeruum caſtrari contingat, hunc etiam liberum fieri iubemus. nam qui ab initio liberi erant, in hũc puta morbum incidentes, in eorum fuit poteſtate quale voluerint ſibi remedium adhibere. Iubemus igitur caſtratos ex memorato tempore in noſtra Rep. apud quamcunque perſonam ſint, requiri & liberos eſſe, nec vnquam in ſeruitutem retrahi. Ceterum ſi quos ex ipſis caſtratis qui poſt hanc legem noſtram detinere præſumpſerit, damus etiam ipſis caſtratis licentiam, quaſi ex hac lege noſtra iam libertatem adeptis, hic quidem Imperatoriam Maieſtatem, & ſanctiſſimum pro tempore Patriarcham adire, & illluſtribus iudicibus noſtris deferre, in prouinciis vero, locorum religioſiſſimis Epiſcopis, & earum præſidibus, vt prouidentia omnium noſtrorum Magiſtratuum, & periculo obtemperantium eis officiorũ, ſiue Conſtantinopoli ſiue alio quocunq; loco Reip. noſtræ, his defendatur & cõſeruetur hac lege noſtra data libertas. nanq; tot cædes admiſſas per eos qui talia præſumunt in noſtra Rep. haudquaquã inſuper haberi feremus. Si enim barbari accepta hac de re præcepta

Nou.142. c.1.in pr. v.ſin vero. c. 2 v.ſed neque. v.præterea.

pta

pta noſtra obſeruarunt quomodo tandem permittemus poſt tot retro principium leges tale quid admitti, vel inultum in noſtra Rep. relinqui?

a *Damnati.* THEOD. Perpetuo damnatus in opus publicum ſimilis eſt deportato. nam vt ait 14. Conſt. huius tit. Si ad tempus damnatus ſit, expleto tempore liberatur.

b *In opus perpetuum.* Hoc diſtant inter ſe miſſus in opus metalli & in metallũ, quod miſſ' in metallum & opus facit & grauiora habet vincula & ſeruus fit. Miſſus autem in opus metalli nulli horum ſubiicitur. quære c. 8. th. 2.

b Codicis confector extrinſecus adnotauit, Opus hic Conſtitutio dicit, non publicũ, & metalli potius opus in quod perpetuo damnatus comparatur deportato, ſiue in metallũ damnato. quia vterque fit ſeruus pœnæ, & differunt tantum in vinculis.

c *Coparantur deportatis.* Quatenus non redeunt, non etiam quod in ſeruitutem redigantur, vt 6. th. 28. cap.

d *Procurator Cæſaris.* THEOD. Procurator Cæſaris non poteſt in exilium mittere, niſi præſes ſit. Didiciſti enim lib. 7. tit. 41. Conſt. 10. nõ niſi eum qui magiſtratum vel poteſtatem habet, quẽquã ſua patria expellere poſſe. Idem dictum eſt in πρώτοις. ſub tit. de procuratore Cæſaris.

e *Et præſes.* Hoc eſt, ſi non habeat iuriſdictionem vel prouinciam, vt tit. 54. cap. 14. fin. Quære li. 7. tit. 3. cap. 28. & lib. 9. tit. 1. cap. 22. th. 2. & lib. 43 tit. 7. cap. 1 th. 2.

f *Non poteſt relegare.* Non poteſt etiam multam dicere. vt lib. 43 tit. 7. cap. 1. th. 2.

g *Si natus eſt puer.* Conceptus antequam mater damnaretur in metallum priorem conditionẽ eius ſequitur. & quamuis poſt ſeruitutem matris naſcatur, liber eſt vt in πρώτοις didiciſti.

h *Non poteſt.* THEOD. Liber non damnatur, ita vt ſemper ſit in vinculis. aliud eſt in ſeruo, vt 10. Conſtit. huius tit. Nota igitur qualis ſententia à præſide lata non valeat aduerſus liberum hominẽ.

i *Nunquam, &c.* Quære tit. 50. cap. 10. th. 1. & c. 15. th. 1. & li. 2. tit. 3. c. 112. & lib. 10. tit. 17. c. 14 & huius tit. cap 21.

k *Propter ætatem.* Ne puero quidem delicti venia datur, ſi eius ætatis ſit quę ſit delicti capax. didiciſti enim in 5. Conſt. 16. tit. huius libri 9. ſiue tit. 19. cap. 21. adoleſcenti ſicario non parci.

l *Si modo proximus.* Quære tit. 39. c. 10 & 21. & lib. 35. tit. 14. c. 113.

m *Cum & ſentiat.* Quære lib. 31. tit. 3. c. 5. & ibi Iſidori valde neceſſariam adnotationem.

n *Deportatorum bona.* THEOD. Relegatorum bona nõ publicantur; Deportatorum publicãtur, niſi quid aliud de eis pronuntietur. Legẽ 2. & 4. & 10. Conſt. 49. tit. huius libri.

o *Ad fiſcum pertinent* Ex iis quæ ſunt in fronte, ſcholium. Cum non habent deſcendentes, iuxta No. 131. vel aſcendentes & quære lib. 6. tit. 19 c. 10.

o Igitur miſſi perpetuo in opus metalli, deportatis hac in re comparantur.

p *Pœnam ſequitur.* Quære lib. 9. tit. 1. c. 46. & 144.

q *In eorum dominio manent.* Niſi ſpecialiter ſententia adempta fuerit. & quære tit. 52. c. 8. th. penult. & tit. 54. c. 14. th. vlt.

r *Quam ſerui.* Quia 6. cap. dixit, pœnam quæ nunquam irrogatur liberis, ſeruis irrogari, hîc dicit pœnam metalli & liberis & ſeruis irrogari.

ſ *Non oportet.* Ne morem gerat præſes adclamationibus popularium expoſtulantiũ in aliquem vel pro aliquo, ſed iure iudicet. Memineris 2. Conſtit. 30. tit. huius lib.

t *Quando aut noxium, &c.* Væ tibi Pilate, qui Romanus Romanorum legẽ ignorans, Barabbã liberaſti, Ieſum autem cruce damnaſti.

u *Volunt.* Plerique enim præſides illicita quædam admittunt, propter adclamatione plebeiorum.

x *Si ſeruus.* THEOD Is etiam ſeruus qui pœnam incidit, cogitur miniſterium præbere domino, niſi pœna dominii ablationem contineat Sciendum eſt quod ait 1. Conſt. 49. tit. huius libri, ſeruo etiam capite damnato peculium eius apud dominum remanere. Memineris 6. Cõſt. 46. tit. nec opponatur 8. Conſt. 1. tit. huius libri. Quære c. 8. th. 9.

y *Qua non deiiciat.* Sed ſi dominio eiiciat, veluti deportatio & metalli pœna, licet reſtituatur, ad fiſcum pertinet, vt libri huius tit. 68. c. 13. & 37. c. 27. th. pen. & vlt.

z *Eum iure domini.* Sæpe enim in opus publicũ damnatur, cum debeat manere in domini poteſtate. Ait autem Heros Patricius, Potes & idem indiſcrete intelligere, ſæpe temporalẽ pœnam inferri qua ſolutus debeat eſſe in domini poteſtate.

a *Si quis, &c.* Sæpe princeps generali indulgentia iubet eos qui pœna funguntur abſolui. Hanc generalem remiſſionem Conſtitutio ait non prodeſſe ad tempus datis in opus publicum, ſed expectari diem præfinitum.

b *In opus publicum miſſus.* Et dies ſententia præſtitutus ſit.

c *Æquum eſt.* Quære lib. 2. tit. 5. c. 7. & lib. 6. tit. 21. c. 24.

d *Præſidi.* THEOD. Ne præſes reuocet pœnam quam irrogauit, didiciſti lib. 7. tit. 50. Conſt. 2. præſidem neque ſuam neq; deceſſoris ſui ſententiam reſcindere poſſe, hoc vero ita intelligitur, niſi velit benigne agere ſecundum id quod dicitur 2. Conſt. 41. tit. huius lib. 9. Quære c. 27.

e *Pœnam reuocare.* Nec quamcunq; ſentententiam, vt tit. 50. c. 1. th. vlt. & lib. 7. tit. 2. c. 20. & lib. 9. tit. 1. c. 84. & 127. & lib. 56. tit. 8. c. 29.

f *Non licet.* Idem dicendum; ſi qui ante fuit præſes, ſententiam dedit. dictum eſt enim nec ſuam nec deceſſoris ſui ſententiam præſidem reſcindere poſſe.

g *Ne præſes.* THEOD. Capitalem pœnam non irrogat præſes niſi confeſſo vel manumiſſo cõui-

Google

cto reo ita vt probationibus aduerſarii n queat Memineris 3.& 8. Conſt. 41. tit. huius libri noni.

h *Vel tormentis conuictus ſit.* Attēde animū ad verba Cōſtitutionis quæ ſeparat interrogationes à tormentis, vt ſit manifeſtum aliter atque aliter dici.

i *Qui in metallum* THEOD. Ne damnati in metallum in facie compungantur, ſed in pedibus vel manibus. Væ igitur tibi Tyranne qui ſancti Theodori & Theophanis ſanctas notaſti frontes.

k *Cum reus homicidii.* Præſes poteſt per ſe quos crimine dānauit punire, nec neceſſe habet referre principi de illis vltimo ſupplicio adficiendis. Idē li. 7. tit. 61. Conſt. 2. nec pugnat 2. Cōſt. 40. tit. 1. lib tractat enim de non ſubditis præſidi quære c. 53 & 58.

l *Manifeſtis.* Obſerua Cōſtitutionem initio idem dicere quod 16. Cōſt. de manifeſto cōuictis. Nota ſemel conuictum veniam à principe deprecari non poſſe.

m *Supplicauerit.* Cum videlicet manifeſtis probationibus conuincitur. ſic enim ait libri 9. tranſmiſſio.

m Et ſi appellauerit, inutilis eſt appellatio & imperfecta, vt lib. 9. tit. 1. c. 136.

n *Nemo pro coercitione delicti.* THEOD. Non dānatur quis in hoc, vt mola pollinē conficiat, vel vt corpori piſtorum adſcribatur. Memineris 6. Conſt. huius tit. THAL. Nemo ſpecie pœnæ piſtoribus adſcribatur, vel alii cuicunque corpori, vt puta militum, vel decurionum, vel menſariorum.

o *Si pœnam inferri.* THEOD. Si cui pœnā princeps irrogarit, damnatus ſtatim minime puniatur, ſed differatur pœna in dies 30. nonnunquam enim conſequetur veniam. Idem didiciſti 2 Cōſt. 4. tit. huius lib. 9. in præſide condemnante. ceterum non pugnat 18 15. Conſt. huius tit. THAL. Si princeps ſtatuerit pœnam in aliquem, nō ſtatim punitur, ſed dierum 30. dilatio datur. Forte enim princeps interim pœnam reuocabit.

p *Aliquibus ſeueriorem.* Nota locum eſſe Conſtitutioni in ſeueriore pœna.

q *Ne diu.* THEOD. Etiam abſentes officiales damnantur & puniuntur. Lege lib. 12. tit. 57. Cōſt. 6 & 11. Olim per officiales exigebantur publica tributa, & non per eos qui ſubditi erant præſidi, vt lib 7. tit. 5. c. 27. Vnde eueniebat, vt donis corrupti tributa non exigerent, vel vt peterent ſumptus. Iubet igitur Conſtitutio eos puniri & corripi. quære lib. 56. tit. 17. c. 37. vſque ad finem tit & maxime 62. cap.

r *In publica commoda.* Sæpe miſſus auri accipiendi cauſa, & lucrum faciens differt ſententiam.

ſ *Sancimus ibi.* Is tantum qui deliquit punitur, non etiam cognati eius vel fratres, niſi ſocii ſint ſceleris. Generaliter enim ait 134. No. neminem pro alio teneri, aut puniri. Verū excipe quod dicitur lib. 8. tit. 40. Conſt. 13. de eo qui ſpopondit pro latrone, & quod extat in hoc libro tit. 4. Cōſt. 5. de commentarienſib. THAL. Conſtitutio iubet delinquētes ſolos puniri: amicos autem eorum vel familiares vel cognatos crimini non ſubiici. quære tit. 34. c. 7. th. 3. & lib. 7. ti. 5 cap. 83 85. & 43.

t *Sceleris ſocietas.* Si facti conſcii & participes non ſint, cognatio eos non obligat.

u *Omnes quos.* THEOD. Relegatus ad tēpus, ſi exilii tempus expleuerit in cuſtodia, nō mittitur in exilium. nam vt declarat 24. & 26. Conſt. huius tit. ſtatim atque impletū eſt ſtatutum tēpus, exilio liberatur. THAL. Si quis exilii tempus tranſegerit in vinculis, iam non ibit in exilium.

x *Præcipimus.* Sæpe relegatur quis forte in annum & officialiū negligētia nō mittitur, ſed manet in carcere. Ne igitur ſic intelligas, quod ſententia exilii deprehēdit eū in carcere, ſed quod exilii tempus impletum eſt eo adhuc agente in carcere.

y *Ne clauſtris carceris.* Nam ſi manſerit in carcere, expleto tempore ſolui debet.

z *Verſati ſunt.* Sæpe miſſi poſt impletum exilii tempus retinentur.

a *Qui barbaros.* THEOD. Ne quis nauē extruat in hoſtico. alioquin capite plectetur. Memineris eorum quæ dicta ſunt tit. 12. lib. 4.

b *Conſtitutio iubet.* THEOD. Neque in cuſtodiam neq; in propugnaculum relegatur quis, ſed in ciuitates aut vicos, aut prouincias, vel generaliter in loca quædam. Excipe quod dicitur in Gypſo. Magiſtratus Alexandriæ & Dux Thebaidos poſſunt relegare in Gypſum & in Oaſin ad ſex mēſes, vel plurimum ad annum.

c *In qua miſſi ſunt.* Sed qua parte illius vici voluerint eant ſoluti & liberi.

d *Citra prouincias.* Alexandriæ & Thebaidos. Soli enim earum magiſtratus poſſunt mittere in Gypſum & in Oaſin Ægypti in quam miſſus eſt magnus Athanaſius.

e *In Oaſin.* Oaſis locus eſt in Ægypto, qui circūdatus Nilo, vt inſula in medio extat, vbi ſūt culices maiores apibus, & muſcæ nō minores Palæſtinis, quæ poſſint ibidē relegatis mortē afferre. In hanc Oaſin Ægypti relegatus eſt magnus Athanaſius à Conſtantio tyranno. Nota priuilegiū Thebaidos & Alexandriæ: eos tantum qui in eis deliquerint, mitti poſſe in Oaſin & Gypſum. & quære lib. 2. tit. 1. c. penult. de priuilegio ciuitatum.

f *Sancimus.* THEOD. Qui quem caſtrat, ſi vir ſit præter pœnas lege comprehenſas, publicatur & in Gypſum perpetuo deportatur. Si mulier, punitur, & in perpetuū deportatur. lege lib. 4. Codicis tit 42. Conſt. 1. & 2.

f Lege 60. No. Imperatoris Dn. Leonis philoſophi, quę ſic ait circa mediū. Hæc quidem fuit ſuperiorum ſāctio. Nos vero naturæ inſidiatores ſimili mutilatione viciſſim adfici prohibemus, alias pœnas non admodū abhorremus. Sancimus igitur in primis, eum qui prauę artis huiuſce peritum ea ſini aduocauerit, ſi quidem aliquis ex imperatoriis hominibus ſit, eximi eorum albo, & decem librarum auri multam fiſco præſtare, & in decennium patria exulare. Artificem vero verberatū tōſione cutis notari, & bonis priuari, totidemque annis patria exulare. Eum vero qui iniuriam paſſus eſt ſi ſeruus ſit, liberum fieri. ſi liber ſibi id quod paſſus eſt imputare cum id ipſe ſibi arceſſiuerit. At ſi oblæſus iam quis eam ob rem caſtretur, id impunitū eſto. CANON. VIII primæ & ſecūdæ Cōſtanti-

Digitized by Google

ſtantinopolitanæ Synodi cõgregatæ in tempo ſanctorum Apoſtolorum. Diuinus & ſacer ſanctorum Apoſtolorum canon excindentes ſeipſos ſui homicidas iudicat, & eos qui nunc ſunt ſacerdotes deponunt, futuris vero interdicit ſacerdotii promotione, ex quo palam fit, ſi is qui ſeipſum excindit, ſui homicida eſt, omnino etiã homicidam eſſe qui excindit aliũ. merito autem ſtatuerit quis eum quoq; creationi ſiue opificio facere iniuriam. Quamobrem decreuit ſancta ſynodus, vt ſi quis epiſcopus vel diaconus vel presbyter caſtrare aliquem conuictus fuerit, vel ſua manu, vel ex mandato, depoſitioni ſubiiciatur: ſi laicus ſit, vt cõmunione pellatur, niſi in morbum lapſus ad exciſionem ęgrę partis coactus ſit. Quemadmodum. n. Nicenę primę ſynodi canon in ægritudine caſtratos non punit propter morbum, ita & nos nec ſacerdotes ægros caſtrari pręcipientes damnamus, nec laicos propriis manibus ad caſtrationem vtentes reos cõſtituimus. hoc enim morbi eſſe remedium non creationis inſidias vel contumeliam arbitramur. Et I canon Nicenę ſynodi idem ait de iis qui cum ſani ſint, ſeipſos caſtrant, & ſacerdotes quidẽ depoſitioni ſubiicit, laicos vero ſacerdotes fieri vetat. Eos autem qui non ſua ſponte vel neceſſitate quadam caſtrati ſint, neq; fieri ſacerdotes vetat, nec factos mouet. Sanctorvm Apoſtolorum cap 21. Si quis hominum iniuria eu nuchus fiat, vel ſi in perſecutione amputentur ei virilia, vel ſi natus ſit, & dignus ſit, epiſcopus fiat. Qui autem ſeipſum mutilauit, non efficiatur Clericus. eſt enim ſui homicida & hoſtis opificii Dei.

Titulus LII,

Sive ff. lib. XLVIII. tit. XX.

De bonis damnatorum.

Callistratvs.

l. 1. in pr. ff. de bon. damnatorum. CVM vita[a] aut ciuitas ſententia adimitur, publicatio ſequitur.

l. 2 Idem. Non coniectio in carcerem, ſed condemnatio publicationem inducit.

l. 3 Papin. Quinq; criminibus damnatæ mulieri dos publicatur, maieſtatis[b], vis publicæ, parricidii, veneficii, homicidii.

l. 4 Papin. Et marito ſeruatur actio aduerſus fiſcum.

l. 5. in pr. Vlpia. Sed ſi alia lege capite damnata ſit, maritus lucratur dotem quaſi mortua ea.

l. 6. in pr. Idem. Veſtem[d] ad necem damnati rei, qua is fuerit indutus[e], cum comprehenderetur, neque præſes lucrifacit, neque ſpiculator, neque commentarienſis, ſed præſes quemadmodum ei videtur ex eo largitur, vel officio ſuo, vel militibus fortiter aliquid facientibus, vel gentibus,
§. 1 vel legatis ad ſe venientibus, vel id ad fiſcum mittit. ¶ Pannicularia autem eſt veſtis, qua, cum comprehenditur, indutus eſt, & nummuli quos victus cauſa fert, & anuli vſque ad aureos quinque, non etiam zona vel pretioſi anuli, vel magna quantitas.

l. 7. §. 1. Pavl. De liberto ſumpto ſupplicio, pars legitimæ [f]patrono ſerua- Prætermiſ. eſt them.
§. 2 tur, reliquum infertur in fiſcum ¶ Etiam adoptiuis[g] vt naturalibus competit lege portio conceſſa, niſi fraudis[h] cauſa facta ſit adoptio, conſcientia criminis & metu futuræ accuſationis, vt partem aliquam habeat ex
§. 3. & 4. bonis quæ fiſci futura ſunt. ¶ Sed & ſi filiusf. interemerit eum à quo erat heres ſcriptus, & iuſſu patris adierit hereditatem, fiſcus hereditatẽ vin-
§. vlt. dicat. ¶ Poſt condemnationem adquiſita, ſi is cuius bona publicata ſunt, relegatus ſit, ad heredes eius pertinẽt teſtamento ſcripto, vel ad heredes

Digitized by Google

ab inteſtato. nam relegatus in inſulam teſtamenti factionem habet, ſicut reliqua iura. Quod ſi deportatus ſit, quia ciuitatem amiſit, heredem habere non poteſt, & adquiſita fiſcus accipit.

Marc. Si ſit[k] filius patroni, fiſco non patet aditus ad bona damnati liberti. ¶ Sed ſi ipſe libertus habeat filium, ipſe quidem excludit[l] filium patroni, filius patroni fiſco: ¶ ſed etſi nolit filius patroni bonorũ poſſeſſionem petere, fiſco locus non eſt[m]. ¶ Bona relegati publicari poſſunt ex ſententia ſpecialiter, non etiam auferri iura libertorum citra iuſſionem principis. ¶ Si pater qui pro filia dotem dedit damnetur, nihil competit fiſco, etiamſi in matrimonio poſtea filia deceſſerit. l. 8. in pr. §. 1 §. 2 §. 3 §. vlt.

Callistr. Niſi probetur patrem metu condemnationis filiis proſpexiſſe. l. 9

Marc. Sed & ſi pater dotem pro filia promiſerit, & damnatus ſit, viro dotis petitio ex bonis eius in fiſcum datur. ¶ Si ſoluto filiæ matrimonio pater damnatus ſit, ſi quidem poſteaquam filia ei conſenſit, vt dotem repeteret, fiſcus[n] eam repetet à marito. ſin vero antequam conſentiret, ipſa repetitionem habet. l. 10. in pr. §. 1

Marc. Condemnatus[o] ſi appellauerit & deceſſerit pendente appellatione, bona eius non publicantur.[p] nam & huius ſecundum teſtamẽtum valet. idem eſt ſi appellatio eius non admittatur[q]. ¶ Reus, præterquam[r] maieſtatis, bona ſua[s] adminiſtrare poteſt, & debita ſoluere & accipere, ſi bona fide ei ſoluantur[t]. poſt condemnationem vero reuocantur quæ in fraudem fiſci alienauit. l. vlt. in pr. §. 1

Lib. 9. Cod. tit. 49. Conſt. 1.

[12] Servo capitali[u] pœna adfecto[x], peculium eius[y] à fiſco auferri non oportet, ſed domino concedi, ſimulque actiones ob pretia rerum à ſeruo venditarum. Quod ſi quandam ei curationem commiſerit, ſiue actum rerum, debet ſeruus ante pœnam ſui actus domino rationem[z] reddere, nec aliter ad pœnam duci quam ſi rationem reddiderit & purgauerit, ita tamen vt non tarde, ſed velociter id fiat. l. 1. C. de bon. proſcriptor. ſeu dam.

[13] Deportati[a] ne earum quidem rerum quas poſt pœnam irrogatam adquiſierint, heredem[b] habere poſſunt, ſed eæ publicantur. l. 2

Prætermiſſæ ſunt duæ conſt.

[14] Si is[c] qui adminiſtrauit tutelam pupilli, confiſcatus ſit, in fiſcum tutelæ actio pupillo datur. l. 5

[15] Si quis in prouincia[d] pro quantitate delicti publicatus ſit, bonorum eius[e] per præſidem fieri inueſtigatio debet, eaque officio rationalis reddi, notitia perlata ad principem. l. 7

[16] Si mariti[f] bona publicata ſint[g], res vxoris[h] ſimul non auferuntur: ſimiliter vero & dos. Sed & ſi quid à viro conſequuta ſit, vel ante nuptias donatione, vel conſtante matrimonio, id ſibi retineat. Quod[k] ſi mariti quaſi debitoris bona publicata ſint, & aliquid ab eo mulier acceperit antequam inciperet actum gerere, id ea ſibi habeat. ¶ Sin vero quid poſtea acceperit, ipſa vel filii emancipati: ¶ quin & ſi is qui actum gerit, ſuo nomine vel vxoris vel filiorum emerit aliquid, id fiſco præſtetur, exceptis Palatinis[l], qui coguntur purgare rationes fiſci nulla re excepta ſubſtantiæ eorum. l. 9. in pr. §. 1 §. 2

[17] Si quis perduellionis crimine conuictus publicationem bonorum ſuſtineat, l. 11

ſuſtineat, ii qui bona eius habent [m], ſi verſantur in regia vrbe, intra duos menſes: ſi non verſantur in regia vrbe, intra octo menſes ea deferre debent, quod ſi non faciant, cum bonis quadruplum præſtant.

a *Cum vita.* Quod cõtinetur hoc capite de adimẽda ciuitate & irroganda ſeruitute, infirmatur No.22.ſiue 46.cap.4.tit.28.lib. Quod vero de publicatione, abrogatur No.134.ſiue 10.cap.19.tit. 6.lib. Nam nouellas præualere oportet.

b *Maieſtatis.* Quod dicitur de crimine maieſtatis, innouatur No. 113. quæ extat lib.7.lib.28. nam hoc etiam crimen aliis cauſis propter quas maritus diſſoluere matrimonium, & lucrari dotem poteſt, adnumeratur. Itaque reliqua bona mulieris præter dotem ob maieſtatis crimen fiſcus capit. Verum ita demum in maieſtatis crimine maritus lucratur dotem, ſi prius à ſe cognitas molitiones vxoris detulerit, & diuortium petierit. nã ſi eo tacente alii egerint & peregerint rem, omnia fiſcus capit.

c *Marito ſeruatur.* Cum ita conuenit, vt morte ſoluto matrimonio dotem lucretur maritus totam vel pro parte.

d *Veſtem.* Pannicularia illa ſunt quæ attulit ſecum in cuſtodiam ſpolia, & quibus indutus eſt, cum ad ſupplicium ducitur, non etiam ſi lapidem pretioſum in digito habuit, vel chirographa geſtauit in ſinu magnæ quantitatis. hæc enim nullo modo ad veſtem pertinent.

e *Indutus.* Cytillus, quæ dicitur pannicularia.

f *Pars legitima.* Quod erat habiturus liberto ſua morte defuncto. quære libro 49. tit. 4. cap. 27.

g *Etiã adoptiuis.* Et adoptãtibus libertum patronis. nec enim quod hic ait Iuriſconſultus ita accipere debes, legitimam partem ſeruari patronis & adoptiuis eorum liberis æque ac naturalibus. hoc enim iuri repugnat. & lege lib.49.tit.1. cap. 29. in quo ita eſt, Si vero adoptiuos liberos habeant manumiſſores vel patroni, hos etiam ſi ſint in poteſtate, nõ recipimus in liberorum, ſed in extraneorum locum.

h *Niſi fraudis cauſa.* Quid enim ſi poſt accuſationem adoptauerit, vel vt ſubiicitur, etiam ante accuſationem?

i *Fiſcus accipit.* Poſt mortem. & quære libro 14. cap. 22. them. 5. & tit. 54. huius libri cap. 16.

k *Si filius patroni.* Liberis etiam patronorum integrum ſeruatur ius patronatus in bonis paterni liberti, cuius bona publicata ſunt. Si filius patroni exiſtat liberto, fiſco locus non eſt in partem filii patroni. Sed ſi patroni filius exiſtente filio liberti excludatur, facilius dicemus fiſco locum non eſſe, quoniam patroni quidem filium excludunt liberti filii, ipſe autem excludit fiſcum. Etiam ſi patroni filius non petat bonorum poſſeſſionem, conſtat fiſcum excludi in partem ei debitam ex bonis paterni liberti. Nota quod cum in re aliqua excluditur quis, & ſuperatur ab alio, licet eam alius detineat & non is qui vicit, non poſſe victum eam poſſeſſori eripere, quaſi nullo iure poſſidenti. quære libro 39. tit. 1. cap.8.them. 10. Secundum hanc legem potentior * habens terram, ſuperat fiſcum, quia alium læſit, non fiſcum.

l *Excludit filium patroni.* Vt lib.42.tit.1.cap.29.them. cuius initium, id igitur ſequuta propoſita Conſtit.

m *Fiſco locus non eſt.* Semel enim priuato competiit, nec vllum poſtea admiſſum eſt crimen, cuius ratione redigere in fiſcum oporteat.

n *Fiſcus eam repetet.* Puto autem fiſcum eam filiæ redditurum. erat nanque illius patrimonium adeo, vt cogeretur pater repetitam dotem ei ſeruare, & pro ea iterum nubente præſtare, vt libro 29. tit. 2 cap. 5. & omnino fiſcus quaſi ſucceſſor patris idem facere debet, qui nunc ob id ſolum dotem petit, quod patri conſenſerit filia, in eumque petitionem reiecerit.

o *Condemnatus.* Quære neceſſario libro 9. titulo 1. capite 34. them. penult. & cap. 37.

p *Non publicantur.* Secundum diſtinctionem 144.c.1.tit.9.lib.

q *Non admittatur.* Poteſt enim quæri de non admiſſa appellatione.

r *Reus præterquam maieſtatis.* Nota reo maieſtatis interdici adminiſtratione rerum ſuarum, & ſacrilegii ac peculatus reo. quære libro 26. tit. 5. cap. 41. & huius libri tit. 49. cap. 5.

ſ *Bona ſua adminiſtrare.* Quære tit.34.cap.20. valde neceſſarium, vt tit.37.cap.vlt. Quære & lib.13.tit.2.cap.31.

t *Soluantur.* Quod ſi ſciat metu damnationis mala mente ab eo debitum peti, non ſoluit bona fide. nam ſi quis reum creditorem dicat delatum crimen commiſiſſe, vt inde ſumpta occaſione ei non ſoluat, auferetur ei ſuorum bonorum adminiſtratio.

u *Capitali pœna.* Quamuis capite plectatur ſeruus, peculium eius remanet apud dominum, & ſi adminiſtrauerit negotia eius, exiguntur adminiſtrationis rationes. Memineris 13. Cõſt.47. tit. huius 9. libri.

Digitized by Google

x *Adſecto.* Τὸ κατ' ἰδίας habet, capitali pœna damnato. & ait Thalelæus. didiciſti iam ſeruos in criminibus ex ſua perſona damnari.

y *Peculium eius.* Itaque idem etiam dicere debemus in filio.

z *Reliquum reddere.* Hoc nota (nouum enim eſt) dominum poſſe rationem à ſeruo deſiderare, antequam capitalem pœnam ſuſtineat.

a *Deportati.* Deportatus heredem non habet. Memineris 8. Conſt. 40. tit. huius libri, & lege 10. huius tituli.

b *Heredem habere.* Exceptis heredibus ſecundum No. 134. ſiue lib. 6. tit. 19. c. 10 Thal. Quandiu viuit, rebus vtitur, moriens in eis heredem non habet.

c *Si is qui.* Theod. Publicatis bonis tutoris, recte agit pupillus tutelæ aduerſus fiſcũ. Simile didiciſti in 2. Conſt. 12. tit. lege & 4. Conſt. 51. tit. huius libri. quære tit. 18. c. 21.

d *Si quis in prouincia.* No 134. ſiue lib. 6. tit. 19. c. 20. iubet bona eorũ qui morte aut publicatione multati ſunt, ad aſcendentes vel deſcendentes pertinere vſq; ad tertium gradum, niſi quis maieſtatis crimine damnetur. Iubet etiam vxores eorum accipere dotem & donationem propter nuptias: vel ſi indotatæ ſint, quartam partem bonorum.

e *Bonorum eius.* Quære lib. 11. tit. 2. cap. 19. quod ait: Contendentibus duobus fratribus.

f *Si mariti bona.* Theod. Publicatis bonis mariti, excipit vxor res ſuas & dotem, & quæ donauit ſibi maritus ante publicationem. memineris 24. Conſt. 16. tit. 5. lib. & 1. Conſt. 73. tit. 7. lib. & 1. Conſt. 12. tit. huius libri. & lege No. 134. quæ dicit vxorẽ morte aut publicatione multati accipere dotem & donationem propter nuptias: vel ſi indotata ſit, quartam partem bonorum.

Eiusdem. Si is qui adminiſtrauit rem fiſci, & interuertit, publicetur: non exiguntur niſi quę habuit vel poſtea adquiſiuit. Porro Conſtitutio 51. tit. huius libri ait eum & fideiuſſores eius reliquorum nomine fiſco obligatos manere.

g *Publicata ſint.* Ex delicto ſcilicet. ratio hæc eſt, quia in pœnis fiſcus priuilegium non habet, vt li. 6. tit. 2. cap. 37. Et de crimine hoc caput debere intelligi, lege lib. 30. c 90. At cum nõ ex crimine publicantur bona mariti, ſed ex contractu, puta geſto munere publico, nec præſtitis iis quæ pręſtari debuerant, quia tũc omnia bona eius tacite ſunt obligata fiſco, ſi quid vxori donauerit, vel aliis quibuſcunque quocunq; modo non habentibus antiquiorem hypothecam, id fiſcus aufert priuilegio tacitæ hypothecæ, videlicet ſi traditio facta ſit cum iam eſſet obligatus fiſco. quære tit. 68. c. 7.

h *Res vxoris ſimul.* Quæ ſunt extra dotem. nam de dote mox dicturus eſt.

i *Conſtante matrimonio.* Non valet quidem donatio facta conſtante matrimonio, ſed quia videtur morti publicatione confirmatur. quære lib. 30. c. 90. & 13. 32. th. 4. & 5.

k *Quod ſi mariti.* Vt qui adminiſtrauerit rem fiſci & euerterit, ſi ideo publicetur, vxor eius dotẽ accipit & donationem ante nuptias, filii quoque emancipati ſibi donata accipiunt, cetera fiſcus. qui enim ante interuerſionem contractus habiti ſunt, ratos eos eſſe arbitramur, exceptis Palatinis, qui niſi libertati probentur, nihil omnino ad alios tranſmittere poſſunt.

l *Exceptis Palatinis.* In Cæſarianis ſiue Catholicanis non excipimus donata ab eis ante adminiſtrationem vxori vel liberis. prius enim purgari rationem fiſci oportet.

m *Habent.* Notatu dignum hoc eſt de iis qui detinent bona tyrannorũ, nec deferunt fiſco intra præſtitum hac Conſtitutione tempus.

Titulus LII,

Sive Digestorvm Lib. XLVIII. Tit. XXI.

De bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt.

Vlpianvs.

IN his quæ mortis [b] condemnationem continent, reo [c] aduerſarium [d] corrumpere licet. L. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent. &c.

Nominati [e] à latronibus ſi accuſatoribus corruptis deceſſerint, non relinquunt [f] heredibus defenſionem [g], cum facti ſint manifeſti. L. 2. ¶ Si de pœna [h] quorundam relatum ſit ad principem, veluti quod deportari debuerint, & deceſſerint priuſquam princeps reſcriberet, tranſmiſſus quis ſit Romam, & deceſſerit ante ſententiam, non proſcribitur, ſed heredes eius poſſident bona. §. 1.

Marc.

l. 3. in pr. MARC. Non quicunque mortem ſibi conſciuit, proſcribitur, ſed poſtulatus[k] aut in ſcelere deprehenſus, & ne hoc quidem ſimpliciter, ¶ ſed

§. 1. ita ſi eius criminis reus fuit, vt ſi damnaretur morte aut deportatiõe adficiendus eſſet. ¶ Ceterum modici furti reus ſi ſe interemerit, bona eius

§. 2. non publicantur[l]. ¶ Sed neq; eius qui tædio vitæ, vel dolore morbi, vel a-

§. 4. lia ex cauſa ſe interimit. ¶ Is etiam qui ſibi mortem irrogat ob filium

§. 5. quem dicitur occidiſſe, videtur dolore filii id facere, & bona eius non publicantur. ¶ Qui[m] ſibi manus intulit ſine cauſa, nec peregit, punitur

§. 6. quaſi in ſe ſententiam tulerit. qui enim ſibi non parcit, alii etiam non parcet. ¶ Si quis autem in incerto reatus euentu in vinculis, vel ſub fide-

§. 7. iuſſoribus deceſſerit, bona eius non publicantur. ¶ Si heredes[n] rei qui

§. vlt. mortem ſibi conſciuit, ſine cauſa parati ſunt defenſionem eius ſuſcipere, innocentiæ eius comprobandæ cauſa, bona eius fiſcus non vindicat, antequam de crimine fuerit probatum.

L. 1. C. d. bonis eor. qui mort. ſibi conſciu. [1] EORVM demum bona fiſco vindicantur, qui conſcientia[o] delati admiſsiq; ſceleris, & metu futuræ ſententiæ ſibi manus intulerunt. Lib. 3. Cod. tit. 50.

[4] Si nullo delato crimine[p] dolore corporis vel tædio vitæ vel furore ſeipſos interemerint, bona eorum tam ex teſtamento quam ab inteſtato ad heredes pertinent.

[5] SI rei[q] poſtulati ante ſententiam deceſſerint, ſiquidem perduellionis erat crimen, publicationis ratio in heredes tranſmittitur. Sed ſi aliud erat quam perduellionis crimen, & ſibi mortem metu criminis non conſciuerint, crimen extinguitur.

a *Vel accuſatorem corruperunt.* Siue aduerſarium corruperint muneribus, ſiue ſe ipſos occiderint gladio, aut veneno.

b *Qua mortis condem.* De adulterio quære lib. 11. tit. 2. c. 35.

c *Reo.* Venia enim dignus eſt, qui qualitercunq; redimit ſuum ſanguinem. Lege lib. 2. Codicis tit. 4. Conſt. 18. ſiue lib. 11. tit. 2. c. 35.

c In capitalibus criminibus à principibus decretum eſt, nõ nocere ei qui aduerſarium corrũpit. Sed hoc obtinet in his tantum quæ pœnam mortis continent. venia enim dignus eſt qui qualitercunque ſuum ſanguinem redemptum voluit.

d *Aduerſarium corrumpere licet.* Et iudi. c̃, vt ait Stephani adnotatio in lib. 24. tit. 2. c. 2. Nota neceſſaria de quibus tractatur 1. & 2. cap. & ſeq.

e *Nominati a latronibus.* A latronib⁹ damnatis editi, quaſi & ipſi latrones ſint, ſi corruptis accuſatoribus deceſſerint, non relinquunt heredibus ſuis defenſionem, vt confeſſi de crimine. id enim Seuerus & Antoninus quaſi rationabile reſcripſerunt.

f *Non relinquunt heredibus.* Hoc eſt, non agitur cum heredibus, quandoquidem illi manifeſti conſtituti ſunt. Ita Nomophylax.

g *Defenſionem.* Hoc eſt, non agitur cum heredibus, vt dictũ eſt. At vide nũ ita potius debeas intelligere, non admitti eorum heredes ad defenſionem defuncti, vt de eo iudicetur, ſed remoueri & repelli, quaſi illo iam ſua confeſſione damnato. Verũm quære tit. 50. cap. 1. them. 18. & 11.

h *Si de pœna quorundam.* Puto hic fingendum eſſe non fuiſſe litem de crimine conteſtatam iudicio, ſed orta fama relationem factam ad principem, & lege tit. 34. c. 20.

i *Non proſcribitur.* De hoc factum eſt S. C. de quibuſdam tranſmiſſis Romam, & ante ſententiã defunctis. Nemo enim damnatus videtur antequam de eo iudicium redditum & pronuntiatũ ſit.

l Quia videtur ante ſententiam deceſſiſſe.

k *Sed poſtulatus.* Forte parricidii, vt tit. 40. c. 7. Quære & lib. 56. tit. 2. c. 40. & lib. 21. tit. 2. c. 11. circa medium, & lib. 7. tit. 5. c. 101. & lib. 35. tit. 3. c. 2.

l *Non publicantur.* Quia nec ipſe ſuperſtes & furti & conuictus proſcriberetur.

m *Qui ſibi manus intulit.* Vtimur in his diſtinctione, & quærimus qua ex cauſa ſeipsũ occiderit, ſicut cum quæritur an puniri debeant qui ſibi manus intulerunt, & non perpetrarunt, ſed ſuperuixerunt. eos enim puniri oportet quaſi ſua ſententia damnatos. atq; omnino ita eſt, niſi tędio vitę vel impatientia doloris, vel alia ex cauſa ſibi manus intulerint. & merito punitur qui ſine cauſa ſibi manus intulit. nam qui ſibi non parcit, multo minus alii parcet.

n *Si heredes rei.* De hoc Pius reſcripſit, ſi parati ſint heredes defunctũ defendere, non eſſe bona publicanda, niſi verum probetur crimen.

Digitized by Google

o *Qui conſcientia.* THEOD. Qui ſcipſum occidit mala conſcientia, proſcribitur. nam ſi odio vitæ ſe ſuſpendat, nõ videtur lugendus, ſed, vt ait 2. Conſt. huius tit. etiam ſi erat in reatu, morte eius extinguitur accuſatio. didiciſti lib. 6. tit. 22. Conſt. 2. recte eum teſtari. dictum etiam eſt in hoc lib. 9. tit. 7. Conſt. 5. iure legitimo, puta ab inteſtato, ei ſuccedi. THAL. Si qui mala conſcientia ſibi manus intulerint, bona eorum publicantur. Sin vero tædio vitæ id fecerint, miſeratione digni ſunt.

p *Si nullo delato crimine.* Itaque heredem reddere iuſtam rationem oportet, propter quam ſibi mortem intulerint. ab eo enim probationes Conſtitutio exigit, dum ait, Si ſeipſos occidiſſe conſtiterit. Obſerua & illud de delato crimine. Vnde ſi deliquerit, nondum verò delatum ſit crimen, puniri non debet, atque ita poteſt quis duas allegare cauſas, delatum crimen, & commiſſum crimen, necdum delatum.

q *Si rei poſtulati, &c.* THEOD. Perduellionis reus etiam ſi deceſſerit ante condemnationem, morte eius non extinguitur crimen. nam memoria eius damnatur. Idem ait 6. Conſt. 8. tit. huius libri. lege & finem No. 134. poſitæ lib. 9. tit. 2. c. 13. & lib. 23. tit. 9. c. 3. Excepto crimine maieſtatis, quocunque crimine poſtulatus ſi deceſſerit ante ſententiam, morte eius extinguitur crimen, & vt proponitur 10. Conſt. 1. tit. 10. lib. bona eius non confiſcantur. Memineris 10. Conſt. 8. tit. huius libri, & nota ex contrario ſenſu publicari bona rei maieſtatis defuncti ante condemnationem. Obſeruandum id eſt, hanc quoque Conſtitutionem prius inſtitutam accuſationem proponere. itaque ſi non fuerit inſtituta, ceſſat ius quo dicitur bona eorum qui ſibi manus intulerunt, ad fiſcum pertinere. Quære c. 1. th. 3. & lib. 9. tit. 1. c. 46. & 124.

Titulus LIV,

SIVE LIB. XLVIII. TIT. XXII.

De interdictis & relegatis & deportatis.

POMPONIVS.

RELEGATVS[a] non proſcribitur[b]. l. 1. ff. de interd. & releg. & deport.

MARCIAN. Manumittere deportatus[c] non poteſt. l. 2.

IDEM. In inſulam relegati[d] liberos in ſua poteſtate retinent, & reliqua iura & bona ſua, niſi ſi qua eis adempta ſunt. nam in perpetuum relegati ſententia[e] in partem proſcribi poſſunt. l. 4.

IDEM. Exilium tribus modis fit: nam vel cui certis locis interdicitur, vel omnibus, præter certa quædam, vel vno concluditur. l. 5.

VLPIAN. Deportatio adimit ciuitatem[f]. ¶ Præf. vrbi[g] deportare poteſt, non præſides prouinciarum, ſed quoties aliquem deportandum putant, ad plenum ea omnia quæ ad eum pertinent, & ſuam opinionem principi referre debent, qui æſtimet an ſequenda ſit præſidis ſententia. medio tempore[h] dum principi refertur, in cuſtodiam conijcitur[i]. l. 6. in pr. §. 1.

IDEM. Deportationis duo ſunt genera. nam vel in inſulam quis deportatur, vel prouincia interdicitur. ¶ Præſides poſſunt in inſulam deportare[k], ſi habeant inſulam in ea prouincia cui præſunt: ſed ſi non habeant, pronuntiant quidẽ deportandos in inſulam, ſed referunt principi, & is inſulã adſignat. medio autẽ tempore condemnatus, militari cuſtodię traditur. ¶ Hęc eſt differentia inter deportationem & relegationẽ, quod relegatio ad tempus & in perpetuum fit, & conſeruat ciuitatem & teſtamenti factionem, ¶ & quod ad tempus relegati bona neq; tota neq; l. 7. in pr. §. 1. §. 2. & 3. §. 4.

pro

pro parte publicantur. Sed ſi quid tale pronuntietur, reprehendendum
§.5. quidem eſt, non tamen reſcinditur. ¶ Relegatur quis & in Oaſin [m] Ægy-
§.6. pti quaſi in inſulam. ¶ Nec in inſulam [n], nec in prouinciam ſibi non ſub-
§.7. & 8. ditam præſes relegare poteſt: ¶ omni vero ſua prouincia, aut parte eius
§.9. interdicere poteſt, & circunſcribere ciuitate aliqua aut regione, ¶ & ma-
§.10. xime deſertis prouinciæ locis. ¶ Sua prouincia non alia præſes interdi-
cere poteſt. Præſes autem [o] prouinciæ in qua quis domicilium [p] habet, o-
rigine etiam interdicere poteſt: ſed ſi non interdicat [q], à domicilio rele-
gatus apud originem ſuam morari poteſt. Sed & ſi quis vbi deliquit, do-
micilium non habeat, poteſt illius prouinciæ præſes, origine interdice-
§.11. re. ¶ Si præſes prouinciæ domicilii ea non interdicat, originis prouincia
§.12. interdicat, videtur tacite prouincia etiã domicilii interdixiſſe. ¶ At præſes
§.13. prouinciæ originis, nõ poteſt prouincia domicilii interdicere [r]. ¶ Relega-
tus [s] à præſide prouinciæ in qua deliquit, nõ ea tantũ & Italia arcetur, ſed
& ea in qua domiciliũ habet [t], & origine: ſed & ſi ex pluribus prouinciis
oriri videatur propter conditionem ſuam, vel parentum vel patronorũ,
§.14. omnibus interdicitur. ¶ Quibuſdã vero præſidibus permittitur vt multis
§.15. prouinciis interdicant, vt præſidi Syriarum & Daciarum. ¶ A patria [u] re-
§.16. legato, Roma etiam interdicitur, non è contrario. ¶ At ciuitate aliqua
§.17. relegato, & patria ſua & Roma [x] interdicitur. ¶ Definiri ſententia dies
§.18. debet intra quem relegatus debeat prouincia excedere. ¶ Relegatus po-
§.19. teſt libellum dare principi. Poteſt interdici ne quis accedat, vel ne exce-
§. vlt. dat prouinciam. ¶ Poteſt & vno honore interdici, nec poterit gerere eo
maiores: qui enim pœnæ cauſa minoribus prohibetur, & maioribus ta-
men prohibitus, maiores gerere poteſt. Non recte [y] quis pœnæ cauſa
muneribus [z] prohibetur, vel honore habente miſtam muneris grauem
impenſam.

l.8. Marc. Sed honore quidem arcetur. ceterum impenſam præſtat.

l.9. Vlp. Poteſt quis damnari ne domo ſua procedat.

l.10. Marc. Non etiam ne vtatur neceſſariis impenſis.

l.11. Vlp. Interdum [a] pecuniariter damnantur, qui relegatos ſuſcipiunt.

l.12. Marc. Sua ciuitate relegatus ſi non excedat, ad tempus [q] prouincia relegatur.

l.13. Pavl. Manumiſſus à relegato non poteſt Romam accedere, quod nec patrono eius licet.

l.14. in pr. Vlpian. Relegatus eſt is cui prouincia, vel Roma, vel continentibus
§.1. eius perpetuo, vel ad tempus interdicitur. ¶ Magna differentia [c] eſt inter
deportationẽ & relegationem. nam deportatio ciuitatem & bona adi-
§.2. mit, relegatio vtrunq; conſeruat, niſi ſpecialiter bona publicentur. ¶ Re-
legatur quis à principe & ſenatu & præfectis & præſidibus prouincia-
rum, non à Conſulibus.

§ vlt. ¶ Qui ciuitatem [d] amiſit & bona detinet, vtilibus [e] actionibus tenetur.

l.15. in pr. Marc. Deportatus ciuitatem amittit, non libertatem [f], & ſpeciali
quidem iure [g] ciuitatis non fruitur, iure tamen gentium vtitur [h]. emit e-
nim & vendit, locat & conducit & permutat [i], & fœnus exercet, & cete-
ra [k] ſimilia, & poſtea [l] quæſita pignori obligat [m], niſi in fraudem fiſci, qui

ei mortuo ſucceſſurus eſt, ea obliget: priora enim bona [n] quæ publicata
ſunt, alienare non poteſt. ¶ Deportatus à præſide, ſiue principe & heres §.1.
exiſtere & legata ex teſtamento capere poteſt.

IDEM. Deportati [o] neque hereditatem [p] neque legata capiunt, relin- l.16.
quuntur tamen eis teſtamento quæ ad victum, & alios vſus neceſſarios
ſufficiunt.

POMP. Relegatus ſtatuis & imaginibus honorari non prohibetur. l.17.

IDEM. Relegatus integrum ſuum ſtatum retinet, & dominium re- l.18.in pr.
rum ſuarum, & patriam poteſtatem, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum
relegatus ſit. ¶ Deportatio autem ad tempus non eſt. §.1.

CALLIST. Relegatus non poteſt Romæ [q] morari, licet hoc ſenten- l.vlt.in pr.
tia comprehenſum non ſit, quia omnium eſt patria: ſed neque in ciui-
tate in qua verſatur princeps, vel per quam tranſit, eis enim duntaxat
principem intueri licet, qui Romam ingredi poſſunt, eſt enim prin-
ceps pater patriæ. ¶ Liberi homines damnati [r] & proſcripti ſtatim §.1.
à ſententia priorem ſtatum amittunt, & ſuæ pœnæ traduntur niſi ob
maieſtatis cauſam quæſtionem & grauiorem examinationem fieri o-
porteat.

a *Relegatus.* In perpetuum relegati bona, ex ſententia in partem publicari poſſunt, vt ait finis ſeq. cap. Hoc igitur ita accipiendum eſt ſi ſpecialis ſententia de publicatione ſequuta non fuerit. natura enim relegationem publicatio non ſequitur. quære c.5. & tit.52.c.17.th.2.

b *Non proſcribitur.* Niſi ex ſpeciali ſententia, vt tit.52.c.8.th.pen.

b Caput eſt Conſtitutionis Adriani ad Secundum ſcriptæ, quo ait: Scio relegatorum bona auaritia ſuperiorum temporum fiſco vindicari. ſed aliud clementiæ meæ cõuenit, qui inter cetera quibus innocens ratio temporum meorum probatur, hoc quoque remiſi exemplum.

c *Manumittere deportatus non poteſt.* Quia deportationem ſequitur tacita publicatio.

d *In inſulam relegati.* Relegati in inſulam in poteſtate liberos ſuos retinent, ſicut & alia omnia iura ſua. tantum enim inſula egredi non poſſunt. Sed & bona ſua omnia retinent, præter ea quæ ſpeciali ſententia eis adempta ſunt. nam eorum qui in perpetuum exilium, vel in locum quendam relegati ſunt, præſes poteſt partem bonorum ſpeciali ſententia publicare.

e *Sententia.* Speciali, vt tit.52.c.8.th.pen. & huius tit.c.14.th.2. Non enim crimen, ſed ſententia ſpectatur, vt tit.51.c.12.

f *Ciuitatem.* Quære lib.44 tit.2.c.78.th.5. & tit.3 eiuſdem c.1.th.3.

g *Præfectus vrbi.* Quære lib.6.tit.4.c.2.th.2. & lib.7.tit.5.c.98.

h *Medio tempore.* Quære lib.44.tit.3.c.1.th.4. & ibi ſolutionem duorum capitum, quæ inter ſe pugnare videntur Quære tit.35.c.1.3.

i *In cuſtodiam conuicitur.* Si non pronocauerit. & quære lib 9.tit.1.c.36. & 100.

k *Deportare.* Hoc eſt relegare.

l *Differentia.* Nota differentiam inter deportationem & relegationem. quære c.1. & 4. & quot modis relegatio fiat c.5. exponit: Septimum autem, quot modis deportatio fiat. quære & 5.th. huius c. & 6.7.8. & 11. & c.14.th.1. & 2 & c.19. & 20.

m *In Oaſin.* Quinam in eam relegent docet 64.c.51.tit.

n *Nec in inſulam.* Vt præſes Syriæ non poteſt in Macedoniam relegare, relegare vero extra ſuam prouinciam poteſt, veluti, Ne accedat Macedoniam. poteſt & in parte ſuæ prouinciæ iubere quem morari. vt non liceat ei ciuitatem aliquam vel regionem excedere, quidam vero & in deſertiores partes prouinciæ ſolent relegare. Nota præſidem non poſſe relegare in locum ſibi non ſubditum. quære & lib 9 tit.7.c.12.th.2.

o *Præſes.* Inde eueniebat, vt relegatus à ſua prouincia, in qua domicilium habuit, morari in originali poſſet. Sed Imperator noſter cum patre ſuo huic rei proſpexit. Omnes præſides prouinciæ in qua eſt domicilium relegati, & originali ei interdicere. & eos qui non ſunt incolę prouincię, in qua deliquerunt, ad hanc Conſtitutionem pertinere conſtat: hoc eſt, poſſe præſidem eis interdicere prouincia originali.

p *Domicilium habet.* Qui enim maiori poteſt prohibere, & minori poteſt. quęre tit.51.c.9. Qualeſit domicilium & qualis origo, quære lib 54.tit.1.c pen. & tit.2.c.7.8.9.

q *Si non interdicat.* Quæſitum eſt an præſes prouinciæ in qua reus domicilium habet poſſit ea quidem non interdicere, ſed originali quam non regit, quod faciunt qui patria non interdicunt, Italia interdicunt: & placuit eum qui interdicit originali cui non præeſt, ex conſequentia quadam, videri ea etiam interdicere cui præeſt. Per contrarium vero præſes prouinciæ ex qua originem habet, non poteſt ei incolatum interdicere.

r Inter-

Digitized by Google

t *Interdicere*. Maiori enim prohibitus non prohibetur & minori, vt th. pen.

ſ *Relegatus*. Qui admittunt ſententiam dicentium, eum qui in aliena prouincia deliquit, à præſide eius prouinciæ relegari poſſe, tribus prouinciis præter Italiam ei interdicunt, & in qua deliquit, & in qua originem habet, & in qua domicilium habet, ſiue incolatum.

t *Domicilium habet*. Quære lib. 54. tit. 1. c. 2. & 3. & 5. tit. 2. c. 7. 8. 9.

u *A patria*. Quære lib. 6. tit. 4 c. 1. th. pen & lib. 19. tit. 7. c. 5. & huius lib. tit. 51. c. 9.

x *Et Roma*. Vt minoribus prohibitus, maioribus non fruatur.

y *Non recte quis*. Neq; vero patris accuſatio criminalis obſtat filiis quominus munera obeant, vt lib. 54. tit. 4. c. 4.

z *Muneribus prohibetur*. Nec enim immunitate pœna tribuere debet. Si cui igitur in pœnā honoribus interdicatur, dicere poſſumus, ſi honor quo prohibitus eſt, habuerit miſtā muneris in pēſam grauem, impenſa eum per ſententiam non liberari.

a *Interdum pecuniariter damnantur*. Interdum vero & ipſi relegantur, cum illi ob magnū crimē relegati ſunt.

b *Ad tempus*. Quære tit. 51. c. 8. th. 3. & c. 4. & 28. th. 13.

c *Magna differentia eſt*. Nota differentiam relegationis & deportationis. & quære li. 44. tit. 3. c. 5. th. 3. & 4.

d *Qui ciuitatem amiſit*. Qui ciuitatem amiſit, bona tamen ſua habet, vtilibus actionibus à creditore conuenitur.

e *Vtilibus actionibus tenetur*. Nec dicere poteſt non ſe ſed fiſcum conueniri debere. nam etſi ius non habeat in bonis quæ ad fiſcum pertinent, quia tamen poſſidet, tenetur.

f *Non libertatem*. Quære lib. 7. tit 2 c. 1. nec opponatur τὸ κϛ´ τίτλ., ait enim deportatū libertatē amittere Sed adhæreas Baſilico dicenti deportatum ciuitatem Romanam amittere, nō libertatem.

g *Speciali quidem iure*. Ciuile ius dicit ſiue Romanum quale eſt ius patriæ poteſtatis, quod Romanorum proprium eſt, & ius teſtamenti faciendi. Quære tit. 51. c. 7. th. 2.

h *Vtitur*. Nam adquiſita proſcripto fiſcus non capit. quære lib. 14. c. 22. th. 5.

i *Permutat*. Quære lib. 19 tit. 8. c 24. & ibi vltimam adnotationem Stephani.

k *Et cetera ſimilia*. Forte negotium.

l *Et noſtra quæſita*. Vnde & pignori obligare poteſt, quæ poſt condemnationem adquiſiuit, in quibus fiſco etiam præferuntur creditores eius, qui bona fide cum eo contraxerunt, nō in fraudem fiſci morienti ſucceſſuri. Deportati enim priorem ſubſtantiam quam habuerint damnationis tempore alienare non poſſunt.

m *Pignori obligat* Non etiam teſtamentum facit. Hæc enim verba, Contrahere & gerere, nō pertinent ad ius teſtandi, vt lib. 2. tit 2. c. 20.

n *Priora enim bona*. Hoc infirmat No. 134. ſiue lib. 6. tit. 19. c. 10. quæ indiſtincte ait in omnib. damnatorum præterquam maieſtatis bonis, non ſolum liberos ſuccedere, ſed & parentes vſque ad tertium gradum. Si igitur ii non ſint, huic iuri locus eſt.

o *Deportati*. Cum Vlpianus Damaſcenus rogaſſet imperatorem, vt ſibi permitteretur matri relinquere ad victū neceſſaria, & mater per libertū, vt quædā ſibi liceret filio deportato relinquere, imperator Antoninus eis reſcripſit in hunc modum: Neq; hereditas, neq; legatum neque fideicōmiſſum contra mores, & ius publicum huiuſmodi perſonis relinqui poteſt, nec conditio harū perſonarum mutari debet. Quod vero pie rogaſtis, liceat vobis vltima volūtate eis ad victum & alios vſus neceſſarios ſufficientia relinquere, eiſque ex hac cauſa relicta capere.

p *Neque hereditatem*. Et hæc quidem ſummo iure. benigne tamē placet eum qui locauit ſe. vt cū beſtiis depugnaret, & capitali crimine damnatum, nec reſtitutum, matri ſuccedere. vt lib. 41. tit. 1. c. 27. th. 3. & lib. 55. tit. 21. c. 13. th. 2. in milite, & lib. 39. tit. 1. c. 7.

q *Non poteſt Romæ morari*. Roma, & Italia abſtinere debet.

r *In qua verſatur princeps*. Quære lib. 38. tit. 1. c. 10. th. 6 & li. 21. tit. 2. c. 2. th. 12.

ſ *Liberi homines damnati*. Cum in liberos homines ea ſententia fertur quæ publicat eorū bona, qualis eſt in inſulam deportatio ſtatim à ſententia priorem conditionem mutant, & ſuæ pœnæ traduntur, niſi quid maieſtatis inſit, quod pœnam exaſperari flagitet.

l. 13. C. d. Epiſc. & Cler. 21. QVI vim facit[a] & cōtemnit priuilegia[b] eccleſiaſtica, quinq; libris auri[c] multatur. Lib. 1. Cod. tit. 3. Conſt. 13.

l. vlt. C. Ne ſanct. baptiſma iteretur. 22. NE cui hæretico liceat ingenuos homines vel ſeruos ſuos qui ſunt orthodoxæ fidei, & orthodoxorum ſacramentorum participes, in ſuam ſectam baptizare peruerſe, & ſiue eos emerint ſiue alio quouis modo adquiſierint, nondum ea hæreſi imbutos, ne prohibeant ad eccleſiam catholicā adcurrere. quod ſi id fecerit, vel tolerauerit, & celauerit, ingenuus relegatione, & decima librarum auri multa coercetur, & neutri eorum licet teſtamentū vel donationes facere. Damus vero omnibus magiſtratibus poteſtatem horum obſeruationi incumbēdi, nō cōcedentes eis vt hanc minuant vel remittant pœnam. etenim ſi minuerint, vel Lib. tit. 61.

Digitized by Google

remiſerint Conſtitutione ſtatutam pœnam; eam ipſi luent, quam aliis irrogare noluerunt.

Lib 1. Cod. tit. 7. 23 Qvi ex Chriſtiano factus eſt Iudæus, proſcribitur. L. 1. C. de Apoſtatis.

24 Si quis defunctum[d] ex Chriſtiano Græcum dicat, vel Iudæum effectum, atque ideo teſtamentum eius non valere, intra[e] quinquennium continuum agat querela inofficioſi teſtamenti. L. 2.

25 Qvi[f] prodit ſanctũ baptiſma, neq; teſtimonium dicit, neq; teſtamentum facit, neq; alii ſuccedit: apoſtata enim eſſe intelligitur. L. 3.

26 Qvi fidem orthodoxam fallit, neque teſtatur, neque donat, neque venditione imaginaria in fraudem legis fertur; & ei ſuccedunt ab inteſtato ſoli Chriſtiani cognati. Actio autem quę in eum competit, tempore non circunſcribitur, etiam ſi nõ eo ſuperſtite lis conteſtata ſit. Verum is tantum[g] eſt ſub querela, qui ſacrificia fecit, vel facienda mandauit. L. 4.

27 Qvi ſeruum aut liberum inuitum, vel perſuaſum Chriſtiana religione abduxerit, proſcribitur, & capitali pœna plectitur. L. 5.

28 Clericvs vel monachus qui ex orthodoxo Apollinariſta vel Eutychianiſta factus eſt, omnibus hęreticorũ pœnis ſubiiciatur, & Romano ſolo pellatur. L. vlt.

29 Si Iudæus qui ad Chriſtianiſmum reſpexit, lapidum iactus vel quã aliam ſeditionem à Iudæis patiatur, qui id auſus fuerit, vna cũ participibus comburatur. L. 1. C. d. Iud. & Cœlicolis.

30 Iudæi Chriſtianum circuncidentes, aut circũcidi mandantes, proſcripti in exilium mittuntur. L. 16.

31 Si Iudæus Chriſtianum ad religionem ſuam trahere prǫſumpſerit, proſcribitur, & ſanguinis pœnam ſuſtinet. L. 18.

32 Ne Iudæus Chriſtianum mancipium ſibi comparet. Et ſi Iudæus Chriſtianum mancipium vel alterius religionis circunciderit, vt capitaliter puniatur, ipſe vero ſeruus rem in ſe patratam deferens pro prœmio accuſationis libertatem conſequetur. L. 1. C. Ne Chriſtianum mancip. &c.

33 Qvicvnqve non Chriſtianus ſeruum habet Chriſtianum, triginta auri libras fiſco deponat, ſeruo erepto in libertatem. L. vlt.

a *Qui vim facit.* Vt cum huius vel illius ciuitatis epiſcopus inuadit fines proximę epiſcopes, & cõtendit forſitan eo vſque extendi fines ſuæ epiſcopes. Quære lib. 3. tit. 1. c. 2. & lib. 5. tit. 1. c. 11. 13.

b *Contemnit priuilegia.* Conſtitutum eſt non poſſe nouum monaſterium extrui in finibus Archiepiſcopatus, niſi Archiepiſcopus extructuro tradiderit ſuã virgam, vel crucẽ fixerit & definierit locum quo extrui debeat. Si extructurus igitur aliquis contempſerit hęc priuilegia ecclesiaſtica, & ſuo arbitrio ædificauerit neglecta virga Archiepiſcopi vel crucis appellatione, hac pœna tenetur.

c *Quinq; libris auri multantur.* Quære tit. 45. cap. 19. & ibi ſcholium

d *Si quis defunctum.* Si dicatur quis longe à Chriſtianis eſſe, & teſtato deceſſerit, poteſt agi cõtra teſtamentum eius intra quinquenniũ. nã qui à Chriſtianis deſciuerunt, teſtamentu facere nõ poſſunt. didiciſti enim ex 1. Cõſtit. huius tit. eorũ bona publicari. Lege & 3. & 4. Cõſtit. huius tit. Quęre li. 1. tit. 1. cap. 51. 20. & lib. 39. tit. 1. cap. 60 circã finẽ, & li. 35. tit. 16. cap. 13. & li. 41. tit. 4. c. 17. & 20.

e *Intra quinquennium continuum.* Hoc inofficioſi querelæ præſcriptum eſt tempus.

f *Qui prodit ſanctũ baptiſma.* Quęre lib. 9. tit. 1. ca. 9 & li. 21 tit. 1. & li. 1. ti. 1. ca. 15. 27. & li. 39. ti. 1.

g *Is tantũ eſt ſub querela.* Et ne huius interpretatio criminis in incerto vagetur, id nos hac ſãctione manifeſtum facimus, ſi quis nomine Chriſtianitatis indutus ſacrificia fecerit, vel facĩẽda mãdauerit, cuius etiam poſt mortem hac ratione perfidia plectitur, vt teſtamentis donationibuſque reſciſſis legitimi hereditate potiantur.

h *Ne Iudæus.* Ne Iudæus adquirat ſeruum Chriſtianũ. Ait enim No. De Samaritanis ſtatim atque adquiſiit, liberũ eum fieri. Idem ait No. 37. Generaliter autem 2. Cõſt. huius tit. decernit vt ſi non Chriſtianus ſeruum Chriſtianum habeat, eum amittat: & 30 libris auri mulctetur. quod ita eſt intelligendum, ſi ignorans adquiſierit. nam ſi ſciens id fecerit, capite punitur, vt ſignificat prædicta 1. Conſt. propoſiti tit. Memineris 3. Conſt. 6. tit. huius libri.

TITVLVS

Titulus LV,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. V.

Ut ne ſint priuati carceres.

L.1.C. de priuatis carcerib. inhibendis. NE[a] in quacunque ciuitate, vel in agris, vel in domibus[b] ſint priuatæ cuſtodiæ, & vt hæc res curæ ſit prouinciarum Pręſidibus: cum, ſi neglexerint, ſacrilegii crimine teneantur, eodemque primates officii, qui non ſimul atque cognouerunt, rem deferunt Præſidi. Ipſi vero ſceleris auctores, maieſtatis[c] iudicio tenentur.

L.vlt. Constitvtio iubet priuatas cuſtodias non fieri, & eos qui fecerint, pœnæ ſubiici, & tot dies manere in publicô carcere, quot fuerit quis in priuato ab eis incluſus, cuiuſcunq; ſint conditionis, vel dignitatis, amittere etiam eos cauſam quam habent aduerſus incluſos prouidentia Epiſcopi & Pręſidis. quod ſi neglexerit Præſes, & bonorum & ſalutis periculum ſuſtinebit.

a *Ne in quacunque.* Quære lib.3.tit.1.c.4.& lib.6.tit.19.

b *Vel in domibus ſint.* Quære lib.3.tit.1.c.4.& lib.6.tit.19.c.13.& lib.56.tit.17.cap.39.& lib.10.tit.35.c.9.& lib.2.tit.2.c.224.

c *Maieſtatis.* Non generali pœna maieſtatis de qua in vlt.ca.36.tit.ſed ſpeciali, quę ponitur in ſequenti capite huius tituli. didiciſti enim ex 39.c.51.tit. huius lib. generalem pœnam violatarum legum non pertinere ad eas ſpecies quibus ſpecialis pœna definita eſt. ſpecialia enim derogant generalibus. hæc igitur & hic valere oportet.

Titulus LVI,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. VI.

Si reus vel accuſator mortuus fuerit.

L.1.C.ſi reus vel accuſ. mort.fu. SI miles[a] deſertor militię deceſſerit, ſoluitur crimen.

L.3. Sicvt defunctus crimine liberatur, ita & accuſator qui poſt mortem eius exequi crimen non poteſt, non tenetur[b].

L.5. Si rei[c] deceſſerint, bona eorum heredes[d] conſequuntur, niſi ſibi[e] mortem conſciuerint[f].

L.vlt. Si capitali[g] pœna damnatus[h], quam tacite bonorum publicatio ſequitur[i], prouocauerit, & deceſſerit vel ipſe vel accuſator eius, ſoluetur crimen, nec peragi poterit[k]. Sed ſi quis relegatus ſit, & ſpecialiter[l] pronuntiauerit iudex partem bonorũ eius publicari, etiam poſt mortem[m] eius peragenda eſt appellationis cauſa, vt appareat ad quem bona eius pertineant, ſucceſſores eius, an fiſcum.

a *Si miles.* Theod. Deſertionis crimen ſoluitur morte deſertoris militis. lege 3.& 6. Conſt. huius tit. & lib.12.tit.41. Conſt.1.& 3.

b *Non tenetur.* Diſces fauente Deo in huius libri tit. ad S. C. Turpillianum, qua pœna teneantur qui non exequuntur crimen.

Digitized by Google

c *Si rei deceſſerint.* Theod. Reus criminis ſi ante condemnationem deceſſerit, ſucceſſores ſui ei recte ſuccedunt, niſi ſibi mortem conſciuerit. didiciſti enim lib.6.tit.22.Conſt.2. eum qui non ſit eiuſmodi, recte teſtari.

d *Heredes.* Quære tit 34.c.20.& tit.53.c.2.th.1.& 2.& cap.3.

e *Niſi ſibi.* Quære lib.56.tit.2.c.45.th.2.& 3.

f *Mortem conſciuerint.* Nam bona eorum qui ſibi mortem arceſſunt, confiſcantur.

g *Si capitali pœna.* Hæc conſtitutio id iuris profert, quod extat lib.7. Codicis tit.66. Conſtit.3. Quære lib.9.tit.1.c.46.& 144.& ibi ſcholia.

h *Damnatus.* Additur *εἰς τὸ κατ᾽ πόδας*, vel deportatione. & ait Thalelæus, Nota deportationem capitali pœnæ non adnumerari, & manifeſtum eſt ſanguinis pœnam intelligi.

i *Sequitur.* Quære tit.53.c.1.th.3.& c.vlt.& ibi ſecundam adnotationem.

k *Nec peragi poterit.* Ceterũ de bonis eius quæritur, & cogitur heres appellationis cauſam exercere. & hoc mihi perſuaſit 20.c.34.tit. Specialem enim ſententiam quam proponit 46.c.1.tit.9.lib. de publicatione fieri, non in deportatione vel damnatione in metallum fieri aio, ſed in relegatione. Sed & in 144.c. fingere oportet non fuiſſe factam conteſtationem. Quin & ſi in deportatione & damnatione in metallum, dic.c.46. de publicatione in ſententia pronuntiari intelligatur, non ita id regulariter admittemus, ſed facti eſſe intelligemus, propter id quod ait 20.cap.34.tit. huius. lib. poſt conteſtationem publicationem in heredes tranſire.

l *Specialiter pronuntiauerit.* Nam ſine ſpeciali ſententia non proſcribitur. vt tit.54.c.1. & 20.& tit.52.c.8.th. pen.& tit.33.cap.6.

m *Poſt mortem eius.* Cum deportationem tacite ſequetur publicatio, etiam ſi de ea nihil pronuntietur ſpecialiter, omnino ſoluta deportatione, quæ publicationem inducit, quî fieri poteſt vt ſit ſequela ſublato eo cuius eſt ſequela. Relegationem vero quia tacite non ſequitur publicatio, ſed ſpeciali ſententia opus eſt, cum damnatur quis relegatione, & ſpecialis quoque ſententia de publicatione fertur, duæ ſunt ſententiæ, & vna quidem de relegatione morte rei incidente, ad quem perueniat non eſt. ceterum quia publicatio relegationem non ſequitur, ita vt illa ceſſante, & hæc ceſſet, publicatio perficitur crimine diſceptato, etiam poſt mortem eius qui prouocauit, & quære hac de lib.9.tit.1.c.46.& 144.

Titulus LVII,

Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit.

Nou. 34. Leonis de tut. qui &c.

SI tutor [a] pupillam quondam ſuam corruperit, deportatur, & omnia bona eius publicantur, quamuis [b] eam pœnam [c] debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponunt.

a *Si tutor.* No.34. Leonis philoſophi corruptam iubet corrumpentis tutoris bona capere. Cui enim, inquit, iniuria & clades illata eſt, ei bona cedere debent.

b *Quamuis, &c.* Qua pœna teneatur is qui virginem rapit, inuenies in hoc lib.tit.13. Ait igitur Conſtitutio, quamuis eam pœnam debuerit tutor ſuſtinere, humaniorem tamen in eum conſtituimus. Theod. Memineris eorum quæ dicta ſunt in 6.tit.5.lib.

c *Eam pœnam.* Hoc eſt gladii, ſi cum armis, vel manus abſciſſionem ſi ſine armis, vt in ſeq.tit.

Titulus LVIII,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. XIII.

De raptu virginum vel viduarum, necnon ſanctimonialium.

l. vn. in pr. C. de raptu virg. ſeu vid. &c.

RAPTORES [a] fœminæ, ſiue deſponſata fuerit, ſiue non, aut viduæ, ſiue ingenua fuerit, ſiue ſerua, aut libertina, & maxime ſi Deo fœminæ dedicatæ fuerint, legitime puniantur [b], hoc eſt, vt ſi quidem cum armis ſiue gladiis vel fuſtibus rapinam fecerint, gladio

Digitized by Google

dio puniantur [c]: miniſtri [d] autem & conſcii & voluntarii ſuſceptores, & qui qualecunque auxilium præbuerint, verberati & tonſi naribus mutilentur, cum huiuſmodi rapinam qui in animum inducunt, etiam parati ſint reſiſtentes occidere: ſin vero ſine armis quibuſcunque rapuerint, vt raptori quidē manus abſcindatur, ii vero qui inuaſionis tēpore opem tulerint, vel cōſcii, vel miniſtri, vel voluntarii ſuſceptores, vel qui qualēcunq; opem tulerunt, verberati & tonſi in exilium mittantur. Et ſi in ipſa rapina deprehendantur à parentibus fœminarum, vel fratribus, vel tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis, conuicti [e] propria manu interficiantur, maxime ſi nuptam mulierem auſi fuerint rapere: idem dicimus & ſi quis ſponſam ſuam

v. ſin autem. rapuerit. ¶ Quod ſi ii aufugere potuerint, tam Conſtantinopoleos quam cuiuslibet regionis magiſtratu, & magiſtri militum, vindicent fa-

§.1. ctum, eis apprehenſis [f] & punitis, nec ſinant eos appellare [g]: ¶ et ſi quidem ancillæ raptæ ſint, vel libertinæ, raptores quidem legitima pœna coerceantur, ſui tamen patrimonii damno non adfligantur: ſi fuerint ingenuæ, bona raptorum & eorum qui opem tulerunt, earum dominio adquirantur, prouidentia iudicum & parentum in dotem, vel

v. nec ſit. ſi noluerint nubere, bona retineant. ¶ Ne liceat autem mulieri [h] ipſum

§.2. raptorem virum dicere, nec parentibus earum id eis imperare. ¶ Omnes vero pœnæ Conſtitutionis ſunt aduerſus ipſos raptores, & eos qui eis in ipſa rapina opem tulerunt. at conſcii & miniſtri & ſuſceptores, & qui quācunque opem [i] eis intulerunt, dicta pœna teneantur, ſiue volentibus mulieribus, ſiue nolentibus rapina facta ſit, parentes autem

§.vlt. mulieris ſi patientiam præbuerint, deportentur, ¶ ſeruus ſi in actu [k] inueniatur, comburatur, omnibus aliis pœnis ceſſantibus.

Nou.143. in pr. [a] RAPTVM eius quæ vim paſſa eſt, parentes vindicant, & conſanguinei & tutores & curatores, maxime ſi nupta vel deſponſata ſit, quia non tantum rapina, ſed & adulterium [l] committitur.

in f. pr. [3] ¶ Raptæ vindicant bona raptorum. ceterum dos marito datur.

V. illo. [4] ¶ Ne rapta nubat raptori. Sed & ſi huic coniugio conſentiant parentes, deportentur [m].

[5] SI RApta complectatur raptoris nuptias, cuiuſcunque conditionis vel ætatis ſit, non conſentientibus parentibus, ſtatim parens qui non conſenſit, etiam ſi mater ſit, bona raptoris capit, ipſa vero nihil. nefariæ enim ſunt huiuſmodi nuptiæ. quod ſi parentes mortui ſint, vel poſtea conſenſerint, bona raptoris inferuntur in fiſcum, non etiam mulieris bona.

[a] HÆC Conſtitutio confirmat præcedentis Conſtitutionis pœnas. Iubet enim ne rapta puella raptori nubat, vel ſi id fecerit, vt ne ei ſuccedat cuiuſcunque conditionis vel ætatis ſit, quę ſi non nuberet, bona eius conſequeretur.

SI PARens [n] raptori nubenti puellæ conſentiat, deportatur. Sed ſi non conſenſerit, atque ita deceſſerit, raptoris bona inferuntur in fiſcum, videlicet quia iuncta [o] rurſus ei puella, huiuſmodi nuptiæ nefariæ ſunt.

Digitized by Google

a *Raptores.* Qui quamcunq; virginem rapit, aut viduam, aut nuptam, aut ſponſam, occidatur à parentibus & cognatis, vel curatoribus, vel dominis, vel patronis, ſi in ipſa rapina palam deprehenditur. quod ſi potuerit fugere, corripiatur, & ſeruus quidem capitaliter punitur, liber autē ſua bona in eam conferat cui vim intulit, nec poſſit vxorem ducere. Memineris 5. & 53. Conſt. 3. tit. 1. lib. vbi dicitur: non tantum raptorem, ſed eum qui de coniugio illo virgini verba fecit teneri.

b *Legitime puniantur.* τὸ θανάτῳ, morte, ἐννόμως, legitime. Sciendum autem eſt ſequentia non extare in Codice vſque ad illum locum, Et ſi in ipſa rapina.

c *Gladio puniantur.* Capite amputato. Sic enim hęc Conſtitutio accipitur à celebri Imperatore philoſopho in No. 35.

d *Miniſtri.* Qui cum raptore virginis aut viduæ aut nuptæ ſimul operati ſunt facinus, & conſcii, puniantur, raptæ, etiam ſi ſe rapi voluerit, addictis eorum bonis. Memineris 53. Cōſt. 3. tit. 1. lib. Qui rapit vnā ex dictis honeſtis mulieribus, non habet fori præſcriptionem. idem in dicta Conſt. 53. Pater qui patitur rapinam filię, deportatur. didiciſti enim in hac Conſt. & in 53. raptorem ab eo impune occidi. Seruus conſcius raptus ſuæ dominæ comburitur. Lege No. de raptis mulieribus.

e *Conuicti.* Nota deprehenſos debere prius conuinci forte pręſentibus teſtibus. nam ſi dicamus in iudicio eſſe conuincendos, iam vbi ſemel ventum erit in iudicium, non poterunt manu deprehēdentium puniri.

f *Eis apprehenſis.* Τὸ κατὰ πόδας habet, Comprehēſos in tali crimine poſt legitimas & iuri cognitas probationes ſine pręſcriptione fori duriſſimis pœnis adficiant, & mortis condemnent ſupplicio. & ait Thalelæus, Obſerua vt velit etiam poſtea comprehenſos prius conuinci, denegata pręſcriptione fori. & nota in criminibus ceſſare omnem pręſcriptionem fori. Nota etiā extra qui poſſint ſua manu occidere deprehenſos in rapina mulieris. Ex iis quæ ſunt in Experientia Romani. Mulier raptum paſſa, dixit ingreſſos domum etiam rapuiſſe res ſuas. & Magiſter dixit non debere mulierem iurare quid amiſerit, dicentibus quibuſdā etiam iurare eam & frui ſuis rebus. bona enim raptoris & eorū qui ſimul domum eius inuaſerunt accipiens, vt vult computat in debiti ſolutionē, vel in vindictam eorum quę paſſa eſt: eximere tamen debet dotes mulierum raptoribus vel comitibus eorū coniunctarum, & militias, id eſt, pro equitibus quatuor librarum immobilem poſſeſſionem, quibus cōnumerentur nautici Ægęi & Sami & Cibyrrhęotorū, pro imperatoriis autē nauticis libras duas. EIVSDEM. Si quando quis occidatur in rapina ex parte raptorum, oportet eum inultum relinquere. Sed ſi ſit ex iis qui mulieri ſuppetias ferebant, & habeat vxorem & liberos, vxorem oportet acceptam inuaſorum ſubſtantiam adminiſtrare, & eius curam gerere competentem. TIT. XIII. Experientiæ Romani. Quod ait lex, bona raptorum, & eorum qui illis opem tulerunt in rapina, in dominium tranſire violatarum mulierum, conſcios autem vel miniſtros, vel ſuſceptorę, vel quancunque opem raptori ferentes pœnæ tantum ſubiici, ita interpretandum eſt, vt qui ſimul ingrediuntur domum mulieris, vel qui foras cum raptore conſiſtunt, pariq; opera funguntur, iis pręter pœnas auferātur etiam bona: miniſtri autem, id eſt receptores raptoris, vt in eorum domo maneat veſpere poſt raptum vel ante raptum, vel indices viæ qua poſſit rapiendæ domum adire, vel præbitores hominum, aut equorum, vel alterius miniſterii, ii præſcriptas tantum, non etiam ademptionem bonorum ſuſtineant. & hoc inueniri Magiſter ait circa medium tituli aperte, & ſe contendiſſe hac de re cum magnis iudicibus. & viciſſe, obtinuiſſeque ſententiam ſuam. EIVSDEM. Si cum cœtu venerit quis in domum alicuius, & ſiue volentem, ſiue nolentem mulierem rapuerit, raptum committit & punitur. Sed ſi venerit ſolus ſine miniſtris, & clam mulierem ſeipſam prodentē auferre auſus fuerit, non raptum, ſed virginis ſtuprum committit.

g *Appellare.* De iis non dixit lib. 7. tit. 65. vbi recenſet omnes eos qui poſſunt appellare. Nota in quæſtione raptus nō eſſe appellationi locū. & lege lib. 9. tit. 1. cap. 16. quo famoſi latrones, & duces factionum, & militum concitatores prohibentur appellare.

h *Mulieri.* Nulla enim licētia datur nuptiis eorū cōſentire, qui hoſtili more in noſtra Rep. matrimonia ſtudent ſibi coniungere. oportet enim ſecundum leges & antiquam conſuetudinē parētes petere, & cum eorum volūtate nuptias facere. quęre lib. 28. tit. 5. cap. 19. th. 5. Nota alias nuptias prohibitas, de quibus nihil eſt in 5. lib. neque in libro ſingulari de ſponſalibus.

i *Quamcunq; opem.* Vt ſi quis cum præeſſet iudicio accuſare volenti ſilētium indixerit, vel affirmanti factum contradixerit, vel ſi quo alio modo opem tulerit.

k *In actu.* Sed ſi nō ſit particeps ſceleris, & crimē detulerit, liber ſit, vt lib. 48. tit. 18. c. 3. CANON. XCII Synodi in Trullo Imperatorii palatii. Eos qui nomine matrimonii mulieres rapiunt, quique eis opem ferunt, & cōſcios ſtatuit ſancta Synodus, ſiquidem clerici ſint, ſuo gradu excidere: ſi laici, ſeparari. CANON XXX Sancti Baſilii. De raptoribus canonem quidem antiquum non habemus, ſed propria ſententia cauemus, vt ipſi & rapinæ comites tribus annis ſint ſegregati à precibus: quod autem vi factum non eſt, ſine noxa eſt, cum nec ſtuprum, nec furtum rē præceſſit. Eſt autem in viduæ, quę ſui iuris eſt, poteſtate ſequi. itaque nobis non eſt velamentorum habēda cura. Canō XXVII Synodi Chalcedonēſis per omnia ſimiliter canoni 92. ſynodi in Trullo palatii, & ſentētia & verbis de raptoribus ſtatuit.

l *Adulterium committitur.* Lege lib. 1. Codicis tit. 3. Cōſt. 53. & nota adulterium committi etiam in ſponſam quære tit. 57. cap. 12. th. 8. & 13. & lib. 6. tit. 3.

m *Deportentur.* Lege lib. 9. Codicis tit. 13. Conſt. 1. & No. 150. & memineris finis No. 23.

n *Si parens.* Quære tit. 18. ca. 5. th. 3. vbi ait extraneum quoque hoc crimen intendere poſſe, nec excludi quinquennio nam & hoc vicennio concluditur.

o *Iuncta.* Memineris 123. No.

TITVLVS

Digitized by Google

Titulus LIX,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. XIV.

De emendatione ſeruorum & propinquorum.

l.vn.C.de emend. ſeruor.

SI Dominus [a] loris [b] aut virgis ſeruum ſuum cæciderit [c], vel cuſtodiæ cauſa eum in vincula [d] coniecerit, & ille quandoque deceſſerit, domino ea res non erit periculo. At ſi domini moderationem excedens tormenta ei adhibuerit, vel ignem admouerit, vel gladio aut lapidibus aut fuſtibus eum occiderit, letali vulnere illato, vel ſi laqueo ſuſpendi, aut præcipitari iuſſerit, aut exitiale venenum vi adhibita infuderit, vel tam acerbe torſerit, vt in tormentis moreretur, tunc homicidii reus ſit.

l vn.C.de emend. propinq. — Lib. 9. Cod. tit 15.

QVEMadmodum patres liberos errantes & vitam non recte tranſigentes corrigere poſſunt, ita propinquis [e] hæc conſtitutio permittit minorem caſtigare diſſolutum, & infamem vitam traducentem. moderatam autem hanc caſtigationem eſſe Conſtitutio præcipit, & patri conuenientem. Sed ſi grauiora minoris delicta acerbiori emendatione indigeant, tunc iudiciali indignationi locus eſt.

a *Si dominus.* Quære lib.10.tit.17.c.1.th.2.& lib.19.tit.7.c.13.th.2.& lib 31.tit.1.c.1.

b *Loris.* Qui ſeruum ſuum loris aut virgis cæcidit, vel verberauit, vel in vincula cohiecit, non tenetur licet deceſſerit: ſed ſi gladio vel lapide vel craſſiori fuſte eum occiderit, tenetur. nam dictũ eſt alibi homicidam ſerui ſui puniri, perinde ac ſi alienum occidiſſet at lib.4.tit.14. Conſt. 6. cauetur recte, vnumquemque dominum ſeruos ſuos caſtigare. Nota itaque iterum, & ſequere diuiſionem huius Conſtitutionis.

c *Cæciderit.* Moderate eum cæcidiſſe intelligendum eſt, non ſupra modum.

d *In vincula coniecerit.* Quid enim ſi intellexerit eum fugere? quære lib.19.tit.7.cap.13.th.2.& lib.31.tit.1.cap.1.

d Additur εἰς τὸ κατ' πόδας, ſenioribus.& ait Thalæleus, Obſerua non omnibus permitti cognatis, ſed ſenioribus.

e *Ita propinquis.* Ex quibus cauſis cognatis licet & patri etiam filium emancipatum caſtigare licet. eſt enim primus cognatus. Nota turpiter viuentem iuuenem non tantum parentes, ſed & ceteros proximiores cognatos caſtigare poſſe.

Titulus LX,

Lib. IX. Codicis Tit. XXIV.

De adulteratoribus monetæ, & mutatione nominis.

l.1.C.de falſa moneta.

QVI falſam [a] monetam facit, vna cum miniſtris eius ei manus abſcinditur. Dominus autem agri vel domus in qua eo ſciente id fit, exutus bonis omnibus deportatur. ſi ignorante eo id fiat, domus vel fundus publicatur. Actor autem fundi, vel colonus, vel ſeruus, vel inquilinus, vel incola miniſterium huic crimini præbens, cum eo qui fecit, manus amiſſionem patitur. Quod ſi dominus ab initio

Digitized by Google

ignorans,poſtea ſciens rem detulerit,ipſe quidem non læditur, ſed facinoris auctori cum miniſtris manus abſcinditur.

Neminem oportet à Principe poſtulare,vt ſibi liceat formare nummos, & ſi hoc impetrauerit, non ſolum fructum propriæ petitionis amittat, ſed etiam pœnam qua dignus cenſetur excipiat quaſi adulterator monetæ. l.vlt.

Innocens [b] mutar[e] ſuum nomen poteſt. l,vn.C.de mutatione nominis.

a *Qui falſam monetam*. H[o]c caput miſtum eſt ex Codice & Prochiro: in[cendium] enim eius & manus abſciſſio,eſt Prochiri: Dominum autem publicatis omnibus bonis depo[rt]ari, & reliqua ſunt Codicis. Nota & aliud caput quo cauetur non licere principem adire oblatis precibus,& quamuis ſacra adnotatio impetrata ſit,nihilominus eum puniri.Nota prædium in quo cuſa eſt falſa moneta,publicari,etiam ſi alienum fuerit,& ignorauerit dominus.

b *Innocens*. Quidam forte crimini obnoxii dum latere ſtudent mutant ſua nomina,vel prænomina, vel cognomina. Eſt autem cognomen, vt cum dicimus Paulus Æmilius, vel Ælius Sentius. Sic enim erat mos Berytis & Tyriis. Prænomen vero, quod ex patribus deſignatur, vt ſolent quidam ſuo nomini ſuorum patrum nomina adponere. Innocentibus igitur impune licet mutare nomen, liberis hominibus, ſine fraude vlla aut damno. Quære tit 21. cap. 13. & lib. 38. tit. 6. cap. vlt.

Titulus LXI,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. XXX.

De ſeditioſis, & iis qui plebem contra Remp. audent colligere.

Qvicvnqve [a] ſuſcipit plebem, vt quid faciat contra publicam diſciplinam, grauiſſimæ pœnæ ſubiicitur [b]. l.1.C.de ſeditioſis & de his qui pleb. &c.

Qvi [c] adclamant alicui, & ex eo turbam concitant, nihil eorum quæ poſtulant conſequantur, & pœnis ſubiiciantur quibus tenentur tumultus auctores. l.vlt.

a *Quicunque*. Qui plebem ad ſeditionem concitat, vltimo ſupplicio adficitur,quaſi ſeditioſus.memineris 12. Conſt. 28.tit.1.lib.quære t.t.51.c.38.th.2.

b *Grauiſſimæ pœnæ ſubiicitur*. Eſt in eum lex Iulia de vi publica.& in ſequenti Conſtitutione diſces, cui pœnæ ſubiiciatur.

c *Qui adclamant*. Qui quocunque loco adclamat alicui,non conſequitur quæ poſtulat, ſed & punitur quaſi ſeditioſus.nam vt didiciſti lib.1,tit.12.Conſt.7.debuit iniuria adfectus adire Epiſcopum vel præſidem,non ſeditionem concitare lege & 12.Conſt.47.tit.huius lib.9.

d *Tumultus auctores*. Hi autem tenentur lege Iulia de vi publica,quod cauſam dederint publicæ ſeditioni.

Titulus LXII,

Lib. IX. Codicis Tit. XXXI.

Quando ciuilis vel criminalis condemnatio, & vtrum vtraq; an vna tantum ab eodem exerceri poßit.

Qvoties ex priuato [a] damno & ciuilis & criminalis actio competit, electionem habet quis vtrum ciuili an criminali prius agere velit: itaque poteſt quis [c] agere iudicio de vi priuata, & poſtea lege de vi publica,rurſus ſuppreſſo teſtamento agere poteſt iudicio de tabulis exhibendis,& lege de falſis: & ſi libertus [d] faciat l.vn. C. quando ciuil.act. crim.præiudicet, &c,

Digitized by Google

ea quæ ingenuorum ſunt[e], in eum agi poteſt de operis ciuiliter, & lege Viſellia[f]: & ſi ſeruum alienum[g] quis ſubripuerit & vendiderit, furti tenetur, & plagii. Poteſt etiam quis de inſtrumento poſtquam egit ciuiliter, & probauit falſum, agere poſtea lege de falſis.

a *Quoties ex priuato damno, &c.* Qui vna de re habet ciuilem & criminalem actionem, quā vult prius exercet, ac deinde agit altera, nullo præiudicio futuro. memineris 14. Conſt. 28. tit. 3. lib. nec opponatur 4. Conſt. 46. tit. 8. lib.

b *Agere velit.* Et in inſtitutionibus tit. de Aquilia didiciſti poſſe quē & Aquilia agere, & crimine homicidii. idem & è contrario poteſt quis abſoluto reo poſtea agere Aquilia. Sæpe enim abſolutus in criminali damnatur in ciuili, & è contrario.

c *Quis.* Vi poſſeſſione pulſus. Nota eundem ex vno & eodem delicto & ciuile & criminale iudicium habere, & quod velit prius intendere, nec alteri impedimento eſſe. Quære lib. 7. tit. 3. cap. 35. 36. & huius libri tit. 47. cap. 3. & tit. 18. cap. 26. & ibi Antiquos, & tit. 33. cap. 4. & tit. 37. cap. 67. & tit. 29. cap. 3. & tit. 41. cap. 37. & lib. 6. tit. 1. cap. 69. & tit. 34. cap. 23. & 41. & in eo ſcholium, & tit. 33. cap. 5. & lib. 42. tit. 1. cap. 5. th. 2.

d *Libertus.* Τὸ κατ' πόδας, Si dicat ſe ingenuum.

e *Quæ ingenuorum ſunt.* Non tantum ſi dicat ſe ingenuum, ſed & ſi ea quę ingenuorum ſunt faciat, competit in eum lex Viſellia.

f *Lege Viſellia.* GARIDÆ. Hæc lex antiqua eſt à Viſellio Conſule lata, & infamiam irrogat, ac punit libertos, qui ea quæ ſunt ingenuorum faciunt, puta ſenatores factos, vel aliam dignitatē adeptos, vel ingenuos ſe eſſe dicentes, non petito iure aureorum anulorum.

g *Seruum alienum.* Quære tit. 7. cap. 9. & tit. 48. cap. 5. & 14.

Titulus LXIII,

SIVE LIB. IX, TIT. XXXVI.

De famoſis libellis.

I. vn. C. de famoſis libellis.

QVICVNQVE inuenerit famoſum libellum ſignatum vel non ſignatum, nec ſtatim combuſſerit, ſed recitauerit, eadem pœna teneatur[a] qua is tenetur qui auctor eſt famoſi libelli.

[a] Ne is qui inuenit famoſum libellum, eius vim alteri exponat, ſed corrumpat eum, vel igne conſumat, & qui hæc non fecerit, vt capitali pœna plectatur. audeat vero vnuſquiſque ea quæ libello famoſo digeſſit in accuſationem deferre, ſciens ſi probauerit ſe præmium laturum: ſi vero non probauerit, pœnam. Huiuſmodi autem libellus opinionem eius non lædat, in quem editus eſt.

a *Quicunq.* Itaque publicatio bonorum tacite ſequitur. & quære tit. 51. cap. 2. 11. th vlt. & cap. 42. & 2. capitis ſcholium. CANON. XVIII. Chalcedonenſis ſynodi. Coniurationis vel factionis crimen ab externis etiam legibus omnino eſt prohibitum: multo vero magis in Dei Eccleſia id prohiberi conuenit, & nobis vt ſeruetur ſtudio eſt. itaque ſi qui clerici vel monachi inuenti fuerint coniurationem vel factionem inire, vel inſidias parare Epiſcopis aut concleticis, excidant omni ſuo gradu. Lex quoque ciuilis punit factiones & coniurationes: ait enim in hunc modum, capitalem pœnam in eos conſtitui qui faciunt famoſos libellos, & qui recitant eorumq; vim aliis exponunt. Eſt autem famoſus libellus charta iniurias & opprobria continens.

Titulus LXIIII,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. LXII.

De abolitionibus, & de generali abolitione.

INTENDIT quis aduerſus eandem [a] perſonam varia crimina, deinde abolitionem petiit, poſtea ex eis criminibus quoddam vult intendere. Conſtitutio ait, ſi prior abolitio ad omnia crimina pertinet, poſtea nullum eorum moueri poſſe. verum ſemel facta abolitione, porrecta ſupplicatione principi rurſus crimẽ intẽdi poteſt. l. 1. C. de abolitionibus.

PRÆSENTIBUS [b] partibus cauſa cognita non à principe, ſed à iudice competenti abolitio peti debet, hoc eſt, ſi per errorem vel temeritatem vel calorem ad accuſationem proſilierit: hoc enim accuſator explanans abolitioni locum faciet. Sin autem per pactionẽ vel pecuniis à reo corruptus ad poſtulandam abolitionem venit, redemptæ miſerationis vox minime admittatur, ſed aduerſus nocentem reum inquiſitione facta, pœna competens inferatur. Hi autem qui ſuam ſuorumve iniuriam defendunt [c], & qui cognatos ſuos in accuſationem deducunt, omnimodo abolitionem petere non prohibentur. l. 2.

SI [d] quis ſciens falſo accuſauerit, petere abolitionem non poteſt. Sed ſi putans vere commiſſum crimen egerit, & iniuria adfecerit [e] reum, non petitur abolitio, niſi ipſe qui iniuria adfectus eſt conſentiat. At ſi iniuria adfectus reus non ſit, poteſt accuſator pœnitere intra dies 30 accuſationis, poſt dies autem 30, niſi conſentiat reus, non poteſt. Ceterum ſi & producti teſtes torti ſint, etiamſi vtraque pars conſentiat, dari abolitio nõ debet, ſed & teſtibus tormentis nullis adhibitis ſi crimen ſit maieſtatis, vel proditionis, vel oppugnatæ patriæ [f], vel peculatus vel deſertionis, abolitio impetrari non debet. l. vlt.

SI GENERALI [g] abolitione à Principe conceſſa intra dies conſtitutos non repetat quis crimen, quod ab initio intendit, id amplius intendere non poteſt. l. 1. C. de generali abolitione.

[i] GENERALIS [h] abolitio ea crimina ſoluit quæ iam erant conteſtata. Sed ſi quis nondum erat conteſtatus crimen, id poſt abolitionem conceſſam intendere poteſt. l. 2.

[k] PRINCEPS conceſſa abolitione corporalem pœnam remittit, infamiam vero quæ publica crimina naturaliter ſequitur, non remittit. l. vlt.

a *Aduerſus eandem perſonam.* THEOD. Accuſator qui abolitionem petiit, idem crimen amplius non deferr. lege 3. Conſt. 45. tit. huius libri, quæ ait, eum qui abolitionẽ petiit, vt aliquid acciperet, ſi et placitis non pareatur, amplius non poſſe idem crimen intendere, ait vero 4. Conſtit. eiuſdem tit. 45. deſertorem criminis denuo agentem repelli præſcriptione. lege primam Conſtitutionem, ſequentis tituli. Τὸ κατὰ πόδας. Præſes prouinciæ ſi perſpexerit abolitionem, ad omnia crimina quæ mota ſunt pertinentem, à ſe impetratam, ne ſemel ſopita inſtaurẽtur interceſſione auctoritatis ſuæ proſpiciet. Supplicatione vero porrecta nutui principali prędicta abolitione ſopitum crimẽ ab eadem perſona inſtaurari poteſt.

Ad omnia

Digitized by Google

a *Ad omnia crimina.* Sępenumero is qui abolitionē petit exiſtimat vnius criminis abolitionē fieri. Ideoque Conſtitutio ait, ſi præſes proſpexerit à ſe vnius vel omnium criminum abolitionem impetratam.

b *Præſentibus partibus.* Accuſator ſi velit deſiſtere accuſatione, à præſide petere abolitionem debet, dicens ſe calore vel errore accuſaſſe. memineris eorum quæ dixi in pręcedenti prima Conſtitutione. Abolitionem non petit is qui à reo pecuniam accepit pactuſue eſt. Ait vero 3. Conſtit. 45. ti. huius libri, quod iam ante dixi, ſi iam petierit quis cum eſſet pactus de re aliqua accipienda, & non pareatur pacto, non poſſe eum amplius accuſare. Is qui exercuit publicū crimen ſua ſuorūve cauſa, recte petit abolitionem. lege 5. Conſt. 45. tit. huius lib. 9. Thal. Abolitionem non à principe ſed à præſide peti oportet docente accuſatore, ſe per errorem vel temeritatem vel calorem accuſaſſe. at accepta pecunia aboleri crimen nos non ſinemus. Qui vero ſua ſuorumve cauſa accuſauit, vel etiam qui ſuis cognatis crimina intendit, abolitionem petere poteſt. Sæpe reus docet accuſatorem crimen deferre ea mente, vt eum adfligat, & moleſtia adficiat. quære tit. 1. cap. 10. th. 3. & 6.

c *Defendunt.* Omnis accuſator excepta muliere & minore, ſi abolitionem non petierit, cōmittit in legem, vt tit. 1. cap. 10. th. 6. & 3. Sed neque mater vindicans necē ſui filii, neque heres cui teſtator præcipit vt mortem ſuam vindicaret, amiſſa cauſa, incidit in legem contra calumniatores latam, neque filius vindicans mortem patris, vt eiuſdem cap. 29. & 31. neque pater vidicans mortē filii licet calumniator pronuntietur, vt tit 33. cap. 14. neque inſcriptio petitur à muliere quæ ſuam cognatorumve iniuriam exequitur, vt tit. 34. cap. 34. lege & tit. 1. & 2. cap. Quære & tit. 47. cap. 3. th. 9. & tit. 66. cap. 5.

d *Si quis ſciens.* Theod. Calumniator non petit abolitionem. lege finem huius 3. Conſt. Qui in cauſa iniuriæ ſubiecit reum, non poteſt petere abolitionem, niſi is conſentiat. Intra 30 dies petitur abolitio, non poſtea, niſi conſentiat reus. Teſtibus tortis, abolitio non petitur, etiā ſi accuſatori cōſentiat reus. Interrogatio. Cur aliis delinquentibus torquentur teſtes? Theodorvs. Eruendæ veritatis cauſa. nonnunquam enim alii gratia, alii ſordibus, alii inimicitiis ducti, aliave ex cauſa falſa teſtimonia dicunt, & ex eorum voce innocentes plerique damnantur & alii nocentes liberantur. Interrogatio. Vbi aperte cognoſcimus iudicem poſſe torquere teſtes? Theodorvs. In lib. 4. tit. 20. Conſt. 13. & 15. hoc manifeſto conſtituitur, vbi & de re pecuniaria eſt quæſtio. Qui intendit maieſtatis vel proditionis vel transfugii vel peculatus vel deſertionis crimē, nō poteſt petere abolitionem. lege ſeq 43. tit. & 2. Conſt. 46. tit huius libri.

e *Iniuria adſeceris reum.* Ne fingas iniuriā verbo factā, ſed re ipſa, vt ſi fuſtibus cęſus vel in carcerem coniectus ſit.

f *Oppugnata patria.* Plerunq; enim non prodit quis patriam, ſed cum hoſtibus eā oppugnaturus venit.

g *Generali abolitione.* Theod. Generali abolitione à principe impetrata, agi amplius non poteſt poſt ſtatutum tempus. lege 3. Conſt. huius tit. Principis eſt concedere generalem abolitionē criminum & edicta proponere continentia eam principis indulgentiam.

h *Generalis abolitio.* Generalis abolitio non ſoluit niſi ea quæ iam conteſtata ſunt. nondū conteſtata, recte intenduntur, etiam petita generali abolitione.

i *Infamiam vero.* Intelligendum id facili diuiſione de eo qui vere crimini obnoxius puniendusque eſt. hoc enim & Conſtitutio ſignificat, quæ ait pœnam remitti reo qui puniendus erat.

Titulus LXV,

Sive Lib. IX. Codicis Tit. XLIV.

Vt intra ſtatutum tempus criminalis quæſtio terminetur.

l. 1. C. vt intra cert. tēp. crim. quæſt. ter.

QVI[a] quem criminis poſtulauit, intra biēnium implere ſuam accuſationem debet: quod ſi neglexerit, & vltima die non adfuerit, & diſtulerit, quarta parte[b] bonorum ſuorum multatur, & infamis efficitur.

Criminalis cauſa intra biennium impleatur cōputādū à die inſcriptionū, neceſſariis dilatiōibus vtriq; parti pręſtitis. hoc vero tempore elapſo negligens accuſator ſubeat pœnam legibus cōſtitutam[c], & ſi vilior fuerit, relegetur[d]; niſi interim abolitio petatur. Iudices autē nō niſi neceſſarias dilatiōes prębere oportet.

Digitized by Google

CRIMINALES[e] cauſæ terminari debent intra biennium[f], quod ſi iudices[g] diſtulerint, xx librarum auri multam ſubeunt[h]. Lvk.

a *Qui.* Qui aduerſus aliquem depoſuit inſcriptioné, nec exequitur crimé, infamia notatur, publicata quarta parte bonorum. nam vt ait prima Conſtitutio, ſequenti titulo, tenetur S. C. Turpiliano, niſi abolitionem petierit. memineris eorũ quæ dixi in tertia Cõſtitutione, primo titulo huius libri. Porro accipe Conſtitutioné & de extraneo accuſatore, & de eo qui ſuam ſuorumve iniuriam perſequitur, & de marito, qui iure mariti accuſat adulterii, vel iure extranei. & obſerua nõ de omnibus criminibus eſſe hanc Conſtitutionem, ſed de publicis tantũ, quorum & accuſator dicitur proprie. Τὸ κατ᾽ παῖδας. Quiſquis accuſator reum in iudicium ſub inſcriptione detulerit. & ait Thaleleus. Tunc huic iuri locus eſt, cum & inſcriptio interceſſit. vbi autem inſcriptio non intercedit, dictum eſt ſupra hoc caſu Conſtitutioni locum non eſſe. Nota genus irrogatæ publicationis in quartam partem bonorum.

b Cum in hunc locum incidiſſem, & eius obſcuritaté animaduertiſſem, rem intelligere & tollere obſcuritatem cupiens, interrogaui in hunc modum, Si accuſator inſcriptionem dedit, cur non exequens emenſo biennio talione non plectitur, cum iam calumniari videatur? Si nõ dedit inſcriptionem, debet puniri quaſi calumniator, qui vt puniatur, quærendum eſt titulo primo, capite viceſimo ſexto. At hæc lex neque quaſi calumniatorem eum punit, neq; talioni ſubiicit ſi inſcripſerit. SOLVTIO. Cum accuſator crimé perſecutus vſque in finem nequiuit probare, à iudice cognita calumnia, ſi inſcripſerit, talione plectitur: ſin minus, vt calumniator punitur, ſiue, vt ait libro ſexageſimo, tit. primo cap triceſimoquinto: hîc vero longe aliud lex dicit & alium hominem punit, qui accuſator quidem eſt, ſed negligentia crimen non exequitur intra biennium, nec poſt bienniũ ei etiam ſi velit id exequi, conceditur. hic igitur accuſator nõ eſt calumniator, quod nõ exequatur crimé, vel quod damnetur à iudice, ſed quod prçterierit tempus. forte enim vinceret ſi daretur ei perſecutio. & ob id neque talione neque calumniatoris pœna coercetur. cum non pronuntietur falſo accuſaſſe. Quatenus vero debuit exequi crimen intra bienniũ, nec eſt executus, ſuſpicio eſt tacuiſſe eum quod iure deficeretur, & ideo infamia notatus quarta parte bonorum multatur, nec poſt biénium poteſt accuſare: legibus enim curæ eſt, ne accuſentur homines, & fruſtra trahantur in iudiciũ criminale, & ne eius negotium exhibeatur. nam quemadmodũ dixit ſupra, debet accuſator iudicio publico id velociter exercere & peragere, non in infinitum perducere, & aduerſariũ adfligere. Forſitan dicet quis & alias cauſas. propter quas vt calumniator damnatur. nam qui iudicio priuato calumniatur, pro qualitate delicti punitur, vt titulo primo, capite duodecimo, & dici non improbabiliter poteſt, hîc tale fuiſſe crimen, vt talem inferret pœnam calumniatori. Sic enim ait duodecimum caput. Et in priuatis criminibus omnes calumniatores pro modo delicti coercentur. Lege & libri viceſimiprimi titulum primum, caput tertium, thema tertium, & in eo nonam adnotationem valde neceſſariam.

b *Quarta parte bonorum.* Puto hanc pœnã Cõſtitutione infligi accuſatori, quod neglexerit exequi crimé exiſtimauit enim ſufficere pœnam accuſatori negligétię & temere inſtitutę accuſationis cauſa, & quod nulla omnino habita criminis inquiſitione damnatur, qui forſitã poſſet crimen probare ſi permittatur. & hæc deinceps pœna obtinebit & vigebit in accuſatores qui non exequuntur crimen. Talio autem in eos qui exequuntur nec probant. Quære tit. 1. c. 10. & tit. 66. c. 6. & ibi ſcholium. Quære ſeq. cap.

c *Subeat pœnam legibus conſtitutam.* Quære cap. 1. quo pœna definitur, & ibi primam adnotationem.

d *Relegetur.* Quære lib. 21. tit. 2. cap. 1. th. 1. & ibi Innominatum, & eiuſdé tit. 1. cap. 3. th. 3. Nota hoc genus relegationis. nec enim facile eſt.

e *Criminales cauſæ.* Omnis criminalis cauſa intra bienniũ finitur, alioquin abſoluitur reus: ſimile lib. 3. tit. 3. & tit. 1. Conſt. 13.

f *Intra biennium.* Additur εἰς τὸ κατ᾽ παῖδας, à litis conteſtatione numerandum.

g *Quod ſi iudices.* Iudex qui differt criminales cauſas vltra biennium, 20 libris auri multatur. memineris 13. Conſt. 1. tit. 3. lib. quæ ait & alium eius vice iudicem dari.

h *Subeunt.* Hoc, ſi litigatores immineant. alioquin etiam ſi neglexerint iudices, non ſubeunt multam 20 librarum auri.

Titulus LXVI,

SIVE LIB. IX. CODICIS TIT. XLV.

De accuſatore deſiſtente.

SI is qui inſcripſit[a] & fideiuſſores dedit, & apprehédi reũ curauit, ſine abolitiõe deſiſtat, incidit in crimé calũnię. l. 1. C. ad S. C. Turpillian.

SI quis ſine abolitione deſtiterit, quaſi commiſſa ſtipulatione fideiuſſor eius quæ ſpopondit præſtare l. 2.

com-

cõpellitur: ipſe vero præterquam quod incidit in legem, etiã extra ordinem[c] coercetur.

l. 3. Si placuerit abolitionem peti, & ea de cauſa accuſatorem quædam accipere, & deſtiterit quidem ipſe ab accuſatione, reus vero nihil præſtiterit, non poteſt iterum accuſationem, quam ſemel omiſit, exercere.

l. 4. Qvi deſtitit[d], & poſtea idem crimen deferre vult, præſcriptione deſtitutæ rei ſummouetur.

l. 5. Mvlier quoque quæ ſuam cognatorumve ſuorum[e] cauſam egit, & deſtitit ſine abolitione[f], incidit in crimen calumniæ.

l. 6. In executionibus[g] criminum deſtitiſſe quis videtur, ſi deſtiterit omnino ea mente ne vnquam agat[h]. At ſi aliquãto tempore neglexerit crimen exequi, non videtur deſtitiſſe ſine abolitione.

a *Si is qui inſcripſit.* Accuſator qui inſcripſit & fideiuſſores dedit, non poteſt deſiſtere ſine abolitione reo comprehẽſo & detento. nam ſi deſiſtat, incidit in S.C. Turpilianum. Addit 5. Cõſt. huius tit. mulierẽ etiam quæ crimen detulit ſua ſuorumve cauſa, teneri eo S. Conſulto. etiam ſi pacto accuſatione deſtiterit. Sciendum & quod ait 2. Conſt. huius tit. non tantum accuſatorem deſiſtentẽ teneri, ſed & fideiuſſorem eius in eam qualitatem quam ſpopondit: verùm hæc omnia procedere accipias viuente reo. nam, vt didiciſti 3. Conſt. 6. tit. huius libri, poſt mortem rei non cogitur accuſator exequi crimẽ, quære tit. 1. cap. 10. τὸ κατ' πόδας. Is in S.C. Turpilianum incidiſſe videtur, qui crimen publici iudicii detulit, & cauſa ordinata, hoc eſt, inſcriptionibus depoſitis, fideiuſſore de exercenda lite præſtito, & eo qui accuſatur ſub cuſtodia officii facto, non impetrata abolitione accuſatione criminis deſtitit. igitur ſi horum nihil fiat, non incidit in S.C. Turpilianum.

b *Si quis ſine abolitione.* τὸ κατ' πόδας. Si pro eo qui in crimen ſubſcripſit, fidem tuam adſtrinxiſti, isque deſtitit, & commiſſa ſtipulatio eſt, non vltra qualitatem in quam fideiuſſiſti obligatus es, eo qui deſtitit infamia nihilominus notando, & extra ordinem motu iudiciali puniẽdo. Igitur etiamſi reus dicat ſe maiora paſſum, fideiuſſor ſupra eam qualitatem non tenetur.

c *Extra ordinem coercetur.* Videlicet iudice ſuo arbitrio indicente pœnam.

d *Qui deſtitit.* Theod. Qui egit publico iudicio, & deſtitit, ſi poſtea id exequi velit, tenetur S.C. Turpiliano. lege ſeq. Conſt. Quære tit. 1. cap. 11. 13. th. 1.

e *Cognatorumve ſuorum.* Filii & filiæ & reliquorum cognatorum. & quere tit. 1. cap. 10. th. 6. finẽ & in eo inuenies ſolutionem, & eiuſdem ante 2. cap. finem, & hoc ſi malis ſecũdum illud expo nas, & lib. 34. tit. 34.

f *Deſtitit ſine abolitione.* Pacto aliquo. At in 3. Conſt. non oportet fingere nõdum impetratã abolitionem: alioquin inueniretur is deſtitiſſe ſine abolitione.

g *In executionibus criminum.* Theod. Is videtur accuſatione deſtitiſſe, qui deſtitit animo nunquam accuſandi: nam qui tempore ſolum quodam deſtitit, aliqua ex cauſa, vel per ſimplicitatem, non videtur deſtitiſſe. Itaque non incidit in S.C. ſi ex integro velit agere.

h *Ne vnquam agat.* Vt prima ita hæc Conſtitutio definit quis deſiſtat, demonſtrans non omnẽ eum qui crimen non perſequitur, continuo deſiſtere, ſed qui omnino animum habet nõ perſequẽdi. Si quis igitur vel morbo vel ſimplicitate accuſationem non impleat, non incidit in Turpilianũ. Quapropter 1. Conſt. præcedentis tit. exigit, vt is vltimo die biennii adſit, quo monſtret ſe diſtuliſſe, non deſtitiſſe.

Titulus LXVII,

Sive Lib. IX. Tit. LXVIII.

Ne ſine iuſſu principis non ſtatutis iudicibus liceat confiſcare.

L. Vn. C. Ne ſine iuſſu Princip. cet. Iud. lic. confiſc.

Nvlli[a] iudicũ liceat, exceptis iis qui in ſumma adminiſtrationis ſunt poſiti poteſtate[b], proſcriptionis tẽpeſtate totius ſubſtantiæ ferire; niſi ad noſtras aures hoc ipſum referatur.

a *Nulli iudicum liceat.* Theod. Minorum magiſtratuum nullus proſcribere poteſt omnia bona. hoc enim eſt tantum maiorum. lege No. 17.

b *Poteſtate.* Si igitur quis ſit præf. prætorio vel magiſter proſcribere poteſt. Quære lib. 7. tit. 5. cap. 98. th. 2. & ibi nonam adnotationem.

Digitized by Google

Titulus LXVIII,

Sive Digestorvm Lib. xlviii. Tit. xxiii.

De ſententiam paßis & reſtitutis.

DEportatvs & in metallum damnatus ſi reſtituantur, ſuccedunt libertis ſuis. l. 1. ff. de ſent. paſs. & reſtit.

Idem. Si deportatus reſtitutus receperit dignitatem indulgentia principis, non etiam bona [a], neque creditoribus neque publico debito tenetur. Sed ſi à principe oblata ei facultate recipiendi bona, diſtulerit, non euitat actiones, quæ ante condemnationem in eum competebant. l. 2.

Papin. Si pœna remiſſa deportato, bona eius fiſcus retineat, non tenetur creditoribus quibus tenebatur ante condemnationem: ſed ſi cum dignitate & bona receperit, efficaciter conuenietur [b]. l. 3.

Pavl. Si mulier prægnans deportata pariat & reſtituatur, benigne iura cognationis nato reſtituuntur. l. 4. & vlt.

Lib. 9 Cod. tit. 51. [5] Si [c] princeps reſtituens aliquem dicat, In integrum te reſtituo, videtur etiam ei honorem dare quem antea geſſit. l. 1. C. de ſent. paſs. & reſtit.

[6] In metallum [d] miſſus & poſtea reuocatus, pœna quidem liberatur, ſed non recipit etiam bona ſemel publicata [e]. l. 2.

[7] Qvi [f] in capitalem pœnam incidit, & proſcriptus ac deinde reſtitutus eſt, ſi rem quandam [g] ex ſuis bonis receperit, non tenetur creditoribus. Sed ſi partem bonorum receperit, pro rata portione à creditoribus conuenietur. Quod ſi fiſco debeat, & non ſufficiant eius bona, adimplendo fiſco, & ob id proſcribatur, tam ipſe quam fideiuſſores [h] eius obligati manent. l. 3.

[8] Si missvs [i] in metallum poſtea reuocetur, quamuis locupletior fiat poſtea, nemini tenetur [k] eorum nomine quæ ante metalli damnationem debuit, niſi priſtina eius bona ei reſtituantur. l. 4.

[9] Proſcriptus [l] adiuncta alia pœna ſi pœnę remiſſionem obtineat, ſua bona non recipit: ergo nec actiones. l. 5.

[10] Conſtitutio ait [m] deportatum & poſtea reuocatum [n], in priſtinum quidem ſolum reuerti, & priſtinam dignitatem recipere, ſed non redigi [o] in poteſtatem patris. l. 6.

[11] Si generali [p] indulgentia principis redeant omnes relegati & deportati, militias ſuas non recipiunt: quinimo infames manent. l. 7.

[12] Servvs [r] in metallum datus & ſeruus pœnæ factus eſt. poſtea reſtitutus rediit. Conſtitutio ait non eſſe eum ſeruum ſui domini. verum quamuis non ſit ſeruus, quondam dominum iniuria adficere non debet. Sed & ſi quid rerum domini detineat, procurator iudex erit: quia ſolutus eſt pœna, & cum ſeruus iam non ſit antiqui domini, cœpit fiſci ſeruus eſſe. l. 8.

[13] Pater [s] deportatus in inſulam, nec iam habens filios in poteſtate, reſtitutus, non recipit patriam poteſtatem. quapropter vſumfructum l. 9.

ei non

ei non adquirunt auitæ hereditatis, cum ſui iuris ſint: quod ita accipien-
l. 10 dum eſt, niſi ſpecialiter[t] in reſtitutione mentio fiat patriæ poteſtatis.

[14] Ex abolitione[u] ſiue indulgentia reuerſus, non videtur tranſgredi ſententiam præſidis deportantem eum.

l. 11 [15] Si quis[x] cum de fundo egiſſet proſcriptus, poſteà reſtitutus ſit cum bonis ſuis[y], nihilominus exequi litem poteſt.

l. 12 [16] Si deportatus & poſtea reſtitutus receptis bonis nolit ſecum agi à creditoribus, contra leges facit.

l. 13. in pr. [17] Conſtitutio[z] vult deportato patre qui habebat filium in poteſtate, & indulgentia principis pœna liberato ac reuerſo, filium poſt eius reditũ
§. 1 ſubiici patriæ poteſtati. ¶ Sed ſi antequam rediret pater, filius interim perfectę ętatis aliquid geſſerit, id recte geſtum poſt reditũ patris irritum[a] non fit, ſed eandem vim retinet quam habuit ante reditum patris, excepto teſtamento. nam ſi adhuc patre degente in exilio filius teſtamentum fecerit, & ſuperuiuente eo redierit pater, irritum teſtamentum fit, quaſi filio moriente in poteſtate: eius enim qui in poteſtate patris moritur valere teſtamentum non poteſt, cum tempore mortis non habeat teſtamenti factionem. Itaq; pręter teſtamentum quæcunq; geſſit, quandiu fuit in exilio pater, firma manent, modo ſi, vt dictum eſt, perfectæ æ-
§. 2 tatis filius fuerit, & annum viceſimum quintũ exceſſerit. ¶ minor enim 25 annis nihil in minore ætate gerere recte poteſt[b]. Sed & ſi curator ei nominetur poſt deportationem patris habentis filium in poteſtate, curator eſſe deſinit, niſi reuerſus ab exilio pater, prodige & diſſolute conſumat[d] bona, quia tunc in eodem ſtatu conſtitutus filio tutor manet[e], & adminiſtrat bona.

a *Non etiam bona.* Quære lib. 2. tit. 2. c. 21. quo dicitur principem concedentem bona, actiones quoque concedere. nam ad id hæc pertinet ſpecies.

b *Efficaciter conuenietur.* Hoc eſt, non indigemus vtilibus actionibus, quia directæ competunt.

c *Si princeps.* Princeps reſtituens deportatum, videtur ei largiri bona ſua & priorem dignitatem & curialem fortunam ſic ait 6. Conſt huius tit. deportatum reſtitutum à principe, recipere dignitatem ſuam. Quod ſi non reſtituatur, ſed reuocetur, non recipit dignitatem, licet impetretur generalis indulgentia, vt ſubiicit 7. Conſt. huius tit ſed neque bona recipit, iuxta 2. Conſt. huius tit. Nota igitur differentiam, & lege 13. Conſt. huius tit. quæ ait reſtitutum recipere patriam poteſtatem.

d *In metallum miſſus.* Si in metallum damnatus reuocetur, pœna quidem liberatur, ſed non recipit bona ſua, niſi & ea reſtituantur. didiciſti enim in hoc libro tit. 49. Conſt. 4. ex reuocatione non reſcindi publicationem.

e *Semel publicata.* Iuſſiõ quæ eum reſtituit, & liberat pœna, non videtur etiam bona concedere, niſi ſpecialiter id iuſſioni inſeratur, quod & iam ante dictum eſt Conſt. 4. tit. 49.

f *Qui in, &c.* Poſt publicationem reuocatus, ſi res tantum certas ex ſuis bonis recipiat, non tenetur eorum nomine quæ ante publicationem debuit. ſed ſi partem bonorũ recipiat, tenetur pro rata eorum quæ accepit. idem ait 4. Conſt. huius tit. in tutore. addit vero 12. Conſt. huius tit. Si omnia bona ſua receperit, eum teneri in ſolidum creditoribus.

g *Si rem quandam.* Rem vnam vel duas non partem bonorum. didiciſti hanc diuiſionem & in 2. Inſt. tit. de fideicommiſſariis hereditatibus, vbi ait heredem iuſſum res quaſdam retinere, pro rata earum non teneri, iuſſum autem retinere partem, pro parte teneri.

h *Fideiuſſores.* Si igitur bona eius ſufficiant debito fiſcali, eo liberatur, aliis vero creditoribus tenetur: tenetur & fiſco, ſi fiſco non ſufficiant.

i *Si miſſus in metallum.* Quære lib. 26. tit. 1. c. 47. & lib. 43. tit. 2. c. vlt.

k *Nemini tenetur.* Quia poſt publicationem priſtinorum bonorum actionibus ſolutus eſt, eæq; aduerſus fiſcum competere cœperunt, ideo non tenetur, niſi bona recipiat.

l *Proſcriptus.* Punitus & proſcriptus ſi pœna tantum liberetur, non recipit bona ſua, neque agit actionibus ſuis. memineris 2. & 4. Conſt. 49. tit huius libri, & lege 11. Conſt. huius tit. τὸ κατὰ πόδας. Si ademptis bonis in inſulam datus es, quamuis ex communi indulgentia rediiſti, actiones tamen quaſcunque te habuiſſe dicis, remanent in cauſa bonorum publicatorum, nec ex ordine eſt quod petis vt contra heredes tutorum actiones tibi præſtentur. hic relegatus fuit, & ideo ſpecialiter opus fuit ſententia publicari bona. nam deportationem tacita publicatio ſequitur.

Digitized by Google

m *Conſtitutio ait deportatum.* Si deportatus reuocetur, recipit omnes dignitates ſuas: hoc ita intelligatur ſi impetrauerit reſtitutionem à principe propter 7. Conſtit. huius tit. Memineris & 1. Conſt. huius tit. Deportatus filiusf. & reuocatus, non redit in poteſtatem patris. nam vt ſubiicit 9. Conſtit. huius tit. nec pater reuocatus ex generali indulgentia principis recipit patriam poteſtatem quam habuit, niſi & hoc princeps adiecerit. Ait vero 13. Conſt. huius tit. deportatum patrem & reuocatum ſpeciali indulgentia principis recipere patriam poteſtatem. Nota ſpecialis & generalis indulgentiæ differentiam, ne leges inter ſe pugnare videantur.

n *Et poſtea reuocatum* Ex ſpeciali reſtitutione principis. quære cap. 5. & 8. & 17. & ibi adnotationem Thalelæi, & ſcholium.

o *Non redigi in poteſtatem.* Si pater deportatus redeat, recipit patriam poteſtatem, vt dictum eſt 1. Inſt. Eſt igitur hac in re differentia inter patrem & filium.

p *Si generali indulgentia.* THEOD. Ex generali indulgentia principis deportati & exules reuocantur quidem, ſed non recipiunt dignitates, vel militias ſuas. quod ita procedit, niſi reſtituantur, propter id quod dicitur in præcedēti Conſtitutione. memineris 1. & 3. Cōſt. 49. tit. huius libri. Deportatus & exul infames fiunt.

q *Militias ſuas non recipiunt.* Idcirco in 1. Conſt. ſpecialiter proponitur dignitatem reſtitutam: ex quo apparet dignitatem non ſequi reſtitutionem. Primæ autem Cōſtitutionis regula extat in Baſilico. Τὸ κατὰ πόδας habet in hunc modum. Imp. Antoninus, cum oblatus ei eſſet Iunius in inſulam deportatus, dixit, Reſtituo te in integrum. Vt autem ſcias quid ſit Integrum, hoc eſt, honori & ordini ſiue ſtatui tuo.

r *Seruus.* THEOD. Si reſtituatur ſiue reuocetur ſeruus damnatus in metallum, fiſci efficitur: nec enim redditur ſuo domino: at non debet eum iniuria vlla adficere. Nota, & ne quaſi contrariam accipias 13. Conſtit. 47. tit. huius lib. nam hæc Conſtitutio principalem reſtitutionem interueniſſe proponit.

s *Pater deportatus.* THEOD. Deportatus amittit patriam poteſtatem, & idem ait 6. Conſt. huius tit. videlicet niſi principali indulgentia reuocetur, ſecundum hanc & 13. Conſt huius tit.

t *Niſi ſpecialiter.* Itaq; quod dixi in 6. Conſt. de patre reſtituto & recipiente liberos in poteſtate, ita debet intelligi, ſi ſpecialiter petierit patriam poteſtatem.

u *Ex abolitione.* Cum indulgentia noſtra interueniente ſis reuerſus in patriam, fruſtra vereris ne ex adnotatione præſidis quæ iam abolita eſt calumniam patiaris. *Ex adnotatione.* Ex ſententia in qua præſes adnotauit. nam ſi ſola adnotatio fuerit, iam dictum eſt lib. 6. adnotationes ſententiam non facere.

x *Si quis.* THEOD. Lite conteſtata proſcriptus ſi reuocetur, poteſt cauſam peragere, ſi modo reſtituatur ei res de qua litem mouit. Nota proponi hac Conſt. reſtitutionem, ne pugnet 5. Conſt. huius tit. memineris eorum quæ ex contrario latere dicta ſunt in Conſt. 3. huius tit.

y *Reſtitutus cum bonis ſuis.* Itaque ſi non reſtituatur cum bonis, vt mox didiciſti, rem non habebit.

z *Conſtitutio vult.* THALEL. Fingendum propter 9. Conſt. id ſpecialiter poſtulaſſe patrem, vt haberet filium in poteſtate, Theodorus autem proprium hoc eſſe ait principalis indulgentiæ ſpecialis, & in hoc diſtare hanc à generali. & lego 10. cap. & ibi Theodori adnotationem.

a *Irritum non fit.* Conſtitutio cōfirmat Papiniani ſententiā, reprobat Vlpiani & Pauli. quia medio tempore quicquid geſſit filius quaſi vere paterf. geſſit. nec erat incertus ſtatus eius. nam ſi dicamus reuerſo patre interim geſta ab eo irrita fieri, reſtabit filium, quandiu pœna functus eſt pater, nullum ſtatum habuiſſe. nec enim poteſt dici, quod eſt abſurdum, eodem tempore fuiſſe eum ſui & alieni iuris.

b *Recte poteſt.* Perſpicue hoc accipiendum eſt de pupillis & adoleſcentibus habentibus curatores, & aliis quę per reſtitutionem reſciſſa ſunt. Nota Conſtitutionem quę aduerſus imperfectam ætatem pronuntiat, ne quid minores gerant.

c *Prodige & diſſolute.* Prodigo exiſtente patre recte tutorem habet filius viuo patre. Plus didiciſti lib. 5. tit. 70. Conſt. 3. prodigo patri filium petere curatorem poſſe. Prodigus autem eſſe intelligitur cui ſententia bonorum adminiſtratione interdictum eſt. & hæc quidem de prodigo. Porro didiciſti lib. 8. tit. 46. Conſt. 1. indiſtincte etiam viro patre recte matrem relinquere tutorem communi filio. Prodigus non amittit patriam poteſtatem.

d *Conſumat bona.* Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Tunc enim vt furioſo & dementi & libidinoſo non licet ei curatorem amouere. & ait Thalelæus, Nota rem cognitu pulcherrimam, à curatoribus regi filios furioſi & prodigi & luxuriæ libidinique dediti.

e *Manet.* Quære lib. 41. tit. 5. c. vlt. & lib. 38. tit. 10. c. 23.

TITVLVS

Titulus LXIX,

Sive Liber XLVIII. ff. Tit. XXIV.

De reliquiis punitorum.

l.1.ff.de cadaueribus punitor. y.Eorum.

REliqvias punitorum non licet ſepelire, niſi id petitum fuerit & permiſſum, quod interdum non permittitur, vt in maieſtatis cauſa.

[2] ¶ Oſſa & cineres eorum qui combuſti ſunt, ad ſepulturam petuntur.

l. 2

[3] Marc. Sine permiſſu principis relegatos vel deportatos vita defunctos inſula efferre & alibi ſepelire non oportet.

l.vlt.

[4] Pavl. Reliquias ad ſepulturam vnicuique petere licet.

Ex Enchiridii Tit. XL.

De præda partitione.

QVi de hoſtibus triumphantes ſpolia, vt fit, retulerunt, ſexta duntaxat parte fiſco reſeruata, reliquum omne tam tribuni quam milites ex æquo inter ſe partiantur. Tribunis enim ſufficit acceſſio erogationum. Si vero ex tribunis quidam ſint qui ſe in bello ſtrenue fortiterque geſſerint, magiſtro militum liceat ex illa fiſci parte, in eos liberalitatem exercere. Pro parte etiam eius quod bello partum erit, accipiet impedimentorum cuſtos.

FINIS LIB. LX. ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ.

Digitized by Google

LECTORI S.

QVæ notata hîc ſequi vides, amice lector, de iis ſic habe paucis. Quum Dn. MARNIVS animum adiecißet ad hunc Codicem recudendum, quod viri erga Remp. literariam demerendam eſt ſtudium, nactus eſt ad hanc rem librum, è Cuiaciana bibliotheca reliquũ, docti cuiuſd. viri manu varie adnotatum, multis locis mutatum, auctum, diſpunctum, (de primis IV. libris loquor: nam in reliquis rariores notationes adparebant) non tamen vbique ab vna manu. Inde prodiit hæc editio, in qua quum partim operarum feſtinantia, occupationumq; multitudo, partim emẽdatoris ſcriptura δυσανάγνωστος, literæq; euanidæ, non ſemper conſilium nos otioſe capere permitteret, de iis pariter te hîc monere voluimus. Quæ incluſa vides vncinulis huiuſmodi [ ], ſcilicet illa accedunt recens. Quæ mutata ſunt vel expuncta, ea prima ſua forma, qua edidit Heruetus, hîc fide proponimus, ne quis moroſior illorum forte deſiderio nobis non recte dicat. In margine etiam aliquammulta adnotata iam accedunt, vt Græca, quæ manifeſte adeo plerumq; falſa, vitioſeque exarata, ob amanuenſis, reor, imperitiam, vt vix nos continuerimus interdum à corrigendo. Tu tumultuaria hac opera ſis contentus iam, mi lector, quum meliorem dare temporis huius ratio vetet. Ita vale, atq; ſalue etiam.

PAg. 1 in contextu, Herueti editio, *T.a i.c. ſucceſſio, q.n.e. ſucceſſio ex teſtamento, neq; contra teſtamentum. Sin &c.* Mox *ſucceßio ex teſt.* ſuperſcriptum, *bonorum poſſeßio*, quod in marg. collocauimus, vt & deinceps ſi quid ſupraſcriptum erat vel adſcriptũ, nõ diſpunctis prioribus. Dein, Heru. ed. *In conuenienti enim t.* De incluſis iam diximus, eſſe ἐν παρενθέσει eiuſmodi.

In Schol. initio. Heru. ed. τὸ κατ' πόδας. *Cũ Prætor diſſeruiſſet de bon. poſſ. eius qui eſt teſtatus, tr.* Græca illa πλεοφόρω, videtur ſcrib. πεσοφόρῳ. dein ſcrib. ἀνδεψιλεύοντι.

2 In Schol. H. ed. *tit.5. ff. c. 82.* & ſtatim, *c. 11. tit. &c.* quod ſemel debemus indicare, vbique in his lib. 4 priorib pro *cap* repoſitum eſſe *dig.* vel *digeſt.* interdum, & *conſt.* ſi ex Codice agatur: niſi rariſsime vbi ex obliuione illud *cap.* remanſit. Ib. d. H. ed. *c. 2 them. 1 in fine tertii cap. & quarti. e* INN. Ib. in verbis Iuliani, pro illis, *hered. amit. hered.* ſupraſcr. *bonorum poſſeßionẽ ſecundũ tabulas.* Rurſus in Schol. a, H ed. *incid. vel cancellauerit,* In contextu rurſus, H. ed. *ſeptem ſignis ſ. P. Etiam cum mutatione ſtatus ſ.* In Græcis extremâ pag. ſic erat ῑ ϛϛ, ι quidem quinarium numerum ſignificare apud Græcos, & pueris notum: de ceteris N. L.

3 In cont H ed. *venit ad aui hered.* Ib. mediâ pag. in Papin. verbis H. ed. *Nam nunc quoq; non p̄ſumitur, etiãſi eo viu.* In Sch. a, H. ed. *quod ſi quid erat b.* Ib. c, *Vt t. b. ſ. qua neceſſaria heres patri extitit.* Statim margini adſcriptum, *ſua bona*, nulla nota adpoſitâ, quo referri debeat. Ib. fine d, H. ed. *efficitur auo ſ. b.*

4 in Sch. e, H. ed. *lege librũ 17. tit. 2 &c. tit. 2. ca. 9 them. 11 & lib.* Ib. græca videntur mendoſa, & ſcrib. κληρονομεῖται. Dein an, συνήμαθ.? In Schol infra f, H. ed *quod legio ei ſucc.*

5 Gr. ſcrib. ἀκύρως, & γνήσιος. In text. fine H. ed. *b. ei germ. efficitur.* In Schol. a, *cum etiamſi emancipatus filius ſ. ſ. b.* b, *Sin autem cum non poſſet om.* &: *& eius bonorum poſſeſſio cr. e. b.* c, *hic qui n. e. e. efficitur ı. ſ. b.*

6 verſ. 1. H. ed. *In 6. autem conſt.* Ib. Sch. f, *vide pulchram conſt. lib.* &: *apud inimicos*, *& r.* Gr. leg. γνήσιοι. & in fine bis ſcr. τῶ. vbi & in Lat. H ed. *deceßit exheredato filio, & de lib.*

7 v. 1 H. ed. *ſub cond. quæ eſt in poteſtate*, &c. vt & in ſeq. Schol. Schol. f, *q. n. p. poteſt expectare?* In græc. an rectum, ἐξουσιασμένο? In verbis Vlp. H. ed. *Vnde lex dicitur & prima & vltima* Sch. a, *Recte aũt in poteſtate ſitã in f.* Poſt c, ENANT. *Mo lib.*

8 v. 2 H. ed *volens eum reſt.* Schol. c, *diues maritus, quinetiam pauper, &c.* d, *Hinc conuenienter intell* g, *Textus ff. habet.*

9 in verbis Pomp. *fuerit mutationem ſtatus*, Scho. g, *deceßit filius exheredatus, & poſtea, &c.* h, *vt lib. 55 tit. 2.*

10 in Marc. verbis, *alia ratione fuerint impediti: iis qui ad.* &, *viuo competit reſtitutio;* Ib. in verbis Caii, *Fœminæ non habent filios in poteſtate, neque.* Schol. i, *Quomodo autem fiunt agnati, d.* l, ENAN. *Aditio in iis qui ſunt in poteſtate, eſt quid ſupernacaneũ, vt &c.* Ib. *& adoptiui in iis qui ſunt in poteſtate, ſi i.* Ib. n, *ſuus, habes ex 19. 5, Vnde etiam ius teſtandi eſt publicum, vt &c.*

12, in text. init. *Qui operas ſuas vt c.* Gr. ſcrib. [illegible]. Schol. f. *Cum forte prius prædeceßiſſet filius, nepos.* In text. in f. pag. *aut longo ſiletio, ſunt r.*

13 in Schol. a, H. ed. *legitimus, quo etiam tempore filio competiit mat. her. vt verbi cauſa, Pon.* b, *quæ ab ipſis decernuntur, non.* In textus init. *qui in impuberitate eſt ei ſ.* Paullo poſt, *Quod ſi emancipatus r. b. locum habet mater d.* In Schol. a. *Qu. ſ. recuſauerit, t.* b, *pulcherrimam deciſionem.*

14 Schol. f, *lege lib. 37 tit, 9 &c.* textu: *ſed e. i p. apud Præſides. Etenim cog. Præſides d.* Schol. b, *qui recuſabantur.* &, *aut Præſides. Qua.* &, *adminiſtrare. ſi nõ p.* &, *qui poteſt recuſare, & recuſarit:* f, *quod ad ius Pandectarum att.* g, ENANT. *dictum e.*

15 Schol. l, *donec fuerit adulta ætatis, vt. o primi Inſt.* textu, *cum p. b. opportunitatẽ, ſedente Prætore: niſi.* Schol. a, *Si tutoribus excuſatis a. r.* Dein, *& ipſe potuerit.*

16 Poſt Schol g, erat in H. ed. *Mo. In procemio huius thematis.* i. *Si p. e. petierim.* textu Pomp. hiſce *putabatur reuerſurus*, diſpunctis ſupraſcriptũ, *expectabatur matrem præcedat*, & in margine, *ſ. expectabatur.* Schol. k, INNOM. *lege dict.*

17 v. 3. *Eſt enim m. e. q. n. i t. l. ſ. ſ.* hæc verba in ed. H. legebantur poſt textum ſequentem ſub Sch. a, & THAL. nomine. Schol. a, *quæ à me ſunt ſita* d, *N. c. o. ſuſtulit filios, i. f. per conſtitutiones.* Ib. p incluſis hæc erãt in H. ed. *ad filiũ vel filiam, ſimiliter poſſideat ac bona paterna defuncti.* Ib. ſtatim H. ed. f, *vſufructu ex benignitate ſuratur.* i, *ſed ſolũ habens vſumfr.*

18 textu, *an ſolum a. f. l. an etiam &c.* Dein, *qu. in nobilibus, & il.* &c. *eſt eximiũ debitum. vel nom.* Schol. f, *ſen. Orph. filia quæ ſe geßit pro herede, hereditatem adire non prohibetur.* Et mox, *heredes, adire hereditatem.* k, *Ill. ſ. eximium d. eſt p.* textu, *iure l. proli ſeruato*, &c.

19 Schol.

19 Schol.a, *& nondum reipſa manum*. Ad illa, *Didiciſti enim in pr.* margine adſcriptum, *vbique & maxime in* πρῶτα. ib. *creditur ipſo iure patri m.* infra in textu H.ed. *ex ſubſtitutione facta impuberi*. & eius fine, *ſiue in teſt.ſ.a.i.* Schol.b, *Mem autem 6.conſt.*

20 Schol.d, *lib.8.tit.44 Conſt.6.* g *annis, fœtum ediderit, an debet hic fœtus patri eſſe ſuus, & c. e.h. per eam quæ Caſareæ facta eſt, conſt.* ib. *vt didicimus ex libris qui dicuntur* πρῶτα. ib. in margine text. ſcribe συγγένειαν &c mox, *cohortalis*. & neſcio an ſcriptum fuit, εἰς αὐ χειροτονηται.ib. in textu H.ed *reſpondere publico*. &, *& art.fr. aliorũ ſolatiis tanquã propriis, qui pœnis tenentur ob.* Sch. a, *Si p.t. cũ à propiori ſobrino agnato tuo qui deceſſerat inteſtatus, iure ciuili adita eſſet hereditas, vel cum is ab initio non accederet, vel c.d. agnationis iut a.* &c. *accedere ad Prætorem, & tutorem perſequi actione tutelæ*. In noſtra edit. emenda, *tutorem eius de t.c.*

21 Schol. g. *Nam ſi eſt capax nullius partis*. In marg. in Græc. ſcrib. puto, [illegible] & an [illegible] &c. mox [illegible] Sic certe videtur rectiꝰ. ſcrib. & [illegible]. Schol.o, H. ed. *Macarites autem mordicus (ortal.*

22 Schol b, ſcribe. *petere [hanc] bon.poſ.* c, H. ed. *deceſſit, & non p p.a.e.* g *quando poſſunt vocare m.* Textu Pauli, *poſſ. ea competit*. Schol.a *bon. poſſ. eam petere*. ib. emenda. *poſt quæ [dicitur tum] ex legibus*.

23 b *inteſtato tunc her.ſcr.* c. *In 6. autem thẽ. 2.cap 6.tit quærebat proximum, quando factus fuerit, quando ſcilicet deceſſerit inteſtatus*.

24 Schol.c. fine, *& hic liber tit.7. ff.* 5. Poſt text. Schol.a. *etiam legitimam recte p.b. Qui ex vtero eſt exectus, fit etiam heres matris.q.c. qui ex fornicatione.c.ſ.f.* & ib *nati ſunt ex fornicatione* d. *lib. 6.Cod tit. 57.cõſt.* 1 g. *ad. ſit vnꝰ agnatus, ei deſit e.* c.

25 textu Pomp. *auxilium quod datur ex f.n.* Schol. a, *accipit bonorum poſſ.V.* c. b, *quam petebant bonorum poſſeſſionem. Et ſi ſint quidem ſui, petunt poſſeſſionem V l.* infra in textu, *& per ſeriem ex e.* Dein, *ing. factus eſt ſenator, &* d.

26 Schol f. *Dicit itaque Thal. Recte dicit illud*, *Ab.* in noſtra edit. emenda, *Dicit ad id Thal. Similiter autem ſitus eſt lib.* in fine marg ſcrib. *ſucceſſionis*.

27 Schol.d, *Hic eſt* 15. *tit.* e *lege ſecundum thema huius capitis*. In textu, H.ed. Pavlvs. *Si is qui*. Sed illud Pavlvs fuit expunctum & margini adſcriptum, *puto expungendum Paulus. quia ſumptum eſt ex ead. l. 1. de ſucceſ edict. §. quibus* ·b. H.ed *exclusus, habebit bonorum poſſeſſionem Vnde cognati. E.ſ.q h.ſ.ſ. cognatus eorum quiſ.*

28 Schol.f. *ac ſi n.e eorum cognatus propinquior, quam qui rep.* Et, *Hoc enim iure de eo vtimur, vt ſi excidat a prima bonorum poſſeſſione, admittatur ad ſecundam. Id.* in textu, *fratri in impubertate f.ſ.* Schol e, *emanc neglect u, p.*

29 Schol.a, fi..e, *ſpecialiter, & quæ alicui præbetur, data fuerit bonorum poſſeſſio*. in Græc. fine videtur leg [illegible].

30 Schol.d *bon.poſſ. præter id quod oportet eum poſſe, itineris quoq; computationem*: c, *poſt ſtatum qui eſt i.n.* textus init. Pavlvs. *Scient*. Sed illud *Paulus* calamo trãſſcriptum erat, & in marg. add. *dele. Verba enim ſunt poſtrema Vlpiani d.l.*2. Sic & mox male in H.ed. *Marcellus* pro *Marcianus*.

31 in græc leg. [illegible]. Et mox vide ut ſcr. [illegible] ſcrib. & βαθμῷ. & τὸ ῥητὸν, ante quod forte deſideratur verbum ζητοῦντα.

32 textu, *etiam, qui ex fornicatione natus eſt, ex m.l.* In illo græco marginis [illegible] nil ſ ni puto & coniector leg. [illegible]. Schol c. *q.a. n. continentur*. ib. *Et n.q. cognatio eſt, quæ concurrit per mulieres, & liberos parit ex fornicatione. Cm.* in gr. marg. ſc ib. [illegible] in textu H.e. [illegible] &, [illegible].

33 textus fine, *Is etiam qui natus eſt ex fornicatione ſeu c.* Schol a, *in nouell. de morum ingenuitate* 19. & 85 c. *Hoc e.d. Arrianus*. in Græc ib. [illegible] V vlt. illud, *quotquot fuerunt*, vncinuiis includendum fuit, abeſt enim ab H. ed.

34 init. an κατὰ [illegible]?

35 Schol.b. *qui non vt inque germinarunt. in.*

36 textu, *ad her. per vniuſ. gr.*

37 textu, *aut pron teſtamento fideicommiſſo vel l.v.d v alio quolibet titulo larg.* Schol.a, Thal. &c. *acquir. etiam in dominio, t.g, auo materno*, margini adſcriptum, *paterno*. ibid. *H.e. aliter enim non poterat.q.*

38 textus primi f. *proportione partiatur*. Schol. a, *loc.b, etiam in filiofamilias qui eſt nepos*. b, poſt *vſumfructum*, in marg. adſcriptum in'erea dum, *pater h proportione competit*.

39 Schol d, *nuptiis, conuenienter iis quæ*. b, τὸ κατὰ πλάτος. *N.e c. 1 fancit. 17. d, vxorem, ſic*.

40 *vbi* τὸ κατὰ πλάτος &c fine poſt hæc verba, *perſpeximus*, erat adſcriptum, *germanus autem mariti nomen illi ſoli qui nuptias contraxiſſet*. Mox H.ed. *pertinere* ad filios. vbi & ſeqq abſq; vncis & Thal. nomine nõ iterato. In fine in Gr ſcr. [illegible].

41 v. 11 *traiſm. ad hereditatem* v. 17 poſt *apud patrem*, in margine ſub nota inſerendi adſcriptũ, *neque nominatim denunciamus filius dimidium vſuſfructus* ib ſ. Gr. an. [illegible] Schol. b, *Quoniam multis non eſt g.*

42 Schol.c, *Et vniuerſa quæ ſit*.

43 Schol. f, videtur emendatum, *dederit*, & adſcriptum, *ter qui emancipabat*. a, *Tota imp. mun. c. ſi quid d.d cum eſſet opus*.

44 v. 5, *neceſſitatis lege ex officio p.i.* &c. *agenti vel defendenti, ne*.

45 v.11, *Aut u.ſita ſub.* & hæc antea non ſic diſtincta habes. Schol.a *quomodo cum ſint. i.p.* b, *inquit, patris ad* &, *& ad damnum auferre*.

46 Schol.d. *Ex off. Iudicis vel præſ* Schol. e, poſt Thal. i ſerendum adnotatum erat, κατὰ τὸ πρῶτον *vel*. quod forte ad ſeq. Scholii initiũ pertinet i, *Antiquitus habebat ea* infra Schol. c, *ipſe maior effectus aſſequatur indemnitatem*. e, non *erat eadem definitio, ead.*

47 in Gr ac [illegible] vel potius, [illegible]. text initio H.ed. *competit quæ eſt ex viro & vxore ſucceſſio n.* Schol. b *& q f.i. cohabitantes* d.c, fine, *d. a. peccat* q.d, corrige, *vxor per bon.poſſ.*

49 Sch. init *in Cod. ſitus eſt*. b, *Romanos legibus conſtitutis obſ.*

50 Schol h. Innom. *Adoptantur abſolute, q.* Dein, *non ſunt patronæ, ſeu aduocatæ, non interc.* Græc. leg. [illegible].

51, textu. v. 2 *qui præter naturam*. Schol. g, *dicit prodigioſum prod.*

LII 3

Digitized by Google

52 v.3 Ex fornicatione natus eſt, qui. Schol.e. conceptus ex fornicatione,ſ.h,videtur emendatum præſentia vel ſcientia.mox H. ed.ſeu emotæ mentis, n.r.l,dic.nati ex fornicatione &c,τ.τ.ε.hoc eſt a ſatione. n, INN.&c.& in 6.nouella de ingenuitate morum. textu habet ius reuerſionis.&c, ing.f. poterat. Nunc autem omnes l.ſi.

53 textu, Hoc e.l. d.p,quæ eſt prior, mutatione ſtatus.

54 v.10 formam reſciſ.& v.11 ſemper concurrere cum iure ciuili.Si a.Schol.c,v.2,dele is.H.ed. habebat,ſicut is qui eſt ſui iuris,& in &c.textu,familiam.Sed non,ſi ſimul cum patre ſint in poteſtate. Filii q.Schol f,Dicit itaque in 16 cap.pr.

55 Schol g.ENANT.& adimere ciuitatem. Ex. Schol.h,publ.off.extinguuntur in cap.dem.&c,data ſunt.Sed neque t.&c, quæ nunc prius data eſt a conſtitutione,& q.i,acc.pro eo qui eſt ſui iuris, vt in gerendo magiſtratum vel tutelam. infra Schol.a, Iniuriarum, & etiam al.act.

56 Schol.f.H ed.Et exilia q.vt* ſeq. b.p.Græcum ſcr.b.σιαπρά.

57 v.22 id eſt ius hered.& us. Sed τὸ ius erat diſpunctum. Gr.videtur ſcr. ἄπρ ὃν ἀσωμάτῳ ἰξ.

58 Schol.c,riparum, fluminum,ſ.e.&c.& naues ibi.n.a.d,t.h.& ſtadia,& c.textu,vbi de muris ciu. poſt hæc, aut Præſ. ſub nota inſerendi in marg. nec aliquis ei adiungere vel ſupponere. Schol.a, & ſancta facta,&.

59 Gr.ſcr.κυρίως. &c,ἐμποδιζόμενα. Schol.i,ne quid in eos peccetur.k,conſ.ex ea quæ a n.l,fine, hoc eſt,ædificare.m,nec profana: & q.ſ.d a ſagminibus h.q.t,mari,id eſt in lit.&c.illud id eſt erat deletum, repoſito ſtat.

60 v.5 extr.m.ſtipulante, 8, & incerti conditionem. Q.Schol.a,ſed propriè ſ.c.&c,appellatur abſoluta donatio ſ.d.d,Titio,dedi tibi nummos volenti d.m.t.q & ius. Mox,volebam te don. &c,incerti condict.&c,ius.vt mihi promitteret exiſtimanti t.d. &c, incerti cond.v.12 a f.& hanc conditionem dixi.

61 Schol legebatur in H. ed.ante textũ præced. Textu,aut tibi donauero, vt l.Sch.b, poſſumus ſuſtinere,& v. q.per interpoſitum primum donauit,d.f,ſenatoris filium aut.

62 textu.N.r.a.dat quisp. Schol.b, hab.in loco alieno,eſt.c, Qui ex d.m.f.percepti ſunt fr.c, INN. poſſidet,quod ſine cauſa vel.textu infra Caii, Cum de donatione quær. Schol.b, res quæ primo eſt don.

63 Gr.ſcr.ἡ αἰτία.textu,aliquid contractus, n p. Schol.b.cond.nouationis cauſa i.

64 Schol a,ex nuda promiſſione.in Gr ſcr.ἐπιφωνῶν.Schol.b,remuneratio.ſunt beneficium, non d.

65 Schol f, Atqui qui d.c.&c. Et qui don.a.

66 Schol.c,inuito eo qui primo promiſit,rep.&c, cum is qui primo promiſit,l. d. reis qui primo loco ſunt c. De Gr an coniectari licet? δ.π.δ ἰξ ἐπιρ. καὶ συμφώνου συνισταμένης.ib.textu,qui concedit nullo cogente.

67 v.1.H.ed.non id in teſtimonio decl.v.3 Nouella quoque de quatuor & ſex vnciis.d. Gr.ſcr.ἐξωμοσία.Schol.f,D.q.in arca pec.g,aduerſus poteſtatem Imp.i,vtaris in ſup.d. &c,don. & propter aſ.

68 v.4 & ab eo ſit ſtipul.Schol c,r.des commodato,n.infra textu,ipſa autem ſchedulas acc. Sch. a,liberto,N.lib.meo.N.Sal.

69 v.3 Sticho liberto.q. Schol. c,Mæuio,&c, Mæuium,c,& ſchedulas deb.&c,ſunt ſchedulæ eius in her.infra textu,ea quæ viſa ſunt.N.Gr.ſcr.συμφώνου.

70 v.3 a f.poſt,habere,erat adſcr.Blandiri tibi ἀπατᾶν ἑαυτόν.

71 Schol.c,ſubſcripſit, valet donatio. d, maritum? Dicitur quod multis modis dicitur dos m.g, res ſibi don.a p.v.4.a f.ſine in tabulis,ſ.

72 Schol.b, Sic enim prius noſter quoq; præceptor. N. expoſuit.ib.quod doctus dominus pr.m. Mox, differentia,patet. Quid. n. textu infra,vel ſcribente tabellione,v.

73 textu,aut tabellio quip.Schol. a,Iſid.ſed ſolum rectorem l v.

74 textu, O.d.ſ. abſoluta,ſ.

75 textu,vt dimidiam,vel tertiam partem,d.n. Schol.a,poſt tenetur in marg ſub inſerendi nota, heredi &.Mox H.ed.tenetur heres cond.Dein poſt adiecto them.erat adſcript. & vtilem.

77 poſt Schol.d, vocem vlt. definitum, erat adſcr.admiſerint ἰδίξαντο.infra textu, & teſtium alia donationum obſeruatio non opus habeat c.

78 v.3 quæ ab eo qui cohabitauerat ei, don. Schol.a,Iſid.cond.mater dec.

80 Schol g,Iſid. obtinuit ſententiam q. Mox, & datur ſoli filio.&c, heredes intent.

82 Schol.b, ſimiles legatariis. voluit forte emend.legatis.

83 Schol.g,debitor meus ſoluere.

84 v.1, competit mihi receptio:n. Schol.b, Hic enim qui r.a.n.i.r.petit a donatore qui c. Mox c, τὸ Spurio diſpunctum,& ſupraſcr.notha. & in marg. fundus. & in τῷ legatum um expunctum, inque marg.f.tus.& recte legitur totum.f,Pl.autem cum m.f.textu,dixero tabulas e.e.Poſt Scholium b INNOM.erat in H.ed.ante textum præc.

85 Schol.i, Recipiens qui d.

86 textu, Si vſu euaſerit dominus is. Schol.a, dom.recurrens ad t. d,appellant δωρεὰν.il.q.donat don.

87 textu,Non init ſocietatem quæ mortis cauſa ſit donatio.

88 textu,e. manumiſit, refert pretium ſi conualuerit donator. Schol.d,vt liceat videre dicto lib. e, conualuerit, vt a quo p.infra Schol.a, ſuis,ei vt qui eſſet cognatus,ea.ib.vtpote quod eſſet b. Gr.ſcr.δόλου.

89 Schol.f,fine, quas adduxi in lib.vnico à me ſcripto.textu,Si d.donata ſit d.

90 textu,habere eis renunciandi, & reuocandi pœnitentiam quæ eſt in his donationibus, & a.ib.fine tex.reuocandi pœnitentiã quæ eſt in donatione. Schol.d, renunciare ad eam reuocandam ſeptem teſtibus quibus opus eſt in m.

91 textu,tanquam prærogans ſ.ſ.Mox,vt in deportãdo,vel eo.In gr.προσεγχρώμενον τῷ erat ſcript.& in altero marg.verſu vbi,in export.οἷον ἔξω τῆς πόλεως διάγειν,quæ non ſana quiuis videt. Schol.b, vbi, in 6 autem lib.&c. adſcriptum, Non reperio hanc conſtit.

92 Schol.e,Si inopi, vt Inſt.&c.Gr.ſcr. φίλου. ib. vel amico prærogante, id eſt, dante mutuo,v.r. Et,qui emptioni ſerui ſuum nomen prærogat & acc. quæ omnia erãt diſpuncta vſque ad illud accommodat.g,inter e.& ſ.agatur. ibid.ſi ei nummos prærogauit e.c.e.paruerit, ſ.textu, eius pecuniis, manumittitur, ſi etiam aliam ex l.a. dein, MARCELLVS. Et, conditione quod r.r. & fine, ante mortem eius q.

93 Sch.

Digitized by Google

93 Schol.d,*& iuſſerat eum manumitti l. e.* & ante,*ſed m...* [illegible], *diuiniſſimus quoque P. C.*e,*lex Fa...*

94 v.14 *merceden...* *...numittitur*.Schol.f,*frater famuli q.*h,*vol.em...*

95 Schol.d.*prater ...r.*

96 Schol.b,*annis,* [illegible] *eop.f.*d, *apud quem eſt concilium,ſſ.*ib.*tit.huius libri,*&c.

97 Gr.ſcr.[illegible]

98 Schol.c,*Nerua ...lius d.c.*&c,*ſeru. vt valida e.ſ.*c,videtur emendatum,*ciuitati Romæ*.in Gr. fine,an? [illegible]

99 Sch.a, *Q. qui eos manumittunt,f.l.*b, *& propterea pec.d.*

100 v.3 a f.*implens ſibi cond.*

101 v.1, *iniunxerit*.v.vlt *ita vt filiis meis r.r.*

102 textu, *Poſt mortem N.qui e.*Schol.a,*dixerit,N.ſeruus.c,moriar,N.lib.*&c, *teſtator, N. ad a.c,ſuperſtes cogitur omnino m.f,ſolus manumittitur P.*textu,*diu probationem acc.*

103 Sch.a,*Si quis imp.i.h.ſubiunxerit,Si.*&c,*ita ei retulit in rationem,t.&c.ei debuiſſet*:ſic H. ed in qua ſeqq.*conſ.Iul.n.r.Afric.* erant dein diſpuncta.Mox,*dixi de pupillo,e.*&c,*iuſſu,tunc u.i.* in fine a,*apud concilium.*

104 Schol.g, *Seruius,& vere dixit.* k, *N lib.* &c.textu,*Si autem,ſi ſoluerit anno, b.t.& ſic liberum eſſe iuſſerit,niſi.*in noſtra e... r. *fieret*.ib. H. ed.*ſolennia manere fecerint.*

105 Sch.f,*Sacco,*&c,*Saccus,*&c. *lucernā acc.*&c, *verborum teſtamenti,*&c,*iuſſum teſtamenti*.Gr.ſcr. εἰσφορὰ.b, *pœna metallorum.* f, *iuſſi,militari iure v.l.*

106 textu,*Si n.peccauit,o.f.l.S.q.a.peccarunt, r.p.*&c.*videntur peccaſſe quos* &c.*ab adminiſtratione ſua teſt.*&c,*& acceptilationem ac...epit*, Schol a, *viſus eſt,eos m.* d, *& accepta accep...lationem quod r.* &c,*eſt relicta curatorib.q.*

107 in Gr,an? [illegible] pro aſteriſco erat ι cum ſuperpoſito ο minore & χ & ζ,ſequente lacunula.textu, *Qui iam exhinc, vel c.l.*ib. *agitur.* PAMPHILVS.*Niſi dil g.&c.liber,eſt ablatio non d.l.*v.2 a f.*Stichus cum m.*

187 v.8 *Stichus ſir*.Mox,*videtur exhinc i.e.*&c, *& non paſſus ſit eſſe heredem eum q.n.*Schol.b,*eſto. Iulianus quoque dicit,*&c,*cautioni locum e.* f, *cred. conuenienter quinta c.*&c.&c,*primam & ſecundam c.*textu, *libert. tempore nupt. filii ſui,aut tempore nupt filiæ meæ, v.ſ.*

109 Sch.a,*& ſatiſdare creditorib.*b,*talem adire hered.g,de hereditatibus fid.*textu,*eis adire her. ſatiſdans cred.quod eis ſatiſfaciet* &c.&c, *etiam externum heredem,ſ.h.c quod ſ.c.*

110 Schol a,*pot.adire hered.*

111 Sch.THAL. non erat in H.ed.In Gr. ſcr.[illegible] Dein, [illegible] ib.v.4 a f. *Ergo quandiu incertum eſt u.*

112 v.1 *etiam quamuis ſ.*

113 Sch.c,illa,*ſi hereditas adita fuiſſet,* deleta erant,& in marg.ſcr.*teſtamentum aditum,* c,in illis,*quod ſi demid.* &c. τὸ *ſi* erat deletum. & mox emendatum, *cogitur*.

114 f,fine erat adſcript. c, *nummorum. At ſi non dolo facis non manumiſſurus ſeruum & petens c nummorum partem.*textu , *bona fide emi,ab h.*

115 textu,*manumittatur*.L1 c.*Directis,& quæ iam exhinc competūt libertatibus*, *larg.*fine tex.illo *fideicommiſſarius* expuncto ſuperpoſitum,*rogatus reſtituere,*& in marg. *ſcribatur fideicommiſſarius quod eſt verius.*Sch.d, *Et directe & rogando ſeu fideicommittendo rel. lib. l. a.r. rogando: &c. rogando autem e.a.c,hunc famulum, v.l.*b, *conſilium ſuum man.*

116 textu,*alienatus ab aliquo intermedio, c.*Et, *debent aliqui abſunt,a* Schol.a, *quacunque conditione ext.c.d.lib.eſt daturus,a.ſ.*Dein τὸ *pronunciatum* expuncto,& ſuperpoſito *comprehenſum*, illa marg.inſcripta quæ vides. Mox, *abſunt*, *& vt imp.*

117 textu,*quoniā ab ipſo acquiſitum pec.*Mox, *licet facultates relinquere.* Sch.b, *vnus erat miles vel militabat,*&c, *Nam ſuo ſeruo ſuſpicatus eſt eſſe in.d,fideicommiſſis,quæ ſunt in pecuniis.f.fideicommiſſa in pecuniis* v. 3 a f. *pignori iam ab man.*

118 v.7 *legatum*,[illegible] *l.* Sch.c,v.1 poſt *ſenis*,eſt in marg.inſerendum, *hoc eſt ipſum.f,eum vendere & man.* *Si.*&c , *concedimus licere: niſi.*

119 Sch.a,*& videtur ipſe.*b, *neque iuris al.*&c, *reſcr.& conſtitutum*, *Et.*v.3 a f.*minor quoque viginti annis* &c. &c, *aliis in quibus iuſſus eſt reſtitui.*

120 Sch.d,*iuſſit debitori ſ.*c,*matri tradendos eos* &c.&c,*imp. ſubſtitutus*,*rel.* v. vlt. *tanquam iam abhinc data lib.*

121 Sch.a *petat hereditatem:* an. b, *omnes cui deb.lib.*textu,*libertatem.* IDEM. *Etiamſi.*

122 Sch.d,*Si h.a.infans h.*

123 textu,*neque ſeruus, n.e.d.*in Gr.an? [illegible] ſcr.& [illegible] ib.fine tex.*monent adu.h.* Sch. b,*ſeruos quoq, d.i.l.*v,4 a f.*eum vendere.e m.*

124 textu,*& aduerſus teſtamentum contradictionem:& o.*&c,*hab. contradictionem aduerſus teſtamentum.Si.*Sch b,fine,*primarius patr.c,actionem ſuam ad legatum ei c.f, aut tunc in e.p.*

125 text.*ſine corporis,aut publicam habeat dignitatem.V.*&c,*eſt adminiſtratori lib.* Sch.b, *cred. ex præſumptione ex i.d, quæ eſt ſub conditione quod ipſe reddet rationes:n.*

126 v.2 *Cum filio meo d.*Sch.c, *bene eſſe* z.g, *P. me hon.e.a.o d.ſ.alienus,n.*Gr. ſcr. τιμηθῶσι. τὸ *repræſentandas* erat deletum illis, quæ habes, margini adſcriptis. Infra textu illa, *in tua pot.er.* videbantur diſpuncta.fine,vbi, *Qui ius f.* margini ſine nota adſcriptum ,*ſi nolit heres,eos non manumittet.*

127 Sch. b, *dicens eos non ſibi placuiſſe. f,neque ad eius rel.* &c, *quod domino ſup.* textus init. PETRVS.*Cum f.*

128 textu, *Stichus lib.e.* &c, *ſed viuo patre c.* &c, *& reſtitutiones & lib.* &c, *Si r. creditorem m.*&c,*ancilla mea f.l.*Gr.an? [illegible] Schol. a, *deceſſerit* , *octo an.*&c. *Reſpondet* , *octo an. i. q. teſtator diſt.* b *teſt. fil.impubes dec.*

129 textu,*conditione,aut* , *Cū morietur eſto liber. Qui.il.Si Titius in C.a.ita hoc,Si h.voluit.*&c.

Digitized by Google

Sch.a, *Quod eſt in pecuniis autem f.*

130 v.1 *fecit in voluntate her.il* textu, *Lib.al. præſentibus in ſcr.* Schol.a, *tradit legatario.c, meus Titium dato.*d, *omnes ipſos her.ſ.*

131 Sch.e, *adimere legatum ſed.* textu, *aut latet, aut* s. Sch.a, *Arctulianum d.c.e.u. pratores p.c. iis famulis a b.*

132 textu, *Q.ſ. filium qui adhuc erat in vtero, & P.* & *fuerit is qui eſt in vtero;& p.* Sch.a, *caſu partui ſubu.*&c, *ſed ex ſe datur. Sed.*c, *heredibus iuſſi, vt q.i.*&c *præſtentur. Et.* illa vltima, *vel pub.f.t.* abſunt ab H.ed.

133 textu, *eſt liber definitus.v.*&, *ſcr.e. heres ſub c.l.e.* Gr.ſcr. ἰκανῶς ἐλευθέρως.

134 text.f. *Sed in perfecta datione efficitur.*

135 v.1 *pendet a pracedente nummorum ſolutione alienatio,e.q ſ.q. fuerant ſ.* Gr.an ἀποκειμένω. Sch.b, *intra dies num p.a.*

136 textu, illis, *vel medic. dato n.c.* in marg. ad-. excidere incuria illorum qui prælа tractāt ca hæc, φάρμακον ἀσύμπαντον δῖς. ib. H. ed. *liber, et ſeruire, b.* fine, H.ed. *myriades,* pro quo credo emendare voluit, *myriadas. myriada* n. non poteſt p obari v. 3 a f. *annum manumittor.*

137 Sch.d. fine *impediũtur.*e, *Si decem num.b.*

138 v.6,7 *non debebas pecul.v.* Sch.b, *hoc eſt, hodie eius vſufr.e, reliqua q. quae.d.ſ.e. manumitte-re,c.* v.4 a f. *dedit vt liber fiat ſub conditione, lib.*

140 v.1. Vlpianvs. s. Sch.b, *tempus defuncti f, her. mei vel e.a.e q. ſubeam et h, & cum plura decem per hanc mercedem ded.h.* textu, *heredi, eo tempore q.*

141 v.2 *Inl. dicere Africanum ſ.* c, *liber. Conceſſum enim ſt.* &, *non manumitteretur ſt.ſ.* textu, Petrvs. *Eſto l.*

142 textu, *quod ius eſt d.e.* &, *emptori iuſſus eſt d.*

143 textu, *& minuatur. P.* Sch.d, *vt reſpondeatur impl.c.f, ſerui. Quin etiam in p.*g, *pertinere a teſtato. In i.*

144 Sch.c, *Due ſunt enim propt.q.*

146 Sch.d, *ſeruum manumittere. S.*g, *& vxore eius, d.h.* &, *impleto biennio ei c.h, et ſatis dederit, l.e.*

147 Sch.b *illud, Sine reliquis, ſi o.c, rel. liberum, n.i.*

148 Gr.ſcr. εἴ τινος αὐτῷ &c. εἰς. textu, *geritur, manumittitur.* Et, *perueniunt ad l.* &c. *omnimodo perueniunt.* &, *quod viſum eſt, &* a.v.vlt. *emptor* ..p.

150 (emenda hic pag. numeros) Sch f, *in fr.eius qui deceſſit, ſ.d.l.* & *promiſit is qui deceſſit, ſ.d.* & fine, *Nam & qui indeterminate vn.*v.6, a f. *erit ſeruus ſub conditione. V.*

151 Sch.e, illa, *quando faciunt teſtamentum,* tranſſcripta fuere. v. vlt. *ſe peccaſſe c.*

152 Sch a, *p peccatorum ſ.c* b *manū. filium, eius a.c,* ſcr. *cum ea l.*g, *ſunt tanquam ſt.* i, *viſus ipſum v.*

153 v.12 *quidem ſit liber.*

154 v. 5 *Sed ſi ex a ſe acquiſito peculio eſt ſ.* v.6 a f, *e. ratione operarum.*

155 Sch e, *huius operis. M.a ſexte c.* Sch.k, fine illa incluſa (in quibus videtur fuiſſe, *venditori*) erant in margine addita nota vt eo loci infererentur, erantque iis & hæc ſubiecta,

Thal. *Pater eius qui obtulit mercis emerat ſeruum a debitore fiſci, & eum manu miſeras* Sch.l, H. ed. *quem pure ſi deicommiſſar rog.e.* in hac ed. ſcr. *pup.per fideic* ib. *à ſua fili l.* Sch.m, erant hæc, *Qui eſt debitor. nec,* & in *dem τὸ dem* delata, & pro *dare* repoſitum, *pra, e,* & mox pro *neg. dir.* emendatum *nec;* in margine adnotatis hiſce, *Illud nec refertur ad debitam, nec.* Sch.o, *lib. volumus vir. c.*

156 textus fine, *et. ex. monent.*

157 v.3 *multi monent, o.* v.7 *recte monet* v.10 *Duob. monentib. ſi a.q. monerit,* v.24 erat emend. *eſt de operis libertate m i.* voluit forte, *Et de libertate m.i.*v.28 *q. negligentia ſ.e.* 29 *propter negligentiam.*

158 v.8 *non alleuat, p.*v.14 *omnes mouent,* v. 7 a f. *actionem, u.*

159 fine poſt Gr. additum, *quæ delenda ſunt, non ſunt in Pan. Fl.* ſcilicet hæc, *ex p.a.ſ.t.l.a.e.q.u.*

160 textu, Pauli verbis, *libertatem, vt dicit Marci c* &c. *manumitt. Quod ſ.* Sch.f, *per ſ. vendidiſſet.p.*i, *Sed poſtquam t.a.*

161 in primis in marg. videbatur ſcr. *fuit forte in* textu comp. *nec diſſ hereditate. C.* Gr.ſcr. ὑποχρεῶ &c & lege γαμικὴν. Sch. b, poſt *Iabolenus,* adſcriptũ, *Recte.* ſub finem ſchol.d. ſubſcriptum, *Inſerere vxorum perſonas & non tantum ſibi, ſed etiam vna vxori ſtipulari.*

162 textus f. *a.p.a intercefſorem, &* Sch.a, pro *manumittatur,* in margine ſcr. *fiat liber,* & dein emend. ibidem, *actionem metus* c.b, *non eſt prohibita ſecuritas l.* &, *prohibetur lib.* &, *dixerunt iuris-conſulti.* d, *denegarunt. Ex l.*

163 textu, *in eum monens.* Schol.c, *fuerunt eius patr.*

164 Sch.f, *ſed non dicit cuius ſit, & negat ſe eſſe eius q.*g, Thal *ſi eſt ſ.*i, *quæ d ſimiliter q n.*i, vltima incluſa, ſequebantur in H. ed. poſt ſeq. text. ſub ſchelio a.

165 Sch f, Theod. *Si ab eo aduerſus quem de ſtatu agitur, accepta fuerit ſententia: etiam ſi a.*g, *actu longi temp.* textu, *ingenuus ex iure reuertendi. Si.*

166 Sch.d, *conſenſu, quoniam celabant nomina ingenui. ſi egerint* &c.g *fidem, vt eſt conſuetum, a p.* h, The. *Siu in quem commiſſum fuit plagium, corpus ing.* v. ibid. *vendito tanquam ſeruo.*

167 Sch.a, *ſent. liceat autem hoc facere adhuc viuo ingenuo ſ.* textu Hermog. *adhuc monere, vt* v. 11 a f. *ſtatu ſuo, etiam ſi i d n monetur iudicium d ſ.* mox, *qui litigat d* v. 8 a f. *Dec. ſeruus e.ſ.* Ad l.4. quæ incipit *Habebat q.* adſcript. in marg. *Mihi videtur illius legis eſſe ſpecies. Nā reſcribit ad Olympiadem. Mariti ſui bonorum poſſeſſionem petit ed. vnde vir & vxor. Obſtabat quis ſe dominum dicebat qui ex iure peculium obtinere volebat.*

168 Sch.c, *tit. Memento* 13 *conſtit.* 16. *tit. huius lib.* 7. *Id a.* &, *quæſtio, conuenienter* 7.e.k. *preteriiſſe, ſi non fuerit quupiam de ſtatu interpellatus.* l, *manum. formata l.ſ ſ legitimã m.* Schol m, in Heru. ed. legebatur poſt ſeqq. textum ſub a, & b, vbi &, *ſtatu defunctorum.* text. in Heru. ed. hæc habet initio, *Reſcribit conſtitutio quod ſi vixit tanquam ciuis Romanus, & poſt eius mortem quinque anni præterierunt, non poteſt hoc monere. Enam p.q.* ib. tex-

Digitized by Google

Ib.tex.H.ed.*apud procuratorē ein.n.c.*&c. *quinq. preterfluxit:ſt.*

169 Schol.a,*recte monetur de em.* Ad Sch. e in marg. adnot. *tit.de off. adſeſſ. Ita Dig. In conſiliū curat. Reip.vir eiuſd.ciuitatis adſidere nō prohibetur quia publico ſalario nō fruitur. In hac l.gl. & Doctores nō ſemel errāt.* Illis vero in ipſo Sch.*cum nec ſi eat* ſubſcriptum,*male.* Sch.f,H.ed.*nullo iuſto precedēte titulo c.*textu,*Si nō erat inſtus ac legitimus is qui victori contradixit de ingenuitate.*Gr. ſc. περὶ συμπαιγνίας. bis.

170 text. fine, *lib. eſt enim quandocunq; vult v.ſ.*Schol.a. præpone,THEOD.

171 Sch.d, *imputabit cū interea ex ea nati ſunt ſerui.*Sch.a,fine,*efficiūtur a quib. manumittūtur.*

172 v.2.*vt p.f.cū videatur manumittere.*text. *ac ſi iam ex hinc abſq; cond. ea donatus fuerit a teſt.*

173 v.2 *reſpiciat.* Sch.a,*leg.impudenter conuerſiu.ſ.d.*

174 Gr. ant παιδὸς ... v.16 a f. *ex quibus aliquando q.*v.13,a f,*ſint,ea propter i.*

176 Sch.a,THAL.*pars dominii eius. C.* Ib. *Romanos,vt fiat omnino acceſſio. Placebat enim q.p.e. f.a.ſuum dominium.*

177 textu.*Nos ergo ſenſum h.l.* &c. *dupl enim e.i.* Sch.b, *conſtitutio ad hoc quodo c.* THAL.*hoc autem conceſſit i.h.*&.*liberum,conuenienter ei q.d. e,poſſet manum.*Ib.in H. ed. erat Sch. e etiam tale, EIVSDEM. *Sine hoc,ſine illud diximus,hoc eſt, heredes,noluit eum habere.*

178 textu,*& id.n.p.manumitti.*

179 Sch.k abeſt ab H.ed *Nota.*fine paginæ, *dicens,Niſi paſ.*&c *eum vocauit.*

180 Sch.k, *ab illis magiſtratibus q.l,iuſſit ei q. m.reſtitui m.n,dicit,Niſi vid.*

181 Sch. b, *ad vincula perpetua,i.* e, *Hoc eſt gen.r.* In f.Sch.a.*quoq; manumittuntur.l.*

182 Sch.c,adnotatū, *Ita & Latini.*ad e, *Bald' ita ēt ſcripſit.*ad g.*Ioan.& Bartolus ita ſentiūt. Acc. contra.* Tit. XIX. adde græca, μηδὲ περὶ ... textu,H.ed *ſeruo gratificans,& a.*

183 v.12, *Sed n. magiſtratus e.i.*v. 28 pro inclusis habet H. ed. *vtpote quod is paſſus ſit capitis diminutionem.*v.39 *dicit de magiſtratibus.*v.3 a f, *modi,ſi ſint.*

184 v.8, *Quid ergo,quiſpiam h.*græcis erat adſcriptū,imo περὶ ... Poſt text. *Non vides,* & q̄ ſequuntur hac pag. aberant ab H. ed.

185 Sch.d,*dominus no ſiicit heredem liberū qui cū ancilla eius coiit.f,an iure lata ſit.in.h, qui debet reprehēdere.*Et *dixit,an recte,id eſt,ſ.l* v.16 a f. *q. n.reſpicitur conſ.e.*v.14 a f.*factum conſenſum,* pro quo tantum erat emendatum,*conſenſus.* v.10 a f. *poteſt exhiberi negocium.* v.6 a f.*ſe rem alic. a.*

186 Sch c,*vel actu quocunq; adminiſtrationis,* n.Ib.*quod ſit aliqua p.*

187 v.1 *geſſit. Is ergo quæ ſunt conſueta,o.*v.5 *Et ſcilicet quod e ordinatum e.i.* g *peculium relicta eius bona.* h, adnotatum, *Paulo abſurdius Acc.* k, *quod prætermiſſa ſit.*Et,*prouincia,in quæ ſunt ſolita ordinatis.p.* v.12 a f.*prohibet ſiliū e.d.*&c &,*Si enim mouerit is q.*

188 Sch.e,hæc verba, *Facta loc.n.ſ.* erant diſpuncta,& in margine adnotatum. *Exemplar quo vſi ſumus,locatio.* Ib. H.ed. *inuicem verba,iecit,& ſic dicebant heredes, Si ſ.* h. *conſt.c.oſtendit h. eſſe conceſſum.*textu,*eſt manumiſſio q.n.*&c.*eſſe in libertate.neq.*

189 Sch.g,*de filiabus vni p.*Mox,*ſubiunxit,filie,cum in teſtamento hoc iuſſiſſet teſtator.T.*

190 v.6 *ſemel monit e.ſ.n.* v.8. *Ab ipſo Arriano in quem monit quæſtionem ſtatus.*g,*quæritur cond.* h, *conditio reddidit,ſ.n.m.a. ſola ſufficit.* l, *quæſtio: iis quæ ſunt ſolita ord.* Ib.*Proteſtatione & ſignificatione.Nam ſit.*v.penult.*vi mulier erat* capunctum.

191 Sch.a.*dicit quod ſi ancilla.* c, *vtpote quod miniſterium c.s.ſ.*&, *obtemperandi, id eſt, patre vdi legi e.d,conditionis ignorantiam ſ.ſ.ibi credit ſtatus q.*&, *mandauit magiſtratum, Limenarchæ factus ſ.l.* i,*ſecum iudicem ſ.au.* k, Illa, *vt ex q.m.v. e.*erant deleta.

192 *De lib.*&c.adſcriptū,*De adſertore.*textu, H.ed.*duplicis intentata actionis e.*&:*loq; grauatur onere prob.*&c.*nō probarit r.q.d.*Sch.d. erat vocula *non* in 2 verſu linea ſubſcripta,& in marg. *iure ipſum.* νόμιμον ... .f.νομίμως.

193 textu,*Si a.mouet de h.*&,*t.a.moueri de h.* v.5 a f.*ſed illa q. d.*

194 init.textus illa, *Quidam i* &c. vſque ad *Dicit* erant deleta.& ſupraſcriptum ,*actorem vero dicebat ſeruum eſſe.* Ib.H.ed. *ſeruum proprium, mouebitur d.ſ.*textu, *rerum r ſiebat negocium, dic.* &, *tanq.ad liberum.*

195 v.2 *ordinatum iis quæ ſunt ſolita pr.*Gr.ant ... .& in f. ant ... fine, Tit. o verbis leg., *mater.*Illa verba alias ſic erāt emendata, *Acceſſit filius d. matre ſua a proprio ſeruo violata,inter e.e.ſ.ſ.m.i. ſeruo dicere ſe ingenuum exiſtentem captum ab hoſtibus & reuerſum ,colluſiſſe matrem & viſus eſt eſſe illum ingenuum. hoc legitur dicente filio.Reſcr.*Mox, *filium ideo non l.*In H. ed.titulus erat. *De coniunctione detecta.*

196 Sch.a,*ne per ipſam q.c* In Gr ſc. ἀξιωθῆναι, v.4 a f, illis *de eo ſ.e.e.n.*erat ſupraſcr.*interpellatus eſſet.*

197 v.3 H.ed. *Sic enim exp. dominus Patricius.*ſuper dominus etiam ſcriptū,ἱερεύς. v.19.H. ed. *æquitati. Eſt conſentaneum æquitati.*THAL.

198 Tit. XXVI. *ex libertina & a.* textu, vbi, *noſtram conſtitutionem iis q.* in marg.poſt, *noſtrā* inſerendum. θεῖαν.

199 Scholio. *Patronatus & ſucceſſorum, leges.*

203 Sch.a,vbi, *Hoc quoq; ſc* in marg adnot. *Hoc annotant etiam Latini.* & vbi, *Leonis,* in m. *Imo Iuſtiniani.*

233 Sch.b,vbi *prodigus nul.* in marg adnot. *Dic id fieri* ... *vt intelligatur conſentire præſertim cū de eius lucro agitur potius quā damno de quo ſi ageretur, non intellig. conſentire. In* ... *etiam furioſi non videntur conſentire vt in locationibus.*

240 textu,vbi,*Si pater cond.* adnotatur, *Græci de releg.vt Accurſ.*

241 Sch.e, *A quib.*adnotat. *Ita & Accurſ. ſed hoc mihi non valde probatur.* g, *In eo loco.*adnotat.*immo,eo tempore.*

242 Græcis ... adſcriptū, ...

243 Sch.a, *& ideo red.*adnot. *Rog.hoc ſeq.& Duar. c,dotis mobil.*adſcript.*ex Iuſtin.Conſt.*

245 Sch.h,*Si marıti,*adnot.*Male hæc.*

248 Sch.a,*Si maritus* adn *Conf.hac lectionem Flor.*

249 fine,*hic autem ſ.ſ.a.* adn.*Acc.eod.modo ſol. quod in l. 2 de adult. erat iam receptum nomen inter reos.*

250 fine, *Cr'oryrii* adſcr.*Beau maiſtre.*

252 Sch.c. *Si filiaſ.* adnot. *Non ſatis feliciter vt conſtat ex tit. Vlp.* d, *quod eſt amplius non pr.* adn. *Imme... ſtat ſed dotis actione.*& ibid *exhere-*

Digitized by Google

daut maritus,e.adn.*Sed agitur aduerſus filium.nã hoc perire nõ debet mulieri ſecundum lege Iuliam.*

256 Sch. a,*Si bona mar.*adnot. *Sequitur Flor. null'o aliter quedã vulg. Etiamſi fiſcus.* adn. *Ita & Az*... *tra Martinus*.ad b,*Ita & Placent.*

257 Sch.a,*non conſ.diu*.adn.*recte. Acc.ita.*

260 Sch.a,*Mem. 2.nouelle*.adn. 3 *Nou.*

... 9 textu,*excipiemus l.m.*adn. *Et iam excepi*... *ent.nam dot emptionem nõ recipit, ergo nec pignerationẽ l.ſed & quod.ff.de pignorib.* Sch.a,*reb. reſtitutis*.emend.*reb.reſtituendis*.textu ſeq. *Mulier en.i.d.m.d.e.amiſit*, in marg.extulit,ἀπέβαλεν.

280 vbi *Deſunt tr.f.* adn. *Poſſunt repleri ex Nou.que deſunt.*& ſtatim, *Multa etiã hic deſunt ex Digeſtis.*

281 Sch b,*interpr.Seruius*,adn.*Sabinus leg.*

282 Schol.a, *Admitto.* adn. *Non admitto.* d, vbi,*adiectio conditionis,n.e.n.*adn.*hoc verb.* (conditionis) *deeſt male in π Flor.* fine huius Sch. ad *legem trades* in marg.*explices.*

323 Sch fin.b, adnot.*Ius nouum.*

324 c. THEOD. &c. *Voluntarie autem p.* in marg.*Voluptarie*.textu,ad illa, *Ne quærant* &c, adn. *Male græci.*

325 textu,*ſed etiã tranſmit*.adn.*nõ in Cod.leg.* Sch f,*Pro rata port.*in marg. *Geom prop.*

332 textu fine, in marg vbi, *Ex pacto,nempe in factũ vtilem ſeu præſcriptis verbis, inquit Anaſtaſius* ſubſcriptum,*Immo vtilis condictio l.1.C.de pact.con.& Thaleleus infra 336.*

336 primi Sch.c fine,vbi,*interpretãs Thal.vt.* adn. *Non ideo vtilis dicitur.* & ante ſtatim, vbi, *vtilis eſt condictio*,adn. *Ergo non leg.condicio.*

LIB. LX.

PAg 1,textu,*Tenetur etiam lege, q.m.* In marg. *lege repetund* Sch.b,*fine poſt 1.* In m. *ita etiam in Pand noſtris.*

2 Sch.h,*Publica.* adſcriptum,ἀδήλως.

3 Sch.f, *In multis ex*.adn.*In π noſtris leg.condictio.*

4 Sch.h *ſcribendũ,alius ipſi.* adn. *Et ita in noſtris Pãd.* ſ,*SC.Turpil*.adn. *Imo edicto de Calumn.*

6 Sch.e, *vtiles*.adn *Pand.noſtra vtiles.*

7 Sch.k, *Et extraord* adnot. *& ita in noſtris Pand.*

8 Sch.q,*famoſa* adn.ἀτόπως.

10 Sch. d, *termino m.*adn.ἀτόπως.vt & ad e, vbi,*Hodie vero.*

11 Sch d,*Fructus ab initio cauſæ petendi.*

13 Sch.a.*canis ob inf.*adn.*male.*

16 Sch b,adn. *In eo errat etiam Th.* & ib. *ad Romanos*,adnot.*Idem Theoph.*

17 Sch y,*Id eſt*,adn.ἀτόπως.v.vlt. adde hunc verſum, *vere vnumquemq. ſibi ab illato periculo. Et lex XII.tab.noctu deprehenſum furem occidere permittit*,&c.

31 Sch n,*ſpectari*,adn. *Pand. noſtre,fungi.* r, *Quem 7 p.*adn.*recte.*

40 fine Sch.ſ *Quidam*.adn.*Et ita Pand. Flor. & recte.*

41 Sch.u,*pauliſper*.adn. *tantiſper Pand.*

44 Sch.c,adnotatũ,*Hoc nõ probabile videtur. Nam vt a iudice dominus condẽnatur alternatiue, ita & alternatiue in eum iudicatũ agitur. Verum quidem eſt ſi ſemel dominus ſeruum dedere elegerit, 10 amplius dare non poſſe.*

52 Sch.u,in m.emend. *dicit & tradit,n.l.*

58 Sch.n *reducto*.in m.emend.*exhibito.*

60 Sch. a ſuppletum, *quamuis noxa cap.ſeq.*

61 fine, textu ſic nomina ICC. emendata. *Iſta ſunt adhuc Vlp.Vel adult.*&c. PAVLVS.*Sed melius* &c. VLP. *Qui dolo* &c.

65 Sch.y.emendatum, *Locus autem eſt actioni com.d.*& Sch.a, *Quære tit.3.c.27.th. 2. & tit.*

76 textu,*habitat*.in marg.*habitatur leg.*Paulo poſt pro *Intus*,in m. *In his.*

77 græco in m.adſcr. *rompre le ieu.* In alio libro pro *interrumpere* adſcr. *abſcindere.* Ib. fine, ἀντίδωρον,adſcr. *Latini Honorarium.*&, *& magna neglig.*adſcr. lege, *& lata culpa.nam ex negligentia non tenetur.*

78 Sch.c. adſcr. *Nihil tamen de hac pœna in Pand.*

80 v.6 a f.*ſine conditione* emendatum.

87 Sch.n,emendat. *ante condemnationẽ,n.e.*

88 Sch g,emend *ſine tit.a.*

93 emend. *Si filius f.ſubrip.*

98 gr.adſcr.ἴσως ἐπιβαλλομένων.

111 v.11 a f. emend.*agi non poteſt.*

148 v.1 adſcriptum, ἀδήλως *hic errãt & Latini.*

182 Sch.l,em.*lege interpretem 62 tit.huius lib.*

183 Sch.o, emen.*appellare al.p.*

192 Sch. b, *eius tranſmiſſiones.* c,*ex Theodori adnotatione.*

196 Sch.n,*ibi tranſmiſſiones.*

197 textu infra, *& Merc.*in marg.*alias,vel.*

198 Sch.c em. *nocens,& ſ.d.* k, *& tranſmiſſiones* t,*clauicarius*,adn.*qui tenet claues carceris.*

199 text.initio,*interimi*,adſcriptũ,*male græci.*

200 verbis Hermog. *Ad liberos* &c. adſcriptum, *Aliter in mſ. Pand. & gl.Bas.* ſtatim, vbi, *Qui muros* &c.adſcr. *Hic §.omiſſus in Pãd.noſtris.*

202 Sch. k adſcr. *Non ſatis apte. finge de aſſig. agris.*

207 Sch.ſ, *ante 26 annum.*] *Et ita Codex Florentinus.* Ib.n, *deſponſam.*] *Nihil reſpondit de hoc caſu Papinianus.* t, *lege & tranſmiſſiones.*

211 a,*lege tranſmiſſ.*

215 v. *domina accuſata* emend.

218 initio textus em. *ipſi fuerit facta iniuria. nam lex viris iniuriam paſſis m.*

221 v. 1.*cidi relegantur.*

231 Sch.ſ,adſcriptum, ἀδήλως.

239 Sch.z, emend. *de tabulis exhib.* Et ſane huiuſmodi vitia, quæ operarum iniuria inuexit, non pauca expulimus.

249 Sch.y, τὸ *liberis* delendum.

250 f,*In fraudem l* præpoſitum, CAIVS.

291 emend. *Si quis in p. p.qualitate del.*

295 Sch.f.adſcr.ἀδήλως.g,*ad defenſ.d.*ὀρφανῶν. h, ἀδήλως.

296 textu, *Exilium tr.m.*] *Flor.h.l.corrupta.*

297 textu, *Minoribus*,em. *Maioribus*,mox *maiores*,minores. *Interdum* cum ſeqq.] *Iſta omnia in π. Flor. deſunt & vulgaribus.*

298 textu,*ſine principe*,emendat.*ſine.*Sch.b, *Adriani.*] *F. Traiani.*

304 Sch.f. *& nota in cr.*adnot. *Hoc tamen non obtinuit.* Experientiæ Rom.] ἐμπειρίᾳ Ῥωμαίων.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google